3 1761 07976574 9

UNIVERSITY
OF
TORONTO
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/operaomni02apul

APPULEII

OPERUM OMNIUM

TOMUS SECUNDUS.

LL
A6557Ny

APPULEII OPERA OMNIA,

CUM NOTIS INTEGRIS

PETRI COLVII, IOANNIS WOWERII, GODESCHALCI STEWECHII, GEVERHARTI ELMENHORSTII, ET ALIORUM,

INPRIMIS CUM ANIMADVERSIONIBUS HUCUSQUE INEDITIS

FRANCISCI OUDENDORPII.

TOMUS SECUNDUS,

CONTINENS

FLORIDA ET OPERA PHILOSOPHICA.

ACCEDUNT

APOLOGIA ET FRAGMENTA,

CUM NOTIS INTEGRIS TUM RELIQUORUM INTERPRETUM TUM ISAACI CASAUBONI, QUIBUS SUAS ADIECIT

IOANNES BOSSCHA.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD S. ET J. LUCHTMANS,

ACADEMIAE TYPOGRAPHOS.

MDCCCXXIII.

22747
814/92

PRAEFATIO.

AEQUO LECTORI

S. D.

IOANNES BOSSCHA.

Fatale quodammodo fuiſſe videtur Appuleio, ut qui ſcripta eius illuſtrare et expolire conſtituerant, eorum opera aut morte aliiſve cauſſis interciperetur, aut exſpectatione ſerius in hominum oculos educeretur, aut affecta, mortuis auctoribus, aliis perficienda relinqueretur. Nam, ut omittamus Elmenhorſtium, Floridum, Iugeum, Marklandum (*), is, de quo in primis hic dicendum eſt, Franciſcus Oudendorpius, qui triginta circiter annos in Appuleio emendando verſatus erat, quo minus eruditionis laude ex praeſtantiſſimo hoc opere frui potuerit, obſtitit primo bibliopolarum tergiverſantium mora, dein Doctiſſimi Viri inſecuta mors. Huius relicti operis tutelam quum ſuſcepiſſet Celeberrimus Ruhnkenius, tum quoque

(*) De Elmenhorſtio vid. Append. Appul. p. 571; de Florido, eius praefat. ibid. p. 578. de Iugeo, ibid. p. 570. Ierem. Marklandus autem Appuleii quoque editionem inchoaverat. Sed quum primis paginis, quae typis iam deſcriptae et ad Bentleium miſſae erant, aliquot verſus excidiſſent, tam acriter hanc incuriam perſtrinxit Bentleius, ut Marklandus, taedio affectus, abſolvendae editionis conſilium prorſus abiecerit. Vid. vita Ieremiae Marklandi in Analectis Litterariis, a F. A. Wolfio editis P. IV.

que prima huius Editionis pars, Metamorphosin continens, per sedecim annos Chalcographorum manibus tractata est; alteram autem partem edere nec ipsi Ruhnkenio licuit, et iam hic septimus et tricesimus agitur annus, ex quo Metamorphoseon libri ex officina prodierunt. Quod vero nunc tertio iam anno, ex quo typis excudi coepta est, altera haec Appuleii Oudendorpiani pars evulgari potest, id inprimis tribuendum est curae et industriae Luchtmansiorum, qui, honestissimi typographi, quum a longo inde tempore egregiis libris edendis officinam suam claram et conspicuam reddiderint, nunc quoque literas iuvandi studio nullo modo deesse voluerunt. Caussae autem cur tam longo temporis intervallo nemo absolutionem susceperit operis, a Ruhnkenio inchoati, et omnibus aequis doctisque iudicibus probati, ut multae esse potuerunt, ita haec certe non fuit, quod illa Oudendorpianae doctrinae monimenta, in Bibliotheca Leidensi, tamquam in religioso quodam et inaccesso fano a publica utilitate cohiberentur. Vix enim Amplissimi Academiae Curatores consilium cognoverant de absolvenda Appuleii editione, quum non modo petenti veniam darent omnem Oudendorpii apparatum ad communem literarum fructum conferendi, sed etiam, quidquid in Bibliotheca ad Appuleii editionem augendam aut ornandam spectaret, futuro editori libere patere iuberent. Cuius Amplissimorum virorum de literis bene merendi studii, et grati nostri animi, publicum hoc testimonium exstare voluimus.

Novi editoris officium quatuor fere continebatur partibus, quarum una versabatur in digerenda materia, ab Oudendorpio relicta, adiectis priorum interpretum animadversionibus; altera, huic coniuncta, in constituendo textu; tertia, eademque difficillima, in castiganda nobilissima illa Apologia, quae ab Oudendorpio intacta erat relicta, neque tamen in hac Editione desiderari debebat, ne quid Appuleianis scriptis deesse, iusta querendi caussa esset; denique aliorum commentarii, qui commode contextui subiici non poterant, edendi erant, necessarii Indices conficiendi, et reliqua addenda, quae in absoluta veteris auctoris editione requiri posse videbantur. De singulis breviter dicendum.

In

In digerendis Oudendorpii animadverſionibus, ubi nimiae earum prolixitati detrahi aliquid ſine detrimento poterat, id factum eſt, quamvis raro fieri potuit: cavendum enim erat, ne quid omitteretur, quod aliquo modo cum ſcriptoris loco, vel Oudendorpii conſilio, eſſet coniunctum. Primae animadverſiones, pag. 2 et 3, concinnius fortaſſe componi poterant, ſed initio operis, ut fit, minor rei uſus, et nimia verecundia, longiores eas reliquerunt, quam neceſſe erat. Illud vero in primis cautum eſt, ne aliena pro Oudendorpianis darentur; qua in re novo Editori aliquanto religioſius verſandum erat, quam Celeberrimo Ruhnkenio, qui non nunquam de ſuo penu, quamvis pauciſſima, adiecit, vel Oudendorpii notis ſuum iudicium verbulo interpoſuit. Quod propterea te non ignorare volumus, Lector, ne ſtultitiae atque arrogantiae tribuas, quod pauca illa, quae a nobis hic illic addita ſunt, quamvis leviſſima, ab Oudendorpianis, quaſi ambitioſe, diſtincta ſunt. Poterat egregium illud literarum decus, Ruhnkenius, cuiuſvis operi, ſuo iure, ſe interponere, ſed nobis committendum non erat, ut Oudendorpianis noſtra qualiacunque tacite immiſcerentur.

In vera lectione conſtituenda eo minus doctis iudicibus ſatisfactum putamus, quo minus nobis ipſi ſatisfecimus. Si quid in hac opera praeſtitum eſt, eius laudis haud exigua pars debetur Lennepio, Viro Clariſſimo, qui, de locis dubiis ſententiam rogatus, nunquam defuit, ſed vel iudicii ſubtilitate vel novae emendationis acumine de editione noſtra egregie meruit.

Verum, ad Apologiam quum nihil ſcriptum reliquiſſet Oudendorpius, praeter varias librorum lectiones, in marginibus editionum enotatas, huius expoliendae provincia multo plures habebat difficultates, tum propter variam doctrinam, in illa oratione ab auctore expromtam, tum propter animadverſionum conſcribendarum rationem, ab Oudendorpio in reliquo opere adhibitam, quam et nos ſequi oportebat. Quum enim variae librorum lectiones omnino omnes, tam manu ſcriptorum quam editorum, notis comprehendi et recenſeri deberent, farrago illa et indigeſta moles ad perſpicuitatem, certe ad aliquam legentium voluptatem, componi

non

non poterat nisi ab eo, qui, praeter haud vulgarem criticam facultatem, variae doctrinae copiam afferre posset. Accedebat, quod describendis continuo priorum interpretum commentariis, paulatim usus contrahebatur vocabulorum et formularum, quae saepe hominum etiam doctorum usu frequentantur, sed a veterum auctorum consuetudine abhorrent. Quapropter, Lector Benevole, si in notis nostris neque illam perspicuitatem, doctrinae ubertatem et accuratam linguae scientiam reperias, quam in Oudendorpii animadversionibus deprehenderis, neque Latini sermonis eam integritatem, quae hodie in criticorum scriptis requiritur, neque fortasse eam modestiam, quae non continuo de aliorum errore pronunciat, si quid dixerunt, quod nobis non verisimile videatur, illa omnia, et quae praeterea vituperanda inveneris, aut pravis aliorum exemplis aut adolescentiae imbecillitati, quaeso, tribuas. Hanc unam laudem nobis petimus, quod ad tantam laboris perseverantiam nos obduravimus, quanta requirebatur ad opus perficiendum, quod quanta nobis constiterit patientia, nemo facile cogitando assequi poterit; hunc unum huius operae fructum nobis vindicamus, quod iam in omnibus quae supersunt Appuleii scriptis, cuiusvis lectionis momentum ponderatum vel auctoritas constituta est.

Addita Apologia, nimis aucta erat voluminis moles, quam ut Beroaldi et Pricaei notas, et reliqua, quae in Ruhnkenii praefatione promissa erant, comprehendere posset, praesertim, quum ipsa Apologia novam commentariorum accessionem postularet. Itaque Tertium Volumen additum est, cuius adornandi operae maior pars ex eo genere erat, quod maiorem molestiae quam voluptati locum praeberet. De ipso Appuleio, et subsidiis, quae ad scripta eius illustranda et emendanda adhibita sunt, dictum est in peculiari Disputatione. Sed illud omittendum hoc loco non est. Iam fere ad dimidium editionem hanc produxerant Chalcographorum operae, quum certiores nos fecit Schneitherus, Vir Doctissimus, Gymnasii Groningani Rector, legisse se in libello Germanico (*), Böttigerum in Bibliotheca Guelpherbitana vi-

(*) Beylage zum Litterar. Wochenblad. August. 1820. Band VI. 38.

vidisse apparatum Editionis Appuleii, a Iugeo (Theod. de Iuges) ita adornatum, ut iam typis describi posset, cuius apparatus in Metamorphoseos Editione, a Ruhnkenio curata, nulla ratio habita esset. Accepto hoc nuncio, statim intelleximus, quanti nostra interesset scire, quo pretio apparatus ille habendus esset; et circumspicere coepimus, a quo pleniorem huius rei notitiam acquirere possemus. Itaque, quoniam arbitrabamur, Guelpherbitanae Bibliothecae copias adhuc Göttingae asservari, quo, constituto regno Westphalico, deportatae fuerant, Göttingam cogitantibus statim sese obtulit Heerenii nomen, in literata civitate celebratissimum, cuius etiam officiosae humanitatis fama ad aures nostras pervenerat. Eventus docuit haud vanam fuisse eam existimationem. Non ita diu enim post datam a nobis epistolam, officiose rescripsit Vir Celeberrimus, Bibliothecam Guelpherbitanam quidem non amplius Göttingae haberi, sed se epistolam scripsisse ad Leistium, Vir. Clar. Gymnasii Guelpherbitani Rectorem, qui a Schönemanno, docto adolescente, totius apparatus descriptionem conficiendam curaverat, quam Leistii epistolae inclusam nobis transmittebat Heerenius. Scripserat Leistius, si quid ex Iugei animadversionibus aut subsidiis criticis excerptum ad usus nostros conferre vellemus, se libenter hanc rem procuraturum; sin universum apparatum huc deferri cuperemus, a summis Ducatus Brunsvicensis Magistratibus huius rei veniam esse petendam. Verum quum ex accurata Schönemanni descriptione constaret, Iugeum nullam MStorum copiam habuisse, et in commentario eius neque ingenium criticum neque magnam doctrinam comparere, iudicavimus, quod etiam suspicabatur Heerenius, Iugei copias non magnopere nobis esse profuturas (*). Itaque Appuleii editionem hac mora retardari noluimus, sed, de Iugei opera non amplius laborandum esse existimantes, Heerenio, Leistio et Schönemanno, gratae nostrae voluntatis testem ac pignus publicam hanc commemorationem esse voluimus.

Vale, Benevole Lector, et sic putato, nihil nobis gratius futurum, quam si in-

(*) Cf. Append. Appul. p. 570.

intellexerimus, operam nostram antiquarum literarum studiis profuisse. Ceterum hos et tales operarum errores ac vitia quaedam interpunctionis in animadversionibus nostris aequi bonique facias: Pag. 407, a. vs. 16. pro *Colvii coniectura est* leg. *Colvii coniect. edita est.* Pag. 409, b. vs. 12. pro *Appuleii* leg. *Appuleio.* Pag. 420, b. vs. 13. pro *mutandum* leg. *mutanda.* Pag. 435, b. vs. 35. pro *revocandum* leg. *revocandam.* Pag. 428, b. vs. 25. pro *alias* leg. *alios.* Pag. 436, a. vs. ult. locus Aurelii Victoris omittendus est. Pag. 442, b. vs. 7. pro *Ed. post.* leg. *Ed. Iunt. post.* Pag. 457, b. vs. 4. pro *videbantur* leg. *viderentur.* Pag. 467, b. vs. 30. pro *cui accedo* leg. *cui sententiae accedo.* Pag. 549, b. vs. 32. pro *destingui* leg. *distingui.*

Scrib. Hagae Comitis, d. VII Septemb. MDCCCXXIII.

APPULEII MADAURENSIS

FLORIDA.

LIBER PRIMUS.

INDEX CODD. MSS.

MSS. qui usui fuere in Floridorum libris, sunt:

MS. Pithoeanus pervetustus, ex collatione P. Pithoei.

MSS. duo Florentini, collati a Lindenbrogio et citati ab Elmenhorstio, cuius tamen in hoc genere negligentiae egregie occurrit eadem collatio, ipsius Lindenbrogii manu scripta, vide Cel. Ruhnken. Praef. ad Metam. p. IX.

MS. Lipsianus, citatus a Colvio et cuius varias lectiones in margine Vulcanianae Ed. notavit Is. Vossius.

MS. Fulvii, citatus a Scioppio in Symb. Crit. et Wowerio.

MS. Bembinus, ex Var. Lect. Er. Puteani. — I. B.]

FLORIDA] In his libellis mira grataque varietate philosophiae commendationem prosequitur: incipitque a religione de re sacra dicturus apud Carthaginenses. I. PYRRHUS. Sunt hi Floridorum libri nihil nisi mera fragmenta, ab aliquo Appuleii studioso ex diversis eius libris in unum comportata, tanquam ἐκλογαὶ et floridiore dicendi genere expressa. SCIOPP. *in Symb.* Floridorum hi libri recitati videntur, distinctique per dies, et ex variis mixti argumenti, ut Galli dicunt: *du cocq à l'asne.* BRANT. Viri docti recte observant Florida haec mera esse fragmenta, ab imperitis et oscitantibus librariis perperam in libros IV. distributa; quorum sententiam in illis distinguendis, lubens merito secutus sum. ELMENH. Haec esse luxata membra et mutila fragmenta ex Appuleii Orationibus excerpta, et quasi selectos *flores* et ἀνθολογίαν (vid. ad Catal. Burm. T. I. p. 573.) censuit Wowerius *in Praef.* cui plerique sequentes editores adsensum praebuerunt. Mihi magis placet sententia Maussaci, haec ἀνθηρὰ χρήσιμα esse ipsius Appuleii, more oratorum, florida quaedam et exculta loquendi genera verborumque emblemata parata habentium, quibus uti possent cum tempus dicendi veniebat, adeoque et integras periodos, exordia, epilogos et omnigena dictionum schemata. Vid. ad Harpocrat. p. 5. Casaubonus non quatuor Floridorum libros sed tres fuisse putabat, initio Apol. sed minus bene olim connexa fuerunt, quae separanda erant et contra: frustraque Vincentius Contarenus in digerendo horum librorum ordine sudavit, irritumque laborem insumsit, Var. Lect. I, 4. In MS. Lipsii, ut notavit Hier. Groslot. Lislaeus, per capita erant distributi hi libri. Numerali ordine itaque singula cum aliis distinximus, sed librorum numeros, facilitatis in citata loca quaerendo causa, retinuimus. Vane igitur, quis illorum primus fuerit excerptor, anquisiverunt viri docti. Barthius Advers. L. XVI. c. 8, omnino credit, fuisse Fulgentium Placiaden, quia in Floridorum antiquo codice, a se Venetiis emto, titulum Fulgentii Floridi invenit. In MS. Pithoeano uno ductu post Metamorph. haec sequuntur, et in margine: *incipit Floridorum.* [Excerpta esse sive fragmenta dissertationum et declamationum a studiosis Appuleii collecta, quales Anthologiae, Electa, et quocunque nomine insigniantur, aliorum circumferuntur, cum Wowerio censet Anonymus in Obs. Misc. Vol. V. T. 3. p. 148. ubi turpem Gundlingii errorem perstringit, qui Hist. Liter. p. 324, scripserat, inter Appuleii opera tractatum unum esse *de Floridis.* — I. B.]

NUM. I. Ut ferme religioſis viantium moris eſt, cum aliqui lucus, aut aliqui locus ſanctus in via oblatus eſt, veniam poſtulare, votum adponere, paulisper ad-

RELIGIOSIS VIANTIUM MORIS] i. e. religioſis viatoribus, per Graeciſmum: cuius genitivi exempla ſuperſunt innumera. Verum ille mos, quem narrat, vix poteſt dici proprius eſſe ſolis religioſis. Potius enim eſt omnibus apud Ethnicos viatoribus, qui modo ignorantes ea loca non tranſcurrunt, vulgaris. Adi commentarios VV. DD. hic loci et ad Minuc. Fel. c. 3. *In lapides effigiatos ſane et unctos et coronatos.* Quare fere accedo Becichemo arbitranti eſſe legendum *religioſi*, Ep. 96. Quomodo edidiſſe etiam video Scriverium. *Mos religioſus erat viantium.* ſtatim, *religioſa mora.*

ALIQUIS LUC. A. ALIQUIS LOC. S.] Emend. *aut alius locus.* Ovidius [XV. Met. 79.] *ſanctis et verba minantia lucis.* adhibenda l. Sanctum ff de rerum divis. STEWECH. Codex pervetuſtus Fr. Pithoei dat *aliqui*, utrobique. vid. Gronov. Obs. in Eccl. auct. c. 21. p. 230. ad Gell. L. XI. c. 13, *aliqui veſtrum*: ut *aliqui ſonitus*, pro, *aliquis*. item L. XV. c. 2. *aliqui pudor.* Noſter infra e MSS. *orator objecerit aliqui*, de Deo Socr. Sic et MSS. optimi apud Cic. L. III. de Off. c. 7. *aliqui caſus*, vid. Comm. Duk. ad Flor. L. I. c. 18. §. 20. De *luco* et *loco* iunctim vid. Abram. ad Cic. de prov. Conſ. c. 14.

VOTUM POSTULARE, PORTUM APPONERE] Alii libri pro *portum* habent *pomum*, pro re qualibet ſacrificii cauſa oblata. PYRRH. Fulv. Urſ. coniicit leg: *veniam poſtulare*, *votum apponere.* Sicut ſupra *colloque eius multis oſculis inhaerens*, *veniam poſtulabam.* Et, *Multiiugis precibus editis veniam poſtulabat.* Ego hanc hominis doctiſſimi coniecturam quo magis conſidero, magis probabilem comperio. Confert enim ſeſe App. cum religioſis viatoribus. nam ut illi oblato loco quopiam ſancto ſolent, 1. veniam poſtulare, 2. votum apponere ſive preces fundere, aut etiam deorum genua incerare, quomodo apud Propert. lib. 2. lego: *iam nunc me ſacra Dianae ſuſcipere et Veneri ponere vota iuvat* 3. paulisper aſſidere: ita et ſibi ait, 1. praefandam veniam, 2. habendam orationem, 3. inhibendam properationem. Videt lector iudicio praeditus, quam apte comparationis membra inter ſe ſibi reſpondeant, ſi Fulvianam amplectamur lectionem. SCIOPP. *in Symb.* Emend. *donum apponere.* LIPS. Notatur aliis, alias legi, *pomum apponere.* Unde Lipſio facere viſum, *donum apponere.* Nam infra Apolog. 1. *Si poſueris donum aliquod*, *ſi ſacrificaveris*, *ſi verbenam ſumpſeris.* COLV. Becichem. in ſuis libris eſſe ſcribit *ſervum apponere*, unde ipſe veriſimiliter emendat, *ſertum apponere.* Notum, Deorum aras et ſimulacra ſertis olim coronare moris fuiſſe, quod et nos alibi notamus. ID. *in omiſſ. Donum apponere*] Ab elegantiſſimo Lipſii ingenio haec lectio. Fulvius, *veniam poſtulare*, *votum apponere.* Flor. 1. et Ioan. Pyrrhus legunt, *pomum apponere*, alter, *portum apponere*, male. Apuleius Apol. *ſimiliter ſi poſueris donum aliquod* etc. ELMENH. *veniam poſtulare*, *donum apponere*] Haec eſt vera lectio corruptiſſimi loci. vel potius ut Fulvius: *ven. poſt. votum app.* Mos religioſorum et adorantium, veniam poſtulare, votum apponere, paulisper aſſidere. Hanc legem ſacrorum implet Apuleius praefatione veniae, habita oratione, et inhibita properatione. Et votum apponere, quod Tertull. de oratione, *adſignare orationem. Adſignata*, inquit, *oratione*, *adſidendi mos eſt quibusdam.* Nam vota ſeu preces tabellae conceptas et obſignatas ſtatuis adfigebant, idque vota ſignare, adſignare. Apuleius votum apponere. WOWER. *votum poſtulare*, *portum apponere*, veterum Edd. conſtans eſt lectio, in qua cum ſenſus videatur nullus, variis modis viri docti tentarunt ſanitati ſuae reſtituere. Et primo, ſine ulla litterarum mutatione placebat Ampl. Rutgerſio Lib. V. Var. Lect. c. 5. ordinem verborum modo inverti, ſcribendo *portum poſtulare*, *votum apponere*, quo loco multa habet de votorum in ceratis tabellis conceptorum adfixione. Et ſane *ponere*, *adponere*, *adfigere vota* etc. obvium eſt. Intelligit ergo vota pro felici itinere, ſive, ut occurrit aliquoties in Inſcriptionibus PRO SALUTE ITUS ET REDITUS. Verum, praeterquam quod dura ſit catachreſis in terreſtri itinere facere mentionem portus, haec reſpondere debent ſequentibus *mihi praefanda venia*, *et habenda oratio eſt.* Rectius ergo Urſinus, Wowerius, Sciopp. et I. Rycquius reponere tentarunt *veniam poſtulare*, *votum adponere.* Quod ad primum attinet, iis cum Salmaſio Epiſt. 87. facile accedo, tum quia in Cod. Pithoeano ſit *natum poſt.* tum quia ſic ſoleat loqui Appul., ut iam monuit Sciopp. Sic Lib. VI. p. 384. *editis precibus* veniam poſtulabat, et L. XI. p. 808. *colloque eius inhaerens* veniam poſtulabam. Theod. vero Sellius *votum poſtulare* ſumit eodem ſenſu, quo *preces precari* apud Catonem de Re Ruſt. c. 134. *Te hoc fercto obmovendo* preces precor. Nec opus eſt, ut cum Salmaſio hinc faciamus *veniam tum.* Sequentia vero variis coniecturis vexant viri docti. Id vero, quod a Scaligeri usque editione vulgo receptum eſt, eſt coniectura Lipſii El. 2. 18. *donum apponere* ex

adsidere: ita mihi, ingresso sanctissimam istam civitatem, quamquam oppido festinem, praefanda venia, et habenda oratio, et inhibenda properatio est. Neque

ex Apol. *si posueris donum aliquod* etc. *Donum promittit* in voto Petron. c. 83. Verum ea nimis vaga est. Beeichemus Ep. 96. ait in MSS. suis esse *servum:* unde emendat *sertum*, multisque exemplis ararum coronatarum adstruit: atque ita, non nominato eo, omnino legi vult Salmasius, eique adsensum praebet J. F. Gronov. Diatr. Stat. p. 131. sic statim: *ara floribus redimita.* Quid, si propius ad litteras, cum G. Vossio scribamus *serviam?* quod ei incidisse suspicor e Plinii loco L. XXI. c. 2. *cum vero e floribus fierent serta a serendo serviae adpellatae sunt:* at locus is mihi suspectus. MSS. Urs. et var. lect. Florent. cum Edd. vett. dant *portum:* unde satis inepte vir doctus (A. Gronovius) in Miscell. Obs. Vol. V. T. 3. p. 108. coniecit *pothon*, herbam scilicet quamdam. Probare saltem debuisset, eam herbam in sacris fuisse adhibitam vel votivam fuisse. Olim ego ex ea lectione refingebam *fertum* sive, antiquitatis more, *fortum* vel *ferctum.* Vide Festum V. *fertum* et *strufertarius*, Isidori Gloss. Salm. ad Solin. p. 891. Casaub. ad Persii Sat. II. 48. *Extis et opimo vincere* ferto. Item Neap. et Burm. ad Ovid. L. I. Fast. vs. 276. Schoetgen ad Caton. l. laud. Comm. ad Gell. X. 15. *cum strue et ferto*, et deinceps vidi id iam ante me in mentem incidisse Th. Sellio Observ. c. 14. (Atque hinc putem corrigendum Festum vel Paullum in *Silicernium genus farciminis*, *quo fletu familia purgabatur.* Leg. *quo ferto.* Fruter. *quovis esu.*) Verum nunc eam coniecturam plane damno. Unde enim viatori tam cito in ipsa via et itinere tale libi genus? quod et de aliis coniecturis dici potest. Verisimilior ergo est lectio MSS. 2. Florent. Lips. Pith. et Ed. Junt. post. *pomum:* quod placuit Joan. Pyrrho, pro re qualibet, sacrificii caussa oblata. verum id si praeferas, *vel pomum sertis adponere* proprie sumi debet. Sacris enim coronis adhibebantur etiam poma. Sic Met. L. XI. p. 759. corona *totis floribus*, *totisque constructa* pomis. Immo Diis vialibus Priapo, Silvano, Laribus ruralibus et compitalibus, de quibus omnibus ut itinerum ducibus adi Ev. Ottonem de diis vial. c. 9, 10, solebant *poma* offerri. v. carm. Priap. c. 53. Propert. L. IV, 2, *Insitor hic solvit* pomosa *vota* corona. plura vid. apud Broukh. ad Tib. I, 1, 17. et seqq. *Et quodcunque mihi pomum novus educat annus Libatum agricolae ponitur ante Deo.* Gor. Inscr. Etr. T. I. p. 181. Ut verum tamen fatear, nec hoc mihi satisfacit. Opponi enim hic omnino videntur *habenda oratio:* quare agendum et hic esset de *verbis.* Immo I. Rycquius Primit. Ep. 93. divinavit *preces adpon.* Cur non potius in sing. *precem?* Sed, omnibus his coniecturis posthabitis, retineo adhuc Ursini, Scioppii, Wowerii, Rutgersii lectionem *votum adponere:* pro felici itineris sui cursu, quorum votorum exempla in scriptoribus et lapidibus sunt innumera [vid. ad Met. p. 786. et seqq.]

PAULISPER ASSIDERE] Ritus adorationis et eorum qui precabantur Deos. Tertullianus de Oratione: *Porro cum perinde faciant nationes adoratis sigillaribus suis residendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur.* Et: *Quod, assignata oratione, assidendi mos est quibusdam.* Propert. Lib. II. *Ante tuosque pedes illa ipsa adoperta sedebit.* Item supplicum, et eorum qui tutelae sui causa confugiebant ad Deûm aras. Lysias Apologia: ἱκέται ἐπὶ τὸν βῶμον ἐκαθέζοντο. Plautus Rudente: *I sane in Veneris fanum huc intro: Sedentem flentemque opprimes.* Teles περὶ αὐταρκίας, vetus scriptor apud Stobaeum: ὥσπερ οἰκέτης τὸν κύριον ἐφ' ἱερὸν καθίσας, δικαιολογεῖται τί μοι μάχῃ; μή τί σοι κέκλοφα; Parthenius Erotic. cap. 18. καὶ ἐπειδὴ αὐτὴν εὐξήτει, ὁ ὑψικρέων ἱκέτης προσκαθίζετο ἐπὶ τῆς ἑστίας τῆς ἐν τῷ πρυτανείῳ. COLV.

FESTINE] Fruterius noster legebat, *festino:* Lipsius *festini.* Festinis, ut Declinis, Acclinis, et alia eiusdem generis. COLV. Gruterus *festino.* Lips. *festini*, male. ELMENH. *Festino* legit Lucas Fruterius. Infra Lib. IV. *Quamquam oppido festinant.* BRANT. Prave Ed. Elmenh. *festinae.* Lipsius mallet, ut editum a Scalig. *festini* scil. mihi; quod Nonius nobis ex Titinnio reliquit. Fruter. Lib. II. Veris. c. 17. legit rectius *festino.* Sensus enim est, *quamvis festinem, inhibenda properatio est.* Quidni ergo *festinem.* lineola super ē fuerat omissa. Plane idem occurrit N. 21. L. IV. *Quamquam oppido festinent*, licet et illic recentiores mutarint in *festinant.* Sed alibi *quamquam* noster, ut optimi quivis, adhibet in subiunctivo. Exemplum ex eo iam dedi ad Hirtii L. VIII. Prol. B. Gall. adde MSS. in de Deo Socr. p. 687. Ed. Flor. Drak. ad Liv. II. 4. in f. Cic. II. de Inv. 2. *quamquam consumserint* in MS. vetustissimo, ubi v. Idem modus rescribendus est ex MSS. innumeris Ovidio L. III. ex P. 5, 9. *Quae* quamquam *lingua mihi* sint *properante per horas Lecta.* Silio It. L. VII. vs. 163. Quamquam *magna incepta* vocent.

PROPERATIO EST] Abest τὸ *est* a Cod. Florent. et Ed. Elmenh.

que enim iustius religiosam moram viatori obiecerit, aut ara floribus redimita, aut spelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata, vel etiam colliculus sepimine consecratus, vel truncus dolami-

SPELUNCA FRONDIBUS INUMBRATA] ut apud Virg. VI. Aen. Ex speluncis enim reddebantur oracula, ut Delphis. PYRRH. MS. Cod. *floribus inumb.* Seneca Epist. XLI. *Et, si quis specus saxis penitus exesis montem suspenderit, non manu factus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatus, animum tuum quadam religionis suspicione percutiet.* Observemus hinc etiam olim specus et speluncas antiquas, quemadmodum lucos, sacras et Diis dicatas fuisse. COLV. Vide Porphyrium de Nympharum antro, p. 20. ELMENH. Male MS. Pith. Lips. *floribus.* Talem speluncam nobis exhibet auctor noster Met. Lib. II. p. 93. de Dianae antro: *pone tergum Deae saxum insurgit, in speluncae modum muscis et herbis, et foliis et virgulis, et sicubi pampinis, et arbusculis alibi de lapide florentibus*, ubi vide.

QUERCUS CORNIBUS ONERATA] Fulv. Urs. mavult: *coronis ornata.* Cui vix est, ut adsentiar, uti nec in illo, quod paulo post legit: *Pauca haec quippe* etc. Propert. eodem loco: *Incipiam captare feras et reddere pinu Cornua, et audaces ipse monere canes.* SCIOPP. *in Symb.* Cervorum et id genus ferarum cornua de arboribus sacris suspensa numinibus dedicabant, et Dianae in primis. Propert. Lib. II. *Ipse ego venabor. Jam nunc me sacra Dianae Suscipere et Veneri ponere vota juvat. Incipiam captare feras, et reddere pinu Cornua, et audaces ipse monere canes.* Ovid. Met. [XII. vs. 266.] *Telique habet instar, in illa Quae fuerant pinu votivi cornua cervi.* Mnesalcus poëta vetus Epigr. Gr. Lib. VI. Τὰν ἔλαφον Κλεόλαος ὑπὸ κυαμοῖσι λοχήσας, Ἔκτανε Μαιάνδρου πὰρ τριέλικτον ὕδωρ Θηκτῷ σαυρωτῆρι, τὰ δ᾽ ὀκταῤῥιζα μετώπων Φράγμαθ᾽ ὑπὲρ κραναὰν ἄλλος ἔπαξε πίτυν. Scribit etiam Quaestion. Rom. Plutarchus, templis omnibus Dianae cornua cervorum adfigi moris fuisse. Scias et ad aliorum numinum fanorum limina id ipsum factitatum. Quod indicat Symmachus Lib. V. Epist 63. *Nam ut honori numinum datur cornua sacrare cervorum, et aprinos dentes liminibus affigere: ita amicorum cultui dedicantur libamenta silvarum.* Simmias: Δέρμα δὲ ὀργυιαῖα κέρα βοὸς ἐκ βασιλῆος Ἀμφιτρυωνιάδα κεῖμεθ᾽ ἀνὰ πρόπυλον De Plutarchi Symmachique loco monuit amicissimus Lipsius, et benignissime nobis communicavit. COLV. Hostiarum cornua suspendi aris testatur Plutarch. in problematis: dum quaerit cur in Dianae templis cervorum cornua affigantur. Alio vero pacto apud Mart. dicitur: *cornibus ara frequens.* PYRRH. Non sequor illos qui rescribunt: *coronis ornata.* Scholiastes Aristophanis: ἔθος ἦν τοὺς θηρῶντάς τινα ἄγραν, μέρος τι τοῦ θηρωμένου κεφαλὴν ἢ πόδα προσηλοῦν πασσάλῳ ἐπί τινος δένδρου εἰς αὐτὴν τὴν ὕλην πρὸς τιμὴν τῆς Ἀρτέμιδος. Inde et praedator Jupiter cultus, cui pars praedae debebatur. Serv. III. Aeneid. Liminibus templorum Dianae etiam cornua affixa. Symmachus Lib. V. epist. 66. Allusit Propert. Lib. II. el. 11. WOWER. Ful. Q. *coronis ornata*, minus recte, ut Wowerius notat. ELMENH. Primo F. Ursinus mavult *coronis.* Verum errare virum doctum patet satis e notis Colvii, Wowerii et Scotti Observ. Poët. L. I. c. 12, docentium, venatorum morem fuisse, cornua captorum cervorum ex arbore suspendere. Idem vero Ursinus pro *onerata* mallet *ornata*, Scottus *honorata.* Et sane pondus ingens multorum cornuum esse debuerit, ut inde quercus *oneretur.* Nisi potius *onerari* notat honoris magnitudinem et gravitatem quacunque in re. Certe hinc frequentissima est confusio horum verborum. Vide ad Met. p. 803, b.

FAGUS PELLIBUS CORONATA] Olim ut cornua, sic etiam pelles ferorum animalium quorumlibet ad arbores Diis suspendebant venatores. Quod etiam ex iisdem Epigrammatariis Graecis observamus. Paullus Silentiarius: Σοὶ τόδε, πενταίχμοισι ποδῶν ὡπλισμένον ἀκμαῖς Ἀκροχανὲς φονίῃ κρατὶ συνεξερύσας, Ἄνθετο δέρμα λέοντος ὑπὲρ πίτυν, αἰγιπόδη Πὰν, Τεῦκρος Ἄραψ καὶ τὴν ἀγρότιν αἰγανέην. Alius vetus ibidem poëta, Zonas: Τοῦτό σοι, ὑλειῶτα κάτ᾽ ἀγριάδος πλατάνοιο Δέρμα, λυκοῤῥαίστης ἐκρέμασεν Τελέσων Ubi hic Pani Deo lupi in platano, ille leonis in pinu pellem dedicat consecratque. Ab hac similive dedicatione arbores tales Sacrae erant, et ita dicebantur; ad quas in via oblatas gradum sistebant, ut noster hic indicat, et vota reddebant religiosi viatores. De his etiam sensit D. Augustin. de Tempore Serm. 241. *Quicunque in agro suo aut villa, aut juxta villam aliquas arbores aut aras vel quaelibet fana habuerit, ubi miseri homines solent aliqua vota reddere; si non eas destruxerit vel succiderit, in illis sacrilegiis quae ibi facta fuerint, sine dubio particeps erit.* Sed aliis multis modis olim arbores fiebant Sacrae. De quibus pluribus agere hoc temporis supersedebimus. COLV. Lactantius ad illa Statii Thebaid. IX. *Seu iam culmine fixus Excubat, antiquo seu pendet gloria luco. De venatione gloria, aut ferae magnitudine, quae rura oviliaque vastaverat. Luco vero Dianae aut Silvani alia sunt quae figuntur,*

mine effigiatus, vel cespes libamine fumigatus, vel lapis unguine delibutus. Par-

tur, alia quae a pastoribus templorum tholis suspenduntur, dentes et cornua figuntur, pelles et alia suspenduntur. Ita haec verba ex V. C. restituenda. WOWER. Praeter Colv. Wower. vide ad Arnob. I. p. 22. Pricaeum ad Apol. p. 134. Burman. ad Ovid. Met. VIII. vs. 723, adde vs. 745. Longi Pastor. p. 58. *ἔθυσέ τε ταῖς νύμφαις καὶ κρεμάσας* (hircum) *ἀπέδειρε, καὶ τὸ δέρμα ἀνέθηκεν*

VEL ETIAM] Vulgatum erat ante, *vel enim.* Unde conjiciebat vir magnus etiam posse legi, *vel levi coll. sepim. cons.* COLV. *vel enim* MS. Florent. et Edd. vulgo ante Colv., item Elmenh. et Flor. ut sit adseverantis particula, atque ita in Deo Socratis legit Mercerus ad Nonium p. 132. in Apol. p. 540. ed. Flor. *vel enim sub ulmo marita cubet.* Sed hic loci sequi malim MS. Lips. Becichem. Ep. 96. Pith. Ed. Junt. post. Groslot. Colv. et reliquos *vel etiam.* Lipsius conjecit *vel levi coll.*, alius vir doctus *vel leni.*

COLLICULUS SEPIMINE CONSECRATUS] Bidental, id est, fulmine tactum locum intelligit, quem religioso sepimine a profanorum contactu et pressu defendebant sacerdotes et Diis ita consecrabant. Elegans locus, qui huc spectat, Apollinaris Sidonii carm. 9. ad Felicem consulem, sed qui hinc etiam, veterum tamen librorum fide, emendandus legendusque ad hunc modum: *Nec quae fulmine Tuscus expiato Septum numina quaerit ad bidental.* nam male editus vulgo, *sextum num. q. a. b.* In hoc arae exstructae, et hostiis omne genus factum. Memini me aliquando plura hanc in rem ad locum illum Sidonianum notasse quae iam non ad manum. Sed adi interim Festum, Bidental, et tersissimas Jos. Scaligeri castigationes. COLV. Omnia haec de superstitione paganorum et idolis eorumdem accipienda sunt. Nihilominus uno loco correctionis lima indigent. Quaero anne genuinum sit: *colliculus sepimine consertus*, vel, quod malim *conseratus.* Nam ut in sequentibus, *dolamen*, *libamen* et *unguen* ad formam, item hic *sepimen*, cujus munus in includendo non in consecrando positum. Extremum illud, de lapide dictum, ad simulacra traho, quae inungere illi soliti, qua de re etsi nos alibi, testimoniis tamen ea antiquitas illustranda est, in primis Arnobii ex primo adversus gentes: *Si quando conspexeram lubricatum lapidem, et ex olivi unguine ordinatum* (corrigo *exornatum*) *tamquam inesset vis praesens, adulabar, affabar et beneficia poscebam nihil sentiente de trunco.* Item Minucii Felicis: *Ut tam luculento die in lapides eum patiaris impingere effigiatos sane, et unctos, et coronatos.* Apuleii locus nequaquam mihi praetereundus, is in prima Apol: *negat vidisse se, qui fronte, unum saltem in finibus eius aut lapidem unctum, aut ramum coronatum.* Ut in praesens unguen, itidem alibi hic auctor cum Plauto et aliis usurpat, *unctum*, *unctionem* et *unctiusculum.* STEWECH. Ineptit Stewechius, aiens sepiminis munus non in consecrando sed includendo positum esse; adeoque legit *consertus* vel *conseratus*, Mercilius ad Persium p. 61. Ed. Morell. etiam *conseptus*, falli aiens eos, qui ad fulgurita trahunt. Sed nihil certius est, quam auctorem hic non agere nisi de locis rebusve consecratis; ac bene Colvius docuit, *bidental* seu locum fulmine tactum intelligi. Vide eum et notas ad Lucan. L. I. 608, *dataque locis numen*, ac L. VIII. in f. *Inclusum Tusco venerantur cespite fulmen.* de Deo Socr. p. 677. Ed. Flor. *Tuscorum piacula*, *fulguritorum bidentalia*, ubi plura Elmenh. aliique.

TRUNCUS DOLAMINE EFFIGIATUS] Stipitem finalem intelligit, quem polite exasciare, floribusque ornare sueverant veteres. Prudentius: *Deasciato supplicare stipiti, Verris cruore scripta saxa spargere.* COLV. vide P. Pithoeum Adversar. Subsec. L. II. c. 14. BRANT. Cic. in Acad. *aut e robore*, inquit, *dolatus.* Ut pudendi Dei effigies, de quo Polit. PYRRH.

CESPES LIBAMINE HUMIGATUS] Florentin. *Cespes l. fumigatus:* quod etiam in mentem venit Pyrrho. ELMENH. In levitico de more sacrificiorum fere similia reperies. Pro *humigatus* fortasse leg. *fumig.* unde adolere arae dicuntur. PYRRH. Ara cespititia, in qua supersint aliqua vini aliusve liquoris effusi vestigia. *Humigare* vox Apuleiana. FLORID. [vid. ad Met. L. VIII. p. 533, a.] Optimus codex Florent., item J. Pyrrhus praebent *fumigatus.* Vere, ni fallor. Aram intelligit ex cespite (de qua vide Elmenh. et Pricaeum L. VII. p. 139. *aram cespite virenti faciunt*) thuris et id genus libaminis fumo vaporatam. Adi VV. DD. ad Calpurn. Ecl. II. 62. *Saepe* vaporato *mihi* cespite *palpitat agnus.* Hor. III. O. 8. vs. 2. *positusque carbo in Cespite vivo. Fumigatos parietes* in Apologia dixit auctor noster.

LAPIS UNGUINE DELIBUTUS] Apologia I. *Negant vidisse qui fuere unum saltem in finibus eius aut lapidem unctum, aut ramum coronatum.* Siculus Flaccus de conditionibus agrorum: *Cum terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant proxime ea loca, quibus fossis factis defixuri eos erant, et unguento velaminibusque et coronis eos coronabant.* Hinc proverbialis sermo apud D. Clementem Alexandr. L. VII. Stromat: *Οἱ αὐτοὶ δ᾽ οὗτοι*

Parva haec quippe, et quamquam paucis percontantibus adorata, tamen ignorantibus transcursa.

Num. II. At non itidem maior meus Socrates. qui, cum decorum adolescentem, et diutule tacentem conspicatus foret, Ut te videam, inquit, aliquid eloquere. Scilicet Socrates tacentem hominem non videbat. etenim arbitrabatur, homines non oculorum, sed mentis acie et animi obtutu considerandos. Nec ista re cum Plautino milite congruebat, qui ita ait:

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.

Immo enimvero hunc versum ille ad examinandum homines converterat:

Pluris est auritus testis unus, quam oculati decem.

Ce-

πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον, τὸ δὴ λεγόμενον, λιπαρὸν προσκυνοῦντες. Arnob. L. I. *Si quando conspexeram lubricatum lapidem et ex olivi unguine ordinatum.* Ubi putabam ſorte scribentum *ex ol. unguine irrigatum.* B. Augustin. de Civ. Dei L. XVI. c. 38: *Nec, more idololatriae, lapidem perfudit oleo Jacobi, velut faciens illum Deum. neque enim adoravit eundem lapidem vel ei sacrificavit.* Unde notandum lapides hos, i. e. terminos, non simulacra e lapide, quod alii volunt, oleo ungi moris fuisse. Et ex his omnibus palam est veterum superstitio, ut qui quodlibet in via temere oblatum, sacrum aliquo modo esset, id venerarentur: sive ara, seu lapis, seu stipes esset. Praeter nostrum etiam eius rei index Xenophon: Καὶ τοὺς μὲν οὐθ' ἱερῶν, οὔτε βωμῶν, οὔτε ἄλλων τῶν θείων οὐδὲν τιμᾷν, τοὺς δὲ καὶ λίθους, καὶ ξύλα τὰ τυχόντα καὶ θήρια σέβεσθαι. Propert. L. I: *Nullas illa suis contemnet fletibus aras, Et quicunque sacer qualis ubique lapis.* Colv. vide notata ad Arnobii L. I. p. 22. Elmenh. *Lapis*] sive terminus itinerarius; sed et agrarius. Vide Becichem. Ep. 96. B. Pium T. I. Th. Crit. ubi agit de lapide praeconis. Adi omnino P. Pithoeum L. II. Subs. c. 14.

Parva] Male Ursin. *pauca.*

Percontantibus] Male Edd. Scriv. Flor. *percunctantibus.* Non notat hic *morantibus*: ut videtur Scriverius sumsisse; sed *investigantibus* et scientibus loca vel res illas sacras. Opponit enim τοῖς *ignorantibus.* alioquin videtur dicere debuisse *transcurrentibus ignorata.*

N. 2. At non itidem] Transit ad philosophicas recitationes. Sententia haec est vulgatissima: *ex sermone homines agnosci.* Est namque oratio vitae speculum et animi indicium. Plaut. in Trucul. Pyrrh. Hic incipit aliud fragmentum. Sciopp. *in Symb.*

Major meus socrates] Scil. auctor sectae Platonicae. Sic apud Agell. L. XI. c. 9. Musconius Athenienses maiores suos vocat. Vide Lactant. L. II. c. 7. Casaubon. ad Strabonem p. 22. Elmenh. Risum mihi movent, qui quaerunt cur Socratem maiorem suum appellet, auctorem scilicet sectae Platonicae. Gellius Lib. XIX. cap. 1. *maiores nostri conditores sectae Stoïcae.* Apud Aeneam Gazaeum de immortalitate animae Plato πρόγονος, ob eandem caussam. Ita in Apolog. Apul. *Maiores meos Aristotelem dico, et Theophrastum, Eudemum ceterosque Platonis minores.* Wower. Minus bene hic quoque Sopingius margini adlevit *mei.* Per *majorem* intelligit vel auctorem sectae Platonicae Socratem, ut capiunt Wow. Elmenh. Flor. vel potius magistrum unde didici quidquid sciam. Sic in Apologia Aristotelem et Theophrastum vocat *majores* suos; atque ita quoque capio locum Met. L. III. p. 193, *statuas et imagines dignioribus, meisque majoribus reservare suadeo.* ubi vide.

Adolescentem] MS. Flor. *adul.* Elmenh. Item Edd. vett.

Diutule] MS. Pith. Lips. Ed. Vicent. *diutile* sed vide ad N. 18.

Aliquid loquere] Sic MS. lib. vulg. *eloquere.* Colv. Flor. *a. et loquere.* Aldus, *a. eloquere.* Elmenh. MS. Lips. cum Edd. Colv. Vulc. Wow. *loquere*, male. Florent. Pith. *et loquere.*

Obtutu] Pith. *obtutus.*

Cum plautino milite] Stratophane, Trucul. [II. 6, 8.] Colv.

Pluris est oc. test. un. etc.] vide Polybium Hist. Lib. XIII. fol. 668. Elmenh. Addit Erasmus illas geminas portas, quae finguntur et ab Homero et a Virg. quod per corneam, i. e. ocularem, verae umbrae egrediantur: per eburneam, i. e. per auditum, falsae. Pyrrh. Dio Chrysost. Olymp. Wower.

Immo] Vetus codex *in uno.* Colv. Flor. *in uno.* Elmenh.

Ad examinandos homines] Vet. et aliquot alii, *exanimandos.* Colv. Alii *examinandum.* Elmenh. *Ad* deest in Pith. sed Lips. et Edd. quaedam inepte *exanimandos.* Medic. *examinandum*, bene. Vide ad Met. L. X. p. 708, a.

ad

Ceterum, si magis pollerent oculorum, quam animi, iudicia; profecto de sapientia foret aquilae concedendum. Homines enim neque longule dissita, neque proxime adsita possumus cernere: verum omnes quodammodo caecutimus. ac si ad oculos et obtutum istum terrenum redigas, et hebetem: profecto verissime poeta egregius dixit, velut nebulam nobis ob oculos offusam; nec cernere nos, nisi intra lapidis iactum, valere. Aquila enimvero, cum se nubium tenus altissime sublimavit, evecta alis, totum istud spatium, qua plui-

ad explorandam mansuetudinem.

CONVERTERET] Non est hoc in MS. Fraterius scribit *converterit* vel *converteret*. COLV. Flor. 2. *converterat*. ELMENH. Abest a Lips. Cod. Ceterum Socrates versum Plautinum non *converterat*. Sed ille, ex Appuleii iudicio, si sui res indicii fuisset, *convertisset*. Bene ergo Fruter. Veris. L. II. c. 17. legit *converterit* vel *converteret*, ut margini adleverunt Lipsius et alii, habetque Ed. Vulc. Sec. et MS. Florent. si meis excerptis fides, nam Elmenh. ait in eo esse *converterat*. [*Hunc versum* accipe, hanc sententiam a Plautino milite usurpatam. — I. B.]

HOMINES VERO] vulg. *H. enim*. COLV. Flor. *H. enim*. ELMENH. *Enim* habent MSS. Florent. uterque, Bembin. Pith. et Edd. omnes ante Colvium, qui male e Lipsii Cod. mutavit in *vero*. Bene τὸ *enim* iam revocavit Seriverius, monitu Vincentii Contareni Var. Lect. L. I. c. 5.

LONGULE DISSITA] remota ab oculis nostris. PYRRH.

CAECUTIMUS] vulgo, *caeci sumus*. ELMENH. Bas. ed. sec. *caecutimus*. COLV. Hoc quoque Codici Florent. item Edd. Iunt. post. Bas. sec. debemus: atque ita iam Elmenh. Scriv. Florid. In reliquis: *caeci sumus*.

AC SI] Scriptus liber, *at si*. COLV. MS. *At si*. Et post: *non cernere*. Fulvius verisimiliter corrigit: *nebula nobis ob oculos effusa* (ita MS. recte) *non cernere nos nisi intra l. i. valere*. SCIOPP. *in Symb.* Fort. *ac si oculos ad obt.* GROSLOT. Pith. *ad si*.

REDIGAS] Marcilius ad Juven. Sat. 1. vs. 66. legit, *diregas* vel *dirigas*, ut tacite edidit Wowerius. Nihil ego mutem. Subintelligitur ἀπὸ κοινοῦ *nos*, aitque, sive solum nos consideres, quod ad visum terrenum et corporeum pertinet, sive coartos nos intra angustias visus terreni. Sic *redigere ad incitas*, *inopiam*, *in ordinem* etc.

POËTA EGREGIUS] Hom. tertio Iliados: Τόσσον τις ἐπιλεύσσει ὅσον τ᾽ ἐπὶ λᾶαν ἵησιν. Et alia quae de offuscatis oculis scribit, quemadmodum ubi in bello milites pulvere offusi vix hostem cernunt: vixque ad lapidis iactum vident. PYRRH.

NEBULAM NOBIS OB OC. EFFUSAM] alii *n. n. o. o. offusam*. Ful. *nebula n. o. o. offusa*, *non cernere nos nisi intra l. I. valere*. ELMENH. Bas. sec. *offusam*. Et post in quibusdam *non cernere*. COLV. Cod. Ful. *nebula nobis o. o. offusa cernere nos nisi intra lapidis iactum non valere*, intelligit autem illa Homeri Iliad. γ. Τόσσον τίς τ᾽ ἐπιλεύσσει, ὅσον τ᾽ ἐπὶ λᾶαν ἵησιν. WOWER. Ablativum, et, pro *nec*, *non* e Cod. suo maluit Ursinus, recepitque Scriv. et certe *non* exstat in Edd. ante Colvium. Nihilominus quia reliqui MSS. servant quartum casum, uti et *nec*, nihil rursus muto. Facile enim subintelligi potest τὸ *esse*. Prave vero MSS. O., item Edd. primae, Iunt. pr. Bas. pr. Colv. Vulc. et Scioppius in Symbol. praeferunt *effus*. Nam *offundi* passim adhibetur de tenebris, et illis, quae subito oculis obducuntur. Quod super hoc loco monuit quoque Meurs. Exerc. Crit. p. 227. et recte Ed. Iunt. post. Bas. sec. Scal. etc. *off.* expresserunt. Turpiter Ed. Floridi *offussam*. Plin. L. III. Ep. 9, 16. *sibi tantum caliginis* obfusum. Perpetua haec in MSS. est variatio. Adi Cuper. Obs. II. 6. me ad Frontin. L. II. c. 4. §. 3. *species* obfusa est. Male vero coll. Voss. Lips. *ob oculis*.

AQUILA ENIMVERO] Autor incertus de natura animalium: ὁ παμμέγιστος ὀρνίθων ὄντως ἄναξ, Ὑψιπετόμων πάντων γε ἀετὸς πέλει. Καὶ ὀξυδερκὴς ἂν μὲν ὁ πτηνοκράτωρ. Καὶ μέχρι αὐτὸς ἐκ νεφῶν πάντα βλέπει. Τούτου δὲ καὶ τὸν ῥοῖζον ἀκούσας δράκων, Ἐπτηξε παραχρῆμα δὲ συνεστάλη. Χεῖς χηραμοῦς ὑπῆλθε τοὺς ἀποκρύφει Μὴ θᾶττον αὐτὸν συλλαβὼν διασπάσῃ. Θηρᾷ καὶ τὸν χῆνα, καὶ τὴν δορκάδα. Καὶ τὸν λαγωὸν. καὶ τὸ μὲν ταύρων γένος Καὶ ἄλλα πολλὰ, ὧν τροφὴν οἱ παρέχει. ELMENH. Halyetus est, ut Plin. scribit, inter aquilas oculorum acie clarissima: quae inplumes etiamnum pullos percutiens, subinde cogit adversus intueri solis radios, nec eos educat quibus firma acies non steterit. Hic autem egregie rem describit, et ita facile ut quivis intelligat. PYRRH. Coll. Voss. Lips. *vero enim*.

NUBIUM TENUS] Coll. Voss. Lips. *nubibus*. Utrumque bene, et a nostro indifferenter adhibitum. De dogm. Plat. p. 588. Ed. Flor. MSS. rectius *humerorum tenus*, ubi vide.

Su-

pluitur et ningitur, ultra quod cacumen nec fulmini, nec fulguri locus est, in ipso. ut ita dixerim, solo aetheris et fastigio hiemis: cum igitur eo sese aquila extulit, nutu clementi laevorsum vel dextrorsum tota mole corporis labitur, velificatas alas quo libuit advertens, modico caudae gubernaculo, inde cuncta despiciens, ibidem pinnarum eminus indefesso remigio, ac paulisper cunctabundo volatu paene eodem loco pendula circumtuetur; et quaerit, quorsus potissimum in praedam superne sese proruat, fulminis vice: de coe-

SUBLIMAVIT] MS. lib. *sublimabit.* COLV. MS. Lips. *sublimabit*, Pith. *sublimat.*

ISTUD SPATIUM] Ed. Floridi *illud.*

FULMINI] Coll. Voss. Lips. Pith. *culmini.*

SOLO AETHERIS] Cave audias virum doctum, f. Putschium, qui margini editionis suae adscripsit *polo.* Gul. *solio.* sed *solum aetheris* est οὐράνιον ἔδαφος, ut Graecis dicitur. Consule N. Heinsium et Burmann. ad Ovid. Fast. I. 110. *Sederunt medio terra fretumque* solo.

NUTU ELEMENTI] Forte melius, *nutu clementi:* ut, *Inclementi cursu* supra Lib. XI. Met. *Nec tamen gaudio subitario commotus, inclementi me cursu proripui.* COLV. Flor. *n. clementi.* ELMENH. Haec vera est lectio. Frustra alii: *nutu clementi.* Aristoteles de partibus animalium Lib. IV. cap. 11. WOWER. *Nutu clementi* optime membranae Florentinae, ut conjecerat Colvius, vel potius Lipsius ut ex eius margine patet, item Merc., et edidit Floridus. Vulgo *elementi*, pro aëris depressione, ut reor, quod prave propugnat Wower. loco Aristotelis de Anim. Part. Lib. IV. c. 11. *Clemens nutus* est lenis nec operosus pinnarum motus, quo illa tardius volet. Contra *inclemens cursus* L. XI. p. 779. Alibi *clementer accederet.* Minus bene ergo Vir Doctus margini Ed. Junt. post. adlevit *nisu clementi*, et N. Heins. ad Ovid. A. Am. L. II. 45. *natatu clementi* voluit. Adi me ad Met. Lib VI. p. 409. *Libratisque pinnarum nutantium molibus.* Coll. Lips. *et nutu.*

TANTA MOLE] Scribo *tota mole.* namque libenter *totus* pro *omnis* hic collocare solet. Lib. VII. de asino: *et tunc quidem totarum mulierum secta moresque de asini pendebant iudicio.* Simile et L. III. de asino: *totasque artes, manus machinas omnes ardenter exercet.* Simile apud Minut. Fel.: *plures totis hominibus Deos haberemus.* STEWECH. Stewech. *tota mole.* ELMENH. *Tota mole* omnino leg. ex Florentino Cod. et Stewechii emendatione, non ut in vulgatis, *elementi. nutu* et *tanta mole* FLORID. Non male Stewech. et Floridus rescribunt *tota mole*, quae ubivis variantur. Vide ad Met. L. XI. p. 793, b.

VELIFICATAS] Optime docet, quod identidem Plin. ait, milvos remigandi et navigandi artem docuisse. Aquilam nonnulli ab acuto visu denominatam putant. PYRRH.

MODICO] In veteri Cod. scriptum compendiose *mo.* COLV.

PINNARUM] Pinnae sunt pennae et quidem duriores: plumae verbo molliores. Pinnae etiam cristae sunt quae a militibus aut gladiatoribus gestantur. PYRRH.

INDE C. DESP., IBIDEM PINNARUM EMINUS INDEFESSO REMIGIO] Sic tacite edidit Floridus explicans, *ibidem ex alto indefatigato motu alarum.* Verum nusquam pendet ille ablativus: quare rectius Scaligerum edidisse opinor *indefessa remigio*, quod et propius accedit scriptae lectioni, quae constanter cum Edd. ceteris habet *indefessa remigia* sine ullo sensu. Nec etiam video, quid hic faciat vox *ibidem.* Ea omnino mihi suspecta est et mendae sedes. Groslotius conjecit: *pinnaminis indefesso remigio.* Illustr. Heinsius ad Ovid. Met. V. 450, emendat, *et inhibens pinnarum eminularum ceu defessa remigia.* Verum duo huic emendationi obstant; nam vox *eminus* necessario sive hic sive potius seq. *circumtuetur* iungi debet, in ea enim omnis argumenti Appuleiani vis de longinquo visu dependet. Praeterea aves hae rapaces, ut milvi, mergi, aquilae, in aëre pendentes non alas inhibent ut defessas, sed tremulo motu et indefesse eas concutiunt, ut pendulae eodem loco maneant et se in aëre sustineant. Quare vide num scribi possit *innitensque pinnarum eminus indefessa remigio.* Hac in re certe *inniti* non infrequens est. Consule Heins. et Burm. ad Ovid. Met. VII. 401. Innixam*que novis neptem Polypaemonis alis.* In Edd. Ald. Junt. post. est *pennarum.* [Cum Florido tamen rescripsi *indefesso remigio*, iungenda scil. haec, *indefesso remigio et cunctabundo volatu.* — I. B.]

CONTABUNDO] Flor. *cunctabundo.* ELMENH. Bas. pr. ed. *contra.*

SUPERNE SESE RUAT.] Flor. *superne se proruat.* ELMENH. In eodem vet. cod. *i predei superne se seruat.* COLV. MS. Lips. *in predei se seruat.* Longobard. quoque Cod. Florent. cum Pith. servat *sese ruat.* vid. Gronov. ad Gell. L. VI. c. 2, *in errores* se ruunt. Arnob. L. II. p. 63, in f. Sed in altero Florent. est *se proruat*, quod

coelo improvisa simul campis pecua, simul montibus feras, simul urbibus homines, uno obtutu sub eodem impetu cernens; unde rostro transfodiat, unde unguibus inuncet, vel agnum incuriosum, vel leporem meticulosum, vel quodcunque esui animatum, vel laniatui fors obtulit.

Num. III. Hyagnis fuit, ut fando accepimus, Marsyae tibicinis pater et ma-

quod e Terentio praetulerunt Scriverius, et Heins. ad Ovid. L. V. Met. 450. Septim. de B. Troj. L. IV. c. 11, *parte alia quam veniunt*, proruunt sese. sic enim Periz. et Heins. Cod. ad Ovid. II. Fast. 793. vide tamen Wopkens. Solin. p. 11, se *primum Padus* proruit. et p. 19, *aquarum pondera se in campos* ruunt. Noster de dogm. Plat. p. 589, ed. Flor. *ne desuper* proruat.

Simul campis] Aquila cum quibuscunque animalibus pugnat, et cum draconibus, et Ganymedem ad Jovem rapuisse fingitur. Pyrrh.

Simul homines urbibus] Cur non *simul urbibus homines?* ut, *simul campis pecua*, *simul montibus feras*. Dubito an *simul* pro *cum* positum a casu suo divelli possit. Consule loca citata a VV. DD. quos laudo ad Caesar. p. 954, *simul armatura levi*. Burm. ad Val. Flac. IV, 89. Drakenb. ad Sil. VIII, 396. Mela L. II. c. 2, *simul ebrietate*, vulgo, *ebrietati*, vel alii, *similis*. Virg. Aen. V, 356, *simul his dictis*.

Unde r. t. unde u.] Edd. Vicent. Junt. pr. Ald. Bas. pr. bis *unum*.

Agnum incuriosum] Unde Plaut. in Comoedia Aulularia *agnum curionem* vocat. Pyrrh. Beroal. *a. curiosum*. Elmenh. Scribit Beroal. *agn. curiosum*. *Curiosus* illi *agnus*, qui *curio* Plauto, Aulularia. Colv. Aiunt a Beroaldo legi *curiosum*, male. Ridicule etiam Floridus interpretatur, quod subripuit tamen Fruterio L. II. Veris. c. 17, vel Becichemo, Ep. 68, pinguem, non macrum curis, quia apud Plautum Aul. III, 6. *agnus curio* ad risum movendum exponitur qui curia macet. At hic *incuriosus agnus* est, qui nullas cavet insidias, et sine cura in prato oberrat, atque hinc facile ab aquila rapitur.

Leporem meticulosum] Nemesianus Cynegetico: *Nos timidos lepores imbelles figere damas, Audaces lupos, vulpes captare dolosas*. Artemidorus p. 233. Καὶ τὰ δειλὰ καὶ δρομικὰ καὶ ἀνελεύθερα, δειλοὺς ἢ δραπέτας παριστῶσιν ὡς ἔλαφος. λαγὼς, κύων. Elmenh.

Quodcumque] Edd. Junt. pr. Aldi *quocumque*.

Animatum vel inanimatum] Correctum sic ex MS. Cod. Vulgatorum plerique, *animatum vel laniatum*. Unde doctissimus Dousa censebat legendum, *quodcunque esui animatum, vel laniatui fors obtulit*. In margine Basil. 2. adscriptum legi alias, *lanatum*. Colv. Flor. *v. sors o. laniatum*. Ald. *vel fors o. lanatum*. Schickerad. *alatum vel lanatum*. Elmenh. *Esui animatum vel laniatui* emendatio est elegantissimi Dousae, quam verissimam arbitror, et MSS. proximam. *Animatum* enim habent MSS. omnes et Edd. Vett. pro quo Scriverius inverso ordine dedit *animatum esui* et Floridus *esui animantum*, inepte sane illi. *Quodcumque animatum* est quodvis animal habens animam, ἔμψυχον, ut exponunt Glossae. Cic. in Tuscul. I, 23. *animatum quod est*. Pro *laniatui* vero MS. Florent. Edd. primae et Bas. dant *laniatum*, Pith. *laniatur*. Becichem. Ep. 96, et MS. Lips. *inanimatum*, quod recepere Colv. et Vulcan. Verum inanimata non rapere solet aquila. Edd. Junt. Aldi *lanatum*, corrupte. Hinc tamen Schikeradus conjecit, et tacite in textum intrusit Wowerius *alatum vel lanatum*, i. e., volucres, vel oves, leporesve. Sed hoc male. Agit enim Appul. de animalibus terrenis, quae ex alto eminus despicit, non quae prope in aëre volant, nec tantum alatas lanatasve bestias, sed et alias ut testitudinem apud Phaedrum, vulpes, catulos etc. captat aquila. Bene ergo Scaliger, Elmenh. et seqq. recepere *laniatui*, quod conjecerat etiam Groslot. Ut enim edat ea aquila, *laniat* et discerpit, quidquid rapuit. Nescio vero cur illi inverso ordine ediderint *sors obtulit laniatui*.

Sors obtulit] Immo vero *fors* seu fortuna, ut optime exhibent Edd. Vicent. Juntinae, Aldi, Bas. pr. Becich. et passim corruptum est. Vide ad Caes. B. G. L. II, c. 21, et L. VII, c. 87. *Quas* fors obtulit. Quod adeoque rescripsi.

N. III. Hyagnis] Aliud fragmentum. Sciopp. *in Symb.* Hiagnim primum tibia cecinisse: deinde filium eius Marsyam, tum postea Olympum ait Plutarch. de Musica (pag. 1132.) Pyrrh. Plutarch. περὶ μουσικῆς. Suid. ὄλυμπος. Plato III. de Legib. Hyginus, 165. Anthol. εἰς αὐλήτας longe aliter Marsiae fabulam referunt; nec Hyagnin primum tibia cecinisse, sed Sceriten Numidam Athenaeus tradit. Wower. Sic in epigrammate Graeco, alias *Hiagnis*. Non Hyagnin primum tibia cecinisse, sed Sceriten Numidam, Athenaeus tradit. Florid. De eo vide, quos laudant Wowerius, Salm. ad Solin. p. 84, 87. Ez. Spanh. ad Callim. p. 296. et Munkerus ad Hygini Fab. 165. ubi vulgo *Marsyas Oeagri filius* dicitur.

magister, rudibus adhuc Musicae seculis, solus ante alios catus canere: nondum quidem tam inflexae animae sono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia. quippe adhuc ars ista repertu novo commodum oriebatur. Nec

RUDIBUS A. MUSICAE SEC.] Vide Plinium Natur. Hist. L. XVI. c. 36. ELMENH.

SOLUS A. A. CANTUS CANERE] i. e. canebat. quo saepe utitur: sic et Livius frequenter. PYRRH. In libris hic nulla variatio et tamen mendo carere non videtur hic locus. Restituebam, *solitus ante alios cant. can.* vel, *solus ante alios catus canere. Catus canere*, ut, *bonus calamos inflare* apud Maronem. COLV. Florent. et Aldus *cantus canere.* ELMENH. Haec MSS. et Edd. vett. constans est lectio, quod interpretatur J. Pyrrhus per *canebat*, Hypallage nostro et ceteris usitatissima. Magis tamen placet mihi Colvii coniectura *catus canere*, pro, cantu doctus: ut infinitivus sit pro gerundio poëtice. De Deo Socr. *praestabilis hariolari*, p. 298, Ed. Colv. ubi tamen legitur *ariolus*. Auson. Parent. I, 13, *praeditis porrigere*, quod non mutem. Vide Tollium in Omissis p. 783. Colvii conjecturam recepere Scaliger, Elmenh. et seqq. Auson. Epigr. 93. catus *arte palaestrae*. id. Parent. XVII, 15, *Lingua* catus, *ore canorus*. Noster de Deo Socr. *experimentis catus*, ubi in Ed. Colv. p. 298 est *cautus*. At Vulcan. et Wower. quod adlevit margini suo Lipsius, exhibent *solers a. a. cantus canere.* Colvius divinavit quoque *solitus a. a. cantus canere*, quod expressit dein Basil. 1620.

FLEXANIMO SONO] Sic recte Scaliger et Lipsius. Flor. 2. *infixa anima.* Aldus *infessa anima.* Martianus Cap. de Nupt. Philologiae L. IX. p. 307. *Orpheus, et Amphion. Arionque doctissimi, aurata omnes testudine consonantes flexanimum pariter edidere concentum.* ELMENH. Vulgo *infixa anima sono.* nullo sensu. Scriveriana Ed. *indefessae animae sono.* Scaliger et Lipsius restituerunt *flexanimo sono. Flexanimus sonus* est qui animos flectere valet ad hos vel illos affectus, prout cantori vel tibicini visum fuit. FLORID. *Infixa animo sono*] Scriptam lectionem expressimus, quam etiam margo Basil. 3. agnoscit. 2. vero, *indefessa anima sono*, et alias, *infixa animo s.* quod et in Romano Cod. est. Unde faciebam, *inflexa an. son.* Lipsius vero *flexanimo sono.* COLV. alias *infexa an. s.* Unde Lipsius *flexanimo sono.* Ego, *inflexanimo sono*, ut in Asino saepe praepositio *in* nominibus et verbis addita. BRANT. *Infessa.* Valde fessa anima, spiritus flando fessus. PYRRH. Lipsii emendationem recepere Scalig., Elmenh. et Florid. At mihi sese non probat, abit enim longius a MSS. et aliud quid voluit auctor. MSS. Florentini, Lips. et margo Bas. pr. cum Colv. Vulc. dant *infixa anima sono.* Pith. Edd. Rom. Vicent. Ven. *inflexa anima sono.* Edd. Junt. pr. Bas. pr. *infessa anima s.*, interpretante Pyrrho, *valde fessa*, at tum saltem debuit dici *soni.* Contra Aldi Junt. post. *indefessa anima sono:* unde Scriv. fecit *indefessae animae sono.* Ineptius Wower. *infixo animo sono.* Bene viderunt VV. DD. *animam* hic notare spiritum, quo flamus: propiusque verum coniecit Colvius *inflexa anima.* Nam et Beroald. Ep. 96, ait in vet. lib. esse *inflexa animae*, idque magis congruum ait epith. Musicae, sed omittit *sono.* Scribendum est, ni valde fallor, *inflexae animae sono*, i. e. spiritus variatos sonos et diversos tonos edentis ac, quod subdit, *pluriformes modos.* Statim: *duas tibias uno spiritu* animare. Arnob. L. VI. p. 196. *buccinarum* animantes *tortus intestinis et domesticis flatibus.* Est autem idem, quod Plautus in re tibicinii vocat *animam vertere*, ut bene observat post Salmasium Plin. Exerc. p. 85, Broukhus. ad Tib. I, 8, 37. *Ille liquor docuit* voces inflectere *cantu; Movit et ad certos nescia membra modos.* ubi vide de *flectere* et *inflectere* hac in re plura. Athen. L. XIV. p. 617 ex Telesti: νομοαίολον ὀρφνᾷ πνεύματος αὔραν ἀμφιπλέκων καλάμοις, male ibi ὀρφναὶ vulgo sine sensu. ὀρφνᾷ est obscure. Cicero de Or. II. 46. inflexa *ad miserabilem sonum voce.* [Add. Ernesti in Cl. v. *flexio.*] Unice hanc flexionem hic in animo habuit auctor, non autem tam amabilem sonum, qui auditoris animum flectat. Imo verum sensum vidit Salmasius, sed id non notat *flexanimus.*

NEC TAM PLURIF. M.] Flor. *n. tamen p. m.* ELMENH. Florent. utrobique *tamen.*

MULTIFORATILI] Statius Thebaid. VIII. pag. 283. *Et moderata sonum vario spiramine buxus*, Scholiastes: *Tibiam significat varie foratam.* Noster lib. 10. Metam *Iam tibiae multiforatiles cantus Lydios dulciter consonant.* Avienus, sive alius quis autor in Catalect. vett. poëtarum: *Quod foraminibus tibia mille sonat.* ELMENH. V. *multiforabili.* tibia multiforatilis αὐλὸς πολύτρητος WOWER. Flor. Lips. et Edd. O. *multiforatili.* vid. ad Met. L. X. p. 745, a.

COMMODUM] Tunc, ut saepe alibi. Nemo repente fuit turpissimus. ut Juv. ait. PYRRH. Pith. *commode.* vid. ad Met. L. I. p. 27, b

NEC

Nec quidquam omnium est, quod possit in primordio sui perfici: sed in omnibus ferme ante est spei rudimentum, quam rei experimentum. Prorsus igitur ante Hyagnim nihil aliud plerique callebant, quam Virgilianus upilio seu bubsequa,

Stridenti miserum stipula disperdere carmen.

Quod si quis videbatur paulo largius in arte promovisse, ei quoque tamen mos fuit una tibia, velut una tuba, personare. Primus Hyagnis in canendo manus discapedinavit: primus duas tibias uno spiritu animavit: primus laevis et dextris foraminibus, acuto tinnitu et gravi bombo concentum musicum miscuit. Eo genitus Marsyas, cum in artificio patrissaret tibicinii, Phryx cetera et barba-

NEC QUICQUAM EST QUOD POSSIT IN PRIM. S. PERFICI] Cicero in Bruto: *nihil est inventum simul et perfectum.* Ausonius ad Symmachum: *alius alio plura invenire potest, nemo omnia.* ELMENH.

ANTE EST] Codex Scriptus, *tāte est.* COLV. Pith. *aut agri.* Lips. *tacite.*

ANTE HYAGNIM NIHIL AL. PLERIQUE CALLEBANT] Idem, *ante Hyagni nih. al. pl. canebant.* COLV. Colvius, *cantabant.* ELMENH. Pith. *plurique.* Lips. et Becich. ep. 96. *canebant.* Male Elmenh. ait Colvio placere *cantabant.*

OPILIO] Ab ovibus pascendis. PYRRH. Pith. *hulipio.* Edd. Elm. Scriv. Flor. *upilio.*

BUBSEQUA] Coll. Lips. *bussequa.* Edd. Junt. Aldi *busequa.* vid. ad Met. L. VIII, p. 505, a.

STRIDENTI MISERUM etc.] carmen Virgilianum Bucol. [ecl. 3.] PYRRH. *miserum* abest ab eodem vet. cod. COLV. Prave ed. Vulc. *discerpere.* A Lips. cod. abest *miserum.*

PAULO LARGIUS] Malim: *longius.* SCIOPP. *in Symb.* Sciopp. *p. longius.* ELMENH. Male Scioppius. *Largiter* hic notat *abunde*, *magnopere.* Lib. XI. Met. p. 792, largiter *succedere.*

PROMOVISSE] Promotus esse. PYRRH.

MOS FUIT UNA TIBIA] Horatius in Arte Poët. *tibia non ut nunc orichalco iuncta, tubaeque aemula, sed tenuis simplexque foramine pauco.* Vide Tzetzen in Chiliad. Histor. p. 8. ELMENH. *una tibia* exsulant a coll. Voss. Lips.

PRIMUS HYAGNIS] Tzetzes Chiliad. Histor. 15. ELMENH.

MANUS DISCAPEDINAVIT] distinxit, discrevit. PYRRH.

LAEVIS] Sinistris. Tibiarum species cum a plerisque tum a Coelio decribuntur. PYRRH.

ACUTO FINITU] ex MS. vulgo *acuto tinnitu.* COLV. vulgo, *a. finitu*, male. ELMENH. Tinnitus est clarior et acutior sonus, et tinnire aures dicuntur. PYRRH. *Tinnitu* omnino scribendum, non, *finitu.* Uno spiritu duas tibias animavit, dextram et sinistram. Tinnitus proprie aeris. Varro de Re Rust. Lib. III. Afranius: *ianitoris impedimenta tinnire.* Intellige catenas: vincti enim servi ostiarii. Sueton. L. Otacilio. Naevius apud Fest. *ubi molae strepitum faciant, tintinnabant compedes.* Plautus Casina *tinnire* de muliere. proprie: quia feminae, pueri et spadones ὀξύφωνοι: angustior enim ipsis arteria. Aristot. de hist. Animal. I. cap. 11. Alex. Aphrodis. Probl. Lib. I. WOWER. Prave Colv. e MS. Lips. reposuit *finitu*; quod tamen secuti sunt in Edd. suis Vulc. et Scal. Sed Vulc. margini adlevit *sonitu.* Nihil verius est τῷ *tinnitu*, quod est in ceteris MSS. et Edd. vett., ut iam monuere Vincent. Contar. L. I. V. L. c. 5 et Wower., quem miror non adduxisse locum e Met. L. XI, p. 741. *Tibicen Doricum canebat bellicosum et permiscens bombis gravibus* tinnitus acutos *in modum tubae.*

GRAVI BOMBO] Bombus et gravior et crassior sonus. PYRRH. Pith. Edd. Vicent. Junt. utr. Ald. Bas. pr. *et gravi b.* A reliquis male exsulat τὸ *et.*

CONCENTUM MUSICUM] Harmoniam ex variis sonis compositam. PYRRH.

IN ARTIFICIO PATRISSARET TIBICINII] Posteriorem Basil. edit. hic secuti sumus. Aliae, *in artif. patris foret tibicinus.* MS. cod. *in art. patricaret tib.* Tibicinium proba dictio, et observanda, immo usurpanda. COLV. Aldus: *in a. patris foret tibicinus*, male. ELMENH. Praeter Ed. Bas. sec. unde suam lectionem hausit Colv., eam nobis reliquit Junt. post. atque ita MSS. Florentini et Becich. Ep. 96. qui ait in aliis Codd. esse *patrissaret tibicen*; in Lips. *patriscaret tibicinii.* Pith. *patiss. foret tibicinus.* Vulgo edebatur *patris foret tibicinus.* Infra N. 4, *in tibicinio apprime nobilis. Tibicinii numeris* pro *tibicinis* corrigit quoque Gronov. in Gellio L. I. c. 11. *quod* tibicinii *numeris temperatur.* ibid. *per tibicinia Laconica*, ut et L. IV. c. 13, *tibicinium scite adhibitum*, ubi vide Gronov.

PHRYX CETERA ET BARB.] Elegans locutio, qua saepe utitur. Phryges autem contumaces esse testatur adagium, *Sero sapiunt Phryges.* PYRRH. Ac si diceret, homo nihili, stupidus, sordidus.

Cum

barus, vultu ferino trux, hispidus, illutibarbus, spinis et pilis obsitus, fertur (proh nefas!) cum Apolline certavisse. Thersites cum decoro, agrestis cum eru-

Cum enim hominem ineptum, rudem et imperitum veteres indicare vellent, Mysum aut Phrygem dicebant. Cicero Oratore: *Quomodo igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes agitetur putidus?* Et ad Q. Fratrem: *Nisi forte me Paconii, nescio cuius hominis ne Graeci quidem, at Mysi aut Phrygis potius querelis moveri putas, aut Tuscenii hominis furiosi ac sordidi vocibus.* Innominatus scriptor apud Suidam: Φιλοσοφοῦντος οὐκ ἔστι μαντικὴν ἐπαγγέλλεσθαι καὶ προσφέρειν. οὐδε τὴν ἄλλην ἱερατικὴν ἐπιστήμην χωρὶς γὰρ τὰ τῶν φιλοσόφων καὶ τῶν ἱερέων ὁρίσματα, οὐδὲν ἧττον ἢ τὰ λεγόμενα Μυσῶν καὶ Φρυγῶν. Hi etiam olim funebri pompae, ob vocem barbaram et asperam luctui ciendo idoneam, adhibebantur. Aeschylus Persis: Καὶ στέρν' ἄρασσε κἀπιβόα τὸ μύσιον. Ubi Scholiastes: Οἱ γὰρ μύσοι καὶ οἱ φρύγες μάλιστα εἰσι θρηνητικοί. Et proprie de Phryge, barbarus. Phryges enim κατ' ἐξοχὴν Barbari dicti, et Phrygia, Barbaria. Barbarica amicula, id est, Phrygia. Noster supra lib. X. Met. *Et in modum Paridis Phrygii pastoris, Barbaricis amiculis humeris defluentibus pulcre indusiatus.* Horatius lib. I. Epist. 2. *Graecia Barbariae lento commissa duello.* et Epod. 9. *Sonante mixtum tibiis carmen lyra, Hac Lydium, illis Barbarum.* Virgil. XI. Aen. *Pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum.* Sic apud Lucret. lib. II. *Barbaricae vestes*, a quarum confectione Barbaricarii dicti L. I, l. 10, Cod. tit. lib. X. C. Donatus in Virgilium: *Barbaricarii dicuntur, qui ex aure exprimunt hominum formas et animalium, et aliarum specierum imitatam subtilitate veritatem.* Phryges enim acu pingendarum vestium arte celebres, quam etiam ibi repertam scribit in III Aeneid. Servius. Unde Phrygiones. Sed haec iam institutum Notarum modum excedere videantur. COLV.

HISPIDUS] *Hispida membra quidem et durae per brachia setae Promittunt atrocem animum.* Juv. 21 Sat. 2. PYRRH.

ILLUTIBARBUS] Sic disertim scriptum in veteri nostro. Vulg. *multibarbus.* Legi aliquando, *squallibarbus.* Infra enim: *Laudans sese, quod erat et coma relicinus, et barba squallidus.* Sed Illutibarbus, id est illuta et sordida barba praeditus. Sic Plauti Poenulo: *Nam quae elauta est, nisi Perculta est, meo quidem animo quasi illauta est.* melior vetus scriptura, *quasi illuta.* Ita quoque fortassis, *odor illutibilis* accipiendus Menaechmis: *Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.* COLV. *multibarbus* legit Aldus. Philostratus iunior Imaginibus de Marsya, pag. 837. ἀναβλέπει δὲ ἐς τὸν μαρσύαν, γλαυκίων τὼ ὀφθαλμὼ, καὶ κόμην τινα διανιστὰς, ἀγρίαντε, καὶ αὐχμῶσαν. ELMENH. Ita alii ex libris antiquis. Hispidus, illutibarbus, hoc est, ut ipse interpretatur, pectore hirsutus, barba squallidus. Philostrat. Icon. Marsiae tribuit κόμην ἀγρίαν τε καὶ αὐχμῶσαν. Antipatro et Alcaeo Anthol. Phryx et Satyrus. σατύρου αὐχμηρὸν τὸ εἶδος, ait Callistratus, unde et spinis obsitum dicit. Nam quae Juvenalis Sat. II. *duras setas*, Apul. *spinas* vocat. Horat. Epod. et ex eo Ausonius: *Horrens capillis ut marinus asperis echinus.* Eodem sensu. nam et echinis ἀκάνθαι III. Aeneid. *dira illuvies promissaque barba Consertum tegmen spinis.* In Glossis: *Illubies* ἀλουσία. Pacuv. apud Nonium coniunxit: *squalem, scabiem, illuviem.* inde Plauto Menaech. *odor illutibilis.* In iisdem Glossis: *Elludies* ἀρουσία. Lege: *Illuvies* ἀλουσία. Eluvies, sordes. Firmicus VI. Astron. *Quorum corpora hircini odoris eluviem evaporant.* V. Metam. *enormis eluvies squallentium foederum insuave fastidium.* Glossae: *Eluvies* σέλματα, ἀνοδία. Scribe: *Eluvies* τέλματα, ἀνοδία. intelligit loca in agris, in quae uligo et sordes defluunt. ita Juven. Sat. III. eluvies, cloaca. Patet igitur unde Apuleius illutibarbum dixit: non discesserim tamen a vulgata lectione: *hispidus, multibarbus.* δασυπώγων, μεγαλόθριξ. WOWER. *Illutibarbus*, id est, squalida et illota barba, atque ita praeter MS. Lips. unde hanc vocem reposuit Colv. exhibent MSS. Florentini. Sic *inlutis pedibus* Gell. L. XVII. c. 5, in f. Adi Colv. et Wower. cui ut et Florido non displicebat vulgata lectio *multibarbus*, ut *multiforatilis*, *multiiugus*, *multivius.* Pith. *illutibarbarus.*

SPINIS] Sive setis, ut bene Wower. supra. Male vir doctus margini adlevit *pannis.* Cic. de Nat. De. L. II, c. 47, *Animantium aliae villis vestitae, aliae* spinis hirsutae. Adde, quae citat N. Heinsius ad Ovid. Met. XIV, 166, Spinis *conserto tegmine nullis.*

PROH] Al. *pro.*

CUM APOLLINE CERTAVISSE] Vide Hyginum, fab. 165. Ovid. VI. Met. et II. Fast. FLORID. Vet. al. *concanisse.* Si quid mutemus, scribendum erat *concanuisse.* Servius II. Georg. *Sic etiam ab eo quod est Cano non cecini, sed canui dicebant. Unde Sallustius: cornua occanuerunt.* Priscian. lib. X. *Quidam et occano, occanui protulerunt; ut Sallustius in I. Historiarum: Metelli cornicines occanuere.* Si in Apuleio hoc non censeamus reponendum; notemus saltem novitatem

erudito, bellua cum Deo. Musae cum Minerva dissimulamenti gratia iudices adstitere, ad deridendam scilicet monstri illius barbariem, nec minus ad stoliditatem puniendam. Sed Marsyas, quod stultitiae maximum specimen est, non intelligens, se deridiculo haberi, priusquam tibias occiperet inflare, prius de se et Apolline quaedam deliramenta barbare effutivit: laudans sese, quod erat et coma relicinus, et barba squalidus, et pectore hirsutus, et arte tibicen, et for-

tem in hoc verbo apud Sallustium, non semper ad Grammaticorum regulas locutionem suam examinantem. Colv. In MS. Lips. pro var. lect. *concainisse*: unde Colv. coni. *concannisse*. Vide Comment. ad Sall. Lib. I. Hist. p. 954, Ed. Cort. Sic habuimus *terui*, *sonavi* et alia.

Thersites cum decoro] *quo non deformior alter Venerat ad Troiam, linguave protervior alter*. de quo Homerus Iliad. II. Αἴσχιστος δὲ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε Φολκὸς ἔην, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα· τὼ δέ οἱ ὤμω Κυρτὼ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε αὐτὰρ ὕπερθε Φοξὸς ἔην κεφαλὴν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Pyrrh. Quidam: *turpis cum decoro*. Colv. Flor. 2. *teter cum decoro*. Thersites erat acuti capitis, lusciosus, claudus, et gibbosus. Tzetzes lib. 7. hist. 151. Elmenh. Vitii hic subesse aliquid, cuivis attento patet satis. Claudicat enim comparatio, in qua nomen proprium opponitur communi. Hinc ab editore Iunt. post. videtur e coniectura repositum *turpis cum d.* At optime Florent. cod. *teter cum decoro*, ut et emendavit Barth. ad Stat. L. I. Theb. 708. De externa oris foeditate saepe nostro *tetrum* dicitur, ut et aliis. In Apol. p. 409. ed. Flor. *ne qua visatur* tetra *labes sordium*: et *teterrimum os*, *teterrima facies*, in eod. lib. Alioquin cum viro docto lege *Thersites cum Nireo*, vel, si malis cum Ill. Heinsio ad Ovid. Art. II, 109. *Thersites teter cum decoro Nireo*; mihi prius *teter* placet.

Musae cum Minerva dissim. gr.] Ceteri auctores, qui huius fabulae meminerunt, indices huius cartaminis fecere *Musas*, non *Minervam*: immo mox auctor ipse solummodo ait: *risere Musae*. Unde vehementer placet lectio Codicum Becichemi Ep. 96. ex quibus hausisse videtur Vir Doctus in Misc. Obs. Vol. V. Tom. 3. p. 110, *sus cum Minerva*. Praesertim cum id desumtum videatur ex Theocriti Idyll. V. vs. 23, ὗς ποτ' Ἀθαναίαν ἔριν ἤρισεν. vide Scholiasten et Meursii Spicilegium, ac notas ad Aelian. V. H. L. XIII, 25. Quod si recipias, *Musae* inserendum ante vocem *dissimulamenti*. Male enim idem Vir Doctus hanc sollicitavit vocem. Ioci caussa, ait auctor, Musas se finxisse esse iudices, quae tamen satis sciebant, Apollinem sine dubio victurum esse. Ut in Apol. p. 96. Ed. Pric. dissimulamenti *caussa et* deridiculi: quem locum alius esse sententiae male statuit V. D. Secus patere ei poterat e seqq. hic verbis *non intelligens se* deridiculo *haberi*. Auson. perioch. 1. *per deridiculum*. Vide de hoc composito Dukerum ad Liv. L. XXXIX, c. 25, *alterum deridiculum esse*. Praeterea non Latinum videtur id, quod reponere tentat, *dicis tamen Musae gratia*. Velim enim mihi dari exemplum, quo *gratia* hoc sensu a substantivo divellatur per alium casum. Si vera est lectio *sus cum Minerva*, subiungendum, *Musae dissimul. gr.* quam vocem Becichemus non audens inserere veriorem credidit vulgatam lectionem. Ampliandum tamen adhuc censeo. Vulcanius male quoque margini adscripsit *delectamenti*, non capiens vim vocis *dissimulamenti*.

Scilicet.] Deest in Pith.

Barbariem] vulgo, *barbariam*. Colv. Pith. et Edd. ante Colv. *barbariam*.

Sed Marsyas] Scriptus cod. *sed Marsie*. Colv. Scriptus cod. *sed marsie*. unde f. *Marsia*. vide Iuvenal. Sat. 9. Brant. Hyginus fab. 165. Ovid. 6. Metam. et 2 Fast. Eusebius praeparat. Euangel. lib. 2. c. 4. Elmenh. Cod. Lips. *Marsie*, unde Brant. *Marsya*. ut Iuven. Sat. IX. vs. 11. *ceu Marsya victus*. De Graecorum *as* et Latinorum *a*, vide ad Front. p. 370.

Specimen est] Abest *est* a Coll. Lips.

Coma relicinus] i. e. recrispus, incomptus, reflexis in occipitium capillis; et hoc postea utitur in alio libro. Pyrrh. Haec vox Apuleiana est, videturque significare retractis crinibus crispum. Quidam nescio quomodo detorquent a *recello*. Malim ego ab antiquo *lacio* formare verbum *relicio*, quod sonet *retraho*, quemadmodum *allicio* significat *attraho*. Florid. Glossa vetus. *Licinus* ἀναθριξ. Servius autem Honoratus in lib. de Serm. Lat. qui est post Isidor. *Licivi*, inquit, (scribo ego *licini*) *boves dicuntur*, *qui sursum versum cornua habent*. Groslot. Immo vide Serv. et Phylarg. ad Virg. Ge. III, 55. *Coma relicinus*, i. e. sursum crispata et erecta. Capit. in Alb. c. 13. *capillo renodi et crispo*. Nemo melius haec explicuit Meursio Exerc. Crit. p. 227. ubi vide. Mox de Alexandro: *relicinae frontis*. Quod Aelianus ait L. XII. V. H. c. 14, αὐτῷ ἡ κόμη ἀνασέσυρται. si tamen sana est lectio. Vid. A. Gronov.

 For-

fortuna egenus. contra Apollinem, ridiculum dictu, adversis virtutibus culpabat: quod Apollo esset et coma intonsus, et genis gratus, et corpore glabellus, et arte multiscius, et fortuna opulentus. Iam primum, inquit, crines eius remulsis antiis, et promulsis capronis anteventuli et propenduli: corpus totum gra-

Fortuna egenus] in MS. Florentino adscriptum manu recenti, *fortuna egens.* Cicero pro Flacco, c. 13, *fortuna egens, vita turpis.* Elmenii. Idem, *Fort. genus.* Scribe, *fortuna egenus.* Quantum ad conditionem Fortunae, qua ille praeditus, pauper et egenus erat. Ibidem *contra.* MS. Ro. Ven. *circa.* Colv. Bene Colv. cum MS. Flor. nam omnia hic in ablativo; et haec opponuntur sequenti *fortuna opulentus.* Vulgo olim *fortunae.* primus *fortuna* recepit Scaliger.

Circa] id est, contra, quo plerumque utitur. Pyrrh. ita quoque MS. Lips. Edd. Rom. Vic. Ven. pro *contra*: de more, vide Ind. Not.

Genis gratus] Fuit cum mallem *genis rasus et c. gl.* Nota lex XII. Tabul. MULIERES. GENAS. NE. RADONTO. Hoc calumniabatur in Apolline Marsias, non quod revera ita esset, qui enim imberbem rasum dicamus? Sed quia videretur et turpe ac indecorum olim radi. Colv. Male. *gratus* opponitur *squallido*, notatque nitentem: sic passim *color gratus.*

Glabellus] sine pilis, delicatus, quem Graeci *γλάφυρον* dicunt. Pyrrh.

Praemulsis antiis] Anterioribus capillis in ordinem dispositis; quales foeminae habent, quas gallica voce greuas dicunt. Pyrrh.

Promulsis caproneis] alii libri habent *capronis*, capillis dependentibus, quasi a capite pronis. Agathias de gestis Gothorum refert reges Franciae hac coma usos fuisse. Pyrrh. *Praem. ant. et prom. capr.*] Copulam *et* ignorabant vulgati Codd. omnes. *Antiae*, inquit Festus, *capilli muliebres demissi in frontem.* Glossae veteres: *Antiae*, κόμαι διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖαι. Et aliae: Κόμαι τῶν κροτάφων, *Antiae.* Tertullianus de pallio: *Hiatus crinibus infarsos, genuinos inter antias adumbratos, ne tota oris contumelia mugiret.* De leone ab Hercule domito. Legi commodius posse aliquando visum, *praemissis antiis*, sed abstineo. *Capronae*, verba Nonii, *comae quae ante frontem sunt, quasi a capite pronae.* Lucillius Satyrarum lib. VII. *Aptari caput, atque comas fluitare capronas Altas, frontibus immissas, ut mos fuit illis.* Ex his necdum discriminare possis, quid Antiae, quid Capronae. Non enim satis diligenter Grammatici illi notasse videntur. Colv. In quo differant *antiae* et *caproneae* non satis liquet. *Antiae*, inquit Festus, *capilli muliebres demissi in frontem.* Glossae veteres: κόμαι τῶν κροτάφων, *Antiae.* Nonius: *caproneae, comae q. a. f. s., q. a. c. p.* Sed tam possunt pronae esse a capite in collum et in tempora, quam in frontem. Ex hoc Apuleii loco mihi videntur fuisse antiae crines, qui ex syncipite in frontem penderent, caproneae vero, qui ex temporibus in malas et aures, hoc enim indicant haec vocabula *anteventuli et propenduli.* Florid. Notat Colv. non satis discrimen nosci inter *antias* et *capronas*; atque ita Broukhus. quoque ad Propert. L. II, El. 18, 9, *crines puris in frontibus errant*, ait, istos prominulos capillos a veteribus vocatos fuisse *antias* et *capronas*, quasi sine ulla distinctione; adeoque horum duorum unam esse sententiam vulgo cum Lexicographis existimat, atque ita etiam Dacerius ad Festum, ubi e MSS. et Edd. vett. leg. *dimissi* non *dem.* Floridus tamen distinctionem facit: vide eius notam. N. vero Heinsius ad Ovid. Met. V, 450. hunc locum sic citat: *promissis antiis et prominulis caproneis*, additque: *quae quid sibi velint, nemo nos docuit. Puto*, prolis missutiis an. et prominulis caproneis. *Promittere crines, elegans.* Haec ille; quae non capio et typographicis vitiis infecta suspicor. Colvius etiam olim coniecit *praemissis antiis*, ut et Bourdelot. ad Petron. c. 126, p. 780, et Lipsius, qui etiam adlevit *promissis.* Errant autem vehementer Viri Docti. Nam *antiae*, quas memorat etiam Mart. Cap. L. II, p. 42, sunt crines διὰ τῶν κροτάφων, ut aiunt Grammatici Graeci, sive per tempora, adeoque etiam in fronte, et hinc ad aures et genas pendentes; quales Ausonio intelliguntur Mos. 236, *aut frontis ad oram Vibratos captat digitis extendere crines.* (Sic malim, quam, *vibratis coeptat*,) eaedemque quae in columnis Ionicis sunt *volutae*; ubi *cymatia* et *incarpi* retulerunt *capronas.* V. Vitruv. L. IV. c. 1. Isidor. L. XIX. Orig. c. 31, *Antiae sunt cincinni dependentes prope auriculas, Graeco vocabulo ab auribus. f. oris.* Aristaen. L. I, Epl. 11, ἡ κόμη περικειμένη μὲν τῷ μετώπῳ, συγκατιοῦσα δὲ τῶν ἰούλων παρὰ τὸ οὖς V. Varron. in παπιαπάππω citatum Colvio ad L. II. Met, p. 110, b. Sunt igitur *antiae* capilli in anteriore parte capitis, et *anteventuli* atque *antependuli*, in oppositionem crinium, qui pererrant cervicem, et hinc *retropenduli* nostro dicuntur Lib. V, Met. *Caproneae* vero, vel potius *capro-*

gratissimum, membra nitida: lingua fatidica, seu tute oratione, seu versibus malis, utrobique facundia aequipari. Quid? quod et vestis textu tenuis, tactu mollis, purpura radiat? Quid? quod et lyra eius auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat? Quid? quod et doctissime et gratissime cantillat? Haec

prominae, ut esse in aliis testatur I. Pyrrhus, sunt crines in frontem proni, et discreti apud Nonium in hac voce edit Laevinus, a Colvio iam adductus: *comas pueri* et capronas *illis frontibus immissas*. Sic enim leg. non *alias*. *Comas priores* vocat Lucan. L. V, 142. vid. et Schol. Lucan. ad L. II, 355. *Antias* autem, deductas ab *antibus* sive oris et extremitatibus, tales esse, quos dixi, crines, luculenter iam olim docuit Salmas. ad Tertull. Pallium: *Gemini inter* antias *adumbrati*, i. e. dentes leonis inter cincinnos ab utraque aure dependentes inserti. Ibique simul nostrum locum explicat citatas, quasi ita in suo haberet libro: *remulsis antiis et promulsis capronis*. Verissime. Sic enim omnino legi debet, vel sine copula *et*, ut habent Edd. Colvio priores. *Remulcere*, καταψήχειν Graecis et Polluci, ut puto, L. IV, § 152, est leniter retrorsum, ne nimis propendeant, reflectere. *Promulcere*, παραψήχειν ibid., ita flectere ut propendeant. Hinc bene etiam legas in Flor. N. 15, *crinibus a fronte parili separatu per malas* remulsis. Mart. Cap. L. III. p. 58, *Vore constricto* labrisque promulsis *exhibetur*. Sed ibi in MSS. multis antiquissimis *prominulis*. quod et hic ideirco cum Heinsio malim. De τοῖς *remulcere* et *promulcere*, vide ad Met. VII, p. 478, a. et de re ad Suet. Caes. c. 45. Verum, ne quem sua laude defraudem, discrimen tamen vidit quoque inter *antias* et *capronas* Elmenh. in Indice scribens, *antias* esse cirros circa aures, capronas in fronte. Porro Apollo talibus *antiis* circa aures usque ad humeros demissis erat celebris. Unde Ovidius docens puellam facie rotunda non ornandam esse antiis, quas bene illic describit Heinsius, ait: *Exiguum summa nodum sibi fronte relinqui, Ut pateant aures, ora rotunda volunt. Alternis crines humero iactentur utroque. Talis es, adsumta, Phoebe decore, lyra.* De antiis quoque intelligendus Val. Flac. L. VI, 62. de capillo Auchi: *dat longior aetas Iam spatium triplici percurrens tempora nodo.* et vs. 563, *intortos per tempora nodos*. Quid plura? *Remulsas* Apollinis *antias* et *promulsas capronas* egregie videre potes in tabella, qua ipse Broukhusius ornari iussit Tibullum p. 318. *Promulsis* etiam non mutandum in *promissis* uti et facit Bourdel. ad Petron. d. l. Amat enim auctor vehementer idem verbum iungere, variatis praepositionibus, ut *demeare*, *remeare*; *evadere*, *pervadere*: *exhibere*, *prohibere*: *deferre*, *proferre*: et alia innumera. Vide L. I, p. 14. L. VI, p. 111, 128. L. VII, p. 138. L. VIII, in f. L. X, p. 209, 212, 225, 234, Met Ed. Pric.

Antiventuli et prop.] Exponit priora verba. Pyrrh.

Tute oratione seu versibus] Veram puto Ill. Heinsii ad Ovid. Met. XI. 620, correctionem, *soluta oratione*. Infra N. 15, *soluto locutu*. *libera oratione*.

Facundia aequiparari] Flor. et Fulv. *f. aequipari*. Elmenh. *Aequipari*, i. e., ἰσοῦσθαι, a nomin. *aequipar*, quod et ab Ausonio adhibetur. Sic ergo recte Groslotius coniecit et Ursinus e suis Codd. et Elmenh. cum seqq. e Florent. exhibuit. Male vulgo erat *aequiparari* et *facunda* in Edd. Vulc. pr. ac Wow. sine sensu. N. 18, *prorsa et vorsa facundia*.

Tenuis] Coll. Voss. *tenus*.

Fulgurat] candidat, variegat. haec facilia sunt, quia hoc loquendi genere passim utitur Apuleius. Marsyae fabula egregie descripta est ab Ovidio in VI Met. et in Fastis lib. 6. *Provocat et Phoebum, Phoebo superante pependit, Caesa recesserunt a cute membra sua.* Pyrrh. Coll. Voss. Lips. *fulguratur*. male. V. Ind. Not.

Candicat] Aldus, *candidat*. Elmenh. Venet. Ald. *candidat*. Supra lib. V. de asino aureo: *Per humeros volatilis Dei pinnae roscidae micanti flore candicant*. Colv. Pith. Edd. Rom. Vicent. Iunt. utr. cum I. Pyrrho, *candidat*, neutraliter. Eadem varietas Lib. V. Met. p. 362, a. ubi vide. MS. Lips. *canticat*. Mart. Cap. L. VII, init. *radio candicabat*.

Gemmis variegat] Passivo significatu. hoc est, distinguitur et variatur. Florid. Hoc verbum nusquam ita usurpat auctor, licet saepissime adhibeat, ut ex indice videre potes. Quare malim *variegatur* cum Ill. Heinsio ad Ovid. Met. XI, 167, de Apolline, *Instructamque fidem gemmis et dentibus Indis*. Creberrime nota τοῦ *ur* in MSS. omitti solet; ut et alibi notavimus. Active tamen pro *variare* usurpat etiam Auson. in praef. Cent.

Gratissime] Ed. Iunt. post. *gravissime*.

Cantillat] Pith. Edd. vett. *cantilat*. Coll. Voss. Lips. *canticat*, pro, *Cantitat*. Vide me ad Met. L. VI, p. 393, b.

Circa corp. sui qual.] MS. *intra corp. s. qual.*

Haec omnia, inquit, blandimenta nequaquam virtuti decora, sed luxuriae accommodata, intra corporis sui qualitatem prae se maximam speciem ostentare. Risere Musae, cum audirent hoc genus crimina, sapienti exoptanda, Apollini obiectata: et tibicinem illum certamine superatum, velut ursum bipedem, corio exsecto, nudis et laceris visceribus reliquerunt. Ita Marsyas in poenam cecinit, et cecidit. Enimvero Apollinem tam humilis victoriae puditum est.

Num. IV. Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculae melleus modula-

qual. Colv. Becichemus scribendum censet, *contra corp. s. q.* vel, *intra.* quod e scripto etiam nostro reponamus. Id. *in Omiss.* Flor. *caetera corp. s.* Lipsii liber: *intra corporis sui.* Fulvii MStus, *contra c. s.* Elmenh. MS. *intra.* lego, *circa corporis sui squalitatem.* Nam *circa* fere semper pro *contra* scriptum fuit, ut supra in Asino, et *squalitatem* reperias apud Lucil. lib. 26. Brant. Mihi videtur commodius reponi posse *citra corp. s. qual.* hoc est, praeter quam quod forma ipsa corporis ostendit. nihil tamen in textu mutare volui. Florid. Varie haec explicant leguntque Viri Docti. Floridus satis ridicule suam correctionem exponit. Rycquius in Primit. Ep. 88, p. 162. maluit, *citra c. s. squalitatem*, et Brantius *contra c. s. squalitatem;* ut est apud Lucil. pro *squalore.* Est etiam qui coniecit *circa c. s. qualitatem operosi*, quod vix intelligo. Placuit tamen Viro Docto in Misc. Obs. Vol. V. T. 3, p. 110. Omnes nodum in scirpo quaerunt. In MSto Florent. est *cetera.* Lips. *intra.* Bene; atque ita iam edidit Scriverius et probarunt Colvius et Becichemus Ep. 96. Dicit Marsyas: Haec luxuriae in Apolline blandimenta prae se maximam speciem ostentare, sed esse tamen *intra* qualitatem corporis sui, sive minora. Haec enim vis est praepositionis *intra* vel, si mavis, *infra.* Utriusque exempla vide ad Sil. L. XV, 107. et Caes. L. VI, B. G. c. 28, *Ii sunt magnitudine paullo* infra *elephantos.* Vell. L. II. c. 127, infra *aliorum aestimationes se metuentem*, ubi Burm. praefert *intra.* Quare hanc lectionem elegantem retineo. Quia tamen in MSS. Fulvii, Bembi, Becichemi et Pith. scribitur *contra*, quod sexcenties apud nostrum abiit in *circa*, non displicet mihi coni. Vincentii Contareni, quae constructionem et sensum efficit faciliorem, L. I, c. 5, Var, Lect. § 4. *contra c. s. q. per se m. s. ost.* G. Vossius etiam suae Ed. margini adscripsit *l. contra.* Hoc sensu *contra* est adv. Ut dicat Marsyas: Haec Apollinis blandimenta luxuriae accommodata esse; at e contrario sui corporis qualitatem ostentare maximam speciem *per se*, i. e. nullo lenocinio aliunde arcessito. Alterutra harum lectionum unice vera est.

Obiectata] MS. *obtrectanda.* Forte *obiectanda.* Colv. forte *obtrectata.* Brant. Pith. *obiectata.* MS. Lips. *obtrectanda*, unde Colv. *obiectanda.* prave. sensus est: cum audirent haec crimina Apollini obiici, quae sapienti exoptanda sunt. Brant. *obtrectata*, inepte. Quid enim sunt *obtrectata crimina?* num per invidiam carpta?

Ursum] Idem, *rursum.* Colv. Pith. *bipidem* et paulo post, *relinquunt.*

In poenam cecinit et cecidit] Pith. *et p.* Male Edd. Vulc. pr. et Wow. *in poena.* Valet, *ut puniretur.* Talia passim occurrunt Lib. III. Met. p. 47. ed. Pric. *porrectis* in preces *manibus*, i. e. ut precaretur. Adi me ad Lucan. L. II. vs. 151. et in Misc. Obs. Vol. V, T. 2, ad Avieni vs. 1190, in fluctus *qui cymbam navita texit.* Bouhier. ad Petron. carmen de B. Civ. p. 103, in Venerem *fregere mares.* Restituendum etiam hoc Plinio L. XXXV, c. 10, *pinxit et Alexandrum fulmen tenentem* in templum *Dianae Eph.* 20. *talentis. Cornua* vel *cornu ac digiti eminere videntur.* Sic enim MSS. 2 vetustissimi Leidd. non *templo. Cornua* vel *cornu ac* e coni. Vulgo inepte *auri. Digiti*, vel eiicitur vox *auri*, quae tamen est in MSS. Iidem libri antiquissimi *auria.* Pinxit Apelles eum ut filium Iovis Ammonis, de quo alibi latius. Hinc forsan sequendi Codd. quos inter etiam 4 Leidd. apud Florum L. II, c. 15, In *armorum* officinas *aurum et argentum pro aere ferroque conflatum est.* Vide tamen illic Dukerum. *Et cecidit* exsulant a MS. Lipsii.

Tam hum. vict. puditum] puduit. pulchra et licentiosa locutio. Pyrrh.

N. IV. Aliud fragmentum. Sciopp. *in Symb.* Antigenidas] Iste dicebat bonos modulatores iuvenibus iucundiores fore, si malos prius audissent. Ita bonos praeceptores pluris aestimari aiunt ab his qui malos habuerint. hoc audito tibicine Alexander raptus est, ut Plutar. refert. Pyrrh. Dio Oratione XLIX. fol. 539. Ismeno hoc attribuit. ἔφη δὲ τὶς τῶν ὀλίγῳ πρότερον φιλοσόφων οὐ φαύλων τὸν Ισμῆνον τοῦτο μάλιστα ἀγανακτεῖν, τὸ καλεῖσθαι αὐλητὰς, τοὺς τυμβαύλας. οὐ παντελῶς οἷον δὲ ὂν ἐμοὶ δοκεῖ. οὐ γὰρ βλάπτουσιν οὐδὲν οἱ τυμβαῦλαι τοὺς

latior, et idem omnibus modis peritus modificator; seu tu velles Æolium simplex, seu Iäsium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum. Is igitur cum esset in tibicinio apprime nobilis, nihil aeque se laborare, et animo angi et mente, dicebat, quam quod monumentarii ceraulae ti-

τοὺς νεκροὺς, οὐδὲ ἐνοχλοῦσι. τῶν δὲ προσποιουμένων φιλοσόφων ἔνιοι, καὶ πολλὰ χαλεπὰ ἐργάζονται. Elmenh. De illo vide quae laudantur ad Gell. L. XV. c. 17. Salmas. in Plin. Exerc. p. 83 seqq. Quod noster Antigenidae id alii Ismeniae tribuunt. Vide H. Valesii Emend. L. II. c. 22, eiusque editorem.

Omnis voculae] Glareanus, *o. notulae*, male. Elmenh.

Omnis modi perit. modif.] Sic legendum. Quid sint modi in Musica, notum. Florid. *Omnimodis* adverbialiter hic praeferunt MSS. quod sciam, omnes, et Edd. vulgares, praeter Floridum, qui, fraudulenter secutus Salmasii emendationem dicto loco, edidit *omnis modi:* quod ante illos iam occupavit Ed. Iunt. post. Bene; nisi praeferas *omnibus modis*, ablativo iuncto τῷ *peritus*, pro genitivo, cuius constructionis exempla apud optimos exstant. Adi ad Hirt. B. Afr. c. 31, *mirabili* peritus scientia *bellandi*. Gronov. ad Gell. L. IV, c. 8, *militari* disciplina peritus. Burm. ad Suet. Claud. c. 42. Arnob. L. II, p. 49, *omni* genere *studiorum et disciplinarum* peritos. ibid. p. 55, *rerum* experientia *non* peritum. ita enim ibi leg. cum Fulvio, non *paratum*, de quarum vocum confusione vid. Burm. l. c. Cum accusativo usurpavit Auson. Epigr. 137, *arma virumque peritus*. Male viri docti hoc loco coniecturam suam firmant L. VII Met., p. 479. Omnimodis *ille deterrimus:* ibi enim ex MSS. legi debet *omnibus ille det.* Hic autem intelligit *modos* musicos sive τρόπους, quos mox recenset. In Ed. Vicent. *omnimois*.

Aeolium] De his canendi generibus ait Erasmus legendum esse Platonem et Plutarch. de musica. Ego dixi nonnulla in lib. de saltatione. Ait autem Plutarch. in politicorum lib. Lydium et Phrygium cantum adolescentibus adimi oportere, quod alter luctu atque conquestionibus animam deiiciat atque affligat. alter ad libidinem luxuriamque irritet. Pyrrh. MS. *collimo simpl.* Colv. Pith. *colion*. Ed. Vicent. *Aeolion*. Bene, Graeca terminatione.

Asium varium] Idem, *Asunarium*. Colv. Glareanus, *Iastium varium* reponit et cum Luciano Ionicum interpretatur. Vide eum Dodecachord. lib. 2. c. 10 et 11. Elmenh. MSS. Lips. Pith. *seu Asunarium*. Videtur auctor innuisse eum modum, qui Luciano et aliis est Ionius; quare Glareanus ibidem rescripsit *Iästium*, atque ita citat Salmasius. Melius inde formari *Iädium*, olim putabam. Ἰάδες enim Graecis Ionum ſeminae. At malim nunc *Iäsium* cum Berkelio ad Steph. Byz. V. δώριον, ab Iaso Cariae urbe, ex Themistii Oratione 19. cf. ad Met. L. X. p. 740, b.

Seu Lydium] τὸ *seu* ex eodem additum. Colv. De eo vide ad Met. L. IV. p. 313. Male exsulat *seu* ab Edd. Basil.

Phrygium religiosum] Aristot. de Republ. lib. 8. cap. 7. ἐνθουσιαστικῶς δὲ ἡ φρυγιστί. Lucianus in Harmonide: Καὶ τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς λυδίου τὸ βακχικὸν, τῆς δωρίου τὸ σεμνὸν, τῆς ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. Elmenh.

Is igitur] Plenius in MS. *Is igitur Antigenidas cum esset*. Colv. E glossa.

In tibicinio] Ed. Bas. pr. *in tibicine*.

Nihil se aeque curare (laborare)] Eadem de Ismenio Dio Chrysostomus. Wower.

Monumentarii ceraulae] Qui ad monumenta canunt. alii libri habent, *momentarii*. *Ceraulae*, i. e. viles cornicines. Ceraulae enim sunt qui cornu inflantur: sed prior expositio est melior, ut Caelius docet. Pyrrh. Male habitus, male etiam vulgo intellectus hic locus. Quidam libri, *caeraulae*; alii, *choraulae*. MS. *cenulc*. Rectam lectionem suo tempore vidit maximus Italorum Angelus Politianus, dum ait in sua Lamia: *Ferebat Antigenidas parum aequo animo, quod monumentarii ceraulae, tibicines dicerentur*. Ceraulae οἱ κεραυλαὶ, κερατανλαὶ, Latinis, *cornicines*. Restituendum hoc Orosio, probo scriptori lib. VII, ubi de Nerone hunc in modum scribit: *Si quidem percitus petulantia omnia paene Italiae ac Graeciae theatra perlustrans, assumpto etiam varii vestitus dedecore, ceritos, citharistas, tragoedos, et aurigas saepe sibi superasse visus est*. Legendum enim etiam, *ceraulas, citharistas*. Immo iam ne dubitem ullo modo de veritate huius emendationis facit Io. Salisburiensis, qui lib. VIII. cap. XVIII. de Nugis Curial. hunc ipsum locum Orosii etiam laudat. Ubi est: *cericas, id est cornicines:* procul dubio interpretamentum germanae lectionis, quam iam reposuimus. Coniecturam nostram iuvare etiam videatur Statius Thebaidos lib. VI. *Cum signum luctus cornu grave mugit adunco Tibia*. Porro quod hic noster de Antigenida, fere idem Dio Chrysost. de Hismenia refert. Cuius verba latine ponam, quandoquidem Graece ea unde describam exemplar mihi nullum. Sententia eius igitur Oratione nona: *Dixit autem*

 ante

tibicines dicerentur. Sed ferret aequo animo hanc nominum communionem, si mimos spectavisset. Animadverteret illic paene simili purpura alios praesidere, alios vapulare. itidem si munera nostra spectaret: nam illic quoque videret hominem praesidere, hominem depugnare: togam quoque parari et voto et funeri: item pallio cadavera operiri, et philosophos amiciri.

NUM. V. Bono enim studio in theatrum convenistis, ut qui sciatis, non locum auctoritatem derogare oratori, sed cum primis hoc spectandum esse, quid in theatro deprehendas. Nam si mimus est, riseris: si funerepus, timueris: si comoedus est, faveris: si philosophus, didiceris.

NUM.

ante haec tempora Philosophorum quidam non malus, Ismenum ob hoc maxime indignari solitum, quod siticines appellarentur tibicines. At nequaquam res est indignatione digna, ut mihi quidem videtur, nihil enim mortuis detrimenti afferunt siticines, neque illis sunt molesti. Sed Graeca videto, quicunque potes. nam magis illa ad hunc locum facere nostramque de eo coniecturam, non dubito. COLV. *Monumentarii ceraulae* sunt τυμβαῦλαι et *siticines.* (vid. Gell. L. XX. c. 2.) Male alii libri, teste Pyrrho *momentarii*, al. *monimentarii.* Dein MS. Lips. *cenule*, Pith. *cernulae*, Edd. nonnullae *caenaulae* et *choraulae*, si fides Colvio, qui hic omnino consulendus. Adde notas ad Met. L. VIII. p. 578, a.

DICERENTUR] Pith. *dicuntur*, et paulo post *expectavisset.*

MUNERA NOSTRA] In Bemb. Cod. *vestra* exstans probat Vincent. Contarenus L. I. V. L. c. 5. Intellige ergo, Carthaginiensium, qui muneri gladiatorio fuere perquam dediti. V. Orbis descript. sub Constantio c. 53, et ibi Gothofred. ubi Carthag. μουνέρων mentio. Ceterum ineptissime Floridus notat in muneribus Gladiatoriis praesedisse Lanistam: cum nihil notius sit, quam praesedisse semper vel principem, vel magistratum, munera edentem; immo Lanistas ipsos fuisse gladiatores modo, sed vel rude donatos, vel arma prae ceteris edoctos, ut magistrum in reliquos agere possint.

ILLIC QUOQUE] MS. Cod. *ille quoque.* COLV. An et hic *illi* pro *illic?* Vide Ind. Not.

TOGAM QUOQUE PARARI] Pallium et toga pace gerebantur, magistratibus et philosophis apta vestimenta. Locus orationi dat authoritatem, ut et Quintilian. docet. PYRRH. Ex more Romanorum hoc dicit, qui mortuos vestibus obvolvebant. Juvenal. Sat. 3. v. 172. *Pars magna Italiae est, si verum admittimus, in qua Nemo togam sumit nisi mortuus.* Basilius Magnus homil. contra divites. Chrysostomus de *festis diebus* tom. 6. fol. 13. Hieron. in vita Pauli Eremitae. ELMENH. Toga voto paratur, cum Virilis sumitur: funeri, cum ea cadaver involvitur, qui ei proprius in Italia amictus. Juvenalis Sat. 3. vs. 172. Et candida ea quidem, ut ex Plutarcho et Artemidoro observavit Elector. lib. I. Lipsius. Quod etiam notat Lucianus de Luctu: *Λαμπρῶς ἀμφιέσαντες ἵνα μὴ ῥιγῷεν δηλονότι παρὰ τὴν ὁδὸν, μηδὲ γύμνοι βλέποιντο τῷ Κερβέρῳ.* Et post: *Ὁ δὲ εὐσχήμων καὶ καλὸς, καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἐςεφανωμένος, ὑψηλὸς προκεῖται καὶ μετέωρος, ὥσπερ ἐς πομπὴν κεκοσμένος.* Hinc clara mens Paulli nostri in L. XIX. D. de In rem verso: *Filiusfamilias togam emit: mortuo deinde eo, pater ignorans, et putans suam esse dedicavit eam in funus eius.* Nam togam in funus alicuius dedicare nihil aliud est, quam in id eam dare, ut ea mortuus involvatur. COLV. Pith. *quoque togam.* Ed. Vicent. *pari.* Iunt. pr. Aldi *et voto funeri.* De toga in mortuis vide Lipsium Elect. L. I. c. 6.

PALLIO CADAVERA OPERIRI] Graecorum more. COLV.

N. V. IN THEATRUM] Pith. *et th.*

LOCUM AUCT. DEROG. ORATIONI] MS. Cod. *lavit auctor. denegare.* COLV. Alii, *oratori.* ELMENH. Ful. Cod. *oratori.* WOWER. Frustra Rycquius Primit. Epist. p. 152. substituere conatur: *auctoritati derogare orationis.* nam etiam vulgata bene se habet. Vide Lexica. At recte Cod. Fulv. *oratori*, ut statim homines ipsos, non solum exercitia recenset.

SPECTANDUM] Ald. *spectaculum.* COLV. Aldus, *spectaculum*, male. ELMENH. An *speculandum?*

MIMUS] Mimus a μιμοῦμαι, id est ab imitando, dicitur effictor, qui gesticulationibus hominem ac rerum naturas effingens populo risum excitabat. PYRRH. Coll. Voss. Ed. Ald. *minus*, ut saepe corruptum. V. P. Pithoei Subs. c. 17.

SI FUNEREPUS] Abest *si* ab Edd. ante Bas. Sec. Dein MSS. Pith. Lips. et Edd. eaedem *funere plus*, praeter Iunt. post. quae habet *funepeus* ex emendatione Beroaldi in Fac. Crit. Grut. T. I. p. 236, vel Becich. Ep. 96. *Funereptus* citat Pithoeus, *funirepus* maluit Tollius. Legendum esse *funerepus* monuit iam Modius. Infra N. 18, *funambulum* quoque seu σχοινοβά-

Num. VI. Indi, gens populosa cultoribus, et finibus maxima, procul a nobis ad Orientem siti, prope Oceani reflexus, et Solis exortus primis sideribus, ultimis terris, super Aegyptios eruditos, et Iudaeos superstitiosos, et Nabathaeos mercatores, et fluxos vestium Arsacidas, et frugum pauperes Ituraeos, et odorum divites Arabas. Eorum igitur Indorum non aeque miror eboris strues, et piperis messes, et cinnami merces, et ferri temperacula, et argenti metalla, et auri fluenta; nec, quod Ganges apud eos unus omnium amnium maximus,

Eois regnator aquis in flumina centum
Discurrit, centum valles illi, oraque centum,

Ocea-

βάτην vocat *funerepum*, a rependo per funem.

Comoedia est] Legit Modius noster, *comoedus est*. Colv. quod malim cum Tollio.

Didiceris] MS. *diceris*. Colv.

N. VI. Indi gens] Aliud fragmentum. Sciopp. *In Symb.* MS. *ingens*. Colv. India orientis regio Asiae pars vastissima, procul a nobis, id est ab Africa. Pyrrh.

Ad Orient. siti] Lips. *ad O. Sythi*.

Oceani reflexus] Lege, *Oceani refluxus*. Elmenh. Ex Lindenbrogio id sibi arripuit Elmenh. Sed caussam non video cur ille maluerit *refluxus*, quae vox non magis alibi reperitur quam *reflexus*. Nihilominus Scriver. iam edidit *refluxus*. Sed *flecti* cum compositis passim dicitur de mari, cum se in alteram regionem versus agit, et circumfundendo se flectitur circum terras: ut hic ab Oriente versus Septentrionem vel Meridiem. Avien. Descr. Orb. vs. 140, *Se marmora fundunt In Boream Zephyrumque dehinc deflexa.* vs. 537, *In iubar Eoum rursus se cernua* flectunt *Aequora*; ut scribendum conieci in Obs. Miscell. Substantivum *flexus* in hac re Avien. rursus vs. 173, flexu *lubricus errat Gurges*. de flumine Lucan. L. X. 290, *cursus in occasus* flexu *torqueris, et ortus.* Mela L. III, c. 7, 72, flexibus *fluminis Indi*.

Primis sider. ultimis t.] Markland. ad Stat. L. II, Silv. 3, 16 legit *primi* et *ultimi*.

Aegyptios eruditos] Ab his et Pythagoras et Socrates et Plato et plerique summi viri artes didicere. De his etiam dicit in ultim. lib. de asino aureo, quos vocat prisca doctrina pollentes. hi geometriam invenere, ac ut nonnulli sentiunt astrorum scientiam. De his et Herodot. Diod. et permulti. Pyrrh.

Judaeos superstitiosos] Ut apud Iuven. in Sat. XIV. de qua re Iosephus multa. Tiberius Caesar Aegyptios Iudaicosque ritus compescuit. Pyrrh.

Nabathaeos] De Nabathaeis meminit Iuven. Sat. XI. Plin. lib. VI. et Ptolomaeus eos esse ait in Arabia felice. Pyrrh.

Arsacidas] Id est, Persas, ut Persicus apparatus. Scythia inclyta est. Pyrrh.

Ityraeos] Aldus, *Ichyticos*, male. Elmenh. Editiones antiquae, *Scythicos:* MS. Cod. *Sythureos:* Bas. 2. margo, *Ityraeos*. Auctor Strabo, Ityraeos esse populos maleficos in Laodicea apud Libanum montem. Virgilius II Georgic. *Ityraeos taxi formantur in arcus.* Lucanus lib. VII. *Et creta Cydonas Misit. Ityraeis cursus fuit inde sagittis* Colv. Sic primus edidit Philomathes in Ed. Iunt. post. cum Bas. sec. marg. quod bene recepit Colv. et videtur esse in Florent. Codd. Certe in Lips. est *Sythuraeos:* unde accuratius insuper rescribendum *Ituraeos* per *u*, ut recte margini libri sui adleverat Lipsius; nam Gr. Ἰτουραῖοι. Vide me ad Lucan. L. VII. 240. Junt. pr. *Scythios*. Ald. *Sythicos*, inepte.

Odorum divites Arabas] *Arabs odoratus*. Constantin. Imp. in Constit. ad Agriculam. Tzetzes Chil. 8. hist. 252: Ἡρόδοτος Διόδωρος Κτησίας, πάντες ἄλλοι Λέγουσι τὴν εὐδαίμονα τυγχάνειν Ἀραβίαν, Ὥσπερ καὶ γῆν τὴν Ἰνδικὴν εὐωδεστάτην ἄγαν Ἀρώμασιν ἐκπνέουσαν, ὡς καὶ τὴν γῆν ἐκείνης καὶ λίθους κοπτομένους δὲ ταύτης ἀρωματίζειν. Τοὺς δὲ ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ λυθέντας εὐωδίαις, Ὀστᾶ τινὰ καὶ κέρατα, καὶ Φύσεις τὰς ὀζώδεις Τότε καπνίζεσθαι λοιπὸν, καὶ ἀνακτᾶσθαι πάλιν. Vide Heliodorum in Aethiopicis p. 494. Elmenh.

Ganges] Verg. carmen de Gange et Indorum moribus lege Plin. lib. VI. et Ovid. IV. Metam. ait: *Decolor extremo quae cingitur India Gange.* Pyrrh.

Unus omn.] Prave vox *unus* omissa est in Ed. Florid.

Regnator aquis] Dicitur ut *rex aquarum*. V. Heins. ad Ovid. Met. IX. 17.

In flumina] Coll. Lips. Voss. *qui*. an scriptum fuit ꝑ pro *per?* mox Pith. *discurrunt*.

Valles] i. e. alvei, ut bene Floridus. Adi Cl. Burmann. ad Ovid. Met. L. II, vs. 256, *septem sine flumine* valles. Apud Statium, quem ibi laudat, inveni ipse quoque in 2 Codd. *vitrea de valle*. Sic capiendus Ovid. Met. vs. 266,

Oceanique fretis centeno iungitur amni:

nec, quod iisdem Indis ibidem sitis ad nascentem diem, tamen in corpore color noctis est: nec, quod apud illos immensi dracones cum immanibus elephantis pari periculo in mutuam perniciem concertant. quippe lubrico volumine indepti revinciunt, et illis expedire gressum nequientibus, vel omnino abrumpere tenacissimorum serpentium squameas pedicas, necesse fit ultionem a ruina molis suae petere, ac retentores suos toto corpore oblidere. Sunt apud illos et varia colentium genera. Lubentius ego de miraculis hominum, quam naturae disseruerim. Est apud illos genus, qui nihil amplius quam bubulcitare novere: ideo-

L. XV, *Quodque fuit campus*, vallem *decursus aquarum Fecit.* ubi male Burm. quem vide etiam ad Val. Flac. L. VII, 391, sed ibi tamen nihil mutem. Quinctil. L. V. Inst. Orat. c. 14, *ut latissimi amnes*, *totis* vallibus *fluat.*

ORAQUE CENTUM] Errat auctor. Ganges uno tantum ostio in mare influit. Adi Broukhus. ad Propert. III, 21, 16.

AD NASCENTEM] MS. *annascentem.* COLV.

SITIS] Coll. Voss. *Sythis.*

IMMENSI DRAC. C. IMM. ELEPH.] Plinius lib. 8. cap. 11. *Elephantes fert Africa etc. sed maximos India, bellantesque cum iis perpetua discordia dracones tantae magnitudinis ut et ipsos circumflexu facili ambiant, nexuque nodi praestringant. Commoritura dimicatio: victusque corruens complexum elidit pondere.* PYRRH.

CONCERTANT] Legit hic idem Modius, *consertant*, vel, *concurrant*, sed potius, *corruant.* Ego nihil rear mutandum. COLV.

INDEPTI] Forte potius legendum, *implexi.* Infra lib. III: *adhuc manus volumini implexa, adhuc os recto libro impressum.* COLV. Colvius *implexi.* ELMENH. Nihil muto, *indipisci* est *assequi*, atque etiam *occupare.* FLORID. Recte, vide Indicem. Plaut. Asin. II, 2, 13. Quare contra MSS. nil temere mutem. Colvius tamen non male; at N. Heinsius volebat *impeditos* vel *voluminum impeditu* ad Ovid. Met. L. IV, 364, *elabique volentem* Inplicat. Verum ipsa illa notio inest τῷ *indepti:* nam et participium *aptus* passim significat colligatum, vinctum, ut infra N. 15, *cithara balteo* apta. De Deo Socr. *animalia pinnulis* apta. V. Broukhus. ad Tibull. I, 10, 70. Cerd. ad Virg. G. I, 168. Drak. ad Livium I, 46. Pro *revinciunt* coll. Lips. Voss. *revincunt.*

ET ILLIS etc.] Malo, *ut*, id est, *adeo ut.* FLORID. Bene *et*, sed pro *sit* paulo post, reponendum *fit*, ut monuit N. Heinsius ad Ovid. Met. L. XIV. 208, et VIII. 72. Immo iam sic expressum in Bas. pr. quod Colvius sciens male neglexit.

NEQUIENTIBUS] Membranaceus liber, *neque certantibus.* COLV. MS. *neque certantibus*, f. *nequitantibus.* BRANT. Tacite Elmenh. τὸ *nequientibus* quod est in MSS. et Edd. vett. mutavit in *nequeuntibus*, me nequaquam probante. Pith. *neque certibus*, MS. Lips. *neque certātibus*; hinc novum verbum fecit Brantius.

VEL OMNINO] Sopingius non male coniecit *vel immo.* De quo Appuleianae locutionis modo vid. Ind. Not.

NECESSE SIT] Alias, *fit.* COLV. vide supra.

MOLIS SUAE] MS. lib. *molis sui.* COLV. ut sit *moles sui*, quomodo saepe Appul. vide ad Met. V, p. 323, b. Mox pro *retentores*, Pith. *recentiores.*

SUNT APUD ILL. — DISSERUERIM] Haec omnia absunt ab antiquo nostro codice. COLV.

ET VARIA] Pith. *avaria.* Abest *et* Edd. vett. praeter Iunt. post. et Bas. sec.

LUBENTIUS] Edd. vett. *libentius.*

EST APUD ILLOS GENS] Haec Solinus sic expressit cap. 53. *Indorum quidam agros exercent, militiam plurimi, merces alii, optimi ditissimique remp. curant, reddunt indicia etc.* BRANT. Florent. *est a. i. genus hominum quod.* ELMENH. MS. *sunt.* COLV. Pith. *gens qui.* Vulgo Edd. etiam Elmenh. dant *gens quae novere*, pro, *novit;* sed ed. Vicent. *qua.* Verum MS. Florent. recentior *genus hominum, qui*, non *quod*, ut ait Elmenh. at in vetustissimo Florent. *genus qui*, et ita iam edidere Iunt. post. Scriv. et Flor. Optime. *Genus* et *genus hominum* passim de gente usurpatur. Adi ad Caesarem L. IV. B. G. c. 3. Solin. c. 17. *gens* etc. *Hyperboreis similes. dicunt Arimpheos.* Sic leg. e MSS. Praeterea ubivis obvia est ea synthesis *genus qui novere.* Vide ad auct. de bel. Hisp. p. 951, *genus, quibus* etc. Flor. N. 9. *hoc quoque genus invenitur*, qui *meliores obtrectare* malint. Ovid. Met. VII. 656, *parcumque genus — et* qui *quaesita* reservent. Infra N. 22. Servitium *eius* hilares sunt *atque* epulantur. Auson. Griph. Tern. vs. 45, *Humanae efficiunt habitacula ter* genus *artis. Parietibus* qui *saxa* locant, qui *culmine tigna Et* qui *supremo* co-
munt

ideoque cognomen illis Bubulcis inditum. Sunt et mutandis mercibus callidi, et obeundis proeliis strenui, vel sagittis eminus, vel ensibus cominus. Est praeterea genus apud illos praestabile: Gymnosophistae vocantur. Hos ego maxime admiror: quod homines sunt periti, non propagandae vitis, nec inoculandae arboris, nec proscindendi soli. non illi norunt arvum colere, vel uvam colare, vel equum domare, vel taurum subigere, vel ovem vel capram tondere vel pascere. Quid

munt *tentoria cultu.* uti locus ille e MSS. est restituendus. Statim *genus praestabile*, eadem est confusio.

Bubulcitare] Plaut. docet me amare et te bubulcitare. Politian. in Lamia bovatim loqui ait. Hos esse puto quos Plin. buzas appellat, est autem bubulcitare bubulcum agere. Pyrrh. MS. *balbutire*. Colv. Fulvii liber, *bubulcitatem*. Elmenh. Plaut. Mostel. A. I. Sc. 1. *docet me amare et te bubulcitarier*. Brant. Ed. Iunt. post. *bulbucitare.*

Ad cognomen] forte *adeo cognomen*. Colv. *Ideoque cogn. il. b. ind.* Scaliger. Colvius *adeo c. i. b. i.* Flor. *idque a. c. b. i.* Vide Arrianum in Indicis p. 176. Elmenh. *Ideoque cognomen* primus Wowerius edidit. Scaliger: *ideoque ad cogn.* Ante legebatur *idque ad cogn.* atque ita MS. Hinc Colvius vel potius Lipsius, ut ex margine adparet, coniecit *idque adeo c.* Piccart. Peric. Crit. c. 16, *inde adeo.* Rycquius Primit. p. 160, *ideoque id c.* Bourdel. ad Heliod. p. 15, *idque ideo cogn. illis Bubulci ind.* I. Isacius L. III. c. 17. *idque* pro *ideoque* dici contendit sive *et ob id:* ut saepe *hoc*, *illud*, *quod* ponuntur. Videndum an *ad cognomen* (tot een bijnaam) non sit Latinum satis.

Et mutandis mercibus] Alii, inquit Plin. tellurem exercent, alii militiam capessunt, merces alii suas evehunt resque externas invehunt. Pyrrh. MS. cod. *commutandis*. Colv. Pro *callidi* Crus. Prob. Crit. p. 260 legi vult *candidi.*

Obeundis praeliis] MS. *ad obeundas praelia*. Colv.

Eminus, cominus] Nostra vocabula a longe et prope. Pyrrh.

Est pr. gens ap. il. praestabilis] Bas. I. cum aliis, *est pr. genus apud ill. praestabile.* Sed locus hic sic scribitur etiam in margarita Poëtica: *Est autem quoddam genus hominum praestabile, quos Gymnosophistas vocant.* Colv. Flor. *genus a. i. praestabile.* Elmenh. Accedunt Pith. et Edd. ante Colv. qui male e MS. Lips. mutavit cum seqq. in *gens praestabilis.* Sed alterum bene iam revocavit Scriverius. Vide supra.

Gymnosophistae] Philosophi Indiae nudi philosophantes, de quibus Hieron. in prologo bibli, qui dicebant colendos esse deos, nil mali agendum; mortem contemnendam, de quibus multi scripsere. Pyrrh. Augustin. de civ. Dei lib. 14, 17. lib. 15. c. 20. Elmenh. Coll. Lips. *qui* vel *quae Gymn.* Vide ad L. XI. Met.

Incolendae arboris] Emaculo, *inoculandae arboris.* Arbores inoculare, quod significat inserere, Plinio, Columellae quoque in usu fuit. Stewech. Inoculandas arbores dixit post Varronem, Columellam, Plinium. Est autem inoculatio insitio quum unius arboris oculi trunco scisso inseruntur, vel cum aperiuntur arborum oculi, ut Plin. lib. 17. In ficis et malis haec fuit inoculatio antiqua, et Columel. lib. 12. *His diebus arbores ficorum inoculantur.* Pyrrh. Male in V. *inculcandae.* Arbores inoculare, ut Graeci ὀφθαλμοὺς ἐντιθέναι. Hippocrates de natura pueri. germen insertum ὀφθαλμὸς eodem loco. Plinius eleganter adulteria arborum vocat. Wower. Vetus, *inoculandas arbores.* Colv. vide Indicem. Elmenh. Codd. Lips. Pith. Edd. ante Bas. sec. *inoculandas arbores*, praeter Ed. Iunt. post. quae dat cum MS. alio *inculcandae.* Paris. *incolendae.* Male. Adi Pyrrhum Stew. Wow. et Lexicon Rusticum Gesneri.

Aurum colare] id est, purgare, nitidius reddere. Tertullianus de anima: *nec beryllis ideo aquosa materia est, quod fluctuent colato nitore.* Paullo post: *certiora et colatiora somniari affirmant sub extimis noctibus:* id est meliora, selectiora. Colv. *Colare* usurpant vett. de melle, aqua et ceteris liquidis, quae destillando a faece purgantur, ut praesertim de vino, quod pressum eliquatur. Sed velim mihi exemplum dari, ubi *colare* proprie sumtum occurrat de auri, argenti vel similis rei solidae purgatione. Non video quoque, qui hic mentio fieri queat auri, cum agat tantum de rusticis operibus. Mihi nullum dubium est, quin de colatione vini loqui voluerit; adeoque lego *uvam colare.* Passim occurrit *colare vinum*, scilicet per *colum* sive praeli vas, per quod vinum passum guttatim defluit. Adi Glossas, Elmenhorstii Indicem et Heinsium ad Ovid. Met. XII, 487.

Subiicere] Veteris libri scripturam dedi. Vulg. *subigere.* Colv. *subigere*] Expressi lectionem Florent. codicis, in vulgatis est, *subiicere.* Elmenh. MS. Lips. Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. dant *subiicere.* ut Ovid. Met. L. XV, 617 *depresso* subiectis *bubus aratro.* In membranis Floren-

Quid igitur est? Unum pro his omnibus norunt. Sapientiam percolunt, tam magistri senes, quam discipuli minores. Nec quidquam apud illos aeque laudo, quam quod torporem animi et otium oderunt. Igitur ubi, mensa posita, priusquam edulia adponantur, omnes adolescentes ex diversis locis et officiis ad dapem conveniunt, magistri perrogant, quod factum a lucis ortu ad illud diei bonum fecerit. Hic alius se commemorat inter duos arbitrum delectum, sanata simultate, reconciliata gratia, purgata suspicione, amicos ex infensis reddidisse: inde alius, sese parentibus quidpiam imperantibus obedisse: et alius, aliquid meditatione sua reperisse, vel alterius demonstratione didicisse. Denique ceteri commemorant. Qui nihil habet afferre, cur prandeat, inpransus ad opus foras extruditur.

Num. VII. Alexandro illi, longe omnium excellentissimo regi, cui ex rebus actis

rentinis est *subgere*, unde et *subdere* quis effingere posset. Severus Endel. de mort. boum vs. 33, *Plaustris* subdideram *fortia corpora Lectorum studio quo potui boum*. Verum haec verba *subiicere*, *subdere* non ita absolute ponuntur. quare omnino retinendum duco *subigere*. Horat. L. II. O. 5, *nondum* subacta *ferre jugum valet Cervice*.

Sapientiam percolunt] Unde Plin. lib. 6. de his loquens, *Quintum*, inquit, *genus Indorum celebratae illic et prope in religionem versae sapientiae deditum est*, etc. Pyrrh.

Magistri] Mos optimus Gymnosophistarum exigendi a quolibet discipulorum diei pensum atque rationem. De moribus istorum habes apud Hieron. contra Iovinianum, apud Gellium et li. antiquarum lectionum et permultos alios. Pyrrh.

Minores] Vulg. *iuniores*. Minores, ut Maiores. Supra: *maior meus Socrates*. et alibi. Colv. Flor. 2. *iuniores*. Elmenh. Recte Colv. cum seqq. e MS. Lips. *minores*, at Flor. uterque et Edd. priores *iuniores*, quod praeferebat Piccartus c. 16, sed vide Misc. Obs. Vol. V, T. 3, p. 111. et me ad N. 2, supra. Ovid. Met. L. VII. 477, minorque, *quam Telamon*, *Peleus*.

Apud illos aeque laudo] Alii, *penes illos aeque*. Verbum *laudo* in solo Romano codice erat. Colv. Pith. Edd. ante Colv. *aeque penes illos*. Sed et *laudo* abest a MS. Lips. Edd. Ven. Ald. Iuntinis, Bas.

Dapem] Pith. *dapes*.

Magistri perr.] Marcilius ad Pythagoram p. 47. Elmenh. In Margarita Poët. copula additur *et mag. perr.* Colv. Accedit Pith.

Fecerit] Sc. quisque. Frustra *fecerint* orae libri adlevit Ampl. W. Goesius.

Inde alius] Vulg. *itidem alius*. Colv. Aldus, *itidem alius*. Elmenh. Ante editum *itidem al.* ut est quoque in Pith. Sed MSS. Flor. Lips. Edd. Colv. et seqq. *inde al.*

Quidpiam] MS. *quempiam:* Margarita Poët. *quidpiam*. Colv. MS. Lips. cui accedit Pith. *quēpiam*, unde G. Vossius: *f. quaepiam*.

Reperisse] Idem MS. *repetisse*. Colv.

Denique ceteri commemorant] Ultimum verbum glossam esse marginalem suspicor cum Tollio.

Habet adferre] Vide Strabonem Geogr. lib. 3. f. 116. Elmenh. Etiam non displicet vulgata lectio, *ad offerre*. Colv. MSS. Becich. Ep. 96, Edd. Iunt. post. Colv. etc. *habet adferre;* reliquae cum Pith. *adofferre*. Forsan, *habeat offerre*. Pro *inpransus* apud Becichemum *impensus*.

Num. VII. Alexandro] Aliud fragmentum. Sciopp. *in Symb.* Haec Alexandri historia sic a Plutarcho traditur. Corporis staturam egregie a Lysippo factae statuae declarant, a quo solo dignum duxit effingi. et plura inibi de hac re. De Alexandri fortuna scribit Plutar. lib. eleganter a Budaeo versum. Hic autem miror Apuleium nominasse Polycletum et Apellem et Pyrgotelem, nec meminisse non a Polycleto effigiatum Alexandrum ipsius iussu fuisse, sed ut Plutar. et Plin. volunt a Lysippo, qui cum Alexand. fuit. Hic enim, ut Plin, ait lib. 34 fecit Alexandrum magnum multis operibus a pueritia eius orsus, quam statuam inaurari iussit. Nero delectatus admodum illa, Alexand. amicorumque eius imagines summa omnium similitudine expressit, quas et alii quoniam fecere: ut Chereas Plin. teste. Polycletus autem iste fecit talis ludentes nudos qui vocantur astragalisontes: et multa praeclara opera: ac, ut nonnulli voluere, Ephaestionem Alexand. amicum: quem alii ad Lysippum referunt. lege omnino de hac re Plin. in memorato lib. cap. 8. et Plutar. de fortuna eius, qui de Polycleto non meminit, sed de Apelle et Lysippo. A Pyrgotele autem solo annulo sculpi voluit, ut Plin. lib. 37 refert. Pyrrh.

Lon-

actis et auctis cognomentum Magno inditum est, ne vir, uti unicam gloriam adeptus, sine laude unquam nominaretur. Nam solus a condito aevo, quantum hominum memoria exstat, inexsuperabili imperio orbis auctus, fortuna sua major fuit: successusque ejus amplissimos et provocavit ut strenuus, et aequiparavit ut

LONGE OLIM] Flor. *longe omnium.* ELMENH. et sic quoque MSS. et Edd. vett. At Colv. cum Vulc. Scal. Wow. *olim.* Male.

MAGNO INDITUM EST] Vulgo : plerique, *magnum ind. est:* Ald. *Magni ind. est.* Ceterum post illud, *inditum est*, libens posuerim asteriscum, indicem sententiae imperfectae. videtur enim deesse *placuit*, aut simile quid. COLV. Becichemus, *Alexandri illius longe omnium excellentissimi regis.* Ib. *in Add.* Pith. Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. *Magnum.* Ald. Iunt. post. etc. *Magni*, ut coniecit Heinsius. Sed *Magno* retinent bene ceteri MSS. quomodo passim loqui solent auctores et ipse App. supra N. 6. *Iis cognomen* Bubulcis *inditum.* Si quid mutandum mallem *Magnus.* Vide ad Met. L. II, p. 122, b, et quo ibi lectorem ablego. Sed et *Magnum* retineri posset. Sic enim Piso apud Gell. L. XV, 29, *quia* Tarquinium *nomen esset:* ubi vide.

NE ISTE UNUS EAM GL.] alii, *ne nisi unicam gl.* ELMENH. *Ne nisi — unquam*] Vulg. *ne vir.* — MS. lib. *numquam.* COLV. Scribe : *nae iste unus eam gl. a. u. s. l. numquam nom.* WOWER.

ALEXANDRO ILLI L. O. EXCELLENTISSIMO REGI, CUI C. M. I. E. PLACUIT, NE ISTE UNUS EAM GL. AD. S. L. UMQ. NOM. etc. EIUS IGITUR AL.] Pessime hunc locum interpolaverunt Viri Docti. Primum enim in nullo MS. aut Ed. vet. est τὸ *placuit;* quod e Colvii coniectura primus recepit Vulcanius. *Cui* delendum placuit Viro Docto in Misc. Obs. l. c. Ed. Iunt. post. habet *Alexandri illi* (antique pro *illius*, vide Ind. Not.) *l. o. excellentissimi regis* (*cui* etc.) *Eius igitur Al.* neque aliter e coni. legit Ill. N. Heinsius ad Ovid. Met. L. III, 454, et iam olim Becich. Ep. 96, nisi quod *illius* scribant. Sane sic solet noster post longam parenthesin repetere primam vocem. Met. L. I, init. *Thessaliam* (*nam* etc.) *Eam Thessaliam.* Infra N. 9, *si qui forte* (*quoniam* etc.) *si qui igitur.* N. 22. *sicuti navem* etc. *eam navem.* N. 17, in f. *ex plurimis*, *quae* etc. *ex his plurimis.* De Deo Socr. p. 673. Ed. Flor. *non usque adeo* (*Respondebit enim* etc.) *non usque adeo.* Sic quoque saepe Gellius L. XVIII, 7. *Domitio* (*homini* etc.) *ei Domitio.* Vid. notas ad Caes. B. G. I, 35. Drak. ad Sil. L. XII, 441. At optime Vincent. Contar. L. I, V. L. c. 5. simpliciter τὸ *placuit*, temere a Vulcanio intrusum e coni. Colvii, delet per anacoluthon, ut quasi sui oblitus fuerit App. Sic infra N. 15, *Brachmanas* (*hi* etc.) *Eorum igitur Brachmanum.* In MS. Lips. pro *illi* est *olim.* — Dein pro *ne iste unus eam*, quod reposuit Elmenhorstius, Edd. vett. habent *ne vir unicam*, sed MSS. Florent. Pith. Lips. Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. *ne nisi unicam.* MS. Bemb. *ne ubi vir unic. g.* . Pro *unquam* in MS. Lips. est *nunquam.* Hinc Gruterus et Wower. coniecere, expressitque cum Elmenh. Scriverius : *nae* (Elm. *ne*) *iste unus eam gl. adeptus ut* (caret Ed. Elmenh. et Scriv.) *s. l. nunquam nom.* quod perplacet Viro Docto Misc. Obs. d. l. Sed omnino male. Alius, *ne nisi unus eam gl.* Multo melius Vincent. Contar. d. l. maluit : *ne, uti vir unicam gl. ad. s. l. unquam n.* N. Heinsius ibid. revocavit simpliciter veterum Edd. lectionem : *ne vir unicam gl. adeptus s. l. unquam n.* Adsentiente quoque V. D. in Miscell. Lips. Nov. Vol. IV. T. 4. p. 747. Quia tamen in MSS. est *nisi*, non displicet *iste* vel *uti* pro, utpote. Ideo ei cognomen Magno inditum est, ne unquam sine laude nominaretur. Si *ne nunquam* scribas, duae negationes vehementius negare debent, *ne nunquam sine laude*, i. e. ut semper cum laude. Vide Ind. Not. Sed Codd. Florentini retinent *unquam.* Nequaquam certe *unicam gl.* erat mutandum, sive talem, quae similem non habet, excellentissimam, ut ibid. clare docent Heinsius et V. D. in Misc. N. Lips. Immo sic noster saepe. L. II. Met. p. 106, unica *cura.* L. III. p. 193, *splendidissima et* unica *Thessaliae civitas.* L. VII. p. 458, unicae *fidei femina.* V. ad Sueton. Titum c. 8. Solin. c. 5, *laudata* unico *soli temperamento.* ut habent optimi quique MSS. In aliis erat *egregio*, in Edd. vett. mire turbatum.

A COND. AEVO] Abest praepositio a MSS. Pith. Lips. Edd. Vic. Bas.

QUANT. H. MEMORIA EXSTAT] Sive post hominum memoriam. N. Heins. ibid. ad Ovid. mallet *memoriae restat.* Non adsentior.

INEXSUP. IMP.] Nempe quamdiu viveret Alexander, in imperio suo invictus fuit. Nihili ergo scrupulus Heinsii faciendus, qui suspicatur hic vitii quid subesse, quia statim ab excessu eius dirutum et dissipatum est. Unde mallet, timide tamen, *inexaequiparabili*, i. e. cui par vel simile non erat.

FORTUNA SUA MAIOR] *Quam solus omnium mortalium in potestate habuit.* Q. Curt. l. 10. BRANT.

SUCCESSUSQUE EIUS] Solinus cap. 14. *enim*

ut meritus, et superavit ut melior, solusque sine aemulo clarus; adeo ut nemo audeat eius vel sperare virtutem, vel optare fortunam. Eius igitur Alexandri multa sublimia facinora, et praeclara edita fatigaberis admirando, vel belli ausa, vel domi provisa. quae omnia aggressus est meus Clemens, eruditissimus et suavissimus poëtarum, pulcerrimo carmine illustrare. Sed cumprimis Alexandri illud praeclarum, quod imaginem suam, quo certior posteris proderetur, noluit a multis artificibus vulgo contaminari, sed edixit universo orbi suo, ne quis effigiem regis temere assimilaret aere, colore, caelamine: quippeni solus eam Polycletus aere duceret, solus Apelles coloribus delinearet, solus Pyrgoteles caela-

enim affluenter successus eius ampliandis opibus proficiebant, ut ante omnes Apollini Delphos, Iovi Eliidem statuas aureas dono miserit. BRANT. Ampl. W. Goesius adscripsit orae libri sui: Eius *pro* suos *hic positum videtur.* At intellige *successus Fortunae suae.*

AMPLISSIMOS] MS. *amplissimo.* COLV. Item Pith.

SUPERAVIT UT MELIOR] Sic *morte melior* 7. de asino, pro mortis contemptore, ut ad Apolog. vidit Casaubonus. BRANT.

EIUS AUDEAT VEL SPERARE VIRT. VEL OPT. FORT.] Sic correcte Basileae postremo editum. MS. *eius audeat virtutem, vel sp. fort. vel opt.* Veteres editiones, *audeat virtute eius vel sperare fortunam vel optare.* COLV. *Virtute eius vel sp. fort. vel opt.*] Redigo in ordinem quae nimium dissipata sunt. *adeo ut nemo audeat virtutem eius vel sp. vel fort. opt.* Alexandro Magno data ista laus. sed cum a Q. Curtio Rufo simile omnino ἐγκώμιον eidem tributum viderim, verba ad scribere placuit. *Fatendum est tamen, cum plurimum virtuti debuerit, plus debuisse fortunae, quam solus omnium mortalium in potestate habuit.* Scribo, *in potestatem habuit.* qua de re alias. Quod autem ad istum felicitatis titulum, memoriae proditum a Solino Polyhistore cap. VII. suo aevo necdum repertum fuisse, qui felix censeri iure debuisset. STEWECH. Colvii etc. lectionem servant etiam MSS. Florent. Becich. Ep. 96. Ed. Iunt. post. Bas. sec. Sed MS. Fulv. *nemo aud. eius virtutem vel sp., fort. vel adoptare.* Propius ordini, quem servant MSS. Lips. Pith. atque Edd. reliquae (nisi quod habeant *virtute*) legit Stewechius. *Ut* abest a Pith.

MULTA] MS. *multi.* COLV.

PRAECLARA EDITA] *edicta* lego, propter illud antitheton, *domi provisa*, et post paulo, *sed edixit universo orbi.* Unde Plin. lib. 7. capite 37. Horat. lib. 2. Epist. 1. BRANT. Non male.

FATIGABERIS] Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. *fatigaveris.*

AGGRESSUS EST] Verbum *est* deest vulgo. COLV.

ET SUAVISSIMUS] Abest a coll. Voss.

PULCERRIMO] Edd. Vic. Iunt. utr. Ald. Bas. pr. *pulcerrime.*

CUMPRIMIS] Quidam *imprimis.* COLV. Sed vide Indicem.

ALEX. ILLUD PRAECL.] MS. Pith. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *illud pr. Al.*

POSTERIS] Pith. *ceteris.*

NE QUI] Sic Edd. Roman. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. cum Heinsio. Vere. Vulgo *ne quis*, sed mox *ne qui imaginem eius temere assimilaret.* Sic passim, *si qui.*

ASSIMILARET] Vulgo *assimularet.* ELMENH. Edd. Colv. aliaeque male, ut et mox, *assimularet.* [Vid. tamen quae de huius verbi scriptura diximus ad Plauti Capt. A. II, Sc. 1, vs. 32. — I. B.]

QUIN SAEPE] Scriptus codex *ipse.* COLV. Rescribe ex v. c. *ipse solus.* quod et Becichemus vult. ID. *in Omiss.* Locus haud dubie mendosus, quem sic conatur emendare Fulvius: *quin se solus Polycl.* etc. Mihi vox *saepe* videtur inducenda: quae fortassis ab indocto aliquo in ora posita fuerit, ut notaret vocem *solus* saepe hic repeti. SCIOPP. *in Symb.*

POLYCLETUS] Error memoriae. Lysippus fuit. Plutarchus de Fortuna Alexandri: Διὸ καὶ μόνον Ἀλέξανδρος ἐκέλευε Λύσιππον εἰκόνα αὐτοῦ δημιουργεῖν. Horat.: *Edicto vetuit, ne quis se, praeter Apellem, Pingeret, aut alius Lysippo duceret aera Fortis Alexandri vultum simulantia.* COLV. Lege cum Pyrrho [supra] et Colvio, *q. s. e. Lysippus ae. d.* Plinius libro 7. cap. 37. *Alexander Imperator edixit ne quis ipsum alius quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles sculperet, quam Lysippus ex aere duceret: quae artes pluribus inclaruere exemplis.* Tzetzes Chiliad. II. historia 369. ὁ βασιλεὺς ὁ μέγιστος Ἀλέξανδρος Φιλίππου Γλαυκὸν τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχειν θρυλλεῖται πᾶσι, Τοιοῦτον καὶ ὁ Λύσιππος ἐκεῖνον ἐχαλκούργει. ELMENH. Inducenda vox *saepe.* Hoc vero Alexandri plurimi scriptores prodiderunt. Cicero lib. V. Epist. ad Luceium. IV. Academ. Qaest. Val. Max. lib. VIII. Horat. II. Epist. Plutarch. Alexand. et περὶ τῆς Ἀλε-

lamine excuderet. Praeter hos tres, multo nobilissimos in suis artificiis, si quis uspiam reperiretur alius sanctissimae imagini regis manus admolitus, haud secus in eum, quam in sacrilegum, vindicaturus. Eo igitur omnium metu factum, solus Alexander ut ubique imaginum suus esset: utque omnibus statuis, et tabulis, et toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi herois,

Ἀλεξάνδρου τύχης. Plin. lib. VII et XXXVII. At hi omnes de Lysippo, non de Polycleto narrant. Aere ducere, Varro aerifice ducere. Cicero, aere fingere, *χαλκοτορεῖν*. WOWER. Suspicor tantum legendum: *quid ni solus.* vel hoc modo: *quippini solus.* Obvia haec vox apud Plautum Bacchid. Menaech. et alibi apud Terentium. Immo Apuleius IX. de asino: *coenam*, inquit, *apponebat ei propere quamvis invita, quippini destinatam alii.* Alterum apud eundem XI. de asino: *Nec hercules me laborum aut sumptuum poenituit. quidni, liberali Deum providentia iam stipendiis forensibus bellule fotum.* STEWECH. Edd. ante Elmenh. habent, *quin saepe solus eam:* nisi quod in Ed. Iunt. post. legatur *quin ipse s.* atque ita voluit Epist. 96, Becichemus, et cum eo ex MS. Lipsii Colvius: unde quoque id recepit Scriverius. *τὸ saepe* audacter eiecere Wower. Scioppius, Elmenh. et Flor. Malebat Ursinus *quin se solus P.* Rectius Ill. Heinsius *quippe solus.* At iam olim vere, ni fallor, correxit Stewechius *quidni*, vel potius, *quippeni.* Vide eum et nos ad Met. L. IV. p. 290, a. *Polycletus* e memoriae lapsu vitium est pro *Lysippo:* ut Pyrrhus, Colv. Wower. multis demonstrarunt. Male vero Elmenhorstius reponi voluit *Lysippus.*

APELLES] Hic fulminiferum Alexandrum ita expresse et concinne pinxit, ut vulgo dicerent duos Alexandros esse, unum Philippi nulla vi superabilem, alterum nulla arte imitabilem. PYRRH.

DELINEARET] Abest MS. Lips. Edd. primae *delimaret.* Al. *deliniaret.*

PYRGOTELES] Convenit quod Plin. scribit lib. 37. Alexandrum vetuisse in gemma se ab alio sculpi quam a Pyrgotele non dubie artis eius clarissimo. PYRRH.

CAELAMINE EXCUDERET] Male quidam, *excluderet.* COLV. Aldus, *c. excluderet.* Vide Indicem. ELMENH. Membranae Lips. Pith. et Edd. ante Colvium *excluderet.* Cave iis credas, ut temere fecit Stewechius ad Arnob. p. 70. *Excludere* dicitur de avibus pullos foventibus ita, ut ex ovis exeant; sed *excudere* idem est, quod *exsculpere*, *elaborare.* Consule Salmas. ad Solin. p. 63, Excuduntur *coraliis multa gestamina.* ubi eundem errorem erravit Stewech. cum aliis, Ibid. p. 82, *Nam illinc* excuduntur *signa.* ut in MSS. optimis. Auson. praef. ad Cent. *Opusculum, quod nec labor* excudit, *nec cura limavit, sine ingenii acumine.*

SANCTISSIMI] Repone ex MS. cod. *sanctissimae.* COLV. Tacite Colvio obsecutus est Floridus, atque ita quoque Pith.

VINDICATURUS] Scilicet *edixit.* Pith. Lips. Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. *vindicaturum:* unde rectius Heinsius *vindicatum iri* divinavit. Alibi simili modo peccatum supra vidimus.

SUMMUS ESSET] *Summus* hoc est, excellentissimus, artificiosissimus: quamvis Fulvius malit: *unus esset.* SCIOPP. *in Symb.* Fulvius, *unus esset.* Flor. 2. *simus e.* Male. ELMENH. *Summus* i. e. excellentissimus, artificiosissimus, ut exponit Scioppius. Verum in MS. Bembi exstat *imaginis simus*, et *imaginum simus* in utroque Florentino, in Edd. Ald. Iunt. post. *sumus.* Unde Ursinus maluit *unus.* Manganus vero tuetur lectionem Bemb. iunctim *imaginissimus*, *εἰκονικώτατος*, probante Contareno, qui tamen etiam coniecit *imaginis simillimus*, atque ita fere N. Heinsius *imaginum sui simillimus*, et simpliciter Floridus *im. similis*, quomodo etiam ad marginem Ald. ed. coniecit Groslotius. Perperam. Verissima enim est emendatio, quae mihi statim ad lectionem *τοῦ simus* subnata est, quam insuper habet Heinsius, sed quam diu ante ad Met. I. p. 59 occupavit Pricaeus, *suus*, i. e. se plane referens, et ubique *idem*, quod subiungit, atque sic etiam legit Is. Toussaintius in Coniect. ad Lactant. de Mort. Persec. per Is. Cahai editis. Vide praeter alios de hac eleganti locutione Gronov. Obs. L. I, c. 11. Ovid. Met. XIV, 166, *Iam non hirsutus amictu Iam* suus. Burman. coniecit *primus*, addens has voces ita commutari apud Virg. Aen. L. X. 476. Ovid. II. Fast. 594. *Ubique imaginis*, quod est in Cod. Bemb. tueri possemus e Lib. I. Met. p. 63 Pric. *ubique itineris*, sed ibi Pricaeus malebat ex h. l. *itinerum.*

UTIQUE] Corrige hic etiam, *utque*, suadente eodem cod. COLV. Pith. et Edd. ante Colv. *utique*, pro, saltem.

ET TOREUMATIS] Caelaminibus aut vasis caelatis, est Graeca dictio. PYRRH. Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. *toreumati*, item MS. Pith. cui deest *et.*

INGENIUM] In MS. Florent. recent. a manu sec. *genium.*

MAXIMI HONORIS] Num, *maximi herois?* COLV. Ita quoque coni. Heinsius d. l. et iam edi-

rois, eadem forma viridis iuventae, eadem gratia relicinae frontis *cerneretur. Quod utinam pari exemplo philosophiae edictum valeret, ne qui imaginem eius temere assimilaret: uti pauci boni artifices, iidem probe eruditi, omnifariam sapientiae studium contemplarent; nec rudes, sordidi, imperiti, pallio tenus philosophos imitarentur, et disciplinam regalem, tam ad bene dicendum, quam ad bene vivendum repertam, male dicendo et similiter vivendo contaminarent. Quod utrumque scilicet perfacile est. Quae enim facilior res, quam linguae rabies, et vilitas morum: altera ex aliorum contemtu, altera ex sui? Nam viliter se-

editum est a Florido. MSS. et Edd. *honoris.* Cur non *hominis?*

FORMA] Pith. *fortuna.*

RELICINAE FRONTIS] Ut prius hoc verbo est usus, *recrispae.* Ut est apud Calepinum a recello dictum. PYRRH. Sopingius ad Hesychii V. ἀνχσεσυλιᾶσθαι malit *resillinae* i. e. refugo capillo nudae. Schlaeger in nummo Alex. M. p. 16 negat Latinum esse *frons relicina.* Hinc legit *reclinae*, ut tacite edidit etiam Wower. Sed nihil mutandum. *Frons relicina* est alta, capillis recrispis. Vide supra ad N. 3, et Alexandri faciem in nummis. *Cilunculi* et *cilones* vocantur, quibus eiusmodi frons est. Vide omnino Heraldum ad Arnob. L. III, p. 108.

PHILOSOPHIAE] Invehit in Pseudophilosophos, qui solo pallio et barba philosophiam colunt. omnis enim iste contextus historiarum et finis lib. est de philosophiae commendatione, ut praedixi. PYRRH. Confer Agellium lib. 9. c. 2. ELMENH.

QUOD] Pith. *quo.*

EDICTUM] Vulg. *dictum.* Praecedentia scriptam lectionem, quam expressimus, veram convincunt. COLV. Sic quoque Becichem. ep. 96, MSS. et Edd. Iunt. post. et Colvio posteriores. Antea in reliquis vitiose *phine dictum.* Non damno equidem penitus τὸ *dictum.* Passim enim *dicere* idem notat, quod *edicere*. ut in illo, *tibi dico.*

NE QUI] Male Edd. Ald. Iunt. post. *ne quis.*

UTI] D'Orleans ad Tacit. Ann. I, p. 167, *et ut.* Lips. Cod. mox *boni pauci.*

IIDEM] Pith. *id est*, uti coni. quoque Salmas. in margine libri sui.

OMNIFARIAM] Ed. Scriv. *omnifarium.*

CONTEMPLARENT] Vulg. *contemplarentur.* COLV. Colvium secuti sunt seqq. editores, et, si excerptis habenda fides, habent ita MSS. Florent. Lips. Pith. atque ita Plautus, Ennius aliique apud Nonium. De similibus coniugationis activae verbis adi ad Met. L. I. p. 74, a. Aliis locis tamen auctor *contemplari* scripsit, uti hic etiam Edd. priores *contemplarentur.*

RUDES, SORDIDI] Sordidi animo et corrupti, ut apud Iurecons. sordes prae corruptione. Philosophi officium est ut bene honesteque vivere, ita probe neque maledice loqui. de qua re plurima scripsimus in nostro philosopho, in eo loco ubi declamavimus in detractores et ubi honesti praecepta collegimus ex philosophia simul et iurisprudentia. PYRRH.

PALLIO TENUS] Vide lib. II. de As. Meminit et Plinius quorumdam, *qui sapientiae studium habitu corporis prae se ferunt*, lib. 1. epist. 22. Et Symmachus lib. 1. epist. 29. *qui philosophiam fastu et habitu mentiuntur.* Vide eundem lib. II. epist. 61. Adi et si libet Agell. lib. 9. cap. 2. Quanto rectius de Christianis Q. Minutius Felix: *Nos non habitu sapientiam sed mente praeferimus: non eloquimur magna sed vivimus.* BRANT.

DISCIPLINAM REGALEM] Video, quid sibi velint ista, sed possit quis suspicari legendum: *disciplinae regulam.* quamquam nihil muto. SCIOPP. *in Symb.* Alii, *disciplinae regulam.* ELMENH. Hoc tacite in textum intrusit Wower. Omnino male. Philosophia ab ethnicis habita est disciplinarum Regina. Sic *regia prudentia*, dixit noster de Phil. Mor. p. 625. Flor. βασιλική.

SIMILITER VIVENDO] *Simulter*, malim. BRANT. Inepte.

FACILIOR RES] Addidere Elmenh. Scriv. Flor. τὸ *est*, quomodo video exstare in uno Florent. Sed elegantius subintelligitur, quare cum MSS. ceteris et Edd. rursus delevi.

RABIES ET VILITAS] Lips. *tab. et vilita.*

ALTER EX AL. C. ALTER] Margarita Poëtica duobus locis hic legit, *altera*, pro *alter.* COLV. MS. utrobique legit: *altera*, rectissime. SCIOPP. *in Symb.* Florent. *alterum e. a. c. alterum.* ELMENH. Scribe ex Fulv. *altera.* WOWER. Lectio Cod. Florent. non spernenda est: immo sic adscriptum margini a Lipsio. Neutrum genus crebro subiicitur feminino. Vide ad Caes. L. I. B. Civ. c. 7. et ad L. III. c. 1. ad Suet. Claud. c. 38, *Irae atque iracundiae conscius sibi*, utrumque *excusavit.* Vitruv. L. I, 1. *de duabus rebus* etc. *ex his unum et alterum.* Vell. Pat. L. II. c. 49. *gravis vir Pompeii* partes *laudaret, magis prudens sequeretur Caesaris, et* ilia

semetipsum colere, sui contemtus est: barbare alios insectari, audientium contumelia est. An non summam contumeliam vobis imponit, qui vos arbitratur maledictis optimi cuiusque gaudere, qui vos existimat mala et vitiosa verba non intelligere; aut, si intelligatis, boni consulere? Quis ex rupiconibus, baiulis, tabernariis tam infans est, ut, si pallium accipere velit, disertius maledicat?

NUM. VIII. Hic enim plus sibi debet, quam dignitati: quamquam nec haec illi sit cum aliis promiscua. Nam ex innumeris hominibus pauci senatores, ex senatoribus pauci nobiles genere, et ex his consularibus pauci boni, et adhuc ex

illa *gloriosa*, haec *terribiliora duceret.* quod non esse sollicitandum recte vidit Wopkens. Misc. Obs. Vol. VIII. p. 53, [item Ruhnken. quem vide.] Adi et Burmann. ad Vell. L. I. c. 16. cf. L. II, c. 58. Auson. Grat. Act. in f. *ut sellam curulem* etc. *ut praetextam meam* etc. *ut trabeam* etc. quae *ab Illyrico sermonis dignitas honestavit*, *apud Gallias* illustriora *praestares.* Cic. de Off. III. 6. *Bonitas*, *Justitia* etc. quae *qui tollunt.* Noster de Phil. Mor. p. 627 Flor. *domos et possessiones habeant* etc. quae *quidem nec immensum augeri sinit.* — In aliis MSS. et Edd. Vett. est *alter — alter.*

BARBARE ALIOS INSECTARI] Fulvius mavult: *rabide alios.* SCIOPP. *in Symb.* Idem Cod. *rabide.* WOWER. Errat Wower. E coni. tantum Ursinus hic maluit *rabide*, ut respondeat *rabiei*, quemadmodum *viliter* respondet *vilitati.* Audacter tamen sic edidit Wower. atque ita quoque W. Goesius margini adlevit, vel pro *rabies* supra, *barbaries.* Perperam.

AN NON] MSS. Flor. Lips. *at non.*

VOBIS] Lips. *nobis.*

QUI VOS ARBITR. MALEDICTIS O. C. G.] Haec omissa sunt in veteri codice scripto. COLV. Boni viri maledictis atque male auditis non gaudent. In hanc sententiam infinitae autoritates adduci possunt a quolibet legentium. PYRRH.

INTELLIGERE — INTELLIG.] Ed. Iunt. post. per *e.*

RUPICONIBUS] MS. *rupicoribus.* COLV. Rusticis: quos rupicos vocat Politianus a rupibus colendis dictos. PYRRH. Rupicones qui *rupices* Tertulliano Apologet. et lib. de anima. Vide Festum dictio: *Petrones.* BRANT. Gell. L. XIII. c. 9. *veteres nostri non usque eo* rupices *et agrestes fuerunt.*

TABERNARIIS] Nonius Marcellus: *Popinones, vel hi, quos nunc dicimus Tabernarios, vel luxuriosos, qui se popinis dedunt.* Tertullianus de fuga in persecutione: *Nescio dolendum an erubescendum sit, cum in matricibus beneficiariorum et curiosorum, inter tabernarios, et lanios, et fures balnearum* etc. Hinc tabernariae blanditiae, id est, absurdae, triviales, sordidae. Apologia II: *Cur autem tam absurdis tamque tabernariis blanditiis subagitarem, quem iidem aiunt versibus amatoriis satis scite lascivire?* COLV. Vilibus et mechanicis hominibus, sicut Togatarum fabularum quaedam sunt, quae Tabernariae dicuntur ab humilitate personarum et argumentorum: ubi nec reges nec magistratus sed humiles personae inducuntur. Tabernae sunt officinae a tabulis dictae. PYRRH.

BAIULIS] Baiuli qui sint vulgo notum est, qui onera gestant quos Graeci *βαστάσοντας* appellant. PYRRH. Pith. Ed. Vicent. *baiolis.*

UT SI PALL. ACC. V. DISERTIUS] Sic vetus cod. Vulg. *disertis.* quod iam malim. Paulo post pro *tibi* scripserim *sibi.* COLV. Fulv. *quin si p. disertis m.* ELMENH. *Ut si p. acc. v. disertius non maledicat*] Haec sic tacitus concepit Wowerius, quem non nominans ita quoque edidit Floridus. MSS. et Edd. Colvii ceteraeque posteriores *disertius maledicat.* Edd. priores *disertis maledicat.* Ursinus legit *quin, si* etc. *disertis maledicat.* Haec certe Appuleii mens est. *Disertis* quoque praetulit Colv.

N. VIII. HIC E. PLUS TIBI DEBET] Aliud fragmentum. SCIOPP. *in Symb.* Colvius ad N. sup. extr. *sibi*, et eo non nominato Floridus. quod et ego malim.

NEC HAEC] *τὸ hacc* abest a vet. cod. COLV.

PAUCI SENATORES] Ed. Flor. *p. sunt sen.* cui bono?

EX SEN. P. NOB. G. ET EX HIC CONSULARIBUS] Vereor ut gradus hic scalae sui adsint omnes. Fulvius certe nonnullos intercidisse, eosque sic reponendos esse putat: *pauci nobiles genere, ex nobilibus pauci consules, et ex his consularibus pauci boni.* Sed est causa cur non temere adsentiar. SCIOPP. *in Symb.* Fulvius ex ingenio auget: *e. s. p. n. ex nobilibus pauci consules, et ex his.* ELMENH. A. Gronovius in Misc. Obs. Vol. V. T. 3. p. 112. *nob. g. et ex his pauci consulares et ex cons.* Cur non potius? *nob. g., ex nobilibus pauci consulares, ex cons.*

ex bonis pauci eruditi. Sed, ut loquar de solo honore, non licet insignia eius vestitu vel calceatu temere usurpare.

Num. IX. Si qui forte in hoc pulcherrimo coetu ex illis invisoribus meis malignus sedet; quoniam, ut in magna civitate, hoc quoque genus invenitur, qui meliores obtrectare malint, quam imitari, et quorum similitudinem desperent, eorum affectent simultatem: scilicet ut, qui suo nomine obscuri sunt, meo innotescant: si qui igitur ex illis livedinis splendidissimo huic auditorio velut quaedam

Ex bonis] Deest τὸ *ex* Pith.

De solo honore] Fulvius coniicit legendum *de sapientiae honore.* Sciopp. *in Symb.* Si quid in tam incertis fragmentis mutandum, malim *solido*, i. e. verae virtutis honore. V. Ind. Not. v. *solidus.* W. Goesius adscripsit *heroe.*

Calceatu] Ne calceus pedem excedat, quod Graeci in proverbio dicunt, ne quis se magnificentius gerat quam pro suo honore suaque conditione, ut est apud Lucianum in imaginibus. Pyrrh. Nimis generaliter. Ut in vestitu, ita etiam in *calceatu* distincti erant Romani pro ordinibus. Alii calcei plebeiis, alii equitibus et Senatoribus, alii patriciis sive laticlaviis. Vide Ruben. de calceo p. 148. Balduin. p. 60. — Edd. aliquot *calciatu.*

N. IX. Si quis] Aliud fragmentum. Sciopp. *in Symb.* Melius *si qui:* ut passim, quia mox, *si qui igitur*, quae initio connectenda sunt. nam cetera sunt in parenthesi. Vide supra ad N. 7.

Ex ill. invisoribus] Invidis, malignis, de quibus prius dictum. Nam artifex artifici et faber fabro invidet, scilicet qui ab alterius vituperatione sibi laudem aucupari volunt. Pyrrh. Ed. Bas. pr. *et il. inv.*

Quoniam in m. c.] Repone voculam ex MS. *quoniam ut in m. c.* Sciopp. *in Symb.* τὸ *ut* male abest a vulgatis. Diodorus Siculus in Eclogis Legat. Haesch. pag. 172. *Θαυμάσειε δ' ἄν τις τῆς τοιαύτης ἀβελτηρίας τὴν εἰς τὰ φαῦλα φιλοπονίαν, δι' ἧς τινὲς πειρῶνται ταῖς κατὰ τῶν ἄλλων βλασφημίαις ἰδίαν εὐδοξίαν ἀποφέρεσθαι.* Elmenh. Fulviano accedunt MSS. Florent. Coll. Lips. Voss. et Edd. Wower. Scriv. cum Scioppio. Vulgo deest *ut.*

Obtrectare malint] Pith. *obtract.* Lips. *malunt.*

Desperent] Ed. Elmenh. *desperem.*

Eorum] Edd. Colvio priores et Scriv. *eorumdem* cum Pith. et Sch. Canneg. Pro *affectent* Pith. *afferte.*

Uti qui s. n. o. s., meo] MS. *ut qui suo no. obsc. s. me.* Colv. Edd. Scriv. Flor. *ut qui.*

Ex illis] Abest *ex* a Bas. pr.

Libitinis] Putavi quondam restituendum, *si quis igitur ex illis libitinariis*, neque etiam nunc desisto. Nota Libitina Dea sepulchrorum a Pompilio instituta ex Odis Horatii et iuvat, quod paucis lineis insertis praemittitur, *si quis forte in hoc pulcherrimo coetu ex illis invisoribus meis malignus sedet.* Libitinarii isti non omnibus noti. erant autem, qui ad pompam funebrem necessaria procurabant. Glossae antiquae *Vespillones* νεκροθάπται, κοπιάται. Iterum νεκροθάπτης, *Vespillo, libitinarius.* Ulpianus: *Si libitinarius, quem Graeci* κτεριστὴν *vocant, Servum pollinctorem habuerit*, l. cuicunque. §. idem. ff. de instit. actione. in qua l. pro κτεριστὴν reponendum νεκροθάπταν monuit V. C. Antonius Augustinus III. Observationum, cap. XVI. Libitinam exercere triste opus, plebeium, sordidum fuit. hinc libitinariorum nomen adagione in momos auctor torsit, quos ipsemet *tristiores* vocat lib. III. Flor. *Nemo* (inquit) *nemo me ex illis tristioribus velit in isto vituperare, quod honorem meum non minus vereor, quam intelligo.* Si quis tamen aliter praedictum locum constituere velit, ac scribere ex illis *libidis*, quod valet, *lividis*, non me sentiet pertinacem. Stewech. libitinariis, de quibus in pandectis titulo, de institoria actione, qui cadavera curabant. illicque Budaeus plura. Pyrrh. Reposui olim, *linbidulis:* id est, *linvidulis.* Quaedam editio vetus, *bitinis.* Unde etiam faciebam, *Vatiniis.* Catullus: *Odissem te odio Vatiniano.* Sed neutiquam hoc iam probamus. Colv. Scriptus Fulv. *lividis.* Vere. nihil tamen mutare ausus sum. Notum Libitinam deam mortuorum praesidem: unde libitinarii, qui feralia officia mortuis praestant, quod Val. Max. lib. V. libitinam exercere. Invisum hoc hominum genus, sive ob quaestum sordidum et abominandum, quo ex aliena morte lucrum captabant: sive contactum mortuorum. Nam a corporibus mortuis in modum antiqui abhorrebant, cuius rationem reddidit Alex. Aphrodis. lib. II. Probl. LIII. Hinc ergo *libitinas* obtrectatores dixit Apuleius, viles, ominosos et a quibus merito abhorreas. Wower. Flor. 2. *libidinis.* Gruterus, *livedineis.* Fulvii liber, *lividis.* Stewech. *libitinariis.* Vide Wowerum, qui vulgatam recte tuetur et explicat. Elmenh. Durissima foret vocis translatio et abusus, si cum Pyrrho, Wower. et Elmenh. libitinarios ab App. dictos censeamus *libitinas*; licet ipsa Li-

dam macula sese immiscuit; velim, velim paulisper suos oculos per hunc incredibilem consessum circumferat: contemplatusque frequentiam tantam, quanta ante me in auditorio philosophi nunquam visitata est, reputet cum animo suo, quantum periculum conservandae existimationis hic adeat, qui contemni non consuevit; cum sit arduum et oppido difficile, vel modicae paucorum exspectationi satisfacere: praesertim mihi, cui et ante parta existimatio, et vestra de me benigna praesumtio, nihil quidquam sinit negligenter ac de summo pectore hiscere. Quis enim vestrûm unum mihi soloecismum ignoverit? quis vel unam syllabam barbare pronuntiatam donaverit? quis incondita et vitiosa verba temere, quasi delirantibus oborientia, permiserit blatterare? Quae tamen aliis facile, et sane meritissimo ignoscitis. Meum vero unumquodque dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis, ad limam et lineam certam redigitis, cum torno et cothurno ite-

Libitina facere lucrum apud Phaedrum dicatur: ubi Dea et quae ad ipsam pertinent intelligitur, vel locus, ubi funeralia vendebantur. Sic alii: *Libitina mortuis non sufficit.* de quo vide ad I. Obseq. Rectius ergo Stewech. coniecit *libidis* pro *lividis*, quod diserte exstat in Cod. Fulv. et edidit Scriv.: nam quod Colv. *linvidulis* vel *vatiniis*, nihili sunt. At cum in MSS. Flor. Pith. et Voss. aliaque Coll. Cod. Lips. sit *libidinis*, verissima est emendatio Gruteri Suspic. L. I. c. 12. et Salmas. Plin. Exerc. p. 89. *livdineis* vel *livedineis:* nisi malimus *livedinis*, ab adiect. *livedinus:* ut *caeruleus* et *caerulus* etc. Sic recte Lib. IX. Met. p. 616, a. *vibicibus livedinis.* Ubi MSS. quoque *libidinis:* ac Salmas. *livedineis.* De invidia passim *livor* et *livere* occurrere nemo nescit. *Lividinare* pro livore laborare dicitur Petronio c. 138. si sana est lectio.

AUDITORIO] Frequenti et benevolo gloriatur Apul. quod et prius fecit. quod et Cic. saepe facit. PYRRH. Ed. Ald. *adiutorio.*

SESE] Pith. Lips. Sch. Canneg. Ed. Vicent. *se.*

VELIM] Coll. Voss. *velim in.* Pith. *vel et.* Scilicet optime Sch. Canneg. Edd. Vicent. et Scriver. habent per *ἐπίζευξιν velim, velim.* ut saepissime noster. Vide ad Met. L. I. p. 30, b.

CONSESSUM] Ed. Scriv. male *concessum.*

VISITATA] Ed. Iunt. post. et aliae *usitata*, sed male. Vide super hoc loco Dousam Plaut. Lect. L. IV, c. 25.

CUM ANIMO] MS. *omi animo.* COLV. *Cum* sic saepe noster, Sallust. Plaut. Cic. alii. Vide ad Sall. B. Iug. c. 13.

OPPIDO] Hac voce usus est prius: qua et Plaut. et Cic. et Neoterici fere omnes passim utuntur pro valde: ex eo deductum quod rustici inter se confabulantes quantum quisque frumenti faceret, dicebant quantum oppido sufficeret. PYRRH.

NIHIL NON Q. S. NEGLEGENTER] Vulg. *diligenter.* COLV. Sch. Canneg. Edd. ante Colv. *nihil non quidquam s. diligenter.* In Colvii lectione me sensum non percipere fateor. Hinc *non* eiecere Scriv. et Florid. Sed Edd. Vulc. Scal. Wower. Elmenh. dant, ut in MSS. esse videtur, *nihil ne quidquam s. neglegenter.* [At Wower. illud *nequicquam* inter typothetarum σφάλματα retulit, proque eo correxit *quicquam.* — I. B.] W. Goesius adlevit margini: *nihil quidquam s. indiligenter.*

AC DE SUM. PECT.] *Aut*, melius. BRANT.

HISCERE] Depromere, quod tamen submissius timidiusque fit. ut est apud Plautum: *ne hiscere quidem audet.* et *raris turbatus vocibus hisco*, inquit Virg. PYRRH.

UNUM MIHI] Lips. Ed. Iunt. post. *mihi unum.*

SOLOECISMUM] Soloecismus et barbarismus hoc distant, quod soloecismus est vitiosa compositio verborum, ut *verbero tibi* pro *te:* quam *imparilitatem* vocat Gell. L. V. Barbarismus vero est in dictione barbare vel scripta vel enunciata. PYRRH.

IGNOVERIT] Non habet MS. et potest abesse. COLV.

QUIS VEL UNAM] Inculcavit hic rursus Floridus *mihi* post τὸ *quis* contra MSS. et Edd.

DONAVERIT] Coll. Voss. et alia Lips. *donavit.*

DELIRANTIBUS] Scil. vobis. tamquam ad stultos loquerer.

MERITISSIMO] MS. cod. *inertissimo.* COLV.

QUAE] Sch. Canneg. *qua.*

PENSICULATIS] Romani codicis scriptura *presensiculatis.* Ex quo scribi posse videbatur, *perpendiculatis.* COLV. Male. Infra N. 23. *scripta enim* pensiculatis *et examinatis.*

CUM TORNO ET COTHURNO ITERUM COMP.] MS. lib. *verum.* COLV. Vetera exemplaria aliquot, *cum torno et cortino.* Unde non male Beci-

iterum comparatis. Tantum habet vilitas excusationis, quantum dignitas difficultatis. Agnosco igitur difficultatem meam, nec deprecor, quin sic existimetis. Nec tamen vos parva quaedam et prava similitudo falsos animi habeat: quoniam quaedam, ut saepe dixi, palliata mendicabula obambulant. Praeco cum proconsule, et ipse tribunal ascendit, et ipse togatus illic videtur; et quidem perdiu stat, aut ambulat, aut plerumque contentissime clamitat. enimvero ipse proconsul moderata voce rarenter, et sedens loquitur, et plerumque de tabella legit. Quippe praeconis vox garrula, ministerium est; proconsulis autem tabella, sententia

cichemus legere videtur, *cum torno et circino.* ut et Stewechius. Id. *in Add.* Flor. 2. *verum c.* Elmenh. *Cum torno et coth.* id est cum gravi censura. sicut postea dicit de socco et cothurno. Alii libri habent *cum terno et quaterno:* quod potest teri cum ternione et quaternione. Ternio enim, ut Plut. ait de placitis philosophorum, intelligitur Trias. erat opinio et approbatio multorum. sed meliores libri habent *torno.* inde *tornare versus.* Pyrrh. V. *cum t. et cortino.* Unde eruditi: *cum torno et circino.* Nihil mutandum. Nemo ignorat quid tornus. Horatius ad Pisones: *Graiis dedit ore rotundo loqui.* Sidonius Epist. I. commendat Symmachi rotunditatem. Plutarchus περὶ τοῦ ἀκούειν: Plato, inquit, reprehendebat Lysiae orationem ob turbatam dispositionem, τὴν δὲ αὐτοῦ ἐπαγγελίαν ἐπαινεῖ, καὶ ὅτι τῶν ὀνομάτων σαφῶς καὶ στρογγύλως ἕκαστον ἀποτετόρνευται. et lib. de aud. Poët. Euripidei oris rotunditas. Horatio ad Pisones: *versus male tornati.* Propert. *angusto versus componere torno.* Suid. τόρευε πᾶσαν ᾠδήν. *Cothurnum* vero *eloquentiae* in Apol. dixit. ut Sidon. lib. IX. *cothurnum Latiaris eloquii.* Ita Plinius lib. XXXV. de Nicophanis picturis. *cothurnus illi et gravitas artis.* Wower. Lectio Becichemi et Stewechii non temere spernenda videri posset, nisi recte Wower. *cothurno* defendisset. *Cothurnus* enim ad orationis gravitatem et grandiloquentiam pertinet; *tornus* tantum ad elegantiam, qua in concinnum *orbem* bene exeat quaeque periodus. Immo *tornum* operis levioris, *cothurnum* gravioris expresse opponit Propertius, unde sua hausisse videtur Appuleius; quodque miror neminem interpretum advertisse, Lib. II, el. 25, vs. 43. *Desine Achilleo componere verba* cothurno, *Desine, et ad molles membra resolve choros. Incipe iam angusto versus includere* torno, *Inque tuos ignes, dure poëta, veni.* ubi vide commentarios. Ceterum de *torno* pleraque congessit Bentlei. ad Horat. A. P. vs. 441. *et male formatos incudi reddere versus*, quod cum Guieto praefero pro *tornatos* vel *ternatos.* Arnob. L. VII. p. 200. *fornacibus incocta figulinis, ex incudibus et malleis nata*, tornis *rasa.* Vide et Burm. ad Virg. Ecl. 3, 38. Pro *iterum* vero exhibent uterque Florent. Pith. et Lips. *verum:* unde recte G. Vossium coniecisse reor *ad verum.* Non enim antea semel ipsius verba cum rei, de qua disserebat, qualitate vel quantitate, comparaverant, sed tum primum, cum illa audiverant. I. Capitol. in v. Anton. Philos. c. 20 *requirens* ad verum, *quid quisque de se diceret.* W. Goesius coniecit *verbum.*

Tantum habet vilitas] Bas. 2. *utilitas.* Colv. Flor. 2. *t. h. utilitas, quantum dignitas.* Elmenh.

Quantum] Non agnoscunt Flor. membranae. Elmenh. Nec male.

Nec tamen] Ms. cod. *nec tam.* Colv.

Palliata mendicabula] Pseudophilosophi mendicantes. Pyrrh.

Cum proconsule] Velserus in Actis Afrae pag. 52. Elmenh. MS. *proconsul.* Colv. Pith. *proceres.*

Et ipse] Pith. *et ipsa.*

Perdiu stat] *Perdius*, legerim. Brant. Ita quoque legi voluit Pricaeus ad Met. L. XI. Sed *perdiu* valet valde diu. Non enim per diem totum praeco perstat. Sic *permaxime* Lib. X. de quo vide Falst. Supplem. Ling. Lat.

Contentissime] MS. *contemptissime.* Colv.

Ipse proconsul] Idem, *proceres ipse.* Colv.

De tabella legit] Moris de tabella sententiam legi, pronuntiari. Tertullianus Apologetico: *Quid de tabella recitatis illum Christianum? cur non et homicidam?* Colv. Iudices in tabulis sententias ferebant ut et Demosthenes et Cic. et Asconius et Budaeus in Pandectas docent. Unde sententiae tabellariae dicebantur, non autem vocales erant. Pyrrh.

Proc. tabella sent. est] Innuit morem antiquum, apud quos de tabella sententiam pronunciabant in noxios. Pontius Diaconus in vita Cypriani: *Legit de tabella eam sententiam iudex. His dictis decretum ex tabella recitavit, Thassium Cyprianum gladio animadverti placet. Sanctus Cyprianus haec audiens dixit: Gratias ago Deo.* Acta Euplii Diaconi apud Baronium tom. 2. annal. fol. 784. edit. Plantin. *Calvisianus intra velum interius ingrediens sententiam dictavit, et foras egressus, afferens tabellam legit,*

tentia est. quae semel lecta, neque augeri litera una, neque autem minui potest: sed utcunque recitata est, ita provinciae instrumento refertur. Patior et ipse in meis studiis aliquam, pro meo captu, similitudinem. Nam quodcunque ad vos protuli, exceptum illico et lectum est: nec revocare illud, nec autem mutare, nec emendare mihi inde quidquam licet. Quo maior religio dicendi habenda est: et quidem non in uno genere studiorum. Plura enim mea exstant in Camoenis, quam Hippiae in opificiis, opera. Quid istud sit, animo attendatis. diligentius, et accuratius disputabo.

LI-

git, *Euplium Christianum edicta principum contemnentem gladio animadverti iubeo. Euplius laetus dicebat: Gratias Christo Deo*, etc. Unde saepius in actis Martyrum legitur, *dare*, *dictare*, et *accipere* sententiam. ELMENH.

AUTEM MINUI] Ed. Wower. *aut imminui.* D'Orleans ad Tacit. L. XII. Ann. p. 643. coniecit *authentico*, quod Graeci vocant ἀρχέτυπον.

PROVINCIAE] Scriptum exemplar, *provinciis.* COLV.

RECITATA INSTRUMENTO] In acta publica. de sententiae mutatione aut minutione facienda nostri ICti differunt in plerisque locis. PYRRH.

AD VOS PROTULI] MS. Fulv. Edd. ante Colv. *protuli ad vos.*

EXCERPTUM ILL. ET LECTUM EST] Non potuissent magis deformare vel ipsae Harpyiae, qua ab interpunctione, qua a scriptura: Verba autem Apuleii sunt scripta sua publice recitantis, ea sic emaculo: *nam q. protuli ad vos, exceptum illico, ut lectum est. nec revocare illud, nec inde mutare.* Cuius correctionis rationem reddendam non arbitror, quod per se satis liqueat. STEWECH. Vulgo ante legebatur et in MS. erat: *Nam q. protuli ad vos exceptum ilico et lectum est.* Unde Fulvius mavult: *ilico ac dictum est.* Sed et *nec autem mutare* legendum est. Sicut paulo superius: *neque augeri litera una, neque autem minui potest.* CICERO: *neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias: neque autem ego sum ita demens* etc. Lucretius sic saepe. SCIOPP. *in Symb.* Ald. *exceptum.* ELMENH. Male Stewechius. Putavit scilicet *lectum* intelligi ab Appuleio: verum is non legebat orationes, sed agebat: hinc Fulvius coniecit *illico ac dictum est.* MSS. Flor. Lips. Edd. Bas. Vulc. Scal. Elmenh cum Scioppio *excerptum.* Sed hoc quoque male. Recte MS. Urs. et Edd. Vett. *exceptum illico et lectum est.* Quodcunque ego profero ore, illico notarii calamo *excipiunt*, et sic descriptum a vobis *legitur.* Saepe hoc sensu occurrit τὸ *excipere*, et hinc notarii vocabantur *exceptores*: ut docti viri dudum alibi docuerunt. Unum addam locum Suetonii in Caes. c. 55. *Orationem magis ab actuariis* exceptam, *male subsequentibus verba dicentis, quam ab ipso editam.*

NEC ANTE MUTARE] Lego, *nec demutare.* BRANT. Malim scribere *nec autem mutare.* COLV. Sic supra *neque autem minui.* coniecturam Colvii, vel potius Lipsii tacite recepit Wower. atque ita videtur esse in MSS. Florent. Priores Edd. et Pith. habent *nec ante*, MS. Lips. *ne ante.* Salmas. coni. *neque autem.* Stewech. voluit *nec inde*: nam statim *inde quidquam*, sed τὸ *inde* non comparebat in Pith. et Edd. vett. praeter Iunt. post. Bas. sec. Vulcanius coni. quoque *nec immutare.*

RELIGIO] Observatio, metus. sicut religio est dicere, quod etiam piaculum significat. PYRRH. Pro *habenda est* Lips. *est hab.*

IN CAMOENIS] Ut Plin. in Epist. ad Vespasianum ait, *novitium Camoenis Quiritium tuorum opus.* PYRRH.

HIPPIAE] Transit ad historiam Hippiae philosophi. de quo in sequenti libro dicit. PYRRH.

IN OPIFICIIS OPERA] Vel *opificis*, vel *opera* legendum videtur. SCIOPP. *in Symb.* Flor. *operibus*, male. ELMENH. *Opificis* f. quod et Scioppio placitum postea comperi. BRANT. Hoc rursus Wowerio debetur, ut divinavit etiam Scioppius, vel *opificis* cum Brantio. Sed MSS. O. et Edd. vett. servant *opificiis operibus.* Vulcanius delendum censebat *opificiis.* At si alterutra vox glossema est, videtur esse potius *operibus*, quod censebat Wower. ad Petron. c. 91. Alii adiectivum hic rectius esse censent. Posset et scribi *opificii*, sive manuum.

QUID ISTUD] Pith. *quod.*

ANIMO] Coll. Lips. *si animo.*

DISPUTABO] *Sequentia* de Hippia pertinent ad ea quae superiori (ut perperam distinguunt) libro ultimo leguntur. SCIOPP. *in Symb.* Pith. *disputando.* Male autem separato libro hinc discreverunt sequentia: cum sensus ipse ostendat haec connectenda esse, vel saltem non opus fuisse, ut sicuti reliqua fragmenta, ab hoc divellantur. Id quod bene Casaubonus in Apol. Scioppius et alii monuerunt.

Is]

LIBER SECUNDUS.

Is Hispias e numero Sophistarum est, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus. aetas illi cum Socrate: patria Elis: genus ignoratur. gloria vero magna, fortuna modica: sed ingenium nobile, memoria excellens, studia varia, aemuli multi. Venit Hippias iste quondam certamine Olympio Pisam, non minus cultu visendus, quam elaboratu mirandus. Omnia, secum quae habebat, nihil eorum emerat, sed suis sibi manibus confecerat: et indumenta, quibus indutus, et calceamenta, quibus erat inductus, et gestamina, quibus erat conspicuus. Habebat indutui ad corpus tunicam interulam tenuissimo textu, triplici

Is] Sic Wower. cum sequentibus. At Colv. Vulc. Scal. habent cum MSS. *et:* Edd. priores *ut.* Forte *hic.* Wowerius ad Petron. c. 91 omnino delet hanc voculam.

Hippias] Hippiae meminit Quintilianus lib. VI. ubi iurisprudentiam oratori necessariam esse ait. habes apud Platonem duos dialogos huius nomine inscriptos. Pyrrh. Aeneas Gazaeus Theophrasto. Hieron. Epitaph. Nepotiani. Wower. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani: *Apud Graecos Philosophus ille laudatur qui omne, quo uteretur, usque ad pallium, et annulum manu sua factum gloriatus est.* Dio Chrysostomus Orat. 54 et 70. Quintilianus lib. 12. cap. 21. Cicero 3. de Oratore. Plato in Hippia sive *de falso* fol. 368. Elmenh. Brant.

Patria vel genus ign.] Scriptus codex, *patriae genus.* Forte potius, *patris genus.* nam patriam eius non ignorari, aperte arguit Cicero, cum Eleum dicit: cuius locum iam iam dabo. Certe si vulgata lectio germana est; parum caute scripsisse auctor noster censeri debet. Colv. *patria Aelis*] sic postliminio ex Florent. MS. in quo erat *patrielis* bono Sophistae patriam redonavi. in vulgatis inepte legitur *patria vel genus.* Elmenh. Pass. *Eleus.* Cic. L. 3. de Orat. f. *Velius.* Groslot. *Patria Elis*, verissima est correctio Antonii Quaerengi apud Vincent. Contar. L. I. V. L. c. 30. quam non sibi arripere debuerat Elmenhorstius, licet adiutus a MS. Florent. Iam docuit Colvius, Hippiam Elide fuisse natum e Cicerone. Adde Quintil. L. III. Inst. Or. c. 1, *Hippias Eleus*, ubi vide. G. Vossius maluit *patrium genus.* MSS. Lips. Pith. *patriae genus.* Hinc sine dubio tacite Wower. edidit *patria et genus.* Falsissimo.

Venit Hippias etc.] De hoc eodem sophista eadem fere Cicero lib. III. de Oratore. cuius verba, quia iis hic usus, adscripsi: *Ex quibus Eleus Hippias, cum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est, cuncta paene audiente Graecia, nihil esse in ulla arte rerum omnium quod ipse nesciret. nec solum has artes quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur, Geometriam, Musicam, Litterarum cognitionem et Poëtarum, atque illam quae de naturis rerum, quae de hominum Moribus, quae de rebus publicis dicerentur; sed annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse.* Adi et Platonem, Hippia minore. Celebrat et Lucianus Hippiam quemdam mechanicum, simul etiam et Sophistam. Colv.

Olympio] Olympicum certamen apud Pisam et Elidem singulis lustris celebrabatur in Iovis honorem. Pyrrh.

Secum quae] ἴσ. *quaecumque*, πάντα ὅσα. Anonym. Pro *emerat* Pith. *memorat.*

C. q. erat inductus] Haec postremae editionis lectio. Veteres, *quib. er. insutus.* Colv. Becichemus, *indutus.* Id. *in Add.* Aldus, *Insutus.* Elmenh. *Insutus*] Quia Sutores sunt proprie calciarii. Pyrrh. MSS. Florent. Lips. et non solum Ed. Bas. sec., ut putat Colv. sed etiam Ed. Iunt. post. habent *inductus.* Rectissime, uti iam monuit Becichemus Ep. 97, qui tamen et *indutus* coniecit. Vide ad Met. L. II. p. 159, b. et L. VII. p. 460, a.

Conspicatus] Malim recentiorem scripturam, *conspicuus.* Ald. *conspicuas.* Colv. Becichem. *conseptus*, vel, *conseptatus.* Minus bene. Id. *in Add.* Rom. *conspicatus.* Elmenh. *Conspicuus* habent quoque Cod. Florent. Edd. Iunt. post. Bas. sec. *Conspicatus* est in MS. Lips. Sch. Canneg. Edd. Rom. Ven. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. Vul-

plici licio, purpura duplici. ipse eam sibi solus domi texuerat. Habebat cinctui balteum: quod genus pictura Babylonica, miris coloribus variegatum. nec in hac cum opera quisquam adiuverat. Habebat amictui pallium candidum, quod superne circumiecerat. id quoque pallium comperitur ipsius laborem fuisse. Etiam pedum tegumenta crepidas sibimet compegerat, et annulum in laeva aureum faberrimo signaculo, quem ostentabat. ipse eius annuli et orbiculum circulaverat, et

Vulcanius et Salmasius adscripsere *conspicuus*. Sed *conspicuus* rectum est. Vide Indicem. [Adscriptum video Schedis Oudendorpianis: An, *conspicuus*? — I. B.]

TUNICAM INTERULAM] Interiorem vestem. de vestium generibus et coloribus habes egregie apud Non. Marc. in fine operis eius. habes etiam multa apud Lampridium et Spartianum. PYRRH. Flor. 2. *t. interviam*. ELMENH. Capit Floridus hunc locum de tunica interiore, bis colore purpureo tincta. Et certe moris erat, purpura bis tingere. Vide N. Heinsium ad Ovid. Fast. II. vs. 107. *Induerat Tyrio bis tinctam murice pallam*. Mihi tamen aliud quid hic denotare videtur. Nempe ut dicat, tunicam fuisse textu seu *stamine* tenuissimo, sed *subtemine* trium *liciorum* seu *μίτων* Graece, quorum duo erant purpurea fila; adeoque vestem fuisse *virgatam* seu *ῥαβδωτόν*. Vid. Xenoph. L. VIII. Cyrop. p. 215. Pretiosae erant hae vestes, intextae purpura vel auro. De iis consule VV. DD. ad L. VIII. Met. p. 580, a. *tunicas albas in modum* lanciolarum *fluente purpura depictas cingulo subligati*. et Ez. Spanhem. ad Callim. h. in Apoll. vs. 83. Notandum etiam in MSS. 2 Florent. pro *interulam* legi *interviam*: unde elegantissime inverso ordine posset scribi *tenuissimo textu*, interviam *triplici licio*. Has enim *virgas* Tibullus quoque vocat *vias*. Lib. II, El. 6, 35. *Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa Texuit, auratas disposuitque vias*. Ubi vide Broukhus. et Burm. ad Serv. Aen. VIII, 660 virgatis *lucent sagulis*. Alii eas *lineas*, *tramites* vocant. vid. A. Ruben. de re Vest. p. 15. Ed. Ald. *interuleam*. Alioquin de *tunica interula* omnia satis cognita. Eam Gell. X, 15 vocat *tunicam intimam*.

LICIO] Vide Nonium Marcellum. textorium vocabulum est. PYRRH.

CINCTUI] Vulgo, *cinctus*, male. ELMENH. V. Stew. et Iuret. ad Symm. L. III, Ep. 10.

BALTEUM] Habes apud Virg. lib. ult. de balteo Pallantis. PYRRH.

QUOD GENUS PICT. BAB] Forte, *quotgenus*. Nota ex Martiali — *Babylonica picta superbe Texta, Semiramia quae variantur acu*. BRANT. Forsan recte.

VARIEGATUM] MS. cod. *varietatum*. COLV.

IN HAC OPERA] Pro, in hoc opere, sive in hac operatione, et cura, qua agebat hoc opus. Quo sensu aliquando *opera* sumi videtur pro ipso opere. V. Vorst. et Graev. ad Iustin. praef. *otii operam*. Alioquin facile stylum Criticum quis stringere vellet legendo *in hoc opere*: praesertim cum vestis texta passim ἔργον et *opus* vocetur.

CIRCUMIECERAT] Pith. *circumierat*.

COMPERITUR] Aldus: *coeperatoris*. ELMENH. MS. idem, *coptoris ipsius laboravisse*. Unde praestaret scribere, *compertoris ipsius laborem fuisse*. Pallium ipsius Hippiae, qui artem compertam habebat, laborem fuisse; ab ipso textum. Si *cooperatoris* retinendum est; tum scribendum putem, *cooperatoris ipsius laborem fugisse*: hoc est, neminem eum in pallio conficiendo adiuvisse, cooperatorem nullum in hoc opere fuisse. Sic Lucianus contra de Prometheo: Συνειργάζετο δὲ τοὶ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνέουσα τὸν πηλὸν καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα εἶναι τὰ πλάσματα. COLV. *comperitur ipsius laborem fuisse* primus edidit Vulcanius et exstare videtur in Cod. Florent. si excerpta non fallunt. Sed antea edebatur *coöperatoris* sine sensu. MS. Pith. *copertoris*. Sch. Canneg. *cohopatoris*. In utraque coniectura Colvii deest verbum finitum. G. Vossius *compertum est ipsum laboravisse*. Salmas. *compertum est ipsius lab. f.* Malim ego simpliciter vel *comperimus*, vel, *compertum*, *manus ipsius laboravisse*. Amabant enim veteres, *manibus* hanc gloriam dare. Hinc passim *manus lanificae*, et Deianira mittens vestem Herculi ait apud Sophocl. Trach. vs. 600. δώρημα τῆς ἐμῆς χερός.

ETIAM PED. TEG. CREPIDAS] Per appositionem. Malim tamen, si per MSStos liceret, scribere *et in ped.*

COMPEGERAT] Idem vet. *compleverat*. post in Romano cod. *etiam annulum*. COLV. Rom. Editioni accedunt Lips. Pith. Sch. Canneg. Fulv. *annulum*, ut passim.

FABERRIMO SIGNACULO] Idem MS. *figriculo*. Numquid, *figuraculo?* COLV. Fulvii liber *faberrimo figuraculo*. ELMENH. In Fulvii Cod. *fab. figuraculo*. Signaculum ἀποσφράγισμα. WOWER. Atqui videtur demum de signaculo seu σφραγίσματι referre, cum ait *gemmam insculpserat*. Coll. Lips. Voss. *fraberr. frigaculo*. COLV.

E no-

et palam clauserat, et gemmam insculpserat. Nondum eius omnia commemoravi. Enim non pigebit me commemorare, quod illum non puditum est ostentare. qui magno in coetu praedicavit, fabricatam sibimet ampullam quoque oleariam, quam

novum finxit verbum, quod tamen confirmatur a MS. Fulv.

OSTENTABAT] Ed. Bas. pr. *ostendebat.*

ANNULI] Ed. Iunt. post. *anulum.*

PALAM] Idem, *paliē.* Num legendum, *paletam*, vel aliud quid? Certe Glossae veteres: *Paleta*, *σφενδόνη δακτυλίου, ὡς Γύγινος ἐν τῷ.* quae forte etiam ibi non sine mendo. Nihildum certi dispicere ausim. COLV. Palam anuli cum invertisset Gyges invisibilis fiebat, ut in Officiis refert Cicero. PYRRH. *σφενδόνην.* Iun. tamen Philargyrius in Virgilium scribit, eam partem anuli, quae gemmam cohibet, *paleam* dici propter similitudinem, cum paleae proprie in bove sint, quae collum amplectuntur, quae Virg. *palearia* vocat. Cic. *cum paleam anuli ad palmam converterat.* Sic citat Philarg. vulgo: *palam.* SCIOPP. *in Symb.* Alii lib. *patelam.* alii: *paletam.* Iun. Phylarg. in III. Georg. *Palearia. unde et paleae, quae collum amplectuntur: et ea pars annuli, quae gemmam cohibet propter similitudinem palea dicitur.* Cicero de Officiis III. *cum paleam eius annuli converteret.* Sex exemplaria Ciceronis antiquissima *palam*, non *paleam* legunt. Pala *πύελος* Pollux. WOWER. Flor. I. *Et paleam clauserat*, alter *paliem c.* Pyrrhus *palam c.* Venetus *pallam cl.* Unde firmatur Iunii Phylargirii coniectura legentis *paleam.* Pollux libro 7. p. 368. *δακτύλιος, δακτυλίδιον, καὶ τοῦ δακτυλίου τὸ μὲν ὁ κύκλος, τὸ δὲ ἵνα ὁ λίθος ἐναρμόζεται, πύελος τε καὶ πυελὶς, ὡς ἔφη Λυσίας.* ELMENH. *Σφενδόνη* haec sive funda annuli, in qua gemma includitur apud alios etiam Gr. dicitur *πυελὶς* vel *πύελος* vel *πυέλη.* Hanc Graecam vocem suo more hic ab Appuleio adhibitam puto, *Pyelen*, nempe. Ut *bamma*, *sphaera*, *morsima*, *teleta*, *grammata* et plura in Metam. Sed *palā* est apud Cic. L. III. de Off, c. 9. *cum* palam *annuli ad palmam converterat.* E Glossis dubie coniecit Colv. *paletam.* Sed ibi Cuiacius quoque legit *palam*; ut ibidem paullo superius. At vero Salmasius in Plin. Exercit. p. 290 et 847 omnibus his modis putat vocem esse adhibitam, scil. *palam* et *paleam*, derivatas a *πυέλη*, *paletam* et *paledam*, fictas ex Gr. *πυελίδα.*

INSCULPSERAT] Ed. Vicent. *insculpescerat.*

EIUS OMNIA] Pith. Sch. Canneg. Edd. ante Colv. *omnia eius.*

ETENIM NON] Ex eodem rescribendum, *Enim non.* COLV. Recte. Ita habent etiam Pith. Ed. Vicent. At Sch. Canneg. *Enim non non*, et sic solet noster. Adi ad Met. L. IV. p. 254, b. Enim *vos bonae frugi latrones.* et alibi. intra hoc ipso fragm. Enim *sic natura comparatum est.*

IN COETU] Priores editiones cum MS. *inceptu.* COLV. Florentin. *incocptu*, male. ELMENH. Ed. Iunt. post. iam habet *in coetu*, ex Beichemi emendatione Ep. 97. Sopingius *in septo.* Pro *praedicavit* Pith. *praedictum.*

FABRICATUM SIBIMET] Vulgo, *semet sibi.* ELMENH. MSS. Florent. Lips. habent solum *sibimet*; et ita Elmenh. Scriv. Flor. Edd. sed tum mallem *fabricatam* passive. Vide Ind. Not. Deest hoc participium in Coll. Voss. et alia Lips.

AMP. OLEARIAM] Olearii vasis genus quo in balneis utebantur. Sicut strigiliculam dicit qua distringuntur balneorum sordes. Cic. de fin. bon. *Si ad illam vitam quae cum virtute degatur ampulla aut strigilis accedat.* Strigilis enim erat et strigicula illud ferreum instrumentum quo raduntur balnea, per quam defluit sudor, ut hic describitur. Et veteres balneis crebro utebantur. Strigilem quoque Aug. habuit, ut Suet. refert. PYRRH. Vet. *amp. quoque olectriā.* Non est quod aliud quid latere suspicemur sub huius lectionis involucro, quam id quod palam est. Ampulla olearia, in qua oleum, quo se in balneis ungebant olim: quae eleganter et graphice hic describitur. Supra monui de ea capiendum Plauti Mercatore: *Tollo ampullam, atque hinc eo.* Subiungitur Strigilis, qua se post unctionem fricabant, ut supra ad lib. IV. Metam. notavimus: quae etiam eleganter nobis hic descripta. Unde Ampulla et Strigilis saepius coniuncta apud veteres. Aristophanes apud Suidam: *Οὐ δὲ ἔστιν αὕτη στλεγγὶς, οὐ δὲ λήκυθος.* Plutarchus de Inirascentia: *Οὕτω δέ καὶ πρὸς ληκύθους ἔχουσι καὶ πρὸς στλεγγίδας, ἀγαπῶντες ἐκ πασῶν μίαν.* Plautus Persa: *Cynicam esse gentem oportet parasitum probe. Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium, Marsupium habeat.* Ad cuius loci lucem facit Pollux lib. IV: *τοῖς δὲ παρασίτοις πρόσεστι καὶ στλεγγὶς καὶ λήκυθος, ὡς τοῖς ἀγροικοῖς λαγωβόλον.* Putem ideo haec balnearia, ut insignia, parasitis attributa, quod semper ad balnea, dein convivia obeunda parati essent, qui etiam inde *αὐτολήκυθοι* Graecis veteribus dicti. Plutarchus de discernendo amico ab adulatore: *Ἄλλα μὴ καθάπερ οἱ πολλοὶ τοὺς αὐτοληκύθους τούτους καὶ τραπεζέας καὶ μετὰ τὸ κατὰ χειρῶν ὕδωρ ἀκουομένους, ὥς τις εἶπε, κόλακας νομίζομεν, ὧ ἐν μίᾳ λοπάδι καὶ κύλικι*

quam gestabat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate: iuxtaque honestam strigileculam, recta fastigatione clausulae, flexa tubulatione ligulae; ut et ipsa in manu capulo motaretur, et sudor ex ea rivulo laberetur. Quis autem

λικι μετὰ βωμολοχίας καὶ βδελυρίας ἡ ἀνελευθερία γίνεται κατάδηλος. Lucianus Lexiphane: Ἔστιν ἣ δ' ὅς, ἐν τοῖς σκειραφείοις ἐγκαψικίδαλος ἄνθρωπος, τῶν αὐτοληκύθων, καὶ τῶν αὐτοκαβδάλων, ἀεὶ κυοιῶν, ἐνδρομίδας ὑποδούμενος ἢ βαυκίδας, ἀμφιμάσχαλον ἔχων. Unde etiam postea vilissimorum genus hominum quodlibet, pauperes, mimi, αὐτολήκυθους iisdem Graecis vocatos arbitror; quamvis paullo aliter Grammaticos eorum, Hesychium, Harpocrationem, Suidam sentire sciam. Sed fortassis inde etiam nominis huius origo, quod ipsimet instrumenta sua balnearia ferre cogerentur, nullo eos servo, utpote pauperiores, qui ea adportaret, sequente. Nam ita solebat. Supra noster lib. III. Metam. *Et, iussis balneatoribus adsequi, producit ad proximas balneas.* Horatius: *I puer, et strigiles Crispini ad balnea defer.* Hi Ampullam, Strigilem, Lintea, et id genus alia tenebant, si quando dominis eis usus esset. Petronius: *Video Gitona cum linteis et strigilibus parieti applicitum, tristem confusumque; scires non libenter servire.* Seneca Epistolis: *Vetemus lintea et strigiles Iovi ferre, et speculum tenere Iunoni.* Hos opinor στλεγγιδολήκυθους esse, quorum mentio apud Iul. Pollucem sub finem lib. III. Observare etiam est, e ferro has strigiles fuisse. Indicat id manifeste Plautus Sticho: *Rubiginosam strigilem, ampullam rubidam, Parasitum inanem, quo recondas reliquias.* Plutarchus Laconicis scribit, Lacedaemonios non ferreis sed arundineis, καλαμίναις, si recte memini, usos: Aelianus Agrigentinos argenteis. Eius verba Var. histor. lib. XII. Λέγει δὲ ὁ Τιμαῖος καὶ ὅτι ἀργυραῖς ληκύθοις καὶ στλεγγίσιν ἐχρῶντο. Colv. I. Pollux L. X. c. 16. Λήκυθος ἐλαιηρὰ, qui ibidem et saepissime cum nostro, Plauto, aliisque *ampullam* et *strigilem* et alia balnei utensilia iungit.

Iuxtaque] MS. cod. *iustaque.* Colv.

Strigileculam] Ita deminutive στλεγγίδια dixit Theopompus apud Athen. L. XIII. c. 8. p. 605.

Recta fastigatione] Idem, *tecta fatigatione cylaule:* Bas. I. cum aliis aliquot: *recta fatigat. claus.* Colv. MS. Fulvii: *cylaulae.* Colvii: *Cylaule.* Latet quippiam. Sciopp. *in Symb.* Flor. et Fulvii liber *fastigatione cylaulae.* Quod non intelligo. Elmenh. Leg. *recta fastigatione*, sive, *fastigiatione.* Modius. *fastigiatione* cum Becich. Ep. 97, habent Edd. Iunt. post. Bas. sec. Colv. et seqq. In Edd. prioribus et MS. Pith. *fatigatione:* sed optime Florentinae membranae et Lips. et Edd. Vic. *fastigatione:* ut bene citat Wower. ad Petron. c. 91. *cum linteis et strigilibus.* Atque ita semper scribi debet a *fastigare.* Vide Drakenb. ad Sil. V, 50. Perizon. Misc. Obs. Vol. VII, p. 458, et not. ad Caes. L. II. de B. G. c. 9.

Clausulae] Sive *manubrii* et *capuli*, ut mox ipse auctor; quia finis et ultimum est strigilis. De hac locutione consule Salmas. ad Spartiani Hadrian. c. 10. *capulo eburneo spathiam clauderet.* Videtur autem fuisse ansatum capulum ex seqq. verbis *ut ipsa in manu capulo motaretur*, sc. ut manus capulo fuerit inserta. Et sic *clausulae* hic explicari debet; si tamen vera est Apuleii lectio. nam MSS. duo Florent. Lips. Pith. Ursini habent *cylaulae:* sub qua corrupta voce non dubium est mihi, quin aliquid abstrusius lateat. Potuitne capulum, quo comprehendimus tale instrumentum, vocare *syllabam?* Vix puto, et statim demum *capuli* meminit.

Tubulatione] Tubulus est canale. ita hic dicitur canale seu rivulus ille. Pyrrh. Legunt quidam, *subulatione.* Sed scripsi de hoc loco supra ad lib. XI. Met. Colv. Habet strigilis formam parvae *lingulae* seu *ligulae* (hoc enim idem notat teste Prisciano) introrsus *tubulatae* seu instar tubi excavatae, ut sudor ex ea *rivulo* delabatur; quod passim videre est in figuris, unde Lactantio in Sympos. c. 86. vocatur *curva, capax.* Inde patet, male a nonnullis scribi *subulatione;* sed et Colvium ad Lib. XI. Met. p. 758, b. perperam sumere pro incurvatione sive tumore a *tubere* vel *tumendo:* quomodo etiam tentat Arnob. L. III. p. 108. *buccarum tubulatione acrivoces* pro *tumul.* Sed in Ed. Elmenh. iam legas *cumulatione saccibucces.*

Moraretur] Malim *motaretur* sive flecteretur crebro, quo usus poscebat. Sic video citari ab Heumanno ad d. Lactantii locum.

Sudor ex ea] Cui destringendo etiam serviebat. Seneca Ep. 123. *Ut sudorem, quem moverunt potionibus crebris et ferventibus, subinde destringant.* Lucianus: Ἐγὼ δὲ τὰ βάδην, τὰ δὲ ἀποδραμὼν οἴκαδε ἀπεστλεγγισάμην. Colv.

Quis autem n. laudabit] Vulg. *quis tum.* Colv. Lege: *laudabit.* Wower. Pith. Sch. Canneg. Edd. ante Colv. *quis tum non laudavit.* E MS. Lips. *autem* reposuit Colv., et Wower. dein *laudabit* e coniectura, ut debuit.

tem non laudabit hominem tam numerosa arte multiscium? totiugi scientia magnificum? tot utensilium peritia Daedalum? Quin et ipse Hippiam laudo. sed ingenii eius foecunditatem malo doctrina, quam supellectilis multiformi instrumento aemulari. fateorque, me sellularias quidem artes minus callere: vestem de textrina emere; baxeas istas de sutrina praestinare: enimvero annulum nec gestare; gemmam et aurum iuxta ac plumbum et lapillos nulli aestimare: strigilem et ampullam, ceteraque balnei utensilia nundinis mercari. Prorsum enim non eo infitias, nec radio, nec subula, nec lima, nec torno, nec id genus ferramentis uti nosse: sed pro his praeoptare me fateor, uno chartario calamo me reficere poëmata omne

MULTISCIUM] Graeci polyhistora dicunt. et πολυμαθὴς dicitur a Platone Daedalus. De Daedalo vide Ovid. 8. Met. et Plin. lib. 7. PYRRH.

TOTIUGI] Sch. Canneg. Edd. Vic. *toti iugi.* Ald. Bas. pr. *totiiugi*; quod placuit una dictione Becichemo Ep. 97. et A. Gronovio Misc. Obs. Vol. V. T. 3. p. 112. sed male, adi ad Met. L. II. p. 150, b.

QUIN ET IPSE] Male Ed. Floridi *ipsum.*

INGENII] Recte postremo ita cusum. Ante, *ingenti.* Dictionem *doctrinae* rettulerim ad instrumentum. Instrumentum doctrinae, ut Instrumentum supellectilis. COLV. Scribend. *sed ingenii eius f.e. malo doctrina.* STEWECH. Fulvius mavult: *multiforme instrumentum.* Non probo. Apuleius enim more Tulliano instrumentum appellat apparatum, et mundum sive copiam, aitque se malle habere multiformem apparatum doctrinae, quam suppellectilis. SCIOPP. *in Symb.* Perperam et contra MSS. voluit Ursinus *multiforme instrumentum.* nec bene Stewech. quem Scriv. et Flor. secuti sunt *doctrina. Instrumentum doctrinae* est adparatus, ut recte Colv. et Scioppius interpretantur. Immo ipse auctor sic usus est in Apolog. p. 100. Ed. Pric. doctrinae instrumentum *et eruditionis memoriam.* ubi vide Pric. qui tamen ad p. 23. hic legit *et doctrinae q. sup. m. inst. gloriari.* Frustra.

ME] Deest Pith.

SELLULARIAS] Artes eas intelligit quae sessitando fiunt. PYRRH. Vide Indicem. ELMENH. Ed. Vic. *selluarias.*

VESTEM DE TEXTERNA] Pro textrina, ut Suterna pro sutrina. PYRRH. MS. cod. *veste de textrina.* Forte scriptum fuit, *textrino.* Textrinum in L. VI. C. de Muril. et Gynec. lib. XI. accipitur pro loco ad vestes principis conficiendas constituto. Glossae priscae: *Textrinum*, Κουρεῖον. et: Ἱστέων, *Textrinum.* Tertullianus de Anima: *Qualem habent, qui te solum habent illam ipsam de compito, de trivio, de textrino totam.* Sidonius Apollinaris Epist. lib. II. *Hinc egressis frons triclinii matronalis offertur: cui continuatur vicinante textrino cella penuaria.* Isidor. Orig. lib. XIV. *Navalia sunt loca, ubi naves fabricantur. hoc et Textrinum dicitur* Idem MS. *sutrina.* Legerim hic etiam, *sutrino.* Glossarium vetus: *Sutrinum*, Σκυτεῖον. Seneca Ep. 90. *Non multum abfuit, quin sutrinum quoque inventum a sapientibus diceret.* COLV. Aldus, *texterna et suterna.* ELMENH. *Textrina* et *sutrina* recte MSS. et Becichem. Ep. 97. cum Edd. Iunt. post. Vulc. etc. Minus bene Sch. Canneg. Edd. ceterae priores *texterna, suterna.* Non caussa etiam est, cur *textrino, sutrino* cum Colvio legeremus contra MSS. quia *textrinum* in neutro genere plerumque de taberna vel officina occurrit. v. Serv. ad Aen. II, 16. uti etiam vulgo apud Cic. Or. IV. in Verr. c. 26 et 46. At contra *sutrina* hoc sensu dicitur, non vero *sutrinum.* Quin et *textrina* ἱστουργεῖον in Glossis, ut et *sutrina*, aliisque. Recte et ἀναλόγως. *Textrinum* pro arte texendi est apud Suet. Gramm. 23., ubi tamen vide Stat.

BAXEAS] Alii libri habent *buxeas*, alii *bacchas:* sed *buxeas* leges, quas gallice vocamus *galloches.* PYRRH. Male. V. Indicem.

GEMMAM ET AURUM] Thomorus in hist. Vtopiorum refert illic aurum et argentum instar plumbi esse. PYRRH.

AC PLUMBUM] Deest *ac* Sch. Canneg. et Ed. Flor.

NULLI AESTIMARE] f. *nihili.* BURM. Sed *nulli* pro *nullius.*

AMPULLAM] Pith. *ampollam.*

PRORSUM] MS. Lips. Ed. Flor. *prorsus.*

RADIO] Modo textorium instrumentum est: modo quo mensurae complanantur et raduntur. *Subula.* qua sutores praeforant calceos. *Torno.* quo signatur. PYRRH.

ID GEN. FERRAMENTIS UTI NOSSE] Idem, *ferramenti ut i. osse.* COLV. Male Lips. Cod. *ferramenti*, et Pith. Sch. Canneg. Edd. Vicent. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *ferramenta:* nam cetera praecesserunt in sexto casu. Accusativus synecdochicus *id genus* fraudi fuit. De eo vide ad Met. L. XI. p. 771, b. Statim *poëmata omne genus*, ubi eaedem Edd. cum Codd. Lips. Pith. Sch. Canneg. *omnigenus.*

Poë-

omne genus, apta virgae, lyrae, socco, cothurno: item satyras, ac griphos: item historias varias rerum: nec non orationes laudatas disertis, nec non dialogos laudatos philosophis, atque haec et alia eiusdem modi tam Graeca, quam Latina, gemino voto, pari studio, simili stilo. Quae utinam possem equidem non singillatim ac discretim, sed cunctim et coacervatim tibi, Proconsul, vir op-

Poëmata o. g. apta virgae] Olim poëmata Homeri, Hesiodi, aliorumque in theatris recitabantur ab actoribus lauri rameam seu virgam manu tenentibus: qui inde ῥαβδωδοὶ seu ῥαψωδοὶ dicti Graecis, et Homeri opus utrumque, per Emmeniam, ῥαψωδία. Eustathius in I Iliados: Ὅτι δὲ καὶ παρα τὴν ῥαβδον ἡ ῥαψωδία εἴρηται, οἱονεὶ ῥαβδωδία τις οὖσα. Φασὶ και οἱ παλαιοὶ ἀκ λουθοῦντες Καλλιμαχῳ ειποντι — Τὸν ἐπὶ ῥαβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον. δαφνίνη δὲ ἦν ἡ ῥαβδος, ἣν κατέχοντες ἐποιοῦντο τας τοιαύτας ᾠδάς. Verius Diomedes Grammat. lib. III. Ραψωδία dicitur ποιήσεως aliqua particula discreta atque divulsa, dicta παρὰ τὸ ῥαπτειν, quod versus in unum volumen velut consuantur et comprehendantur: vel quod olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculis, id est, virga, pronunciabant. qui ab eodem dicti sunt Homeristae. De his etiam videndus Athenaeus Deipnos. lib. XIV. Lucianus Iove tragoedo: Ναὶ ἀλλ᾽ ἐπεποιῶν, ὦ Ζεῦ, καὶ ῥαψῳδῶν τὰ τοιαῦτα, ἐγὼ δὲ ἥκιστα ποιητικος εἰμι. Adhibe Suidam et Hesychium. Colv. Olim in conviviis et theatralibus circulis carmina a pueris ramum lauri aut myrti gestantibus, recitabantur. Isocrates Panathenaico fol. 236. Strabo Geograph. lib. 1. Suidas in μυῤῥινᾶν. Colvius ad h. l. Lipsius Elect. 1. cap. 28. Elmenh. Apta virgae, est, apta plectro, ac citharae, ut opinor.

Griphos] Implicitos versus. Pyrrh. MS. et vulgati plerique, gerypos: Bas. II. gryphos. Γρίφος est nassa piscatoria, id est vas vimineum multis nodis, multis laqueis textum et flexum, ad pisces capiendos, claudendos. Hinc perplexa et flexuosa dicta, aenigmata γρίφοι vocata antiquis, similitudine inflexae illius et implexae viminum texturae. Suidas: Γρίφος τὸ δίκτυον. λέγεται δὲ καὶ ὁ δύσκολος, καὶ ὁ συμπεπλεγμένος λόγος, ὁ ἔχων πάθος ἐν ἑαυτῷ μὴ φαινόμενον. Gell. Noct. Att. lib. 1. cap. 2. Κυρτῶν τὰς σκαζούσας θεωρίας, aliosque id genus griphos neminem posse dicens nisi se dissolvere. Lucianus: τὰ αἰνίγματα καὶ τοὺς γρίφους ἀκούσας. Parasitus in lapide antiquo: VIATORES OPTIMI, HIS NUGIS, GRIPHIS, AMBAGIBUSQUE MEIS CONDONATE POSCIMUS. Hi Griphi saepius etiam versibus constabant, ut indicat lib. X. Athenaeus. Unde poëmati Ausoniano index, GRIPHUS. Colv. Becichem. Ep. 97, Iunt. post. et Bas. sec. gryphos. Male. adi Colvium. Item Sat. ac Gr. desunt in Coll. Voss. Lips.

Historias] Prosequitur omne dicendi genus, in quo se praestantem aut exercitatum esse contendit. Pyrrh.

Rationes] Oratorios locos, Dialogos. philosophi enim fere dialogis scripsere, praesertim qui de morali philosophia. Pyrrh. Lego, orationes. Stewech. Orationes] Sic Bas. II. reliqui rationes. Colv. Orationes quoque MSS. Florent. Becich. Ep. 97. Edd. Iunt. post. etc. Lips. et Pith. rationes.

Et alia] Lips. Sch. Canneg. Edd. ante Colv. alia et. Lips. huiusmodi. Sch. Canneg. eiusdemmodi.

Graeca q. Latina] Ut Mar. Cic. in Off. ait se Graeca Latinis coniunxisse. Pyrrh. Sch. Canneg. Graece q. Latine.

Possem equidem] MS. cod. possim me quidem. Colv. Emendo possem equidem. nam quod ediderunt, post se me quidem, autumo factum non vigilantibus, sed somniantibus operis. Stewech. Sch. Canneg. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. post se me quidem. Becich. Ep. 97. possem quidem. Lipsius, possim equidem. Groslot. possem equidem. Lego potis sum vel potessum equidem: ut saepe apud Plautum, et alibi in nostro. V. Ind. Not.

Sigillatim] Vulg. singulatim. Singulatim, Singillatim, Sigillatim, eadem sunt, et opposita Cunctim, idque genus aliis. Emendavi infra lib. de Deo Socratis: Sigillatim mortales, cunctim tamen universo genere perpetui. Sidonius Apollin. lib. VIII Epist. Qui non sensim singulatimque, sed tumultuatim petitus et cunctim. Noster lib. VII. Milesiarum: Pedesque meos sigillatim alligans. Et de Dogmate Platonis: Veluti sigillatim exaequatum cunctis partibus dividitur. Apologia I. Singillatim apprehendens omnem calumniae textum. Plautus Trinummo: Sin unum quidquid singillatim et placide percontabere. Gellius lib. I. Non de uno atque altero facto singillatim existimat, neque certis exemplorum documentis; sed generibus rerum summatim universimque utitur. Sed haec fortassis nimia in re tenuiori. Colv. Male sigillatim rescripsit Colvius pro singulatim vel singillatim, ut est in membranis Florentinis, Sch. Canneg. Ed. Vicent. et MSS. O. de Deo Socr. Adi ad Met. L. VII, p. 501, b.

Cunctim et coacervatim] Sic recte ultima edi-

optime, offerre; ac praedicabili testimonio tuo ad omnem nostram Camoenam frui! non hercule penuria laudis, quae mihi dudum integra et florens per omnes antecessores tuos ad te reservata est; sed quoniam nulli me probatiorem volo, quam quem ipse ante omnes merito probo. Enim sic natura comparatum est, ut eum, quem laudes, etiam ames: porro quem ames, etiam laudari te ab illo velis. Atque ego me dilectorem tuum profiteor: nulla tibi privatim, sed omni publicitus gratia obstrictus. Nihil quippe a te impetravi, quia nec postulavi. Sed philosophia me docuit non tantum beneficium amare, sed etiam maleficium: magisque iudicio impartire, quam commodo inservire: et quod in commune expediat malle, quam quod mihi. Igitur bonitatis tuae diligunt plerique fructum, ego studium. Id quod facere adorsus sum, dum modo rationem tuam in provincialium negotiis contemplor, qua efflictim amare te debeant, experti, propter be-

editio. ante erat, *cunctim et concertatim.* MS. *cuncti mea concertatim.* COLV. Fulvii coniectura: *iunctim et confertim.* Illud, *iunctim*, probo. SCIOPP. *in Symb.* *Coacervatim vel ductim*, f. *vinctim.* GROSL. In Coll. Voss. Lips. pro *et* est *ca.* Bene autem Becich. Ep. 97, Edd. Iunt. post. et Bas. sec. cum seqq. *coacervatim* ediderunt. Sic enim exstat in MSS. Florent. et Coll. Voss. At Lips. Pith. Sch. Canneg. et Edd. vett. *concertatim.*

TESTIMONIO TUO] τὸ *tuo* abest a vulgatis. ELMENH. Sed exstat in MSS. Florent. Coll. Voss. Lips. et Edd. Elm. Scriv. Flor.

PENURIA LAUDIS] Cum ipse maxime laudem quaerat, fingit se non appetere. PYRRH.

NULLI ME] Lips. *me nulli.*

PROBATIOREM] Pulchrum est enim a laudato viro laudari. PYRRH. [Cf. ad Plauti Captiv. II, 2, 29. — I. B.]

QUAM QUEM] Scripta haec et postremum edita lectio. In aliis, *quamquam.* COLV. Edd. vett. *quamquam* praeter Iunt. post. et Bas. sec. ex monitu Becich. Ep. 97.

ENIM SIC] Male in Bas. II. *sic enim.* Notavi supra. COLV. Edd. Ald. Iunt. post. Bas. sec. *sic enim.* Male. V. supra hoc N.

COMPARATUM] Perperam in Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. esse *comprobatum*, monuit iam Becich. Ep. 97.

ETIAM AMES] Pith. Edd. eaedem et Aldi, *et ames.*

LAUDES] Ex amore laudatio erumpit, ex odio vituperatio, philosophi non irascuntur, non turbantur, non laeduntur, sed omnia aequanimiter ferunt. neque vindictam quaerunt, quamquam fuerunt, qui honestam vindictam constituerunt. PYRRH.

PORRO] MS. vet. *pō.* COLV. τὰ *Porro quem ames* non habet Ed. Elmenh.

ETIAM LAUD.] Trunca lectio quae vulgata ante, *laudari ab illo velis.* COLV. A Pith. Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. et sec. exsulat *etiam.*

TE] Neque hanc vocem videas in Edd. Basill.

DILECTOREM] Quid si, *debitorem.* BRANT. Non male per se, sed totius orationis nexus hic alterum flagitat.

OMNI PUBL.] Vetus lib. *cū publ.* COLV.

NON TANTUM] Rom. cod. *neque tantum.* COLV.

BENEFICIUM] Coll. Voss. Lips. *beneficia.*

MAGISQUE IUDICIO] Vulgati omnes, excepto Bas. II. *magnoque indicio.* Sed scripserim, *magisque iudicio.* COLV. Aldus, *magnoque i.* ELMENH. Sic MSS. Becich. Ep. 97. et Colv. ceterique recte. *Magisque* iam exstat in Edd. Iunt. post. et Bas. sec. in reliquis *magnoque* et *indicio*, quae vox exsulat a Iunt. post.

IMPARTIRE] Ante Colv. habent Edd. *impertire.*

QUOD MIHI] MS. *quod nihil.* COLV. *Quod* abest, si Coll. Voss. fides habenda. Mox pro *bonitatis* Pith. *bonitati.*

ID QUOD FAC.] Omnes ante editi, *Idque fac.* COLV. Item Pith.

ADORSUS SUM] Scriptus liber, *adortus sum.* COLV. Flor. *adortus s.* ELMENH. Item Ed. Iunt. post. frequenti confusione. Adi ad Frontin. II, 5, 8. At rectius scribitur *adorsus.* V. Ind. Not.

DUMMODO RATIONEM T. CONT.] Vulgatum ante, *dum moderationem t. in pr. n. q. quam effictim.* Qua ratione, id est quam ob rationem: ut Qua re, quam ob rem. COLV. Colvium secuti sunt posteriores atque ita habent MSS. ut *dummodo* notet idem quod simplex *dum.* Verum Edd. Vett. exhibent *dum moderationem.* Nempe discretim scribendum erat *dum modo rationem tuam.* Id adorsus sum, simulac, sive considerata modo agendi tua ratione in administratione provinciae. Pith. *dummodo de ratione tua.*

QUA]

beneficium; expertes, propter exemplum. Nam et beneficio multis commodasti, et exemplo omnibus profuisti. Quis enim a te non amet discere, quanam moderatione obtineri queat tua ista gravitas iucunda, mitis austeritas, placida constantia, blandusque vigor animi? Neminem proconsulum, quod sciam, provincia Africa magis reverita est, minus verita. nullo, nisi tuo anno, ad coercenda peccata plus pudor quam timor valuit. Nemo te alius pari potestate saepius proſuit, rarius terruit. nemo similiorem virtute filium adduxit. Igitur nemo Carthagini proconsulum diutius fuit. Nam etiam eo tempore, quo provinciam circumibas, manente nobis Honorino, minus sensimus absentiam tuam, quamquam te magis desideraremus. Paterna in filio aequitas, senilis in iuvene prudentia, con-

Qua] Hoc bene Colv. atque ita iam Edd. Vic. Iunt. post. cum MSS. Aliae *quam*.

Efflictim] Coll. Voss. Lips Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. *effectim*: Pith. *efficacius*. Unde Sopingius coniecit *affectim*, sive cum affectu. Frustra. Frequens nostro est *efflictim amare*. Adi ad Met. L. III. p. 201, a.

Nam] Philosophi publicum bonum privato commodo praeponunt. Mire describit boni iudicis partes et boni viri virtutes. Pyrrh.

Profuisti] Pith. *praeluisti*.

Gratia, vita iucunda] Lipsio placet scribere, *gravitas iucunda*. Colv. Recepit id Floridus et iam ante probavit Acidalius ad Vellei. Paterc. L. II. c. 98. *mores vigore ac lenitate mixtos*. Et sane e seqq *mitis austeritas* etc. patet auctorem hic captasse Oxumoron, ut temperamentum hoc indicaret. Sic de Deo Socr.: *severa gratia*, *torvo decore*. Auson. Parent. 2, 6. *Et gravitas comis laetaque serietas*. Ibid. 9, 23. *Laeta*, *pudica*, *gravis* etc. Vell. Pat. II, 127. *virum severitatis laetissimae*. In MSS. tamen et Edd. O. est *tua ista gratia*, *vita iucunda*. *Vita* autem saepe vitae rationem notat.

Blandusque vigor] MS. *blandumque rigorem*. [Error typothetae est, *rigorem* pro *vigorem*, ut est in eiusdem MSti Coll. Voss. — I. B.] Verisimilis valde coniectura maximae spei adolescentis I. Dousae filii, *blandusque rigor*. Colv. Flor. legit, *blandumque vigorem*, expuncta voce *animi*. Dousa filius, *blandusque rigor a*. Elmenh. Dousae coniecturam probat etiam Acidal. l. c. Verum hoc idem foret, ac *mitis austeritas*. Sed ut priora ad mores, sic haec malim referre ad actiones; ut Cl. Burmannus etiam locum Velleii capiendum docet. Negotia scilicet age at cum *constantia*; sed *placida*; cum *vigore animi*: sed *blando*. De *vigore animi* v. ad Hirtii B. Afric. c. XI. et Drakenb. ad Liv. L. VII, *a. naturalis vigoris*. De *vigore* et *rigore* vide, qui citantur ad Sil. It. VI, 271. *Gravitatis rigorem* dixit Arnob. L. I, p. 36. Forsan, ni maius lateat ulcus, e MStorum lectione legas *blandique*.

Sciam] Ed. Vicent. *scientia*.

Magis reverita] Vet. *magna reverita*. Colv. Certe Ed. Rom. Vic. Iunt. pr. Aldi, Bas. Vitiose, monente iam Becich. Ep. 97.

Provincias] *Provinciam* cum MSS. Florent. et Lips. rectius edidere Elmenh. Scriv. Flor.

Honorino] Severianus hic proconsul Africae plus honestate quam terrore domavit Carthaginensium animos, iuxta illud Ennii: *Quem metuunt oderunt*. De Aemiliano et Honorino legito Sabellicum ac historiagraphos. Pyrrh. MS. *Honorato*. Colv. Flor. *Honoro nec*. Elmenh. Pith. *Honorinon*.

Minus sens. abs. t. quam ut te magis des.] τὸ *ut* in MS. Cod. non est. Forte, *qua te magis desid*. Qua, id est, ob quam. Sed magis placet Lipsiana lectio, *quamquam te mag. des*. Colv. Non alium hic sensum exsculpere potes, quam hunc: licet absens ſueris, non amplius tamen desideramus te, quia praesens erat tuus filius: unde non sensimus te absentem. Verum haec rustica nimis videtur allocutio. At in MSS. Flor. Fulv. Lips. Pith. non compareat τὸ *ut*. Hinc legit Ursinus *magis sensimus abs. t. quam te des*, quod ſateor me non intelligere. Sed verissima est Lipsii emendatio, iam a Seriverio in textum recepta. Sensus est: quem filium tuum hic reliquisti, minus quidem sensimus tuam absentiam, sed tamen ideo te ipsum magis desideravimus, qui videbamus, quam esses egregius Proconsul, qui tam admirabilem *iuvenem nobis dederis*. Et hoc voluit etiam Wowerius, tacite edens *quamvis*. Sed alterum est verisimilius. Mos enim librariorum est, ex duabus paribus syllabis unam omittere, ut in *utrum utrum*, *unde unde* et similibus; de quibus saepe monui. Solet etiam τὸ *quamquam* cum subiunctivo construere noster. Adi ad N. I supra.

Senilis] Vet. *senis*. Colv. Pith. *semel*.

Prudentiae] Flor. *in iuvene autoritas c. I. l. prudentia*. Elmenh. Coll. Voss. *auctoritas prudentia*. Pith. *semel in iuv. auctoritas*, *prudentia consularis in legato auctoritas*.

Er-

consularis in legato auctoritas. Prorsus omnis virtutes tuas ita effingit ac repraesentat, ut medius fidius admirabilior esset in iuvene, quam in te patre laus: nisi eum tu talem dedisses: quo utinam perpetuo liceret frui! Quid nobis cum istis proconsulum vicibus? quid cum annis brevibus, et festinantibus mensibus? O celeres bonorum hominum dies! O praesidum optimorum citata curricula! Iam te, Severiane, tota provincia desideramus. Enimvero Honorinum et honos suus ad praeturam vocat, et favor Caesarum ad consulatum format, et amor noster inpraesentiarum tenet, et spes Carthaginis in futurum spondet: uno solatio freta exempli tui, quod qui legatus mittitur, proconsul ad nos cito reversurus est.

NUM. X. *Sol qui micantem candido curru atque equis*
Flammam citatis fervido ardori explicas:

item-

EFFINGIT] Idem, *effigit.* Num *effigiat?* Sed bona vulgaris scriptura. COLV. Recte, quamquam et Pith. *effigit.*

IN TE PARTA] Idem, *vite.* COLV. Lego, *in te patre laus*, Quid pote melius? BRANT. Vir doctus ad marg. Ed. Iunt. legit *in iuvene nata* vel *orta.* Sed optime Brantii coniecturam exhibuit Scriverius. Comparat enim patrem et filii.

EAM T. T. DEDISSE, QUA] Dii illis mortuis, qui ad eum modum Apuleii illa depravarunt. emendo: *nisi eum tu talem dedisses, quo.* Pater Severianus Africam proconsul missus filium secum adduxerat Honorinum legatum. huius virtutes auctor omnimodis commendat, imo aequiparat ipsi patri, denique innuit Carthaginienses nihil ita velle, quam ut Honorino isto, tali patre nato, frui liceret perpetuum. STEWECH. Ven. et MS. *dedisses.* Alii, *dedisse.* COLV. Vulgo, *nisi eum t. t. d. qua.* ELMENH. Optime restituit Stewech. et edidere *cum* Elmenh. ac Scriver. quos miror *qua* reliquisse, sine sensu.

QUID CUM ANN.] Pith. *qui c. a.*

CELERES] Vetus cod. *celer.* COLV. Pith. *sceleres.*

O CEL. BON. HOM. D.] Theodoretus sive alius quis auctor in 7. Synodo collat. 5. fol. 574. Edit. Ro. *Boni et benigni ante tempus demigrant, mali multo tempore vitam producunt.* ELMENH.

PRAESIDUM] Edd. ante Colvium, item Floridi dant *praesidium*, ut *obsidium* pro *obsidum* in MSS. et alia, de quibus vide ad Caes. B. G. L. IV. 2, ad Veget. L. II, 19, Manut. ad Cic. I. de Off. c. 44. Hic tamen in MSS. videtur esse *dum*, certe in Lips. Coll.

DESIDERAMUS] Idem, *desideravimus.* COLV. Nonnemo legit *desiderabimus.*

CARTHAGINIS] Idem, *Karthaginis.* sic etiam lapides, sic plerique codices scripti. COLV. Vide ad Lucanum.

REVERSURUS EST] Sic MSS. Lips. Pith. et Scriv. cum Edd. O. ante Vulcanium, in cuius editionem, operarum, credo, vitio, irrepsit *reversus* sine sensu. Tuus filius legatus, iam missus ad praeturam et consulatum, quo favor Caesarum eum vocat, cito reversurus est ut Proconsul: quod didicimus tuo, Severiane, exemplo. *Mittitur* enim est pro *dimittitur*, Romam scilicet e provincia.

N. X. SOL QUI] Aliud fragmentum. SCIOPP. *in Symb.* Invocatio est ex poëtae Accii Phoenissis sumpta, ut Crinitus docet ex Prisciano, a quo citantur hi versus usque illuc, itemque luminis. Hic autem ait septem planetas erratica sidera et quosdam alios Deos esse omnium rerum ac elementorum auctores et gubernatores ac illorum vi omnia moveri, de qua re cum permultos, tum Plin. lib. II. et Macrobium in Somnium legas, ubi de his rebus abunde. PYRRH. *Sol qui micantem candido curru, atque equis Flammam citatis fervido ardore explicas.*] Versus sunt ex L. Attii Phoenissis: quos ita ut expressos iam vides, scriptos repperi, et rectius quam apud hunc nostrum, meo animo, in Prisciani libello de Metris. Vulgarii, *Sol qui candentem fervido cursu*, etc. MS. ita: *Sol q. cadentē | Fervido cursu | Atque equis flammam citatis fervido | Ardore explicas.* Similis huic locus veteris poëtae Theodectis apud Io. Stobaeum: Ὦ καλλιφεγγῆ λαμπάδα εἱλίσσων φλογὸς Ἥλιε ποθεινὸν πᾶσιν ἀνθρώποις σέλας Εἶδες τιν' ἄλλων, etc. Cui non dissimile Cn. Mattii Mimiambis: *Iam iam albicascit Phoebus, et recentatur Commune lumen hominibus voluptasque.* COLV. Flor. et Pyrrhi editio, *s. q. candentem fervido cursu.* ELMENH. Audacter Colvius primus hos Accii versus edidit, ut exhibentur in Edd. et MSS. Prisciani Lib. de metris Com. p. 1326. Ed. Putsch. Desumti autem sunt ex Euripidis Phoenissarum initio, ut iam vidit G. I. Vossius: Ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν, Καὶ χρυσοκολλήτοισι ἐμβεβὼς δίφροις, Ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα. Ubi videmus primum versum ab Accio Latine non reddi-

itemque luminis eius Luna discipula, nec non quinque ceterae vagantium potestates: Iovis benefica, Veneris voluptifica, pernix Mercurii, perniciosa Saturni, Martis ignita. Sunt et aliae mediae Deûm potestates, quas licet sentire, non datur cernere: ut Amoris, ceterorumque id genus, quorum forma invisitata, vis cognita. Quae item in terris, utcunque providentiae ratio poscebat, alibi montium vertices arduos extulit; alibi camporum supinam planitiem coaequavit: item quae ubique distinxit amnium fluores, pratorum virores. item dedit volatus avibus, volutus serpentibus, cursus feris, gressus hominibus.

Num. XI. Pariter enim, quod qui herediolum sterilem, et agrum scrupulosum, me-

ditum esse. Vehementer vero equidem dubito, an Appuleius ita hos reliquerit, et non sive memoriae vitio, sive, Euripidis vestigiis potius ipse insistens, primum versum aliter expresserit; quemadmodum de Deo Socr. p. 666, Ed. Flor. e Catulli versu *qui stellarum ortus comperit atque obitus* fecit auctor, *qui signorum ortus atque obitus comperit*. Certe hanc opinionem confirmant MSS. O. ut Florent. Pith. Lips. et Edd. cunctae priores, in quibus hoc modo: *Sol, qui candentem fervido cursu atque equis*. Unde, quia sequitur *fervido* corrigi posset *perdio curru*. ut Ovid. L. IV. Met. vs. 629 vocat *solis currus diurnos:* vel potius cum Viro docto ad marginem Ed. Iunt. post. *pervio cursu:* quo exprimatur illud Euripidis οὐρανοῦ τεμνὼν ὁδόν. *Candens flamma* est fulgens. Vide ad Met. L. IV. p. 236, b. *candens rosarium*, et Gell. L. XVII. c. 10. ad ista Virgilii *candente favilla*. Becichemus tamen ait antiquos fere codices habere *punicantem:* atque inde facit *micantem*. *Punicantes phalerae* Aurorae equis tribuuntur a nostro Met. L. III. init. Ceterum properante oculo Floridus inspexisse debuit Colvii notas aiens: *Colv. hos versus ex Prisciani libello de Metris MS. paulo aliter refert, eidem tamen Accio tribuens. Sol, qui cadentem fervido cursu atque equis Flammam cit. fervido ard. expl.* In Ed. Elmenh. est *citatu*, et *ardori*, quod ultimum vitium miror ab Scriverio et Florido, id retinentibus, non esse animadversum. [*Ardori* antique est pro *ardore*. vid. Voss. de Anal. I, 42. — I. B.]

Itemque] MS. *iterque*. Colv.

Luna discipula] Non sollicito hanc lectionem. Quamvis malim: *decipula*. Appuleiana proprietate. Wower. Fulvius *l. decipula*. Elmenh. Solis *discipula* Luna videtur dici, quia omnia, quae habet, a sole accipit; eiusque exemplo quasi orbem inluminare quoque *discit*, et *fraternis ignibus obnoxia* est, ut ait Virg. I. Ge. 396. vel *aemula* ut noster de Deo Socr. init. Certe accedere non possum viris doctis I. Isaacio, Wowerio, Florido, qui malunt *decipula*, sive quae intercipit lumen solis; immo sic edidit iam Scriver. Sed velim mihi dari locum, ubi *decipula* vel *decipulum* occurrat sine significatione fraudis vel laquei.

Ceterae vag.] Idem, *cetera evagantium*. Colv.

Benefica] Pith. Edd. Vic. Bas. pr. *beneficia*.

Voluptifica] Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *voluptica*.

Mediae Deum pot.] Pith. *Deum mediae*. De Deo Socr. p. 674. Flor. *sunt quaedam divinae mediae potestates*. Quos cum Plauto *Medioximos* vocat de Dogm. Plat. p. 584. Ed. Flor. et ex nostro Servius ad Aen. III, 134. *aras superorum Deorum, medioximorum, i. e. marinorum, focos*. ubi D'Arnaud Var. Coni. p. 91 legit *aëriorum*. et ad Aen. VIII, 275. Cave vero, ne cum Sopingio eam vocem hic quoque intrudas. Pro medio etiam posuit Marbodaeus poëta de Gemmis p. 9. Ed. I. Gron. post Gorl. Dactyl. *Chalcedon lapis est hebeti pallore refulgens Inter Hyacinthum* medioximus *atque Beryllum*.

Ut] Deest Coll. Voss.

Invisitata] Sic scripsi ex illa veteri lectione quae in scripto exemplari, *i'usitate*. Vulg. *non visitata*. Supra lib. VIII. Metam. *Aper immanis atque invisitatus*. Colv. Flor. et Aldus, *f. inusitata*. Elmenh. Item Pith. solita confusione. Vide ad L. VIII. Met. p. 515, a. Edd. ante Colv. *non visitata*. Supra N. 9. *frequentia nunquam visitata:* ubi etiam *usitata* in aliis. Pro *vis* Pith. *vix*.

Quae] Deest Pith. et Coll. Voss.

Vertices ard.] Pith. Lips. *ard. vert.*

Supinam] Pith. *summam*.

Amnium] Ed. Vic. *annum*.

N. XI. Pariter] Aliud fragmentum. Sciopp. *in Symb.* MS. cod. *patitur*. Colv. Item Pith. Sed MSS. Florent. *pariter enim quod qui*. Recte. Scilicet, *quod patiuntur illi*. Id quoque invenit in MSS. editor Iunt. post. qui exhibuit *patitur, quod qui*. *Quod qui* est etiam in Pith. et Coll. Lips. Voss.

meras rupinas et senticeta miseri colunt: quoniam nullus in tesquis suis fructus est, nec ullam illic aliam frugem vident, sed

Infelix lolium et steriles dominantur avenae:

suis frugibus indigent, aliena furatum eunt, et vicinorum flores decerpunt; scilicet ut eos flores carduis suis misceant: ad eundem modum, qui suae virtutis sterilis est.

Num. XII. Psittacus Indiae avis est, instar illi minimo minus quam columba-

HeredIolum sterilem] Quid si conemur restituere? *qui herediolum, agrum sterilem et scruposum, meras spinas.* nam quod vulgatur, Apuleii non esse tam certum, quam Apuleium ipsum fuisse. Stewech. Scribo, aliter quam God. Stewechius, *hered. sterile.* Gellius lib. XIX. cap. 7. *In agro Vaticano Iulius Paulus, Poëta, vir bonus, et rerum litterarumque veterum impense doctus, herediolum tenue possidebat.* Heredium, apud Varronem, Plinium, Columellam, Festum et nostrum Apologia II. Colv. Flor. *quod qui praediolum st.* Elmenh. Quod Stew. corrigere tentat, nil est, nisi interpolare. Colvius e Gell. XIX, 7, ubi vide, item Wow. Scriv. Flor. Goesius et iam ante omnes Becichemus Ep. 98. amant in neutro *sterile.* Ego MSS. et Edd. vett. sequor, sciens, haec genera apud scriptores Afros esse incertissima. ut alibi iam vidimus in *lorus, lucrus* etc. Vide ad Met. L. XI, p. 797, a. Prave vero Elmenh. ait esse in Florent. *praediolum.*

Scruposum] Flor. *scrupulo sum.* Elmenh. Met. L. VI. p. 445. *saxum scruposum*, ubi Edd. quaedam *scrupulosum.* L. IX. *iter arduum scrupis.* Accius [sive potius Pacuvius. vid. Priscian. L. VI. — I. B.] in Niptris apud Nonium V. *specus: Scruposam specum.* Auson. Ep. 25, 58. *iuga per scruposa.* Amm. Marc. XX, 10. *scruposa viarum difficultate.* Plura vide apud N. Heins. ad Valer. Flacc. L. III, vs. 518. Verum in MSS. Florent. Lips. est *scrupulosum*, quod nolim damnari; sive parvis *scrupis* et lapillis plenum. Sic Amm. Marc. XVI, 12. *scrupulosi tramites.* et XIX, 13. *saltibus scrupulosis.* Nequaquam itaque mutes cum Heinsio in Glossis *scrupulosum* σηραγγῶδες, in *scruposum*, quae vox ibidem iam praecessit. Nec video caussam, cur contra omnes MSStos apud Cic. in Tusc. Disput. L. IV. c. 14. ex *scrupulosis cotibus* legant quidam *scruposis*, alii *scopulosis loc. et cot.* sic *scrupulosus* abiit in *scopulosum* in Auson. Grat. Act. p. 724. in MS. Leid. e quo ibid. pro *num* leg. *non.* Apud Ovid. Her. Ep. 2, vs. 121. *scopulos fruticosaque litora calco*, alii legunt *scruposa*, alii *scrupicosa.* quid si *litoralem tractum* intelligit, quem amant myrti, ut patet ex L. I, El. 1, Amor. in f. et ibi notis. *culmina* certe non placet. confer locum Lucani L. VIII, 47. *Rupis in abruptae scopulos extremaque currens Litora.* [Ad locum Ovid. vid. omnino Cl. Lennep. — I. B.]

Meras rupinas] Ed. Elmenh. *metas* operarum errore. Perperam autem Stewech. coniecit *spinas:* neque melius Goesius *rubinas* a *rubus.* Saepius *rupinas* adhibet auctor. Adi ad Met. L. VI. p. 126. Pric.

In tesquis suis] Tesqua sunt loca aspera et difficilia, augurio designata, ut Festus ait. Pyrrh. Pith. *quis sunt.*

Vident] Negligenter hoc verbum excidit ex Ed. Flor.

Avenae] Pith. *herbae.*

Et vicin.] Coll. Voss. *ũ vicin.*

Dec. scil. ut eos fl.] Desunt in Coll. Voss.

Qui suae virt.] Sic MSS. et Edd. vett. Ed. Iunt. pr. caret τῷ *qui.* Ald. Iunt. post. *quae.* Ed. Scriv. *quisque.* Male. Loquitur de eo, qui *patitur, quod* etc.

N. XII. Psittacus Indiae avis est] Vulgo, *Psit. avis Ind. avis est.* Ceterum ante illa, *instar illi*, etc. videtur quid deesse. Itaque notam asterisci adfixerim. Colv. *Psittacus avis Ind. avis est*] f. *p*[illegible]. vel est glossema. vel leg. *psitt. avis Indiae et psitt.* Grosl. MSS. Becich. Ep. 98. et Ed. Iunt. post. cum Colv. et seqq. faciunt. Sed nec male Pith. et Edd. priores *psitt. avis Ind. avis est.* Solinus e nostro: *sola I*[illegible] *mittit avem Psittacum.* ubi vide Salmas. p. 713.

Instar illi minimo minus] Sunt qui τὸ *instar* inducunt, haud bene ut Casaubonus recte docet ad Apolog. pag. 146. Elmenh. Non deficit hic locus, ut alii arbitrantur. Instar ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα. Wower. Id est, forma, imago ei paullo minor quam columbis, ut bene exponunt Casaubon. ad Apolog. p. 146, Vicent. Contar. L. I. V. L. c. 5, Salmas. Exerc. Plin. p. 207, et Wower. Hinc passim nostro *ad instar.* Male Lips. Cod. *istarum*, et Colvius hic aliquid deesse putavit. Ursinus peius coniecit *avis est minimo minus, quam columba.* Valet autem *minimo minus* τὸ *fere:* ut Lib. I. Met. init. *minimo minus interii.* et saepius. Vide Indicem.

Sed

barum, sed nec color columbarum. non enim lacteus ille, vel lividus, vel utrumque subluteus, aut sparsus est: sed color psittaco viridis, et intimis plumulis, et extimis palmulis; nisi quod sola cervice distinguitur. Enimvero cervicula eius circulo mineo, velut aurea torqui, pari fulgoris circumactu cingitur et coronatur. Rostri prima duritia. cum in petram quampiam concitus altissimo volatu praecipitat, rostro se, velut ancora, excipit. Sed et capitis eadem duritia, quae rostri. Cum sermonem nostrum cogitur aemulari, ferrea clavicula caput tunditur, im-

SED NEC COLORUM COLUMBARUM] Haec cum pariteis quae praecesserunt minime integra aut emendata sunt: sed desiderari, abundare quaedam videntur. Aldini cod. et post. Basil. lectio est quam expressimus. MS. *sed ne q* [cum lineola obliqua per compendiosam scripturam] *columbarum*. Legerim, *sed nec color ut columbarum*. Psittaco non idem color qui columbis. rationem subiungit: *Non enim lacteus ille*, etc. Extricavi me quoquomodo ex hoc loco, quod minime speraveram. COLV. Becichemus iterum, *nec colo columbarum*. quo quid sibi velit ipse non explicat. ID. *in Omiss.* Flor. *sed colorum c.* Fulvius, *avis est minimo minus, quam columba, sed nec color columbarum*. ELMENH. Abest τὸ *nec* a MSS. Florent. Pith. Fulv. et Ed. Vicent. *ne* Lips. et Bas. pr. Sequentia sic Elmenh. cum posterioribus editoribus interpolavit: *sed nec color ei ut columbarum*. Guhelm. *sed decolorum col.* E Colvii coniectura dederant Vulc. Scal. Wower. *color, ut*. At Casaubon. ad Apolog. p. 146. *color ei*, quas coniecturas iunxit Elmenhorst. *Colorum* est in Florent. Cod. et Edd. Vic. Ven. Iunt. pr. Ald. Bas. Colv. *Color* est in MS. Fulv. Pith. atque Ed. Iunt. post. Recte. scilicet *est illi*, quod e praecedentibus repetendum; licet facile *ei* vel *illi*, quod mavult Salmasius, excidisse potuerit. Mihi suspicio est, altius vulnus latere. Becichemi illud *colo* videtur esse typographi error pro *color*.

NON ENIM] MS. lib. *non ē.* COLV.

UTRUMQUE SUBLUTEUS] Lege: *utrinque*. WOWER. Coniecit Lipsius et receperunt Wower. et seqq. *utrimque* sive ab utraque parte, ut exponit Floridus. Sed nullae columbae ab utraque corporis parte sunt luteae vel subluteae. Quaedam sunt totae candidae ac lacteae, plures vero lividae. Nonnullae quidem luteae partim, sed multae albo et livido mixtae. Hinc Salmas. Plin. Exerc. p. 713 legit *utroque sublitus*, i. e. livido et albo colore tinctus, *aut sparsus*.

SPARSUS] Ed. Iunt. pr. *spersus*.

COLOR PSITT. VIRIDIS] Plin. L. X. N. H. *Viridis*, inquit, *toto corpore, torque tamen miniato in cervice distincta*. id est, sanguineo, rubro. Luteus color est croceus, ut Virg. *Aurora in roseis fulgebat lutea bigis*. PYRRH. Solinus cap. 55. *India mittit Psittacum avem, colore viridi, torque puniceo*. ELMENH.

ET INTIMIS] Pith. *etiam intimis*.

EXTIMIS PALMULIS] Elegantius Lipsio visum, *parmulis*. Parmulae recte dici videantur tumidiores illae in Psittaco plumulae, et in modum parmularum tumentes. COLV. Ita libri vulgares, et recte. alii: *parmulis*. Palmulis ταρσοῖς. Notandum autem fere omnia, quae Appuleius de Psittaco, apud Solinum iisdem pene verbis legi. Quod vero illos praestare ait, quibus in pedibus quini digiti, hoc Plinius lib. X. de picis, ut nonnulla alia, quae Apul. de Psittacis. WOWER. Male omnino hanc alteram vocem a MSS. et Edd. vetustis (nisi quod in Ed. Vic. sit *pamulis*) servatam sollicitant Viri docti. Ineptam Lipsii coniecturam temere secuti sunt Vulc. Scal. Nec melius Salmas. in vulgarem vocem *pinnulas* mutavit. Alas noster vocat *palmulas* sive ταρσοὺς, quae vox notat *pinnas* in ala, *remos* in navi, *digitos* in manu; quia haec expansa eandem fere speciem referunt. Adi Suidam et Stephan. in Thes. p. 1311. Sic Aelian. Hist. An. II, 1. ταρσῷ τῶν πτερῶν. Iam autem *remi* et *alae* πτερὰ millies de volatu vel navigatione confunduntur. Vide ad Met. L. V. p. 366, a. Remigio *plumae raptum:* ubi in loco Propertii forsan *palmas* habemus de alis. Catull. 4, 3, 17. de navi: *sive palmulis opus foret volare sive linteo*. cf. Festus in hac voce. Partes etiam gubernaculorum *pinnae* vocantur teste Nonio c. 2. in V. *Bipennes*. ubi MSS. *pinnari* f. *pinnarum*.

CIRCULO MINEO] Ctesias apud Photium. fol. 67. αὐτὸ δὲ καὶ κυάνεον ὡς τὸν τράχηλον ὥσπερ κινάβαρι. ELMENH.

PRAECIPITAT] Pith. *praecipitatur*. male. Vide Salmas. ad Sol. p. 563.

ROSTRI PRIMA DURITIA] Vide Solin. c. 53. BRANT. ELMENH.

SED ET] Caret Ed. Iunt. post. τῷ *et*.

CAPITIS EAD. DUR.] Vide Plinium lib. II. c. 37. Solin. cap. 55. ELMENH.

QUAE ROSTRI. CUM SERMONEM] Male plerisque in editionibus, *quae rusticum serm.* Ex qua legerat Lipsius: *Quare cum sermonem*. COLV. Sic MS. Florent. Pith. Ed. Bas. sec. cum Colvio et seqq. bene ex vulgato *quae rusticum*

imperium magistri ut persentiscat. haec ferula discenti est. Discit autem statim pullus usque ad duos aetatis suae annos; dum facile os, uti conformetur, dum tenera lingua, uti convibretur. Senex autem captus, et indocilis est et obliviosus. Verum ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus, glande qui vescitur: et cuius in pedibus, ut hominis, quini digituli numerantur. non enim omnibus psittacis id insigne. sed illud omnibus proprium, quo eis lingua latior quam ceteris avibus, eo facilius verba hominum articulant, patentiore plectro et palato. Id vero, quod didicit, ita similiter nobis canit, vel potius eloquitur, ut

quod habet quoque Lips. cod. Becich. Ep. 98. Ed. Iunt. post. *quae rostro. Cum*, ex Plinii L. X. c. 42, *capiti eadem duritia, quae rostro.* Ex illo enim totum hunc locum desumsit Appuleius, ex Appuleio Solinus: ut bene docet Salmasius; non ut inepte Harduinus ad Plinium, ex Solino sua hausit noster, quod est summa ἀνιστορησία. Recte vero Salmasius monet, imprudenter Appuleium, dum descripsit Plinium, referre ad psittacum, quae Plinius narrat de pica. Eundem tamen nostro errorem commisit Solinus.

FERREA CLAVICULA] Solinus: *caput tam valens, ut si quando ad discendum plagis sit admonendus, ferrea clavicula sit verberandus.* ELMENH.

FERULA] Adagium est, *senex psittacus negligit ferulam*, est apud Hieronym. *senis mutare linguam:* et eo utitur Hermolaus in quadam epistola, qua pulchre invehitur in eos, qui negant, Latinam linguam Iuris ac Theologiae studio convenire. Habes et iurisconsultum in tit. ad Syllanianum senatusconsultum dicentem: *terreri solent impuberes et habenula vel ferula caedi.* Convenit huic narrationi de psittaco, quod de eo Plin. scribit: ita ut alter ex altero sumsisse aut uterque ex eodem autore videatur. Ait enim: *Super omnia humanas voces reddunt psittaci et quidem sermocinantes. Imperatores salutat haec avis et quae accipit verba pronunciat, in vino praecipue lasciva.* PYRRH. Pith. Lips. *discenti ferula.*

DISCIT STATIM PULLUS] Solinus: *Dum pullus est atque adeo intra alterum aetatis suae annum, quae monstrata sunt, et citius discit et tenacius retinet: paulo senior, et indocilis est, et obliviosus.* ELMENH.

AETATIS SUAE] Deest *suae* Pith. et in eod. mox *de* pro *dum.*

UTI CONFORMETUR] MS. cod. *confirmetur uti.* COLV. Item Pith.

CUM TEN.] *Dum*, potius. BRANT. MSS. Flor. Lips. Pith. et Edd. ante Elmenh. *cum.* Sed bene iam Stewech. infra, Salmas. Brant. monuerunt legendum esse *dum* et post *os* ac *lingua*, parva nota distinguendum.

CAPTUS ET INDOCILIS] Idem, *capitis et ind.* Aliud quid substituendum puto, quod iam non succurrit. COLV. Ego certo pro meo captu legerim, *senex autem captu et ind.* BRANT.

QUINI DIGITULI NUMERANTUR] Solinus: *inter nobiles et plebeios discretionem digitorum facit numerus. Qui praestant binos in pede habent digitos, ceteri ternos.* ELMENH.

QUO EIS] Vulgati plerique et MS. *quod eis.* Et post in veteri etiam, *lingua latior est.* COLV. Pith. Ed. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *quod.*

LINGUA LATIOR] Solinus: *lingua lata, multoque latior quam caeteris avibus, unde perficitur, ut articulata verba penitus eloquatur.* ELMENH.

VERBA HOM. ARTICULANTUR] Ctesias in Indicis apud Photium loco praedicto, ait, avem illam Indice loqui, imo et Graece, si docta fuerit. Olympiodorus fol. 112, λέγει δὲ περὶ ψιττάκου· ᾧ εἴκοσιν ἔτεσι συνδιῆγον, ὡς σχεδὸν τε οὐδεν τῷ ἀνθρώπῳ πραττομένων ἀμίμητον καταλιμπάνας. ὠρχεῖτο γὰρ καὶ ᾖδε καὶ ἐκάλει ἐξ ὀνόματος, καὶ τἄλλα ἔπραττεν. Et Caelius Rhodiginus Antiq. Lect. L. III. c. 32. scribit se Romae apud Ascanium Cardinalem vidisse psittacum, qui articulatissime continuatis perpetuo verbis Christianae veritatis Symbolum integrum pronunciaret. Vide annotata ad Arnobii L. II. et Plutarchum de Solertia Animalium fol, 972. ELMENH. Pith. Edd. ante Bas. sec. *hominis*, et Pith. Lips. Ed. Iunt. post. *articulant*, atque ita citat Salmasius, quomodo est in Arnobio. Nam passive hic durius foret intelligi.

PATENTIORE] Lips. *patenti ore.*

PLECTRO] Pith. *plectus.*

ID VERO QUOD DICIT etc.] Postulat ipsa sententia, et quae praemittuntur verba de psittaco, geminationem syllabae, *quod didicit.* Martialis: *Psittacus a vobis aliorum nomina discam.* Syllabas non geminasse librarios, quae bis scribendae essent, etsi ad eruendam verborum sententiam literae saepe turbato ordine traiiciendae sint, notum ex textu Digestorum Florentino: ubi saepe obvium SENTI*arum*, pro *sententiarum.* alia trecenta, quod tamen minus animadversum in Senatusconsulti formula l. 1. ff. de adsignandis liber-

ut vocem si audias, hominem putes: nam quidem si videas, idem conari, non eloqui. Verum enimvero et corvus et psittacus nihil aliud, quam quod didicerunt, pronuntiant. Si convicia docueris, conviciabitur, diebus ac noctibus perstrepens maledictis: hoc illi carmen est, hanc putat cantionem. Ubi omnia, quae didicit, maledicta percensuit, denuo repetit eandem cantilenam. Si carere convicio velis; lingua excidenda est, aut quamprimum in silvas suas remittendus.

NUM. XIII. Non enim mihi philosophia id genus orationem largita est, ut natura quibusdam avibus brevem et temporarium cantum commodavit: hirundinibus matutinum, cicadis meridianum, noctuis serum, ululis vespertinum, bubonibus

bertis: *Solus ei patronus, solave patrona esset, perinde, atque si ab eo, eave libertatem consecutus, consecutave est.* utique scribendum enim, *consecutave* EST, pro *esset.* Superiora illa Appuleii de psittaco dicta, meo iudicio iam recte constituta: etsi insuper emendanda, quae de eadem ave praemittuntur: *dum facile os uti conformetur, dum tenera lingua, uti convibretur:* mala scriptura vulgaris, *cum tenera.* STEWECH. Vulgo, *id v. q. dicit.* inepte. ELMENH. Emendabis: *didicit.* WOWER. Recte emendavit Stewech. vel Schikheradus.

UT VOC. SI AUDIAS HOM. PUT. N. Q. SI VIDEAS etc.] Pro *videas* MS. *audias.* Idem, *conātē non loqui.* Lipsius, *tonare non loqui.* COLV. Scilicet *putes*, quae vox ἀπὸ κοινοῦ repetenda. Si audias, putes hominem loqui. Si videas, putes psittacum conari potius quam loqui. Sic Persius eadem de re: *Verba nostra conari.* MS. tamen pro *videas* habet *audias*, et Fulvius pro *idem* mavult, *id est.* SCIOPP. *in Symb.* Martialis de pica: *Si me non videas, esse negabis avem.* MS. *conatem non loqui.* Lips. *tonare non loqui.* Ego etiam, *cantare*, divinabam, quanquam a vulgata lectione non recedo. Iuvat Persius: *Picasque docuit verba nostra conari.* BRANT. Recte post *videas* supplet ἀπὸ κοινοῦ Sciopp*i*us τὸ *putes:* unde patet, nihil hic esse mutandum, et locum bene sanum esse, quem varie varii tentarunt. Ursinus, *si videas, id est conari*, conatus is est, non elocutio. G. Vossius repetit bis *videas.* Audacissime vero Salmas. reponere tentat: *ut longe si audias hominem putes: non quidem, si audias idem coram te eloqui.* Dicit Appul. aliquem, qui psittacum non videns, eius vocem modo audiat, existimaturum se audire hominem. At vero si videat eum, tum putaturum, illam avem id quidem conari non eloqui. Bene huc citarunt VV. DD. loca Martialis et Persii de pica. Verum tamen in MSS. non *videas* sed *audias* exaratur, ut in Flor. Lips. Fulv. Pith. Hinc igitur tantum lego *nam quidem si avim videas.* Ob repetitionem τῶν *vim vi* excidit una syllaba, et hinc factum *audias.* *Avim* autem ut *classim*, *restim* etc. In MS. Lips. vitiose *homines* (unde V. D. *hominis*) et *non loqui*, pro quo Pith. *loqui non.*

CORVUS] Persius: *Quis docuit corvos nostra verba conari.* et Plin. reddatur et corvis sua gratia, et reliqua. Item de hirundinibus, cicadis, noctuis et aliis avibus habes plurima in eo Plin. lib. PYRRH.

AC NOCTIBUS] Pith. *an noct.*

IN SILVAS] Ed. Vicent. *insulas.*

REMITTENDUS] Addunt *est* Pith. Edd. ante Bas. sec. vel Colvii.

N. XIII. NON ENIM] Aliud fragmentum. SCIOPP. *in Symb.* *Enim* deest Pith.

ID GENUS ORATIONIS] Rescribe, *id genus orationem.* iubent enim codex MS. et Romana editio. de Deo Socratis: *Gignamus omnino id genus corpus.* De Mundo: *Quas sapiens genus homo communibus usibus fabricavit.* Ecquando non sic noster, cumque eo melioris Latinitatis magistri reliqui? COLV. Verissime. Infra N. 18, *in auditorio hoc genus.* Gell. L. XV. c. 30. *quod genus ille homo est.* Sexcenties noster et alii *id genus*, *omne genus* pro *generis* usurpant. Vide ad Met. L. XI. p. 771, b.

HIRUNDINIBUS MATUT.] Artemidorus p. 153, de hirundine ὅταν δὲ τὸ ἔαρ παραβάλῃ, πρώτη πρόσεισιν. ὡς ἄν εἴποι τις ὑποδικνύουσα τῶν ἔργων ἕκαστα, καὶ ὅταν γε φαίνηται, οὐδέποτε ἑσπέρας ᾄδει, ἀλλ' ἕωθεν ἡλίου ἀνίσχοντος οὕς ἂν ζῶντας καταλαμβάνοι ὑπομιμνήσκουσα τῶν ἔργων. Nonnus Dionys. lib. 3. vs. 13. Ὄρθριον ὕπνον ἄμερσε λάλος τρίζουσα χελιδών. ELMENH.

CICADIS MERIDIANUM] Ambrosius Hexaemeri lib. 5. cap. 22. *Quam dulcis etiam in exiguo cicadis gutture cantilena, quarum cantibus medio aestu arbusta rumpuntur, eo quod magis canorae meridianis caloribus, quo puriorem aërem id temporis attrahunt spiritu.* ELMENH.

NOCTUIS SERUM] Ambrosius Hexaem. lib. 5. cap. 26. *Habet etiam nox carmina sua quibus vigilias hominum mulcere consuevit. Habet et noctua suos cantus.* Autor de natur. anim. Αἱμύλον ἡ γλαὺξ ἡ φιλέσπερος φύσει. ELMENH.

Be-

nibus nocturnum, gallis antelucanum. Quippe haec animalia inter se, vario tempore et vario modo, occinunt et occipiunt carmine: scilicet galli expergifico, bubones gemulo, ululae querulo, noctuae intorto, cicadae obstrepero, hirundines perarguto. Sed enim philosophi ratio et oratio tempore iugis est, et auditu venerabilis, et intellectu utilis, et modo omnicana.

NUM. XIV. Haec atque hoc genus alia partim cum audiret a Diogene Crates, alias sibimet ipse suggereret; denique in forum exsilit, rem familiarem abiicit,

BUBONIBUS NOCTURNUM] Vide Notata ad Arnobii lib. II. fol. 59. ELMENH.

GALLIS ANTELUC.] Heliod. Aethiop. libr. I. p. 36. Καθ' ὃν γὰρ καιρὸν ἀλεκτρύονες ᾄδουσιν εἴτε (ὡς λόγος) αἰσθήσει φυσικῇ τῆς τοῦ ἡλίου καθ' ἡμᾶς περιστροφῆς ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ πρόσρησιν κινούμενοι, εἴτε ὑπὸ θερμότητος ἅμα καὶ τῆς περὶ τὸ κινεῖσθαι καὶ σιτεῖσθαι θᾶττον ἐπιθυμίας τοὺς συνοικοῦντας ἰδίῳ κηρύγματι ἐπὶ ἔργον ἐγείροντες· ὄναρ αὐτῷ θεῖον ἔρχεται τοιόνδε. Ovidius lib. IV. Met. fab. 5. *Excubitorque diem cantu praedixerat ales.* Martial. lib. 14. Ep. 223. *Lucis aves.* Isidorus de natura rerum c. 3. *Lucis praenuncios gallos* vocat. Antipater Thessalonicensis Anthologiae lib. 7. epigr. 162. Ὄρθρος ἔβη, Χρύσιλλα, πάλαι δ' ἠῷος ἀλέκτωρ Κηρύσσων, φθονερὴν ἠριγένειαν ἄγει. Ὀρνίθων ἔῤῥεις φθονερώτατε, ὅς με διώκεις. Οἴκοθεν εἰς πολλοὺς ἠϊθέων ὀάρους. Γηράσκεις Τιθωνέ. τί γὰρ σὴν εὐνέτιν ἠῶ Οὕτως ὀρθριδίην ἤλασας ἐκ λεχέων. ELMENH.

GALLI EXPERG.] *Hi sunt vigiles nocturni* (inquit Plin.) *quos excitandis in opera mortalibus rumpendoque somno natura genuit.* PYRRH. Pith. *gallis.*

BUBONES] Est bubo funebris et abominatus, Plin. autore, nec cantu aliquo vocali sed gemitu. PYRRH. Lips. *bubonis.*

ULULAE QUER. NOCTUAE INT.] Sic noctuas novem voces habere ait Nigidius, et Plin. noctuam, bubonem et ululam distinguit. PYRRH.

OBSTREPERO] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. *obstreporo.*

IUGIS] Lips. cod. *lucis.* Pith. *huius.*

MODO OMNI CANA] Scribe meo periculo, *modo omni cata.* Varro lib. VI. de Serm. Lat. *Catus Aelius Sextus non, ut aiunt, sapiens, sed acutus, et quod est, tunc coepit memorari simul cata dicta accipienda, acuta dicta.* Arnobii lectionem editam, quae lib. quinto adversus gentes, cum de fabula loquitur, non verear mutare: *Dicunt eam cati patres et supercilosae perlegunt gentes.* nam vulgati libri habent, *cuncti patres.* Plaut. Mostel. *miror tam doctam, tam catam.* Non omnes hos catos accepere, pro Varronis animo. plerique enim et optimi scriptores usurparunt pro hominibus severis, seriis, sapientibus, quo modo Apuleius Athenienses vocavit catos, alii alios. STEWECH. *Modo omnicana* lectio est Romani codicis. MS. et alii *modo omni cana.* Legi aliquando una dictione, *modomnicana:* id est, omni modo canens. Vel potius forte scribere velis, *modo omnicanax*, aut etiam *modomnicanax.* Modomnicanax, vel omnicanax, duntaxat, quae modos omnes, vel omnia canit. Sic Canacius infra lib. III. *Plenius gratias canaciusque libro mandabo.* Sed quod ante legimus, *tempore iugis:* idem scriptus liber pro eo habet, *tempore lucis.* COLV. Recte MSS. una voce *omnicana* πανῳδός. Ridicule locum tentavit Colvius. Frustra quoque est Stewechius.

N. XIV. HOC GENUS] Membranae, *hec g* id est, *haec ergo.* COLV. Aliud fragmentum. SCIOPP. *in Symb.* Omnino haec subiicienda sunt extremis verbis Floridi quarti, ubi divitiarum contemtus et inutilis usus, exemplo navis atque aegrotantis. VIR DOCTUS *in Exempl. Colv. Bib. Reg.* Temere contra MSS. huc Elmenh. et post eum Scriv. ac Flor. transtulit aliud fragmentum, quod vulgo exhibetur Lib. IV. N. 21. ante *siculi navem;* eoque nos rursus demisimus. Nam quod haec 2 fragmenta *Crates ille* et *Haec atque hoc genus* de eodem Cratete agant, non satis caussae est ut iungantur: imo pro uno eodem fragmento habeantur. Cur enim non potuit auctor variis temporibus, variisque in orationibus loqui de hoc tam celebri Philosopho, adeoque ex eius scriptis duo excerpta esse fragmenta, multum a se distantia. Simili temeritate fragmentum XXII. ante *Haec atque hoc gen. alia* ponere voluerunt Floridus et V. D. in Ex. Colv. Bib. Reg. quia priori *Crates ille* in argumento convenit. Rectius hinc advertissent revocandum esse fragmentum ad suum locum.

DIOGENE CRATES] Idem, *Odio Cenocrates.* COLV.

ALIAS] Tacite Appuleium rursus corrupit Woverius, et cum eo Floridus, habentes *alia*, cum in MSS. et Edd. prioribus, ut et Elmenh. ac Scriv. recte sit *alias.* Non sibi invicem respondent *hoc genus alia* et *alia.* Sed hoc genus alia didicit a Cratete partim, partim ipse sibi suggessit. *Alias* enim hic idem est, quod partim, alio-

iicit, velut onus stercoris, magis labori quam usui. Dein coetu facto, maximum exclamat: Crates, inquit, Cratetem manumittit. Exinde non modo solus, verum nudus et liber omnium, quoad vixit, beate vixit. Adeoque eius capiebatur, ut virgo nobilis, spretis iunioribus ac ditioribus procis, ultro eum sibi optaverit. Cumque interscapulum Crates retexisset, quod erat aucto gibbere, pe-

alioquin; nec tempus sed modum notat ut L. IX. Met. p. 667. Alias *Lunia* ... *ignorat*. Somn. p. 12. *Ca...* alias *dicunt*. ubi in uno Cod. *aliter*, in Edd. aliquot *alii*. p. 30, alias *ita pabulosa*. Sic MSS. et Edd. male Salmas. *aliquin*. Septim. de B. Troj. L. III. c. 3. alias *de tali negotio nihil se auditurum*. in MS. Periz. *alioquin*. Vide Com. ad Suet. Tib. c. 71. Charis. p. 173. Saepius autem τῷ *partim* subiicit tale quid noster. De Deo Socr. p. 664. Ed. Flor partim *visu usurpamus*, alias *intellectu vestigamus*. Vide ad Met. L. IV. p. 287. b.

Ipse suggereret] Idem, *suggeretur*. Colv. Edd. Rom. Vicent. *suggeret*, ut monuit iam Becichem. Ep. 98.

Onus stercoris] Malim: *tergoris*. Wower. Protulit hanc coniecturam etiam ad Minuc. Fel. c. 38, atque ita citat Wasse ad Sallust. B. Jug. c. 14. *prius oneri quam usui est*. W. Goesius margini adlevit *velut onus stercoris*. Sed *onus stercoris* idem est quod *onus stercoreum* sive sordidum. De hoc genitivo adi ad Met. L. IV. p. 439, b.

Labori] MS. Lips. Ed. Iunt. pr. *laboris*.

Maximo, excl. Cr. inquit] Rom. *maximum exclamat*. recte. Elmenh. Pith. et Edd. quas vidi omnes ante Colv. habent *maximum excl.* quod revocavit Scriver. probavitque Elmenh. Vere. Est enim imitatio Plautina ex Mostell. A. II, 2, 57. *atque ille* exclamat *derepente* maximum. Adiectiva neutrius generis adverbialiter nostro usurpari, saepe notatum supra. Porro nemo non videt, hic plane παρέλκειν τὸ *inquit*. quod crebro intruserunt librarii: ut monui quoque saepius. V. Ind. Not. [Homericum est μακρὸν ἄυσε. — I. B.]

Crates te manumittes] Ful. Cod. *Crates*, *inquit*, *Cratetem manumittit*. Suid. Crates. Plutarch. de Usura. Wower. Fulvius: *Crates Cratetem manumittit*. recte. Suidas in Κράτης: Ἀρθεὶς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, εἶπεν, ἐλευθεροῖ Κράτητα Θηβαῖον Κράτης. Plutarch. de Usura tom. 3. p. 117. Isidorus Pelusiota f. 264. Philo f. 558. Hieron. contra Iovian. lib. 1. cap. 27. Elmenh. Omnino recte Ursinus. Vulgo legitur *Crates Crates te manumittes*. Scriver. cum Florido *Cratem manumittit*, ut *Thalem* N. 18. sed *Cratetem* scriptae lectioni *te* propius accedit.

Quoad vixit] Ed. Iunt. post. *quod vixit*. Adi ad Met. L. I. p. 37, a.

Adeoque eius capiebatur] Locutio Graeca: eo capiebatur et delectabatur et rapiebatur illius amore virgo nobilis Hipparche, alii Hipparchiam nominant, ut est apud Laërtium lib. VI. haec historia. Pyrrh. *Is capiebatur*] Idem uberius: *adeoque eius cupieb. imago*. Colv. Rom. et Florent. *adeoque eius* ... Fulvii liber: *adeoque eius cup. imago*. Elmenh. Becich. Ep. 98. Ed. Iunt. post. etc. *is cup.* at Pith. Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *eius cup.* unde I. Pyrrhus locutione Graeca legit *eius capiebatur*, pro eius amore, *virgo nobilis*. Sed tum *ut* post *virgo nob.* poni debuisset. Potius videtur esse Genitivus pro Nominativo, ut *venit in mentem eius rei*, et similia. Sed in MS. Florent. *eius cup. vita.* in MSS. Fulv. Becichemi, Lips. *eius cup. imago*, at in Coll. Voss. *enim c. imago*. in Coll. Lips. *et*, atque hinc Colvius *eius* Voss. *enim* fecit. Fuitne *adeoque usque*? Saepe in nostro *usque adeo*.

Virgo nobilis] Hanc Hipparchiam vocat Diog. Laërtius lib. VI. noster Hipparchem. Sed Laërtii verba ad hunc locum: Οὐδενὸς μνηστευομένων ἐπιστρεφομένη, οὐ πλούτου, οὐκ εὐγενείας, οὐ κάλλους. Ex quo etiam aliis saepe in hisce Philosophicis scriptis verbatim multa noster transtulisse huc videri potest; ut, si aetatem id ferre certo sciremus, id certo affirmare non dubitaremus: aut certe illum a nostro quaedam mutuatum quod minus verisimile. Pluribus locis infra id probabimus. Colv.

Ac ditioribus] Prave haec exsulant ab Ed. Floridi.

Ultro eum] Rom. et Flor. *ultroneum*. Elmenh. Vulg. *ultroneum*. Colv. Habent id Edd. Colvio priores, item Elmenhorstii. Perperam. Non enim Crates *ultroneus*, sed illa *ultronea*, ut forsan legendum. Saepe enim vox *ultroneus* apud Appuleium. *Ultro* habet MS. Lips. *Ultronee* vir doctus adlevit margini Ed. Iunt. post.

Optaverit] Cod. Voss. Lips. *optaverat*.

Interscapulum] Sunt qui malint, *interscapilium*, teste Beroaldo in III. de Asino aureo. Glossarius liber: *Interscapulum*, Μετάφρενον. Colv. Alii liber: *interscaplium*. Glossae: *Interscapulum* μετάφρενον. Hyginus Astron. in deformatione maioris ursae: *in summo interscaplio unam*. Ita passim. In figuratione canis: *in pede priore tres*, *inter scapulas tres*. Forte: *interscapulo*. In deformatione Pegasi: *in scapulo* ...

Wo-

peramque cum baculo et pallium humi posuisset, eamque supellectilem sibi esse puellae profiteretur, eamque formam, quam videret: proinde sedulo consuleret, nec post querelae causam caperet: enimvero Hipparche conditionem accipit. Iamdudum sibi provisum satis, et satis, consultum respondit: neque ditiorem maritum, neque formosiorem uspiam gentium posse invenire. proinde duceret, quo liberet. Duxit Cynicus in porticum. ibidem, in loco celebri, coram, luce claris-

Wower. Florent. *inter scapulum.* Vide Indicem. Elmenh. Sic constanter MSS. Flor. Lips. et Edd. ante Vulcan. qui cum quibusdam iam Beroaldi aetate, sed refragante Becichemo Ep. 98, edidit *interscapilium:* quomodo est constanter in MSS. et Edd. Hygini saepius in Astron. frustraque ibi Wower. voluit quoque *interscapulum.* Adi Munker. ad L III. c. 1. Non hic tamen *interscapilium* cum Vulc. Scal. Elm. Scriv. Edd. intruderem vel *interscaplium*, ut alii volunt. Consule Wow. et Elmenh. Ind. Pith. *interscrapulum.*

Quod erat aucto gibbere] Quid si, *quod auxerat gibbere.* παθητικῶς. Simile factum patris Galbae apud Sueton. Galba cap. 3. Brant. Quid si legas, *quod erat auctum?* nempe interscapilium gibbo intumuerat. Crates, ut refert Laërtius, cum sentiret se morti proximum, inspiciebat se ipsum, dicens: στείχεις δὴ φίλε κύρτων. Βαίνεις εἰς ἀΐδαο δόμους κυφὸς ὢν διὰ γῆρας. Florid. Certe sana haec esse non credo. Burm. divinavit *alto.* Rectius Vir Doctus ad marg. Ed. Iunt. post. *acuto.* Ut legendum esse monui ad Sueton. August. cap. 78. Pith. *auctor.* An *auctiore?* [Possit quoque legi *auctius gibbere.* — I. B.]

Eamque supellectilem] Laërtius: Καὶ ἀποθέμενος τὴν ἑαυτοῦ σκευὴν ἄντικρυς αὐτῆς, ἔφη, ὁ μὲν νύμφιος, οὗτος, ἡ δὲ κτῆσις, αὕτη, πρὸς ταῦτα βουλεύου. Colv.

Viderat] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. *videat.* Ed. Iunt. post. *videret.* Bene. Tunc enim videbat Hipparche, dum Crates haec loquebatur.

Querela eam caperet] MS. *querela eam. cap.* Contenderim scripturam genuinam esse, *querelae causam cap.* Querela proprie de animi offensa coniugiali amori interveniente. Hinc in veteribus monumentis: cum qua vixit sine ulla querela. Colv. MS. *ne praeter querelam, causam caperet.* Non satis intelligo. Cogitent eruditi. Sciopp. *in Symb.* Flor. et Rom. *querelam c.* Aldus, *querela eam caperet.* Elmenh. Recte locum restituit Colv. Sensus autem est; ne deinde arriperet praetextum querendi. Colv. secuti sunt seqq. Edd. praeter Elmenh. ac Scriv. qui retinent veterem lectionem non malam *querela eam caperet.* In MS. Flor. uno et Pith. est *querelam eam c.* in altero Flor. *querelae eam c.* Fulvian. *ne praeter querelam causam c.* Forsan propius ad vestigia MSS. legas *querelae ansam.* quod perinde est.

Hipparche] MS. *in partem.* Colv. Flor. 2. *imparse.* Laërtius *Hipparchiam* illam vocat lib. 6. pag. 427. Elmenh.

Conditionem accipit] Diogenes: Εἵλετο ἡ παῖς. Terentius Andria: *Ita ut ingenium est omnium Hominum ab labore proclive ad libidinem; Accepit conditionem.* Sic semper Conditio, ubi de nuptiis et matrimonio sermo: apud Plautum centies. Aulularia: *Tu conditionem hanc accipe ausculta mihi, Atque eam desponde mihi.* Sticho: *Nam me quidem haec conditio nunc non poenitet. Neque est cur nunc studeam has nuptias mutarier.* Trinummo: *Habeo dotem, unde dein ut eam in se dignam conditionem collocem.* Unde in sponsalibus discutiendis formula solemnis; *Conditione tua non utor.* L. II. D. de Divort. et Repud. Colv.

Uspiam gentium] Desunt Coll. Voss. Lips.

Dux Cynicus] Crates. quamvis et Diogenes Cynicus dux dicatur, ut apud Menandrum: *mecum ambulabis pallio amicta, sicuti cum Crate Cynico coniunx.* Pyrrh. Cratem philosophum ab Hipparche puella efflictim adamatum narravit, ipsum eandem dehortari conatum, amorem deponeret: se nimirum pauperem esse, ad hoc deformem. ut probaret utrumque, dorsum gibbosum in publico illi exhibuisse; supellectilem, et mundum philosophicum, pallium cum pera, et baculo humi proposuisse: his nihil commotam puellam respondisse, illo se marito contentam, ac subdidisse, duceret quo luberet. Ille conditione accepta, quam alii domum ducere solent uxorem, in locum publicum duxit, atque ibi accubuit. Imo quod proprium Cynicorum erat, novam nuptam in propatulo virginis nomen ponere voluit: et hinc est cur nomen Cynicis a canibus inditum, ut auctor Diogenes Laërtius in vita eiusdem philosophi. Ex quibus liquet, non abs re me emendasse superiora: *Duxit Cynicus in porticum, ibidem celebri loco, in coram, luce clarissima accubuit.* Stewech. Sic omnes libri, non bene tamen. emendo: *Duxit Cynicus in port.* Paulo aliter haec cum paucis quae sequuntur narrat Diogenes, qui ait: Καὶ ταυτὸν ἀναλαβοῦσα σχῆμα συμπεριῄει τ' ἀνδρὶ, καὶ ἐν τῷ φανερῷ συνεγίνετο, καὶ ἐπὶ τὰ δεῖπνα ἀπῄει. Colv.

rissima accubuit. coramque virginem imminuisset, paratam pari constantia, ni Zeno procinctu palliastri, a circumstantis coronae obtutu magistrum in secreto defendisset.

NUM. XV. Samos Icario in mari modica insula est, exadversum Mileto, ad Occidentem eius sita, nec ab ea multo pelagi dispescitur. Utrumvis clementer na-

COLV. Fulvius: *duxit C. i. p. ibique.* SCIOPP. *in Symb.* Aldus, *Dux Cynicus in p.* male. ELMENH. Becich. Ep. 98, Colv. Ursin. Stewech. bene *duxit*; at Wower. et seqq. *du..t*, ut videtur esse in Florent. *dux* MS. Lips. Pith. et Edd. priores.

IBIDEM] Ursin. *ibique.*

IN LOCO CEL. CORAM] Stewech. supra *loco cel. in coram.* Sed non opus id. Vide Ind. Not.

IBIDEM IN LOCO CEL. ACCUBUIT] Alii, *ibique in loco c. a.* Laërtius lib. 6. p. 427. εἵλετο ἡ παῖς, καὶ ταυτὸν ἀναλαβοῦσα σχῆμα etc. Lactantius de falsa sapientia lib. 3. cap. 15. *Quid ego de cynicis loquar, quibus in propatulo coire mos fuit.* Tacianus contra Graecos fol. 348. Isidorus Originum lib. 8. cap. 6. Lucianus *peregrino* fol. 280. Ipse has nuptias κυνογαμίαν appellavit, ut notat Suidas. ELMENH. Vide ad Clem. Alex. Strom. IV. p. 619, Ed. Oxon.

IMMINUISSET] Imminuere, vitiare, virginem invadere. alii habent *inivisset.* PYRRH. MS. *virg. cum immi.* Et ex eodem paulo post, *paratam pari constantia;* cum nusquam ante τὸ *pari* esset. COLV. Absurde alii: *inivisset.* Imminuere virginem διακορεύειν, διαπαρθενεύειν. Ita notabis apud Auson. Centone nuptiali: *Imminutio.* WOWER. Vulcanius quoque Ed. suae margini adlevit *inivisset.* Sed vide Wower. et corrige Acronem ad Horat. L. I. O. 26. *integris fontibus, plenis et* immutationem *nescientibus:* immo vero *imminutionem* i. e. ut Cruq. Schol. ait, *incontaminatis.*

PARI] Exsulat male ab Edd. Iunt. Ald. Bas.

NI ZENO] Haec non scribuntur Laërtio. Quod facit ut suspicer ex alio quopiam veterum hausisse haec nostrum, e quo forte etiam multa in Vitas suas derivavit ille Graecus. COLV.

PROCINCTU PALLIASTRI] Assentior Fulvio reponenti: *proiectu*, hoc est, protensione. SCIOPP. *in Symb.* Frustra. quod in Glossis est *Procinctus* προβολή, ad rem militarem pertinet. Propius accederet *protentu.*

A CIRCUMST.] Bene praepositionem addidit Elmenh., scilicet e Cod. Florent. licet id sileat. A prioribus Edd. abest *a.*

DEFENDISSET] Becichemus antiquam lectionem ait, *recondisset.* COLV. *in Omiss.*

MAGISTRUM] MS. cod. *magistri.* COLV. forte, *magistri insecreta defendisset.* BRANT. Inepte. Alius V. D. *magistri secretum def.* dein Burm. coniecit *ut in s.* in Pith. est *magistri et s. ostend.*

N. XV. SAMOS] Aliud fragmentum. SCIOPP. *in Symb.* Haec est Samothracia in Aegaeo mari, de qua, Tortellio teste, hic locus Apuleianus intelligi debet, quae, Varrone et Lactantio testibus, Iunoni natalis fuit et dicata, ubi templum erat Iunoni sacrum, ubi a Samiis prae ceteris numinibus honorabatur. PYRRH. Errant vehementer Tortellius et Pyrrhus, cum hunc locum capiunt de Samothracia in Aegaeo mari, quae sane nunquam *Iunonia Samos* dicta, nec vicina est Mileto, nec Polycrati tyranno subiecta fuit, uti nec Pythagorae patria. Est Samos Ionica sive *prima* πρώτη Ἰόνων. Quae praeterea hic de Ionica Samo, memorantur et a Strabone L. XIV, p. 944. Ed. Amst. nec non Plinio L. V, 37. Pith. *Icaria.*

EXADVERSUM MILETOS AD OCC. EIUS S.] Malim: *Mileto.* SCIOPP. *in Symb.* MS. *exadverso.* ut et sequenti libro: *sese quisque ex adverso quam proxime collocat.* Sed utrumque rectum. COLV. Sic quidem MSS. et Edd. O. praeter Ed. Floridi; quae si lectio ab Appuleio est profecta, gravis foret error. Tum enim scribere debuerat *ad Orientem:* quod substitui voluit Vinc. Contaren. L. I. V. L. c. 1. Sed leniori medicina Groslot. Sciopp. et Pricaeus emendarunt, eosque secutus est tacite Floridus *Mileto*, ut Samos ad Occidentem Mileti dicatur sita. Vide ad Apolog. p. 19. *exadversum soli.* Plerumque tamen vel absolute, ut Plin. L. VI, 16, vel cum accusativo construi videas. V. Salm. ad Solin. p. 827. nam Terentii locus in Phorm. I, 2, 38 incertus est, legine debeat *exadversum loco*, ut citatur a Gellio L. VII, c. 7. vel *ei loco*, an *exadverso ilico.* [*Ex adverso* scribendum videtur Burmanno ad Sueton. Tib. c, 33. sed *exadversum* tuetur Oudendorp. ad Suet. Caes. c. 39. — I. B.]

DISPESCITUR] Editur ante passim, *dispicitur.* Infra lib. de Deo Socratis: *Cum et habitacula summa ab infimis tanta intercapedine fastigii dispescant.* Plinius lib. V. *Inde Africam ab Aethiopia dispescens.* Etiam corrigendus Martianus Capella lib. VI. *Nam ab Europa Calpe, Africa Abyla monte dispescitur.* ibi enim vulgo legitur, *despicitur.* COLV. Florent. Ald. et Rom. *despicitur.* male. ELMENH. Magis placet editio Basil. *dispicitur.* Macrobius: *quod Rhegium a Messana* dis-

navigantem dies alter in portu sistit. Ager frumento piger, aratro irritus, foecundior oliveto, nec vinitori, nec olitori scalpitur. Ruratio omnis in sarculo et surculo: quorum proventu magis fructuosa insula est, quam frugifera. Ceterum et incolis frequens, et hospitibus celebrata. Oppidum habet nequaquam pro gloria: sed quod fuisse amplum, semiruta moenium multifariam indicant. Enimvero fanum Iunonis antiquitus famigeratum. id fanum secundo litore, si recte

dispicit. Solinus: *Africum limitem dispicit.* Brant. Recte hunc locum correxere Lipsius, Groslot. Colv. et Rob. Titius Controv. L. VI. c. 9. *Dispicitur*, quod est in MSS. Lips. Pith. et Edd. Vett. perperam corruptis Macrobii et Solini locis defendit Brantius. Adi Colv. et Salmas. ad Sol. c. 38 in fine. *A Ciliciae finibus Africum limitem* dispescit. id. Sol. c. 7. p. 17. *quatuor non amplius milibus* dispescens *utrumque litus.* Martiani loco a Colvio correcto adde alium ibid. p. 201. *quarum primam atque ultimam interruptio* dissecat *Oceani.* recte Grotius *dispescit*, ut clare in MSS. tribus antiquissimis Leidensibus legas. p. 221. *Hermus Phrygiam Cariamque* dispescit. vulgo *dispartit.* alii *despicit*, *dissecat*, quod alioquin non damnem, ut p. 202. *Sed praedictum latus a Pyrenei* (al. *Pyrenaeis*) *iugis* dissecatur. cf. ad Met. L. IV. p. 296, b.

Utrumvis] MS. lib. *verumvis.* Colv. i. e. utrum versum. sive Mileto Samum, sive Samo Miletum. Florid. Mavult Vir doctus Misc. Obs. Vol. V. Tom. 3. p. 114. *utramvis* vel *utrimvis.* Recte. [cf. Ind. — I. B.]

Dies alter] Edd. vett. *alter dies.* Pith. *navigante diem:* deest mox *ager.*

Aratro irritus] Lips. *aratur.* Pith. *viridus.*

Foecundior] Ed. Bas. pr. *foecundiore.*

Nec vinitori nec olitori] MS. *oleri.* Sed forte potius legendum, *olivitori.* Scio olitorem alibi pro olerario a Lucio nostro etiam poni. Sed coniuncta haec saepius observavi Vinitor et Olivitor: aut Oliveta et Vineta. Sidonius lib. II. Epist. *Colles aedibus superiores exercentur vinitori et olivitori.* Ulpianus Fragment. tit. VI. *veluti si vineta et oliveta fecerit.* Synesius Epist. 67. Δεσπότης τοῦ κτήματος ἐγένετο πρὸς τῷ λόφῳ καὶ τῶν ἀμπελώνων καὶ τῶν ἐλαιώνων. Colv. Florent. et Rom. *olitori.* Elmenh. *Oleri* MS. Colv. *olivitori*, quod non placet. Brant. *Olitori* legendum esse, non *olivitori*, ut perperam putat Colvius, satis ostendit id quod ait supra *foecundior oliveto.* Id nimirum vult, Sami insulae solum solis olivetis aptum, frumento ineptum, vitibus quoque et oleribus hortorumque cultui minime accommodatum. Florid. Certe prave omnino Colvius reposuit *olivitori* contra ipsius auctoris mentem, ut bene ostendit Flor. quare vehementer miror illud ab Edd. seqq. retentum esse. Quod revocavit Flor. *olitori* tamen primum Becichemi inventum est et comparet in Edd. Basiliensibus. Bene quidem, si MSS. addicerent. At illi, ut Florent. Lips. Pith. et Edd. vett. dant *oleri.* Forsan legendum, *nec vineto, nec oleri scalpitur* i. e. ad vineta aut olera. *Olerarius* et *Olerator* de olerum venditore occurrit in Glossis. Ceterum οὐκ εὔοινον esse Samon testatur quoque Strabo. Habuit tamen haec insula vineas: unde enim alioquin nomen promontorio Sami ἄμπελος. In MSS. autem Lips. Pith. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. est *sculpitur.* A Becichemo etiam est *scalpitur.* Bene.

Omnis] MS. cod. *omnes.* Colv. Item Pith.

Et surculo] Lips. *et in surculo.*

Magis] Idem, *magni.* Colv.

Fuisse] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *fuisset.*

Semiruta moenium] Idem, *semirupta*, expuncto τῷ *moenium.* Colv.

Multifariam] Pith. *multifaria.*

Indicant] Coll. Voss. *indicatur.*

Id fanum] Pith. *et fanum.*

Secundo littore] Fortassis recte legas, *secundum littora.* Colv. *Secundum littora*, Colv. Pro vulgata tamen Sallust. Iugurth. *Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa dividit, secundo mari prima Cyrene est.* Brant. Haec est constans MSS. Florent. Lips. Fulv. et Edd. vett. lectio, quam e Colvii, sive potius Lipsii coniectura commutarunt in *secundum litora*, sive iuxta litus et mare. Verum idem notat vulgata scriptura, ut bene vidit Brantius; et recte veterem lectionem revocavit Scriverius. Docuit id clare I. Wasse ad Sallust. B. Iug. c. 19. a Brantio cit. ubi *secundo mari* est, versus, secundum mare euntibus; quidquid obloquatur Cortius. Clare sic praeter Orosium Caesar L. VII. B. G. c. 58. de itinere terrestri *Exercitum transducit, et* secundo flumine *ad Lutetiam iter facere coepit.* Ita enim MSS. O. praeter unicum Norvic. e Glossa, ut cum Wassio iam vidit Davisius ad c. 60. Sic ergo hic *secundo litore* i. e. versus litus euntibus. Scio, saepius *secundum mare*, *secundum fluvium* dici cum agitur de navigatione, quae fit secundo aestu, et secundo vel placido vento; cum navem quasi sequitur flumen vel mare, ut *secundo sole ventus* est, qui

recte recordor, viam viginti haud amplius stadiis ab oppido abest. Ibi donarium Deae perquam opulentum: plurima auri et argenti ratio, in lancibus, speculis, poculis, et cuiuscemodi utensilibus. Magna etiam vis aeris, vario effigiatu, veterrimo et spectabili opere. Vel inde ante aram Bathylli statua a Polycrate tyranno dicata, qua nihil videor effectius cognovisse. quidam Pythagorae eam falso existimant. Adolescens est visenda pulchritudine, crinibus fronte parili separatu per malas remulsis: pone autem coma prolixior interlucentem cervicem scapularum finibus obumbrat. Cervix suci plena, malae uberes, genae teretes, ac medio

qui a sole fertur. Vid. Salm. ad Solin. p. 890. Sed hoc locis adductis significare nequit.

STADIIS] Sic MSS. Florent. Lips. Edd. Elmenh. etc. Ante edebatur *stadia*, ut est in Pith. Debuerat tum esse *stadiorum*, ut placet Viro Docto, vel potius *stadium*.

OPPIDO ABEST] Elmenh. ex Cod. Florent. *ab oppido*. Bene. Vide ad Caesar. L. V. B. G. c. 27. *alter paullo amplius ab his* (castris) *absit*.

PERQUAM OP.] Flor. *praequam o*. ELMENH. Male.

AURI ET ARG.] Idem, *auri est et arg*. COLV.

LANCIBUS] In quibus exta, quae aris Deorum imposita. Virgilius lib. II. Georg. *Lancibus aut pandis fumantia reddimus exta*. Ubi Servius: *Sacerdotum usus est verbo. Reddi enim dicebantur exta, cum probata et elixa arae superponebantur*. Ovidius: *Nec defensa iuvent Capitolia, quo minus anser Det iecur in lances, Inachi, lauta tuas*. De speculis scripsi ad XI. Metam. COLV.

HUIUSCEMODI] Ed. Floridi *huiusmodi*. Codd. Florent. *cuiuscemodi*, i. e. cuiuscumque generis. Optime. Vide Ind. Not.

ET SPECTABILI] Pith. *exspectabili*.

VEL INDE] Sic MSS. et Becich. cum Edd. Iunt. post. Colv. etc. Hoc Floridus interpretatur: *documento sit vel unum signum Bathylli*. In aliis Edd. erat *vel tamen*, unde Groslot. coniecit *vel tantum*. Scriverius edidit *vel vide statuam* etc. *dicatam*, ut coniecerat quoque W. Goesius, qui tamen retinet *statua*. [Forte leg. *veluti ante aram B. statua* etc. — I. B.]

BATHYLLI STATUA] Batyllus ioculator, saltator quoque fuit Samius adolescens, quem ob miram formae speciem Anacreon Poëta fertur adamasse. Cum aspiratione scribi debere Tortellius voluit. Huius et Iuven. meminit. PYRRH. Vide Anacreontem in Batyllum et Chrysostomum contra Gentiles fol. 42. Athenaeum lib. 12. fol. 535. ELMENH.

A POLYCRATE] Coll. Voss. Lips. abest *a*, quo notetur non a tyranno esse dicatam statuam, sed illius tyranni tempore.

VIDEOR EFFECTIUS] MS. liber *video efficacius*. Num *effigiatius*? Sed nihil mutem. COLV. *Effectius* ἐξεργασμένον quid si, *exactius*? SCIOPP. *in Symb*. *Effectius* i. e. elaboratius, perfectius et *exactius*, quod frustra substituere voluit Scioppius, sive *effigiatius*, ut male coniecit Colv. *Effectius* proprie de statua, quae ab artificibus passim *effici* dicitur, cum elaboratur. Adi ad Met. L. II. p. 92, a. Comparativus hic occurrit quoque in Flor. N. 16, *Tum ego perfectius, cum vos effectius*. Adde Fabri Thes. *Affectatius* citat Britannicus ad Iuven. S. XIII, 118. *Effigies inter vestras, statuamque Vagelli*. ubi MSS. plurimi, et in his tres a me visi *Bathylli*.

FRONTE] Malim *a fronte*.

SEPARATA] Amplector scriptam lectionem, *separatu*. COLV. Bene Colv. et seqq. cum MSS. Ante sine sensu *separata*.

REVULSIS] Sic MSS. In Edd. ante Colv. *revulsus*. Sed legendum esse *remulsis* cum Salmasio ad Tertull. Pall. vidimus supra ad N. 3.

PONE AUTEM COMA] Scriverius edidit *pone aurem*. Sed nulla mutatione opus est. Primo descripsit *antias*, ad malas et per aures remulsas ac dependentes; iam pergit depingere crines a capite promissos pone cervicem, sive *aversos*, quos *retropendulos* dicit L. V. Met. p. 161. Pric.

SUCCI PLENA] Flor. *suci plena*. ELMENH. Item Pith. et Ed. Vic. Bene. [cf. Voss. Etym. in V. Terent. Eun. II. 3, 27, *corpus solidum et succi plenum*. Arnob. adv. Gent. 5, *quam cum Verveceus Iupiter bene validam, floridam et succi esse conspiceret plenioris*. Appul. Apol. *vide quam facies eius decora et succi palaestrici plena sit*. p. 72. Pric. quem ibi vide. Respondet autem Graecorum ὑγιὴς ab ὕγω, proprie notans *succulentus*, *plenus succi* quem bene valentes ex alimentis trahunt (cf. Donat. ad Ter. l. c.) hinc demum *sanus*. — I. B.]

MALAE UBERES] Quid hoc est rei? Suntne magnae et amplae malae? At eiusmodi malae turpes sunt et invenustae, proindeque ab huius signi descriptione alienae. corruptum est aliquid. Lege meo periculo *impuberes*, hoc est, *imberbes*. FLORID. Perperam. *Malae uberes* non quidem sunt buccosae et nimis protuberantes, sed succulentae, *plenae*, nec macidae vel *lapsae*.

 de

dio mento lacuna, eique prorsus citharoedicus status, Deam conspiciens, canenti similis, tunicam picturis variegatam deorsus ad pedes deiectus ipsos, Graecanico cingulo; chlamyda velat utrumque brachium adusque articulos palmarum.

ce-

de quibus vide ad Met. L. X. p. 681, b. Sic *equitem* uberrimum *et habitissimum* habemus apud Gell. L. IV. c. 20. Has malas Anacreon Od. XXVIII. vocat *ὅλην πυρειάν*. Noster de signo Mercurii in Apol. p. 72. Ed. Pric. *facies eius decora et succi palaestrici plena.*

AC MODICO MENTO LACULATUR] Rom. ed. *at modico. Laculatur* eiusdem Rom. editionis scriptura, et Ven. item Ald. Alii *iaculatur*. Nihildum certi de hoc constituere ausim. Isidorus equidem Orig. L. XIX. c. 22. *Vestis laculata est, quae lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos, aut additos acu.* Quod quomodo ad mentum trahi possit, nondum capio. COLV. Ignoro quis hunc locum constituerit, quem postremae editiones ita legunt: *ac modico mento facies.* Romana et Veneta: *laculatur*. Aldina: *iaculatur*. Non invenio quid substituam, nisi legas: *ac modico mento acutatae.* Vel potius: *acutulae.* ita astutulus, stultulus in Apul. et apud Cic. III. de Nat. De. *Zenonis conclusiones acutulas.* WOWER. Manuscriptus Mangani: *ac medio mento ioculatur.* Quid si, *lacunatur?* ERYC. PUTEAN. Flor. 2. *at medio mento laculatur.* Aldus et Rom. *ac modico mento lacunatur.* [?] Latet quippiam. ELMENH. *ac modica mento lacuna* repono ex corrupto Ald. et Rom. Edit. loco, *ac modico mento lacunatur.* [?] Per lacunam intellige cavum illud, quod in mento quorumdam cernitur, quod si modicum est, gratiam addit et venustatem ori. FLORID. Veram lectionem nemo vidit praeter unicum Er. Puteanum, cui tamen nemo paruit. Scilicet in MSS. Florent. et Edd. Vett. est *laculatur*. Pith. *lacullatur*. Bemb. *luculatur*. Mang. *ioculatur*. Lips. Edd. Bas. Scriv. *iaculatur*. Pro *modico* in uno Florent. Bemb. Mang. Lips. est *medio*. Manganus coniecerat *ac medio mento laculatur*. A. Gronov. in Obs. Misc. Vol. V. T. 3. p. 114. *ac medium mentum loculatum* e Varrone L. III. de Re rust. c. ult. *loculatas arculas* et *loculatae piscinae:* in quibus multi loculi, seu separata a se invicem loca. Sed quid hoc ad *mentum?* Contarenus coniecit *ac modice mentum bucculae* vel *laculatum.* Interpolate adhuc magis Floridus edidit *ac modica mento lacuna:* nam ut verum sit, cavitatem in medio virorum mento, si modica sit, gratiam iis et venustatem adferre, et sine dubio id hoc loco voluerit auctor, nimis haec scriptura abit a MSS. Quam pulchrae autem sint *genae teretes modico mento acutulae* Wowerius ipse viderit. Turpius adhuc locum interpolavit Vulcanius, pro *laculatur* supposito *facies*. Quare unice amplector Er. Puteani coniecturam *ac medio mento lacunatur* vel *ac modice medio mento lacunatur.* sed prius malo. *Lacuna* vocatur omnis cavitas, vel sectio, seu fissio in quacumque re. Hinc *Lacunae imaginum* Solin. p. 138. apud Salmas. *Oculorum lacunae* Plinius apud Salmas. Exerc. p. 290. De sulco aratri Varro L. I. c. 29. De vulneribus Auson. Ep. IV. 32. De ore aperto Ovid. L. III. Art. Am. 283. *sint modici rictus, sint parvae utrimque* lacunae. Graece *βόθρος* dicitur. Vide Glossas. Vias incisas fossis vel rivulis saepe noster *lacunosas* vocat. Adi ad Met. L. I. p. 33, b. Plura de *lacunis* vide apud Gronov. ad Gell. L. I. c. 3. *Lacunatur* est impersonaliter pro, est lacuna, adparet lacuna in medio mento. Atque hoc verbum restituendum puto Isidori loco a Colvio cit. ubi pro *laculata* leg. *lacunata*, quod patet e cap. 12. *lacunaria dicuntur quae lacus quosdam quadratos vel rotundos ligno vel gypso vel coloribus habent pictos cum signis intermicantibus.* hinc enim adparet metaphoram esse desumtam. idque verbo *lacunare* expressit Ovid. L. VIII. Met. vs. 563. Immo pro *concavatus* in re parva adhibuit Plin. L. XV. c. 10. *nucleos* lacunatis *toris inclusos.* Ceterum pro *ac* non male in Pith. et Ed. Rom. est *at*. *Laculari* defendi tamen posset a *lacus*, ut a *pullus pullulare*, a *tubus tubulari*. [Cf. Vossii Etym. V. *lacus*. Lego tamen partim cum Florido: *Cervix succi plena, malae uberes, genae teretes, ac medio mento lacuna. Lacunatur* enim, sive *laculatur* impersonaliter hoc sensu mihi non placet. Sed tamen illud *tur* quod in MSS. sequitur, non pro nihilo habendum. Hinc V. Cl. D. I. Lennepius suspicatur legendum esse: *truncique* vel *trunci quoque prorsus citharoedicus status* i. e. corporis praeter caput, cuius descriptio praecesserat. — I. B.]

CANENTI SIMILIS] MS. cod. *canenti simul.* COLV. Item Pith.

TUNICAM PICT. VARIEGATAM] Statius lib. 6. Theb. vs. 365. — *Differt avidas audire sorores: Dumque chelin, lauro textumque illustre coronae subligat, et picto distinguat pectora limbo.* ELMENH. Pith. *variegatum.*

CHLAMYDA] Passim ante *chlamyde.* COLV. Sic recte MS. Lips. Edd. Iunt. post. Colv. etc. Vide ad Met. L. X. p. 737, a. *Ephebica chlamyda.* Florent. Pith. Coll. Lips. et Edd. vett. *chlamyde.* sine sensu.

DE-

cetera decoris in striis dependent. Cithara baltheo caelato apta, strictim sustinetur. manus eius tenerae, procerulae. laeva distantibus digitis nervos molitur: dextera psallentis gestu pulsabulum citharae admovet, ceu parata percutere, cum vox in can-

Decoris instrumentis dependent] Vetus liber, *decoris histris*. Putem scribendum, *cetera decoris striis*. Striae, id est, cavaturae, sulci, lacunae, quae in columnis. Sic etiam Varro lib. I. de re rustica: *Qua aratrum vomere lacunam, striam facit, sulcus vocatur*. Sidonius lib. IV. Epistolarum: *Quod posit aptari conchae capaci: quae per ansarum latus utrumque in extremum gyri arcta, fundi senis cavatur striaturis*. Hinc lib. X. Metam. *Senili tristitie striatam gerens frontem:* et XI. *Serpens striato tumore sublimis*. Haec ita scripseram: cum magis probare sese mihi coepit Lipsii nostri coniectura, *cetera decoris histrici*. Instrumenta musica ad decorem histricum, seu histrionium pertinere ait. Adsentitur Arnobius lib. VI. *Cum plectro et fidibus Delius citharistae gestus servans cantaturi, et naenias histrionis*. Colv. In vet. *histriis*. Unde malim: *decoris in striis dep.* ut intelligat plicas vestimenti. Wower. *Decoris histrici* Lipsius elect. cap. 21. Florent. *d. histris*. Rom. et Ald. *d. instrumentis*. Colvius *d. striis*, et capit de plicis vestimenti. Elmenh. Lipsii coniecturam Vulcanius ceterique expresserunt, cum vulgo legeretur *decoris instrumentis*. De *Histricis* adi Beroald. T. I. Thes. Crit. p. 263. Sed vellem nobis explicasset Lipsius, quae illa *cetera decoris histrici* sint, quae *dependent*. Colvius ait esse instrumenta musica ad decorem histrionium pertinentia. Atqui subdit auctor, citharam balteo nexam strictim sustineri, et pectinem per adolescentis dextram citharae admoveri, ac laeva nervos citharae tangi. Cum ergo in MS. Lipsii sit *hystriis* (non *histrii*, ut apud Colv.) et in Florent. Cod. *histris*, nullum mihi dubium est, quin legi debeat cum Wowerio *decoris in striis*, ut diserte est in Pith. vel simpliciter *d. striis* cum Pricaeo, ut recte Colvius coniecerat. Sic *striam*, vel *in striam* potius, abiit quoque in *histriam* apud Nonium e Varrone L. I. de Re Rust. c. 29. ubi vide Gesnerum. Monui iam ad Suet. Aug. c. 70. ubi vide. Intelligit autem, vestium sc. tunicae et chlamydis *cetera dependere decoris plicis* sive sulcatis rugis, quales in columnis Ionicis et statuis arte elaboratis visuntur in monumentis creberrime. Talis inprimis Ceres *striata stola* adparet in praetorio Heemstediano. Loquitur hoc loco de palla citharoedica, qualis Apollini. et Arioni apud Ovid. Fast. II, 107, ut et Hygin. Astron. II, 17. De voce *striis* vide Vitruv. L. III. c. ult. et L. IV. c. 1. et praeter Colv. h. l. Comm. ad Met. L. X. p. 683, a. *striatam frontem*. et Pric. ad Apol. p. 95. De his itaque nemo amplius dubitabit. *Histrici* lectio firmari alioquin posset, quia sic *stricula* pro *hystricula*, *strio* pro *histrio*, *storia* pro *historia*, *spania* pro *Hispania* scribitur. Adi Salm. ad Tertull. Pall. p. 133. Spart. Hadr. c. 27. I. Capit. V. M. Anton. c. 1. Munk. ad Fulgent. Myth. L. III. c. 7. et Corp. Epist. T. V. p. 417.

Baltheo caelato apta] Id est vincta, connexa ad balteum caelaturis insignem. Vide supra ad N. 6. Noster in Apol. p. 92. Pric. *verba pictis* apta. De Phil. p. 600. Ed. Flor. *Ita secum ex omni parte congruit, ut ex se apta sit*. ubi cf. Brant. de Mundo p 746. Ed. Flor. *Mundi salutem tuetur Deus*, aptam *et revinctam sui numinis potestate*. Cic. de Off. I. 4. *In vita omnia sint* apta *inter se*.

Spructim] MS. *strictim*. Colv. uti recte edidit Vulcan. cum seqq. Edd. et MSS. Flor. L. IX. Met. *cinctum pectoralem adusque vestigia* strictim *iniecti*. Gell. L. XV. c. 3. *fasciis ventrem* strictissime *circumligare*. Pith. *stricti sustinent*.

Manus eius tenerae, procerulae: laeva] Vide Scaligerum ad Manilium. Elmenh. Ita hunc locum bene, nisi quod non accurate satis quidam distinguant, ediderunt Bas. sec. Colv. Vulc. utr. Wower. Scriv. atque ita exaratur in MSS. Florent. et Lips. In Edd. Vett. est *tenera procerule laeva:* quasi dextera manus non esset tenera. In MSS. Fulv. Pith. Coll. Lips. habetur *tenera procerula*. Elmenh. et Florid. edidere *tenerae, procerula laeva*. Sed et dextera, quae tenet plectrum, quasi citharam pulsabunda, aeque procerula debet esse ac laeva. Ceterum hinc videmus, veteres cithara quoque lusisse simul digitis et plectro, adeoque utraque manu, ut apud Virg. Aen. VI. 647. *Iamque* chelyn *digitis iam pectine pulsat eburno*. sic enim malo cum Cuningh. vel *fidem* cum eodem et Markl. vulgo *eadem*, quod defendit Burm. Plerumque citharam tenebant manu sinistra, plectrum dextra, ut in Geminorum figura in Arateis et Hygino. Vel solo plectro cantabant, ut aliquoties apud Ovid. vel etiam solis digitis manus laevae sine plectro, ut Musae in Tabula Apoth. Homeri. Vide Scalig. ad Manilii Sphaer. Barb. p. 376.

Dextera] Edd. vett. *dextra*.

Suosabulum] Pectinem, quo pulsatur cithara, a suadendo fortasse dictum, id est [illegible]. Pyrrh. Lectio haec veteris nostri cod. et Rom.

cantico interquievit: quod interim canticum videtur ore tereti semihiantibus in conatu labellis eliquare. Verum haec quidem statua esto cuiuspiam puberum, qui, Polycrati tyranno dilectus, Anacreonteum amicitiae gratia cantillat; ceterum

item omnium reliquarum editionum. Sabulum instrumentum musicum fuisse arbitratur Varronianis Coniectaneis litteratissimus I. Scaliger. Lipsii coniectura, *suum sabulum*, vel, *pulsabulum:* ut legi posse notatum etiam ad oram editionis Germanicae posterioris. Ego prima fronte scribendum putavi, *suscitabulum*, et non male sic plectrum ipsum appellari: ut Phonascus dicitur vocis Suscitabulum Varroni, Ονος λύρας: *Phonascus adsum vocis suscitabulum*, *Cantantiumque gallus gallinaceus.* Sed venit nunc etiam in mentem scribi posse, si non esset remotius a veteri scriptura, *gestu suo tinnulum.* nam Glossae Latino-graecae, *Tinnulum*, πλῆκτρον. Quidsi etiam, *Fibulam*, legamus, ut Iul. Pollux Graecis ἐπιπόρπαμα Citharoedi instrumentum appellatum scribit lib. X. Ἐπιπόρπαμα δὲ κιθαρῳδοῦ σκεῦος, ὡς Πλάτων, Δότω τὶς ἔνδοθεν καὶ ἐπιπόρπαμα. Et certe Fibula haec a similitudine quae illi cum fibula vestium dicta videri possit. Quomodo saepius ab eodem fonte petita vocabula Latinos pariter ut Graecos iisdem rebus indere videmus. Colv. *Pulsabulum cytharae admovet* lego cum Flor. et Lipsio, alii, *suo suscitabulum cytharae a.* vel *suo sabulum c. a.* Elmenh. Abundat illud *suo.* aut igitur tollendum, aut reponendum *suum pulsabulum*, hoc est, suum plectrum, quod tenet. *Plectrum* porro, quod Graecum est, *pulsabulum* recte Latine redditur. Florid. MSS. Pith. Florent. Lips. et Edd. Rom. Vic. Ven. Iunt. pr. Ald. Bas. *suosabulum.* Hac scriptura et memoriae vitio deceptus I. Scaliger in Varron. Coni. p. 121. putabat se aliquando legisse apud Appuleium *sabulum* de *instrumento musico*, quod plectro pinseretur: cum hic debeat intelligi ipsum plectrum. Colvii coniectura *suscitabulum* placuit Vinc. Contar. L. I. V, L. c. 26. et W. Goesio, eamque recepere Vulcan. et Scalig., sed qui male addiderunt *suo*, quod hic nihili est. *Suscitabulum* proxime accedens ad scripturam *suosabulum* adprime placet e Varrone, per Colvium citato. Sic *incitabulum ingenii* est apud Gell. L. XV. c. 2. Interim tamen exhibui *pulsabulum*; quia ita e manu sec. legitur in MSS. Florentinis, editurque iam a Iunt. post. e correctione scilicet Becichemi, antequam ita coniecerat Lipsius, quem secuti sunt Wower. et Scriver. qui recte non agnoscunt τὸ *suo*, quod ab Elmenhorstio sine ullo iudicio retentum est, et unde Floridus ingenium suum ostentandi occasionem quaerit. Pro *pulsabulum* non nemo legit *pulsitabulum.*

Interquievit] MS. lib. *interquietum quod.* Colv. Manilius lib. 5. Astron. p. 85. de philomusis — *modulataque vocibus ora Et graciles calamos et nervis insita verba Ingenitumque sonum.* Elmenh. *Percutere, cum vox in cantico interquievit: quod interim canticum*] Sic audacter distinguo, et lego auctoritate MSS. Florent. pr. Lips. Ed. Iunt. post. et Vinc. Contar. L. I. V. L. c. 26. Vulgo pessime, praeter Ed. Floridi, post *percutere* ponebatur plena distinctio, et deërat τὸ *quod.* Ait auctor adolescentem videri canere *ore*, dextra dum interim parata videtur ad *citharam* pulsandam, simulac vox cessaverit dicere *canticum*, *quod* canticum interim etc. De distinctione iam monuit Petav. ad Themist. p. 565. In Ed. Flor. *interquieverit.*

Semihiantibus] Pith. *semimatibus.* Ed. Vic. *semihantibus.* Vide ad Met. L. V. p. 354, b.

Anacreonteum carmen] Anacreon enim amatorios versus fecit, qui Bathylli amator fuit, qui persaepe cava testudine flevit amorem, ut Horat. ait. Pyrrh.

Esto cuiuspiam pub. qui Pol. tyr. dilectus, Anacreonta Teium am. gr. cant.] Haec recentioris editionis scriptura. aliarum fuit, *Anacreonteum am. gr. cant.* MS. *Anacreonte vel am. gr. c.* Scribo ex fide historica, *quem Polycrati tyranno dilectum*, *Anacreon Teius am. gr. cant.* Anacreon Teius Smerdiam, puerum amatum Polycrati Sami tyranno, versibus suis in coelum tulerat: quod non tam amoris quam amicitiae gratia faciebat, magisque indolem ingenii eius, quam corporis formam eximiam praedicabat. Haec ita apud Aelianum Variae Hist. lib. IX. quem consule. Innuit noster plures adolescentulos ab Anacreonte laudatos, inter quos etiam fuit quidam Bathyllus nomine. Horatius Epod. *Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teium.* Cuius etiam meminit ipse, si ego ipse recte memini, in suis Poëmatiis, quae passim leguntur. Colv. Prave Florent. MS. Edd. Scalig. Wow. Flor. habent *est*, quod contra Appuleii mentem est. Primo dixerat, Bathylli, Anacreontis amasii, statuam esse, si quidem ibi non e glossa vox *Bathylli* intrusa est. Ab hac ergo opinione iam recedit, et pernegans Pythagorae statuam esse, concedit, posse etiam esse statuam *cuiuspiam puberum*, quem Colvius et seqq. putant fuisse Smerdien, Polycratis amasium, et hinc ab Anacreonte cantatum. In Smerdiae honorem carmina ab Anacreonte composita esse docent Aelian. L. IX. V. H. c. 4. Max. Tyr.

rum multum abest, Pythagorae philosophi statuam esse, etsi natu Samius, et pulchritudine apprime insignis, et psallendi Musicaeque omnis multo doctissimus, ac ferme id aevi, quo Polycrates Samon potiebatur. Sed haudquaquam philosophus tyranno dilectus est. Quippe eo commodum dominari orso, profugit ex insula clanculo Pythagoras, patre Mnesarcho nuper amisso: quem comperio

Tyr. Diss. 10. Verum eo ille puer suspectus evasit Polycrati; adeo ut ille, Anacreonti cupiens dolorem facere, puero comas abraserit, ut praeter Aelianum testatur Athen. L. XII. p. 540. unde carmen in ipsum puerum, ita comas derasum, fecit Anacreon, ut ibidem Aelian. et Stob. Serm. 160. Hinc non videtur mihi istum puerum, qui etiam potius *inpuber*, quam *puber* dicendus foret, tanto honore affecisse Polycrates. Ad haec debuisset dici *cantillavit*. Praeterea cum haec statua sit *psallentis gestu*, necesse est, ut expresserit aliquem, qui ipse canere solitus fuerat, non in cuius honorem, ut Bathylli vel Smerdiae, alius carmen cecinit. Adeoque potius ipse esset Anacreon, nisi is *senex* fuisset. Adparet ergo, emendationem hanc falsissimam esse, quae facta etiam est MSS. et Edd. veteribus invitis. In illis enim est *qui* (MSS. Pith. Lips. *quis*) *P. t. dilectus Anacreonteum cantilat.* Florent. quoque et Edd. Vulc. Scal. Wow. *dilectus Anacreon Teius.* Pessime. [Habet ita quoque Elmenh. Ed. sed in *Erratis* monuit legendum esse *quem Polycratici t. dilectum, Anacreon.*] Nam clare patet ex argumento Appuleii, quod Pythagorae statua esse non possit, quia *ille philosophus tyranno dilectus non fuit*, vocem *dilectus* pertinere ad eum, cuius haec sit statua, non ad Anacreonta. Rectius ergo Edd. Iunt. post. et Bas. sec. e coniectura Beciehemi exhibent sic *qui P. t. dilectus Anacreonta Teium am. gr. cantillat.* Hoc sensu. Esto ergo statua *cuiuspiam puberum* vel *poëtarum*, qui dilectus a Polycrate tyranno, utpote Musarum et Poëtarum amantissimo, si historicis fides est, et praesertim quia ille Anacreonta suum carminibus celebrarat, hoc statuae honore a Polycrate insignitus est, et quidem eo gestu, ut nunc quoque Anacreonta cantillare videatur. Ut verum tamen fatear, malim ipsam veterum Edd. scripturam retinere *qui P. t. dilectus Anacreonteum am. gr. c.* Scilicet carmen Anacreonticis simile in honorem Polycratis eiusque amicitiae gratia, qualia Anacreon multa composuit. *Cantillat* pertinere ad statuam non ad Anacreonta, tota descriptio luce clarius docet. Dicitur autem *Anacreonteum* sc. carmen, ut *Aeolium*, *Dorium*, *Lydium*, de quibus supra. Vir Doctus in marg. Ed. Colv. in Bib. Reg. legit *quos P. t. dilectos Anacreon Teius c.* Male.

Multum ab. Pyth. ph. st. esse et n. s.] MS. cod. *Philosophusta Pythagore tuem ēē.* Colv. Cl. Cuperus Obs. L. II. c. 6. legit *non multum:* quia Pythagoras natu Samius, pulcher et amator musicae fuit. Vir Doctus in Obs. Misc. Vol. V. T. 3. p. 114. legit *non multum* etc. *qui et natu.* Alius, *Is et natu.* Cur non *multum abest* etc. *etsi is natu S.* *Etsi* coniecit quoque Vir Doctus ad marg. Ed. Colv. in Bib. Reg.

Et natu Samius] Subintelligendum *quidem*. Florid. Eusebius de praeparat. Euang. lib. 10. cap. 11. Tzetzes chil. II. hist. 366. Aelianus Var. hist. lib. 9. cap. 4. Laërtius in vita Pythagorae. Elmenh. In Edd. nonnullis *natus.* Pith. *sanus.*

Ac ferme] MS. cod. *at ferme.* Colv. Pith. *ad ferme.*

Samo pot.] Vulg. *Samum.* Colv. Ed. Elmenh. *Samno.* voluit *Samum*, quod exstat in Edd. Scriverii et omnibus ante Colvium, ut et MS. Pith. Bene. *Potiri* cum accusativo apud optimos scriptores. Vide Davis. et me ad Hirt. B. Afric. c. 36. *oppidum potitus.* c. 87. *castra potitus.* Gell. L. XIII. c. 1, *mortem potita est.* Noster L. X. Met. in f. ubi MS. Oxon. *portam potitur.* vid. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. X, 627. XIII, 728. [Cur igitur non potius *Samon?* ut citatum est ad Met. X. in f. — I. B.]

Sed haud ph. t. dil. fuit etc.] Eum tamen per epistolam Amasidi, cum in Aegyptum proficisceretur, commendavit. Auctor Diog. Laërt. lib. VIII. Colv. [In textu legitur *est*, ut ipse edidit Colv.] In Pith. deest *est.*

Commodum] Pith. *commode.*

Mnesarcho] Pythagorae pater ab aliis Mnesarchus dicitur, ab aliis Vescates, ab aliis Demarathus, ut Iustinus ait, ab aliis Maramachus. Alii quoque a Polycrate dilectum fuisse atque ab eo Aegyptiis commendatum: de cuius vita plerique scripsere, et permulta a Laërtio scripta habes, et a Tortellio multisque relata omnia, quae in iusto commentario recenseri potuissent. Fuit autem Pythagoras et Theologiae et Arithmeticae (nam per numeros philosophabatur) et Geometriae et Medicinae et Astronomiae ac omnium artium liberalium peritus. Pyrrh. Vulg. *Mesarcho.* MS. *Vesarco.* Laërtius Μνήσαρχον vocat. Colv Coll. Voss. Lips. *Phesarcho.* Pith. *Vesarcho,* Edd. Vett. *Nesarco*, *Mesarco*, *Mnesarco.*

Com-

perio inter sellularios artifices, gemmis faberrime sculpendis, laudem magis quam opem quaesisse. Sunt, qui Pythagoram aiant eo temporis inter captivos Cambysae regis, Aegyptum cum adveheretur, doctores habuisse Persarum Magos, ac praecipue Zoroastren, omnis divini arcani antistitem: posteaque eum a quodam Gillo Crotoniensium principe reciperatum. Verum enimvero celebrior fama obtinet, sponte eum petisse Aegyptias disciplinas, atque ibi a sacerdotibus, caerimoniarum incredundas potentias, numerorum admirandas vices, Geometriae sollertissimas formulas didicisse: sed nec his artibus animi expletum, mox Chaldaeos, atque inde Brachmanas: hi sapientes viri sunt, Indiae gens est: eorum ergo

Comperio] Sic hoc loco MSS. Colv. et seqq. sed in Edd. prioribus est *comperior:* ut noster ait alibi. Vide ad Met. L. II. p. 143, b.

Sellularios] Ed. Vic. *selluarios.*

Gemmis sculpendis] Δακτυλιόγλυφον appellat Diogenes. Colv. Ald. *scalpendis.* Elmenh. Praeter Ald. dant ita quoque Iunt. post. et Scriv. auctore Diomede. Sed male. Supra de Hippia: *gemmam insculpserat.* vide ad Met. L. IX. p. 605, a. et Burm. ad Suet. Galb. c. 10.

Opem] Pro divitiis in singulari an alibi occurrat, videndum. Becichemus certe hic voluit *opus*, adfirmans tamen *opem* esse in MSS. omnibus.

Pyth. aiant] Pith. *Pyth. amant.*

Doctores] Sic vulgati. MS. *ductores.* probo. Colv. Flor. *ductores.* Elmenh. Item MS. Pith. et Ed. Scriv. Mox tamen: *tot ille doctoribus eruditus.*

Zoroastrem] Ad Zoroastrem Bactrianorum regem sideralis scientia referri solet, qui Nino aequalis fuit, unde non potuit Pythagoram docere. Pyrrh. At Zoroastres, de quo hic sermo, fuerit aliquis ex Cambysis aulae magis. Pythagorae certe magister memoratur Ζαράτας quidam apud Plutarchum, in περὶ τῆς ἐν τιμαίῳ ψυχογονίας, qui Ζάβρατος Malcho, Ναζάρατος apud Clementem lib. I. Stromatum dicitur; quemque nonnulli veterum Ezechiëlem prophetam fuisse putarunt. Ex Ζαράτα illo, seu Ζαβράτῳ, et Nazarato potuit fieri *Zoroastres.* Florid. Ed. Vicent. *Zoroastren.* Bene.

Divini arcani antistitem] Flor. *d. arcanum.* Vid. Arnoldus Pontacus ad Sus. fol. 238. Elmenh. Sic primus edidit Vulcanius, et monuit ita e vet. libro legendum esse Wower. in Polymathia c. 28. Sed in MSS. ceteris et Edd. Vett. legas *arcanum;* ut *divinum* sit τὸ θεῖον, de quo adi ad Met. L. VIII, p. 582, b. Sed quid est *arcanus antistes?* An *arcanorum?*

A q. Gillo] Qui hic Gillus dicitur, mendose fortassis, Γύλων vocatur a Themistio Euphrada, qui hanc historiam attingit, Orat. IV. Αὐτὸς δὲ γὰρ ὁ Μνησάρχου τόσονδε ἄρα ἀπέλαυσε τῆς πολυμνήτου σοφίας ὥστε μετανάστης ἀεὶ διεβίω διὰ τοὺς βασκαίνοντας καὶ κολούοντας ἐκ Σάμου μὲν εἰς Κρότωνα διὰ Πολυκράτην, ἐκ Κρότωνος δὲ εἰς Λόκρους διὰ Γύλωνα. Colv. Reliqui auctores hunc hominem vocant Γύλωνα, vel Κύλωνα, seu Κύδωνα, teste Menagio ad Diog. Laërt. L. II. sect. 46. et VIII. sect. 49.

Reciperatum] Sic recte Flor. vulgo, *recuperatum.* Infra *cum primum gressum reciperavi.* Elmenh. Elmenhorstium seqq. secuti sunt.

A sacerdotibus] Pith. deest *a.*

Incredendas] Flor. 1. *incredulas.* Flor. 2. *incredundas.* Elmenh. Lips. quoque *incredulas*, quod non respuendum, ut sumatur passive. Sic enim Gell. L. IX. c. 4. *res inauditae*, incredulae. ubi nil mutandum. Vid. Gronov. *Incredundus* tamen alibi nostrum.

Numerorum vices] Forte, *vires.* Colv. Ita quoque legendum coniecere Goesius, Groslot. et Scheff. de Philos. Pythag. c. 5, quod non damnarem, si constaret, hic ante oculos Appuleium habere Astronomiam; quam certe in Aegypto quoque didicit Pythagoras. De *numerorum* vi hac in re adi ad Lucan. L. I. vs. 640. *quem non stellarum Aegyptia Memphis Aequaret visu*, numeris*que moventibus astra.* Auson. Parent. IV. 17. *Tu coeli* numeros *et conscia sidera fatis Callebas.* sic leg. ex antiquissimo Cod. Voss. ut monuit alibi N. Heins. Verum cum haec tantum sit pars *Arithmeticae* potentiae, eamque a Chaldaeis dein acceperit, et Arithmeticam totam hic hauserit, malim retinere *vices* i. e. computandi rationes, variationes et vicissitudines: ut exponit Vir doctus M. Iac. Bruckerus in Amoenit. Literar. T. VII. p. 191.

Formulas didicisse] τὸ *didicisse* male abest a Florentino. Elmenh. Item a Pith. In Coll. Voss. Lips. est *Geometricae.*

Nec his art.] Postrema ed. *sed nec his art.* Colv. Vulgo legebatur: *Seneca his artibus.* Unde Fulvius: *Sed nec his.* Sciopp. *in Symb.* Edd. Vett. cum MS. Lips. carent τῷ *sed*, praeter Iunt. post. et Bas. sec. In Ed. Aldi *Seneca:* unde forsan Scaliger *nec ab his.*

Chaldaeos] Laërtius lib. 8. pag. 596. Elmenh.

Brach-

ergo Brachmanum Gymnosophistas adisse. Chaldaei sideralem scientiam, numinum vagantium statos ambitus, eorumque varios effectus in genituris hominum ostendere: nec non medendi remedia mortalibus, latis pecuniis, terra coeloque et mari conquisita. Brachmanae autem pleraque philosophiae eius contulerunt: quae mentium documenta, quae corporum exercitamenta, quot partes animi, quot vices vitae, quae Diis Manibus pro merito suo cuique tormenta vel praemia. Quin etiam Pherecydes Syro ex insula oriundus, qui primus versuum nexu re-

Brachmanas] MS. al. *Barcinanos.* Colv. Pith. *Bragmanos.* v. infra.

Hi sap. viri sunt, Ind. g. e.] *Indiae gens est* forte glossematium marginale fuit. Colv. Dele glossema. Wower. Dele glossema cum Colvio et Wowerio. Elmenh. *Hi* etc. — *adisse*] Bong. censet hoc totum puram putam esse glossam, cui sane assentior. Grosl. Pessimo exemplo et prave Floridus τὰ *hi sapientes viri sunt. Indiae gens est* e textu eiecit. Nam voces *eorum ergo* docent clare, aliqua post *Brachmanas* inserta ab auctore fuisse. Vide similia ad N. 7. In Cod. Ursini exaratur tamen *eorum quoque B.*

Sideralem sc.] De errantium et fixorum siderum vi, ambitu, motu lege Plin. pulchre in 2 lib. VIII. ubi haec deridet. Pyrrh.

Numinum vag. status ambitus] In Polymathia indicavi legendum: *luminum v. statos ambitus.* Wower. f. *lum. vag. statos amb.* et ita etiam Ioan. a Wovveren, sed adhuc nescio quid deesse videtur. Brant. *Lum. vag. statos amb.*] Sic Fulvii liber, alii *num. vag. status, ambitus.* minus bene. Elmenh. Vocem *numinum* constanter retinent MSS. Florent. Lips. Fulv. et Edd. Vett. usque ad Vulcan. qui cum Scalig. Wower. in Polymath. c. 22. ac Brantio reposuit *luminum.* Male. Per *numina* intellligit planetas, quos *vagantium Deûm potestates* auctor vocat Florid. N. 10. et *visibiles Deos* de Deo Socr. p. 667. Ed. Flor. Plura vide ad Met. L. XI. p. 761, b. Dein *statos* recte Wower. e Cod. Fulv. ac Brantius emendarunt; eisque membranis accedunt Florentinae et Edd. seqq. sive certos, aeterna et fixa lege constitutos: ut passim *stata tempora.* Plin. L. XVIII. c. 29. statos *siderum meatus.* Ipse auctor de Deo Socr. p. 666. Ed. Flor. de his ipsis planetis: *certo et* stato *cursu* meatus *aeternos efficiunt.* in Florid. N. 18. *temporum ambitus, stellarum meatus* iungit. In Edd. Vett. est *status ambitus.* Hinc est vir doctus, qui legit *lum. fixorum status, vagantium ambitus,* quo facit sequens vox *utrorumque,* si sana foret.

Utrorumque] Rectius veteres Becichemi codices, *eorumque.* Colv. *in Omiss. astrorumque* lego. Brant. Wower. bene cum Colv. legit *eorumque.* Sub *siderali scientia* forsan comprehendit notitiam stellarum fixarum; verum illis non adscribuntur, quod sciam, effectus in genituris hominum. Pith. *utroque.*

Nec non] MS. cod. *ne tn.* Colv.

Medendi] Haec ars lucrosa est Platone iudice: sed mechanicam esse ait, estque a Chaldaeis, Arabibusque olim maxime culta et in disciplinam redacta. Pyrrh. f. *medicinae.* Grosl. Ald. *medeinde.*

Latis pecuniis] Genuinum videtur, *late pecuniis*, aut quod malim *lautis pecuniis.* alibi praemia vocat opima. Frequentata haec in libris bonorum scriptorum, *dos lauta, opera lauta* etc. Stewech. Non male. Rarissima sane locutio est *latis pecuniis* pro amplis, magnis. *Latissimum cachinnum* alibi noster ait.

Terra] MS. *grā.* Colv.

Brachmanae] Idem, *Bracinani.* Colv. Florent. Pith. *Brachmani.*

Quae mentium] Deest *quae* Lips.

Corporumque] Vulg. *quam corporum.* Colv. Flor. *quae corporum quae.* Fulvii liber *quam corporum excitamenta.* Elmenh. *Quae corporum exercitamenta* optime legas in MSS. Florent. Pith. Edd. Rom. Vicent. Elm. Scriv. Flor. Scheff. de Phil. Pythag. legit *quaeve.* In Cod. Ursini Edd. Aldi, Iuntinis, Bas. *quam corp.* at MS. Lips. Edd. Colv. Vulc. Scal. Wower. *corporumque.* Dein *excitamenta* MS. Fulv. et Coll. Voss. Lips.

Suo cuique] Edd. Vulc. Wower. *sui c.* vitiose.

Tormenta] Isti Brachmanae gymnosophistae philosophiam divinam et moralem tractabant, ut est apud Platonem, sicut et in Gallia Druides. Pyrrh.

Pherecydes] Syrius a pediculis consumptus, lege Laërtium lib. I. Hunc Cic. ait primum animos sempiternos asseruisse: vir divinaculus erat, qui autore Plin. lib. XII. Cyri regis tempore prosam orationem primus condidit. Pyrrh.

Syrio ex insula oriundus] Corrigendum, *Syria insula oriundus* ex mente Strabonis lib. X. Stewech. f. *Scyro.* vide Ortelii Synonymam Geographicam. Brant. *Syro* non est in vet. cod. Bas. ii. *Syria.* Insula Syria, ut Terra Gallia. Colv. Pith. *Stio.* Σύρα haec insula dicitur Suidae et Hesychio. Homer. Odyss. O. v. 402. eam vo-

repudiato, conscribere ausus est passis verbis, soluto locutu, libera oratione, eum quoque Pythagoras magistrum coluit, et infandi morbi putredine in serpen-

vocat νῆσον Συρίην. In Ed. Iunt. post. exstat *Scyro*, ut legi quoque voluit Brant. Sed perperam. Son enim *Scyrius* sed *Syrius* fuit Pherecydes. Isidor. L. I. Or. c. 37. *Pherecydes* Syrus *soluta oratione primus scripsit*. At *Syrus* saepe corruptum fuit in *Scyrus*. Vide ad Theopomp. et omnino Menag. ad Diog. Laërt. L. I. §. 119. de nostro Pherecyde; item Pintianum ad Melam L. II. c. 7. N. Heins. ad Ovid. Met. VII. vs. 465.

PASSIM VERBIS] Una dictione leviter mutata interpungendum, *scribere ausus est passis verbis, soluto*. Istiusmodi orationem hodie vulgus prosam vocat, Apuleius prorsam nuncupavit lib. III. Florid. *et prorsa et vorsa facundia veneratus sum: ita ut etiam nunc hymnum eius utraque lingua canam*. Ex quibus verbis convincitur, prorsam orationem recte dici posse; aut Latine nescisse Apuleium; quod indicare visum, quia vir celebris, et magni in literis nominis, id negavit. *Deam prosam* nominatam, quae legitimo partui praeesset, notum ex Coelio. Hoc amplius reticendum non est, prosae inventionem, atque adeo historiae scriptionem Cadmo tribui. qua de re adeundus Suidas. STEWECH. Restituo *prorsis verbis s. l. l. o.* Prorsa verba opposuit versuum nexui, ut perpetuo fit. ut: *prorsa et vorsa facundia veneratus sum*. hic locus me monet ut Pompeium Trogum seu Iustinum vindicem a menda, quae, et hoc miror, assiduos eius vindices hactenus latuit illo loco in lib. 38. in Oratione Mitridatis. *Quam orationem* (inquit) *abbreviter dignam duxi, cuius exemplum brevitati huius operis insererem, quam obliquam Pompeius Trogus exposuit. quoniam in Livio et Sallustio reprehendit, quod conciones directas pro sua oratione operi suo inserendo historiae modum excesserint*. Dii immortales, quid illud est *pro sua oratione* et libros Livius et Sallust. suos quisque architectatus est, fortasse loqui didicere a Quadrigario, a Pisone, ab aliis, nugae. Ego scribo, *quod conciones directas prosa oratione* etc. Bis κατὰ τοῦ αὐτοῦ idem dixit: nam prosa oratio directa est, quod est antitheton obliquae, non vulgari sensu prosae orationis, quae vulgo, ut supra diximus, versibus opponitur, quanquam et ipsa *claudus pes* ab autore Queruli nescio quam recte appellata. Caeterum prosa oratio πεζὸς λόγος Graecis dicitur, quae etiam καταλογάδην fieri putatur: eoque in verbo emaculandae Glossae Philoxeni col. 174. *Prosa pexa tunica*, πεζὸν κάτιον, lego πεζὸς λόγος. *Pexa tunica*, ἱμάτιον κτενισθὲς aut καινὸν, vel quid aliud. Nam ut καινὸν sit, ostendit locus Horatii, ad quem adscripta fuerat haec glossa, *Si forte subucula pexae Trita subest tunicae*. *Pexum* enim opposuit *trito*, sed ad rem. ROALD. Priores Editiones cum MS. *passim verbis*. Unde supra scripsi, *passivis verbis*. Sed *passis verbis* iam non adeo displicet. COLV. Flor. pr. *passis versibus*, sec. *p. verbis*. Rom. et Ald. *passim verbis*, alii *passivis verbis*. Istiusmodi orationem hodie vulgo *prosam* vocant, Apuleius *prorsam* vocat, ut recte observat Stewechius. ELMENH. *Passis versibus*, non displicet: quia hos videtur opponere *versibus nexis*, quos memoraverat. Recte autem *passis* habent MSS. item Edd. Iunt. post. Bas. sec. cum Stewech. Colv. Elmenh. Edd. vett. dant *passim*. Roaldus *prorsis* sive *prosis*, ut de Pherecyde L. VII. c. 56. ait Plinius: prosam *orationem Pherecydes Syrius condere instituit*, scil. philosophicam. idem L. V. c. 29. Cadmo tribuit prosam scil. historicam, ut explicat Heum. in Via ad Hist. Litter. c. 3. §. 10. Colvius olim voluit *passivis* i. e. promiscuis, ut ineptissime explicat Floridus, licet *passis* edat. *Versus* vel *verba passa* sunt soluta, metricis pedibus non ligata, quomodi *passi crines*, *passae manus* etc.

LOQUUTU] MS. cod. *loculo*. COLV.

EUM PYTH. etc.] Vide Laërtium p. 568. in vita Pythagorae. ELMENH.

INFANDI MORBI PUTREDINE] Plinius lib. VIII. cap. 51. *Ut Pherecydes Syrius copia serpentium ex corpore eius erumpente expiraverit*. Sed qui isti serpentes? Nota novitatem significationis: pediculi sunt. Heraclides Περὶ πολιτειῶν libro: Φερεκύδης ὁ Σύριος ὑπὸ φθειρῶν καταβρωθεὶς ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησεν. Idem Aelianus Var. Hist. lib. IV. et Plutarchus in vita Sullae de huius Pythagorici praeceptoris morte narrant. COLV. Helladius adud Photium f. 870. Ὅτι τρεῖς ἱστοροῦνται φθειριάσει τεθνᾶναι (ἔστι δὲ τὸ νόσημα μὲν τῶν σπανίων, γίνεται δὲ ὅταν εἰς φθεῖρας ἀναλυθῇ ἅπαν τὸ σῶμα) ἀλλὰ τῶν ἐκ τῆς νόσου ταύτης τεθνεώτων, τῶν μὲν ἡρώων, Ἄκαστός ἐστιν ὁ Πελίου. δεύτερος. ὁ σύρος Φερεκύδης, ὁ τὴν γενεαλογίαν συγγράψας ὃν καὶ λέγουσι γεννικῶς τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν. τρίτος, ὁ Ῥωμαίων πολλάκις ὑπατεύσας Σύλλας, ἤδη σφόδρα γηραιὸς ὢν, ὡς καὶ Ἐπαφρόδιτος, διὰ τὴν τύχην ἐπωνομάζετο. Aristoteles tom. 2. fol. 527. Pausanias libro I. Theod. Orat. 1. Aelianus libro 4. Var. hist. cap. 28. dicit propter impietatem in Deos illum in infandum hunc morbum incidisse. ELMENH.

SCA-

pentium scabiem solutum, religiose humavit. Fertur et penes Anaximandrum Milesium naturabilia commentatus: nec non et Cretensem Epimenidem, inclitum fatiloquum et poëtam disciplinae gratia sectatus: itemque Leodamantem, Creophyli discipulum: qui Creophylus memoratur poëtae Homeri hospes et aemulator canendi fuisse. Tot ille doctoribus eruditus, tot tamque multiiugis fontibus disciplinarum toto orbe haustis, vir praesertim ingenio ingenti, ac profecto supra captum hominis animi augustior, primus philosophiae nuncupator et conditor, nihil prius

Scabrem] Sic correxi e libro scripto. Vulgo ubique *scabiem*. Varro Mamo: *Ager derelinqueretur, ac periret squale scabreque: illuvie et vastitudine.* Virgilius Ciri: — *Quem te tam tristibus illis Sordibus, et scabre patiar tabescere tali.* Colv. *Scabrem* quoque legit Vossius in Etymol. ubi vide plura de voce *scabres*. De *scabie* aiunt in Fabri Thes. *quod non conveniat cum serpentium cute.* Hoc non intelligo, quid velit. Vide ad Met. L. IX. p. 604.

Anaximandrum] Pith. *Anaxamandrum*, et mox pro *commentatus*, *commentitus*.

Epim. incl. fatiloquum Platonem] Non *Platonem* legendum hinc putes, verum meo iudicio *Pitacum*. Pyrrh. Mendum puto. Nam Plato post Pythagoram fuit. Vide de dogmate Platonis statim a principio. Brant. *Et poëtam*] Florent. 2. *et Platonem*. Casaubonus, *et Solonem*. Lipsius, *piatorem*. Elmenh. Lectio *poëtam* demum profecta est a Vulcanio, qui cum seqq. ita exhibuit; verum *fatiloquus* nihil fere differt a *poëta*, et MSS. cuncti Eddque Vett. dant *et Platonem*. At hoc sine dubio vitiosum est. Nam Plato multis post Pythagoram annis demum natus est, qui ideo in multis *Pythagorissat*, ut mox ait auctor. v. Menag. ad Laërt. L. I. 110. Optime autem Sopingius cum alio Viro Docto ad Ed. suae marginem adlevit *Thaletem*. Hoc enim fere, quo noster, ordine Pythagorae praeceptores nominat, et in iis recenset Thaletem (*Phoenicem* origine vid. ad Hygin. Astron. II. 2.) Iamblichus de vita Pythag. §. 11, qui tamen Epimenidae non meminit.

Gratia] Lips. *gratiam*. Mox pro *itemque* Pith. *idemque*.

Leodomantem] Si Diogenem sequeris, scribes, *Hermodamantem*. Verba eius iam notabo. Colv.

Creophyli discipulum] MS. *crropoli*. Bas. 1. marg. *Creopili*: aliae editiones, *Creophili*. Diogenes, Κρεοφίλου. Sed scribendum *Creophyli*: ut ibi bene notatum ab Isaaco Hortibono diligentiae doctrinaeque magnae viro, et laudatus locus Callimachi: — Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι Γράμμα Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε τοῦτο μέγα. Noster Leodamantem Creophyli discipulum facit: Laërtius Hermodamantem eiusdem nepotem. Verba eius ad hunc et praacedentem locum: Καὶ ἤκουσεν Ἑρμοδάμαντος τοῦ ἀπογόνου Κρεωφύλου. Colv. Certum igitur est, vel errasse auctorem, vel, quod malo, ex Laërtio, Iamblicho, Porphyrio etc. emendandum. Adi Menag. ad Laërt. L. VIII. §. 2. Rittersh. ad Malch. p. 3. l. 14. *Hermodamas* ille ab aliis etiam vocatur *Creophylus*, ut diserte ait Iamblichus. Quid si legamus ergo *Hermodamantem* vel *Leodamantem* (ut memoria deceperit Appuleium) *Creophylum dictum alii* vel *aliis*. Ceterum in Edd. vett. exstat *Creopili*. Al. *Creophili*. Pith. *Compili* et mox *Copilus*. Sed vide ibidem Menagium. Apud eosdem scriptores aeque ut apud nostrum Creophylus audit *Homeri hospes*, quod indicio est, haec verba ab auctore, dum scribebat, ex antiquiore scriptore excerpta fuisse. [Si ab Apuleio profecta esset lectio, quam proponit Vir Doct. auctor dixisset, puto, *Leodamantem*, *Creophylum dictum aliis*, *qui Leodamas*, non, *qui Creophylus*. Cum autem in ipso philosophi nomine errasse auctorem constet, quidni et hic memoria deceptum fuisse dicamus? Ceterum de Pythagorae praeceptoribus vide Harles. ad Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. 12. Vol. I. p. 756. et peculiater de Hermodamante s. Creophylo, qui ibi citantur, Stanlei Hist. Phil. p. viii. c. 2. Brucker. I. p. 998. not. *g*. — I. B.]

Tot tamque] Coll. Voss. Lips. *tot tantaque*.

Comitibus d. t. o. haustis] Fallor? an legi commodius potest *toto orbe auctus*, vel proxime scripturam communem librorum, *toto orbe habitis*. Stewech. Forte rectius, *fontibus d. t. o. h.* vel ut Lipsio placet, *fomitibus*. Colv. Flor. et Ald. *comitibus d*. Elmenh. MSS. et Edd. vett. *comitibus*. Cum Lipsio edidere Scal. Vulcan. Elmenh. et Scriv. Vir Doctus ad Ed. Iunt. post. coniecit *comtibus* seu cultibus. Sed quid *multiiugos comtus* vel *fomites haurire* non capio. Verius ergo Colvius emendavit *fontibus*, qui passim nostro et aliis *iuges* dicuntur, et metaphorice de disciplinis adhibentur. Eum etiam secuti sunt Wow. et Florid. Cogitavi aliquando *caliculis*. ut in Flor. N. 20. *Musarum cratera* et *Ego et aliàs crateras Athenis bibi*, *Poëticae* etc. Notissima sunt pocula Cebetis etc. Vide B. Pium T. I. Th. Crit. p. 503.

Supra captum] Pith. Lips. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *super*, crebra variatione.

prius discipulos suos docuit, quam tacere: primaque apud eum meditatio, sapienti futuro, linguam omnem coercere; verbaque, quae volantia poëtae appellant, ea verba, detractis pinnis, intra murum candentium dentium premere. Prorsus, inquam, hoc erat primum sapientiae rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere. Non in totum aevum tamen vocem desuescebant, nec omnes pari tempore elingues magistrum sectabantur; sed gravioribus viris brevi spatio satis videbatur taciturnitas modificata. loquaciores enimvero ferme in quinquennium velut exsilio vocis puniebantur. Porro noster Plato, nihil ab hac secta vel paululum devius, pythagorissat in plurimis. Aeque et ipse in nomen eius a ma-

CONDITOR] Vulg. *creditor*. COLV. Prave ita Edd. ante Colv. et apud Scheff. de Phil. Pythag. c. 6.

LINGUAM OMNEM] Frustra Rittersh. ad Porphyr. de Vita Pyth. sect. 19. coniecit *omnino*. Eodem sensu.

VERBAQUE] MS. *verba*. COLV. Item Pith.

QUAE VOLANTIA etc.] Tzetzes chil. 10. hist. 345. Ὁ Ὅμηρος πτερόεντα τὰ ἔπη ὀνομάζει, Ἢ ὅτι ἡ Φωνή ἐστι τὶς πλῆξις τοῦ ἀέρος Τὰ πτερωτά τε πέτονται ὁμοίως ἐν ἀέρι. Εἴτε μὴν ὡς ταχύτατα, πτερόεντα εἰρήκει οὐ γὰρ ἐστι ταχύτερον οὐ δὲ πτερὸν τοῦ λόγου. Εἰς γάδειρα πορεύσομαι, καὶ γὰρ καὶποῤῥωτέρω Ἐν βραχυτάτῃ τῇ ῥοπῇ λέγειν εἰμὶ τοῖς λόγοις. Πόσαις δὲ ἡμέραις πτέρωτον ἀφίκηται γαδείροις. ELMENH. Apol. I. *Verba ita uti poëtae aiunt, pinnis apta vulgo volarent.* Poëtam munit illum, *quo minor est, quisquis maximus est hominum*, qui ἔπεα πτερόεντα, verba alata, dixit. Et Odys. Φ. — τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος, id est, *huic pennis dicta carebant:* hoc est, haud longius avolabant. Plautus Amphit. A. I. Sc. I. *Vox mihi ad aures advolavit.* So. *Nae ego homo infelix fui, qui non alas intervelli, volucrem vocem gestito.* BRANT. Ex citato nostri loco in Apol. patet non opus esse cum Rittershusio ibid. legere *poëta adpellat*, scil. Homerus.

INTRA M. CANDENTIUM DENTIUM PR.] Adi Agell. Noct. Attic. l. I. cap. 15. BRANT. An *claudentium?* BURM. Pro *pinnis* in Edd. Ald. Iunt. post. male est *pennis*. Pro *premere* Pith. *primere*.

SAPIENTIAE RUDIMENTUM] Pythagoras a Leonte Phliasiorum tyranno interrogatus quisnam esset: *philosophum* se esse respondit, cum id genus studii homines prius *sapientes* vocarentur, cuius disciplinae ac institutionis ordinem eleganter habes a Gellio traditum Noct. L. I. c. 9. Hi autem qui taciturnitatem discebant ἀκουστικοὶ dicebantur, i. e. auditores: nec minus tacebant quam biennium: et plurima de hac re Gellius, ac permulti alii. PYRRH.

MEDITARI CONDISCERE] Pith. *mediatori condidere*. Pro *loquitari* Ed. Ald. *liquitari*.

IN TOTUM AEVUM] Exsulat vox *aevum* ab Edd. Vulc. Wow. Vitiose.

VOCEM DESUESCEBANT] MS. *desuescebat*. COLV. Vide Nonium, *desuevi*. BRANT. Scil. Pythagoras, pro desuefaciebat. Sed perinde est. Adi Fabri Thes. in vocibus *adsuesco*, *consuesco*, *desuesco*.

BREVI SPATIO] Parum abest, quin legendum asseverem, *bienni*. Agel. lib. I. cap. 9. *Sed non minus quisquam tacuit, quam biennium.* BRANT.

VELUT] Idem, *tum*. COLV. lego, *uti*. BRANT.

QUINQ. EXILIO VOCIS PUN.] In Margarita Poëtica legitur, *in exilium vocis pun.* bene: id est, in modum exilii cuiusdam. qualem locutionem notavimus latius supra ad lib. II. Metam. COLV. Flor. *q. v. exilium v.* alii, *q. v. in exilio vocis.* Tzetzes περὶ τῆς πυθαγορείας σιωπῆς Chil. 7. hist. 116. Ὁ πυθαγόρας κορυφὴν πάσης φιλοσοφίας Τὴν σιωπὴν ἐνόμιζε, καὶ τὸ κρατεῖν τῆς γλώττης Ὅταν μετα συμπερίασμα πάσης φιλοσοφίας, Καὶ τὸ σιγᾷν πενταετῶς ἐδίδασκε τοῖς μύσταις Βραχέσι κατορθούμενον συριθμήτοις ἄγαν. ELMENH. Servius ad hoc Virgilii 10 Aeneid. *Tacitis regnavit Amyclis, Pythagorica virtus est quinquennale silentium.* BRANT. Nescio cur Colvio temere adsensum praebuerint viri docti, cum eo reponentes e Margarita Poëtica *in exilium vocis pun.* cum MSS. et Edd. priores recte habeant *velut exilio*. Rittershus. dicto Porphyrii loco *veluti exs.* Obvia est locutio *exsilio punire*, ut in Deo Socr. p. 296. Colv. si ibi sana est lectio. Vir Doctus in Misc. Observ. Vol. V. T. 3. p. 115. legit *in quinquenne veluti exilium*. Non male, nec opus tamen. Pith. *puniebatur*. ibi mox deest *nihil*.

PLATO PYTHAGORISSAT] Nam Pythagorae, Socratis et Platonis eadem ferme est secta et doctrina. Est autem aliud proverbium Graecum, quo dicitur Platonem Philonissare vel Philonem Platonissare. Platonis dogma postmodum Apuleius docet in lib. de eius dogmate: et Laërtius amplissime: et Marsilius Ficinus. PYRRH.

AD-

magistris meis adoptatus, utrumque meditationibus Academicis didici: et cum dicto est opus, impigre dicere; et cum tacito opus est, libenter tacere. Qua moderatione videor ab omnibus tuis antecessoribus haud minus opportuni silentii laudem, quam tempestivae vocis testimonium consecutus.

LIBER TERTIUS.

NUM. XVI. Priusquam vobis occipiam, principes Africae viri, gratias agere, ob statuam, quam mihi praesenti honeste postulastis, et absenti benigne decrevistis; prius volo causam vobis allegare, cur aliquammultos dies a conspectu auditorii afuerim, contulerimque me ad Persianas aquas, gratissima prorsus et sa-

ADOPTATUS] MS. cod. *adoptarer*. COLV. Flor. *adoptarer*. ELMENH. Pith. *adoptaret*. Latet aliquid. An pro *aeque* scribendum est *quum*. Certe illa *in plurimis* male vulgo huic periodo adnectuntur, quum ita fuissent iungenda, *Pythagorissat in plurimis. Aeque* vel *quum*. Vir Doct. ad marg. Ed. Colv. in Bibl. Reg. legit *Et quum ipse* etc. *adoptarer*.

DICTO EST OPUS] Deest verbum Pith.

SILENTII LAUDEM] Apuleius Platonicus fuit, laudatque hic dicendi modestiam, nam (ut ille ait) *optimus est homini linguae thesaurus, et ingens Gratia, quae cunctis mensurat singula verbis*. Tacensque (ut Euripides inquit) ubi opus est et opportuna loquens. PYRRH.

LIB. III. N. 16. PRINCIPES A. V.] Sic disertim in membranaceo nostro. Vulgati, *Principes Augusti*. Non male Lipsius, *principes Af.* id est, *Africae*. quae lectio Tertulliani ipsiusque Apuleii auctoritate nititur. Sed notas, quae in veteri libro, legerim, *Principes Augustae urbis:* vel, *amplissimae urbis*. Nam coloniae saepius Augustae vocatae. Principes urbis, ut Principes civitatis. Quintilianus Declam. CCCI: *Quomodo hanc invidiam potuisset ferre paupertas, si occidere filia mea voluisset inter principes civitatis?* Annaeus Cornutus ad Italium de Virgilio lib. IV. *Iamque exemplo tuo etiam principes civitatium et Poëtae incipient similia fingere*. apud Sosip. Charisium. Gellius lib. XVIII. *Et illustre Lacedaemoniis consilium dedisse dicit virum indidem civitatis eiusdem principem*. Noster supra Metam. lib. II. *Cave diligenter, principum civitatis huius filii cadaver a malis Harpyis probe custodias*. COLV. *Augusti* nomen est felicitatis, quod tamen a Caesare differre ex Amiano tradit Andreas Halsatus eruditissimus in tres posteriores Codicis libros. PYRRH. Plane inepti, qui exprimi his notis (A. V.) arbitrati: *Principes Augusti*. Principes A. V. id est Africae viri. Tertull. de Pallio et Apul. paulo post: *Laudator mihi apud Principes Africae viros*. Quo referendum, quod deinde sequitur: *Optimi magistratus, et benivolentissimi principes*. Et: *placere ordini, probari magistratibus et principibus*. WOWER. *Principes Africae viri*] Sic recte memb. Flor. et Lipsius lib. I. Elect. cap. 18. Infra: *Laudator mihi* etc. ELMENH. Pith. *princeps A. V.* Ed. Vicent. *princeps Augusti*. Iunt. pr. Ald. Bas. *principes Augusti*, quod adiective capere videtur I. Pyrrhus. Recte vero Lipsius et Wower. cum Lindenbrogio, G. Vossio, Elmenh. etc. *A. V.* explicant *Africae Viri*, quod infra ipsum repetit. Edd. Iunt, post. Vulc. Scal. *principes A.* vel *AFR.* sive *Africae*. cum Lipsio et Tertull. de Pallio c. 1. ubi vide. Perinde cum sit, MSStos sequi praestat. Ceterum paulo ante pro *vobis* Pith. habet *vos*.

OB STATUAM] Idem, *obstituam*. COLV.

POSTULASTIS] A municipibus vel a toto Senatu. Mox Strabonem Aemilianum, virum consularem *postulasse*, ait, *locum celebrem ipsius statuae* sc. a senatu. ubi vide Colvium. Sic Imp. Antoninus Philosophus I. Rustico *post obitum statuam a senatu* postulavit. teste I. Capitol. cap. 3.

ALIQUAMMULTOS] Ed. Ald. *aliquamultos*. Sed vide Ind.

ABFUERIM] Idem, *affuerim*. Scriptum olim, *afuerim*. COLV. Bene. Vide ad Caesar. Lib. I. B. G. c. 36. et VII, 63. *Contulerim* abest a Coll. Voss. Lips.

sanis natabula, et aegris medicabula. Quippe ita institui omne vitae meae tempus vobis probare, quibus me in perpetuum firmiter dedicavi: nihil tantum, nihil tantulum faciam, quin eius vos et gnaros et iudices habeam. Quid igitur de repentino ab hoc splendidissimo conspectu vestro distulerim, exemplum eius rei paulo secus simillimum memorabo, quam improvisa pericula hominibus subito oboriantur, de Philemone comico. De ingenio eius qui satis nostis, de interitu paucis cognoscite. An etiam de ingenio pauca vultis? Poëta fuit hic Philemon, mediae comoediae scriptor. fabulas cum Menandro in scenam dictavit, cer-

PERSIANAS AQUAS] Aquarum medicantium varias species habes apud Plin. L. XXXI. cap. 11. PYRRH. Ab auctore vel possessore Persio, cuius meminit N. 18, forsan ita dictae fuere hae aquae: quemadmodum multa balnea sic suum habebant nomen. Vide Comm. ad Gell. III, 1. *ad balneas Sitias;* Athenis, non Romae, ut somniant inttpp.

NATABULA] Pith. *notabula.* Pro *gratissima* Coll. Voss. Lips. *gratissimas.*

VOBIS PROBARE] Male exsulat ab Ed. Floridi τὸ *vobis*, quae etiam mox habet *dicavi.*

IN PERPETUUM] Quidam una voce legunt *imperpetuum.* V. Menk. Misc. N. Lips. Vol. II. T. 4.

NIHIL TANTUM] Haec nunc primum e veteri nostro addidimus: in nullo vulgatorum erant. Et sic certe elegantior hic locus multo, quam ut ante. COLV. Apol. 2. in princ. *qui non modo ullo facto, sed ne tantulo quidem meo dicto laesus.* M. Tul. lib. I. epist. XIV. ad Attic. *ut huic vix tantulae epistolae tempus habuerim.* et lib. 15. epist. 27. *Nec quicquam posthac non modo tantum, sed ne tantulum quidem praeteriens.* Pro domo sua: *Quod enim est in terris commune tantum tantulumue consilium, quod non* etc. BRANT. Bene *nihil tantum* e Cod. Lips. cui consentit Florent. primus addidit Colvius. [Alio sensu *tantus* et *tantulus* iungit Plaut. in Poen. A. I. Sc. 2. vs. 61. Tantula tanta *verba facit.* id est, tam parva et humilis mulier tam grandia loquitur. — I. B.]

DEREPENTINO] Fulvius mavult *derepente.* Ego nihil muto. Sic et repente et repentino dicitur. SCIOPP. *in Symb.* Fulvius, *derepente*, male. ELMENH. Non tamen una voce *derepentino* scribendum erat, sed duabus, ut *de inproviso* et *inproviso.* N. 23, *Quia* de repentino *oborta est.* Infra hoc Fragm. *Imber* repentino *coortus est.* et alibi.

DISTULERIM] Scribe: *distulerit.* WOWER. Vel sic deest pronomen. Quare malim *distulerim me*, *exemplum* etc. Facile ob praecedentem et seq. literas, syllabam *me* excidere potuisse, patet. *Distulerim me* i. e. a vobis me abstraxerim, diuque abfuerim. Vide ad Suet. Caes. c. 82.

QUAM IMPR. PER. HOM. SUB. OBOR.] Mirum nemini adhuc suboluisse, esse haec verba ex glossa marginali nata, cum id vel puer advertere queat. SCIOPP. *in Symb.* Haec abundare videntur, et omnino sunt inducenda, sicuti aliis etiam visum. ELMENH. Haec in vet. libro non leguntur. recte, ut arbitror. WOWER. Fulvianum librum a Wowerio innui credo. Scriver. tamquam e Glossa marginali nata haec e sua Edit. eiecit. Si tamen ponantur post τὰ *eius rei*, non video, cur temere proscribi mereantur.

PHILEMONE] Philemon a Quintiliano in cap. de copia, Menandro secundus traditur, quamvis pravis suorum temporum iudiciis praelatus fuerit. PYRRH. Pith. *Philomone.*

AN ETIAM] Pith. *aut etiam.* Mox pro *vultis.* Edd. priores *vultus.* vitiose. ut iam monuit Becich. Ep. 99.

POËTA HIC FUIT PH.] Vide Agellium lib. 17. c. 4. Mediam comoediam etiam scripsit Heniochus, ut refert Suidas, et Lucanus, ut observat autor incertus in eius vita. Antoninus Imp. de vita sua lib. II. pag. 193. Πρῶτον αἱ τραγῳδίαι περήχθησαν ὑπομνηστικαὶ τῶν συμβαινόντων, καὶ ὅτι ταῦτα οὕτω πέφυκε γίνεσθαι καὶ ὅτι οἷς ἐπὶ τῆς σκηνῆς ψυχαγωγεῖσθε, τούτοις μὴ ἄχθεσθε ἐπὶ τῆς μείζονος σκηνῆς ὁρᾶτε ὅτι οὕτω δεῖ ταῦτα περαίνεσθαι, καὶ ὅτι φέρουσιν αὐτὰ καὶ οἱ κεκραγότες. Ἰὼ κιθαιρών. καὶ λέγεται δὲ τινα ὑπὸ τῶν τὰ δράματα ποιούντων χρησίμως. οἷον ἐστιν ἐκεῖνο μάλιστα· Εἰδ' ἠμελήθην ἐκ θεῶν καὶ παῖδ' ἐμω. Ἔχει λόγον καὶ τοῦτο· καὶ πάλιν· Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμέεσθαι, καὶ Βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν· καὶ ὅσα τοιαῦτα. Μετὰ δὲ τὴν τραγῳδίαν ἡ ἀρχαία κωμῳδία περήχθη, παιδαγωγικὴν παῤῥησίαν ἔχουσα καὶ τῆς ἀτυφίας οὐκ ἀχρήστως δι' αὐτῆς τῆς εὐθυῤῥημοσύνης ὑπομνήσκουσα. πρὸς οἷον τι καὶ Διογένης ταυτὶ παρελάμβανε. μετὰ ταῦτα τὶς ἡ μέση κωμῳδία, καὶ λοιπὸν ἡ νέα πρὸς τίποτε παρείληπται ἣ κατ' ὀλίγον ἐπὶ τὴν ἐκ μιμήσεως φιλοτεχνίαν ὑπεῤῥύη ἐπίστησον ELMENH.

CUM MENANDRO] Menander novam comoediam scripsit. De nova et vetere multa egregie Donatus in Terentium. De Menandro haec Ovidius: *Dum fallax servus, durus pater, improba lena*

certavitque cum eo: fortasse impar, certe aemulus. Namque eum etiam vicisse saepenumero, pudet dicere. Reperias tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa, agnatos lucide explicatos, personas rebus competentes, sententias vitae congruentes: ioca non infra soccum, seria non usque ad cothurnum

lena vixerit et meretrix blanda, Menander erit. Pyrrh. Pith. *a Menandro.*

In scena dictavit] f. *in scenam.* Brant. Recte: scilicet ut in scena agerentur, uti bene interpretatus est Floridus, licet vulgatam lectionem, quae id non significat, retineat. Pith. *in ceram.* De vi praepositionis *in* cum accusat. diximus alibi. Posset *in scena* explicari, quia id egit Philemon, et ipse populo prius recitavit in theatro comoedias, quam ab histrionibus in scena agebantur; ut hoc ipso fragmento patet, et mos erat poëtarum.

Etiam vicit] Pro *nam quod*, quod Scriv. et Flor. habent, MSS. et Edd. priores *namque*; unde patet, pro *etiam vicit*, seu ut in Edd. ante Colv. *et vicit*, recte emendasse Piccartum Peric. Crit. c. 16. *etiam vicisse.* Pith. *Nam eum.*

Pudet dicere] Gell. Noct. Att. lib. XVII. cap. IV. *Menander a Philemone, nequaquam pari scriptore, in certaminibus comoediarum ambitu gratiaque, et factionibus saepenumero vincebatur. Eum cum forte habuisset obviam, Quaeso, inquit, Philemo, bona venia, dic mihi, cum me vincis, non erubescis?* Colv.

Reperias] Pith. *reperies.*

Agnatos lucide explicatos] Vox *agnatos* non alio hic fine adhibita, quam fuerat in fabula Davus, nempe ut turbet omnia. Forte an *actus* auctor scripserit, notum in fabulis vocabulum, ut et alia hic posita, vel ἤθη, aut πάθος, similis vox Graeca hic haesit, quanquam in priorem sententiam magis inclinet opinio nostra. Stewech. MS. *adgnatos.* Conieci ante annos aliquot, legendum videri, *ac nodos luc. expl.* ut apud Horat. in hac eadem re: *Neve minor, neu sit quinto productor actu Fabula quae posci vult et spectata reponi. Nec Deus intersit nisi dignus vindice nodus Intersit.* Ubi bene notatum ab Achille Statio hunc Nodum ab Aristotele libro de Poëtica arte, δέσιν seu πλοκὴν dici. Sed iam vulgatam scripturam ferendam putem; si per Agnatos lucide explicatos intelligamus affines, consanguineos sese mutuo recognescentes, agnoscentes, quod in comoediis saepius accidere, testes nobis Plautus et Terentius: in quibus huiusce rei plurima exempla. Colv. Non explico quid sit illud *agnatos luc. expl.* Profecto ut vere dicam, aqua hic mihi haeret. Roald. De hoc loco quid dicam non habeo, nisi quod sit a Colvio vulgata haec lectio perperam et correcta et defensa. Sane qui locum diligentius considerat, inveniet, eum loqui de aliqua Comoediae parte. Laudat enim in Philemonis Comoediis, primum argumenta, tum agnatos (pro quo temporis causa fingamus legendum *actus*) ordine et perspicue propositos, inde personas rebus competentes, itemque sententias morales, ioca et seria. Qui *agnitos* malunt eos ego nihil nisi occasionem multa corradendi et undique comportandi aucupari existimo. Sciopp. *in Symb.* Ita libri vulgati. Recentiores editiones: *ac nodos lucide.* Sed omnino legendum: *agnitos lucide expl.* Casaubonus corrigendum censuit: *agnitus*, id est, agnitiones. Refer ad expositorum agnitiones in fabulis, quae frequentes in veteribus comoediis, quarum summa laus, si hac parte exactae. Vide Aristot. de Poëtica cap. XI. Wower. Sic Pyrrhi editio et Flor. 2. Aldus *agnitos l. e.* Colvius *ac nodos l. e.* Schottus *gnatos l. e.* Casaubonus *agnitos l. e.* quem vide ad Apologiam p. 165. Elmenh. f. *ac gnatos.* Burm. Vulgarem lectionem constanter servant MSS. In Lipsiano et Pith. etiam *adgnatos.* Auctor sine dubio intelligit ἀναγνωρίσεις agnatorum et consanguineorum, vel filiorum expositorum, quae priscis comoediis pars erat operosissima, sed et optima, et qua sese totius fabulae intricata explicabant *argumenta*, quare his illas bene App. subdit. confer Bourdelot. ad Heliodor. p. 99. Perperam igitur Colvius prius coniecit scribendum *ac nodos*, quod probat Piccart. Peric. Crit. c. 16. et expressere Vulc. et Scal. Sed ipse Colv. bene se correxit. Peius multo, licet alios increpet, Scioppius in Symb. proposuit *actus*, et iam ante Stewech. Scottus frustra in Observ. L. I. cap. 5. hariolatus est *agnatos* vel *gnatos l. expiscatos.* Nec melius Scipio Gentilis Parerg. ad Pand. L. I. c. 37. *dramatas l. explicatas.* Wower. *agnitos.* Casaubon. *agnitus* i. e. ἀναγνωρίσεις, quae in eandem recidunt sententiam.

Loca] Tam certum est scribendum, *ioca*, quam solem meridianum calere. Depravarunt isti, qui nescriverunt Sallustium et alios *ioca* neutro genere dixisse. Sed illos ego ad Nonium Marcellum et similes Grammaticos remitto. Stewech. *ioca n. i. s.* Roald. Inepte MSS. et Edd. O. praeter Edd. Bas. sec. Colv. Elm. etc. habent *loca.* Monuere iam Becich. Stew. Roald. Scott. et Sciopp. Patet id ex oppositione τῶν *seria*: quae sexcenties coniunguntur. *Ioca* pro *iocos*, ut *ioca* et *iocos* adhibuere multi et in his Sallust. B. Iug. c. 96. Ioca *atque seria.* Auson. Parent. VII. ioca

se-

num. Rarae apud illum corruptelae: et, uti errores, concessi amores. Nec eo minus et leno periurus, et amator fervidus, et servulus callidus, et amica illudens, et uxor inhibens, et mater indulgens, et patruus obiurgator, et sodalis opitulator, et miles proeliator: sed et parasiti edaces, et parentes tenaces, et meretrices procaces. Hisce laudibus diu in arte comoedica nobilis, forte recitabat partem fabulae, quam recens fecerat. Cumque iam in tertio actu, quod genus in comoedia fieri amat, iucundiores affectus moveret; imber repentino coortus, ita ut mihi ad vos venit usus nuperrime, differri auditorii coetum et auditionis coeptum coegit: reliquum autem, variis postulantibus, sine intermissione deincipe die perlecturum. Postridie igitur maximo studio ingens hominum frequentia conve-

seria mixti, et Prof. 7. 2. *dies festos*, ioca, *vota*, *ludum*. V. Non. Marc. Indisc. Gen. in *locus*. Serg. in Donat. p. 1842. Ed. Putsch. [Plurali Cicero uti amat neutro *ioca*. vid. Phil. II, 4. de Finib. II, 26. Epp. ad Att. XIV. 15. Sunt vero etiam *ioci* et *iocos* bonae Latinitatis. vid. Liv. V. 49. Vell. Pat. II. 67. — I. B.]

Uti err. conc. amores] Eleganter. Amor enim animi error est. Plautus Merc. A. I. Sc. 1. *Sed amori accedunt etiam haec quae dixi minus Insomnia*, *aerumna*, *error*, *terror*, *fuga*. Elmenh.

Servulus callidus] Absunt a Coll. Voss.

Et miles proeliator] Desunt haec veteri libro. Colv. Recte scripseris: *miles praedicator*. Nota argumenta Comaediarum. Wower. Alii *m. praedicator*. Elmenh. Pro glorioso, ut opinor. Frustra, et ex emendandi prurigine. *Proeliator*, quia semper proelia iactat, et vulnera enumerat, vel etiam proeliari semper studet, qualis apud Terentium Thraso.

Sed et] *Et* deest Pith. in quo mox est: *quamquam recens fec.*

In tertio Actu] Posterius verbum non agnoscit vetus liber. Colv. Florent. et Pith. Codd. item Edd. ante Elmenh. carent quoque τῷ *in*.

Fieri amat] Sic apud Sallust. *vulgo fieri amat*; ut quidem ego lego. Graecismus. W. Goes. Alii enim habent *vulgus*. Septim. de B. Troj. I, 3. *sicut in tali re* fieri amat. Quinct. Inst. Or. IX. 3. Vide Viros Doctos ibi et ad Sallust. B. Iug. c. 3. *ita* fieri amat.

Ad vos venit usus n.] Melius, *apud vos venit usui nup.* Et sic etiam coniecerat legendum elegantissimus adolescens I. Dousa, magni patris, magna proles. Colv. Male. *Ad* enim idem quod *apud* notat. V. supra ad Met. L. III. p. 221, a. et ad Caesar. p. 45, 142, 336, 449. Male igitur etiam Doct. Iuvenis Bondam in Specim. Anim. p. 64. in Nov. Theod. *ad superiorem manet*, reponit *apud*.

Reliquum autem] Vulgati plerique, *Reliquum tam.* Rom. vero, *Reliquum tamen.* Colv. Pith. Edd. Rom. Vic. *tamen.* Ald. Iunt. post. Bas. *tum.* Abest a Iunt. pr.

Variis postulantibus] Sic MS. cod. Vulg. *vanis postul.* Unde Fruterio coniectura nata, *convenis postul.* mihi, *amicis postul.* Colv. Aldus, *vanis postulatibus.* Elmenh.

Reliq. a. variis postul. etc. perlecturum] In his nulla est constructio, desuntque *promisit se*, vel tale quid, quod supplevit in interpretatione Floridus. Pro *variis* MS. Pith. et Edd. O. ante Colv. *vanis.* Unde Fruterius Veris. L. II. c. 17. coniecit *convenis postulantibus*, vel, *vanis postulatibus.* Frustra, uti et Colv. Nam his emendationibus nihil iuvatur sensus, aut impletur constructio. Optime Vir Doctus ad marg. Ed. Iunt. post. pro *variis* adscripsit *annuit* sc. se *perlecturum*: ut est in MSS. et Edd. ante Vulcan. non *perrecturum*, quod sine dubio, ortum e typographi errore, retentum est; quia Edd. non cepere mentem auctoris, praeterquam Floridus. [Quod autem ad Graecismum illum attinet omissi ante infinitivum accusativi pronominis, eum a Cicerone quoque esse adscitum contra Weiskium defendit et exemplis Doct. Matthiae *De Anacoluthis apud Ciceronem* in Analect. Litt. a Wolfio editis Vol. II. p. 2. — I. B.]

Deincipiti die] MS. *de ancipite die.* Vulg. *deincipiti.* V. N. Ianus Dousa reponit, *deincipe*: ut Principe dicimus. Malui ego, *deincipite die*: ut Ancipite, non Ancipe. Colv. Vulgo, *deincipe die.* Elmenh. Ex adverbio *deinceps* factum ab Apuleio nomen adiect. *deinceps deincipitis*, ut *anceps ancipitis*. *Deinceps dies* est *posterus* vel *sequens dies.* Florid. *Deincipite die* diserte MS. Florent. cum Colv. et Wower. Edd. Vett. et Fruter. cum Elm. Scriv. Flor. *deincipiti die.* Dousa, W. Goesius cum Edd. Vulc. Scal. *deincipe die*, quod magis mihi placet. Alii divisim legunt *de incipiti die*, ab *inceps*, quod Festus interpretatur *deinceps.* [Si *deinceps* est a *dein* et *capio*, ut revera videtur, et si vera quoque est veterum Grammaticorum opinio, quae a *capiendo* veniunt, non augeri in obliquis, nullum dubium est,

Venere. sese quisque exadversum quam proxime collocant. Serus adveniens amicis annuit: locum sessui impertiunt. extimus quisque excuneati queruntur. farto toto theatro, ingens stipatio. occipiunt inter se queri. Qui non affuerant, percontari ante dicta: qui affuerant, recordari audita, cunctisque iam prioribus gnaris, sequentia exspectare. Interim dies ire, neque Philemon ad condictum venire. quidam tarditatem poëtae murmurari, plures defendere. Sed ubi diutius aequo sedetur, nec Philemon uspiam comparet; missi ex promptioribus, qui accirent, at-

est, quin scribendum sit *deincipe.* cf. Vossius in Etym. V. *anceps.* Festus: Deincipem *antiqui dicebant proxime quemque captum, ut principem primum captum.* — I. B.]

Exadversum] MS. idem, *ex adverso.* Vide ad librum praecedentem. Colv.

Collocat] Malim *collocant:* ut mox *quisque excuneati.* V. Ind. Not.

Annuit locum cessui] Ipsum mihi Thalem Milesium iudicem da, nunquam sensum eorum verborum eruat. neque idem neget recte me emendare, *ambit locum cessui.* id est flagitat, petit, causa depravatae et intricatae sententiae, quod in optimis libris perscriptum fuerit *amvit. Locum cessui* dicit, quemadmodum et libris superioribus *oleum unctui*, *tunicam indutui*, *baltheum cinctui*, *pallium amictui.* Stewech. MS. *sexui.* Colv. Scribe et distingue: *Serus adveniens amicis annuit; locum sessui impertiunt.* Wower. Lege cum Fulvio, *s. amicus amicis annuit, locum sessui inpertiunt.* Elmenh. Nutu locum postulat. Pyrrh. Recte Wowerium secutus est Scriver. Vulgo male editur *amicus annuit locum sessui*, quod interpretatur Pyrrhus. Sed id Latinum non credo. *Annuere* enim *locum amicis* posset tantum significare, concedere. Vid. ad Met. L. X. p. 715, a. Virg. Aen. I, 254. *coeli quibus* adnuis arcem. *Amicus* tamen exstat in MSS. Florent. Lips. Fulv. Pith. quare non inepte legit Stewech. *adv. amicus ambit locum sessui*, quamvis male *cessui* habeat, cum Ed. Paris. Quid velit Elmenh. nescio. *Serus adveniens* non est mutandum. Qui sero advenit, locis iam occupatis, *annuit* amicis, in signum scilicet, ut velint recedere, sive *nutu loquitur* e longinquo nempe: illi enim potuerunt sedere in medio cuneo. Hi autem locum sessui impertiunt. Floridus frigide inseruit *suis.* Dein *semsui* est in Ed. Vicent. al. *sensui* vitiose, monente Becich. Ep. 99. *Inpartiunt* quoque Edd. Vett.

Excuneati] Loco dimoti: cunei sunt ordines graduum theatralium. Pyrrh. Lego *excuriati.* Varro Hippocione aut ὑπποσύνη: *Apollonium ideo excuriavit, quia nihil habebat.* Nonius, *excuriari.* Sed non male *excuneati.* Brant. *Excuneati* i. e. Extra cuneum sessorium stantes. V. Salm. ad Solin. p. 919. Ed. vet. 645. Ed. ult. Frustra ergo prodidit ineptam coniecturam Brantius.

Farto toto theatro] Idem vetus, *arto toto theatro.* quod non probo. Vulgatam enim lectionem asserit Seneca Epist. LXXVI: *Quoties scholam intravi praeter ipsum theatrum Neapolitanorum, ut scis, transeundum est Metronactis petentibus domum. Illud quidem fartum est: et hoc ingenti studio, quis sit Pithaules bonus iudicatur.* Colv. V. C. *arto toto theatro* quae scriptura Colvio licet improbetur, verissimam tamen confidenter affirmarim. Horat. lib. 1. Ep. 2. *Hos ediscit, et hos arto stipata theatro Spectat Roma potens. arto theatro* propter multorum hominum in eo concursum. Brant. Seneca: *theatrum illud quam fartum est.* Chrysostomus prooemio in Johannem καὶ ἴδοις ἂν ὁλόκληρον θέατρον μυριάδων πολλῶν Elmenh. In Horatii loco a Brantio cit. contra *farto* malit Tollius. MSS. reliqui cum h. l. servent *farto*, recte id defendit Colvius e Seneca. Hinc in eadem re, noster Lib. III. Met. *aditus etiam et tectum* (theatri) *omne* fartim *stipaverant.*

Inter se] Pith. *in se.*

Qui aff. non rec. audita] Haec non sunt in MS. cod. Colv.

Prioribus gnaris] Id est, *cognitis. Gnarus* enim hoc loco passive sumitur, sicut et apud Tacitum lib. I. *Trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam nesciis.* et lib. 15. *idque nulli magis gnarum, quam Neroni.* Florid. Vide etiam ad Met. L. VII. p. 493, b. Prave igitur Wower. tacite edidit *priorum.*

Ad condictum] Scil. diem, ut apud Plaut. in Curculione, alii libri habent *conditum.* Pyrrh. Sic MS. Rom. et Bas. II. Reliqui, *conditum.* Colv. Correxit iam Becichemus.

Sedetur] Ald. *sidetur.*

Qui acciperent] Huiusmodi menda qui non viderunt, vel si videre, praeterire voluerunt, his molestum non erit spicas istas nos legere, ubi suam ipsi fecerint messem. lego, *qui accirent.* Stewech. *qui accirent* vel *accerserent*, sententia omnino postulante. Roald. *Accirent* reposui, licet omnibus libris reclamantibus legentibusque, *acciperent.* Varro Rhetoricorum lib. XX. *Ut consules ac praetores qui sequuntur in castra,*

atque eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt. Commodum ille anima edita obriguerat: iacebatque incumbens toro, similis cogitanti. adhuc manus volumini implexa, adhuc os recto libro impressum: sed enim iam animae vacuus, libri oblitus, et auditorii securus. Stetere paulisper, qui introierant, perculsi tam inopinatae rei, tam formosae mortis miraculo. Deinde regressi ad populum renuntiavere, Philemonem poëtam, qui exspectaretur, qui in theatro fictum argumentum finiret, iam domi veram fabulam consummasse. Enimvero iam dixisse rebus humanis VALERE ET PLAUDERE: suis vero familiaribus, dolere et plangere. hesternum illi imbrem lacrimas auspicasse: comoediam eius prius ad funebrem facem, quam ad nuptialem venisse. Proin quoniam poëta optimus personam vitae

Accensi dicti: quod ad necessarias res saepius accivantur, veluti accersiti. Sic enim ibi apud Nonium legendum, non, *accensiti.* Apud eumdem pariter emendandus Attius, Armorum iudicio: *Bene facis. Sed quid nunc subiti mihi febris accivit mali?* et M. Varro, Sexagesi: *Acciti sumus, ut deportaremur. murmur fit verum.* Haec tanti mihi non fuisset in medium adducere, nisi ut de locorum illorum lectione veriore constaret etiam non doctissimis. COLV. Rom. Ald. et Flor. *acciperent.* ELMENH. Bene emendarunt Stew. Lips. Colv. et Roald. qui etiam proposuit *accerserent.* Groslot. etiam *accierent.* Auson. Epigr. 75. *accirem medicos.* ubi eadem varietas. Sept. de B. Troj. II, 6. *uti ad eos acciendos pergeret.*]

IN SUO SIBI LECT.] id est, sine teste mortuum, ut Seneca in quadam epistola de eo, qui inventus est glandula inguinea suffocatus. PYRRH.

COMMODUM] tunc ut prius saepe. PYRRH. Pith. *commode.*

INCUMBENS TORO] Rom. et Aldus *incubans toro.* ELMENH. Male quoque *incubans* habent Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. Ovid. Met. XI, 657. *Tum lecto* incumbens *ait haec.* Vide ad Met. L. IV. p. 277, a.

VOLUMINI] Lips. *volumen.*

ADHUC OS RECTO LIBRO IMPRESSUM] Dictio, *os*, abest a veteri. Sed forte verius legamus, *adhuc os lecto libro impr.* Aut si scriptum codicem sequeris, *adhuc recto*, vel potius, *lecto libro impressa*, et ad manum referatur. COLV. f. *certo.* BURM. Coll. Voss. Lips. *inpressu.* Pith. *impl. adhos r. l. impressus.* Recte sese habet vulgata lectio *os recto libro impressum.* Ait Appul. faciem eius obversam stetisse et infixam libro, quem *rectum*, ut legere posset, tenebat. Virg. Aen. IV. 659. de Didone moriente: *Os impressa toro.* [Hinc legi posset: *impressus*, ut est in Cod. Pith. Ita tamen etiam cum Lipsio melius legeretur: *manus volumen implexa*, vel *manum volumini implexus.* — I. B.]

SECURUS] Coll. Voss. *securius.*

PERCULSI] MS. noster *percussi.* COLV. De more.

FORMOSAE MORTIS] Ita pene Plato est mortuus, et dicimus voce vernacula: pulchra morte mortuum esse aliquem. PYRRH. Malo: *famosae.* WOWER. Recte alii *famosae mortis.* ELMENH. Inepte. Illa mors postea demum facta est *famosa.* Sed illi, qui primi eum sic mortuum viderunt, non possunt dici perculsi *famosa morte*, sed *formosa* sive pulchra, quia similis cogitanti incumbebat lecto. Lips. *mirac. mortis.*

DEINDE] Lips. *dein.*

QUI IN THEATRO] Lege: *quo in th.* WOWER. Wowerium recentiores secuti sunt, edentes *quo*, sive, ut. In MSS. et Edd. Vett. tamen est *qui*, quod licet praecedat, non damnare ausim.

VERAM FABULAM CONSUMMASSE] Inscriptio vetus apud Gruterum fol. 742: IAM. MEA. PERACTA. MOX. VESTRA. AGETUR. FABULA. VALETE. ET PLAUDITE. Seneca epist. 77. *Quomodo fabula sis vita, non quam diu, sed quam bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas. Quandocunque voles desine, tantum bonam clausulam impone.* Cicero in Catone Maiore: *Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet contentus esse, neque enim histrioni, ut placeat, peragenda est fabula: modo in quocunque fuerit actu probetur: neque sapienti usque plaudite vivendum.* Sic Augustus iussit, ut se defuncto patres plauderent, quo mandato mortales res irrisit. Suetonius Augusto cap. 99. Cedrenus *in Annalibus* fol. 150. ELMENH.

DOLERE] Ed. Iunt. *dolore.*

ILLI] Coll. Voss. *illum.* Mox pro *eius* Lips. *enim.*

FUNEBREM FACEM] Rom. Ven. *fun. facere.* De cereis, facibus funebribus dictum late lectissimo Lipsio ad Annal. Taciti. Sed illud adhuc dignum notatu, quod Isidorus scribit, *Funus dictum a funibus accensis, quos ante feretrum papyris circundatos ferebant.* quia etiam de eodem genere facis seu cerei locus Antipatri lib. VI. Epigrammat. Graecorum: Λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρό-

tae deposuerit, recta de auditorio eius exsequias eundum. legenda eius esse nunc ossa, mox carmina. Haec ego ita facta, ut commemoravi, olim didiceram. sed haud sine meo periculo recordatus. Nam, ut meministis profecto, cum impedita esset imbri recitatio, in propinquum diem, vobis volentibus, protuli: et quidem Philemonis exemplo penissime. quippe eodem die in palaestra adeo vehementer talum inverti, ut minimum abfuerim, quin articulum etiam a crure defregerim. tamen articulus loco concessit, exque eo luxu adhuc fluxus est: et iam, dum eum ingenti plaga reconcilio, iamiam sudoro affatim corpore, diutine obri-

Κρόνου τυφήρεα λύχνον, Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγόμενον παπύρῳ. Colv. Ovidius II. Fastor. *Conde tuas Hymenaee faces et ab ignibus atris Aufer, habent alias maesta sepulcra faces.* Et in Epist. Cydippes: *Et face pro thalami fax mihi mortis adest.* Martial. lib. 8. epigram. 43. Heliodorus pag. 112. *καὶ δᾶδες, αἱ τὸ γαμήλιον ἐκλάμψασαι φῶς, αὗται καὶ τὴν ἐπικήδιον πυρκαϊὰν ἐξῆπτον.* Festus *in Facem.* Elmenh. Edd. Rom. Vic. Ven. *facere.* cf. Beichem.

Exequias eundum] Minus recte MS. *ad exequias eundum.* Terentius Phormione: *Exequias Chremeti, quibus commodum ire, iam tempus est.* Sic *Exequias venire* infra lib. IV. Colv.

Legenda eius esse nunc ossa] Colligenda ossa de more veterum, ut Osiridis ossa quaesita. Pyrrh. Solebant veteres ubi rogus extinctus erat, colligere reliquias et ossa, quod unica voce dicebatur *ossilegium*, unde et *ossa lecta.* Propert. lib. II. *Vix venit extremo qui legat ossa die.* Elmenh. *Esse* deest Pith. Ceterum in *legenda ossa, carmina κακοζηλίαν* observat D'Orvill. ad Charit. p. 397.

Sed audies me meo periculo recordatus] Locus mendosus. quid si legamus: *Sed haud ea sine meo per. rec.* Sciopp. *in Symb.* Alii, *sed haud ea sine meo periculo recordatus.* Elmenh. Haec est MSS. et Edd. Vett. usque ad Wowerium lectio, sine dubio corrupta. Wower. edidit *sed audietis me meo periculo recordatum.* quod nimium a MSS. abit. Scioppium in sua Edit. secutus est Scriver. At quid opus est τῷ *ea?* Lege: *sed haud sine meo per. recordatus*, scil. haec ita facta esse. Floridus tacite exhibuit: *sed hodie sum m. p. recordatus.* Perperam. Nam *hodie* talum non infregerat, sed ante aliquot dies: cum imbri impedita eius quoque recitatio, ut Philemonis, esset; tunc eius recordatus fuit non *hodie.* Suffuratus tamen videtur ex margine Ed. Colv. in Bib. Reg. Sed et Piccart. Peric. Crit. c. 16. coniecit *hodie ferme meo p.* vel *ante hos dies ferme meo p.* Boxtius quoque iuvenis legebat: *hodie e meo p.*

Vobis] Abest Coll. Voss. Lips.

Exemplo paenissime.] Vulg. *plenissime.* Notavi supra. Colv. In MS. Lips. et Edd. Vett. *plenissime.* Sed tamen *poenissime* MSS. Florent. Pith. Edd. Iunt. post. Bas. sec. Colv. etc. At vero *poenissime adeo vehementer* iungi mihi non placet. Rectius ergo Wower. distinguit *exemplo poenissime.* i. e. fere exemplo Philemonis. De hac voce vide supra.

Talum] id est ossiculum quod vertebra pedis ligatum corpus sustinet. Pyrrh. Pith. deest *die*, et pro *inverti* id. *averti.*

Destringerem] dilocationem describit. Pyrrh. *Defringerem* Basil. ii. scriptura. Vetus cod. *defregerim:* vulgati alii, *destringerem.* Colv. Flor. *defregerim.* Rom. et Aldus: *distringerem.* Elmenh. Bene lectionem MSS. Florent. et Lips. servavit Scriver. *Defregerim* more Appuleii est pro, valde infregerim. Edd. Iunt. post. Bas. sec. Colv. Vulc. Scal. Wower. *defringerem.* Edd. vett. *destringerem.* Pith. *distringerem.* Negligenter Elmenh. et Florid. *fregerim.*

Exque eo luxu adhuc fluxus est] Ut constet allusio, luxum pro luxatione dixit. Luxatio *στρέμμα, λυγισμὸς*, cum articulus eiectus. Ita enim Latini loquuntur. Scribonius Largus: *Ad luxatum omne et eiectum et expositum articulamentum.* Imitatione Graecorum, qui simili modo *ἐκβάλλειν.* Wower. *Luxus* pro *luxatione* nusquam occurrit. Nil temere tamen muto, quia *luxus* adiect. aliquoties usurpatur pro *luxato.* Vid. Praes. Bynkerhoek. Obs. Iur. Rom. L. III. c. 1. Hinc Mart. Cap. L. IX. p. 310, ut concipiunt MSS. omnes *Fidibusque luxa Fescennina prodeunt.* Sed et in Glossis: *Luxum, στρέμμα, λυγισμός.* An ergo et hic *luxo.* quomodo salva manebit quoque auctoris captata allusio *ex luxo fluxus.* Pith. *adhuc fluxu est.*

Et iamdum] Alias, *etiam dum.* Iamdum, ut Primumdum, et id genus alia. Exempla forsitan mihi colligentur infra ad Apologiam I. Colv. *Est: et iamdum*] Sic MSS. Lips. et Pith. Colv. Scal. Elmenh. ut *iamdum* ponatur pro *primo, dum:* unde Scriver. edidit *fluxus est etiam, dum i. e. pl. reconcilio. iamiam.* At haec non intelligo. Membranae Florent. carent *iam*, quo etiam non opus est. Certe cum Florido distinguenda sunt *et iam, dum* etc. Dicit enim

 se

obrigui. Inde acerbus dolor intestinorum coortus, modico ante sedatus est, quam me denique violentus exanimaret, et Philemonis ritu compelleret ante letum abire, quam lectum; potius implere fata, quam fanda; consummare potius animam, quam historiam. Cum primum igitur apud Persianas aquas, leni temperie, nec minus utique blando fomento gressum recipéravi; nondum quidem ad innitendum idonee, sed quantum ad vos festinanti satis videbatur, veniebam redditum, quod pepigeram: cum interim vos mihi beneficio vestro non tantum claudicatem demsistis, verum etiam pernicitatem addidistis. An non properandum mihi erat, ut pro eo honore vobis multas gratias dicerem, pro quo nullas preces dixeram? Non quin magnitudo Carthaginis mereatur etiam precem a philosopho pro honore; sed ut integrum et intemeratum vestrum esset beneficium, si nihil ex gratia eius petitio mea defregisset, id est, ut usquequaque esset gratui-

se obriguisse, dum luxatum membrum vehementi pulsu suam in sedem reconciliat, corpore suo iamiam a palaestra sudoro. Male enim post *iamiam* Florid. et vulgo ponunt distinctionem.

Plaga] Apertura facta, ut mederetur talo. Pyrrh.

Sudoro affatim corpore] Id est sudanti, sudore undanti. Vulgo, *sudore affat. corp.* Notetur novitas dictionis, *Sudorus.* Colv. Sic MSS. Florent. Lips. Becich. Colv. etc. Ante *sudore*, ut est in Pith., vel *sudorae*, sine sensu. Male autem apud Becichem. est *effatim.*

Diutile] Bene cum MSS. Lips. et Florent. *diutine* edidere Elmenh. Scriv. Flor. ut L. I. Met. *Milone diutine sermocinante.* L. II. diutine *visu praefleto.* Apol. p. 54. Pric. *qui* diutine *hostias lustrales tenerent.* Vulgo erat *diutile*, ut et in Pith.

Violentus] Coll. Voss. Lips. *violenter.*

Viol. examinaret, et Ph. r. c. a. l. abiret] Tollenda duo menda, quae operarum incuria irrepserunt: et scribend. *exanimaret* et mox *lethum adire.* Stewech. *Letum abire* vet. cod. Vulg. *letum abiret.* Quidni recte dictum, *letum abire, quam lectum?* Colv. *Lethum obire*, oppetere mortem. Pyrrh. Male Edd. quaedam *abiret.* MSS. *abire.* Sed dubito an *abire* quidem ponatur cum accusativo. Hinc forsan quoque Pyrrhus, Sopingius et Wower. praetulerunt *obire.* Sed *obire letum* ut dicitur, sic non item valet *obire lectum* pro adire. Rectius ergo Stewech. et Vir Doctus ad marg. Ed. Iunt. post. voluerunt *adire.* Virg. I, 10. adire *labores.* et passim *ad mortem ire, ruere, properare* etc. Mox pro *fata* Pith. *facta.* [Adi Ind. V. *Abire.* — I. B.]

Utili quam] Flor. *utiquam.* Elmenh. Vulgo, *utili quam.* Sed MSS. duo Florent. Pith. et Coll. Voss. Lips. *utiquam*, unde bene Scriver. edidit *utique* i. e. profecto: ut saepissime apud nostrum. v. Ind. Sic idem pro *ut inquam* N. 17 correxit *utique.*

Reciperavi] Rom. *recuperavi.* male. Vide Indicem. Elmenh.

Veniebam reditum] Quisquis locum inspexeris animo attento, facile videbis verum esse, *veniebam redditum.* vel, quia res theatralis agitur, *ven. editum.* Stewech. Bene vetus, *redditum.* Vulg. *reditum.* Colv. Pith. *veniebantur.*

Clauditatem] Claudicationem, recens verbum. Pyrrh.

Dempsistis] Quidam, *depressistis.* Colv. Rom. et Aldus *depressistis.* Elmenh. MSS. Becichem. Edd. Iunt. post. Bas. sec. Colv. etc. *dempsistis.* In reliquis, *depressistis.*

Gratias dicerem — preces dixeram] Vocum allusiones ita crebrae in his Floridis, ut non sine studio quaesitae videantur, eoque merito suspicatus, et hoc loco Appuleium id secutum, ac scripsisse, *praeces direxeram.* loquutione in constitutionibus imperatorum obvia, et in libellis Principi, aut Senatui porrigendis plus satis frequentata. Stewech. f. *gratias ducerem.* Brant. Perverse uterque. Patet auctorem, pro perpetuo suo more, ludere in eodem verbo. Quod etiam in usu scriptoribus optimis. V. ad Caes. L. VI. B. G. c. 34 et passim.

Quin] Vulg. *quia.* Colv.

Prec. a phil.] Pith. Lips. Edd. ante Colv. *a phil. prec.* Abest *a* a MSS. Florent. Coll. Voss. Lips. Pith.

Gratia] Oblata melior gratiorque quam petita. Locus ex Cicerone in Verrem locupletabilis, dum ait, *emere malo, quam rogare*, et alia. Pyrrh.

Defregisset] Legerim, *defrugasset.* ut apud Caton. de re rust. cap. IV. *Segetem ne defruget.* ita enim iam olim Beroald. accuratissimis suis in Asinum commentariis, non, *defrudet.* ut et apud Plin. lib. 18. cap. 24. *Segetem ne defruges.* Brant. Ed. Ald. *me adfr.*

Id est] MS. cod. *idem et.* Colv. *Id est, ut usquequaque esset grat.*] Videntur haec verba a

tuitum. Neque enim aut levi mercede emit, qui precatur; aut parum pretium accipit, qui rogatur: adeo ut omnia utensilia emere velis, quam rogare. Id ego arbitror praecipue in honore observandum: quem qui laboriose exoraverit, sibi debet unam gratiam, quod impetrarit. qui vero sine molestia ambitus adeptus est, duplam gratiam praebentibus debet: et quod non petierit, et quod acceperit. Duplam ergo gratiam vobis debeo: immo enimvero multiiugam. quam ubique

a manu Glossatoris textui postea inserta. FLORID. Temere tales interpretationes suspectas solent habere viri docti. Vide ad Met. L. I. p. 42. In Pith. est *idem ut*. [Ita in Epist. I. Cic. ad Q. Fratr. L. I. p. 1058. ed. Ern. *divinae cuiusdam virtutis esse videtur*, *id est*, *tuae*, τὰ *id est*, *tuae* sine ulla auctoritate et pravo omnino iudicio eiecit Doct. Matthiae in Selectarum Cic. Epp. editione, quam in usum Scholarum curavit. (Lips. 1816.) summo iure reprehensus a censore Ienensi in Ienaische Allg. Literatur Zeitung N. 73. April 1818. p. 123. — I. B.]

NEQUE ENIM LEVI etc.] Seneca de beneficiis Lib. II. cap. 1. *Non tulit gratis*, *qui*, *cum rogasset*, *accepit*. *Quoniam quidem ut maioribus nostris gravissimis viris visum est*, *nulla res carius constat*, *quam quae precibus empta est*. ELMENH.

PARVUM PRETIUM] Idem MS. *pa'uum:* Ald. Rom. *parum pretium*. Recte, et ad Plauti imitationem. qui alibi: *Si pergis parum fidem mihi esse arbitrarier*. COLV. Manus. *pauum*, forte, *paucum*. Agel. lib. 9. cap. 4. *libros plurimos aere pauco emo*. Ald. et Rom. *parum pretium*, quod placet Colvio. neque dubium habeo, quin ita sit legendum, ut apud Plaut. Bacchid. A. 3. Sc. 6. *Si pergis parum mihi fidem arbitrarier*. Terent. Eunucho A. I. Sc. II. *Forsitan hic mihi parum habeat fidem*, sic enim ex membranis legit Ioan. Gulielmus. BRANT. MSS. Florent. Pith. Lips. Edd. primae Iunt. Ald. Vulc. Scal. Scriv. *parum pretium*. Bene, ut apud Plautum aliquoties. Adverbialiter enim ponitur, ut contra *satis*, *affatim*, de quibus ad Metam. diximus. Non tamen ubique temere inculcandum reor, ut male fecit Gulielm. et alii in Terentio, l. a Brant. cit. Claudian. L. I. Ruf. vs. 240. *Mors adeone parum est?* Immo adiect. *parus* pro *paucus* occurrit in Glossis apud Zinzerling. Prom. Crit. L. I. c. 4. Becichemus Ep. 99. voluit *pretii*.

ACCIPIT] Ed. Vic. *accipis*.

EMERE VELIS] Vulg. *emere potius velis*. COLV. τὸ *potius* adieci ex Romano codice. ELMENH. MSS. Florent. Lips. Edd. Colv. Vulc. Scal. non habent τὸ *potius*, quod sine ullo iudicio rursus Elmenh. intrusit ex Edd. prioribus: unde remansit in seqq. Sed eleganter *potius* et *magis* per ellipsin omittuntur, ut apud Graecos μᾶλλον, quod oblitus erat H. Stephanus quum in Apollon. Rh. L. II. vs. 225. pro ῥεῖα etc. ἢ κείνας volebat legi ῥᾷον. cf. Bos. de Ellipsi p. 373. etc. Vide Stewech. ad Veget. L. III. c. 23. Weitz. ad Val. Flacc. VII, 428. et quos laudant Burmann. ad Vell. Pat. L. II. c. 129. et Cort. ad Sallust. B. Catil. c. 8, pluribusque locis. Gell. L. II. c. 7. *declinanda sensim*, *quam respuenda*. VII, 3, *iniurias praecavisse iustum est*, *quam exspectavisse*. Pomp. Mel. L. III. c. 10, *quos serpere quam ingredi referunt*. verum Edd. O. vett. addunt *magis*, at MSS. cuncti *potius*. Colum. L. III. c. 2, 27. *amplitudine alioquin uvarum*, *quam numero fertilis*. sic MSS. vulgo *magis*. in Sang. *alii cui*. Catal. Burm. Spec. p. 18, *atque hostes gladio*, *quam lanas fundere fuso*. Sed ibi leg. est *non*. Noster in Apol. p. 33. ed. Pric. *susceptum officii gratia*, *quam lucri caussa docebo*. Apud Val. Max. Lib. VI. cap. 6. §. 1. *incertum Ptolemaeum reddiderunt*, *patrisne fortuna* magis, *an tutoris maiestate gloriari deberet*, in MS. Harlem. deest quoque *magis*. [Vide de hac ellipsi etiam Staveren. ad Nep. Datam. cap. 8. §. 1. Arntzen. ad Plinii Paneg. p. 75. V. D. in Misc. Obs. Vol. IV. Tom. 3. p. 411. Ceterum non ita cum Nonio Marc. et Eugraphio accipiendum esse locum Terent. Eun. prol. vs. 2, monuerunt iam Bentlei. Ruhnken. alii. — I. B.]

OBSERVANDUM] Ed. Vulc. *conservandum*.

QUEM QUI] MS. *quod qui*. COLV. Legit Becich. *quod qui*. ID. *in Omiss*. Non male. At vitiose Edd. Vulc. Wow. *quem mihi*.

QUEM QUI LABORIOSE] id est, is qui aliquem laboriose exoraverit sibi debet. PYRRH.

UNAM GRATIAM] MS. idem, *una grā*. COLV. Coll. Voss. Lips. *una gratia*. Bemb. Pith. *nam gratia quod impetravit*, ut legit Vinc. Contar. L. I. V. L. c. 5. pro *nam* recipiens *una*.

QUOD IMPETRARIT] Margarita poëtica legit, *quam impetr*. COLV.

PRAEBENTIBUS] Lips. *probantibus*.

ERGO GRATIAM] Vulg. *igitur gratiam*. COLV.

GRATIAM VOBIS] Lips. *vobis gratiam*.

IMMO ENIMVERO] Vetus lib. *vno enimv*. COLV.

que equidem et semper praedicabo. Sed nunc inpraesentiarum libro isto ad hunc honorem mihi conscripto, ita ut soleo, publice protestabor. Certa est enim ratio, qua debeat philosophus ob decretam sibi publice statuam gratias agere. a qua paululum demutabit liber, quem Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat. quem librum sperabo me commode posse conscribere, si itis eum hodie nobiscum probare. Est enim in studiis tantus, ut praenobilior sit proprio in-

Sed nunc] Minus bene Scioppius putat, hic aliud incipere fragmentum. Gratias enim pro statua agere pergit.

Impraesentiarum] Hanc vocem nonnulli acutiores fugiunt, qua plerique tamen probatissimi auctores utuntur. Pyrrh. Aliud fragmentum. Verbum hoc *Impraesentiarum* prorsus sordidum et barbarum est, et nisi me omnia fallunt, a posterioris demum aetatis hominibus in hunc ipsum, in Tacitum, in Cornelium Nepotem limatissimum auctorem, in alios denique probos scriptores illatum; quo qui capiuntur, quis eos, ut maxime se doctos et elegantes putent, non credat posse, quod Catullus scribit, Aegroticulum lingere carnificis? Sciopp. *in Symb.* Haec vox quater et decies occurrit apud Appuleium. Quis igitur credat Scioppio, hanc vocem non apud Nepotem modo, sed etiam ceteros auctores, inque iis nostrum, proscribenti, et librariorum barbarismo soli imputanti. Mihi potius cum aliis viris doctis videtur esse Romanorum idiotismus, ut natus fuerit ex ellipsi *tempore* vel contracte ex *in praesentia rerum.* Vide, praeter Ind. Elmenh. et Bosii ad Nepotem, Perizonii dissert. ad Sanctii Minerv. II, 3, 8. et Grunerum in Act. Ien. V, 4, p. 212.

Certa est] Verbum *est* non erat in vulgatis. Colv.

Quae debeat philosopho] Sic restituta arbitror, *quum debeat philosophus.* Stewech. Scribo, *qua debeat philosophus.* *Sibi*, quod sequitur, non est in MS. Colv. *Qua debeat philosophus*, nisi fallunt excerpta, habet MS. Florent. cum Becichemo, Colv. et seqq. In Lips. Cod. est *qua deb. philosopho.* Edd. vett. *quae deb. philosopho.* Forsan, *qua* vel *quae deceat philosophos.* Certe melior haec coniectura quam Stewechii *quum deb. philosophus.*

Demutavit liber] Rescribendum, *demutabit liber.* nam id tempus ipsa orationis series deposcit, librum enim elaborandum adhuc fuisse clamant ista, *quem librum spero me commode posse conscribere.* Stewech. Membranaceus codex, *libere.* Colv. Scribe: *demutabit.* Wower. Vulgo, *demutavit.* Elmenh.

Quem] Coll. Voss. Lips. *quam.*

Scitis eum hodie nobiscum probare] Nisi egregie fallor, dixerit auctor, *sitis eum hodie vobis comprobari.* ut enim *sitis* pro *siveritis*, ita *scis* pro *scieris*, *venis* pro *veneris*, item alia antiquitus simili contractione formabant. Nonnunquam et duae voces in unam conglutinabant: ut *sodes*, pro, *si audes*; *sis*, pro *si vis: illico*, pro, *in loco.* testes Cicero, Nonius, Festus. Quod ad explicationem emendationis reliquae, veniam petit Appuleius a Senatu Carthaginiensi, et principibus Aphricae, permitterent in hac oratione, quae gratiis agendis, pro statua sibi a Senatu decreta, destinata fuerat, aliqua adspergere in laudem proconsulis Aemiliani. Quam eius rei causam dicere nititur, eam verba sequentia non exprimunt. Vide num recte a nobis castigata, *Est enim in studiis tanto hic praenobilior proprio ingenio, quam patritio consulatu*, cui coniecturae meae post comperi praevalere Beroald. codicis lectionem: *Est enim in studiis tantus, ut praenobilior sit proprio ingenio, quam patritio consulatu.* Stewech. Haec non sine sensu commodo leguntur: tamen melius putavimus, *Si scitis eum ho. nob. pr.* vel, *si is eum hodie vobiscum probarit.* Colv. Flor. et Rom. *sitis e. h. n.* alii, *sultis e. h.* Elmenh. Scriver. edidit, *Si itis eum hodie nobiscum probare:* quam lectionem, a Vulcanio profectam, vereor ut quis probare possit. Nam *eo* hoc sensu quidem saepe occurrit cum Supino, ut paullo infra patebit, sed cum Infinitivo non nisi propria significatione, ut *eo visere*, *introiit videre* pro ad videndum. *Eo probare* pro laudaturus sum vel *probatum eo* non Latinum esse credo. In MS. Florent. et Ed. Rom. *sitis* exaratur, in Lips. Pith. et Edd. prioribus *scitis.* Hinc Colvio et Lipsio placuit *si scitis eum h. n. p.* vel *si is eum h. vobiscum probarit.* Mihi non dubium est, quin *eum* debeat respicere ad Aemilianum. Nam sequitur ilico *Est enim vir etc.* Hoc quoque vidit Stewech. Sed *sitis* pro *siveritis*, quod ille vult, durum est, licet *sinim* in Praes. Subi. apud Propert. L. II, 15, 4. placuerit Scaligero, Passeratio, aliis. Praestaret tum *si siritis*, a *sirim*, pro *siverim*, antiqua inflexione, de qua vide Gronov. et Drakenb. ad Liv. L. I. c. 32. Alii, ut Schickerad. legunt *sultis eum.* Videndum, num *sitis* poni possit pro *si velitis*; ut *sis* pro *si vis.*

In studiis tantus] Lips. Ed. Iunt. post. *tant. in stud.* Pith. *tantum.*

Ut praenobilior sit] Priores editiones, *tantus*

ingenio, quam patricio consulatu. Quibusnam verbis tibi, Aemiliane Strabo, vir omnium, qui unquam † fuerunt, aut sunt, aut etiam erunt, inter optimos clarissime, et inter clarissimos optime, inter utrosque doctissime; quibus tandem verbis, pro hoc tuo erga me animo, gratias habitum et commemoratum eam, qua digna ratione tam honorificam benignitatem tuam celebrem, qua remuneratione

tus praenob. sic. COLV. Ita MSS. et Ed. Iunt. post. Stew. Colv. etc. Male aliae carent *ut*, habentque *sic*.

PATRITO CONSULATU] *Patricio* vel *patritio* est in MSS. Florent. Beroald. Lips. et Edd. Vett. quod nequaquam damnari oportuerat, quo indigitatur, ab antiquis iam temporibus consulatum in ipsius familia fuisse, eumque non hominem novum, sed nobilem esse patriciumque. quomodo alibi *patricius honos*. Certe *patrio*, quod aiunt esse in MS. Fulvii, et tacite reposuere Wower. Scriv. et Floridus, minime valere nequit. Non enim solum pater ipsius, sed ipse Aemilianus iam consul fuerat: unde mox vocatur *vir consularis*. Rectius Edd. Vulc. Scal. Elmenh. dant *patrito* i. e. qui a patre et avis iam profectus est, et familiae ipsius proprius. ut apud Nonium et Ciceronem. Errat autem Elmenh. cum ait *patrie* esse in aliis Codd. quam Fulv. [Num igitur *patritius* et *patricius* differunt? Non puto. *Patritus* i. e. a maioribus, relictus, non tantum a patre. vid. Ernesti in Cl. Cic. Apud Cic. Tusc. Quaest. L. I. 19. patritam *illam et avitam philosophiam*, Ernesti restituit veterem, quam vocat, lectionem *patriam*. Verum tamen habeo *patrito* vel *patricio* ut est in MSS. sectatur enim App. exquisita. — I. B.]

† NUMANTIAE] Nomen hoc non est in MS. lib. COLV. Puto scripsisse Appuleium, *inante*, et inde hoc corruptum. BRANT. τὸ *Numantiae* non est in Florentinis. ELMENH. Non est haec vox in membranis Florentinis, nec certe in animum facile mihi induxerim illum Aemilianum Strabonem fuisse Numantinum. Quid eo tempore Numantia erat, nisi Numantiae rudera? Praeterea apparet illum Strabonem Carthaginensem quidem esse, sed civem Romanum: quippe cuius pater Consul fuisset. FLORID. Delevi vocem, ut quae locum hic minime habet. De Carthagine agi nemo non videt. Deest quoque in Ed. Iunt. post. Pith. *qui m̄ mā fuerunt*. Lipsius: *ante* aut *etiamnum*. Brantius *inante*. Vide Burmann. ad Virg. Aen. VII. vs. 289. Sed cur ergo non, *hodie* sunt, et erunt *postea?* Nonne hoc coniugatio temporis in usitāta hac formula, *qui fuerunt, sunt et erunt* indicat.

FUERUNT] Edd. ante Colv. *fuere*.

INT. OPT. CL. ET I. CL. O.] Imitatus est Hieronymus phrasin loquendi. Epist. 129. ad Dardanum fol. 369. *Christianorum nobilissime, et nobilium Christianissime*. ELMENH. Abest *et* Ed. Iunt. post. et delet quoque Lips.

INTER UTROSQUE DOCT.] Desunt a Coll. Voss. Lips.

Q. T. V. GR. HABITURUS ES COMMEMORATU MEO] MS. cod. *commematū cū*. COLV. Sic quidem habent cunctae Edd. usque ad Elmenhorstium, qui tacitus cum seqq. edidit *hab. sum*. Rectius quidem, nam alterum est sine sensu, verum melius tum foret *sim*, ut margini iam adlevit Lindenbrogius. Quippe iungenda *sim*, *celebrem*, *aequiparem*. Haec enim cuncta dependent a τοῖς *nondum reperio*. Sed praeterquam vulgata careant sensu et Latinitate, ταυτόλογα plane sunt *quibus verbis commemoratu meo*, in Cod. Florent. sic tamen scribitur, at in Pith. et Lipsiano e Coll. Voss. et Lips. *habitum es commemoratum eam*: unde suspicor legendum esse *gratias habiturus te commemoratum eam*. vel, ut leviori etiam mutatione Vir Doct. in marg. Ed. Colv. in Bibl. Reg. *habitum et commemoratum eam*, pro commemorem, celebrem: ut passim apud Plautum et Terentium, *Is perditum, is quaesitum*. Noster de Deo Socr. p. 694. Ed. Flor. *incepta prohibitum ibat, nunquam adhortatum*. Gell. VII. 3. *servatum* ire *socios*. XII. 1, *interfectum* ire. V. Salmas. ad Tertull. Pall. p 106. me ad Met. L. VIII. p. 557, a.

QUA DIGNA RATIONE] Fulvii liber, *qua dignatione*, alii, *qua digna oratione*. ELMENH. *Qua digna ratione* i. e. quo decente modo. Non opus ergo est cum aliis contra MSS. reponere *oratione*. Multo minus cum Scriver. e MS. Fulv. cui accedit Pith. exhibere *dignatione*. Nam *dignatio* vel est auctoritas, veneratio, dignitas, quae viro illustri inest, non, quam illi praestat alius, sive reverentia, cultus. Vide ad Suet. Caes. cap. 4. Vel notat animus et affectum honestum, quo maior donat et dignatur minorem. Et ita aliquoties apud nostrum ut Lib. I. Met. p. 17. Pric. *maiorem domum dignatione tua feceris*. L. XI. p. 254 et 261. *numinum dignationem* memorat. Neutra significatio hic locum obtinere potest.

QUA REM.] Abest *qua* ab Edd. Ald. Iunt. post.

NON.

tione dicendi gloriam tui facti aequiparem, nondum hercle reperio. Sed quaeram sedulo, et connitar,

Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.

Nam nunc inpraesentiarum (neque enim diffitebor) laetitia facundiae obstrepit: et cogitatio voluptate impeditur, ac mens occupata delectatione, mavult inpraesentiarum gaudere, quam praedicare. Quid faciam? Cupio gratus videri: sed prae gaudio nondum mihi vacat gratias agere. Nemo me, nemo ex illis tristioribus velit in isto vituperare, quod honorem meum non minus vereor, quam intelligo: quod clarissimi et eruditissimi viri tanto testimonio exsulto. quippe testimonium mihi perhibuit in curia Carthaginiensium, non minus splendidissima quam benignissima, vir consularis: cui etiam notum esse tantummodo, summus honor est; is etiam laudator mihi apud principes Africae viros quodammodo adstitit. Nam, ut comperior, nudiustertius libello misso, per quem postulabat lo-

NONDUM] MS. *audum*. COLV. lego, *haut dum*. BRANT. Pith. quoque *audum* vel *andum*. Unde non male Brant. Soping. et Ed. Scriv. *haud dum*.

SED QUAERAM SEDULO] Sic scriptus liber, sic etiam ultima editio. Ante, *sed sedulo et commentabor*. COLV. Rom. et Ald. *sed commentabor sedulo*. ELMENH. MSS. Flor. Lips. Edd. Iunt. post. Bas. sec. et seqq. *quaeram sedulo*. In Edd. prioribus *sedulo et commentabor:* unde Becich. Ep. 99. *quaeram sedulo et commentabor et connitar*. Coniicio, Glossas in textum receptas, et scribendum esse *sedulo et rimabor*, i. e. quaeram, et investigabo. Multus est in hoc verbo auctor. Vide ad Met. L. V. p. 321, b. Certe non eiicerem *et*. πολυσύνδετον enim amat Appul. ut supra vidimus saepissime.

DUM MEMOR] Haec sunt Maronis [Aen. L. IV.] carmina, quae saepe in ius vocat et quidem apposite. PYRRH. Pith. *regit*.

DELECTATIONE MAVULT] Coll. Voss. Lips. *mavult delectationem*.

GRATUS VID.] Pith. *gratis vid*.

NON M. MEREOR, QUAM INT.] Quidam, *vereor*. COLV. Ego, *revereor*. BRANT. Aldus: *n. m. vereor*. ELMENH. Quid in hoc vituperare possent tristiores illi et severiores censores, non video. Aliquid hic corruptum esse videtur. Quid si transponas verba *mereor* et *intelligo?* ac legas, *quod honorem meum non minus intelligo, quam mereor?* id est, quod ut mereor ita sentiam honorem mihi perlatum, et ex eo gaudeam, ac prae gaudio etiam gestiam? quod sane illi severiores atque ἀπαθεῖς censores ex animi sui tristitia damnare possint. Tuum esto iudicium, candide lector, certe coniecturam meam non leviter iuvat quod sequitur: *quod clarissimi et eruditissimi viri tanto honore exulto*. Aldus habet, *n. m. vereor*. ex quo Brantius *revereor*. sed haud multo ad rem magis. FLORID. Edd. primae item Iunt. pr. Ald. Bas. pr. dant *vereor*, ex quo Brant. rectius faciebat *revereor:* nam in τῷ *mereor* sic posito nullus sensus inest, licet ita habeant MSS. Sed reiecta etiam coniectura Floridi, omnino mihi suspectum est verbum *mereor*, quod olet nimium propriam laudem, et multum detrahit Carthaginensium beneficio, quod adeo hic iactat auctor. Sed severiores in eo reprehenderent, quod non minus reverebatur honorem, quam intelligebat eum magnum esse: quia non modo magnus, sed profectus esset a clarissimo viro, in quo carperent forsan eius adulationem. Hinc forsan retinendum ipsum *vereor*. Sive, colo et magni aestimo; proprie enim veremur deum et parentes. L. II. Met. p. 21. Pric. Vereor *ignotae mihi feminae*. Plaut. Mil. Gl. V. 6, *ut mei veretur*.

HONORE] Omnes editi ante, *testimonio*. COLV. Flor. et Rom. *t. testimonio e*. ELMENH. Sic e MS. Lipsii reposuit Colv. etc. Sed praecedit *honorem meum*, et sequitur *summus honor est*. quare placet magis lectio MSS. Florent. Pith. Edd. priorum *testimonio exulto: quippe testimonium* etc. Saepissime enim idem nomen repetunt pro pronomine vel reciproco solo.

CARTHAGINIENSIUM] MSS. et Edd. vett. *Carthaginensium*, et infra. V. ad Frontin. L. I. cap. 3.

ADSTITIT] Margo editionis postremae hanc lectionem habet. Alii omnes, *extitit*. Sed *adstitit*, tamquam patronus clienti. COLV. Sic MSS. plerique, Edd. Iunt. post Bas. sec. etc. *exstitit* Pith. Edd. Rom. Vic. Bas. pr. *extiti* Ed. Iunt. pr. *exititi* Ald.

LIBELLO MISS. P. Q. POSTULABAT LOC. ST.] Locus enim statuae ponendae olim peti, impetrari a municipibus solebat: ut indicant aliquoties Iurisconsulti nostri. L. XIV. D. de condit. et demon. L. II. D. de loco publ. fru. ex decreto autem ordinis decernebatur. id indicat inscrip-

locum celebrem statuae meae, cumprimis commemoravit inter nos iura amicitiae a commilitio studiorum eisdem magistris inchoata honeste: nunc postea vota omnia mea secundum dignitatis suae gradus recognovit. Iam illud primum beneficium, quod condiscipulum se meminit. Ecce et hoc alterum beneficium, quod tantus diligi se ex pari praedicat. Quin etiam commemoravit, et alibi gentium et civitatum honores mihi statuarum et alios decretos. Quid addi potest ad hoc praeconium viri consularis? Immo etiam docuit argumento suscepti sacerdotii, summum mihi honorem Carthaginis adesse. Iam hoc praecipuum beneficium ac longe ante ceteros excellens, quod me vobis locupletissimus testis suo etiam suffragio commendat. Ad summam pollicitus est, se mihi Carthagini de suo statuam positurum: vir, cui omnes provinciae quadriiuges et seiuges currus ubique gentium ponere gratulantur. Quid ergo superest ad honoris

scriptio vetus Exone: P. ✠ MAR. ✠ MARAN FILIO CALPURNIANO OR. RET. DEFUNCTO AN. XVIII. MAR. MARANUS COMMUNI AFFECTIONE CALPURNIAE UXORIS ET MATRIS RECEPTO IN CLIENTELAM CIVIUM AESONES ✠ ET LIBERALIBUS STUDIIS ERUDITO IMPETRATO LOCO EXD. ORD. STATUA FOVENS MEMORIAM PIETATIS HONORAVIT DATISQ. SPORTULIS DEDICAVIT. Innumeri alii lapides prisci e quibus idem observes. Noster hoc ipso libro infra: *Qui in illa sanctissima curia aderant, tam libenter decreverunt omnes locum statuae.* Non aliter accipiendus Ulpianus L. XIII. §. 4. de Iniuriis: *Si quis de honoribus decernendis alicuius non passus sit decerni, ut puta imaginem alicui, vel quid aliud tale.* Colv. Vide legem final. Cod. *de statuis et imaginibus.* Elmenh. Lips. *postulabar.*

Commilitiae] Amicitia ex studiorum similitudine ac paritate. Pyrrh. Sublata interpunctione, repono: *ac commilitia studiorum.* nam *commilitium* ita positum neutro genere in Pandectis. l. de haereditate. ff. *de castren. pecu.* Stewech. Vulgo, *ac commilitiae stud.* Commilitii dictione etiam usus Triphonius ICt. l. XIX. de Castr. pecul. Sidonius lib. I. Epistol. *Cum semper mihi, tum praecipue commilitio recenti familiaris.* Ita legendum illud ex lib. I. Manilii eleganter arbitratur Lipsius noster: *Et commilitio volucris Corvinus adeptus Et spolia, et nomen, qui gestat in alite Phoebum.* Ubi, in correctiori etiam editione legas, *Et cum militia.* Unde forte etiam potest scribi, *Et commilitia.* Nam et Commilitium et Commilitia indifferenter quin dicatur, nihil prohibet. Colv. Non male Colv. cum MSS. Florent. et Lips. *iura amicitiae a commilitio stud.* In Ed. Iunt. post. est *ac commilitio* sine sensu, forsan pro *ab com.* Edd. vett. cum Pith. habent *ac commilitiae*, quasi *commilitia* in Fem. Gen. etiam dici posset, quod suspicatur Colvius: at Stew. inde facit pluralem *ac commilitia.* Bene, si probari possit exemplis.

Honeste] Non agnoscit hoc MS. cod. Colv. Pith. Ed. Iunt. post. *hon. inch.*

Tunc] Idem, *tn̄.* Colv. Flor. *nunc p. vota.* Elmenh. Coll. quoque Lips. in Ed. Colv. in Bibl. Reg. *nunc.* Optime, scil. hodie, ut abunde e seqq. patet.

Omnia mea] Edd. vett. *mea omnia.*

Illud pr. — condisc.] Pith. *illum pr. — et disc.*

Diligi se] Pith. Edd. vett. *se dil.*

Quin etiam] Edd. Ald. Bas. pr. *quin et.*

Adhoc] Ante ubique, *et hoc.* Colv.

Argumento] Pith. *argumenti.* Mox pro *excellens* ibid. *extollens.*

Suffragio] Vetus cod. Ald. *naufragio.* Colv. Pith. *comm. suffr.*

Adsumma] Florent. et Rom. *ad summam.* Elmenh. Alibi dicit auctor *in summa.* Sed utrumque bene. Vide Fabri Thes. Typographi, credo, errore in Bas. sec. Colv. Vulc. Scal. Edd. inrepsit *ad summa.* Iuven. Sat. III, 79. *Ad summam*, sed vulgo MSS. Serviani *in summa* ad Virg. Aen. IV, 237.

Carthagini] Vulg. *Carthaginem.* Colv.

Quadriiuges et seiuges currus] Arnobius lib. I. *Admirantes, plaudentes ad coeli sustollitis sidera, bibliothecarum reponitis in arcanis, quadriiugis et statuis muneramini.* Colv. Inscriptio antiqua ad D. Iohannem Maioris apud Aldum in Orthographia p. 177. Veratio A. F. Pal. Severiano Equiti. Huic. cum. et. populus. in spectaculis. assidue. bigas. statui. postulasset. et splendidissim. ordo. merito. decreviss. pro insita. modestia. sua. unius. bigae. honore. content. alterius sumptus. reip. remisit. L. D. D. C. I. Elmenh. Cod. Theodos. p. 97. citat Lindenbrogius.

Seiuges] Vulcanius margini adlevit *sexiuges:* quomodo corrigit Glossas *sexiugae* ἑξζευξις. Vulgo *sexiunge.* Sed eaedam Glossae: *Seiuga* ἑξάιππον. Et sic Inscript. Gruter. ac Plin.

ris mei tribunal et columen, ad laudis meae cumulum? Immo enimvero quid superest? Aemilianus Strabo, vir consularis, brevi votis omnium futurus proconsul, sententiam de honoribus meis in curia Carthaginiensium dixit. omnes ejus auctoritatem secuti sunt. Nonne videtur hoc vobis senatusconsultum esse? Quid? quod et Carthaginienses omnes, qui in illa sanctissima curia aderant, tam libenter decreverunt locum statuae, ut illos scires idcirco alteram statuam, quantum spero, in sequentem curiam protulisse, ut salva veneratione, salva reverentia consularis sui, viderentur factum ejus non aemulati, sed secuti: id est, ut integro die beneficium ad me publicum perveniret. Ceterum meminerant optimi magistratus et benevolentissimi principes, mandatum sibi a vobis, quod volebant.

L. XXXIV. c. 5. *seiuges currus.* Pith. *seiuge.*

PONERE] Vetus, *pavere.* COLV.

ERGO] Pith. Edd. Ald. Iunt. Bas. pr. *igitur.*

TRIB. ET CULMEN] MS. cod. *columen.* nec male. COLV. Enumeratis compluribus Aemiliani in se beneficiis, in eo maxime gloriatur ac triumphat Lucius, quod proconsul, se illi statuam Carthagine de suo positurum pollicitus. et hoc meo animo culmen laudis. scribo: *quid ig. superest ad honoris mei tribunal? en culmen.* in quo ἐνέργεια longe maior. STEWECH. MSS. Fulv. Lips. Ed. Iunt. post. *columen*, probante Colvio. Bene. nam *culmen* non est nisi contractio ex *columen*, quod est proprie tecti summitas, et hinc de summo honore, ut *fastigium* dicitur. Hinc nequaquam spernenda multorum Codicum lectio apud Lucan. L. VII. vs. 594. *arcem Iuris et humani* columen. Olim ibi in alia fui sententia. sed vide Gronov. ad Senecam Thyest. v. 55. *Ornetur altum* columen. et Burmann. ad Ovid. Met. L. I. vs. 689. et ad Serv. Aen. VIII. 664. Sic constanter MSS. Mart. Cap. L. V. p. 139. *inter utrumque vero* columen *sectatorum* vulgo *culm.* Antiquissimus MS. Auson. Epic. in patr. vs. 41. *maximus ad summum* columen *pervenit honorum.* At idem Auson. praef. vs. 35. *culmen honorum.* Stewechio ego non assentior.

CUMULUM] Pith. *cubiculum.*

ENIMVERO QUID SUPEREST?] *Ita. quid non superest?* Primo loco *superest* pro restat, deest: altero, pro adest, praesto est. Plautus Bacchid. *quid fecit? immo quid non fecit.* Plato Polit. II. 598. οὔτε γὰρ ὅπως βοηθῶ, ἔχω. οὔτε αὖ ὅπως μὴ βοηθήσω, ἔχω. VIR DOCT. *in marg. Ed. Colv. in Bib. Reg.*

BREVI TEMPORE] Brevi futurus est proconsul votis omnium. id est omnium suffragiis ad proconsulatum omne punctum laturus. *voce*] Suffragiis creabantur consules et Procoss PYRRH. *votis* reposui, quod in veteri esset, *vatis omn.* E vulgatis quidam, *vocis om.* quidam, *voce omn.* COLV. Pith. quoque *vatis.* At MS. Florent. cum Colv. etc. *votis.* Edd. Vic. Ven. *vocis.* Edd. Iunt. Ald. Bas. *voce.* Pro *Strabo vir* Pith. *vir Strabo.*

CURIA CARTH.] Amplius in MS. lib. *curia ea Karthagin.* COLV.

DECREVERUNT OMNES LOC. STAT.] *locum statuae.* ROALD. Considera quaeso, sitne ad formulam adclamandi, quae in consensu senatorum observabatur, hoc loco allusum, et Appuleius scripserit, *quod Carthaginienses, qui in illa sane curia aderant tam lib. decreverunt Omnes, Omnes.* nam geminatam in acclamationibus hanc vocem testis mihi Fl. Vopiscus, in Tacito. iterum in Probo et V. C. Iustus Lipsius in suis lectissimis Electis. Trebellius Pollio, *quae cum essent saepius dicta, addiderunt, Omnes.* eodem spectant et subsequentia Appuleii, *qui me*, inquit, *in illa curia honestissimis acclamationibus decoravere, in qua curia vel nominari tantummodo summus honor est.* STEWECH. vulgo, *d. l. s.* deleta voce *omnes.* ELMENH. Coll. Voss. Lips. *decreverint.* Dein *omnes* bene abest a Cod. Florent. Lips. ac delevere iam tacite Wower. et Scriver. Praecedit enim *Carthag. omnes.* nisi ex seq. voce *illo* vel *illos* huc retracta velis scribere *scilicet*, ut sit *Carthag. omnes decreverunt, omnes scil.* de qua repetitione egi ad Met. L. VII. p. 469, a. Stewechii inventum mihi non placet. Dein *statuere* Edd. O. ante Colv. et Roald.

UT ILLOS SCIRES] Sic MSS. Flor. Fulv. Lips. Pith. Edd. Rom. Vic. Iunt. post. Wower. In aliis Edd. *illo.* Elmenh. et seqq. eiecerunt prave hanc vocem.

SALVA REVERENTIA] Delet Lips.

ID EST, UT] Vet. lib. *idem ubique.* COLV.

UT INTEGRO DIE BENEF.] lego, *ut de integro benef.* BRANT. Nec alterius statuae munere iam occupato, qualis erat ille, quo locum petenti Aemiliano Straboni senatus decreverat. Nihil emendatione opus. FLORID. Minus bene Brant. Rectius Lipsius: *integrum dein.*

VOLEBANT] Ed. Bas. pr. *nolebant.*

ID.

lebant. Id ego nescirem ac praedicarem? ingratus essem. Quin etiam universo ordini vestro pro amplissimis erga me meritis, quantas maximas possum, gratias ago atque habeo, qui me in illa curia honestissimis acclamationibus decoravere, in qua curia vel nominari tantummodo summus honor est. Igitur, quod difficile factu erat, quodque revera arduum nobis existimabatur, gratum esse populo, placere ordini, probari magistratibus et principibus: id (praefiscine dixerim) iam

Id ego nesc.? haud praed.] Veteres edit. *Id ego nes. ac praed.* Forte etiam, *id ego ni scirem, ac praedicarem.* Colv. MSS. et Edd. priores *ac praed.* unde G. Vossius facit *nec pr.* Quod Colv. coniecit *id ego ni scirem ac praed. ingratus essem*, margini quoque adlevit Lips. Sed forsan ἀπὸ κοινοῦ τὸ *non* latens in praeced. verbo *nescirem* subintelligendum est. de qua re egi ad Met. L. VI. p. 121. Pric. et ad Lucan. L. II. vs. 373.

Ordini vestro] Edd. ante Colv. habent *nostro* et carent *pro*: quod etiam exsulat male a Colv.

Honor est] Ald. *honorum.* Colv. Item Iunt. post.

Nobis] Scriptus liber, *nō.* Colv. Item Pith.

Probari mag.] Coll. Voss. Lips. *prob. a mag.*

Praefuse] Alii codices habent *praefusive.* i. obiter. Pyrrh. Monstrum verbi, *praefusive*, etiam in Beroaldina editione locum retinuit. id qui primum fabricavit, nae ille plaustrum perculit. Corrigo faventibus Musis, *id praefiscine dixerim, quodammodo mihi obtigit.* quam formulam de Plauti Asinaria et Rudente expressit. Abrogat sibi Appuleius quod paucis ante hominibus obtigerat. qua re ne forte iram Deorum, vel invidiam mortalium sibi accerseret, subdidit illico mutuatam de antiquo nuptiarum ritu formulam *praefiscini.* Novam nuptam laudari solere in Hymenaeis sat constat. sed iactis fescenninis, adiicere statim solent ad arcendum fascinum: *praefiscini.* Titinnius in Serina: *Paulla mea amabo pol tu ad laudem addito Praefiscini.* Fragmentum illud apud Charisium libro II suarum Institutionum qui rei explicandae subiicit, *ne puella fascinetur.* adeundus et Festus in *Fescennini.* et Ianus Gulielmius noster lib. II. Verisimilium. Porro *fascinare* Virgilio, Plinio, valet incantare. Consulendus Plinius L. VII. Nat. Hist. c. 2. Agellius L. IX. c. 4. Denique *praefiscine*, de praesenti: *praefiscini* de futuro dici notat flos eruditorum Ioseph. Scaliger ad Festum, *in numero.* Stewech. *Praefiscine* scribendum fuit, vel *praefiscini.* Utrumque enim Grammaticis idem.

Vulg. *praefusive.* MS. *p̄fasive.* Correxit hunc locum ante nos Vallsr. Lect. L. X. Muretus. Adde Gellium L. X. c. 24. Colv. Flor. *id praefascine dixerim.* Rem. et Pyrrhus, *praefuse* sive *praefusive.* male. Vetus erat opinio periculum esse aliquod a fascino, ubi quis impensius, aut laudaret ipse se, aut praesens ab alio laudaretur, ideoque in laudando plerunque addebant *praefiscine* quo invidiam et fascinum a se amolirentur. Titinnius in Serina: *Paulla mea amabo Pol tu Ad laudem addito praefiscine.* Ne puella fascinetur. Simplicius P. P. ad Orientales: *Boni sui fascino gravatus.* Heliodorus Aethiop. lib. 3. pag. 141. Τὶς ἡ προσπεσοῦσα τῷ θυγατρίῳ μαλακία, μὴ θαύμαζε, εἶπον, εἰ τοσούτοις ἐμπομπεύσασα δήμοις, ὀφθαλμόν τινα βάσκανον ἐπεσπάσατο. γελάσας οὖν εἰρωνικὸν, καὶ σὺ γρῦ εἶπεν, ὡς ὁ πολὺς ὄχλος, εἶναί τινα βασκανίαν ἐπίστευσας; εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν ἀληθῶν, ἔφην. ἔχει γὰρ οὕτως. ὁ περικεχυμένος ἡμῖν οὗτος ἀὴρ δι' ὀφθαλμῶν τε καὶ ῥινῶν, καὶ ἄσθματος δὲ τῶν ἄλλων πόρων εἰς τὰ βάθη διικνούμενος, καὶ τῶν ἔξωθεν ποιοτήτων συνεισφερόμενος, οἷος ἂν εἰσρεύσῃ, τοιοῦτο καὶ τοῖς δεξαμένοις πάθος ἐγκατέσπειρεν. ὥστε ὁπόταν σὺν φθόνῳ τις ἴδοι τὰ καλὰ, τὸ περιέχον τε δυσμενοῦς ποιότητος ἐνέπλησε, καὶ τὸ παρ' ἑαυτοῦ πνεῦμα πικρίας ἀνάμεστον εἰς τὸν πλησίον διεῤῥίπισε. τὸ δὲ, ἅτε λεπτομερὲς, ἄχρις ἐπ' ὀστέα καὶ μυελοὺς αὐτοὺς εἰσδύεται· καὶ νόσος ἐγένετο πολλοῖς ὁ φθόνος οἰκεῖον ὄνομα βασκανίας ἐπιδεξάμενος. Firmicus Astron. lib. 3. c. 14. *Fascinantes mulieres erunt, quae etiam ipsos artus larvari ac fascinari faciant.* Unde et ad fascinum arcendum stultae aniculae infantum collo olim appendebant crepitacula, cum stamine coccineo; aut in balneis illorum frontes luto ungebant. Quarum quidem fatuitatem salse irridet Iohannes Constantinopol. Archiepisc. verborum simul et cogitationum pelagus benedictum, Commentar. in Epist. Pauli ad Corinth. I. cap. 4. Homil. 12. fol. 320. edit. Savilii, cuius verba adscribam: Τί ἄν τις εἴπῃ τὰ περίαπτα, καὶ τοὺς κώδωνας τοὺς τῆς χειρὸς ἐξηρτημένους, καὶ τὸν κόκκινον στήμονα, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πολλῆς ἀνοίας γέμοντα, δέον μηδὲν ἕτερον τῷ παιδὶ περιτιθέναι, ἀλλ' ἢ τὴν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ φυλακήν. νῦν δὲ οὗτος μὲν καταπεφρόνηται ὁ τὴν οἰκουμένην ἐπιστρέψας ἅπασαν, καὶ χαλεπὴν δοὺς τῷ διαβόλῳ πληγὴν καὶ πᾶσαν αὐτοῦ καταστρέψας τὴν δύναμιν· κρόκη δὲ καὶ στήμων καὶ τὰ ἄλλα περιάμματα τὰ τοιαῦτα τοῦ παιδίου ἐμπιστεύονται τὴν ἀσφάλειαν. εἴπω τί τούτου καταγελασ-

iam quodammodo mihi obtigit. Quid igitur superest ad statuae meae honorem, nisi aeris pretium, artificis ministerium? quae mihi ne in mediocribus quidem civitatibus unquam defuere; ne ut Carthagini desint, ubi splendidissimus ordo etiam de rebus maioribus iudicare potius solet, quam computare. Sed de hoc tum ego perfectius, cum vos effectius. Quin etiam tibi, nobilitas senatorum, claritudo civium, dignitas amicorum, mox ad dedicationem statuae meae, libro etiam conscripto, plenius gratias canam, itemque libro mandabo, uti per omnes pro-

πότερον ἕτερον, ἀλλὰ μηδεὶς ἀκαιρίαν ἡμῶν καταγινωσκέτω, εἰ καὶ μέχρι τούτων πρόεισιν ὁ λόγος. ὁ γὰρ τὴν σηπεδόνα καθᾶραι βουλόμενος, οὐ παραιτήσεται προτέρας τὰς ἑαυτοῦ μολῦναι χεῖρας. Τί δήποτ' οὖν τοῦτό ἐστι τὸ καταγέλαστον; ὃ μηδὲν μὲν εἶναι δοκεῖ (διὰ γὰρ τοῦτο στένω) ἀρχὴ δὲ ἐστι παραφροσύνης καὶ παρανοίας ἐσχάτης. βόρβορον αἱ γυναῖκες ἐν τῷ βαλανείῳ λαμβάνουσαι τρόφοι καὶ θεραπαινίδες, καὶ τῷ δακτύλῳ χρίσασαι κατὰ τοῦ μετώπου τυποῦσι τοῦ παιδίου. κἄν ἔρηταί τις τί βούλεται ὁ βόρβορος, τί δ' ὁ πηλός; ὀφθαλμὸν πονηρὸν ἀποστρέφει, φησὶ, καὶ βασκανίαν καὶ φθόνον. Elmenh. *praefiscine d.* vide Non. Marcel. et Festum. Roald. Recte emendarunt viri docti. Forsan tamen praeferendum, quod est in cod. Florent. *praefascine.* Nam a *fascino* derivari omnes consentiunt. Sed et in Glossis *Praefascinius* πανυβάσκανος: atque ita in aliis compositis *effascino*, *infascino:* unde *infascinabilis* et *infascinate* initio Gr. Gloss. MS. Pith. ut et Coll. mea Lips. Cod. *praefusine.*

Quid] Ed. Vic. *quod.* mox pro *nisi* Pith. *non.*

Artificis] Vulgo cum copula, *et artificis.* quae rectius abest a libro scripto. Colv. Ea quoque carent MSS. Florent. In Ed. Ald. est *artificiis.*

Quae] Ed. Vic. *qua.*

Ne ut Carth.] Multo minus. Pyrrh. Quid si reponam, *nedum Carthagine desint.* qua forma pluries hunc scriptorem usum observabam. inprimis lib. IX. de asino: *Vix paucos olerum manipulos de proximo solet anhelitu languido fatigatus subvehere: nedum ut rebus amplioribus idoneus videatur gerulus.* Suetonius de illust. Grammaticis: *Grammatica olim Romae ne in usu quidem: nedum in honore ullo erat.* Sed alibi nos hac de re egimus, in usum puerorum, quamquam ibidem, *ne*, pro *nedum* meminimus frequentatum. Stewech. MS *ne ut.* f. *nedum Carthagine.* Brant. *Ne* hoc sensu pro *nedum* saepissime tam apud nostrum, quam alios occurrere docent Gronov. et Drakenb. ad Liv. L. III. c. 52. §. 9. ac Scipio Gent. ad Apol. in Append. N. 38. τὸ *ut* addi quoque a nostro vidimus ad Met. L. IX. sub f. *nedum ut videatur.* In Edd. Iunt. Ald. Bas. pr. *ne in Carthagine.*

Tum ego] Rom. Ven. Bas. 1. *tamen ego.* Colv. Item Pith. Correctum iam a Becichemo.

Ad dedicationem] *Is. a dedicatione.* Vir Doct. *in marg. Ed. Colv. in Bib. Reg.*

Cantatius] Alii habent *canacius.* Pyrrh. *Plenius gratias, canaciusque libro mandabo*] Scriptus codex *canentique.* Basil. poster. *canacique.* Bap. Pius testatur quosdam legere, *causatiusque:* et ipse reponit, *capaciusque.* Colv. Fulvii et Lipsii MS. *canentique libro.* Lego: *canam ociusque libro.* Sciopp. *in Symb.* Ambigo an Appul. dixerit: *canacius gratias libro mandabo.* insolenti phrasi. Certe Cato *emacem.* Virgil. *sternacem equum* dixit. L. si quid. D. de aedil. edicto. *curracem vigilacem.* Libri scripti fere omnes: *canentique libro.* Fortassis: *plenius gratias canam, itemque libro.* Wower. Scioppius *p. g. canam ocyusque libro m.* in Flor. 2. *p. g. canaciusque l. m.* asscriptum ad marginem a manu recenti, *p. g. canam, inque libro mandabo.* quod perplacet. Elmenh. *canaciusque l. m.* est MS. Florentini, Codd. Becichemi, Edd. vett. Colv. Elm. ac Scriv. lectio, sine dubio vitiosa, licet *canacius* explicare conentur Becichem. et Colv. sive, maiore sono, ab adiect. *canax*, quod non improbat quoque B. Pius T. I. Thes. Crit. p. 368. verum tum omnino abundat vox *libro*, quae iam praecessit et delenda videtur Cl. Burmann. in Misc. Obs. Vol. II. p. 192. In altero Florent. et Edd. Iunt. post. et Bas. sec. legitur *canacique libro.* At nec hoc placet, licet adiect. *canax* non omnino damnare ausim. De adiectivis in *ax* v. Heins. ad Ovid. Am. II, 6, 23. et alibi, Wower. hic loci. Coll. Voss. Lips. *gratius.* Vulc. Scal. *tenaciusque* cum Burm. Alius ibid. Misc. Obs. *cumulatiusque:* quod nimis longe abit a MSS. Et in his omnibus, ut et in lectionibus Pyrrhi, et Bapt. Pii abundat τὸ *libro.* Vir D. in marg. Ed. Colv. in Bib. Reg. *agam ociusque.* E MSS. Fulv. Lips. *canentique* coniecit Sciopp. recepitque Floridus *canam, ociusque libro m.* Recte *canam:* nam sic diserte unus Florent. pro varia lectione habet: alterum non placet. Wowerii coniecturam veriorem existimo; nisi velis cum Elmenh. praeoptare, quod est in eodem Florent. *canam inque libro.* Melius, tamen *itemque* vel *eique.* Ait auctor se li-

provincias eat, totoque abhinc orbe, totoque abhinc tempore, laudes benefacti tui ubique gentium semper annorum repraesentet.

NUM. XVII. Viderint, quibus mos est oggerere semet otiosis praesidibus, ut impatientia linguae commendationem ingenii quaerant, et affectata amicitiae vestrae specie glorientur. Utrumque enim a me, Scipio Orfite, longe abest. Nam et quantulumcunque ingenium meum iampridem pro captu suo hominibus notius est, quam ut indigeat novae commendationis. Et gratiam tuam tuorumque similium malo, quam iacto: magisque sum tantae amicitiae cupitor, quam gloriator: quoniam cupere nemo, nisi vere putet, potest; potest autem quivis falso gloriari. Ad hoc ita semper ab ineunte aevo bonas artes sedulo colui; eamque existimationem morum ac studiorum cum in provincia vestra, tum etiam Romae penes amicos tuos quaesisse me, tute ipse locupletissimus testis es: ut non minus vobis amicitia mea capessenda sit, quam mihi vestra est concupiscenda.

libro conscripto plenius ei gratias per carmen acturum, eidemque libro mandaturum, ut per omnes eat provincias etc. His tamen omnibus coniecturis amotis vide potius, num ex *canentique* vel *canam inque* scribendum *Graecanicoque*, ut promittat se Graece librum gratiarum conscripturum, quo per omnes eat provincias et ubique legatur. Passim auctor *Graecanicus* utitur pro Graeco. V. ad Met. L. I. p. 11, a. Cogitavi aliquando *Graecacius*. nam in Apol. *Graecatior oratio* et Tertull. de Pallio c. 4. p. 25. *Graecatim*. Pro *uti* Lips. *ut*.

BENEFACTI] Coll. Voss. Lips. et Pith. *beneficii*. Ed. Bas. pr. *benefacti*.

NUM. XVII. VIDERINT] In eos qui temeritate et sui commendatione gratiam quaerunt. PYRRH. Aliud fragmentum. SCIOPP. *in Symb*.

OGGERERE SE ET OT. PR.] Restituendum dubio procul *oggerere sese*, vel *oggerere se nec otiosis* vel *negotiosis praesidibus*, *ut impudentia linguae*. Crebro has voces *impudicitia*, *impudentia*, *imprudentia*, *impatientia*, locum mutuum invasisse comperi. si quis exempla quaerit, adeat notas doctissimi Stephani Pighii amici mei ad Val. Maximum. hoc amplius etiam secundo de Asino a Parisien. merito legebatur, *sensit imprudentiae suae labem*, cum ante vulgaretur, *impudicitiae*, quod non nisi ab imprudentibus ibidem suppositum. STEWECH. MS. *gerere*. Legendum puto, *semet otiosis*. COLV. Legerim, *exotiosis* vel *exitiosis*. BRANT. Pith. *hoc gerere se et o*. MSS. et Edd. ante Vulcan. *se et ot*. qui τὸ *semet* recepit e coni. Colvii; sive potius Lipsii, qui adlevit quoque *odiosis*. Scriv. expulit τὸ *et*. Prave Brant. at melius Stewech. *se nec ot*. vel *negot*.

IMPATIENTIA LING.] Forte: *impotentia*. SCIOPP. *in Symb*. Sive incontinentia linguae et prurigine dicendi. Perverse itaque Stewech. *impudentia* et Sciopp. *impotentia*. quod temere in textum recepit Floridus. L. II. Met. p. 31. Pric. Impatientiam *Veneris meae monstrans* ubi vide Pric. L. VII. p. 131. Impatientia *productus dicere volui*. cum amplius tacere nequiret. Vide et L. X. p. 211. L. XI. p. 254, Pric.

ENIM A ME] Vulg. *eius a me*. COLV. *Eius* est quoque in Pith. Plerique tamen MSS. *enim*.

SCIPIO ORFITE] Ed. Vicent. *Scipiorfite*. V. Spon. Misc. p. 269. et alibi.

TUORUMQUE SIMILIUM] Alii habent *tuique similium*, quod rectius putem. PYRRH. Sic certe vulgaris loquendi mos flagitat. Videndum tamen, an *tuorum*, *suorum*, alibi quoque non occurrat pro *tuus*, *suus*. Cons. ad Lucan. L. V. vs. 680. *genitusque* suorum. Liv. L. XXXIII. c. 48. suorum *eventus miseratus*: ubi Gronov. mavult *suos*. Septim de B. Troi. L. II. c. 17. *cunctis* suorum *poscentibus*. *Tui* ergo, ut Graece *οἱ ἀμφὶ σε* pro *σu*.

CUPITOR] Coll. Voss. Lips. *cupior*.

NISI VERE PUTET, POTEST] Subintellige *id quod cupit esse optandum*, aut aliquid simile. FLORID. Pith. Coll. Voss. Lips. Edd. Iuntinae, Aldi *putem*. Fuitne *nisi vere*, *ut putem*, *potest*. Lipsius coniecit *nisi mereri*. τὸ *putet* deleri vult Vincent. Contar. L. I. V. L. c. 5. Exsulat τὸ *potest* a Pith. Coll. Voss. et Ed. Vulc. pr.

QUIVIS] Pith. et Lips. *quis*.

CUM IN PR.] Lips. *tum in*. Pith. *cum etiam pr*.

PROVINCIA VESTRA] Ubi Orfitus nempe erat Proconsul. Vide infra. Sed Edd. ante Colv. *pr. nostra*: sive patria.

CONCUPISCENDA] Ald. *cupiscenda*: Rom. *inconcupiscenda*. Inconcupiscere, ut infra lib. IV. Incognoscere: *Ut incognosceret*, *more ingenii humani*, *quisnam esset*. Hac verborum compositione gaudet noster. Ad eum modum lib. VIII.

cenda. Quippe non promte veniam impertire rarenter adeundi, assiduitatem eius requirentis est: summumque argumentum amoris, frequentibus delectari, cessantibus obirasci, perseverantem celebrare, desinentem desiderare: quoniam necesse est eiusdem esse, cuius angat absentia. Ceterum vox cohibita silentii perpeti usu non magis iuverit, quam nares gravedine oppletae, aures spiritu obseratae, oculi albugine obducti. Quid si manus manicis restringantur? quid si pedes pedicis coarctentur? iam rector nostri animus aut somno solvatur, aut vino

Metam. *Incoactum lac* dixit. Et ideo recte scriptum infra de Deo Socratis: *Atque ideo intemperare et regere ea, quorum curam fuerit, diligentiamque secuta.* Sic Intribuere apud Plinium, ubi Traianus ad illum: *Possumus eorum desiderio indulgere, modo ne quid ideo intribuant, aut minus illis in posterum fiat ad necessarias erogationes:* id est, contribuant; ut Intributiones in iure nostro non semel, pro contributionibus. COLV. *Inconcupiscenda*] Sic Aldus et Rom. alii, *concupiscenda.* vide Indicem. ELMENH. MSS. Florent. Fulv. Lips. Edd. Bas. Colv. Vulc. Scal. Wow. *concupiscenda.* Bas. pr. *est concup.* Vicent. et seqq. *est cupisc.* Temere et affectate Colv. Elmenh. Scriv. Florid. ex corrupta lectione Ed. Romanae arripuerunt *inconcupiscenda.* Addicit quidem Cod. Pith. sed nisi alii et vetustissimi addixerint, non facile credam.

RARENTER ADEUNDI] id est, qui non facile dat ad se accedendi veniam, neque facile, sed aegre admittit quempiam, raro ad se veniri cupit. PYRRH. Locus hic totus non bene sanus est. Legebam, interpungebam ita: *Quippe non prompte veniam impertire rarenter adeunti, assiduitatem eius requirentis est*, etc. COLV. *Quippe non prompte ven. imp. rarenter adeundi, ass. eius req. est.* Ita distinguo. SCIOPP. *in Symb.* Recte Colvius hunc locum distinguit, vulgo legitur: *veniam impertire rarentur adeundi assiduitatem eius requirentis est.* ELMENH. Recte hunc locum distinctione sanarunt Sciopp. Wow. Elmenh. et Scriver. cum ante contra auctoris mentem iungerent *adeundi assid.* Dicit Appul. argumentum esse amicitiae, quempiam requirere, ut adsidue ad se venias, qui non prompte permittit, ut raro venias; seu *veniam raro adeundi* non tribuit. *Adeundi* autem habent MSS. O. et Edd. ut necesse non sit cum Becichemo, Lipsio, Colv. Elm. et Florido reponere *adeunti;* licet bene distinguant. Hanc vero auctoris esse mentem declarant sequentia, quibus ostendit summum amoris indicium esse *frequentibus delectari, cessantibus obirasci.* Ceterum Edd. vett. *inpartire* et Ed. Vicent. *rarentur.*

OBIRASCI] Putabam: *Subirasci.* Sed et Livius lib. I. *fortunae obiratis.* SCIOPP. *in Symb.* Non solum Livius, Cicero, Seneca, sed et noster ipse hac compositione usus est in Apol. p. 4. Ed. Pric. *obirascantur.* V. Gronov. ad Liv. L. XLII. c. 10.

QUON. NEC. E. EIUSDEM ESSE] Notandus hic locus, ut mutilus: qui forsitan ita supplendus, *Quoniam necesse est eiusdem gratam esse praesentiam, cuius angat absentia.* COLV. Locus mutilus cuius hic sensus: necesse est te eius cupidum esse, cuius angat absentia. SCIOPP. *in Symb.* Supple *amorem.* Hoc est, necesse est illos amari, amorem pertinere ad illos, quorum etc. FLORID. Male. Simpliciter subintelligo superiorem vocem *amoris.* hoc sensu: Necesse est, eum quoque similiter amare te, cuius absentia te angat: nisi malis scribere cum Philom. Pisano in Add. Ed. Iunt. post. *eiusmodi* sive talem, talique animo esse. Pith. *equidem.* [Quod ad sensum, bene supplevit Colv. — I. B.]

USU IVERIT] Forte, *usui fuerit.* Sed Iverit, id est, iuverit. Catullus: *Non, ita me Divi, vera gemunt, iverint.* Sic legimus infra Apologia I. ductu veteris libri: *Quippe illa terra alumna multum ad meliorem saporem iverit.* COLV. BRANT. *usu fuerit*] Flor. *usu iuverit.* Rom. et Pyrrhus: *usu iverit.* ELMENH. *Usu iuverit* e coniect. rescripsit V. D. ad marg. Ed. Iunt. cui accedunt membranae Mediceae. vox suppressa non magis iuvat *usu*, quam nares obpletae, aures obseratae etc. quae nullum habent *usum.* Edd. vett. cum MSS. Lips. Pith. dant *usu iverit.* quod Brant. et Colv. exponunt per *usu iuverit.* Sed *iverit* pro *iuverit* se non probat. Cum eodem Colvio Groslot. coniecit *usui fuerit*, quomodo male reposuerunt Edd. seqq. Rectius Lipsius cum G. Vossio in margine *usu fuerit.* antiquo dativo pro *usui:* qualis saepe apud nostrum. V. ad Met. L. I. p. 23, a. Hic tamen non opus est. MS. Bembin. *silentii p. usu non magis velut.* Hinc Vinc. Contar. L. I. V. L. c. 5. *valet.* Posses et *valueris.* Sed *silentii* (quod est quoque in Pith.) *perpeti usu* mihi placet. Cicero pro Marc. init. *Diuturni silentii P. C. quo eram temporibus his usus.*

MANICIS] Manicae et pedicae quid sint vulgare est. His autem verbis levitatem tarditatemque loquendi damnat. PYRRH.

COARCTENTUR] Vetus lib. *carcerentur*, novo ver-

vino mergatur, aut morbo sepeliatur? Profecto, ut gladius usu splendescit, situ rubiginat, ita vox in vagina silentii condita, diutino torpore hebetatur. Desuetudo omnibus pigritiam, pigritia veternum parit. Tragoedi adeo ni quotidie proclament, claritudo arteriis obolescit. Igitur identidem boando purgant ravim. Ceterum ipsius vocis hominis exercendi cassus labor supervacaneo studio plurifariam superatur. Siquidem voce hominis et tuba rudore torvior, et lyra con-

verbo. Colv. f. *coarceantur*. Brant. Verbo *carcerare* usus est Salvianus Lib. II. de Provid. *solitudine* carceratur. Apud alios *incarcerare*. Nil muto temere. Vulgatum enim bene se habet. Forsan hoc verbum restituendum Velleio L. II. c. 90. *coalescentibusque reip. membris et* coram altero, *quae tam longa armorum series* (an *rabies?*) *laceraverat*. scribo *coartatis* sive coeuntibus et *coaptatis*.

Rubiginat; Pith. *robig*. Fabri Thesaurus habet *rubiginatur*. Male. Neutrum est verbum, pro rubiginem contraho. Glossae *Rubigino* ἰοῦμαι. ut apud Theophr. Char. 10. κλεῖς ἰωμένας. ubi vide Duportum.

Vox in vag. sil. cond.] E Ciceronis Orat. I. Catil. c. 2. *Senatusconsultum inclusum in tabulis tamquam gladium in vagina reconditum*. sic malo cum Ill. Bouhierio: quam sine voce *gladium*.

Torpore hebetatur] Edd. Ald. Iunt. post. corrupte *torpere habebatur*. Al. *tempore hebebatur*. Hinc Scottus Obs. Philol. L. I. c. 5. *tempore hebetatur*. Sed *torpore* recte MSS. cum Edd. reliquis.

Veternum] Morbum, qui perpetuum somnum inducit. Pyrrh. Pro *parit* Pith. *pariat*.

Arteriae] Potius, *arteriis*, ut in aliis. Colv. Non arteriis pluribus, sed uni, asperae nimirum seu laryngi, qui suprema eius pars est, uniusque ope vox editur. Florid. MSS. et Edd. Vett. cum Colv. etc. *arteriis*. Aldus tamen Iunt. post. Bas. sec. Scriv. habent *arteriae*; nempe *asperae*. Sed et N. 19. *venarum pulsus inconditos*.

Boando purg. ravim] MS. *raium*. alius: *ranium*. Fulvius putabat: *ravum*. Mox lego: *exercendi cassus labor*. Et infra: *avium instigati clangores*. Et: *propitia voluntas*. Sciopp. *in Symb.* Plaut. in Prologo Poenuli, *Exsurge praeco: fac populo audientiam Iam dudum expecto, si tuum officium scias, Exerce vocem, quam per vivis et colis Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames*. Elmenh. Nescio cur pro Plautina voce *ravim* sive raucedinem, Edd. Iunt. Ald. dent *raucum*, et Ursinus velit *ravum* e MSS. suis, qui habent *rajum* vel *ranium*.

Ipsius vocis hom. exerc. etc.] MS. *vobis hom.* Forte legendum, *Ipsius vocis hominis exercendi cassus labor supervacaneo studio plurifariam superatur*. Colv. Haec me non intelligere fateor, nec magis Floridi interpretationem *irritus labor superatur multis modis cura superflua*. Videtur mihi auctor velle hanc sententiam: Labor exercendae vocis humanae ad magnum sonum est irritus, quia superatur plurifariam a sono instrumentorum et animantium, quorum subdit exempla, sed quem locum non intellexerunt, ut mox videbimus. In MS. Lips. est *supervacaneus*: unde suspicor Glossam esse vocis *cassus*, et pro *studio* rescribendum *sonu*, de qua declinatione egimus ad Met. L. VII. p. 589, b. Nam auctor non loquitur hic nisi de magnitudine vel amoenitate *sonorum*: et in iis vinci vocem humanam ab aliis vocibus contendit. Porro pro *ipsius vocis* in Lips. est solum *vobis*. Pro *cassus*, ut bene restituisse videntur Beichem. Ep. 99. Colv. Sciopp. Vulc. etc. habent MSS. et Edd. Vett. *casus*. de more. Vide I. Gulielm. ad Plauti Trinumm. cap. 4. de Deo Socr. p. 670. ed. Flor. *casso labore*. Auson. Epigr. 108. *cassa libido*. Cup vs. 110. *terror cassus*. Notandum etiam *exercendi vocis* pro *exercendae* vel *vocem*. ut apud Terentium *novarum spectandi*, et alia. Vide Gronov. ad Gell. L. IV. c. 15. *Verborum fingendi studium*. Casaub. ad Suet. Aug. c. 98. Merc. ad Sept. de B. Troi. IV. c. 8. [Optime auctoris mentem cepisse mihi videtur Vir Cel. Sed illud *sonu* absolute positum non placet. Verbum *superatur* non quidem iungi posse τοῖς *supervacaneo studio* quivis videt: haec tamen temere damnare non ausim, quia haud scio an *labor cassus supervacaneo studio* ex Appuleiani stili verbositate defendi recte queat. — I. B.]

Vox hom. tuba rudore torvior] Sic quidem Vulc. Scalig. Elmenh. Scriv. Florid. edidere contra mentem auctoris, ut existimo; qui ait variis instrumentorum et bestiarum vocibus ac sonis superari quidem vocem humanam, utpote angustiorem (sic ipse App.) sed eam maiorem habere utilitatem in mentibus. In MSS. Pith. Lips. Edd. Rom. et Vic. est *vocem*. In MS. Florent. *voces*. In reliquis Edd. *voce*. quod omnino retineo, donec lux mihi clarior hoc loco affulgeat. Si nominativum malis, videtur scribendum e MSS. reliquis *vox est*. Pro *tuba torvior* MS. Lips. *tuda torvior*. Ald. *tubae*. [Unice verum est *voce*. *Tuba*, *lyra* etc. sunt nominativi. Mentione tragoedorum clamorisque eo-

rum

concentu variatior, et tibia questu delectabilior, et fistula susurru iucundior, et buccina significatu longinquior. Mitto dicere multorum animalium immeditatos sonores, distinctis paoprietatibus admirandos: ut est taurorum gravis mugitus, luporum acutus ululatus, elephantorum tristis barritus, equorum hilaris hinnitus: nec non avium instigati clangores, nec non leonum indignati fremores, ceteraeque id genus voces animalium truces ac liquidae, quas infesta rabies vel propitia voluptas ciant. Pro quibus homini vox divinitus data, angustior quidem; sed maiorem habet utilitatem mentibus, quam auribus delectationem. Quo magis celebrari debet frequentius usurpata, et quidem non nisi in auditorio, tanto viro praesidente, in hac excellenti celebritate multorum eruditorum, multorum benignorum. Equidem etsi fidibus apprime callerem, non nisi confertos homines consectarer. In solitudine cantillavit

Or-

rum facta, agere incipit de vero vocis humanae usu, magis ad utilitatem mentium, quam delectarionem aurium adhibendae. — I. B.]

QUESTU] Pith. *questus.*

SUSURRU] Vide ad Metam. init. Pith. *sursū.*

BUCCINA] MS. Lips. *bucina*, ut passim.

DICERE] Sic vetus cod. Rom. *dicem:* Bas. I. cum ceteris, *decem.* COLV.

MULTORUM ANIMALIUM] Optime habent Lips. Edd. Vett. apud Becichem. Iunt. Aldi et Bas. *mutorum.* Animalia *muta* dicuntur, quae edunt sonum confusum et non articulatum. Vide Nonium c. I. V. *mutus.* Gronov. ad Senec. Epist. 90. Stat. L. V. Theb. 334. muta *armenta queruntur.* Vide Misc. Obs. Vol. IX. p. 214. Forsan et ita emendandus Ausonii locus in Profess. I. 9. *mille foro dedit hic iuvenes, bis mille Senatus. Adiecit numero purpureisque togis Me quoque. sed, quoniam* muta *est praetexta, silebo.* ubi v. et Heins. ad p. 566.

IMMEDIATOS] *Immeditatos* legam. PYRRH. *Immeditatos sonores* potius scribendum putavi, quam *immediatos.* Virgilius: *Silvestrem tenui meditatur arundine musam.* COLV. Praetulerim *immediatos.* parique lima Sidonium in Epistola de Theoderico rege adraserim. ER. PUTEAN. *Immediatos* sensu caret nec Latinum est. Recte MSS. Florent. Lips. et Ed. Iunt. post. *immeditatos.* Sic Met. L. II. init. immeditatus *incessus.* ubi v.

BARRITUS] Inde ipsi barri. PYRRH.

ANGORES] Becich. recte castigat hunc locum, *avium inst. clangores.* COLV. *in Omiss.* Quia angustiore gutture sunt. PYRRH. Sed hominis vocem esse angustiorem dicit auctor. MSS. Lips. Pith. et Edd. ante Wow. habent tamen *angores.* G. Vossius coniecit *ovium inst. angores;* ut balatus significetur. Pro eo facit, quod Appul. videri posset hic loqui tantum de quadrupedibus; quia his subdit rursus *leones;* et mox demum de avibus agit. Verum illic de avibus dulce canentibus sermo est, hic de gravi sono; quare non est, cur hic aves omiserit, maiores praesertim, quibus incondita est vox et propria *clangere.* Vid. Aelian. H. Anim. V. 51. ad Met. L. IX. p. 656, b. *Clangores* ergo merito e suis Codd. praetulit Becichem. Ep. 99. ut est in Florent. et coniecit Groslot. atque ita Sciopp. Wow. Scriv. et Florid.

FREMORES: CETERAEQUE I. G. VOC. AN.] Nihil horum in scripto exemplari. COLV. Ed. Vic. *fremos.* Al. *frenores.*

QUAS] Ed. Aldi *qua.*

PROPITIA VOLUPTAS] Sive propria, ut L. V. Met. propitia *cupidinis tela.* sive blanda et prona, prompta praesertim ad Venerem, quae facit bestias sonum edere. de Phil. Mor. p. 618. Ed. Flor. *diem mortis* propitius *nec invitus exspectat.* ubi Sciopp. *promptus*, qui male h. l. coniecit *voluntas.*

ET QUIDEM] Coll. Voss. Lips. caret τῷ *et.*

CIANT] Becichem. Ep. 99. vult *cient.* Sed est subiunctivus a *cire.* Vid. ad Met. L. VIII. p. 524, b.

AUDITORIO] Sic Romana editio. MS. *in auditorio.* Vulgati alii, *adiutorio.* COLV. Dicta de voce humana hanc credo scripturam desiderant, *celebrari debet, frequentius usurpari et quidem non nisi auditorio*, etc. STEWECH. MSS. Flor. Lips. Fulv. Pith. Edd. Elm. Flor. *in auditorio.* ut Fragm. seq. in auditorio *spectari debet.* Stewech. cum Edd. Rom. Vic. Colv. Vulc. Scal. Wow. Scriv. *auditorio* ut iungas τῷ *praesidente.* Sed vel sic posset addi *in.* ut *praeesse in regione.* Vide ad Hirt. L. VIII. B. G. c. 24. Edd. reliquae *adiutorio.*

EQUIDEM] Edd. Ald. Iunt. post. *quidem.*

ETSI] Edd. Iunt. Ald. *et.* et pro *fidibus* Ed. Vic. *fidubus.*

N. N. CONFERTOS HOM. CONSECT.] Scripta lectio, *non nisi inter consertos homines consecrarer.* COLV. MS. *n. n. inter confertos h. c.* SCIOPP. *in Symb.* MS. *non nisi inter confertos ho-*

Orpheus in silvis, inter delphinas Arion,

quippe, si fides fabulis, Orpheus exsilio desolatus, Arion navigio praecipitatus. Ille immanium bestiarum delinitor; hic misericordium belluarum oblectator. ambo miserrimi cantores, quia non sponte ad laudem, sed necessario ad salutem nitebantur. Eos ego impensius admirarer, si hominibus potius, quam bestiis placuissent. Avibus haec secretaria utique magis congruerint merulis, et lusciniis,

homines consecrarer, f. *conversarer*. BRANT. Frustra, nam *inter* irrepsit e seq. versu etiam in MS. Fulu. *consectare* Ed. Aldi.

CANTILLAVIT] Edd. Vett. *cantilavit:* ut supra saepius.

ORPH. IN SILVIS etc.] Flor. *o. in s. i. d. Orion.* inepte. Dio ad Alexandrinos Oratione 32. pag. 380. Εἰ γὰρ Ἰσμηνίας ἤυλει παρ᾽ ὑμῖν, ἢ Τιμόθεος ᾖδεν ὁ παλαιὸς, ἢ Ἀρίων ὑφ᾽ οὗ λέγουσιν ᾄδοντος ἐν τῷ πελάγει τοὺς δελφῖνας ἀφικέσθαι πρὸς τὴν ναῦν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐκπεσόντα αὐτὸν κατὰ τύχην τινὰ ἀναλαβεῖν καὶ σῶσαι. πῶς ἂν διέκεισθε; τούτων μὲν γὰρ ἐστὶν οὐδεὶς Ἀμφίων, οὐ δὲ Ὀρφεύς. ὁ μὲν γὰρ, υἱὸς ἦν μούσης, οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἀμουσίας αὐτοὶ γεγόνασι διατρίψαντες, καὶ κατάξαντες τὸ σεμνὸν τοῦ μέλους, καὶ πάντα τρόπον λωβησάμενοι τὴν ἀρχαίαν μουσικὴν. Agellius lib. 16. cap. ult. Cicero lib. 2. Tuscul. Quaest. Oppianus Halieuticon lib. 5. v. 448. ELMENH. Prave Edd. Ald. Iunt. post. Bas. pr. *delphines.* V. ad Met. L. VI. p. 440, a.

DELINITOR] Ed. Vic. *delenitor*, ut alibi.

NITEBANTUR] Eadem, *videbantur.* COLV. f. *trudebantur* vel, *ludebant.* BRANT. Inepte, sollemni errore in MSS. confunduntur *videbantur* et *nitebantur.*

ADMIRARER] Ed. Vic. *admiraretur.*

AVIBUS HAEC SECRETARIA, UT] MS. cod. *avibus haec secretari, aut.* Sic Terrae secretariae, infra lib. de Mundo: *Illi etiam ignes, qui terrae secretariis continentur.* In Cod. Theodosiano et Iustin. Secretarium locus est secretus a vulgo, in quo iudices sedebant, causas examinabant. L. III. de Offic. diversor. iud. l. ult. Ubi Senatores vel Clariss. L. 5. de prox. Sacr. scrin. lib. X. Cod. et alibi. Hunc intelligit Salvianus lib. III. de Gubernat. Dei: *Intra ianuas non modo illustrium potestatum, sed etiam praesidum aut praepositorum non omnes passim intrare praesumunt: nisi quos aut iudex vocaverit, aut negotium traxerit, aut ipsa honoris proprii dignitas introire permiserit.* Σήκρητον appellat Eusebius Histor. Ecclesiast. lib. VII. cap. XXXI. σήκρητον δὲ, ὥσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἄρχοντες ἔχωντε καὶ ὀνομάζων. de Ducenario, qui iudicem agebat. quem locum nobis humanissimus Lipsius indicavit. Sed ita etiam Imp. Zeno iudicantis Secretum accipit. L. Nullum. XIII. C. de Testib. Et fortassis hinc Secretum, seu Secretarium hic locus dictus, quod velis obtentis et oppansis, cum quidem gravioribus de causis et praecipue criminalibus, quaeque ampliorem deliberationem requirerent, ageretur, ibi iudices a conspectu litigantium reorum, reliquique vulgi secernerentur et separarentur. Unde et Secretarii hodie dicuntur, vulgari et trita iam passim significatione. Sed ad Vela haec iudicum pertinet elegans locus D. Basilii Magni Epistola ad Eusebium, qui dignus totus hic legi: Εἰ γὰρ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχοντες ὅτ᾽ ἂν τινὰ τῶν κακούργων θανάτῳ καταδικάζειν μέλλωσιν, ἐφέλκονται τὰ περιπετάσματα καλοῦσι δὲ τοὺς ἐμπειροτάτους πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν ὑποκειμένων σκέψιν. καὶ πολὺν ἀνασχολάζουσι χρόνον, νῦν μεν τοῦ νόμου τὸ αὐστηρὸν ὁρῶντες, νῦν δὲ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως δυσωπούμενοι. καὶ πολλὰ στενάξαντες καὶ τὴν ἀνάγκην ἀπολοφυρόμενοι δῆλοι πᾶσι γίνονται πρὸς ἀνάγκην ὑπηρετοῦντας τῷ νόμῳ οὐ κατ᾽ οἰκείαν ἡδονὴν ἐπάγοντες τὴν κατάκρισιν. Hinc intelligenda lex Imp. Constantini: *Non sit venale iudicis velum, non ingressus redempti, non infame licitationibus secretarium.* L. I. Cod. Theod. de Offic. rect. prov. nec de alio etiam Velo senserunt Impp. Honorius et Theodosius: *De submersis navibus decernimus, ut levato velo causae istae cognoscantur.* L. V. C. de Naufrag. lib. XI. L. VI. Cod. Theod. eod. Cognoscitur de submersis navibus levato velo, utpote causis levioribus; cum in gravioribus id semper adduceretur. Notemus igitur hunc morem, et leges has hinc intelligamus, quas non satis apte vel aperte nostri aevi Iurisconsulti maximi nobis explicasse videri possint. COLV.

UT INQUAM] Lego, *utique.* BRANT. Recte cum Edd. Scriv. et Flor. Ed. Wow. *ut ita inquam.* MSS. Florent. Lips. Pith. et Edd. reliquae *ut inquam.* Sic *utique* in *utiquam* abiisse quoque vidimus supra ad N. 16. MS. Bembin. *ut inque.* hinc Vinc. Contar. L. I. V. L. c. 5. *utrimque* i. e. in aquis et silvis.

CONGRUERINT] Deest in MSS. Lips. et Pith.

ET LUSCIN.] Coll. Voss. Lips. *aut lusc.* Ed. Vic. *luciniis.*

niis, et oloribus. Et merulae in remotis tesquis fringultiunt; lusciniae in solitudine Africana canticum adolescentiae garriunt; olores apud avios fluvios carmen senectae meditantur. Enimvero qui pueris, adolescentibus, et senibus utile carmen promturus est, is in mediis millibus hominum canat; ita ut hoc meum de virtutibus Orfiti carmen est, serum quidem fortasse, sed serium; nec minus gratum, quam utile Carthaginensium pueris, iuvenibus et senibus. quos indulgentia praecipuus omnium proconsul sublevavit, temperatoque desiderio et moderato remedio dedit pueris saturitatem, iuvenibus hilaritatem, senibus securitatem. Metuo quidem, Scipio, quoniam laudes tuas attigi, ne me inpraesentiarum refrenet vel tua generosa modestia, vel mea ingenua verecundia. Sed nequeo,

MERULAE] *Merula*, inquit Plin. *canit aestate: hyeme balbutit: circa solstitium muta.* PYRRH.

FRINGULTIUNT] Pith. *fing.* Vir Doctus ad marg. Ed. Iunt. post. *friguttiunt.* Sed aliter MSS. et noster bis in Apolog. V. Fabri Thes.

LUSC. IN SOLIT. CANT. ADOLESC. G.] Putantur enim amores semper cantare. ELMENH.

IN SOLITUDINE] Seneca Octavia act. 4. Scena O Funestus, etc. *Quis mea digne deflere potest Mala? quae lacrymis nostris questus Reddet aëdon? cuius pennas Utinam miserae mihi fata darent. Fugerem luctus ablata meos Penna volucri, procul et coetus Hominum tristes caedemque feram: Sola in vacuo nemore et tenui Ramo pendens, querulo possem Gutture moestum fundere murmur.* Auctor incertus περὶ τῆς τῶν ζώων ἰδιότητος: Ὅταν ἀηδὼν ἀκροώμενον βλέπῃ, Μελῶν ἀγαθῶν ἐξερεύγεται κτύπους. Ἀγχίστροφον γὰρ τὴν βοὴν διαπλέκει. Καὶ γὰρ γαλισμοὺς ὀργανοῖ κεκλασμένους. Ἐκ τῆς ἐν ἀκμῇ ταχερᾶς μουσουργίας. Καὶ μακρὸν ἂν δήπουθεν εὐφραίνοι χρόνον. Εἰ μή τις αὐτὴν ἐκταράττοι. συγχέων. Ὅταν δε γῆν ἄβατον ἀνθρώποις ἴδοι, Τὸν φθόγγον ἁπλοῦν καὶ βραχὺν παραπτύει. Μελῶν δὲ ῥυθμοὺς ἐκδιδάσκει τὰ βρέφη. Ambrosius Hexaem. lib. 5. cap. 24. ELMENH.

IN SOLITUDINE AFRICANA.] Cur magis in illa, quam alia? An quia in Africa erat tum? De merulis in genere tantum dicit, *in remotis tesquis.* et de oloribus, *apud avios fluvios.*

GARRIUNT] Lusciniae garrulum cantum vocat Plinius. PYRRH. Scripturam veterem *gurriunt* non sprevi prae vulgari, *garriunt.* Et certe nescio quomodo Gurriendi verbum aptius fictum videtur, quam ipsum Garriendi, ad exprimendum garritum istum murritionemque vernantium istarum avicularum. COLV. Colv. ex libro Lipsii *gurriunt.* ELMENH. *Gurrire* ficta vox est, et nusquam obvia. Sed passim luscinia *garrula* vocatur. cf. Pyrrh.

APUD AVIOS FLUVIOS] Remotos, inhabitatos. PYRRH. Cygni amant fontes. Virg. 2 Georg. Dio orat. 12. 194. Ovid. 5 Metam. fab. 6. *carmina cygnorum labentibus audit in undis.* ELMENH. forte, *Asios.* Virgil. 7. Aeneidos: — *sonat amnis et Asia longe pulsa palus.* BRANT. Ridicule. aeque *Pactoli*, *Maeandri* etc. refingere posses, ubi frequentes olores. vide Rittershus. ad Oppianum p. 78.

CARMEN SEN. MED.] Cygnos morti vicinos prae voluptate, et rerum in vita molestarum oblivione, suaviter canere tradunt viri magni Plato, Cicero, Aristoteles, Oppianus, Ovidius, Martialis, Dio et alii. Sed hoc omnino fabulosum et falsum esse docent Plinius libro 19. cap. 23. Aelianus var. hist. lib. I. cap. 14. Athenaeus fol. 393. Bodinus in Methodo historica, et Iohannes Talentonius reconditarum rerum lib. 3. cap. 11. ELMENH.

PUERIS, ADOLESCENTIBUS] Aetatum appetitus optime describit. PYRRH. Copula in vulgatis, *pueris et adolesc.* COLV. Ita et Pith. qui pro *senibus* habet *senilibus.*

IS] Abest Florent. bene.

CANAT] Vulg. *cantat.* COLV. Saltem debuisset edi *cantet.*

ORFITI] Ed. Vic. *orfici.* Bas. pr. *onfici.*

FORTASSE] Sic MSS. et Edd. usque ad Elmenh. qui cum seqq. exhibuit *fortassean.* qua auctoritate, nescio. V. ad Met. L. V. p. 338, a.

IUVENIBUS] MS. liber, *viventibus.* COLV. Forte, *iuventuti.* BRANT. G. Vossius adlevit orae libri *f. vigentibus.* Sed *viventibus* nil, nisi calami error.

OMNIUM] Rom. Venet. *hominum.* COLV. Item Vic. sollemni variatione.

TEMPERATOQUE] Abest *que* ab Ed. Vic.

NE ME] Desunt Edd. Iuntinis, Aldi.

REFRENES] Sic MSS. Florent. Lips. et Edd. Vett. Wower. ex coniect. Piccarti Per. Crit. c. 16, et seqq. dant *refrenet*, ut sequentia non sexto, sed primo casu ponantur. quod et mihi praeplacet.

ME-

queo, quin ex plurimis, quae in te meritissimo admiramur, ex his plurimis quin vel paucissima attingam. Vos ea mecum, cives ab eo servati, recognoscite.

LIBER QUARTUS.

Num. XVIII. Tanta multitudo ad audiendum convenistis, ut potius gratulari Carthagini debeam, quod tam multos eruditionis amicos habet, quam excusare, quod philosophus non recusaverim dissertare. Nam et pro amplitudine civitatis frequentia collecta, et pro magnitudine frequentiae locus delectus est. Praeterea in auditorio hoc genus spectari debet, non pavimenti marmoratio, nec proscenii contabulatio, nec scenae columnatio: sed nec culminum eminentia, nec lacunarium refulgentia, nec sedilium circumferentia: nec quod hic alias mimus hallucinatur, comoedus sermocinatur, tragoedus vociferatur, funerepus periclitatur, praestigiator furatur, histrio gesticulatur, ceterique omnes ludiones ostentant populo,

Meritissimo] Alii codices habent *mitissimo*. Pyrrh. Vulg. *mitissimo*. MS. *merentissimo*. Sic supra lib. I. et infra de Deo Socratis: *Falsum meritissimo dixeris*. Caecilius Asoto: *Meritissimo hic me deiecit ex hac decuria*. Plautus Asinaria Epidico, et alibi, item Terentius. Colv. Flor. *mitissimum*. Elmenh. *Meritissimo*, adverbialiter. Adi ad Met. L. V. p. 339, b. *raris-simo*. Pith. *meratissimo*.

Lib. IV. Num. XVIII. Verisimile mihi est hanc fuisse praefationem ad Lib. II. de Deo Socr. usque ad illa verba *Asclepiades ille* etc. Groslot.

Tanta] Melius benevolentiam captat, quam qui excusationibus universam pene orationem occupant. Pyrrh. More Graeco concio habetur in Theatro. V. Bourdel. ad Heliod. p. 90.

Freq. collecta] Mea Coll. Lips. *freq. dilecta*.

Delectus est] MS. cod. *deiectus est*. Colv. Pith. *delectatus*.

Non pav. m.] Lips. *ut non p.*

Marmoratio] Fit ex calce et marmore tuso, ut Varro lib. I. de re rust. cameras marmorato et parietes pavimentaque laudabiliter faciunt. Pyrrh.

Contabulatio] Est generis vox quae contignationem, coaxationem et coassationem continet, de quibus apud Budaeum. *Columnatio* est suffultura scenae. Pyrrh.

Lacunarium] Florentinus 2. *lacunarum*. Elmenh. Item MS. Lips. et Ed. Flor. Scio, quid pro hac lectione afferri possit; non placet tamen. N. 22. lacunaria *auro oblita*.

Mimus hallucinatur] Id genus multa collegit Politianus in lamia. Pyrrh. Arnob. lib. 4. *Et si quando animum desidem otiosis vultis hallucinationibus occupari, dies vobis poscatis dari, et sine ullis intermissionibus exhiberi*. Brant. Observa verbum *hallucinari* activa significatione hic usurpari pro eo quod est *fallere*, *decipere*, cum vulgo significet *decipi*. Florid. MS. Lips. Edd. primae aliaeque vett. *minus*, solito errore, ut observarunt Becichem. Ep. 100. et Theod. Canter. ad Arnob. L. V. p. 23. Ceterum de significatione verbi *hallucinantur* reliqui interpretes praeter Floridum tacent, nisi quod rectius Brantius videatur sumere de lusibus eius ridiculis. Sed forsan respicit auctor ad ipsam vocis originem ab *hallo*, qui est ποδὸς μέγας δάκτυλος, ut sit, saltat. Adi G. I. Vossium in Etymol. licet alii ab ἀλύκη *alucinari* scribant. V. Gronov. ad Gell. L. IV. 20. alii aliter v. ad Gell. L. XVI. 12. Singulorum enim ludionum artes designat, et mimi *hallucinationem* distinguit ab histrionis *gesticulatione*. Mimorum autem exprimentium aliquam personam propria est saltatio. Ovid. L. I. Art. Am. vs. 501. *aliquam mimo saltante puellam*. ubi vide N. Heinsium. Gell. L. I. 11. *planipedi*, i. e. μίμῳ testibus Auson. Ep. XI. et Diomede, *saltanti*.

Comoedus] Idem, *comoediis*. Colv.

Funerepus] Pith. *funereus*. Ed. Vic. *funepus*. Vide supra ad N. 5.

Histrio gesticulatur] Ille enim proprie dicitur

pulo, quod cuiusque artis est. sed istis omnibus supersessis, nihil amplius spectari debet, quam convenientium ratio, et dicentis oratio. Quapropter, ut poëtae solent, hic ibidem varias civitates substituere; ut ille Tragicus, qui in theatro dici facit:

Liber, qui augusta haec loca Cythaeronis colis:

item ille comicus, qui

Quam parvam partem postulat Plautus loci
De vostris magnis atque amoenis moenibus,
Athenas quo sine architectis conferam:

non

citur pantomimus; ut in Glossis. Vide Salmas. ad Hist. Aug. p. 433. et ad Tertull. Pall. p. 292.

SPECTARI] Idem, *spectare.* Et post, ubi, *oratio*, *ōronē.* id est, *orationem.* COLV. Pith. *spectare debes.*

SOLENT] Pith. *solent ut.*

HIC IBIDEM] Male Sopingius margini adlevit *alicubi dum.* Significat *hic loci.* Vide ad Met. L. I. p. 69, a. Hic ibidem *opperiminor.*

IN TH. DICI FACIT] Romae ita editum. In aliis omnibus, *in th. dici solet.* Unde alii, *dicere solet.* COLV. Lego: *in th. dicere solet.* MODIUS. *Dici facit* recte MSS. Florent. Pith. Lips. Fulv. et Edd. Rom. Iunt. post. cum Colvio et seqq. Dicuntur *facere* poëtae et auctores, quidquid in scenam inducunt, vel quos loquentes inferunt: ut multis est observatum. Infra hoc fragm. facio *quemdam percontari.* Gell. V. c. 1. *poëtarum sapientissimus auditores non vociferari* facit.

AUGUSTA] Flor. *angusta.* ELMENH.

CYTHAERONIS COLIS] MS. Lips. *Ciceronis scolis.* Edd. Iunt. Ald. *Cythaerois.*

QUI PARVAM PARTEM etc.] Meo iudicio Plauti nomen auctor non adscripsit de quo tamen tuum audire lubet iudicium. STEWECH. Lego: *itemque perparvam partem p. P. l.* MODIUS. Versus e Plautinae Truculenti Prologo numeris hic suis reddidimus, ita ut in Camerariana editione leguntur. Vulgo, *parvam.* COLV. *Perparvam* Colv. et Wower. expressere. At MSS. Pith. Lips. Edd. Vett. dant *parvam:* unde deceptus Stewechius hunc versum non considerat tamquam Plautinum, sed Appuleii habet verba. At MSS. Florent. Lips. Edd. Vulc. Scal. Elm. etc. habent *quam parvam.* quod probo. Facile enim memoriae vitio App. *quam* loco τοῦ *per* hic adhibere potuit. Praesertim cum amet τὸ *quam* cum positivo iungere. Vide ad Met. L. III. p. 181, b. et L. VIII. init. Pith. *partim.*

DE VESTRIS MAGNIS ATQUE] Ibidem, *de nostris mag. at.* Lipsius Antiquis Lectionibus, *de muris magnis atq.* COLV. Male Lipsius. Edd. ante Colv. *de nostris.* Scribendum scilicet *de vostris*, ut in Plauto. Prologus adloquitur Romanos. V. Gruter. ad Plautum.

ATHENAS QUO S. ARCH. CONFERAT] Vulgo, *Athen. quos in archit. conf.* Mira varietas lectionis huius versiculi in veteribus libris Plautinis, tam cusis quam scriptis. Aldus olim impressit, *Athenas quo sine arcu peltis conferat.* Lipsius monuit, in Vaticanis legi, *sine arcuspletis conferam:* et, *arcuspetis.* Vidi ego scriptum etiam, in quo erat, *arcuspestis.* Olim, ante has omnes lectiones visas, rebar scribendum, *Athenas quo se in arcem tutus conferat.* Nota arx Athenis. COLV. *Ath. quo s. architectis conferam*] Haec unice vera lectio est, tam apud Plautum, quam nostrum: ut bene vidit Salmasius, nisi quod is retineat vulgatum *conferat.* Sensus hic est clarissimus. Histrio e Plauti persona postulat locum scenae, quo spectatoribus videndas praebeat Athenas, sive comoediam Athenis quasi gestam, et sic Athenas Romam conferat sine ope architectorum. *Conferam* autem non *conferat* habent Vaticani aliique Codd. in Plauto, et hic Pith. et Edd. ante Colv. ut et MS. Lips. *feram.* nam sequitur apud Plautum in eadem persona *Meditor enim vobis me ablaturum sine mora* etc. Pro *quo sine* in Florent. Pith. et Lips. atque Edd. ante Colv. exstat *quos in.* sed *quo sine* recte apud Plautum MSS. et Edd. Hinc Vulc. Scal. Elm. Scriv. dant *quis sine*, metuentes credo, *quo* non posse sequi pluralem. Sed adi tu notas ad Caesar. L. V. B. G. c. 14. *Liberi eorum sunt*, quo *virgo deducta est.* *Architectis* est in Lips. at variis modis corrupte apud Plautum; sed omnes tendunt ad vocem *architectis.* Immo ita citatur hic locus quoque apud Priscianum de metris Com. p. 1322. ubi tamen vulgo *conferat.* Errant ergo, qui hic aliud quid somniant. Vide Paraeum in Analect. Plaut. et Petiti Misc. L. II. c. 7. et alios. G. Vossius adlevit margini se corrigere *quasi in arctis tectis conferam*, vel *quo is in arctis tectis conferat.* Frigidissime.

Li-

non secus et mihi liceat nullam longinquam et transmarinam civitatem hic, sed enim ipsius Carthaginis vel curiam vel bibliothecam substituere. Igitur proinde habetote, si curia digna protulero, ut si in ipsa curia me audiatis: si erudita fuerint, ut si in bibliotheca legantur. Quod utinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio suppeteret, ac non hic maxime clauderet, ubi me facundissimum cuperem! Sed verum verbum est profecto, quod aiunt: Nihil quidquam homini tam prosperum divinitus datum, quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis; ut etiam in amplissima quaque laetitia subsit quaepiam vel parva querimonia, coniugatione quadam mellis et fellis. Ubi uber, ibi tuber. Id ego cum ante alias, tum etiam nunc inpraesentiarum usu experior. Nam quanto videor plura apud vos habere ad commendationem suffragia, tanto sum ad dicendum nimia reverentia vestri cunctatior. Et qui penes extrarios saepenu-

Liceat] Vulg. *licet*. Colv. MSS. Ed. Iunt. post. cum Colvio et seqq. *liceat*.

Hic, sed e.] Pith. *hoc*.

Quod] Edd. ante Vulc. *quo*.

Pro ampl.] Ed. Vic. *amplitudinem*.

Auditorii, prolixa] MS. cod. *auditorii prolixi*. Colv.

Suppeteret] Edd. quaedam vitiose *suppetet*.

Clauderet] Vulg. *clauderetur*. Claudere, pro claudicare. Priscianus lib. X. Verbum hoc eleganter repositum a maximo Lipsio, in Terentio, Livio, Gellio: Variis, Epistolicis, Electis. Colv. Rom. *clauderetur*. Elmenh. Si sincera sit lectio, *claudere* hic neutraliter sumitur pro *desinere*. at Rom. habet *clauderetur*, quod melius esse mihi videtur. Colvius *claudere* hic pro *claudicare* positum autumat. sed favet meae interpretationi quod supra dixit: *utinam pro amplitudine auditorii prolixa oratio suppeteret*. Brevis enim et cito desinens oratio melius opponitur prolixae, quam claudicans. Florid. Atqui non desinit auctor, sed pergit orationem. Inepte itaque e Rom. Ed. cum qua consentiunt Pith. et reliquae vett. reponere tentat Flor. Vid. et Castalion. Observ. p. 14 etc. *Clauderet* i. e. claudicaret, deficeret: atque ita cum Becichemo Ep. 100. Lipsio, Colvio etc. habent MSS. Florent. Lips. Ed. Iunt. post. de quo verbo vide praeter Colv. et alios I. F. Gronov. et Drakenb. ad Liv. XXII. c. 39. *si in altera parte* claudet *resp.* et quos laudo ad L. de Deo Socr. p. 692. Ed. Flor. ubi vulgo *claudicaret*. Gell. L. IV. c. 7. *numerus clausurus est*. L. XIII. c. 20. *sentias suavitatem sonitus* claudere. Auson. Prol. ad 7 Sap. *si memoria* cludit. Atque ita est in MS. Septim. de B. Troi. II. 22. *Omnia foederis iura ac pietatis apud Barbaros et Graecos* clauserunt. Sunt, qui malunt in sec. coniugatione *claudēre*: quomodo edidit Vulcan. Certe ita Caecilius apud Nonium, et Glossae: *claudeo* χωλεύω.

Profecto] Abest MS. Lips.

Nihil quidquam] Unde Homerus in ult. Iliad. fingit duo esse Iovis dolia in atrio, unum laetis, alterum tristibus plenum, quibus mortalium fortuna temperatur. Pyrrh. Plautus Amphitryone: — *Ita quoque comparatum Est in aetate hominum, Ita Diis placitum; voluptati ut moeror comes consequatur*. Quae sententia sumpta videri potest a Comico Graeco veteri, Antiphane: — Αἱ γὰρ ἡδοναὶ Οὐκ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἐμπορεύονται, ἀλλ' ἀκολουθοῦσι τ' αὐτὰς Λυπαὶ καὶ πόνοι. Colv.

Prosperum] MS. cod. *prospere*. Colv.

Ei] MS. Pith. Edd. vett. praeter Iunt. post. *et*.

Etiam alias] Vulgatum ubique, *inalias*. et post: *tum etiam nunc*. Colv. MS. et vulgati: *cum in alias*. Sicut Graeci, εἰς τὰ ἄλλα pro ἐν τοῖς ἄλλοις. Sciopp. *in Symb.* MS. *etiam alias*. vulgatum ubique *inalias*, quod probo. Brant. MSS. Florent. Lips. et nonnulli Codd. Becichemi, Edd. Vulc. Colv. Scal. Wow. *cum etiam alias*. Codd. Fulv. Pith. et Edd. Vett. *cum inalias*. Forsan tum *in alias* divisim scribendum, ut *in ante diem*, nam *inante* non est Latinum. Sed recte Cod. vet. Becichemi *cum ante alias*.

Nunc] Male eiecit Colvius, sequentibus eum Vulc. Scal. Wow. Agnoscunt voculam MSS. Florent. Pith. et Edd. vett. ut alibi quoque auctor. Certe bis in Flor. N. 16. *nunc inpraesentiarum*.

Inpraesentiarum] Quidam negant Latine dici: sed Valla in dictione *praesens* eo utitur ac saepe iureconsulti veteres. Pyrrh.

Contatior] Flor. *cunctatior*. Elmenh. Item Edd. Ald. Iunt. post. et aliae. Vulgo *contatior*. Al. *cunctantior*. De hoc comparativo adi Cl.

L 3 Burm.

numero promtissime disceptavi, idem nunc penes meos haesito: ac, mirum dictu, ipsis illecebris deterreor, et stimulis refrenor, et incitamentis cohibeor. An non multa mihi apud vos adhortamina suppetunt, qui sum vobis nec Lare alienus, nec pueritia invisitatus, nec magistris peregrinus, nec secta incognitus, nec voce inauditus, nec libris illectus improbatusve? Ita mihi et patria in concilio Africae enimvero et pueritia apud vos, et magistri vos. Et secta, licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata est: et vox mea utraque lingua iam vestris auribus ante proximum sexennium probe cognita. Quin et libri mei non alia ubique laude carius censentur, quam quod iudicio vestro comprobantur. Haec tanta ac totiuga invitamenta communia non minus vos ad audiendum prolectant, quam me ad dicendum retardant: faciliusque laudes vestras alibi gentium, quam apud vos praedicarim: ita apud suos cuique modestia obnoxia est; apud ex-

Burm. ad Sueton. Iul. c. 60. *ad dimicandum* cunctatior *factus*. et I. Gronovium in Var. Lect. ad Tac. L. III. Hist. c. 4. *natura et senecta cunctator*. ubi etiam in MS. Bodl. *cunctatior*. de Deo Socr. p. 697, Ed. Flor. *cunctatius credere* Edd. quaedam contra MSS. Vide Ind. Not.

EXTRARIOS] Vulg. *extraneos*. Haud tanti ut discriminem utrum melius. Et hoc et illud passim obvium, tam in nostro, quam aliis priscis scriptoribus. COLV. Ita et Tertull. loquitur De testimonio animae: *Terram gravem imprecaris, et cineri penes inferos tormentum*, et lib. de baptismo: *Penes veteres quisquis se homicidio infecerat, purgatrice aqua se expiabat*, et passim. BRANT. Sic MSS. plerique Colv. etc. ac mox. Sed Pith. Edd. priores *extraneos*. Vide ad Met. L. VIII. p. 565, a.

DISCEPTAVI] Forte rectius: *dissertavi*. WOWER. Male. *Disceptavi* nempe in iudicio, ut in Apol. p. 426. Flor. *Apud iudices sorte ductos paulisper* disceptanti, *an apud omnes homines semper disserenti. Disceptare* et *disserere* de eadem re Sallust. B. Iug. c. XI.

ET STIMULIS REFRENOR] Vulg. *etsi multis refrenor*. COLV. Florent. 2. *et simultis refraenor*. ELMENH. *Et stimulis refr*. habet e correctione Becichemi Ep. 100. Ed. Iunt. post. iam ante Colv. Bene. Reliquae Edd. vett. cum Pith. *etsi multis refr*. MS. Lips. *etsi stimulis refr*.

COHIBEOR] MS. lib. *cohibebor*. post, pro *An non*, vulgo, *At non*. COLV.

INVISITATUS] Vulg. *inusitatus*. COLV. Flor. *invisitata*. Rom. *inusitatus*. ELMENH. Pith. Ed. Iunt. post. cum Colv. et seqq. recte *invisitatus*. Vid. ad Met. L. VIII. p. 515, a.

PATRIA IN CONCILIO AFR.] Forte potius, *in confinio Africae*. COLV. Ego nihil muto. BRANT. i. e. Madaura: ubi forsan habebant concilium sive κοινὸν Afri. Erat enim colonia Romana

Male Colv. Pricaeus, Floridus et Iac. de Rhoer in Fer. Dav. p. 228. *confinio*, ut *Africa* proprie dicta intelligatur, ex loco Appuleii in Apol. p. 443. Flor. *Numidiae et Getuliae in ipso confinio*.

AFRICAE] Appuleius erat Afer, ex Madauro quam prope Midenos Ptolemaeus statuit in II. Africae tabula. PYRRH.

ENIM VERO] Vulg. *id est vestro*. COLV.

APUD VOS] MS. Lips. *ap. nos*.

INCHOATA EST] Edd. Ald. Iunt. post. hic rursus e superioribus intrudunt *et magistri vos*. Abest τὸ *est* ab Ed. Iunt. post.

UTRAQUE LINGUA] Latinam vero sine praeceptore se didicisse iactat in Asino aureo. PYRRH. Pith. Ed. Iunt. post. *utrique*. vitiose: unde vir doctus margini adleverat *utique*.

UBIQUE] Edd. Vic. Bas. pr. *denique*.

CARIUS CENS.] Sive pretiosius. Prave Ed. Floridi *clarius cens*.

TOTIUGA] Ed. Bas. pr. *totiiuga*. Male. Vide ad Met. L. II. p. 150, b. totiugis *diebus*.

PROLECTANT] Lips. *perlectant*. male.

AD DICENDUM] Pith. Coll. Voss. Lips. *ad audiendum*. Unde G. Vossius margini adlevit *ad audendum*. de qua paronomasia vide ad Met. L. III. p. 231, a.

APUD VOS CUIQUE MOD.] Reponebam, ut mihi videbar, non infeliciter: *ita apud suos cuique mod. obn. e.* etsi enim civis Carthaginiensis non esset Appuleius, in cuius senatu haec dicebantur, tamen ad coniecturam meam pertinet, quod subiicit: *mihi et patria in concilio Africae, id est vestro, et pueritia apud vos, et magistri vos*. STEWECH. *utique*, forte. BRANT. Optime correxit Stewech. et post eum Pricaeus ad Apol. p. 120. adsensumque praebuit Floridus. Supra iam *meos* vocavit Carthaginienses, eisque *extraneos*, ut hic, opposuit. MSS. et Edd. *apud vos*.

Ex-

extrarios autem veritas libera. Semper adeo et ubique vos quippe ut parentes ac primos magistros meos celebro, mercedemque vobis rependo: non illam, quam Protagoras sophista pepigit, nec accepit; sed quam Thales sapiens nec pepigit, et accepit. Video, quid postuletis. utramque narrabo. Protagoras qui sophista fuit longe multiscius, et cum primis Rhetoricae repertoribus perfacundus, Democriti physici civis aequaevus: inde ei suppeditata doctrina est. Eum Protagoram aiunt cum suo sibi discipulo Euathlo mercedem nimis uberem conditione temeraria pepigisse, ut sibi tum demum id argenti daret, si primo tirocinio agendi penes iudices vicisset. Igitur Euathlus, postquam cuncta illa exorabula iudicantium, et decipula adversantium, et artificia dicentium, versutus alio-

EXTRARIOS] Pith. et Edd. ante Colv. *extraneos:* ut supra.

AUTEM] Lips. *aut.*

SEMPER ADEO. ET UBIQUE] Vulg. *semper adeo, et ubique.* COLV. *Libera semper adeo, et ubique vos.* Sic interpungo supra: *quam ubique equidem et semper praedicabo.* SCIOPP. in Symb. Distingue: *veritas libera. Semper adeo et ubique.* WOWER. Rectius distinxerunt cum Scioppio Wower. et seqq. quam Colv. vel Edd. priores, quae habent *libera semper adeo et ubique. Vos.* Groslot. *est ubique.* Elmenh. in Ed. sua prave distinxerat cum Colvio, sed correxit in Erratis.

PARENTES] Pith. *parentis.*

REPENDO] Romae, *impendo.* COLV. Flor. *impendo.* ELMENH. Pith. Edd. Rom. Vic. *impendo.* Minus bene. mox *Mercedem sibi rependi.* Non autem *impendo* est in Cod. Florent. ut ait Elmenh..

PROTAGORAS] Vide Zenobium in proverbio κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν. Agellium lib. 5. cap. 10. Saresberiensem de nugis Curialium libro quinto. cap. 12. ELMENH.

UTRAMQUE] Pith. *utrumque.*

PROTAG. QUIDEM] Vulg. *Protagoras qui.* Adi Quintilianum lib. III. Institut. Gellium L. V. cap. 10. COLV. Sextus Empiricus adv. Mathemat. pag. 69. Coracem vocat, et ab eo natum proverbium: κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν. SCIOPP. in Symb. Wower. etc. *quidam.* Sed recte Edd. vett. *qui.* De eiusmodi nominativis in initio positis vid. omnino Cl. Burm. ad Lucan. L. III. vs. 46 et 663. Infra N. 23. *Aristippus Cyrenaicae sectae repertor* etc. *Eum quidem.* Possis etiam eiicere voculam *qui* ut et *fuit*, et legere *Protagoram* (*Sophista* etc.) *Eum igitur Protagoram.* Vide supra ad N. 7. Sed non opus. De *Protagora* et *Euathlo*, alii dicunt *Coracem* et *Tisiam* vide auctores citatos ad Quinctil. L. III. I. O. c. 1. Fabr. ad S. Empir. adversus Rhetores p. 306. Apostol. Cent. X. §. 64. ubi ὁ Σιτίας male vocatur discipulus. adi et ad Cic. de Inv. II. 2.

CUM PRIMIS RHET. REPERTIS PERF.] Malim, *in primis:* id est, inter primos. COLV. Flor. *repertoribus.* ELMENH. Exponit Floridus *eloquentissimus pro initio inventionis Rhetoricae.* sed tum saltem *pro primis* legi deberet. At haec scriptura nata est in cerebro Vulcanii. nam MSS. et Edd. Vett. habent *repertoribus*, inter quos eum quoque nominat Quinctilianus ibidem. Nec opus est cum Colvio reponi *in primis.* Perfacundus erat, sicuti primi Rhetorices inventores.

CIVIS, AEQUAEVUS] Non male quidam libri vet. *socius aeq.* quos citat Becichemus. COLV. in Omiss. Lib. antiquus: *Dem. Physici socius.* Tolle distinctionem: *civis aequaevus.* WOWER. Bene. Vide Gell. L. V. c. 3. et ibi laudatos. Pith. *cuius ae.* MSS. Fulv. Coll. Voss. Lips. cum Codd. Becichemi *socius aeq.* probante ipso et Colvio. Edd. vett. *civis*, *aequaevus.*

INDE] Historiam illustrabit Agellius L. V. c. 3. quicum non omnino sentit Philostratus Lemnius in vitis Sophistarum. Interim emendandum, *unde ei suppeditata doctrina est.* ab ipso enim Democrito omnia Protagoras iste hauserat, attestante ipso Agellio. usus auctor particula *unde*, loco pronominis relativi personalis: et quamquam *Inde* eadem phrasi accipi potest, ut et reliqua pleraque loci adverbia (ut in Particulis demonstravimus) alterum tamen nobis visum magis conveniens. Itidem Cicero pro Flacco: *adsunt Athenienses unde humanitas, doctrina* etc. *in omnes terras distributae putantur.* Terentii, Caesaris, Varronis, aliorum exempla qui desiderat, videat in Particulis nostris. STEWECH. Pith. *in.* Coll. Voss. Lips. *mihi.* Praefero *unde* cum Stewechio.

EUM] Vulgati quidam, *hunc.* COLV. Pith. cum Edd. Iunt. Bas. *hunc.*

EUATHLO] MS. *Euadlo.* Sed nomen idem in Gellio. COLV. Pith. quoque *Euadlo.*

UT] Edd. Vic. Iunt. Ald. cum Pith. *uti.*

VICISSET] Pith. *vitibus.*

DECIPULA ADVERS.] Absunt haec a veteri: Num legendum potius, *dicibula advers.* Sic Di-

gi-

alioquin et ingeniatus ad astutiam, facile perdidicit; contentus scire, quod concupierat, coepit nolle quod pepigerat, sed callide nectundis moris frustrari magistrum, diutuleque nec disserere velle, nec reddere; usque dum Protagoras eum ad iudices provocavit, expositaque conditione, qua docendum receperat, anceps argumentum ambifariam proposuit. Nam, sive ego vicero, inquit, solvere mercedem debebis, ut condemnatus: seu tu viceris, nihilominus reddere debebis, ut pactus; quippe qui hanc primam causam penes iudices viceris. Ita si vincis, in

cibula puerilia, apud Tertullianum adversus Valentinianos cap. XI. *Satis meminerat Ptolemaeus puerilium dicibulorum, In mari poma nasci, et in arbore pisces.* Colv. Adi tu ad L. X. Met. p. 725, a. *fraudis* decipulo. In Coll. Voss. Lips. desunt quoque *et artif. dic.*

Alioquin et] In veteri libro, *alio quieti.* Colv. Abest τὸ *et* Pith. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. (in qua *alioqui*) et Bas. pr.

Ingeniatus] Ald. *ingenatus.* Scribendum Plauti Milite: *Itidem divos dispertisse vitam humanam aequum fuit. Qui lepide ingeniatus esset, vitam longinquam darent: Qui improbi essent,* etc. Ubi, dum vulgatam lectionem, *Qui lepide ingenuatus*, explicare nititur Lambinus; nihil minus quam boni Commentatoris Officio functus videri potest. Nam etiam Gellius XII. cap. 1. *Corpusque et animum bene ingeniatis primordiis inchoatum, insitivo degenerique alimento lactis alieni corrumpere.* Colv. Alii, *ingenuatus*, male. Elmenh. Vide etiam I. Gulielm. Misc. Quaest. c. 4. Elmenh. Ind. et I. Gronov. ad Gell. L. XII. c. 1. Sic quoque *geniatus.* Vide Salmas. ad I. Capitol. V. Veri c. 10.

Perdidicit] Male Pith. et Edd. ante Colv. *perdidit*; licet id iam monuisset Becichemus.

Contentus scire] Minus bene Edd. Iunt. Ald. Bas. *contentusque.* Coll. Voss. Lips. *certent se.*

Coepit nolle] An add. *dare?* Burm.

Callide] Ed. Ald. *calide.*

Nectendis] Ald. Ven. *nectendi.* Colv. MS. Fulv. et Ed. Scriv. *nectundis.* Bene.

Diutuleque] Sic MSS. Florent. Pith. Lips. et Edd. Scriv. Flor. In aliis *diutileque.* Sed tum *diutine* foret dicendum. In Flor. N. 2. diutule *iacentem.* N. 21. *si* diutule *percontetur*, *ambulant* diutule. et sic Gellius, aliique.

Neque asserere velle nec reddere] Euathli triconis versutia tangitur, de cuius astu et lite cum praeceptore Protagora agitata consulendus Agellius libro dicto cap. 10, et locus Ap puleii, nisi me coniectura fallit, propius ad sententiam rescribendus, *nec adserere velle*, *nec renuere.* Stewech. Idem vetus, *a se revellere.* Colv. lego, *agere velle.* Brant. Flor. Lipsii et Fulvii liber, *diutineque nec a se revellere.* Elmenh. Exposuit Floridus *neque negare velle:* sc. quod deberet pecuniam. Verum an hoc notat vox *adserere?* sane contrarium potius. In membranis Florent. Lips. Fulv. Becichemi, ipso probante, exaratur *nec a se revellere, nec reddere.* An scripsit auctor *neque id se refellere, nec reddere?* sed potius inducor, ut credam veram esse scripturam *neque disserere velle nec reddere:* nam Euathlus, ne reddere mercedem ex pacto cogeretur, nolebat apud iudices caussam agere, contentus scire, quod didicerat. Hoc clare ait Gellius L. V. c. 10. *Cum abunde promovisset, caussas tamen non reciperet, et facere id videretur, ne reliquium mercedis daret.* Bene id iam vidit Brantius coniiciens *neque agere velle.*

Ad iud. provocavit] In vulgato *ad iud. provocatum* etc. *proposuit* quod est in MSS. Lips. Pith. Edd. Rom. Vic. Ven. Elm. Scriv. Flor. nemo non videt esse anacoluthon, de quo saepe egimus; ad quod tamen hic refugere non necesse est, cum in MS. Florent. Edd. Iunt. Ald. Bas. Vulc. Scal. Wow. exaretur *provocavit*, uti rectissime iam correctum est a Becichemo Ep. 100. G. Vossius adleverat *provocatus*, deponentiali forma.

Quam in docendum] Sic expresse idem MS. Vulg. *qua docendum.* Quam in, in quam: Sic scribendum semper putavi Plauti Casina: *Nec qua in plura sunt, mihi quae ego velim.* maleque edi, *Nec quacum.* Sed hoc iam supra monui, ni memoria fallit. Colv. Lege cum Romano, *qua docendum receperat.* Elmenh. Sic expresse in MS. explicat Colvius pro, *in quam.* Ego etiam puto, *qua im*, pro, eum. Ab eo quod est *is*, non *eum* casu accusativo, sed *im* dicebant, ut docet Macrob. I. Satur. cap. 4. et utique delectari Lucium nostrum antiquitate scimus, verbisque subinde uti paullo magis priscis, et *vetustas quidem nobis semper, si sapimus, adoranda est*, ut monet idem Macrob. lib. 2. cap. 10. Brant. MSS. Florent. Lips. Edd. Colv. Vulc. Scal. *quam in doc.* pro *in quam* conditionem; ut capit Colvius. Wower. *qua in doc.* Vulcanius divinavit *qua eum doc.* Sed tum malim cum Brantio retinere *im* ἀρχαικῶς.

Ut condemn. seu — ut pactus] Omnia haec absunt a MS. libro. Colv. Ut et Pith.

Hanc primam caussam vic.] Flor. *hac prima causa vic.* Elmenh. Pith. Lips. *causs. pr.* Mem-

In conditionem incidisti: si vinceris, in damnationem. Quid quaeris? Ratio concluſa iudicibus acriter et invincibiliter videbatur. Enimvero Euathlus, utpote tanti veteratoris perfectiſſimus diſcipulus, biceps illud argumentum retorſit. Nam, si ita est, inquit, neutro modo, quod petis, debeo. Aut enim vinco, et iudicio dimittor: aut vincor, et pacto absolvor. ex quo non debeo mercedem, si hanc primam causam fuero penes iudices victus. Ita me omni modo liberat, si vincor, conditio; si vinco, sententia. Nonne vobis videntur haec sophistarum argumenta obversa invicem vice spinarum, quas ventus convolverit, inter se cohaerere, paribus utrinque aculeis, simili penetratione, mutuo vul-

Membranae Florent. *hac prima caussa:* atque ita statim Beciehem. pro iis *si hanc primam caussam fuero victus*, legi vult *hac prima caussa.* Et certe sic solent optimi scriptores. Ovid. Art. Am. L. I, vs. 201. Vincuntur caussa *Parthi.* Sed quod aurei aevi scriptores dixere *vincere bello*, *praelio*, posteriores quoque extulere *bellum*, *proelium.* Adi Cl. Burm. ad Vell. L. I. c. 5. licet Virg. Aen. X, 370. dixerit *devictaque bella.* Vel hoc loco est per Graecam Synecdochen et Ellipsin praepositionis *κατὰ per.* quomodo vindicat locum I. Gronov. ad Gellii L. V, c. 10. Graeci passim *νικᾶν μάχην*, *δίκην.* V. Casaub. et Needham. ad Theophr. Char. 17. me ad Herodian. III, 6. Sic Gell. L. XVII. c. 19. *Victos esse Persas pugnam illam.* Vid. D'Orvil. ad Charit. p. 513. immo clare Ovid. Her. Ep. XVI. vs. 76. *Non omnes caussam vincere posse suam.* ut est in MSS. O. Apud Morbod. de Gemmis post Gorl. Dactyl. p. 9. *perhibetur vincere caussas.* Sept. de B. Troi. III. 10. *vincere fortunam belli.* quòd non mutandum. Arnob. L. I. p. 1. *obtinuisse se* caussam *putent*, victam *sui vitio.* *Sponsionem vincere* an *sponsione* dixerit Cic. pro Caecina cap. 31. dubium. [Haec fere omnia iam adhibuit Vir Cel. ad Thom. Mag. p. 628. Post eum Ruhnken. ad Vell. Pat. L. I. c. 8, §. 2. satis superque docuit *vincere caussam*, *sponsionem* et sim. probatae esse Latinitatis. add. Passerat. ad Cic. pro Caec. c. 31. — I. B.]

In condit.] Pith. non habet *in.*

Si vinceris] Liber scriptus, *et si vinceris.* Colv.

Quid quaeris] Vulg. *quod quaeris.* Colv. Monuerat id iam Becichem.

Euathlus, utpote] Pith. *Euadus, ut poete.*

Omni modo] Pith. *omnino.*

Si vinco cond. si vincor sent.] Flor. *si vincor — si vinco.* Elmenh. Praepostere. Repone meo periculo *Si vinco, sententia; si vincor conditio.* Hoc est, si vinco, sententia iudicis me liberat; si autem vincor, liberat me pacta inter nos conditio ex qua nihil debeo nisi primam causam vicero. *Tum iudices* (inquit Gellius) *dubiosum hoc inexplicabileque esse, quod utrimque dicebatur, rati, ne sententia sua, utramcunque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem iniudicatam reliquerunt; causamque in diem longissimam distulerunt.* Florid. *Si vincor, conditio: si vinco, sententia*] Sic membranae Lips. Mediceae et sanus sensus legi postulant. Vulgo inepte *si vinco, conditio; si vincor, sententia.* nam si vinceretur, liberabatur conditione solvendi, qua pactus erat pecuniam solum, si vinceret: contra quoque si vinceret, sententia iudicum eum absolvebat. Bene autem hoc iam monuit ibidem Gronovius; quod miror, omnes interpretes sicco pede transiviſſe praeter Floridum.

Sophismatum] Flor. *sophistarum.* Elmenh. Item Lips. Recte. atque ita iam legi voluit Becichemus.

Quas v. convolverit] Edd. ante Colv. *q. v. cum volucrit.*

Inter se terere] Elegans e veteri codice haec lectio. Vulgant, *inter se coercere.* Paulo ante pro, *obversa*, MS. idem, *obversus.* Colv. Aldina editio: *inter se cohaerere.* quod praeferendum. Wower. Sic Lipsii lib. et Florent. Ald. et Rom. *inter se coercere.* unde alii non male, *inter se cohaerere.* Elmenh. *coercere* vulg. Legendum *cohaerere.* ut in Aldina editione legi testatus Ioannes a Wovveren, vir accuratiſſime doctus atque eruditus. Brant. Sic MSS. Florent. Lips. Edd. Colv. Scal. Wow. Elm. ut exprimat vim aculeorum, se invicem pungentium mutuo vulnere. Plin. L. X. c. 74. *asini atterunt se spinetis.* Obstat tamen huic lectioni, quod *terere* non tam de iis dicatur, quae pungunt, quam quae abradunt. In Pith. Edd. Colvio prioribus est *cohercere;* unde Schickerad. Wower. et Groslot. legunt, probantibus Elmenh. et Brantio, *cohaerere*: quomodo iam edidit Scriver. quod et ego praefero. Hoc convenit iis, quae praecedunt, *spinarum*, *quas ventus convolverit.* Sic hostis hosti cohaeret, cum mutuis vulneribus se complexi alter alterum occidunt, et ferientes feriuntur. Edidit Floridus *haerere.*

vulnere? Atque ideo merces Protagorae tam aspera, tam senticosa, versutis et avaris relinquenda est. Cui scilicet multo tanto praestat illa altera merces, quam Thalem memorant suasisse. Thales Milesius ex septem illis sapientia memoratis viris facile praecipuus fuit. enim geometricae penes Graios primus repertor, et naturae rerum certissimus contemplator, maximas res parvis lineis reperit: temporum ambitus, ventorum flatus, stellarum meatus, tonitruum sonora miracula, fulgurum obliqua curricula, Solis annua reverticula: idem Lunae vel nascentis incrementa, vel senescentis dispendia, vel delinquentis obstacula. Idem sane iam proclivi senectute divinam rationem de Sole commentus est. quam equidem non didici modo, verum etiam experiundo comprobavi: quoties Sol magnitudine sua circulum, quem permeat, metiatur. Id a se recens inventum Thales memoratur edocuisse Mandraytum Prienensem. qui nova et inopinata cognitione impendio delectatus, optare iussit, quantam vellet mercedem sibi pro tanto documento rependi. Satis, inquit, mihi fuerit mercedis, Thales sapiens, si id, quod a me didicisti, cum proferre ad quospiam coeperis, tibi non adsciveris, sed

Senticosa] MS. *sententiosa.* Colv. male, vulgata cum Plauto est, Captiv. Ac. I. Sc. 2. *Nam meus scruposam victus commeat viam.* Brant. Pith. quoque *sententiosa.* Ed. Aldi *sentiosa.*

Cui scilicet] Vulg. *cui sed.* Simile supra ad lib. X. Metamorph. Colv. MSS. et Edd. Iunt. post. Colv. etc. *scilicet.*

Multo tanto] Pith. Lips. *m. tanta.*

Thalem mem.] Coll. Voss. Lips. *Thales mem.*

Thales] Primus hic solis cursum a conversione in conversionem reperit et pleraque alia hic et a Laërtio descripta. Pyrrh. Vid. Laërt. in eius vita. Elmenh.

Sapientia] Ed. Vicent. *sapientiae.*

Fuit] Abest MSS. Lips. Pith. Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *finit* Edd. Ald. Iunt. post.

Astrorum] Aldus: *Astroon.* Elmenh.

Siderum obl. curr.] Atqui iam praecesserant *stellarum meatus:* bis ergo idem dicit. Proxime anteit *tonitruum miracula.* unde nullum hic mihi dubium est, quin scribendum sit *fulgurum obliqua curricula* vel *fulgetri.* Passim *fulmen* et *tonitru* iunguntur: et *obliquum* fulmini proprium. Utrumque vide in notis ad Lucan. L. I. vs. 154. Obliqua *perstringens lumina flamma.*

Idem Lunae] Malim scribere, *item Lunae.* Colv. Sic et Groslot.

Delinquentis] Rom. Ven. *deliquentis.* MS. cod. *deliquantis.* Ab Obliquus, Obliquare, a Reliquus, Reliquare verbum componitur: quidni etiam a Deliquus, Deliquare? At veritatem eusae scripturae adstruit Paulus Festi epitomator: *Deliquium Solis a delinquendo dictum, quod delinquat in cursu suo.* Sed Pompeius scripserat, *a deliquando dictum, quod deliquet in cursu suo.* Ergo iam audacter reponamus, *Lunae deliquantis:* notemus Deliquium Lunae, ut Deliquium Solis. Venit etiam nunc in mentem Varronis locus lib. VI. de Lingua Lat. quo sic vulgatur: *Deliquium dictum ab eo quod deliquatur: ut turbida quae sunt deliquantur ut liquida fiant. Aurelius scribit, Deliquium esse a liquido, Claud. ab eliquato.* Sed correxerim *Claud. a deliquato*, seu *deliquando:* enim potior haec huiusce dictionis etymologia. Deliquum dixerat Plautus Casina: *Quando nil tibi domi deliquum est*, id est, nil tibi deest, nullius eges. Colv. explicat bene et erudite Colvius. Brant. Rom. *deliquentis.* Colvius *deliquantis.* Elmenh. Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. *deliquentis*, quasi ab *deliqueo:* unde videtur remansisse praeteritum *delicuit* apud Ovidium. MSS. Fulv. Lips. *deliquantis*, quod probat Colv. et edidit Wower. Sed male. *Delinquere* veteribus notat quoque *deficere.* Adi Scalig. et Dacier. ad Festum V. *Deliquium Solis.* Activum est *deliquare*, et notat *liquidum facere.* In Pith. desunt *increm. vel senesc.*

Idem sane] Vide Plin. in II. Nat. Hist. Pyrrh.

Obstacula] Idem vetus, *obstiticula.* Colv. Item Fulv.

Didici] Pith. *dici.*

A se] Idem, *ad se.* Colv.

Edocuisse] Coll. Voss. Lips. *adivisse.* Pro *memoratur* Pith. *memora.*

Mandraytum] Flor. *Mandritum.* Elmenh. Item Lips.

Cognitione] Pith. *cogitatione.*

Merc. Th. sap.] Post *inquit* voces *Th. sapiens* ponit Floridus.

Non adsciv.] Abest *non* a Coll. Voss.

Prae-

sed eius inventi me potius, quam alium, repertorem praedicaveris. Pulchra merces prorsum, ac tali viro digna, et perpetua. Nam et in hodiernum, ac dehinc semper, Thali ea merces persolvetur ab omnibus nobis, qui eius coelestia studia vere cognovimus. Hanc ego vobis mercedem, Carthaginienses, ubique gentium dependo, pro disciplinis, quas in pueritia sum apud vos adeptus. Ubique enim me vestrae civitatis alumnum fero, ubique vos omnimodis laudibus celebro; vestras disciplinas studiosius percolo, vestras opes gloriosius praedico, vestros etiam Deos religiosius veneror. Nunc quoque igitur principium mihi apud vestras aures auspicatissimum ab Aesculapio Deo capiam, qui arcem vestrae Carthaginis indubitabili numine propitius respicit. Eius Dei hymnum Graeco et Latino carmine vobis heic canam, iam illi a me dedicatum. Sum enim non ignotus illi sacricola, nec recens cultor, nec ingratus antistes: ac iam et prorsa et vorsa facundia veneratus sum; ita ut etiam nunc hymnum eius utraque lingua canam. cui dialogum similiter Graecum et Latinum praetexui: in quo sermocinabuntur Sabidius Severus et Iulius Persius, viri et inter se mutuo, et vo-

Praedicaveris] Pith. *praedicaris.* Ed. Vic. *praedicatis.*

Prorsum] MS. *prorsus.* Colv.

Et perpetua] Pith. *ac perp.*

Dehinc] Lips. *deinde.* Pith. *de his.*

Thali ea] Idem, *Thalica.* Colv.

Vere cognovimus] Fulvius suspicatur: *recognovimus.* Sciopp. *in Symb.* Non ego.

Vobis merc.] Lips. *merc. vob.*

Carthaginiensis] Idem, *Karthaginiensibus.* Colv.

Dependo] Idem, *rependo.* Sed nihil mutavi. Supra lib. VII. de Asino aur. *Nonnihil vobis, cum lupanari servierit, vindictae depensuram.* Colv. Bene nil mutat Colv. *Dependo* significat enim *omnino rependo.* Adi me ad L. IX. Met. p. 667, a. depensis *pro prandio lacrimis.* Sequentia usque ad *ubique* desunt in Pith.

Etiam Deos] *Etiam* deest Pith.

Religiosius] Ed. Vic. *religiosus.*

Nunc quoque] Editum ante, *Et nunc quoque.* Colv.

Vestrae] Edd. ante Colv. *nostrae.* Forsan *vostrae.*

Ab Aesc. Deo] Aesculapius Deus Carthaginiensium. Tertullian. *In ipsis denique templis Deum iudicem imploras sub Aesculapio stans.* Erat autem et ipse Carthaginiensis. Brant.

Propitius respicit] Sic Romana editio. MS. *ppius strepit:* aliarum, *propitius strepit.* Forte etiam, *repit:* tamquam de serpente. Colv. Rom. *strepit.* Inepte. Elmenh. Grosl. coni. *regit.* At bene Becich. et Edd. Iunt. post. Bas. sec. Colv. etc. *respicit.* In Lips. Pith. Edd. primis *strepit:* unde frustra coniecit Colvius, sive potius Lipsius, *repit.*

Vobis sic canam] Legendum: *hic.* Sciopp. *in Symb.* Fortasse melius: *vobis occinam.* Wower. Alii, *haec occinam.* Flor. *haec canam.* Elmenh. MS. Lips. *hic canam:* quomodo e coniectura Scioppii edidit Floridus. In Edd. Bas. sec. Colv. Vulc. Scal. Wow. Elm. *sic canam.* Edd. priores *occinam*, quod placet Wowerio. N. 13. *animalia inter se* occinunt. Non ergo male. nisi praeferas *occanam* ut apud Sallustium et Tacitum. Pith. *hoc c.* Florent. Cod. *haec c.* unde Scriver. exhibuit *heic canam.* Recte.

Eius Dei hymnum gr.] Rabanus in Iudith. Manuscript. *Hymnos etiam idolis suis gentilitas personabat.* Elmenh.

Illius agricola] MS. cod. *illis agricola.* Gulielmius noster non male, *illius sacricola.* Colv. *Illius sacricola* elegantissimi Guilhelmii in Miscellis Quaest. cap. 4. emendatio est. MSS. et editi legunt, *ignotus i. agricola.* Insulse. Elmenh. Optime iam ante Gulielmium emendarat M. Accursius in Diatr. ad Solinum edita Romae 1524. *sacricola* pro *agricola*, quod est in MSS. et Edd. O. ante Wowerium. Passim *c* et *g* confundi, nemo nescit. V. Salmas. ad Solin. c. 1. *viscerationem* sacricolis *daret.* ut diserte legitur in Voss. pr. et iam ed. Cam. Sed cum in MSS. Lips. et Pith. sit *illis agricola*, omnino puto cum Viro Docto in marg. Ed. Colv. in Bibl. Reg. amplius emendandum esse *ignotus illi sacricola.* quod quivis sentit longe esse efficacius elegantiusque.

Prosa et vorsa et c.] De prosa et praevorsa vide Crinitum. Pyrrh. *Et vorsa* desunt Pith.

Gr. et Lat. praet.] Pith. *Graece.* Scriv. *pertexi.*

Sermocinabuntur] MSS. Lips. Pith. Edd. ante Colv. *sermocinabantur.*

vobis, et utilitatibus publicis merito amicissimi, doctrina et eloquentia et benevolentia paribus: incertum modestia quietiores, an industria promtiores, an honoribus clariores. Quibus cum sit summa concordia, tamen haec sola aemulatio, et in hoc unum certamen est, uter eorum magis Carthaginem diligat: atque summis medullitus viribus contendunt ambo; vincitur neuter. Eorum ego sermonem ratus et vobis auditu gratissimum, et mihi compositu congruentem, et dedicatu religiosum; in principio libri facio quendam ex his, qui mihi Athenis condidicere, percontari a Persio Graece, quae ego pridie in templo Aesculapii disseruerim: paulatimque illis Severum adiungo. cui interim Romanae linguae partes dedi. Nam et Persius, quamvis et ipse optime Latine possit, tamen hodie nobis ac vobis Atticissabit.

Num. XIX. Asclepiades ille, inter praecipuos medicorum, si unum Hippocratem excipias, ceteris princeps, primus etiam vino opitulari aegris reperit; sed dan-

---

Savidius Sev. et Iul. Persius] Idem MS. *Safidius Severus, et Iulius Perseus.* Colv. *Sabidius* primus rescripsit Scriver. MS. Florent. et Edd. priores *Savidius.* Lips. et Pith. *Safidius.* Sed *Sabidii* vel *Sacidū* occurrunt in Inscriptionibus.

Vobis] Edd. ante Colv. *nobis.*

Paribus] Malim cum Becichemo et Sopingio legere *pares.*

An honor.] MS. *ac honoribus.* Colv.

In hoc] Ed. Vic. *in haec.*

Diligat] MS. *deligatus.* Colv.

Atque] V. C. *ad quod.* V. D. *in marg. Ed. Colv. in Bibl. Reg.*

Et m. composite c. et dedicatur religio summo i. pr. l. ratio quemd. e. ii.] Pessime habitus locus. Scribo cum Lipsio, *et mihi compositu congruentem, et dedicatu religiosum, in principio libri facio quemdam*, etc. Certa emendatio et manifesta, cuiusque ratio pluribus non reddenda. Colv. Scribit Becichem. *et dedicatu religiosum, principio libri ratio quaedam ex his a me condidicere.* Unde sensum commodum non est ut elicias. Vide Notas nostras. Id. *in Omiss. Eorum ego sermonem ratus et vobis auditu gratissimum et mihi compositu congruentem, et dedicatu religiosum; in principio libri facio quemdam.*] Sic iam diu mea sponte correxeram, cum comperi postea aliis quoque idem in mentem venisse. Sciopp. *in Symb.* Lipsius correxit vere lib. I. Elect. cap. 18. cum in libris esset, *composite c. et dedicatur religio summo in principio libri ratio.* Elmenh. Egregie restituere Lipsius et Sciopp. quos merito secuti sunt Wow. Elm. et seqq. Becichemi emendatio est sine sensu, ut et vulgata olim scriptura, quae est tamen in MSS. Florent. Lips. Fulv. Pith. Pro *summo* in Lips. est *summam.* Edd. Vulc. Scal. *clegio summo.*

Quidam ex] Declarat introductionem personarum in suo dialogo disserentium. Pyrrh.

Mihi Ath.] Becichemus male *a me.*

Condidicere] *συνεμαθήτευσαν.* Elmenh. Lips. Pith. *condidicerunt.*

Persio] Flor. *Perseo.* Elmenh. Item Coll. Voss. Lips. et Pith. Statim et ante quoque *Perseus.*

Opt. lat. p. t. h. nobis ac vobis att.] Flor. *optime p. t. h. vobis atticissabit.* Elmenh. Solum *vobis* est etiam in MS. Pith. et Edd. ante Colvium, quod praeferrem ego.

Atticissabit] MS. *atticissavit.* Colv. Item Pith.

Num. XIX. Asclepiades] Aliud fragmentum. Sciopp. *in Symb.* Iste fuit Pruliensis et medicus, Pompeii magni aetate, qui, cum dicendo quaestum sterilem faceret, ad medicinam utpote quaestuosiorem se contulit, vinoque temperato multis medebatur. Lege de hoc Plin. lib. 25. 23. pulchre ubi praeter alia inquit: *nec minor fama cum occurrisset ignoto funeri, relato homine ab rogo atque servato* etc. Pyrrh.

Si unum] Mallem, *et si unum.*

Primus et. vino etc.] De hoc eodem principe medico Scribonius Largus praefat. lib. de Composit. medicam. *Ille enim febricitantibus, vitiisque praecipitibus correptis, quae ὀξῆ πάθη Graeci dicunt, negavit medicamenta danda. quia cibo vinoque apte interdum dato remediari tutius eos existimavit.* Colv. Plinius libro 7. Natur. Histor. cap. 37. *Magna et Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, et citra deformitatem oris curata orbitate luminis. Summa autem Asclepiadi Prusiensi, condita nova secta spretis legatis et pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione qua vinum aegris medetur, relato e funere homine et servato: sed maxime sponsione facta cum fortuna, ne medi-

dando scilicet in tempore. cuius rei observationem probe callebat, ut qui diligentissime animadverteret venarum pulsus inconditos, vel praeclaros. Is igitur cum forte in civitatem sese reciperet, et rure suo suburbano rediret, aspexit in pomoeriis civitatis funus ingens locatum, plurimos homines ingenti multitudine, qui exsequias venerant, circumstare omnes tristissimos et obsoletissimos vestitu. Propius accessit, ut etiam cognosceret, more ingenii humani, quisnam esset; quo-

dicus crederetur, si unquam invalidus ullo modo fuisset ipse: et victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est. ELMENH. Pith. *primus in vino.* Edd. Vett. et Pith. *reperit aegris opit.* Iunt. post. *aegris rep. opit.*

UT QUI] Vulg. *et qui.* COLV. MSS. cum Becichemo et Edd. Iunt. post. Colv. etc. *ut qui.*

ANIMADVERTERET] Becichemus *animadverterat*, vel potius *animadvertat*, ut est in Pith.

VEN. PULSUS INCOND. VEL PRAECLAROS] Mihi equidem dubium non fuit, pulsus illos non *praeclaros*, sed *praeceleres* nuncupandos. Infra hoc eodem libro, *manum hominis pertractat, venarum pulsum et momenta captat; si quid illic turbatum atque inconditum.* STEWECH. Proprie. Ex pulsu enim de hominis salute, vel interitu medici pronunciare solent, quem Galenus de constitutione artis medicae cap. 18. recte definit, *vitalis facultatis opus.* Ante tempora autem Hippocratis speculatio haec circa pulsum nondum exquisite exculta erat, ideoque medici manum ponebant super alias partes corporis, maxime super thoracem, domicilium scilicet cordis, ex quo et indicabant. Sicuti Stephanus Atheniensis in Galeni librum I. ad Glauconem p. 17. scriptum reliquit. *Praevaros* recte Scaliger, MSS. et editi *praeclaros.* male. ELMENH. Corrupte. Scribe: *vel praevaros.* WOWER. Scaligeri divinationem *praevaros* primus expressit Vulcanius, et quasi de suo Wower. ac seqq. pro valde depravatis, corruptis. Et hinc nemo hanc correctionem in dubium devocavit, cum MSS. et Edd. vett. dant *vel praeclaros.* quod ego nolim temere damnare. Auctor videtur sibi contrarios pulsus obponere. *Inconditi* enim (*recond.* coniecit Groslot.) sunt confusi, ita ut singuli non satis distingui queant. Vide ad Met. L. VI. p. 400, a. Atque ita *verba incondita, clamor inconditus* et sim. Mox rursus N. 22. *Venarum pulsum et momenta captat, si quid illic turbatum atque* inconditum *offendit.* His iam contrarii sunt pulsus *praeclari*, qui bene discerni possunt, et certa stataque habent momenta: unde *clarus* et *certus* saepe iunguntur. Adi I. F. Gronov. ad Liv. L. I. c. 18. *uti tu nobis signa certa adclarassis.* Ita *lux praeclara, sol praeclarus* apud Lucret. Si Appuleius hisce vocibus idem fere exprimere voluisset, videtur non debuisse subdere τὸ *vel* disiunctivum, sed copulativum *et, ac, atque.* Immo si quid mutandum, propenderem magis in Stewechii, cuius nemo rationem habet, coniecturam *praeceleres*, quam videtur probare Abresch. in Aristaen. Lect. p. 72, 73.

POMOERIIS CIV.] Operarum, ut reor, vitio in Scriverii Ed. irrepsit *pomariis.*

FUNUS ING. LOCATUM] Efferundum, deferundum ad sepulturam. Seneca Epist. 99. *Quam multis cum maxime funus locatur: quam multis vitalia eruuntur: quam multi post luctum tuum lugent.* Plauti iocus est, qui folium Sibyllae, ni hinc explicetur, Aulularia: *Caedundum illum ego conduxi.* EV. *Tunc quidem optimum est, Loces efferundum. nam iam credo mortuus est.* Valerius Antias lib. LXXV. Historiarum: *Deinde, funere locato, ad forum descendidit.* COLV. f. *collocatum.* BRANT. Frustra et male. Adi Colv. *Funus ingens locatum* i. e. magnus funeris adparatus, vel *funus ingens* pro, hominis potentis et viri principis.

OBSOLETISSIMOS] Vet. cod. *obsolentissimos.* COLV. Ita et Pith. et Ed. Bas. pr. Praefero autem, quod tacite expressit Wower. et margini adlevit G. Vossius *obsoletissimo.* In Apolog. p. 404. Flor. *vestis obsoletior.* p. 524. *venit nupta* etc. *flammeo obsoleto.*

ETIAM COGNOSC.] Vulg. *incognosceret.* quod probavi supra ad lib. III. COLV. MS. *an vero ut.* Et probat Fulvius. SCIOPP. *in Symb.* Retinui lectionem editionis principis *incognosceret*, alii, *etiam cognosceret*, legunt. ELMENH. *Etiam cognosceret* est lectio MSS. Florent. Lips. Becich. et Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. quam retinui, licet non admodum placeat τὸ *etiam*, pro quo Groslot. coniecit *ut inde cogn.* Praefert vero Colvius scripturam priorum Edd. et Cod. Pith. *ut incogn.* pro, valde cognosceret, id quod imitatus esse dicitur Picus Mirandul. Elmenh. vero et seqq. utrumque dedere *ut etiam incogn.* Sed non placet mihi decompositum *incognoscere* hoc sensu. Si statim mecum *an* legis, hic omnino subintelligendum est quoque *an* vel *ne*; ut solet saepissime ἐλλείπειν. de qua re egi ad Caesarem quoque. V. Ind. Not. Auctor enim fingit se dubitari, an Asclepiades ad corpus hoc accesserit e curiositate, *an vero, ut aliquid in illo ex arte deprehenderet.* Sed tamen saepe ad-

quoniam percontanti nemo responderat; an vero ut ipse aliquid in illo ex arte deprehenderet. Certe quidem iacenti homini, ac prope deposito fatum abstulit. Iam miseri illius membra omnia aromatis perspersa, iam os ipsius unguine odoro delibutum, iam eum pollinctum, iam coenae paratum contemplatus, cum diligen-

ditur. Vide ergo num corruptus sit locus pro *ut ne cognosceret* i. e. an ut cogn. Sic ipse auctor infra hoc fragm. *Quodne iam hereditatem avebant, an quod adhuc* etc. Sin vero ibidem cum aliis retineas *at*, hic omnino scribi debuit *ut*, *non cognosceret*. vel *non ut cogn.* Sed malim prius.

INGENII HUMANI] Abest *humani* a Pith. Edd. ante Bas. sec. vel Colv. V. ad Petron. c. 71. *Vitio mentis humanae concupiit scire.*

AT VERO UT I. A. IN I. E. A. DEPREHENDERET] MS. *at vero ut ipse vir aliquid in il. e. a. deprehenderet.* Reiecto illo *at*, quod ex praecedenti dictione repetitum fuisse videtur, lego, *venit, ut ipse aliquid in illo ex ar. deprehend.* COLV. Corrige, *deprehenderet.* WOWER. Colvius reiecto τῷ *At*, legit: *Venit ut i. a. i. i. e. a. d.* Ego, *adseverat ipse vivi aliquid in illo ex arte deprehendere.* Vel etiam, *venit ut ipse vivi aliquid in illo ex arte deprehenderet.* BRANT. Roman. *depraehenderat.* ELMENH. *An vero ut* etc.] Sic τὸ *an* exstat in MSS. Pith. Lips. Becichemi, Ursini, ipsis et Lipsio probantibus, et Edd. Vicent. Iunt. post. Wow. Scriv. et Flor. clarissimo sensu, pro *sive.* In MSS. Florent. Coll. Voss. et Colv. Lips. Edd. Iunt. pr. Ald. Bas. Colv. Vulc. Scal. Elmenh. exaratur *at.* non male, si supra aliter legeretur, ubi vide. Inepte vero *at* delent Colv. et Brant. leguntque *venit ut* vel *adseverat.* vel sic supra quoque *non* addi debuisset. Pro *vero* autem hic τὸ *non* habent Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. contra auctoris, ut mihi videtur, mentem. Dein *ut* exsulat ab Edd. Vulc. Scal. Elmenh. qui edidere *deprehenderat* cum Scriverio, *ut* retinente, quod tum notaret *postquam simul ac*; et certe sic exarari videtur in MSS. Lips. et Florent. Sed non deprehendere id poterat, priusquam accessisset. In ceteris Edd. usque ad Wower. sine sensu exstat *reprehenderet.* Insuper in MS. Lips. *ipse vir al.* unde non inepte Brantius coniecit *ipse vivi aliquid* quod tamen mordicus defendere nolim.

FATUM ATTULIT] Quin potius: *vitam attulit.* aut: *fatum abstulit.* WOWER. alii, *fatum abstulit.* Fulvius Ursinus, *vitam attulit.* Bene. ELMENH. *Fatum attulit* habent MSS. et Edd. vett. aliaeque. quod si retineamus, *fatum* est nominativus, et subintelligitur *Asclepiadem*. qui illi iacenti ut salutare sidus a fato missus fuerit. At Scriver. edidit *vitam attulit* e coniect. Wowerii sive potius Ursini. Si quid mutandum, ego praeferrem alteram Wowerii coniecturam, quomodo etiam rescripsere Elmenh. et Flor. *abstulit*, sive mortem abstulit et eum ex Orci faucibus, quibus iam quasi adhaerebat, ut alibi loquitur auctor, eripuit. Sic *fati ratis*, *fati litora* apud Propert. L. I. 19, 12. 11, 21, 39. Passim *fatum* et *fatalem mortem* de morte naturali occurrere nemo nescit. Vide Gell. L. XIII. c. 1. *Fatum leti* dixit Lactant. in Sympos. Aen. 31. de Phoenice. Sic enim MSS. vulgo: fatum *laetae quam mortis imago.* Similiter Cicero in Timaeo c. XI. *nec vos ulla* mortis fata *periment.*

MEMBRA OMNIA] Deest *omnia* in Coll. Lips.

AROMATIS PERSPERSA] Pro *perspersa*, *sparsa* habet vetus liber, Appuleio opinor nolente. nam supra lib. IX. de Asino aur. *Hinc resultantes uberrime guttae mensam cruore perspergunt.* Cadavera olim odoribus et aromatis omne genus sparsa, ad putorem illum letalem abigendum. Noster Apologia priore: *Si tus et cesiam, et myrrham ceterosque id genus odores funeri tantum emptos arbitraris.* Tertullianus de Resurrectione carnis: *Proinde et corpora medicata condimentis sepulturae, mausoleis et monumentis sequestrantur.* Persius: *Tandemque beatulus alto Compositus lecto, crassisque lutatus amomis.* Lactant. Diuinar. institut. lib. II. cap. IV. *Pari enim ratione defunctorum corpora odoribus et pretiosis vestibus illita, ac convoluta humi condunt, qua deos honorant.* COLV. Antiqui mortuorum corpora ungebant herbis suaveolentibus ad putorem pellendum. Nonnus in Iohannem cap. 19. ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος (ὃς ἤλυθε νυκτὸς ὁδίτης Ἐς μέγαρον χριστοῖο φυλασσομένῳ ποδὶ βαίνων) Σμύρναν ἄγων θυόεσσαν· ἐρυθραίοιο δὲ κήπου Ἰνδῴης ἀλόης δονακοτρεφὲς ἔρνος ἀρούρης, Λίτρας τὰς καλέουσι φατιζομένῳ τινὶ μέτρῳ Ἀχριμιῆς ζαθέης ἑκατοντάδος. ὧν ἅμα κόσπῳ Λεπταλέοις ὀθόνῃσιν ἐμιτρώσαντο θανόντος Σῶμα, πολυπλέκτῳ ἑλίκων εὐώδεϊ δέσμῳ. ELMENH.

ISTIUS] MS. *illius.* COLV.

UNGUINE ODORO DELIB.] Eadem de causa, qua supra aromatis perspersa diximus, cadavera etiam veteres ungebant. Ennius: *Tarquinii corpus bona femina lavit et unxit.* Unde Virgilius: — *Corpusque lavant frigentis, et unguunt.* Horat.: *Unxere matres Iliae addictum feris Alitibus atque canibus homicidam Hectorem.* Hinc iocus Martiali: *Qui non coenat, et ungitur Tabulle, Is vero mihi mortuus videtur.* Arnobius lib. V. *Ac ne nuda in gremio diffluerent sic soli,* prius-

gentiſſime quibusdam ſignis animadvertit et etiam atque etiam pertractavit corpus hominis, invenit in illo vitam latentem. Confeſtim exclamavit, vivere hominem. procul ergo faces abigerent, procul ignes amolirentur; rogum demolirentur, coenam feralem a tumulo ad menſam referrent. Murmur interea exortum. partim medico credendum dicere, partim etiam irridere medicinam. Poſtremo, propinquis etiam hominibus invitis, quodne iam ipſi hereditatem avebant, an

priusquam veſte velaret ac tegeret, lavit utique balſamis, atque unxit. Lucianus: Καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα, πρὸς δυσωδίαν ἤδη βιαζόμενον. Hoc Pollingere dictum, et qui id faciebant Polinctores. Hic: *Iam eum pollinctum, iam coenae paratum.* Plautus Poenulo: *Nam mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.* Appuleius Hermagora: *Pollinctor eius funeri dum unctionem parat.* Varro: *Itaque plures dies inter medici diſceſſum, et adventum pollinctoris interfuerunt.* Ulpianus: *Si libitinarius, quem Graeci* νεκροθαπτην *vocant, ſervum pollinctorem habuerit.* Colv. Flor. *unguinis odore.* Elmenh. MSS. Lips. Pith. *unguine odore.* Quod eſt in membranis Florent. *unguinis odore*, licet perinde eſſe videatur, cave ne recipias. nam non bene ſubiungitur τῷ *ipſius* ſcilicet *hominis.* Adhaec tum auctor mavult in plur. *odores* de unguentis dicere. *Odoro* ergo eſt *odorato* ut L. X. Met. odoro *imbre.* L. II. odorus *flos.*

Pollinctum] Pith. *pollicitum.*

Coenae par.] alii, *ſcenae pene p.* Elmenh. Coll. Lips. et Ed. Vic. *penae.* Al. *pennae.* Wower. cum Lipſio in marg. et MS. Pith. edidit *ſcenae.* Male. Sequitur ſtatim *coenam feralem a tumulo ad menſam referrent.* De hac coena ſive *ſilicernio* vide multa apud Kirchman. de Funer. L. IV. c. 4.

Contemplatus enim dil. etc.] Mirum in modum corrupta haec omnia, et cum ſenſu ſcripta nullo. quem efficere conabar legens: *contemplatus eſt diligentiſſime. quibusdam ſignis animadvertit, et etiam atque etiam pertractavit corpus hominis: et invenit in illo vitam latentem.* Colv. Schickeradus: *animam advertit.* Elmenh. Sic diſtingue: *contemplatus. enim dilig. q. ſ.* Grosl. *Contempl. eum dil. q. ſignis animadvertit. Etiam* etc.] Sic primus edidit Vulcan. cum in Edd. Vett. ſit *enim*, in Bas. pr. et Wow. cum MSS. Pith. Lips. *quam dil.* In Edd. Vic. et MS. Pith. *animadverſit.* Vir doctus, *animadverſis.* Schickerad. *animam advertit*, ſed hoc mox demum ſequitur. Burm. *vivere eum* vel *agere eum d. q. ſ. animam adv.* Ego malim ſimpliciter *cum d. q. ſ. animadvertit, et etiam a. e. p. c. h. invenit.* Male fuit tranſpoſita copula *et*, et iam praeceſſit τὸ *eum. Et* ante invenit deeſt in Lips. Pro *latentem* Pith. *iacentem.* Ed. Vic. *pertrectavit.*

Procul ergo] Vulg. *procul igitur.* Colv. Pith. cum Edd. ante Colv. *igitur.*

Faces abigerent] Corrigo *faces abiicerent.* C et G literae promiſcuae librariis. Faces in pompa funebri iuſtis perſolvendis adhibitae. Apuleium audiamus lib. I. Floridorum: *cum eum eius*, inquit, *prius ad funeream facem, quam ad nuptialem veniſſe.* teſtis locuples Virgilius erit ut morem illum eadem opera ſimul illuſtremus. is igitur VI. Aeneid. — *tum membra toro defleta reponunt, Purpureasque ſuper veſtes, velamina nota Coniiciunt, pars ingenti ſubiere feretro Triſte miniſterium et ſubiectam, more parentum Averſi tenuere facem.* Quo loco interpretes adnotant propinquioribus virilis ſexus facis tenendae officium dari ſolitum. Quod ad rogum Servius audiendus eſt. *Apparatus* (inquit) *mortuorum funus dici ſolet; exſtructio lignorum rogus: ſubiectio ignis, pyra: crematio cadaveris, buſtum: locus, uſtrina: operis conſtructio, ſepulcrum: inſcriptum, nomen: memoriaque, monumentum.* Stewech. Bene noster Modius *Abiicerent*, ſeu more antiquo, *abicerent.* Colv. Ed. Vic. *facere.* Dein e coniect. Modii, Stewechii, ut et W. Coeſii edidit Scriver. *abicerent.* Sic paſſim in MSS. *adigere telum* pro *adicere* ſeu *adiicere.* de quibus prolixe egi ad Caes. L. II. B. G. c. 21. et ad Hirt. de B. Afr. c. 56. Sed rectum hic eſt *abigerent*, ſive removerent et repellerent eos, qui faces admovere vellent; ut patet ex ſeqq. *ignes amolirentur*, Gloſs. *abacti* ἀπωθέντες *repulſi.* Vide ad Met. L. IX. p. 556, a, *foras abigere.*

Coenam fer. etc.] Hinc et ex ſuperioribus patet coenam feralem eſitari ſolitam iuxta ipſum rogum. Brant.

Prop. et. hominibus i. quod ne iam etc.] Tria hinc menda expellenda, inde reddenda ratio emendationis. Scribo, *propinquis etiam omnibus invitis. quod ne an ipſi hereditatem avebant.* genus loquendi agnoſcent ſcio, qui ſcriptorem hunc vigilanter legerunt: tum facile animadvertent ludere eum in παρονομασίᾳ verborum, *avere habere.* In conſanguineos id inprimis torquere conatur, magis de familia herciſcunda, quam revocando poſtliminio, quem defunctum volebant, ſollicitos fuiſſe, atque eo minus crediditiſſe medico. Praeterea non iam primum eſt, cum illud *aveo* depravatum eſt in *ha-*

beo.

an quod adhuc illi fidem non habebant, aegre tamen ac difficulter Asclepiades impetravit brevem mortuo dilationem. Atque ita vispillonum manibus extortum, velut ab inferis, postliminio domum retulit, confestimque spiritum recreavit: confestimque animam in corporis latibulis delitescentem quibusdam medicamentis provocavit.

NUM. XX. Sapientis viri super mensam celebre dictum est. Prima, inquit, cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad

beo, pertinaci et perversa descriptorum consuetudine. quibus B et V (ni fallor) ex adfinitate secundae literae Graecae et Latinae promiscue scribebantur. Tum et ad aspirationis notam adhibebantur, adimebant pro lubitu. sic in editione nostra l. II. de asino legas: *facilis auritu*, cum debeat scribi *hauritu*. Itidem in Mamertini Panegyrico ad Iulianum Imp. in duabus editionibus reperi: *discenda omnium nomina tribuum homines*, *atque etiam singuli salutandi*. puer, videat, quia de candidatorum laboribus agitur, legendum, *edisc. o. nomina tribuum: omnes*, *atque etiam singuli salutandi*. Redeo ad vocem *aveo*. et Varronem emendo apud Nonium in Mutabiliter: Varro, cras credo hodie nihil. *Quibus instabilis animus mutabiliter habet avere*, *et non habere*. scribo, *avet habere*. nam in eo animi aestus, quod modo aveat et cupiat: modo repudiet. Iuxta illud Horatii: *Quod petiit*, *spernit: repetit*, *quod nuper omisit*. Item et apud Petronium in epigrammate: *Ipse pater veri dictus Epicurus in arce Iussit*, *et hanc vitam dixit habere Deos*. Quid aliis placeat scio; lego nihilo secius, *dixit avere Deos*. Exstant apud Priscianum versus Vari poëtae ex lib. II. de magistro illo, qui filios Faliscûm sibi commissos hostibus tradidit. quos ideo adscribam, ut ad fragmenta poëtarum, ubi ea desiderabam, referantur, sed paulo integriores: *Tum literator creditus Ludo Faliscûm liberos*, *Causatus in campi patens*, *Extraque muros ducere: Spaciando paullatim trahit Hostilis ad valli latus*, * * * *Seu tute malis hospites*, *Seu tute captivos habes*. Ne ambige quin primo versu scribendum, *creditos*, ultimo vero *aves*, non *habes*. STEWECH. *Propinquis omnibus inv*. ex coniectura Stewechii reposuere Wow. Scriv. Flor. In MSS. et Edd. vett. *hominibus*, perpetua confusione, quod hic non mutem. Vide Gruteri Susp. L. IV. c. 2.

QUOD NE IAM] Pith. *qui*. Stewech. *quod ne an*. Wower. *quoniam*. ut *ne* ἐλλείπῃ. V. supra.

HERED. HABEBANT] Id est, Havebant, avebant. Olim Habere et Avere, seu Havere, et Habitus, pro Avitus scriptum indiscriminatim. Seneca lib. VI. de Beneficiis: *Huic pervenire usque ad distringuendam libertatem licet*, *cuius vulgare et publicum verbum*, *et promiscuum ignotis* HABE *non nisi suo ordine emittitur*. Sic enim in scripto meo libro ibi etiam scriptum. Post vidi C. V. Iac. Cuiacium Obser. lib. I. idem de hoc Senecae loco sentire, quod ita etiam in Erasmi veteribus libris exaratus fuisset. Eamdem huiusce verbi scripturam idem maximus doctor saepius Codici tam Theodosiano quam Iustinianico restituit, nixus exemplis scriptorum aliquot veterum. quae apud eum vide, lib. quem dixi cap. XV. et ad lib. III. Tit. 4. Sententiarum Iul. Pauli. Augustinus lib. de Musica: *Habeo prorsus audire quid adferant*: id est, Aveo, desidero. COLV. Lipsii Elect. libro secundo, cap. 11. *Quod ne iam ipsi h. havebant*. ELMENH. Wower. *iam habebant*. Accedo Lipsio, Colvio et Stewechio legentibus *avebant* i. e. cupiebant, inhiabant. Non enim credibile, eos iam tunc adiisse hereditatem. Frequens corruptio τοῦ *aveo* in *habeo*. V. P. Pithoei L. II. Subsec. c. 11. Hering. Obs. c. 9.

ASCLEPIADES] Ed. Vicent. *Asclepides*.

VISPILLONUM] Sic scriptum in veteri libro: vulgo vero, *vespillonum*. Accurate de huius nominis varia scriptura et notione v. c. B. Brissonius lib. XIX. de Verb. Sign. et lib. I. De Solut. et liberat. A quo qui aliter sentiunt, nihil sentiunt. COLV. Vespillones qui praesertim noctu ferebant. Martialis: *Chirurgus fuerat*, *nunc est vespillo diaulus*. PYRRH. MSS. Florent. Pith. Lips. Edd. Vic. Colv. etc. *vispillonum*. Sed Floridus reposuit cum Edd. Iunt. post. Bas. sec. *vesp*. Edd. Iunt. Ald. *villispillonum*.

EXTORTUM] Flor. *exoratum*. ELMENH.

CONFESTIMQUE] Pith. Edd. ante Colvium carent τῷ *que*.

DELITESCENTEM] Pith *delitescentis*.

PROVOCATIT. SAP. V.] Videtur hiare, et deesse aliquid. BRANT.

NUM. XX. SAPIENTIS VIRI] De hac re Gellius; et Augustus ter tantum bibebat; et Ausonius in Grypho. PYRRH. Aliud fragmentum. SCIOPP. *in Symb*. Anacharsis dictum est apud Laërtium, lib. I. pag. 72. ELMENH.

PRIMA CRATERA etc.] Vetus poëta apud Suidam in voce οἶνος: Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω Τοῖς εὐφρονοῦσι, τὸν μὲν ὑγιείας εἵνεκα: Ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι: τον δὲ δεύτερον Ἔρω-

ad insaniam. Verum enimvero Musarum cratera, versa vice, quanto crebrior quantoque meracior, tanto propior ad animi sanitatem. Prima cratera Litteratoris, ruditatem eximit: secunda Grammatici, doctrina instruit: tertia Rhetoris, eloquentia armat. Hactenus a plerisque potatur. Ego et alias crateras Athenis bibi: Poëticae commixtam, Geometricae limpidam, Musicae dulcem, Dialecticae au-

Ἔρωτος ἡδονῆς τε: τὸν τρίτον δ' ὕπνου: ὃν ἐκπίνοντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι Οἴκαδε βαδίζουσ' ὁ δὲ τέταρτος οὐκ ἔτι Ἡμέτερος ἐστιν, ἀλλὰ ὕβρεως· ὁ δὲ Πέμπτος, βοῆς. ἕκτος δὲ κώμων ἕβδομος δ' Επωπίων· ὁ δὲ ὄγδοος τοῦ κλητοσος· Ὁ δ' ἔννατος, χολῆς. δέκατος δὲ, μανίας Ὡς ἐκβαλεῖν ποιεῖ. πολὺς γὰρ εἰς ἓν ἀγγεῖον Χυθεὶς ὑποσκελίζει τοὺς πεπωκότας. ELMENH.

CREBRIOR] Ed. Scriv. *crebior*. Pro *propior* Coll. Lips. *promptior*. non male.

LITTERATORIS RUDITATEM EXIMIT] Lectio Bas. II. Aliarum est, *litteratoris rudato eximit*. MS. *litteratores ruato eximit*. Forte, *litteratoris ruditate exuit*. Sed amplius deliberandum. COLV. Locum distinctione prava corruptum, recte restitui. WOWER. Lectio aliarum editionum est, *litteratoris rudato eximit*. MS. *litteratores ruato eximit*. Colv. *litteratoris ruditate exuit*, forte, *litteratoris rude eximit*, ut significet ferulam tristem, sceptrum paedagogorum, ut vocat Martial. lib. 10. Epig. 62. nos dicimus, *de roede ontwassen*. Nisi *rudatus* sit magisterium rudis. BRANT. Flor. 2. *Literatores ruato eximit*. Aldus, Pyrrhus et Romanus *l. rudato e.* Basilieas. 2. *l. ruditatem eximit*. ELMENH. *Cratera Litteratoris ruditatem eximit*] Sic habent e correctione Becichemi Edd. Iunt. post. Bas. sec. Wow. et seqq. Quare id retinui. Nam is sine dubio auctoris est sensus, et male in MSS. Pith. Florent. et Lips. legitur *litteratores*: nam iungendum cum *cratera* ut viderunt bene Wower. et Salmas. ad Tertull. pall. p. 437. *primus informator litterarum*. et sic *cratera Grammatici*, *cratera Rhetoris* etc. Rectius ergo Iunt. post. *exemit*. In Edd. primis est *rudato*. Vulcan. Scal. *ruditu*. Codd. Florent. uterque Pith. et Lips *ruato*. Non male coniecit Colv *ruditate exuit*. Certe longe melius Brantio. Ceterum *cratera* in ablativo et *crateram* habes quoque ap. Hygin. Astron. II. 40. supra *chlamyda*: de quibus nominativis e Graeco accus. vide praeter alios et me ad Frontin. L. II. c. 3. ac Caes. de B. G. III. 20. Munkerum diss. ad Hygin. Huc pertinet idem L. II. Astron. c. 21. *Lacedaemona bellum gesserit*. ut diserte legitur in Cod. Voss. Sic apud Auson. *hebdomada* et *decada*. ut e MSS. est legendum.

DOCTRINA] Scriptus liber, *doctrinam*. COLV. Flor. *doctrinam instravit*. ELMENH.

RHETORIS] Idem, *rhetores*. COLV. Flor. *rhetores*. ELMENH.

EGO] Ed. Bas. pr. *ergo*.

ALIAS CRATERAS] Idem, *aliam crateram*. COLV.

POËTICAE COMMIXTAM] Idem, *commentam*. Forte, *humectam*: id est, *humectam*. Sed aliud adhuc quaero commodius huic loco. nam non dubium mihi de corruptela. COLV. Locus difficilis in quo merito aestuavit Colv. MS. *poëticae commutam*. An, *conditam*? Sicut Lucret.: *Et quasi Musaeo dulci contingere melle*. SCIOPP. *in Symb.* Flor. *commatam*. ELMENH. Exponit Burmann. *in fabulis et fictionibus occupatam*. Floridus vertit *fabulosam* vel *inventricem*, aut *excogitatricem*: putatque hunc saltem debere esse sensum, quaecunque huius loci sit scriptura, citatque in hanc rem sic quoque Cuperus in Apoth. Hom. p. 57. At errare mihi videntur, et potius exprimi debere sapor vel qualitas alicuius liquoris, ut in seqq. *limpidam*, *dulcem*, *austerulam*, *nectaream*. Pith. *commentu*. V. D. e V. C. citat *comtam*. Fulv. *comitam*. Vide num *bammatam* scribi possit. Confer comment. ad Colum. L. XII. c. 34. et ad nostri Met. L. II. p. 104, a. *Embammatum pastu*. *Commenta cratera*, alias erit *ficta*, *commentitia*: ut apud Ovid. *commenta funera*, *sacra*. Sicuti *commentor* est inventor Solino p. 14. et nostro in Apol. p. 84. Pric. ut leg. puto. [Propria quidem poësi *commenta*: sed *cratera commenta* dici nequit. Audacter ex coniectura repono: *commixtam*. Quemadmodum mox *dulci* Musices craterae, *austerula* Dialectices opponitur, sic h. l. *limpida* Geometricae, *commixtae* Poëtices. ut enim Geometrica nudam et evidentem veritatem tractat, eiusque igitur cratera est limpida, sic Poëseos, quae in variis rebus adornandis et augendis occupata est, cratera merito ab auctore *commixta* dicitur. Verbum *commiscere* saepius usurpat noster. Met. L. IV. p. 77. Pric. *sese commiscent agminatim*. L. VI. p. 116 Pric. *commixtis acervatim confusisque in unum grumulum*. De Deo Socr. p. 680. Flor. *velut utrimque* commixta *sint*. — I. B.]

GEOMETRICAE] Sic supra N. 18. Sed *Geometriae* N. 16. atque ita hic MSS. Flor. Fulv. Edd. Vic. Iunt. Ald.

AUSTERULAM] Quidam, *amarulam*. COLV. Nempe Ed. Bas. pr.

austerulam. enimvero universae philosophiae, inexplebilem scilicet, nectaream. Canit enim Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon historias, Xenocrates satyras: Appuleius vester haec omnia; novemque Musas pari studio colit, maiore scilicet voluntate, quam facultate. eoque propensius fortassis laudandus est, quod omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in casu est. ita ut contra in maleficiis etiam cogitata scelera, non perfecta adhuc, vindicantur, cruenta mente, pura manu. Ergo sicut ad poenam sufficit meditari punienda, sic et ad laudem satis est, conari praedicanda. Quae autem maior laus, aut certior, quam Carthagini benedicere, ubi tota civitas eruditissimi estis, penes quos omnem disciplinam pueri discunt, iuvenes ostentant, senes docent? Carthago provinciae nostrae magistra venerabilis, Carthago Africae Musa coelestis, Carthago Camoena togatorum.

NUM.

ENIMVERO UNIVERSAS PH. INEXPL. etc.] MS. cod. cum plerisque vulgatorum, *Iam vero universitas phil. inexpleb. scilicet et nectaream.* Putabam concinnius, *enim vero universae Philosophiae inexplebilem scilicet, et nectaream.* COLV. *Universae ph. inexplebilem sc. nectaream*] Sic locum hunc exhibui cum Becichemo, Colvio et Florido: quomodo etiam Vir Doctus ad marg. Ed. Iunt. post. in qua, ut et Edd. Bas. Colv. Vulc. Scal. Elm. Scriv. *universas:* atque ita MS. Florent. *Universitas* MSS. Pith. Lips. et Edd. Vett. G. Vossius adscripsit quasi e Cod. *universam.* Bene. Wower. edidit *universas ph. inexplebiles sc. et nectareas.*

XENOCRATES SATYRAS] Lego: *Xenophanes.* Diog. Laërt. WOWER. Quoniam haec de Xenocrate non leguntur, non solum Casaubon. L. II. de Sat. poësi c. 3. p. 22. Wowerius, Menagius aliique hic legunt *Xenophanes*, sed et pro *Satyras* Casaubonus cum Menagio explicant vel emendant *sillos*, Satyrarum genus, de quibus vide ad Diog. Laërt. L. IX. §. 111. Cuper. ad Apoth. Hom. p. 64. Comm. ad Gell. III. 17. Amm. Marc. L. XXII. c. 16. *sillographos imitatus auctores.*

VESTER] Vulgo ante; *noster.* COLV. MSS. et Becich. Edd. Iunt. post. Bas. sec. Colv. etc. *vester.* Aliae cum Pith. *noster* pro *vester.*

EOQUE] τὸ *que* deest Pith.

FORTASSIS] Pith. Lips. et Edd. vett. *fortasse.*

CONATUS IN LAUDE etc.] Varro I. de Ling. lat. *Successum enim fortuna, experientiam laus sequitur.* BRANT.

ITA UT CIRCA IN MALEFICIIS etc.] Scripsit Appuleius, *ita ut contra.* neque dubitandum, quin prae oculis habuerit divi Hadriani rescriptum, quod hodieque extat in l. Divus ff. ad legem Corneliam de Sicariis: *in maleficiis voluntas spectatur, non exitus.* facit eodem et l. quisquis C. ad legem Iuliam maiestatis: et Iuvenalis sat. XIII. et inde post, quod Cicero pro Milone scripsit, *interitus causam, non interitum spectari oportere.* Pro altera sententiae parte stat Ovidianum istud: *Si desint vires, tamen est laudanda voluntas.* Itidem Appuleii hoc eodem libro: *Sicut ad poenam sufficit meditari punienda, sic et ad laudem satis est conari praedicanda.* STEWECH. Etenim *omnia scelera et ante effectum operis, quantum culpae satis est, perfecta sunt.* ut eleganter scribit Seneca lib. 2. de tranquil. animi. BRANT. Michaël Attaleata in Synopsi iuris Graeco Romani f. 64. *ἐν τοῖς ἐγκλήμασιν οὐ τὸ γεγονὸς ἀλλ᾽ ἡ διάθεσις σκοπεῖται.* Maximus Tyrius diss. II. pag. 19. *ἀποδέχομαι τοῦ λόγου τῆς γνώμης τῷ ἡμαρτημένῳ προστιθέντος τὴν ἀδικίαν μᾶλλον ἢ τῷ ἐπιτυχεῖ τοῦ ἔργου. Καὶ γὰρ μοιχὸν κολάζει ὁ νόμος οὐ τὸν δράσαντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν βουληθέντα. καὶ τοιχωρύχον τὸν ἐπιχειρήσαντα, κἂν μὴ λάθῃ δράσας· καὶ προδότην τὸν μελετήσαντα κἂν μὴ πράξῃ.* Theologi distinguunt inter obiectum, seu *primum motum, luctum, assensum* et *actum.* Balsamon Manuscriptus ad IV. Canonem concil. Neocaesariensis: *ἐπὶ τῶν ἁμαρτημάτων τέσσερας εἶναι βαθμοὺς οἱ ἅγιοι πατέρες φασίν· προσβολὴν, πάλην, συγκατάθεσιν, καὶ πρᾶξιν. ὧν τοι τῶν δύω τὰς πρώτας ἀνεπιτιμήτους εἶναι· τὰς δὲ μετ᾽ αὐτὰς δύο ὑπὸ ἐπιτίμιον. οὔτε γὰρ ἡ προσβολὴ κρίνεται, οὔτε ἡ πάλη, ἐὰν τὴν προσβολὴν παραδεξάμενος ὁ λογισμὸς καὶ παλαίσας ἀπεπέμψατο τὸ ἐνθύμιον· ἡ δὲ συγκατάθεσις κρίνεται καὶ αἰτιᾶται καὶ ἡ πρᾶξις κολάζεται.* ELMENH. Prave Edd. primae Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *circa.* Monuerunt iam Becich. et Stewech. Saepissime ita in Appuleio peccatum vidimus supra.

VINDICANTUR] Sic Bas. II. MS. cum aliis, *iudicantur.* COLV. Pith. Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *iudicantur.* Correxit iam Becichem. et cum Iure Romano convenit. V. Praes. Bynkersh. Obs. L. III. c. 10.

AFRICAE MUSA COELESTIS] Scripserim potius, *Afri-*

NUM. XXI. Habet interdum et necessaria festinatio honestas moras, saepe uti malis interpellatam voluntatem. Quippe et illis, quibus curriculo confecta via opus est, adeo uti praeoptent pendere equo, quam carpento sedere, propter molestias sarcinarum, et pondera vehiculorum, et moras orbium, et salebras orbitarum, adde et lapidum globos, et caudicum toros, et camporum rivos, et collium clivos. Hisce igitur moramentis omnibus qui volunt devitari, advectorem

Africae Musa, Coelestis. De Caelesti Africae numine multa vir doctissimus P. Pithoeus Adversar. lib. I. cuius nomen latuit magnum suo aevo virum Lud. Vivem apud Augustinum lib. II. cap. VII. de civit. Dei, ubi legimus: *Veniebamus nos etiam adolescentes ad spectacula ludibriaque sacrilegiorum. spectabamus arreptitios, audiebamus symphoniacos ludis turpissimis qui Diis Deabusque exhibebantur, oblectabantur, Caelesti virgini, et Berecynthiae matri Deorum.* Haec Οὐρανία Graecis veteribus dicta. Herodotus: ἐπιμεμαθήκασι δὲ καὶ τῇ Οὐρανίῃ θύειν, παρά τε Ἀσσυρίων μάθοντες καὶ Ἀραβίων. καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην Μύλιττα, Ἀράβιοι δὲ Ἀλίττα, Πέρσαι δὲ Μίτραν. Adi etiam Lipsii Epistol. Quaest. lib. V. cap. XXII. COLV. Quae hic Colvius de Coelesti Africae Dea ex Pithoeo et Lipsio refert, erudita quidem sunt, sed ad hunc locum minime spectare mihi videntur. Illa enim Coelestis, Iuno erat, quam Virginem vectura leonis coelo commeantem Carthago percolebat, ut habet noster lib. 6. de Asino. At hic *Coelestis* est Epitheton Musae, itaque Uraniam, unam ex novem Musis, intelligere malim. Carthaginem vero Appuleius figurate vocat Africae Musam coelestem, eo quod in illa urbe Afri litteras docerentur humaniores. FLORID. Recte docet Floridus hic non respici ad Deam *Coelestem*, (Africae proprium numen, ut putat P. Pithoeus Subs. L. I. c. 4. et alii, de qua et I. Capitolinus agit. v. Casaubon. ad Pertinac. c. 4. *de templo Coelestis.* Ortel. Theatro ad Tab. Africae, et maxime Herodian. L. V. c. 6. et ibi Boucler. Illa enim est Venus, sive Iuno, vel Cybele et Dea Syria, ut patet e L. VI. Met. et L. XI.) sed cum hic addatur *Musa*, intelligendam esse *Uraniam*, cuius meminit Ovid. in Fastis L. V. vs. 55, quam hic facit ipsam Carthaginem ut magistram philosophorum, et Camaenam eruditorum.

NUM. XXI. HONESTAS MORAS] Bas. 1. *honestatis mores.* COLV. Optime MSS. et Edd. Rom. Vic. ac margo Bas. pr. et seqq. *honestas moras.* In Iunt. Aldi *honestatis mores.* Vide ad Met. L. VII. p. 484, b. Flor. N. I. *religiosam moram.*

UTI MALIS] Forte, *ut in aliis.* COLV. Inepte.

UT PRAEOPTENT] MS. cod. *utique praeoptent.* COLV. MSS. Pith. Lips. *uti* vel *utique.* et Edd. ante Bas. sec. Bene. Vulgo *ut.*

CARPENTO] Carro quod a Carmenta quidam dictum volunt. Ovid. *Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant.* PYRRH.

HISCE IGITUR] Idem, *hisce g̅.* COLV.

OMN. QUI VOL. DEVITARI etc.] Impedimenta varia, molestias gravissimas recensuit, quas sentire solent illi, quicunque carpento iter conficiunt, quae quidem omnia devitare volentes, equo vehi malle ostendit. locus mihi constituendus videbatur: *Hisce ig. m. omnibus qui nolunt deviari*, vel, quod verius autumo, *debitare*, hoc est a recta via deduci, deflectere. *Viare, transviare, deviare* usitata fuisse Lucilio, Afranio, Lucretio et Plinio, sat notum est, pariter, *Bitere, betere* et *bitare* antiquis idem fuisse, quod nobis ire, non ignorant, qui vel pedem in studiis humanitatis posuere. Meminit enim Nonius in *Betere* in *perbitere.* et ab eodem verbo Festo dicti *Bitienses*, peregrinantes, quod iam ante monui. Corrigo Nonium, *providere* ait *movere et ferre:* lego: *probitere movere, efferre.* et ibidem in versu Pacuvii pro *provideam gradum*, repono *probitem gradum.* STEWECH. Illud *devitari*, vel, *devitare* non satis mihi placet. COLV. Scripserim, *qui nolunt divexari*, vel *devexari* et *deviare*, quod Gallis hodieque est *desuoyer.* BRANT. Flor. *devitare.* ELMENH. Locus hic mendi suspectus mihi est. Quid enim sit *moramentis devitari* vel *devitare?* Hoc certe verbum postulat non tertium casum, sed quartum. Melius mihi videtur fore si legatur *obviare*, aut etiam, quod minus alienum erit, *deviare*, ita ut subintelligatur praepositio *ab:* et *deviare ab illis moramentis*, sit ab illis *deflectere*, illa *vitare.* Haec mea coniectura est, quam lectoris iudicio subiectam volo. Brantius reponebat, *qui nolunt divexari.* recte, si MS. alicuius testimonio iuvaretur. FLORID. Pith. *devitatum.* *Moramentis qui volunt devitari* Latina non esse recte monent Viri Docti. Sensus est *qui volunt carere* vel *devacare his moris.* In Florent. Lips. est *devitare.* Hinc maxime placet Stewechii et Brantii coniectura *qui nolunt deviare*, i. e. a via ob illa moramenta deflectere. Auson. Prof. V. in f. *Errore deviantis filiae.* vel altera Stewechii divinatio *debitare* seu *debitere* eodem sensu. Vide

rem sibimet equum deligunt, diutinae fortitudinis, vivacis pernicitatis: item et ferre validum, et ire rapidum:

Qui campos collesque gradu perlabitur uno,

ut ait Lucilius. tamen cum eo equo per viam concito pervolant; si quem interea conspicantur ex principalibus viris nobilem hominem, bene consultum, bene cognitum; quamquam oppido festinent, tamen honoris eius gratia cohibent cursum, relevant gradum, retardant equum: et illico in pedes desiliunt. fruticem, quem

de eum et statim Colvium de *rebitare* ac me ad Met. L. II. p. 130, a. *subitare*. Florid. *qui volunt deviare* sc. ab his moris. Sed nec hoc Latinum reor.

ADVECTOREM] MS. *ac victorem.* Scribo *atque vectorem.* Lucillius: *Ipse equus non formosus, gradarius, optimus vector.* Semper noster, *vector meus*, cum de equo ei sermo. COLV. Malim scribi: *ad vecturam.* WOWER. Lego, *ad vectorem*, ex iis quae noto ad lib. I. de asino. *Vector equus* saepiuscule hic occurrit. BRANT. alii, *ad vecturam.* vide Notas Merceri ad Nonium p. 93. ELMENH. Vel tollenda syllaba *ad*, legendumque *vectorem*, vel vocabulum in duo dividendum, ut sit *ad vectorem*, id est, *in vectorem*, vel potius legendum *ad vecturam*, sensu planissimo. FLORID. *Ad vectorem* pro ut vector sit, vix Latinum. Colvii *atque* pro *statim* esse suspicor. Adi ad Met. L. I. p. 60, b. Sed nil ego muto. *Advector equus*, qui vehat ad destinatum locum. Vide Mercerum ab Elmenh. cit.

DELIGUNT] Ed. Vicent. *diligunt:* ut quidam scribere malunt. Vide ad Caes. B. G. VI, 13.

VIVACIS PERN.] Pith. *vivace pertinacitatis.*

IDEM] Lego, *item*, vel, ut etiam doctissimus Dousa, *eumdem.* COLV. Lege cum Colvio et Sopingio *item*, qui frequens est error, vel *itidem.*

VALIDUM ET IRE RAPIDUM] MS. lib. *valide et ire rapide.* COLV. Item Pith. Male Edd. quaedam vett. *irae.*

QUI CAMPOS C. GR. P. UNO] Pessime vulgatus hic ante locus, *qui campos collesque gradu perlabitur. Immo, ut ait Lucillius.* E scripto codice nostra emendatio est. Sed et Lucas Fruterius, patriae nostrae spes magna, olim in Verisimilibus suis non aliter hunc versum Lucillianum scribendum arbitratus est. Videtur autem Lucillius lib. XIV. seu XV. ut apud Gellium est, descripsisse virtutes equi praestantioris. cuius eam in rem locos aliquot, singulatim Grammaticis veteribus laudatos, hunc in modum continuatim scriptos fuisse fortassis verisimiliter arbitror: *Ipse equus non formosus, gradarius, optimus vector, Qui colles camposque gradu perlabitur uno. Quem neque Lucanis oriundi montibus Tauri Ducere protelo validis cervicibus possunt. Hunc milli passium qui vicerit atque duobus, Campanus sonipes subcursor nullus sequetur Maiore spacio; ac diversus videbitur ire.* COLV. Optime MSS. Florent. et Lips. ut reposuit Colv. Vulgo, *immo* vel *imo.* Est qui mallet *imos.*

TUM CUM.] Sic Becichem. MSS. Florent. Lips. Pith. Edd. Rom. Vic. *tamen.* Forsan recte, licet sequatur *tamen.* Saepe enim, intermissis mediis quibusdam, idem verbum repetit auctor. ut vidimus ad Met. L. I. p. 11, b. Supra, *verba, quae volantia poëtae vocant, ea verba.* et saepius. Immo statim, *fruticem, quem* etc. *eam virgam.*

CONCITO] MS. lib. *concitato.* COLV. atque ita legit Becichem. sed vide ad L. IV. p. 279, b. *concito gradu.*

EX PRINC.] MSS. Lips. Pith. *Et princ.*

QUAMQUAM O. FESTINANT] MSS. Lips. Pith. et Edd. O. ante Colv. vel Bas. sec. *festinent.* Recte. Vide supra ad N. I.

HONORIS EIUS GR.] Agellius lib. 2. c. 2. Lipsius Elect. I. 13. ELMENH.

RELEVANT GRADUM] Vide quam apte describat equitationem. PYRRH. Idem vetus et alii vulgati, *revelant gradum.* Forte, *revetant gradum*, seu, *rebetant.* Revitare, seu revitere: et Rebitare, seu rebitere. Rebitant gradum, id est reflectunt equum, ut sistat: gradum repetunt. Glossae veteres: *Revitere* περικάμψαι. Elegans lectio Ios. Scaligeri in Festo: *Revitant, repetant.* Ennius: — *Rives camposque revitant.* Rebitare, pro redire posuit ter una comoedia Plautus, Captivis. Alii hic legunt, *repedant:* quidam, *relentant:* quidam, *resecant.* COLV. MS. *revelant.* unde Colv. *revetant gradum* seu, *rebetant.* f. *relentant.* BRANT. Flor. *revelant gr.* Brantius *relentant gr.* Neutrum mihi placet, nec quid substituam, invenio. ELMENH. *Relevant gradum* primum comparet ex emendatione Becichemi in Ed. Iunt. post. et dein Bas. sec. ac ceteris, exponitque Floridus, *suspendunt gressum.* Optime. cf. Pyrrh. Retrahit freno equum, ita ut gradum suum et priores pedes adlevet, quo in cursu retardetur. Hinc patet nihil hic esse mutandum, ut putarunt viri docti. In

MSS.

quem verberando equo gestant, eam virgam in laevam manum transferunt. Itaque expedita dextra adeunt, ac salutant: et, si diutule ille quippiam percontetur, ambulant diutule, et fabulantur. denique quantumvis morae in officio libenter insumunt.

Num. XXII. Crates ille, Diogenis sectator, qui ut Lar familiaris apud homines aetatis suae Athenis cultus est. Nulla domus ei unquam clausa erat: nec erat patris familias tam absconditum secretum, quin eo tempestive Crates interveniret, litium omnium et iurgiorum inter propinquos disceptator atque arbiter. Quod Herculem olim poëtae memorant monstra illa immania hominum ac ferarum virtute subegisse orbemque terrae purgasse: similiter adversum iracundiam et

MSS. tamen Florent. Lips. Pith. et Edd. Vett. est *revelant*. Lipsius coniecit *releniunt*. Pro *retardant* Pith. *tardant*.

In Pedes desiliunt] Honor olim, inter alios etiam, obvio facto magistratui exhibitus, equo aut curru descendere: de quo studiose et erudite Elect. lib. I. Lipsius. Fugit tamen illum notare locum illustrem hanc in rem Arnobii lib. VII. *Ut si quispiam, viso potentissimi nominis atque auctoritatis viro, via decedat, assurgat, caput revelet, vehiculoque desiliat: tum deinde salutet, acclivis ancillae aut servi pavibundas trepidationes imitatus.* Colv. Hunc honorem clericis exhibere laicos voluit Concil. Matisconense 2. Can. 15. *Statuimus ut si quis quempiam clericorum honoratorum in itinere obviam habuerit. usque ad inferiorem gradum honoris veneranter (sicut condecet Christianum) illi colla subdat, prout is officia et obsequia fidelissima Christianitatis iure promeruit. Et siquidem ille secularis equo vehitur, clericusque similiter, secularis galerum de capite auferat et clerico sincerae salutationis munus adhibeat. Si vero clericus pedes graditur et secularis vehitur equo, ilico ad terram defluat et debitum honorem praedicto clerico sincerae charitatis exhibeat.* Elmenh.

Fruticem] Edd. Ald. Iunt. post. *fructicem*.

Dextra] Ed. Scriv. *dextera*.

Adeunt auscultant] Quid *auscultandi* verbum huic loco faciat, dico quod sentio, perspicere nondum potui. Beroaldus reposuit, *adeunt, ac salutant*. amicus noster alibi laudavit, *adeunt, ac salutant*. perbene ad sententiam. quaero tamen ex iis ipsis, quaero ex te? sitne verosimilior coniectura nostra, *adeunt ausculantur*. idque sic fieri solere in adeundo, excipiendo hospite etc. plus satis iam antea nobis ostensum est. tum contendo in verbis subsequentibus Appuleianum fuisse *quippiam perscitetur*. Redeundum ad *ausculandi* vocem usurpatam veteribus, pro *Osculandi*, teste Pompeio Festo. imo a contrario, *Osculanam pugnam* nominasse, pro *Ausculana*. idem quoque memoriae prodidit. Itidem antiquitus V pro Au placuisse testes nummi, lapides et libri manuscripti. Stewech. Omnes vulgati codices, excepto Bas. II. *auscultant*. Unde Stewechius legit, *ausculantur*, id est, *osculantur*. Arnobius salutandi verbum hic probat, loco quem iam modo laudavi. Colv. Rom. *ac auscultant*. Elmenh. Male Stewech. In Pith. *ac saltant*. Sed recte MSS. Florent. Lips. Becichem. Edd. Iunt. post. Bas. sec. et seqq. *ac salutant*.

Diutule] MSS. Lips. Pith. *diutile*.

Percontetur] Vulg. *percertetur*. Colv. Recte MSS. Florent. Lips. *percontetur*. In aliis *percertetur*; unde Stewech. coniecerat *perscitetur*. MSS. sequendi sunt.

Num. XXII. Aliud fragmentum. Sciopp. *in Symb.* Huc retraxi MSS. et Edd. Vett. auctoribus hoc fragmentum, quod alii praeposuerant fragmento decimo quarto: quia et illud de Cratete agit. Male. Nam ista *sicuti narrem* etc. patet esse eiusdem argumenti, et hisce connectenda, quod et vidit Floridus, qui tamen male ea inter hoc et XIV. fragm. voluit interponere. [Sic tamen desideratur apodosis post protasin *post ubi intellexit* etc. — I. B.]

Crates ut Lar familiaris] Ita haec transposui. Vide Laërtium Lib. 6. p. 420. Suidam in Κράτης. Elmenh. Post *cultus est* ponendum τελεῖον στίγμα.

Nulla domus etc.] τὸ *ei* non est in vet. cod. Diogenes Laërtius de hoc ipso philosopho: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Θυρεπανοίκτης, διὰ τὸ εἰς πᾶσαν εἰσιέναι οἰκίαν, καὶ νουθετεῖν. Colv. *Ei* abest quoque Pith. in quo pro *unquam* est *nunquam*. mox in eodem *patrisfam.* deest.

Quod Herculem] Alludit ad Herculis Gallicani historiam quam ex Luciano Erasmus praeceptor meus et Budaeus Galliae doctissimus latinam fecere. Pyrrh. Sic Antisthenes multa se ad exemplum Herculis facere persuadebat, ut scribit Diogenes: et familiae Cynicae sectatores, Herculis sese imitatores iactant apud Lucianum, Βίων πράσει. Colv. Pro *quod* Pith. *quidem*. Ald. *Herculum*.

Poëtae memorant] V. C., *poëtam memorari*.

Adversum] Pith. *adversus*.

et Invidiam, Avaritiam atque Libidinem, ceteraque animi humani monstra et flagitia, philosophus iste Hercules fuit. Eas omneis pestes mentibus exegit, familias purgavit, malitiam perdomuit: seminudus et ipse, et clava insignis: etiam Thebis oriundus, unde Herculem fuisse memoria extat. Igitur priusquam plane Crates factus, inter proceres Thebanos numeratus est: lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata vestibulo: ipse bene vestitus, bene praediatus. Post ubi intellexit nullum sibi in re familiari praesidium legatum, quo fretus aetatem agat, omnia fluxa infirmaque esse: quidquid sub coelo divitiarum est, eas omneis ad bene vivendum nequidquam esse. Sicuti navem bonam, fabre factam, bene intrinsecus compactam, extrinsecus eleganter depictam, mobili clavo, firmis rudentibus, procero malo, insigni carchesio, splendentibus velis, postremo omnibus armamentis idoneis ad usum, et honestis ad contemplationem. eam navem si aut gubernator non agat, aut tempestas agat, ut facile cum illis egregiis instru-

AVARITIAM] Edd. ante Vulcan. *atque avaritiam.* Pro *animi* Pith. *omni.*

MEMORIA EXSTAT] Pith. *memor.* Edd. Ald. Iunt. post. *exstet.*

INTER PROC. TH. NUM.] Ut qui ab Alexandro Magno genus ducere diceretur. auctor Laërtius. COLV.

LECTUM GENUS] Nota de genere primario, sive honesto, et nobili.

ORNATA] Pith. Edd. Vic. Ald. Iunt. post. *ornato.*

BENE PRAEDIATUS] Sive praedia ampla possidens. Si tamen MSS. addicerent, accedere mallem Salmasio, ad Vopisci Aurelian. c. 35. p. 508. et Solin. p. 892. rescribenti *praeditus* i. e. instructus, dives. In Mart. tamen Capella Deus vocatur *Praediatus* cum Gl. MS. *dives* p. 16. et in MS. Vossiano *praediatus hereditarius Quirinus.*

INTELLEXIT] Ed. Iunt. post. *intelligit.*

IN RE FAMILIARI] Vulgati libri omnes, *vitae famulare.* COLV. Bene correxere Becichem. Ep. 100. et Colv. Vulg. *vite* vel *vitae famulare* contra MSS. et sanum sensum. *Familiaris* et *famularis* alibi quoque confusa. V. ad Val. Max. V, 6, 1. VI, 7, 3.

OMNIA FLUXA INFIMAQUE etc.] Sententiam quaere, videbis oportere scribi, *infirmaque esse.* et mox, *ad bene vivendum nequicquam esse.* Ennius apud Ciceronem: *qui sibi ipsi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit.* Virgil. IV. Aen. *Adspicis haec? an te genitor cum fulmina torques Nequicquam horremus.* Ovid. I. Metam. *Nequicquam Deus abscidit terram.* videndus Festus. STEWECH. Edd. ante Colv. et Stewech. *infimaque.* Male.

NON QUIDQUAM ESSE] Legerim, *non cicci esse*, vel, *ciccum*, aut, *cicum.* BRANT. Colv. cum seqq. *non quidquam esse* sive nihil et nullius pretii esse. A Codd. Florent. Lips. Pith. et Edd. primis item Iunt. pr. Ald. Bas. pr. exsulat τὸ *non.* Sed recte Becichem. Stewech. et Ed. Iunt. post. legunt *nequidquam esse.*

SICUTI] Cod. Lips. *securi.*

N. BONAM, FABRE F.] Sic haec distinguenda sunt cum Edd. nonnullis. Vulgo *bonam fabre f.*

EXTRINSECUS] Vulgo cum copula, *et extrinsecus.* COLV.

MOBILI CLAVO] MS. *cabero.* Latet quippiam. SCIOPP. *in Symb.* Fulv. Pith. *m. cabero.*

CARCHESIO] Summa parte navis, inde Carchesium poculi genus. PYRRH.

SPLENDENTIBUS] Pith. *splentibus.*

EAM NAVEM SI AUT G.] Lege, *eam autem navem si gubernator non agat.* STEWECH. Edd. Elm. Scriv. Flor. tacite *eam autem navem* e coniectura Stewechii contra MSS. et Edd. Vett. Adi ad N. 7. init. *Aut* quod idem Stewech. delebat, πολυσυνδέτως bene sequitur. MS. Lips. *navim.*

UT FACILE] Legit Lipsius *ne.*

MEDICI CUM INTRAVERINT etc.] Eus. de praepar. Euang. L. 8. c. 5. f. 228. ὅσοι δὲ νόθου παιδείας ἐπεμελήθησαν, οὐδὲ τοὺς ἰατροὺς ἐμιμήσαντο, τὸ δοῦλον ψυχῆς σῶμα θεραπεύοντας, οἱ τὴν δέσποιναν ἐπιφάσκοντες ἰᾶσθαι· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐπειδὰν τις εὐτυχῆς νοσήσῃ, κἂν ὁ μέγας ᾖ βασιλεὺς, πάνθ᾽ ὑπερβάντες τὰ περίστωα, τοὺς ἀνδρῶνας, τὰς γυναικωνίτιδας, γραφὰς, ἄργυρον, χρυσὸν, ἄσημον, ἐπίσημον, ἐκπωμάτων ἢ ὑφασμάτων πλῆθος, τὸν ἄλλον τῶν βασιλέων ἀοίδιμον κόσμον, ἔτι δὲ τὸν οἰκετικὸν ὄχλον καὶ τῶν φίλων ἢ συγγενῶν ὑπηκόων τῶν ἐν τέλει θεραπείαν ἐάσαντες, τῶν σωματοφυλάκων ἄχρι τῆς εὐνῆς ἀφικόμενοι, καὶ τῶν περὶ αὐτὸ τὸ σῶμα ἀλογίσαντες, οὐδ᾽ ὅτι κλίναι λιθοκόλλητοι καὶ ὁλόχρυσοι θαυμάσαντες ἢ

strumentis aut profunda hauserint, aut scopuli comminuerint! Sed et medici cum intraverint ad aegrum, uti visant, nemo eorum, quod tabulina perpulchra in aedibus cernant, et lacunaria auro oblita, et gregatim pueros ac juvenes eximia forma in cubiculo circa lectum stantes, aegrum iubet uti sit animo bono: sed ubi iuxtim consedit, manum hominis prehendit, eam pertractat, venarum pulsum et momenta captat: si quid illic turbatum atque inconditum offendit, illi renuntiat, male morbo haberi. Dives ille cibo interdicitur, ea die in sua sibi copiosa domo panem non accipit: cum interea totum eius servitium hilares sunt atque epulantur. Nec in ea re quidquam efficit conditione.

NUM. XXIII. Qui me voluistis dicere ex tempore, accipite rudimentum, post

τες, οὔθ᾽ ὅτι ἀραχνοῦφεῖς ἢ λίθῳ γεγραφημέναι στρωμναὶ, οὔθ᾽ ὅτι ἐσθημέναι ἰδέαι διάφοροι· προσέτι δὲ τὰς περὶ αὐτὸν χλαίνας ἀπαμφιέσαντες ἅπτονται χειρῶν. καὶ τὰς φλέβας προσπιεζοῦντες, ἀκριβοῦσι τοὺς παλμοὺς, εἰ σωτήριοι. πολλακις δὲ καὶ τοὺς χιτῶνας ἀνασπείλαντες, εἰ περιπληθὴς ἐσθ᾽ ἡ γαστὴρ ἐξετάζουσιν, εἰ πεπυρωμένος ὁ θώραξ, εἰ ἄτακτα ἡ καρδία πηδᾷ· κἄπειτα τὴν οἰκείαν προσφέρουσι θεραπείαν. ELMENH. Ald. *intractaverint. τὰ sed et med. cum intr.* desunt in Pith.

NEMO] Iunt. post. *et nemo.*

QUOD TAB.] V. C. *p. tab.*

TABULINA PERPULCRA] Ait hic Becichemus: „Sunt codd. qui habent *tabulae marmoreae*, s. „quae incrustationes dicuntur. quod magis pla „cet." Haec non intelligo. Videtur voluisse *tabulas marmoreas*: et sane *tabulina* de quibus vel *tablinis* V. Fest. Plin. L. 31, 2. Non. in V. *Cortes*. p. 83. hic locum non habere videntur. De incrustatione marmorea et aurea vide comment. VV. DD. ad L. V. Met. init. *totique parietes solidati massis aureis.* Eleganter Lucan. L. X. 114. *Nec summis crustata domus sectisque nitebat Marmoribus.*

AEGRUM IUBET UTI] V. de hac locutione ad Auson. in Adv. p. 14.

PERTRACTAT.] Iunt. post. *pertrectat.*

ILLIC] Ed. Scriv. *ille.*

IN SUA SIBI COP. D.] MS. Lips. *in domo sua cop.*

PAN. N. ACCIPIT] MS. *non accepit panem.* COLV.

TOTUM E. SERVITIUM HILARES SUNT] Forte erat scribendum, *totum eius servitium hilarescunt.* COLV. Male. In collectivis non solum numerus, sed genus mutari solet; sicut innumeris patet exemplis. Vide modo, quae notavi supra ad N. 6. *Est genus, qui novere.*

NEC IN EA RE] Vult concludere maiorem esse philosophiae quam divitiarum thesaurum. PYRRH.

EFFICIT CONDITIONE] Aeger ille nihil proficit, nihilque quod volupe est, praestare sibi potest conditione sua, scil. fortuna beata et divitiis. Gruterus margini adlevera. *efficit conditioni.* Florid. edidit *conditio.* Sed deesse quaedam videntur.

NUM. XXIII. QUI ME VOLUISTIS] Principium huius libri [De Deo Socr.] admodum incongrue hic positum cum Lipsio Elect. L. II. cap. 21. Pithoeo Advers. lib. 2. c. 10. et Wowerio retulimus ad finem Floridorum. ELMENH. Fragmentum hoc in multis editionibus et in MS. Thuan. a me saepius laudato, legitur initio libri de Deo Socratis, perperam. Nihil enim cum eo habet commune et diversi prorsus est argumenti. Itaque illud ad finem Floridorum merito reiecerunt Elmenh. et Wower. FLORID. Hoc et sequens fragm. olim iunctum fuit libro de Deo Socratis: cui etiam adnectunt MSS. cuncti. ita tamen ut in MS. per Lindenbrogium collato ante illud *Iam dudum scio* scribatur APPULEI MADAURENSIS DE DEO SOCRATIS *liber* I. *incipit* PROLOCUTIO et ad vocem *Plato* NARRATIONIS EXORDIUM. In Cod. quoque Harlemensi et Cuiac. secundo exaratur *Explicit Prologus de Deo Socratis, Tractatus incipit.* Nihil minus est, quam Prologus; sed hinc clare patet haec duo addenda esse Fragmentis seu Floridis, quae nihil cum argumento Orationis de Deo Socratis habent commune. Ei vero annexa sine dubio sunt: quod in vetustissimis exemplaribus liber iste excepit Florida, iisque continuo fuit annexus: quare et nos quoque post Florida sequi iussimus eum librum: uti est quoque in Edd. quibusdam Vett. In aliis post libros de Philosophia vel aliter. In Ed. Iunt. priore haec cum tota oratione de Deo Socratis non comparent. Bene autem duo haec fragmenta ad Florida retulerunt iam Lips Pithoeus Wower. Mercerus et seqq. Adiuti autem hic sumus accuratiore Vulcanii in Philosophicis, quam reliquis libris, cura et MSS. multis. [quorum indicem vero Libri initio Lector inveniet praefixum. — I. B.]

post experimentum. Quippe, prout mea opinio est, bonô periculo periculum faciam, postquam re probata meditata sum dicturus incogitata. Neque enim metuo, ne in frivolis displiceam, qui in gravioribus placui. Sed ut me omnifariam noveritis: etiam in isto, ut ait Lucilius, schedio incondito experimini, an idem sim repentinus, qui et praeparatus; si qui tamen vestrûm nondum subitaria ista nostra cognostis. quae scilicet audietis, pari labore, quo scribimus, venia propensiore, quam legimus. Sic enim ferme assolet apud prudentes viros esse in operibus elaboratis iudicatio restrictior, in rebus subitariis venia prolixior. Scripta

Mea opinio] Abest *mea* a Cod. Bened. Coll. Cantabrig.

Bono per. per. fac.] Lucilius, *cuius si in periculo feceris periculum.* Vide Agel. Noct. lib. XII. cap. IX. Brant.

P. re probata med. s. d. incogitata] Vulgo, *dicturus incognita.* Elmenh. Intricatus locus et, ut puto, corruptus. sensum tamen qualemcunque erues, si loco *postquam* reponas *cum post*, et vocem *meditata* passive intelligas, ut iam alibi observavimus intelligendam, ut sit *cum post reprobata meditata*, hoc est, nunc enim postquam quae meditatus fueram revera probata a vobis sunt, *sum dicturus incogitata.* Interpretationem hanc firmat quod sequitur *Neque enim metuo ne in frivolis* (ea sunt quae incogitata dixit) *displiceam*, *qui in gravioribus* (ea sunt meditata *placui.* Florid. Construe: *Postquam meditatâ re probatâ dicturus sum incogitata.* Burm. Sic quidem edidit Vulcan. et seqq. plerique; exstatque in MSS. cunctis. Antea una voce legebatur *reprobata* ut et *incognita:* quod et remansit in Ed. Floridi, qui bene monuit hic hiulcam esse sententiam, adeoque legit *cum post.* Non male. Praeferrem tamen ego delere *τὰ quam* et *sum.* Dicit auctor: Faciam periculum, dicturus incogitata seu *frivola verba* post verba meditata, probata re sive per ipsam rem i. e. *graviora.* Edd. Vulc. et Scal. *ducturus* operarum vitio *incogitatam* MS. Bened. MS. Lips. *sunt. Post* sic abiit quoque in *postquam* initio Lib. I. Metam.

Neque] Edd. ante Elmenh. *nec* contra MSS.

Frivolis] Voss. *fribolis.*

Sed me] Sic Romana editio. reliquae omnes, *Sed ut me.* Colv. MSS. cum P. Pithoeo L. II. Subsec. c. 10. Vulc. etc. *sed ut me.* Bene. Alius Cod. *sed et me.* Edd. ante Vulc. *sed ne.*

Etiam in isto] Brem. Fulvii liber et Flor. *etiam in isto.* Elmenh. Accedunt duo Cantabr. Harlem. Voss. In MS. Fulv. *etiam isto.* Recte. Edd. ante Elmenh. *et in isto.*

Ut ait Lucilius] Ad Lucillianum hoc etiam respexit Petronius Arbiter: *Sed ne me putes improbasse schedium Lucillianae humilitatis; quod sentio et ipse carmine effingam.* Scheda sive schedium, id est, scriptum inemendatum, inconditum, rude. Isidorus Origin. lib. VI. *Scheda est, quod adhuc emendatur et necdum in libris redactum est.* Sidonius Apollinaris Epist. lib. IX: *Si quod schedium temere iacens chartulis putribus ac veternosis continebatur, raptim coactimque translator festinus exscripsi.* Colv.

Schedio et incondito] MS. *schedio incondito.* Ita scripsit Appuleius. Wower. Romanus et Aldus *Schedico.* male. Elmenh. MS. Cantab. *schedito.* Edd. ante Vulc. *schedico.* Rectum est *schedio.* Adi Colv. Festum et Pithoeum L. II. Advers. c. 10. Sed insuper malim cum Wowerio delere *τὸ et* e Cod. Fulviano.

Experimini] Brem. *experiamini.* Elmenh.

Repentinus] *αὐτοσχέδιος.* Elmenh.

Qui et praeparatus] *τὸ et* dele ex Florentinis. Elmenh. Imo bene Vulc. Scal. Wow. Edd. addito *et*, quod agnoscunt MSS. Vulc. Brem. aliique. Elmenhorstio accedunt duo Cantabr. Harlem. Voss. et Edd. vett. Sed loco suo exciderat. Male Edd. vett. *praeperatur.*

Tamen tum] Malim, *tamendum.* Colv. MSS. et Edd. Vett. carent recte *τῷ tum.* Edd. Ald. Iunt. post. *si qui tum.* In Harl. *si qui tamen tamen subitaria nostra ista nondum.*

Cognoscitis] Flor. *cognostis.* Elmenh. Edd. Elmenh. Scriv. Flor. *cognostis.* Reliqui MSS. et Edd. *cognoscitis.*

Propensiore] MS. Bened. *expresiore.* Paulo ante pro *quo* Voss. *quos.*

Quam] Scil. *ea quae.* Male Harl. et Edd. ante Vulc. *qua.*

Esse in op. elab. iudicatio restrictior] Aldus: *resecatior.* Rom. et Bas. 1. *resecratior.* Inepte. Elmenh. Edd. Vulc. Scal. Heins. *esse quod.* Sine dubio male. Iudicatio et venia enim non sunt idem, sed fere contraria. Abest autem *τὸ elaboratis* prave ab Edd ante Vulcan. *Restrictior* autem hic notat *adtentior*, *accuratior.* ut apud Nonium in Afranio: restrictim *cogitatum.* Statim metaphorice: *Vela* restricta *et caperata.* Plerumque notat *parcior.* Vide Graev. ad Iustin. L. XII. c. 3. Cort. ad Plin. L. V. Ep. 8. §. 13. Edd. Rom. Vic. Bas. *resecratior.* Ald. Iunt. Colv. *resecatior.*

In

pta enim pensiculatis et examinatis: repentina autem noscitis simul et ignoscitis; nec iniuria. Illa enim, quae scripta legimus, etiam tacentibus vobis talia erunt, qualia illata sunt: haec vero, quae inpraesentiarum, et quasi vobiscum partienda sunt, talia erunt, qualia vos illa favendo feceritis. Quanto enim exinde orationi modificabor, tanto a vobis in maius tolletur. Vos enim adverto libenter audire. Proinde in vestra manu situm est, vela nostra sinuare, et immittere, ne pendula et

IN REBUS] Abest MS. Bened. τὸ *in*.

PENSICULATIS ET EXAMINATIS] Bas. I. *pensitulatius exami.* COLV. Bas. I. *pensiculatius examinatis.* Bremens. *pensiculatis, praeconsideratis, examinatis.* Non placet. ELMENH. Ed. Vic. *pensiculatus.* Hinc Bas. pr. *pensiculatius.* Cod. Bened. *exminatis.* cf. supra ad N. 9.

REPENTINA] Edd. Vett. *repentinam.*

ETIAM TACENTIBUS VOBIS] MS. Bened. Edd. Ald. Iunt. Bas. *et.* Bene autem Scal. Elmenh. et seqq. dedere *vobis*, cum MSS. praeter Vulcan. Harlem. et Edd. ceteras, *nobis.* Sensus est: Licet vos de scriptis taceatis, iis tamen manebit suum pretium, prout bona vel mala erunt.

QUALIA] Flor. *quali.* ELMENH.

QUAE INPR. ET QUASI] In ipso huius opusculi limine offendit me illa Lucii opinio de rebus quae domi leguntur et quae audiuntur in gymnasio. haec, quod subitaria sint, veniam facilius mereri contendit, his verbis: *Illa enim, quae scripta legimus, et tacentibus nobis talia erunt, qualia illata sunt. Haec vero in praesentiarum, et quasi nobiscum patienda sunt, talia erunt, qualia vos illa favendo feceritis.* Ex quibus verbis sententiam idoneam confiteri posse non Apollini, non veritati crediderim. fortean poterit si scripserimus: *Haec vero, quae in praesentiarum quasi vobiscum partienda sunt, talia erunt, qualia vos illa favendo feceritis.* STEWECH. Forte non male legam, *et quae quasi vobis impartienda sunt.* COLV. Bremens. et excerpta Batavica: *Quasi vobis compartienda.* Rom. et Ald. *Quasi vobis partienda.* ELMENH. Exsulat τὸ *quae* ab Edd. Vulcanio prioribus. Wower. autem delevit recte τὸ *et*; ut monuerat Stewech. Colvius legebat *inpr. et quae q.* Sed MSS. *quae* praeponunt τῷ *inpr.*

VOBISCUM PARTIENDA] Sic recte idem Stewech. Vulc. et seqq. cum MS. Voss. Colvius legendum coniecerat *vobis impart.* Vulgo olim inepte edebatur *nobiscum patienda.* MSS. Brem. Leid. Harlem. Contabr. duo *vobis compartienda.* Nusquam reperi τὸ *compartior*. alioquin praeferrem.

TALIA] Ed. Iunt. *alia.*

FAVENDO] Florentin. et Leidens. *faciendo.* male. ELMENH. Accedunt Voss. et Harlem.

TANTO etc. TOLLETUR] Non sunt haec in MSS. Flor. et Brem. ELMENH. Nec in Voss. et Harlem.

VOS ENIM ADVERTO] MS. Harlem. Edd. Elm. Scriv. Flor. *Vos animadverto.* Alii cum Edd. Vulc. Scal. Wow. *Vos enim animadverto.* Sed Cantabr. uterque et Edd. vett. *vos enim adverto.* Recte. *Adverto* enim idem est, quod *sentio*, animadverto. Vide ad Caesar. B. G. IV. 26. et VII, 46. ad Hirt. B. Alex. cap. 30. Cic. de Inv. II, 51.

PROINDE] Edd. Vic. Bas. *perinde.*

IN VESTRA M. SITUM EST] Edd. vett. *manu vestra.* et Voss. Cantabr. MSS. *situm esse.*

VELA NOSTRA SUMMARE etc.] Paulo ante favorem publicum et omen captavit allusione ad formulam antiquam *Favete linguis.* de qua nos alibi. nunc poëtica mimesi translationem non inelegantem a re navali sumptam huic scripto suo applicat, in qua legi debere putabam, *et auram immittere.* Vela summare et legere, seu deducere vela, opponebantur. dixere quoque posteriori aevo *calare vela*, ut ad Vegetium docui. A *summandi* verbo *summatum*, τὴν ἀριστείαν Lucretius formabat. Caperata porro vela imitatione Plauti vocavit, qui frontem rugosam, caperatam nuncupabat, et pariter cum eo parens Latini sermonis M. Terentius Varro. *Secundare, prosperare*, alia multa similiter declinata reperire est apud Nonium. STEWECH. *Vela nostra sinuare*] Sic hunc locum ex Cl. V. Iac. Cuiacii libro veteri emendavit eruditissimus P. Pithoeus, Subsec. lib. II. Vulgo, *vela n. summare.* COLV. Excerpt. Batavica, *Vela nostra sinuare etiam pendere, mittere ne pendula et flaccida.* Florentin. *vela nostra sinuare etiam remittere.* Aldus *vela nostra sumere et iam immittere.* Romanus *vela nostra summa et iam immittere.* Unde recte Stewech. *Vela nostra summare et auram immittere.* ELMENH. *Vela nostra sinuare et immittere, ne pendula et flaccida, neve restricta et caperata sint*] Ita omnino hunc locum legendum esse duco, Latinissime et optimo sensu. Ait auctor, orationem suam navigio comparans, ut Cicero aliique: Potestis vos meam mentem vocemque vestra inpulsione et favore ita intendere, ut non langueat et flaccida sit, sed et simul mihi vestra lenitate et facilitate liberum dicendi aequor dare, velis inge-

et flaccida, neve restricta et caperata sint. At ego, quod Aristippus dixit, experiar: Aristippus ille Cyrenaicae sectae repertor, quodque malebat ipse, Socratis discipulus. Eum quidam tyrannus rogavit, Quid illi philosophiae studium tam impensum tamque diutinum profuisset? Aristippus respondit: Ut cum omnibus, inquit, hominibus secure et intrepide fabularer. Verbo subito sumta est sententia, quia de repentino oborta est. quasi velut in maceria lapides temerario interiectu poni necesse est: neque interiecto intrinsecus pondere, neque collineato pro fronte situ, neque conniventibus ad regulam lineis. Quippe qui structor ora-

nii immissis et, quasi pede funium remisso, laxatis, ne constringatur in artum oratio, vel rugosi et caperati supercilii notas prae se ferat. Iam singula videamus. Pro *sinuare*, quod est in MSS. cunctis habet Ed. Rom. *summa*. Vic. Ven. *sumere* et hinc Ald. Iunt. Bas. *summare*: quod perperam probarunt Stewech. et Elmenh. immo edidit Floridus, qui ait ei contrarium esse *deducere*, idque idem esse, quod *legere*. Ineptissime. sed bonus vir forsan non viderat maritima navigia; in quibus, uti nec hodie, non attollebant vela, ut ea expanderent, sed antennis demissis *deducebant*. cui contrarium est *legere* et *contrahere*. Consule Cl. Burman. ad Ovid. Met. III, 663. et quos laudavi ad Lucan. II, 697. Strictaque *pendentes* deducunt *carbasa nautae*. Ovid. Met. XI, 476. *Cornua qui summa locat arbore, totaque malo Carbasa* deducit, *venientesque excipit auras*. Apud Hirt. B. Alex. cap. 45. *Vela subduci et* demitti *antennas iussit*. scil. contracta in altum tolli et tum antennis demissis deduci et expandi iussit. Adhaec *summare* non est Latinum verbum: praeterea non sunt ἀντίθετα *summare* et *pendula flaccidaque esse*: at quidem *sinuare*; quod fit cum ventus ita tendit velum, ut sinum faciat et incurvet, ubi haec vox est frequens, et *Sinuosa vela* Ovid. Met. VIII, 23. *sinuatae undae* ibid. XI, 553. Bene ergo ita rescribendum docuit P. Pithoeus.

Et inmittere] Edd. vett. *et iam inmittere*. Edd. Vulc. Scal. Heins. Wow. *et mittere*. Cantabr. duo cum Vossiano *et iam mittere*: unde bene emendavi, ni fallor, *et inmittere*. quod verbum passim adhibent, sicut in aurigatione, ita et in velificatione: cum, pedali fune emisso, laxantur vela, ne nimis *adstricta* et *caperata* sint, sed laxe fluant. Iis ergo hoc bene rursus opposuit: sicut etiam contraria sunt τῷ *inmittere*, *adstringere*, *adducere*, *contrahere*. Est ergo plenis velis navi liberum cursum dare, et permittere, quo ventus agat. Pessime ergo Stewech. Manganus et Elmenh. voluere, immo edidit iam Floridus *auram inmittere*. quod hic nihili est. Si aliud quid reponendum, malim e MSS. Harlem. ac Leid. *et pendere mittere*, ac Florent. Edd. Elm. Scriv. *etiam remittere* reponere *et iam remittere*. Verum *remittere vela* potius videtur notare *sinere ut flaccida pendeant*, ut in illis *remittere frena*, *arcum* etc. quod a mente auctoris est alienissimum. Quare *et inmittere* praestat, nisi e vestigiis MSStorum velles rescribere *et habenam inmittere*. metaphora de equorum frenis sumta: ut solet saepissime. Adi me ad Lucan. L. IX, 332. *flatum effudere prementem*. ut legendum docui. et Cl. Duker. ad Flor. L. II. c. 2. *classis remis quasi habenis agebatur*.

Pend. neve fl.] Sic perperam exhibent Scal. Elm. Scriv. Flor. Non enim haec distinguenda sunt. Agitur de una re, et recte MSS. et Edd. reliquae dant *et f.*

Neve restr.] Edd. Vic. Ald. Iunt. Bas. *ne*, MSS. Voss. et Harlem. *caperrata*.

Cyrenaicae] Rom. *Cyrenaciae*. male. vide Laërtium in vita Aristippi, et Hieronymum in Ecclesiast. c. 8. Elmenh. MS. Bened. *Cyrenaceae*.

Socratis disc.] Harlem. Voss. *Socrati*. ut *Neocli*, *Ulixi* etc. vid. ad Met. L. I. p. 46, a.

Quid il.] Voss. Cod. *quod*. Bened. *ille*.

Ut cum omn. etc.] Diogenes Laërtius lib. II. Ἐρωτηθεὶς τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη· τὸ δύνασθαι πᾶσι θαῤῥούντως ὁμιλεῖν. Colv. Pro *fabularetur* Wow. Ed. *fabularet*. Mox Edd. vett. *est sententia*. Pro *oborta* Harlem. *aborta*.

Quam velut]. Edit. vet. *quasi velut*. Colv. Reposuit Colv. *quam* contra MSS. et Edd. Vett. in quibus est *quasi velut*. Wower. peius delevit τὸ *quasi*. Vide ad Met. L. I. p. 58, a.

Maceria] Excerpt. Batav. *materia*. Elmenh. Harlem. Leid. *materia*. Vide Salmas. Exerc. Plin. p. 269.

Necesse est] Harlem. *est nec*. Mox pro *interiecto* Harlem. Leid. *intersecto*.

Collineato pro fronte situ] Ita Pithoeus ex libro Cuiaciano. Vulgo passim est, *inclinato profunde situ*. Colv. Alter MS. *coliniato proponte*. Alter *conlineato pro fronte*. Legendum potius, *collineato*, quam *collimato*: sicut et in Cuiaciano fuit. Sciopp. *in Symb*. Cod. Fulvii: *neque conlineato*. recte ita deinde: *conniventibus*.

orationis huius egomet, non e meo monte lapidem directim caesum afferam, probe omnifariam complanatum, laeviter ex optimis oris ad unguem coaequatum; sed cuique operi accommodem, vel inaequalitate aspera, vel laevitate lubrica, vel an-

bus. non: *cohibentibus.* Wower. Rescrib. ex MSS. omnibus *collineato.* In Rom. et Ald. est *inclinato profunde situ.* Elmenh. Recte P. Pithoeus e MS. Cuiacii correxit; atque ita MSS. nostri *collineato*, vel *coliniato*, vel *conlineato*, nisi quod Vulcan. et Bened. cum Ed. Vulc. dant *collimato.* forsan recte, si quidem id magis, quam *collineare* de oculis dicatur. quod incertum. Vide ad Met. L. IX. p. 675, a. *collineatis oculis.* sive directis. Ed. Scal. *collinito.* In Voss. et Cantabr. *fonte* et *fronte*, in Fulv. *ponte.*

Cohibentibus] Flor. *conibentibus.* Excerpt. Batav. *coniventibus.* Scaliger: *conniventibus.* recte. Elmenh. *Cohibentibus* habet MS. Thuan. Scriver. Ed. *conniventibus.* quod vertendum esset *collimantibus.* Florid. *Conniventibus ad regulam lineis* i. e. aequaliter respondentibus, ut solent inter se oculorum palpebrae: quare omnino accedo Scriverio, qui ita edidit. Gell. L. XVI. c. 3. *cava ventris contrahuntur et* conivent. id. L. XVII. c. 11. *claustra quaedam mobilia*, conniventia *vicissim et resurgentia.* In MSS. plerisque et Edd. reliquis *cohibentibus* ex frequenti corruptione τοῦ Vin B. *Coire* in eadem re dixit Auson. de Viro bono vs. 11. In Cod. Flor. *conibentibns.* In Voss. *conhibentibus.* Putean. *coniventibus.* Leid. *conniventibus.* Harlem. *convenientibus* e Glossa. In Bened. *cohibente.*

Quippe qui structor or. huius egomet] Rom. Ald. et Bas. *structum o.* Elmenh. Sic MSS. et Edd. Floridus tacite eiecit *qui.* Bene, si MSS. addicerent. *Structor* autem primus reposuit Vulc. nec damno. Sic enim exhibent MSS. plerique. *Structior* Harlem. *Stinctum* Bened. *Structum* Cantabr. Voss. et Edd. priores. Forte *quippe qui in structum* seu *structuram orationis huius* etc. Frequenter iungunt *quippe qui.* et noster saepe. Nihilominus verissimam puto lectionem *quippe quum* seu *cum*, quod cum subiunctivo construi solet. Vide ad Met. L. VII. p. 461, a.

Non de meo monte] Edd. Vic. Bas. Colv. *non e monte modo.* Ald. Iunt. *nonne monte modo.* MS. Bened. *nomine meo in fonte.* Recte Vulc. adstipulantibus ceteris MSS. correxit. Aliunde petitam suae orationis materiam ait, non e solo ingenio, vel propria penu.

Directim caesum] Bremens. *derectum caesum.* Elmenh. MS. Bened. *erectum caesis.* Brem. Harlem. *derectum* Voss. *directum.* Edd. Vett. *e directo.* Colv. *directo.* V. ad Liv. I, 11. Sed bene Vulc. cum MSS. reliquis *directim.* ut saepe noster in Philosophicis. Vide Indic.

Complanatum] MS. Bened. *planatum.*

Leviter ex optimis horis ad ung. coaequatum] Ita MSS. Vulgati: *complanatum leviter ad extremas oras.* Visa est via ad veritatem. recte enim hoc modo rescripseris: *complanatum*, *leviter ex omnibus oris ad unguem.* vel: *extremis oris ad unguem coaequatum.* Wower. MS. *ad existimas horas.* Ill. Pinellus, *ad extimas horas.* Er. Putean. *ex optimis oris*] Sic Flor. et Exc. Batav. Scaliger *ex omnibus oris.* Vulgo *ex optimis horis.* Elmenh. Primo τὸ *laeviter* recte reposuit MSS. omnibus adsentientibus, vel *leviter* de more, Vulc. et seqq. Male tamen ille iunxit cum praecedente *complanatum*, quod habet satis sua adverbia *probe omnifariam.* In Edd. Vett. *compl. leniter.* Deinceps cum Elmenh. et Scriv. legendum *ex optimis oris* cum MSS. Florent. Thuan. Leid. Putean. Harlem. In Edd. Vulc. et Scal. est *ex optimis horis*, ut est in Fulv. Brem. etc. more solito *horis* pro *oris.* Wower. temere e coniect. edidit *ex omnibus oris.* Idem rectius coniecerat *extremis oris.* Floridus exhibuit *ex extimis oris*, quod subripuisse eum opinor Salmasio, qui ad Solin. p. 207. legit *laeviter extimis oris* vel potius *extimas oras*, ut habent quidam libri, quos vidit. Id unice verum puto, per notissimam et Appuleio frequentatam synecdochen, quo faciunt etiam Edd. Vett. *ad extremas oras*, et Voss. *ex optimas oras*, ac Cantabr. uterque *ex optimas hora.* Quid velit Ed. Scalig. exhibens *leviter seni ex Opt. oris*, non capio.

Cuique operi accommodum] Flor. *accommodem.* Brem. *accommodum.* Bene. Elmenh. Edd. Rom. Vic. Bas. *quem* Ald. Iunt. Colv. *quae.* Wow. *qui*, prave et contra MSS. O. Dein Scalig. Elmenh. Florid. edidere *accommodabo.* Scriver. autem e MS. Brem. probante quoque Elmenhorstio *accommodum.* Non intellexisse locum videntur Viri Docti. *Accommodem* est subiunctivus. Quippe cum structor operis non afferam lapidem bene ad id praeparatum, sed accommodem operi talia, qualiacunque sunt. Vel lege *quaeque* pro quaecunque.

Laevitate] Flor. *lenitate.* male. Elmenh. MS. Thuanus habet *levitate*, scribe *laevitate.* Florid. *Laevitate* bene edidere Colv. Vulc. Scal. Wow. iubentibus MSS. O. si excipias Flo-

angulis eminula, vel rotunditate volubilia, sine regulae correctione, et mensurae parilitate, et perpendiculi solertia. Nulla enim res potest esse eadem festinata simul et examinata: nec esse quidquam omnium, quod habeat et laudem diligentiae simul, et gratiam celeritatis. Praebui me quorundam voluntati, qui oppido voluerunt, quae a me desiderabantur, ut dicerem ex tempore. Et est, hercule, formido, ne id mihi evenerit, quod corvo suo evenisse Aesopus fabulatur. Id erit, ne, dum laudem hanc novam capto, parvam illam, quam ante peperi, cogar amittere. Sed de Apologo quaeritis, non pigebit aliquid fabulari. Corvus et vulpis unam offulam simul viderant, eamque raptum festinabant pari studio, im-

Florentinum. Viderunt id quoque Elmenh. et Florid. licet *lenitate* cum ceteris Edd. retineant. Opponuntur τοῖς *inaequalitate aspera.*

ROTUNDO VOLUBILIA] Florent. *rotunditate volubilia.* Brem. *coaequalitate v.* Roman. *Rotundo volubilia.* ELMENH. *Rotunditate volubilia* exstat in MSS. Florent. ut expressere Elmenh. Scriv. Florid. In Cantabr. duobus *rotunda.* Ceteri habent cum Edd. prioribus *rotundo.* quod pro rotunditate occurrit apud Hygin. Astron. L. I. c. 1. ubi V. Munk. et L. II. c. 27. *stellae in* rotundo *deformatae.* Forsan hic legendum *rotunde vol.*

CORRECTIONE] Voss. Cantabr. *correptione.*

FESTINATA SIMUL] Τὸ *simul* non est in Florent. ELMENH. quare uncis inclusere Elmenh. Scriv. Florid. Male.

NEC ESSE] Scribe ex MS. Thuano: *nec est.* FLORID. *Nec esse* scil. *potest*, quod praecedit. Sed MSS. Thuan. Harlem. Cantabr. *nec est*, atque ita calamo editioni suae adlevit Scriver. ac corrigit Florid. Sed et aliud quid latere videtur: nam in Voss. a manu prima exaratum fuit *nec esse est* et pro *quod habeat* in Florent. Voss. Cantabr. a m. pr. Harlem. exaratur *quod habere.* In Bened. Cantabr. a m. sec. *non habere.* An fuit *nec est quidquam omnium pote habere?* De illo *pote* diximus ad Metam. Vide Ind. Not. Pro *quidquam* Bened. *quidquid.*

HABEAT] Flor. *habere.* ELMENH. Mox Edd. ante Vulc. *dil. suae simul.* Lips. *dil. summae simul.*

QUI OPPIDO VOLUERUNT] τὸ *voluerunt* non agnoscit Flor. Brem. legit: *Qui oppido a me desiderabantur, ut dicerem expetivere.* male. ELMENH. MS. Thuan. *qui oppido quae a me desiderabantur, ut dicerem expetivere* FLORID. Exsulat τὸ *voluerunt* etiam a MSS. Voss. Harlem. Cantabr. duobus. Supponit *volunt* Cantabr. a m. sec. Fuit forsan: *qui oppido quaeque a me desiderabant, ut dicerem ex tempore.* Initio huius Fragm. *qui me voluistis dicere ex tempore.* Vel ut placuit Burmanno: *quia oppido a me desiderabatur, ut dic. ex tempore.*

EVENERIT] Cod. Bened. *advenerit.*

QUOD CORVO SUO etc.] Tzetzes Chil. 10. Hist. 352. p. 198. ELMENH.

PARVAM ILLAM] MS. *pariter parvam illam.* SCIOPP. *in Symb.* Scioppius ex MS. Fulvii *pariter parvam illam.* ELMENH. *capto, parvam illam* Vulc. et seqq. consentiuntque MSS. nisi quod Cantabr. uterque et Harlem. habent *parum.* In Edd. vett. est *captare apparo, illam.* MS. Fulvii, ut edidit Scriv. *c. pariter parvam illam*, quod etiam probo; vel potius eiiciendo τὸ *parvam.*

SI DE APOLOGO] Flor. *sed de apologo.* ELMENH. *Sed* MSS. O. et Edd. praeter Scal. Elm. Flor. quae habent *si.* male. Auctor dicit, *sed* iam vultis scire, quae sit illa Aesopi fabula. *Si* videtur Scaliger rescripsisse e Flor. N. 16. *An etiam de ingenio eius pauca vultis?*

VULPIS] Sic leg. cum Vulcanio, ad cuius Ed. Heinsiana ad apicem expressa est, adstipulantibus MS. Harlem. et mox aliis quoque; non *vulpes.* Adi omnino Cl. Burm. ad Phaedr. F. VII. et nos alibi.

EAMQUE RAPTAM FESTINABANT] Scribo, *raptum festinabant.* Sallust. III. Hist. *Ultroque licentiam in vos auctum, atque adiutum properatis.* deinde observo festinandi verbum ad corpus recte hic relatum, cum *properare* dicamur animo. ut auctor Nonius, quem sequor, dissentiente Agellio, lib. XVI. cap. XIV. STEWECH. *Raptum* reposui praeter consensum omnium editionum, in quibus est *raptam fest.* et idem postea vidi etiam sensisse Dousam nostrum, et God. Stewechium. COLV. *Raptum simul*] Addidi vocem *simul* ex MS. Thuano. FLORID. Recte Dousa, Stewech. Groslot. Colv. et seqq. hunc locum correxerunt, expresseruntque. Consentiunt enim MSS. atque hinc patet veritas meae correctionis L. VI. Met. p. 119. Pric. *arreptam completum aqua festinat.*

SED IMPARI] Et hanc particulam *sed* ex eodem MS. adieci. FLORID. Nullo iudicio. Ea vocula elegantius omittitur; sed saepe a librariis inculcata est. Vide ad Met. L. VIII. p. 532, b. Et

impari celeritate: vulpis cursu, corvus volatu. Igitur ales bestiam praevenit, et secundo flatu, propassis utrimque pennis praelabitur, et anticipat, atque ita praeda simul, et victoria laetus, sublime evectus, in quadam proxima quercu, in summo eius cacumine tutus sedit. Eo tum vulpis, quia illuc pedem nequibat, dolum iecit: namque eandem arborem successit: et subsistens, cum superne raptorem praeda ovantem videret, laudare astu adorsa est: Nae ego inscita, quae cum alite Apollinis frustra certaverim; quippe cui iampridem corpus tam concinnum est, ut neque oppido parvum, neque nimis grande sit, sed quantum sa-

Et ita noster saepissime. Ex. gr. N. 20. *cruenta manu, pura mente.* ubi facile *sed* addi posset. de Dogm. Plat. p. 580. Flor. *tempus movetur, perpetuitas fixa natura est.*

Vulpis] Ita Harlem. Vulc. *Igitur vulpes* Bened.

Ales bestiam pr.] MSS. Vulc. et Edd. ante Bas. sec. *bestia.* male. Licet enim *ales bestia* Latinissime dicatur, hic tamen opponit corvum et vulpem. Iustin. L. II, c. 13. *alites bestiaeque.*

Passis alis utrumque pr. et iam a.] Hoc modo ex mente scriptoris et sententia apologi bene restitutum iri puto, *passis alis, utique praelabitur, et illam anticipat.* vel quod propius scripturam vulgarem, *utcumque praelabitur.* Stewech. Scribo, *passis alis utrimque:* id est, a parte utraque. Colv. Ego *utrumque*, ut non semel in Asino. Brant. Rom. et Ald. *passis alis utramque.* Elmenh. *propassis utrimque pennis prael.*] Sic optime ediderunt Vulc. Wow. Scriv. nam primo *propassis* exstat in MSS. cunctis, nisi quod Harlem. det *praepassu*; tum *utrimque* habent MSS. Vulc. Voss. Harlem. Cantabr. pr. et alii: atque ita correxerat iam Colv. *Utrisque* edidere Scal. Elm. Flor. *pennis* legas in MSS. omnibus praeter Cantabr. qui retinent *alis.* abest a Voss. In Edd. Vett. enim est *passis alis utrumque.* Sed legendum esse ut diximus, vel cum viro docto potius *propansis utrimque pennis* evincit locus L. VI. Metam. ubi eadem haec verba occurrunt de aquila.

Et anticipat] Edd. ante Vulcan. *et iam ant.* Rectius tum *et eam ant.* Sed MSS. non agnoscunt eam voculam.

In sublime evectus] Roman. *sublime evectus.* Elmenh. Male Edd. Ald. Iunt. Bas. sec. Colv. *in sublime.* Vide ad L. IX. Met. p. 670, b.

Cacumine] MSS. Cantabr. *acumine.* Et pro *tutus* Harlem. *tutius.*

Eo quoque tum vulpes] Vet. edit. *tamen vulpes.* Colv. Edd. Vett. *eoque* et pleraeque ante Vulcan. *tum.* Recte Harlem. *Eo tum vulpis.* *Vulpis* quoque MSS. Florent. Putean. Leid. Edd. Vulc. Scal. Vide supra.

Quia lapidem nequibat] Ita Leid. et Basil. 2. Bremensis, *quia illic pedem nequibat.* Excerpt. Batav. *Quae alipedem nequibat.* Roman. *Quo alipedem nequibat consequi.* Florentin. *Qui alipedem nequibat.* Elmenh. *Quo alipedem nequibat consequi, dolum fecit*] Haec est constans Edd. Vett. ante Vulcan. lectio, qui primus expressit e suo Cod. *quia lapidem nequibat, d. i.* quam scripturam secure secuti sunt ceteri praeter Wower. qui edidit *quia alitem nequibat consequi.* Sine dubio melius, nam quaeso, cui bono illum lapidem iaceret vulpis? per eum non poterat consequi praedam, nec corvum adigere, ut eam deiiceret. At tamen MSS. O. carent τῷ *consequi*, et *quia lapidem nequibat*, aiunt quoque exstare in Bas. sec. Ed. forsan et in Cod. Palat. In MSS. Cantabr. Florent. Voss. et aliis *qui alipedem nequibat.* Leid. Harlem. *que alipedem nequibat.* MS. Brem. et Boumanni (qui forsan idem est) *quia illic pedem nequibat.* Unice mihi vera videtur scriptura *quia illâ* vel *illuc pedem nequibat:* iacit vulpes eo dolum, quia eo currere non poterat sive iacere pedem, Gr. βάλλειν πόδας.

Raptorem] Edd. ante Vulcan. *victorem.*

Ovantem] MS. Bened. *ociantem.*

Adorsa est] Sic Harlem. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Reliqui Codd. cum Edd. prioribus *adorta*, perpetua variatione. V. Ind. Not.

Nae ego inscita] Excerpt. Bat. et Brem. *Nae ego quidem inscia.* Elmenh. Al. *ne.* vide ad L. I. Met. p. 53, a. MSS. Leid. Harlem. a m. sec. *inscia.* Brem. Boum. *quidem inscia.*

Cum pridem tam concinnum est] Deest huic loco aut imperfecto supplementum, aut non bene sano medicina. quam adhibere tentabat flos eruditorum Lipsius, legens, *corpus eidem tam concinnum est.* Incipiebam ego, *cui.* nec ulterius procedere poteram. Colv. Bene exhibuit Vulc. et seqq. *cui iam corpus tam conc. est.* Antea editum *cum pridem tam conc.* sine *corpus* quod necessario addendum esse viderunt iam Lipsius in Elect. L. II. p. 93. et Colv. In Cod. Voss. *cum iam pridus tam c.* in Cantabr. sec. *quippe iam corvus pridus tam concinentium.* In Cantabr. pr. deerat sed a m. sec. *corvus.* Ceteri Codd. servant lectionem Vulcan.

satis ad usum decoremque: pluma mollis, caput argutum, rostrum validum. Iam ipse oculis persequax, unguibus pertinax. nam de colore quid dicam? Nam cum duo colores praestabiles forent, piceus et niveus, quibus inter se nox cum die differunt; utrumque colorem Apollo suis alitibus condonavit: candidum olori, nigrum corvo. Quod utinam sicuti cygno cantum indulsit, ita huic quoque vocem tribuisset! ne tam pulchra ales, quae ex omni avitio longe praecellit, voce viduata, deliciae facundi Dei, muta viveret et elinguis. Id vero ubi corvus audit, hoc solum sibi prae ceteris deesse, dum vult clarissime clangere, ut ne isthoc saltem olori concederet; oblitus offulae, quam mordicus retinebat, toto rictu hiavit. atque ita, quod volatu pepererat, cantu amisit. enimvero vulpis,

Ut neque] Hic quoque in Edd. ante Vulcan. deerat *ut*.

Nimis grande] Abest a Cod. Bened.

Sed quantum satis] Prima et ultima vox abest a Bened.

Decoremque] Ed. Iunt. *decorem*. MS. Bened. *dearem*.

Ipse (ales)] Primus hanc vocem intrusit Vulc. sed uncis inclusam, quam tamen recepere ceteri praeter Wower. Exstat tamen in plerisque MSS. *alis* in Vulc. Cod. Sed abest a Cantabr. Voss. Rectius, nam glossam olet.

Oculis persequax] Sic Flor. Leid. Basil. 2. et Excerp. Batav. alii legunt, *oculis perspicax*. Elmenh. Cod. Vulc. quoque *persequax* ut edidere Bas. sec. Vulc. Wow. et seqq. sed Putean. Voss. Brem. Harlem. Cantabr. cum Edd. prioribus et Scaligero *perspicax*. quod mutari nolim. Nimis captata est altera lectio, cum olim vulgata sit clarissima, et communi ex usu desumta, nec non paronomasiae τοῦ *pertinax* accommodatior.

Unguibus pertinax] Edd. ante Vulcan. *tenax*. Male Plaut. Capt. II. 2. 39. *tenaxne pater est eius? — Immo edepol* pertinax.

Nam cum duo col.] Sic rursus MSS. plerique. Alioquin mallem, quod videtur esse in uno et Edd. prioribus Vulcanio *Enimvero*. Praecedit *nam*.

Nox cum die differunt] MS. Bened. *differt*. prave. Vide ad Met. L. III. p. 224, a. *Hector cum asinis capita conferunt*.

Condonavit] MS. Bened. *donavit*. Mox pro *cygno* Voss. *cirno*.

Avitio] Sic scribendum fuit, non, *a vitio*. Avitium, avium multitudo, genus omne. Notemus vocabulum novum. Colv. MS. *quae omi a. l. p. voce viduata*. Sciopp. *in Symb*. Bremens. *ex omni aviculo*. Elmenh. Ex indicio Scioppii *ex* abest a MS. Urs. *vitio* Cantabr. *aviculo* Brem. *a vitio* Edd. quaedam. inepte.

Viduata delicie facundi Dei] Vulg. *deliciae*. Unde etiam scribi poterat *delicia*. Utrumque enim repperias. Recte emendat P. Pithoeus Apol. I. *Et Critias, mea delicies*. Solinus Memorabilium cap. 48. *Et Senatui placuit adeo odorum delicia, ut ea etiam in poenalibus tenebris uteretur*. Plautus Rudente: *Otium ubi erit, tum tibi operam ludo et deliciae dabo*. Alibi: *O me voluptas, O me delicia*. Sic dominis suis, coniugibus veteres blandiebantur. Truculento: Ph. *At ego ad te ibam*. Str. *Ad me, delicia?* Lapis Beneventi *P. Martius. P. L. Philodamus tector. sibi suisque. hic iucunda. sepulta est. delicia eius*. Colv. Excerpt. Batav. *delicie*. Elmenh. Corrupte: sed recte antiquus Cod. *viduata voce, delicia facundi Dei*. Wower. *Delicie* est in Leid. Voss. et aliis Codd. de more. Fulv. *delicia*. quod recepit Wow. et coniecerat Colv. Sed non opus est mutare hunc casum, si subponamus eum regi a *viduatus*. id enim participium alibi iunxit auctor quoque cum Genitivo. Vide ad Met. L. III. p. 210, b. *praesentium viduata*. Tunc autem per *deliciam* intelligit *vocem*, qua facundus Deus delectatur; imo hoc sensu videtur sumsisse Wower. Verum MSS. reliqui, ni fallor, habent *voce viduata, deliciae f. d.* ut *deliciae* vocetur ipse corvus. V. Colv. et Passerat. aliosque ad Propert. IV, 2, 25. *Deliciaeque meae, Latris cui nomen ab usu*. atque ita P. Pithoeus L. II. Subs. 10. et edidere Scalig. Elmenh. et seqq. Mihi tamen magis placet *voce viduata, delicie* seu *delicia*, ut apud Plautum aliosque. V. Merc. ad Nonium p. 119.

Ut corvus audit] Florent. *ubi corvus a*. Elmenh. *Ubi* MSS. Florent. Cantabr. Voss. Harlem. et Edd. Elm. Scriv. Flor. In reliquis *ut*. Floridus male etiam *audivit*.

Ut ne id saltem] MS. *ut ne illud saltem*: Alius MS. *ut ne hoc saltem*, quod etiam placet, ut sit, *hac re*. Sciopp. *in Symb*. MS. Fulv. *hoc*. Cantabr. uterque Voss. Harlem. Vulc. *id hoc*. Edd. ante Vulcan. *adhoc*. Alter Cod. Fulv. *illud* cum Woverio. *Hoc* placet S[illegible]pio, [illegible] *isthoc*. V. ad Met. L. I. p. 15[illegible]

Toto rictu] Ed. Iunt. *tuto* [illegible]

Pe-

pis, quod cursu amiserat, astu reciperavit. Eandem istam fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri cohibiliter. Corvus ut se vocalem probaret, quod solum deesse tantae eius formae vulpis simulaverat, crocire adorsus, praedae, quam ore gestabat, inductricem compotivit.

Num. XXIV. Iamdudum scio, quid hoc significatu flagitetis, ut cetera Latinae

Pepererat] Bremens. *acquisiverat*. Elmenh. e glossa. Cl. Burman. ad Phaedr. L. I. F. 13. vs. 10. *praeceperat* vel *ceperat*. Sed nil muta. Adi me ad Vegetii L. IV. in Misc. Obs. Vol. IX. T. 2. p. 214.

Vulpis] Sic Florent. Put. Leid. Harlem. Cantabr. Edd. Vulc. Scal. Elm. Scriv. Flor. Vide supra.

Reciperavit] Sic Harlem. et Edd. vett. *Recuperavit* recentiores.

Eamdem istam] Harlem. *eamdem eam*.

Potest fieri] Inverso modo Harlem. et Voss.

Cohibiliter] Brem. *cohibentes*. Elmenh. MS. Thuan. *cohibentes*. Florid. Item Harlem. Sed *cohibilis* de oratione habili et suas proportiones decenter habente in Apol. p. 464. Flor. *Ordinatius et* cohibilius *eadem Graece et Latine adnitar conscribere*. ubi tamen nunc vulgo *cohibitius* legitur. Gell. L. XVI. c. 19. *celeri et* cohibili *oratione*. ubi vide Oizel. Male alii ibi legunt *coibili*, alii per *cohaerentem* exponunt.

Probaret] Rom. et Ald. *probaret*. Elmenh. et omnes ante Vulcan. contra MSS.

Vulpis] Sic rursus iidem MSS. et Edd.

Grocire] Excerpt. Batav. *Grotare*. Rom. Ald. et Brem. *crocitare*. Basil. *grocitare*. Elmenh. *Crocire* bene edidit Florid. forsan e MS. Thuaneo. In MS. Brem. et Edd. Vett. Colv. Scriv. *crocitare*. Vulc. Scal. Wow. Elm. *groccire*: atque ita sane est in MSS. plerisque. In Harlem. et Leid. est *grotare*. Unice verum est *crocire*, pro quo librarii suo more *c* et *g* confundentes scripserunt *grocire*, ut *grossus* pro *crassus*, contra *crassari* pro *grassari*. Plaut. Aul. IV, 3, 2. *corvus voce* crocibat *sua*. Hinc *crocitus* apud Nonium et *crocitio* apud Festum, ut legendum puto cum G. I. Vossio in Etymol. Vulgo ibi *crocatio*. Porro leg. *adorsus*. V. supra.

Praeda q. o. g. seductricem compotivit] Vulgo, *praedam quam ore gestabat in seductricem competivit*. Scripsi de hoc loco supra ad lib. II. Metam. Colv. *Praeda quam o. g. inductricem compotivit*] Ita Scaliger. Flor. *Praedae q. o. g. i. c.* Leid. et Exc. Batav. *praedae q. o. g. inductricem compotuit*. Ald. et Rom. *competivit*. minus bene. Elmenh. Recte hunc locum constituerunt Viri docti hoc modo: *Praedae q. o. g. inductricem compotivit*. Ante Colv. in Edd. vett. legebatur *praedam in seductricem competivit*. ineptissime. ille ergo reposuit *praeda sed. compotivit* cum Wowerio. I. Gronov. *in seductricem compotivit* in Plauti Rud. c. 2. Sine *praeda* habent MSS. plerique, ut et Edd. Vulc. Scalig. ac cum sexto casu hoc verbum construxit Plautus. Verum *praedae* exstat in Voss. Leid. ac Florent. ut emendavit primus Elmenh. Sic ipse auctor L. XI. Met. p. 800, a. *voti compotiret*. ubi idem in verbo error. Hic etiam *compotuit* vitiose Leid. Cantabr. et Vulc. Ed. qui optime cum Scal. Elmenh. etc. reposuit *inductricem*, quod exstat constanter in MSS. vel *industricem*. *Seductrix* hoc sensu non adhibitum nisi a Christianis scriptoribus, ideoque notius monachis librariis; unde videmus qui in Edd. vett. inrepserit simul *in seduct*.

Num. XXIV. Iamdudum] Hoc esse principium diatribae de Deo Socratis monuit dudum doctissimus Pithoeus in Adversariis, veteres codd. secutus, quibuscum consentiunt duo ex iis quos ante annos XL contulimus; unus maximi Cuiacii, optimae notae; alter humanissimi et candidissimi Nicolai Fabri, longe is quidem deterior. Nam in aliis duobus Cuiacianis (quorum alter paullo recentior priori, sed ex optimo exemplari descriptus, tertius multo recentior at minus emendatus) comparebant etiam illa omnia quae in vulgatis editionibus, de excusatione extemporaneae dictionis, et Apologo vulpis, ab illis verbis: *Qui me voluistis dicere ex tempore*, usque ad ista, *Corvus ut se vocalem probaret*, *grocire adortus*, *praeda quam ore gestabat inductricem compotivit*. Nisi quod in secundo post haec verba insertum est: *Explicit prologus; de Deo Socratis tractatus incipit*. Ego eos libros secutus facile adsentior viris doctis, qui illa omnia reiecerunt in Floridorum libros, qui omnes similibus μελέταις constant. Nam ea sane nihil huc facere vel quae sequuntur indicant, nihil ante haec fuisse nisi Graecam orationem eadem die in eodem auditorio habitam a nostro; credo, in auditorio Carthaginensi, in quo saepius et Graece et Latine exercuisse se Appuleium ipse testatur in iis quae vulgo publicata sub titulo Floridi quarti. Sed quod iidem etiam istud principium, *Iamdudum scio* etc. reiiciunt in eosdem Floridorum libros, non mihi persuadent contra libros omnes. nec me movent tres illi elenchi ab iis propositi: primus, quid attinuerit ea Graece narrare, quae divina maiestate verborum a Platone tradita: alter, qui di-

tinae materiae persequamur.' Nam et in principio vobis diversa tendentibus, ita me-

dicat, *quaestionis huius media tenemus*; quam postea ab ipso capite deducit. Tertius, quae desultoria adloquentis oratio, ut iam apud plures sermocinetur, mox ad unum orationem convertat. Nam videtur Appuleius in oratione Graeca proposuisse quaestionem, quid et quale esset Socratis daemonium, et varias de eo veterum opiniones recensuisse, quorum alii ὄψιν θεοῦ, quidam φωνῆς τινὸς αἴσθησιν, aut λόγου νόησιν, aut πληγὴν τῆς ψυχῆς, nonnulli etiam κληδόνα aut πταρμὸν, alii aliud quid fuisse dicerent, ut videre est apud Plutarchum in libro eiusdem tituli: quae omnia fuse, ut solet, exposita et deducta in ea Graeca oratione, additis argumentorum, sententiarum, et exemplorum luminibus; deinde in Latina decisionem eius quaestionis aggressus similibus pigmentis illustravit, ut et vere dicat quaestionis mediam partem explicitam sermone Graeco, et illa ab aliis omnibus auctoribus appareat eum habere potius quam a Platone, qui sane si disertim explicasset quale fuisset τὸ τοῦ Σωκράτους δαιμόνιον, non reliquisset disceptandum sequentis aevi philosophis. In ea parte orationis fuerat quod sibi dictum prius memorat, nonnullos arbitrari εὐδαίμονας dici beatos, quorum daemon bonus, id est animus virtute perfectus est. Atque ita satisfactum sit duobus primis elenchis. Tertii vix ratio habenda est, quum ex ipsa serie libri appareat non minus ipsam dissertationem habitam ad plures, quam istam praefatiunculam: vel illa indicio sunt, quae in media diatriba: *Versum Graecum, si paullisper opperiamini, Latine enuntiabo.* Et postea: *Vos omnes qui hanc Platonis divinam sententiam me interprete auscultatis.* Item: *Credo plerosque vestrum quod modo dixi cunctantius credere.* Et quod in fine ad unum videtur orationem convertere: *Quin ergo et tu ad studium sapientiae ingenii velis properas?* non magis adstruunt uni dicta, quam illa quae paullo ante: *Noli illa aliena aestimare, sed ipsum hominem penitus considera:* quae dum unum tangere videntur, dicuntur omnibus. Hoc certe ex tota orationis serie patet, habitam illam in auditorio, et habitam, vel dici visam ex tempore, ut illa quae modo attuli de interpretatione versus Homerici pervincunt. Quae caussa fuit, cur illa μελέτη, *Qui me voluistis dicere ex tempore*, huic accusa sit a veteribus criticis, qui videntur digessisse in quatuor libros Floridorum rhapsodias illas, sive partes declamationum Appuleii, et separatim altero volumine extemporaneas collegisse, quarum prima illa, *Qui me voluistis dicere ex tempore*, usque ad finem Apologi: Altera haec diatriba de Deo Socratis. Ios. MERCERUS. Aliud fragmentum argumenti ab hoc priore diversi quod quidem in MS. Thuano separatum a superiore legitur. FLORID. Haec nihil commune habere cum praecedentibus docent MSS. Florent. Thuan. Voss. Harlem. etc. qui diserte separant, quasi haec sit prolocutio ad librum de Deo Socratis. Veram puto doct. Merceri sententiam, qui cum P. Pithoeo L. II. Subs. c. 10. censet, principium esse diatribae Latinae de Deo Socratis, et antea auctorem Graece multa declamasse de aliorum sententiis circa illum daemonium. Interim tamen eos sequor, qui statuunt, diversum hoc esse fragmentum quoque ex alia oratione, et Floridis idcirco adnectant.

QUID HOC SIGNIFICATU] Ita libri omnes nostri: qui et mox, *Ut cetera Latine materiae persequamur*; nullus, *narrare*, quod in quibusdam inventum, est a mala manu. Omnino rescribendum transpositis vocibus, *Ut cetera materiae Latine persequamur*, τὰ λοιπὰ τῆς ὑποθέσεως. MERC. Murmure aliquo quod excitarant auditores, aut gestu nutuve aliquo. FLORID. *Quid hoc sign. flagitetis*] Ita recte Elm. etc. uti exaratur in MSS. Florent. Voss. Harlem. Mercerianis et aliis. Vulc. cum Colvio et Wower. dant *scio quod fl.* Non satis Latine. *quid* etiam exhibent Edd. vett. Sed eaedem male contra MSS. O. praebent *haec significari*. In Cod. Bened. *hoc segregatus flores ut.* Inepte.

UT CETERA etc. POLLICERI] Pro his omnibus, quae exstant in MSS. cunctis, Edd. ante Vulcan. tantum edunt *vobis Latine.*

LATINAE MATERIAE PERS.] MS. Fulvii: *Latine narrare persequamur.* WOWER. Scioppius ex li. Fulvii l. *narrare p.* ELMENH. Ed. quoque Scriv. habet *narrare:* quo faciunt Edd. vett. Et certe videtur auctor magis agere de *lingua*, quam de *materia*, quare nequaquam displicet. Coniecturam Ios. Merceri, *ut cetera materiae Latine pers.* quae magis etiam placet, expressit etiam in Ed. sua Baro de Coutures, qui eum ubique sequitur. Voss. solemni variatione *prosequi.*

VOBIS DIVERSA PETENTIBUS] Puteani excerpta et Brem. *nobis diversa tendentibus.* In Rom. et Ald. hic desunt tres versus integri. ELMENH. Sic libri omnes, *diversa tendentibus*, non *petentibus.* recte. nec dubitamus quin idem fuerit in libris quos viderunt viri docti, miramurque non secutos. MERC. MS. Thuan. *diversa tendentibus*, melius, mox enim sequitur *petebatis.* FLORID. *tendentibus* exhibendum cum Mercero et Cout. auctoritate MSS. tantum non omnium, certe Florent. Voss. Harlem. Thuan. Brem. Cantabr. duorum, Mercer. etc. pro vulgato *petentibus.* cum sta-

memini polliceri, ut neutra pars vestrûm, nec qui Graece, nec qui Latine petebatis, dictionis huius expertes abiretis. Quapropter, si ita videtur, satis oratio nostra atticissaverit. Tempus est in Latium demigrare de Graecia. Nam et quaestionis huius ferme media tenemus: et, quantum mea opinio est, pars ista posterior prae illa Graeca, quae antevertit, nec argumentis sit effoetior, nec sententiis rarior, nec exemplis pauperior, nec oratione defectior.

statim sequatur *petebatis*. *Tendere* enim proprium de iis, qui certatim quadam de re contendunt, ut obvium est. In Catal. Burm. p. 136. legendum: — *licet improbe tendas Aemula regna meis.* de Mundo p. 731. Flor. *naturarum ad diversa tendentium.* ubi vide. Idem plane eodem modo L. II. Met. p. 66. Pric. *populus aestuat*, diversa tendentes. L. VI. *Sic nos* diversa tendentes. Apud Sueton. in Galba c. 19. *qui multifariam* diverse*que* tendebant. Haud dissimiliter Mercerus legit in Septim. L. I. c. 21. de B. Tr. *Menelaus metu atque haesitatione agebatur* di versa: ubi vulgo *in diversa.* Sed rectius Voss. et V. L. Periz. cum Obrechto habet *diversus agebatur*. Pro *vobis* male Leid. Harlem. Vulc. Brem. Put. *nobis*.

Videtur] Edd. Rom. Vic. Ven. Ald. Bas. Colv. *videretur*.

Satis orat. n. atticissaverit] Notat hinc P. Pithoeus, disputationis de Daemonio principium a nostro Graece conscriptum deesse. Colv. Manus. *or. nostra cessaverit.* Alter codex Fulvii: *Atticis faverit.* Sciopp. *in Symb.* Fulvii liber: *atticis faverit.* male. Elmenh. Harlem. *vestra att.* Bened. *atticassaverit*. prave. N. 18. *Atticissabit*. ubi vide Colv.

Latium] Harlem. *Latinum.* et pro *demigrare* Bened. *demeare.*

Formae media tenemus] τὸ *formae* non est in Florentino. Bremensis et Aldus *ferme* habent. Elmenh. *Ferme med. ten.* primus et sec. Cuiaciani. tertius *forme*. aberat ea vox male a libro Fabri et a Florentinis. Mox omnes libri habent, *ars ista posterior*; male: nam verius est quod vulgatur, *pars ista.* Merc. Vitiose Edd. Scalig. Elm. *formae.*

Ut quantum] Abest *ut* ab Harlem. In Edd. ante Vulcan. legas *et.* Bene si pro *sit* statim cum Colvio et Bas. sec. legas *fit*; immo id praefero.

Mea op.] Abest *mea* a Cod. Bened.

Pars ista] Flor. et Leidens. *ars ista.* Elmenh. Accedunt MSS. Mercer. Voss. Fulv. Vulc. Cantabr. pr. Harlem. Exsulant haec a Bened.

Prae etc.] Sic recte Scalig. vel Vulc. Ed. sec. et seqq. cum MSS. plerisque. In Leid. et Edd. prioribus *per.* unde Lips. *per illam Graecam.* in Bened. *post.* Sed comparativus cum praepos. *prae* alibi quoque occurrit. Vide me ad Caes. L. I. B. G. c. 32. *graviorem fortunam* prae *reliquorum.* Herod. I, 62. ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίας ἦν ἀσπαστότερον. Sic quoque *ante.* ut infra in L. de Dogm. Plat. videbimus.

Argumentis] Bened. *agreas.*

Effoetior] Sic idem Pith. ex eodem scripto codice. Basilienses, Rom. *efficacior.* Ald. Ven. *effectior.* Colv. Ed. Colv. *fit eff.* bene si *et* retineas. Dein *effectior* Harlem. Vulc. pro var. lect. Ald. Ven. Iunt. *efficacior* Rom. Bas. prave et vulgari errore. Correxit hic iam P. Pithoeus Subs. L. II. c. 10. Vide etiam Becichem. Ep. 66.

APPULEII MADAURENSIS

LIBER

DE DEO SOCRATIS.

INDEX CODD. MSS.

[MSS. qui usui fuere in duobus ultimis Floridorum fragmentis et libro de Deo Socratis sunt:

MSS. Florentinus, *Puteaneus*, *Leidensis* et *Bremensis*, omnes collati a Lindenbrogio et citati ab Elmenhorstio; qui autem in Excerptis Lindenbrogii vocatur Cod. *Boumanni* idem est ac Bremensis.

Thuanaeus citatus a Florido, qui p. 664 „ MS. „ codex, inquit, Bibliothecae tum Thuanae, „ nunc Menarsianae a D. Quesnel mihi communicatus, tractatum hunc continens, ab „ eo fragmento incipit, cuius initium est, „ *Qui me voluistis dicere* etc. Eius porro MS. „ ope pauca toto hoc Opusculo emendata invenies."

MSS. Fulviani duo, adhibiti a Scioppio et Wowerio, sed quorum fides suspecta est Mercero. Vide eum infra ad pag. 680. Ed. Flor.

Cuiaciani tres, et unus *N. Fabri*, aliique citati a Ios. Mercero.

MS. Palatinus collatus a Grutero, qui liber idem est ac *Vulcanii.*

MSS. Cantabrigiensis et *Benedictinus* collati a Iac. Gronovio Cantabrigiae.

Vossianus e Bibliotheca Leidensi, codex optimus, collatus ab ipso Oudendorpio, et

Harlemensis, item ab Oudendorpio collatus. — I. B.]

De Deo Socratis.] Hic titulus huius libri, nec alius: ut, de Daemonio Socratis, quemadmodum quidam scribunt. Quos falsi coarguit Divus Augustinus lib. VIII. cap. XIV. de Civit. Dei, cuius verba habes alibi. Plutarchi vero opusculum est, Περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου. Colv. Hic liber in manuscripto Bremensi appellatur duplici titulo, *De Deo Socratis*, *sive natura daemonum*. In Florentinis et Leidensibus membranis prior saltem comparet inscriptio, quam veram et germanam esse docent nos Augustin. de Civ. Dei L. VIII. c. 14. Priscian. Gramm. L. X. p. 855, Sarisberiensis L. VI. de nugis curial. cap. 28. et Epist. 172. p. 280. Vincentius Beluacensis specul. historiar. L. 3. cap. 66. et L. 4. cap. 7. Elmenh. Sic MSS. Edd. Vett. et auctores hunc librum citantes, non *de daemonio Socratis*, ut citant Servius ad Virg. Aen. III, 63. B. Pius T. I. Thes. Crit. p. 570, alii. Vide Grammat. Putsch. Ind., vel *de D. S. sive natura Daemonum*, ut habet Cod. Bremensis. Vide praeter Colv. et Elmenh. etiam Fabric. de L. L. scriptoribus p. 519. Cum nostro conferendus est Maxim. Tyrius Diss. XXV. et XXVI. atque illic vid. comment. Heinsii ac Davisii. [Loca Augustini, Servii, aliorumque a Viris Doctis citata, Lector edita inveniet inter veterum auctorum de Appuleio eiusque scriptis testimonia, ad calcem huius Edit. De Deo Socratis praeter citatos auctores egerunt inter recentiores Meiners. in Op. Miscell. (*Vermischte Schriften*) Tom. III. Et post eum Tidemann. *Geist der Spekulativen Philosophie* T. II. p. 17. — I. B.]

PLA-

Plato omnem naturam rerum, quod eius ad animalia praecipue pertineat, trifariam divisit: censuitque, esse Deos secundum summum, medium, et infimum. Fac intelligas non modo loci disclusione, verum etiam naturae dignitate: quae et P. 664. Ed. Flor.

Plato omnem etc.] Ad eius Timaeum. Colv. Nusquam hoc expresse invenias in Platone, qui in Timaeo *τέτταρας ἰδέας ζώων* facit, *μίαν μεν οὐράνιον θεῶν γένος· ἄλλην δὲ πτηνὴν καὶ ἀεροπόρον· τρίτην δὲ, ἔνυδρον εἶδος. πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον τέταρτον.* Unde noster in libro de dogmate Platonis: *Iam ipsa animantium genera in quatuor species dividuntur:* ita enim recte omnes libri vett.; quamvis in iis quatuor enarrandis diversus abit ab ipso Platone: de quo alibi. Sed hic prorsus alia divisio est, non omnium animalium, sed τῶν λογικῶν solummodo, non etiam τῶν ἀλόγων: quae dividi ait a Platone in deos, daemonas et homines. Itaque quod in omnibus editis et scriptis libris habetur, *quod eius ad animalia praecipue pertineat*, omnino rescribendum est, *praecipua*. Animalia praecipua sunt praecipuae dignitatis; ut paullo post *praecipua lumina* vocat Solem et Lunam. Stoici dicunt τὰ προηγουμένα: quod frequentissimum in Arriani Epicteto: πολίτης εἶ τοῦ κόσμου, καὶ μέρος αὐτοῦ, οὐχ᾽ ἓν τῶν ὑπηρετικῶν, ἀλλὰ τῶν προηγουμένων. Merc.

Quod eius ad a. praecipue pertineat] Ita MSS. et Edd. Vulc. Scalig. Elmenh. et seqq. Scilicet *illud naturae*, *quod*. In Edd. prioribus *quae ad a. iure pert.* Hinc Vir Doctus margini Iunt. Ed. adlevit *ad animarum iura*. Male. Wowerius edidit, *quae ad an. praec. pertinet*. In MS. Bened. *quod est*, et mox *dividi* pro *divisit*.

Censuitque summos Deos etc.] Parum abest quin reponam, *censuitque secundum Deos.* Tres namque gradus Deorum post recenset, et totidem ex Platone auctor commemoravit libro suo de dogmate Platonis: unum summum, incorporeum, patrem, et orbis architectum: 2. loco, coelicolas; tertio medioximos, quos Semones, et minorum gentium Deos nuncupatos, supra diximus. Steweck. MS. *censuit esse*. Gradus Deorum tres constituit ex dispositione locorum. Hoc non facile ex his verbis elicias, nisi scripseris: *censuitque esse Deos secundum summum, medium, et infimum.* Wower. Stewech. *censuitque e. secundum Deos.* Recte. Elmenh. *censuitque esse summos Deos*] Ita scribendum et distinguendum monuimus supra [In praefat. quam ad calcem huius edit. edi curabimus. — I. B.]: quae alia tentabant viri docti, nollem factum. Merc. Coniecturam Wowerii in textum dein omnes recepere, licet mihi videatur intricatissima. Videtur *secundum* hic notare *post*, *summo proximum.* Ante edebatur *censuitque summos Deos summum* etc. Hinc Stewech. coniecit, probante Elmenh. *censuitque secundum Deos*, non addita etiam explicatione. An significabit tum *quod ad Deos*, vel potius, *post Deos animalia esse summum* etc. Cic. de Off. II, 3. *Proxime autem et* secundum *Deos*, *homines.* Liv. XXXVI, 17. *Omne humanum genus* secundum *Deos nomen Romanum veneretur.* Gell. L. V. c. 13. secundum *eos proximum locum clientes habere.* Veg. L. II. c. 5. *Maiestatem Imperatoris quae* secundum *Deum generi humano est colenda.* de Phil. Mor. init. *Prima bona esse Deum summum*, *mentemque* etc. secundum *ea* etc. Ios. Mercer. modo distinctione sanari putat locum *censuitque esse summos deos: summum*, *medium et infimum fac int.* etc. ut et Vulcan. in margine coniecit. In MSS. Harlem. Fulv. duobus Lindenb. Cantabr. Voss. scribitur *censuitque esse summos* etc. Fuitne *existimandos* vel *esse sumendos*, vel potius *censuitque ea*, *ut suos Deos*, *summ.* Nam Plato in Timaeo tam tria Deorum genera, quam tria animantium rationalium genera statuit et in tres tales species divisit. Clare id docet auctor de dogm. Plat. p. 583. Ed. Flor. Hic praecipue aget de animantium generibus. Contra MSS. plerosque carent τῷ *et* Edd. Vulc. Scal. Wower. [In nullo MS. videtur esse τὸ *secundum:* aliter commode legi posset *censuitque esse* (sc. omnem naturam) *secundum Deos summam*, *mediam et infimam*, hoc sensu: quemadmodum Deorum natura est summa, media et infima, ita omnis quod eius ad animalia praecipue pertineat. — I. B.]

Fac int. modo loci discl.] Lautitia sermonis, *fac intelligas.* sed hanc et similes non animadvertit puto, qui iniquam de hoc scriptore sententiam tulit. Itidem in fragmento veteris Senatusconsulti: *Qui ex H. L. condemnatus erit praedes facito det: de consilii maioris partis sententia.* Similia in Plauti fabulis Pseudolo et Merca. *facito in aqua iaceant. uxori facito ut nunties.* simile et in P. Lentuli literis ad Catilinam datis apud Sallustium: *Fac cogites* (inquit) *in quanta calamitate sis et memineris te virum esse.* Mirum ni et Plauto quondam ea phrasis fuerit Trinummo, *Stasime facite propere celerem*, *recipe te ad dominum domum.* Scribebam, — *facete propere celeres.* De praedicto loquendi modo observavit et Charisius lib. 3. Institut. cap. de confusis. Redeamus iam ad il-

et ipsa neque uno, neque gemino modo, sed pluribus cernit. Ordiri tamen manifestius fuit a loci dispositione. Nam proinde ut maiestas postulabat, Diis immortalibus coelum dicavit. quos quidem Deos coelites partim visu usurpamus; alios intellectu vestigamus. Ac visu quidem cernimus

665. *— — Vos, o clarissima mundi*
Lumina, labentem coelo quae ducitis annum.

Nec modo ista praecipua: Solem diei opificem, lunamque solis aemulam, noctis de-

lud Appuleii: *modo loci disclusione: verum etiam naturae dignitate.* Illud, *modo*, ab auctore ipso non arbitror manasse, sed incuria repetitum, ex linea proxime sequenti. *Non*, pro, *non modo* Ciceronem, Plautum, Frontinum, Iurecon sultos nostros libenter usurpasse phrasi Graeca, pluribus iam olim locis observavi, atqui scriptor hic milesiarum frequenter utrumque supprimit. quod etsi vix tanti est, ostendendum tamen confirmandae superioris coniecturae, libro primo de asino: *locio perlitus, quasi recens utero matris editus imo semimortuus: verum etiam ipse mihi supervivens et posthumus.* Iterum lib. 6. *Ego* (ait) *simul voluntariae fugae voto, ci liberandae virginis studio: sed et plagarum suasu, quae me saepicule commonebant.* Similiter et lib. 10: *Nam et galeam nitore permicantem et scutum ceteris longius lucens, sed etiam lanceam longissimo hastili conspicuam.* Iterum eod. lib. 10: *Tanta denique miseratione, tantaque indignatione curiam, sed et plebem moerens inflammaverat.* Idem locutionis genus ex optimis membranis, quibus Coloniae Melchioris Hittorpii, praestantissimi Theologi beneficio usus sum, retinendum suadeo in l. unica C. de reputationibus, quae fiunt lib. II. *Sed et cum minor adiit haereditatem et restituitur, mox quicquid ad eum ex haereditate pervenit, debet praestare: verum etiam* etc. quae duo extrema verba nimis audacter hinc alii reiiciunt. quemadmodum et in aliis constitutionibus, quod Deo volente alibi probabimus. Observavi nihilominus et alium locum, ubi similis ἀποκοπὴ in posteriori orationis membro. is apud Sallustium Catil. *iam tum non consulibus modo:* (sed) *plerisque senatoribus perniciem machinabantur.* τὸ *sed* in membranis D. Hutteri nullum est, quas ego sequor. nec sequerer, nisi alibi eximie bonas comperissem. Stewech. Typothetarum vitio a Bas. et Par. Edd. excidit vocula *non*; hinc Stewech. pro *modo* coniecit legendum *non*, ut ἐλλείπῃ *modo*. Non male, si id darent MSS. Sed illi omnes retinent *non modo*.

Sed pluribus cernitur] Mire variant libri; alter Cuiacianus, *tenuit.* Fabri, *discernit.* Primus et tertius Cuiaciani, *cernit*; atque id omnino positum pro composito, discernit, vel secernit. Hoc enim ait, Platonem summum, medium, et infimum, non uno modo, sed pluribus discernere. Ut infra in comparatione Deorum et hominum, *Deos ab hominibus plurimum differentes loci sublimitate, vitae perpetuitate, naturae perfectione* etc. Et sane non raro simplicia usurpata pro compositis. Infra, *quum se vigore animi quantum licuit a corpore moverunt*, pro, semoverunt. Velleius lib. II. *qui multum amore Imperatoris sui crepantes ante in hostem inciderunt*, etc. pro, discrepantes; frustra enim ibi aliam medicinam quaerunt viri docti. Merc. *Discernitur* tacite exhibent Elmenh. et Flor. Scilicet quia in Cod. Lindenbr. erat *pl. eis cernitur*, ut coniicio. At MSS. ceteri et Edd. habent simplex *cernitur*, etiam de Coutur. Sed Cod. Bened. *cernit*, ut editum a Mercero. quod non temere mutem. *Cerni* enim pro *discerni* alibi quoque occurrere observarunt viri docti. Adi hic Mercer. N. Heinsium ad Ovid. Met. L. VII, 223.

Ord. tum.] Ald. et Bas. II. Reliquae, *ordiri tamen.* Colv.

Proinde ut] Ita MSS. cum Edd. Scal. vel Vulc. sec. Elm. etc. Aliae *perinde.* Sed vide ad Met. L. V. p. 342, a. proinde ut *merebantur.*

Diis Imm. coelum d.] Plato Timaeo: *μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος.* Merc.

Deos coel intel.] Vide Heinsium ad Maxim. Tyr. pag. 139. Elmenh.

Ac visu] Harlem. *at.* Bened. *visitu.*

Vos o cl.] Virg. I. Georg. Elmenh.

Solem diei op.] τὸ *Solem* delet Flor. et Brem. cod. Festus Avienus p. 83. — *ignea cuius Lumina sunt late, et soror ille diei Tendat ut infusi rutilum iubar, altera noctis Ut face flammanti tenebrosos rumpat amictus.* Elmenh. Delenda vox *Solem*, auctoribus omnibus MSS. satis enim intelligitur, quis sit diei opifex. Merc. Delevit itaque Coutur. Deest sane in MSS. Florent. Brem. Voss. utroque Cantabr. Harlem. etc. Lindenbrogius e Glossa interlineari natum autumat. Sed tum pro *Lunamque solis aem.* rectius foret *illius aem.*

Cor-

decus: seu corniculata, seu dividua, seu protumida, seu plena sit; varia ignium face: quanto longius facessat a sole, tanto longius collustrata: pari incremento itineris et luminis, mensem suis auctibus, ac dehinc paribus dispendiis aestimans: sive illa proprio, seu perpeti candore, ut Chaldaei arbitrantur, parte luminis compos, parte altera cassa fulgoris, pro circumversione oris discolor, multiiuga, pollens speciem sui variat: seu tota proprii candoris expers, alienae lucis in-

CORNICULATA] Fest. Avien. *Omnia certis Indiciis tibi Luna dabit, seu lucis utrinque Caesa facem, seu cum teretem concrescit in orbem.* ELMENH.

DIVIDUA] Harlem. a m. sec. *dimidia* e Glossa, *de halve maan.* In Apol. p. 546. ed. Flor. dividua *pars dotis.* Bened. *divina.*

PROTUMIDA] Alii *pertumida.* ELMENH. *Protumida* primus edidit Vulcan. adstipulantibus MSS. O. In prioribus *pertumida.* Lipsius adlevit *praetumida.* Huic loco comparanda quae dicta sunt ad Met. L. XI. p. 757, a.

IGNIUM FACE] Avienus in Arateis, citante Elmenh. supra, dixit de Luna *lucis caesa* facem. Noster de stellis in L. de Mundo p. 713. Ed. Flor. *Illustribus* facibus *ignescunt.* ib. p. 733. *siderum* facibus. Malim tamen si MSS. addicerent, *facie*, ut Plin. L. II, 9. *curvata in cornua* facie. V. ad Met. l. c. Mox *circumversio oris.* Passim Lunae *facies* eius φάσις dicitur.

FACESSAT A SOLE] Vulgata lectio, *ea cessat a Sole.* Quam expressimus, ea in Cuiacii libro est, ut testatur Pithoeus. COLV. [Subs. L. II, 10.] *facessat* i. e. *secedat*, ut alii loquuntur.

ET LUMINIS] Abest *et* a Bened.

MENSES SUIS A.] Alii omnes libri *mensem.* Mihi religio non fuit sequi alterum Cuiacianum, quem animadverti ex optimo exemplari descriptum, in quo disertim, *mensis.* MERC. Harlem. quoque *mensis.*

SUIS ACTIBUS] Emendat amicus noster Th. Canterus, *s. auctibus.* COLV. *Auctibus* i. e. incrementis. Prave MSS. quidam et Edd. ante Colv. et Vulcan. *actibus*, perpetua variatione. Vide ad Lucan. L. X. vs. 217. ad Catal. Burm. p. 577. Solin. cap. 23 in f. auctus *vel eliquia maris.* Auson. in Protr. vs. 89. *sublimi* auctu. Noster L. III. Met. *immodicis* auctibus.

AC DEHINC] Bened. *aut dehinc.* Edd. ante Colv. *de*, et pro *dispendiis* Bened. *dispectus.*

AESTIMANS] Bremens. *aestuans.* Rom. et Ald. *extimans.* ELMENH.

SIVE ILLA PR.] Bened. et Edd. ante Vulc. *seu.*

SEU PERPETI] Delet Lips. *seu*: Dousa legit *et* ad Catull. C. sec. XXXV. An *Ceu?*

CHALDAEI] Non omnes sed Berosi sectam sequentes, ut bene monet Wower. Adi Comment. ad Lucret. V. 727.

CASSA FULG. PRO CONVERSIONE ORIS DISC. MULTIVAGAE, POLLENS] Videndum dixeritne Appuleius, *multiiuga*, *pallens* de coloribus, et prognostitis, quae velut speculo orbis Lunae ostendit, dicerem, ni ea late prosecutus essem apud Fl. Vegetium lib. ult. cap. 41. In eo quod subditur de Luna, *ceu quodam speculo radiis solis obsistit, et adversi usurpat, ut verbis Lucretii utar, — notam iactat de corpore lucem.* hic, inquam, adulterinum puto τὸ *usurpat.* STEWECH. Haud leviter haec depravata, quae eruditissimi viri variis modis restituere conati. Vera tamen videtur emendatio nostra: *parte altera cassa, fulgoris, pro circumversione oris, discoloris, multivaga, pollens.* Vel: *cassa fulgoris, circumversione oris discoloris multiiuga pollens.* Per Chaldaeos autem intelligit Berosum. Vitruvius lib. IX. cap. IV. WOWER. Bremens. *multivaga pollens.* alii *multiiuga p.* Stewech. *m. pallens.* Vide eum ad Veget. lib. ult. c. 41. ELMENH. In tertio Cuiaciano *orbis*; quod non est spernendum. Orbis est pila, quam Chaldaei Lunae tribuebant. Lucret. lib. V. *Versarique potest globus ut si forte pilai Dimidia ex parti candentis lumine tinctus Inde minutatim retro contorquet et aufert Luciferam partem glomeraminis atque pilai; Ut Babylonica Chaldaeum doctrina fatetur, Astrologorum artem contra convincere tendit.* Et Vitruvius IX. IV. *Berosus, qui a Chaldaeorum civitate sive natione progressus in Asiam et disciplinam patefecit, ita est professus, pilam esse ex dimidia parte candentem, reliqua habere caeruleo colore.* Hoc est quod noster proprium et perpetem candorem Lunae tribuit ex Chaldaeorum sententia, proprii candoris expertem ex Astrologorum Graecorum scitis. Diodorus tamen Siculus aliter de Chaldaeis invenit in suis auctoribus, ex quibus lib. II. Bibliothecae scribit; ὅτι δὲ τὸ φῶς ἀλλότριον ἔχει, καὶ διότι τὰς ἐκλείψεις ποιεῖται διὰ τὸ σκίασμα τῆς γῆς, παραπλήσια λέγουσι τοῖς Ἕλλησι. Quod sequitur, *pollens*, vidi qui mutarent in *pallens*, vel *parilem.* mihi nihil mutandum videtur MERC. Alteram Wowerii coniecturam tacite exhibuere Elmenh. et seqq. Verum MSS. et Edd. priores constanter habent *pro circumv.* unde idem Wow. etiam coniecit *cassa, fulgoris pro c. o. discoloris, multivaga, pollens.* Sed nihili est iste *fulgor discolor.* Stewech. et

666. indiga, denso corpore, seu laevi ceu quodam speculo radios solis obstiti vel adversi usurpat, et, ut verbis utar Lucretii,

Notham iactat de corpore lucem.

Utra harum vera sententia est, nam hoc postea videro, tamen neque de luna, ne-

Lips. divinavere *multivaga pallens.* Et certe *multivaga* exstat in MSS. Brem. Leid. Edd. Vett. item Vulc. Wow. Scriv. ut solent hae voces passim variari. Nil tamen hic muta. *multiiuga* notat enim multiformem. Adi ad Met. L. VIII. p. 525, a. Ideo etiam est *pollens*, quia pro conversione oris speciem sui variare potest. Scribe ergo vel *prae circumversione oris discoloris multiiugâ pollens speciem sui v.* vel *pro circ. oris discolor, multiiuga, pollens sp. s. v.* Talem Isidis seu Lunae pallam describit auctor L. XI. Met. V. Ampl. Cuperi Harpocr. p. 76. Salmas. ad Solin. p. 530. coniecit *multiiuga pollae speciem suae* ut *polla* sit pro pila σφαῖρα. Cras credam. unde et ridet id ad marginem Is. Vossius. In Bened. et Cuiac. tert. *orbis.* Aldus bis repetit *oris.*

Expers] Harlem. *expars.*

Lucis indiga] V. C. *indicia.* Vulcan. Florent. et Rom. *Lucis indicia*, male. Festus Avienus in Arateis Prognost. p. 116. — *Seu plenum luminis orbem Cynthia distendit, seu cum teres ambitus olli Ceditur, et mediae velut indiga lucis, utrinque Sustinet obductae sibimet dispendia formae, Cornua prima replens, et cornua fessa dehiscens.* Chalcidius in Platonis Timaeum pag. 112. Elmenh. Harlem. Bened. Voss. et Edd. Rom. Elm. *indicia.* Vitiose. Quid enim foret *usurpare indicia alienae lucis.*

Solis obsistit] Deliciae Musarum Ios. Scaliger feliciter corrigit, *Solis obstiti*: id est, obliqui, curvi. Festus: *Obstitum obliquum.* Lucretius Lib. IX. *Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum; Omnia mendose fieri atque obstita necesse est.* Paulo post etiam idem Scaliger recte legit: *Pro situ et flexu et obstito circulorum.* Sed Vide plura apud Pompeium ipsum. Colv. Emenda: *seu levi, ceu quodam speculo, radios solis obstiti vel adversi usurpat.* Wower. Vere et ingeniose Scaliger et Basil. 2. MSS. *s. obstitit.* Vulgatae edd. *s. obsistit.* Elmenh. *et adversi usurpat, ut verbis utar Lucr.* etc.] Locus hic me diutius exercitum habuit, quem tandem sic emendandum putavi, *Solis obstiti et adversi: sive, ut verbis utar Lucretii, Notham iactat de corpore lucem.* Versus Lucretii e lib. V. ad quos respexit: *Lunaque sive notho fertur loca lumine lustrans, Sive suam proprio iactat de corpore lucem.* Colv.

Radios s. obstiti v. adv. usurpat] Egregia haec est emendatio Scaligeri, quam sibi de more arripuit Wower. et edidit cum Mercer. Coutur. et Scriver. *Radiis* constanter exstat in MSS. et Edd. Vett. quae dant *obstitit* cum MSS. Florent. Cantabr. Voss. aliisque. *Obsistit* in Leid. et nonnullis aliis. unde Stewech. Colv. et Lambin. censebant τὸ *usurpat* esse adulterinum. Pro *vel*, quod bene restituit Vulcan., et cum MSS. habet Ed. Vicent., male Aldus Iunt. et alii habent *et. Obstitus sol* est obliquus. Adi notas Colvii et Cerd. ad Virgil. Ecl. I, 17.

Et ut verbis] Colv. coniecit *sive ut verbis;* quia τὸ *et* abest ab Edd. ante Vulcan. qui bene e MSS. addidit. Consentiunt MSS. O.

Notham] Lucret. L. V. Observat. ad Arnob. L. II. fol. 46. Elmenh. Inepte Edd. usque ad Wower. *notam.* quamvis iam monuerat Colv. e Lucret. L. V. vs. 575, ubi omnino vide Lambin. Voss. et Harlem. *iactam.*

Utraque harum] Ex Cuiacii etiam libro hic emendatus locus: qui vulgabatur, *Utraque ex animarum.* Unde semper legimus, *Utraque ei im harum.* Colv. *utra harum*] Et hic locus in omnibus libris editis et scribtis pessime habebat; omnes enim praeferebant, *utraque*, quod non veritus sum mutare, sententia id pervincente. Retulit duas opiniones de Luna; Chaldaeorum unam, quibus placuit Lunam proprio et perpetuo candore pro media parte pollere, ita ut parte dimidia luminis compos esset, parte altera cassa fulgoris; eamque pro multiiuga conversione orbis discoloris speciem sui variare; alteram Graecorum, totam eam proprii candoris expertem, alienae lucis indigam, sive denso, sive levi corpore (nam et hic philosophorum duplex sententia) radios solis obliqui vel adversi ceu quodam speculo usurpare. Addit nunc, Utra harum vera sententia sit: nam hoc alias discutiendum, tamen numquam dubitatum nec Graecis nec Barbaris astrologis, quin et Luna et Sol dii sint. Sciunt docti saepe in libris *utrumque* pro *utro*, *utramque* pro *utra* reperiri, tralatitio errore. Haeret adhuc idem mendum in altera Sallustii Oratione ad Caesarem, quam male praeponunt editiones; quum ea scribta sit post Pompeium victum, altera ante eam victoriam. *Et scilicet id certatum esse utriusque vestrum imperio iniuriae uti fierent.* Scribendum, *utrius vestrum imperio iniuriae fierent.* Nam hoc ait, si malos consultores sequatur, qui Cae-

neque de sole quisquam Graecus aut barbarus facile cunctaverit, Deos esse: nec modo istos, ut dixi, verum etiam quinque stellas, quae vulgo vagae ab impe-

Caesarem ad praedam et vindictam trahebant, testaturum, hoc unum certamen fuisse illi ac Pompeio, utri eorum tyrannidis et dominationis absolutae, potestas daretur. Ut apud Tertulianum *certamen malignitatis* est inter eum qui laedit primus, et eum qui laesus ulciscitur. locus vulgo corruptus est libro de Patientia: *Ultio penes errorem solatium videtur doloris, penes veritatem certamen redarguitur malignitatis.* Ita enim legendum, non, ut vulgo, *certam.* Lege quae praecedunt et quae sequuntur; et agnosces, ita scribendum. MERC. *Utra harum vera sententia est* tacite edidit Floridus ex emendatione Ios. Merceri, explicantis, *utravis harum opinionum vera ſit.* Pithoeus vero e Cuiacii libro, quocum consentiunt MSS. O. et Colv. cum seqq. ediderunt *Utraque harum.* quod omnino falsum est, vel, *utraque enim*, ut divinarat quoque Colv. Sed in Edd. Vett. legas *utraque ex animarum vera.* Hinc vir doctus margini Ed. Iunt. adlevit *utra*, *quaeram*, *harum v. sent. est.* Sed tum deberet esse *sit.* Malim ego *Utra quippini harum* i. e. quippe una sive alterutra earum est vera, pro more Appuleii. Vide Steweeh. ad Flor. N. 7. et me ad Met. L. IV. p. 290, a. In Codd. Cantabr. est *scientia.* [Bene se habet emendatio Merceri. Sic Latini loquuntur *ut ut est.* Praecessit *sive — variat: seu — usurpat.* — I. B.]

NEC HAEC POSTEA VIDEO] f. *nec post haec.* BRANT. Inepte Edd. ante Vulcan. contra MSS. daunt *nec haec p. video.* Vulcan. et seqq. ante Elm. *nam hoc postea videro.* Elmenh. autem et seqq. ediderunt *videro; tamen* etc. ut praecedentia pertineant ad sententiam et hic nova incipiat periodos, quasi dicat, *de sententia postea videro: hoc tamen certum est, quod ad Lunam et Solem, neminem coniecisse.* Et certe ita exstat in Florent. Voss. Cantabr. Harlem. Merc. Sed in Edd. Rom. Vic. Ven. est *video sum.* Bas. *video sed.* In aliis *videro cur.* MS. Vulc. sive Pal. *Videro, cur vero.* Unde mihi maxime placet legere *Utra quippeni vera sent. est. Nam hoc postea videro tamen, cur* etc.

CUR NEQUE DE S. N. D. L. F. CONIECTAVERIT] Florent. *tamen neque de s. n. d. l. f. cunctaverit* ELMENH. Rom. *sum neque.* Bas. I. *sed neque.* COLV.

NON FAC. CONIECTAVERIT] Sic rursus exhibuit Floridus e coniectura, ut puto. Et sane sensus id requirit. Nemo enim Graecus aut Barbarus in gentibus dubitavit, quin Sol et Luna essent Dii, ut ipse statuit paulo ante App. et mox: *neque quisquam non coniecerit* i. e. omnes facile consenserunt Deos esse. In MSS. tamen nullis aut Edd. comparet τὸ *non.* At pro *coniectaverit* exaratur in membranis Florent. Cantabr. Harlem. Voss. Vulcan. Merc. (quem vide infra ad p. 673. Ed. Flor.) *cunctaverit.* Optime profecto, sed non intellectum praeterquam Mercero eiusque exscriptori, licet Mercerum nusquam laudet, Couturio, quare in seqq. eius rationem vix habebimus, nisi ubi erret. *cunctaverit* i. e. dubitans deliberaverit, sed scilicet sine ulla haesitatione crediderit Deos esse. Hoc enim notat saepe *cunctari.* Infra p. 696. Ed. Flor. *de qua nihil* cunctentur. Vide Gronovii Obs. L. I. c. 18. Heins. ad Valer. Flacc. I, 156. *Talia* cunctanti *laevum Iovis armiger actutum Advenit.* sive *contanti*, ubi vulgo erat *conanti*: quale mendum et sustulimus ex Hirtio L. VIII. B. G. c. 32. *oppido munitiones circumdare* cunctatur, vel, *contantur:* nam MSS. *conatur*, vulgo *moratur.* Nec obstet activa forma *cunctare.* Frequenter hanc inflexionem prae deponenti amavit auctor. Vide ad Met. L. I. p. 74, a. Immo L. XI. Metam. p. 382. *Quod enim sedulo per*cunctaveram.

SEPTEM STELLAE] Rescribe ex MS. Bremensi et excerptis Batavicis: *quinque stellae q. v. v. a. p.* Cicer. lib. I. Tusc. Quaest. fol. 88. *Astra suspeximus, tum ea quae sunt infixa certis locis, tum illa non re, sed vocabulo errantia. Archimedes Lunae, Solis, quinque errantium motus in sphaeram collegit:* lib. 2. de Divinat. fol. 196. *Sol et Luna quem motum habeant, quem vero stellae, quae errare dicuntur.* Macrobius in Somn. Scipionis lib. I. cap. 14. *Sunt stellae quidem singulares, ut erraticae quinque.* Agellius lib. 14. cap. 1. Mart. Capel. lib. 8. p. 787. Nicetas in Thesauro Orthodox. fidei lib. 1. cap. 3. docte. ELMENH. *Quinque stellas* clare expressis literis habent MSS. Leid. Vulc. Harlem. Brem. Merc. ut reponi iussit Elmenh. et ita a Sole et Luna *planetas quinque* distinguunt Hygin. L. I. Astron. praef. Plato in Timaeo p. 1052. Vulc. tamen Scal. et Wow. edidere *VII.* cum Cod. Florent. ut Solem et Lunam includat: quomodo unus et alter iam nominatus deinde toto numero comprehendatur. Sic in Act. Apost. saepius: *Petrus et XII Apostoli.* atque alibi saepissime. Verum nimis diserte hic praecedit, *non modo istos, ut dixi.* in Cantabr. est *u* in altero et Voss. *ut.* Edd. primae cum Basil. *et.* Fuitne *verum etc. stellas.* i. e. *et ceteras st.* ut loquitur de dogm. Plat.

L. I.

peritis nuncupantur: quae tamen indeflexo et certo et stato cursu meatus longe ordinatissimos diutinis vicibus aeternos efficiunt, varia quippe curriculi sui specie, sed una semper et aequabili pernicitate, tunc progressus, tum vero regressus mirabili vicissitudine assimilant pro situ et flexu, et obstito circulorum,
667. quos probe callet, qui signorum ortus et obitus comperit. In eodem visibilium Deorum numero, cetera quoque sidera, qui cum Platone sentis, locato,

Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones,

ali-

L. I. p. 581. Ed. Flor. *Solis et Lunae globum, hoc agere, ceterasque stellas, quas non recte Erroneas et Vagas dicimus.* Ald. Iunt. Colv. simpliciter *Verum etiam stellas.*

VAGAE] Sic MSS. omnes, ut debent; nisi auctor adhibuerit ipsam vocem Graecam πλανηταὶ. nam solent tum librarii Graece ignari locum vacuum relinquere; ut notum illis, qui MSStos tractarunt. ut ita hinc exsulet in Edd. ante Vulcan. *Errones* adscripserat Lipsius.

INDEFLEXO] MS. *quae tamen inflexo.* SCIOPP. *in Symb.* Scoppius, *inflexo.* ELMENH.

ET STATO CURSUI] Bened. *constatuto c.* Harlem. *et statuto c.* Male. passim ita librarii. Veget. L. V. c. 10. *circa diem statum.* ibi 3 Leidd. et Edd. nonnullae *statutum.* noster de Mundo p. 735. Ed. Flor. *statis cursibus.* ubi eadem confusio. Vide ad Flor. N. 15. Voss. *et e statu c.*

DIVINIS VICIBUS] *Diutinis v.* Bremensis. ELMENH. Quaenam sint illae *divinae vices*, non capio. Optime Bremens. *diutinis* sive diuturnis, longis et perpetuis. quod et margini adlevit Vir doctus. Passim *diutinus* in *divinus* corruptum est, etiam apud nostrum. V. Ind. Not.

VARIA QUIDEM etc.] MS. Thuan. *varia quippe.* FLORID. Male hoc e solo Florentino contra reliquos MSS. cunctos et Edd. mutavit Elmenh. cum seqq. in *quidem*; quod intricatiorem reddit periodon. In MS. Bened. est *variam quippe c. s. speciem.*

CURRICULI SUI SPECIE] Bremens. *circuli s.* ELMENH. Abest τὸ *sui* ab editis ante Elmenh. ut et ab ed. Merc. contra MSS. plerosque.

SPECIE etc. MIRABILI] Bene haec e suo Cod. addidit Vulc. quae agnoscunt MSS. O. et flagitat sensus.

TUNC PROGRESSUS] Sic MSS. et Edd. praeter Floridi *tum.*

TUM VERO] Harl. Ursin. Voss. *tunc vero.* Vulc. aliique et Edd. Vulc. Scal. Wow. *tum autem.* MS. Pal. *tunc autem.*

ASSIMILANT] MSS. et Edd. pleraeque *assimulant.* V. Ind. Not.

ET FLEXU ET ABSTITUTO CIRC.] Scribe: *et flexu obstito circulorum.* WOWER. Flor. *abstituto.* Rom. *obstitato*, inepte. ELMENH. *et abstituto*] Ita libri omnes; hoc est recessu, quod ait in libro de dogmate Plat. *Ceterum ille rerum ordinator ita reversiones earum, ortus, obitus, recessus, moras, progressusque constituit. Adstituere* et *adstitui* verbum familiare nostro. E contrario *abstitui*; unde abstitutum, recessus, ἀπόστασις. MERC. *et flexu et obstito c.*] sive obliquitate, ut Lipsius adlevit et emendavit Scaliger. Wower. amplius voluit *et flexu obstito*, adiective, ut supra, sed et substantive occurrit apud Ciceron. de Legib. II, 9. *Fulgura atque obstita.* Est Vir Doctus qui vellet *obstitu.* In Edd. vett. *obstituto:* Ed. Scalig. *abstito.* Sed *abstituto* edidere Vulcan. et Mercer. e MSS. suis, pro *recessu* ἀποστάσει. exstatque etiam in Harlem. Voss. et utroque Cantabr. Inepte Couturius in notis scribit: *Adstituto velle dicere recessu*, aitque, adstituere et *adstitui* esse familiare auctori nostro. *Abstitutum* est recessus, et hoc τῷ *adstitutum* est contrarium.

QUI SIGN. ORT. ET OB. COMPERIT] Editi quidam *competit.* Catullus: *Qui signorum ortus comperit, atque obitus.* COLV. Expressum ex Catullo de Coma Berenices Epig. 76. *Qui* etc. ELMENH. Harlem. *compererit.* Basil. *competit.*

IN EODEM VISIB.] Male haec Edd. Vett. ante Vulcan. connectunt τῷ *comperit*, habentque *eorum* contra MSS.

QUOQUE] Abest Harlem. Cod.

LOCATO] Non est in Batav. excerptis. ELMENH. Leid. Harlem. *idcirco.* Deest MSto cuius variae lectiones a Cl. Burmanno margini Ed. Floridi sunt allitae, qui liber forte est Leid. vel Bremens. Alias enim cum his respondent. Forsan legendum *inserito.*

ARCTURUM, GEMINOS] Manusc. *Arcturum p. h. g. t.* Quae sic sagaciter resolvit Fulvius: *Arcturum pluviasque hyadas, geminosque Triones.* SCIOPP. *in Symb.* Liber scriptus: *Arcturum pluvias Hyadas, geminos leonem.* Repone vulgatum Virgilii versum, qui exstat III Aeneid. *Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones.* WOWER. Hunc versum Fulvius Ursinus ex Virgil. Aeneid. 3. vs. 516. lacunae explendae apte reposuit, cuius emendationem approbant Membranae Leidenses, Excerpta Batavica, et Florent. in quibus legitur, *Arcturum, Phiotum*, ge-

aliosque itidem radiantes Deos, quibus coeli chorum comtum et coronatum suda tempestate visimus, pictis noctibus severa gratia, torvo decore: suspicientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clypeo, miris fulgoribus variata caelamina. Est aliud genus Deorum, quod natura visibus nostris denegavit: nec non tamen intellectu eos rimabundi contemplamur, acie mentis acrius contemplantes. Quorum in numero sunt illi duodecim, numeroso situ nominum in duos versus ab Ennio coartati:

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo.

cc-

geminosque triones. Arcturum dicit custodem ursae, Hyadas Pluvias, geminosque triones, boves duos. Vide Veteres Criticos ad hunc versum. Agellium lib. 10. c. 9. et Io. Ludov. de la Cerda in Notis eruditis ad lib. I. Aen. et 2 Georg. ELMENH. Verissime et acutissime emendavit Fulvius Ursinus, secutus vestigia libri scribti, quibus nostri consentiunt; praecipue Cuiacianus alter, in quo erat, *Arcturum phigi.* nam alii minus diserte, A. G. T. MERC. Versus egregie restitutus est ab Ursino et Wowerio, cum in prioris codice legeretur *Arcturum phygt.* Consentiunt MSS. Florent. Leid. Harlem. Mercer. dantes *Arcturum PhyGt* vel *phigi.* Non autem, ut ait Elmenh. *Arcturum Phistum geminosque Triones.* Ante ipsum edebatur *Arcturum, Geminos, Leonem.* Voss. *Arcturum G. L.*

RADIANTES DEOS] Bened. *itadiantes deo.* Edd. Ald. Iunt. *radientes d.*

QUIBUS COELI CHORUM] Plato in Epinomide adeundus. ELMENH.

COMPUTUM] Leve peccatum, ac dignum animadversione. scribo, *comptum.* STEWECH. *chorum comptum*] Sic Rom. Ven. Ald. Aliae, *chorum computum.* Haec pleraque quae de Diis Daemonibusque hic disseruntur e Platonis Epinomide mutuata sunt. COLV. Lips. *compictum.*

VISIMUS] Excerpta Batavica *vicimus.* male. ELMENH. Bened. *infimus.* Leid. Vulc. *vicimus.*

SEVERA GRATIA] Bened. *serena.* Male. Vide ad Flor. N. 9. *gravitas iucunda.*

TORVO DECORE] Bened. Voss. Harlem. *t. decori.*

ENNIUS] Sic Varro de ling. lat. Ennium dixisse scribit: *in altissimo coeli clypeo.* SCIOPP. *in Symb.* Bened. *etertius.* Inepte. V. Sciopp.

VARIATA] Bened. a m. pr. *varieta.*

QUOD NATURA] Bened. *quo naturam.*

INTELLECTU EOS MIRABUNDI CONT.] Lego, *rimabundi.* BRANT. Alii *rimabundi.* ELMENH. MS. Thuan. *rimabundi.* FLORID. Cum Vulcan. Scalig. Wower. Brantio, Mercero praetuli *rimabundi*, quia confirmatur a MSS. Thuan. Putean. Harlem. Leid. Bremens. aliisque, et frequens auctoris est stylus. Ad hoc facilior depravatio est rarioris vocis *rimabundi* in *mirab.* quam contra. Adi me ad Met. L. I. p. 95, b. ubi eadem est varietas. *Mirabundi* cum reliquis Edd. habent Florent. Voss. et Cantabr.

ACIE M. ACRIUS CONTEMPLANTES] Aldus *facie m.* male. Batav. excerpta, *arctius contemplantes.* ELMENH. Prave Edd. Ald. Iunt. *facie.* Leid. et Harlem. *arctius.* Suspectum autem mihi repetitum illud *contemplantes.* Vir doctus margini Ed. Iunt. adlevit *contendentes.* MSS. nil variant.

QUORUM IN NUM.] MS. Lindenbr. *de quorum num.*

DUOD. NUMERO SITU NOMINUM] Quidam, *situ, nomine.* Quod certe placet: eo indicat Deos Deasque non solum nomine suo singulos in versibus Ennianis esse, sed etiam ordine suo, quo hic maior ille minor, hic antecedere, hic subsequi dicitur, collocatos. COLV. Illepida quibusdam visa repetitio vocis *numero.* Eandem ignorat Cod. Henr. Lindenbruch. Memini me legisse in veteri libro Fr. Raphelengii: *numerositate nominum in duos versus.* WOWER. Rom. *situnomie.* Excerpta Bat. *numerositate nominum.* Probe Martianus Cap. libr. de Nupt. Philolog. p. 15. *Tunc etiam ut inter alios potissimi rogarentur, ipsius collega Iovis, qui bisseni cum eodem Tonante numerantur, quosque distichon complectitur Ennianum: Iuno, Vesta, Minerva*, etc. Suidas Ὑγίεια. ELMENH. Cui non dictus Hylas? quae non tentata a doctis, ut hunc locum arbitrio suo constituerent? At nihil facilius fuit quam additis duabus litterulis scribere, *numeroso situ nominum.* Ita enim est, haec duodecim nomina ἐμμέτρῳ ordine in duos versus artata. Libri omnes nostri, *numero situ nominum*, nisi quod alter Cuiacianus, *site.* MERC. MS. Putean. *locum d. situ nominum.* Leid. Harlem. cum Fr. Raphel. *d. numerositate nominum.* Sed Edd. Rom. Ven. Vic. Bas. *d. numero, situ, nomine.* quod probavit Colv. At lege cum Mercero *numeroso situ nominum.*

COARTATI] Ed. Vic. *coartatis.*

IOVIS] Inepte Harlem. a m. sec. *Iupiter.* Scriv. Flor. *Iovi'* quia elidi debet *s.*

Gr-

668. ceterique id genus, quorum nomina quidem sunt nostris auribus iam diu cognita: potentiae vero animis coniectatae, per varias utilitates in vita agenda animadversae in iis rebus, quibus eorum singuli curant. Ceterum profana philosophiae turba imperitorum, vana sanctitudinis, priva verae rationis, inops religionis, impos veritatis, scrupulosissimo cultu, insolentissimo spretu Deos negligit; pars in superstitione, pars in contemtu, timida vel tumida. Hos namque cunctos Deos,

GENUS] Bened. male *generis*.

POTENTIAE VERO ANIMIS CONIECTATAE] Sic egregie restituit Vulc. cum MSS. Vulgo erat ut et in Harlem. *possumus coniectare*. Bened. *animae*.

PER VARIAS] Harlem. *propter v*.

ANIMADVERSAE] Sic recte idem Vulc. et MSS. O. In Edd. Vett. *animadversos*, quia habent *possumus coniectare* sc. *deos*. Pessime Ed. Colv. *animadversas*.

QUAS EORUM] Florent. et Batav. *quibus eorum*. ELMENH. MSS. nostri, Merceri etc. Edd. Vett. omnes *quibus*. quod prave inmutavit Vulc. eumque sequentes Scal. Wow. Elmenh. in *quas*. Idem pro coniectura adscripserat *careant*. Frustra. *Curare* apud veteres saepe habet dativum. Vide I. F. Gronov. ad Gell. L. XVII. c. 9. *qui* rebus *eius absentis* curabant. Sciopp. Susp. Lect. IV. Ep. I. Broukhus. ad Tibull. I. 5, 33. Immo noster in Apol. *paucis curare* et inferius: *rebus meis curat*. Adi Scip. Gent. et Pricaeum ad p. 27. Infra de Deo Socr. p. 690. Ed. Flor. *certis potestatibus curant*. cf. et ad p. 674. Ed. Flor. Sic et L. XI. Met. *procurare subplicamentis*. de Phil. Mor. p. 602. Ed. Flor. *utilitati animae procurare*. ut leg. e MSS. de Mundo p. 744. *ordinibus curant*. ubi eodem modo contra MSS. peccatur. Macrob. L. V. S. Sc. c. 17. *Stabulo regio curantes*.

PROFANAE PHIL. TURBA INP.] f. *profana*. BRANT. Ed. Vic. *profane*. Aliae ante Vulcan. *profanae*. Male. quod vidit etiam Brant. nec melius *philosophiae* abest a Bened. *Profanus*, pro, expers sacris philosophicis, positum est cum Genitivo.

PRIVAE RATIONIS] Malim legi, *privata rationis*. consulendus Agellius lib. II. cap. 20. et Festus in *privus*. Nonius in *priva*. In eo quod post subditur de summo Deo *ipsum solum ab omnibus nexibus patiendi aliquid, gerendive, nulla vice ad alicuius rei mutua obstrictum:* in eo subdubito legine debeat, *ad alicuius rei munia obstrictum*. Vide Festum in *munus*. STEWECH. *priva verae rat.*] pro, *privata*. BRANT. Sic disertim Romanus, Ald. Membranae Brem. et Bas. I. Florent. et Exc. Bat. *prava verae r.* alii *privata v. r.* minus bene. ELMENH. Festi breviator Paulus: *privos privasque antiqui dicebant pro singulis, ob quam causam et privata dicuntur, quae uniuscuiusque sint*. Hinc et *privilegium* et *privatus*. Dicimus tamen et *privatum, cui aliquid est ademptum*. Plautus Pseud. A. 3. Sc. 3. *His discipulis privos custodes dabo*. Hinc *privata* potius quam *priva* hoc loco legendum videtur. potuit tamen Apuleius hanc vocem eodem sensu usurpare, quae est eius in abutendis vocabulis licentia. FLORID. MSS. Voss. Leid. Harlem. *prava*. Urs. *parva*. At *privum* sine dubio pro experte sumsit App. nam nimis audacter edidit Philomathes Pisanus *expers v. r.* Bened. autem *vero*. Ursin. *vera*.

CULTU.] V. C. *vultu*. VULC. Leid. *vultu*. ELMENH. Male.

INSOLENTISSIMO SPIRITU] V. C. *insolentissimos precii*. Minus recte, ut et quae sequuntur, *pars in contemtu tumida vel timida*. VULC. Assentior Fulviano codici legenti: *insolentissimo spretu Deos negl. pars in superstitione, pars in contemptu tumida*. Spretus, id est, contemptus. SCIOPP. *in Symb.* Non plane reiecerim Fulviani Cod. lectionem: *insolentissimo spretu*. Et illa: *omnes sed inscie metuunt*. Idem liber: *verissime metuunt*. WOWER. *Insolentissimo spretu*] Rom. et Ald. *insolentissimo spiritu*. ELMENH. *Spretu* tacite cum Wower. et Sciopp. reposuit ex Ursini Cod. Elmenh. pro vulgato *spiritu*, quod recte de insolentibus et animo elatis dicitur. Nihilominus cum in Cantabr. quoque sit *spto*, Voss. *spreto* et in Vulcan. libro *insolentissimos precii*, Harlem. *insolentissimos precum*, immo diserte in suis *spretu* legi mox testetur Mercerus, ego quoque *spretu* praefero. Passim in usu est *spernere Deos*.

DEOS NEGLIGIT] Male haec absunt ab Ed. Vulc.

PARS IN CONTEMPTUM, P. IN SUPERSTITIONEM TUM.] Florent. *p. in contemptu, p. in superstitione timida vel tumida*. ELMENH. Libri optimi ita habent, *pars in superstitione, pars in contemtu timida vel tumida*. quomodo et Florentinum et Vulcanii librum habuisse video. *Timida* ad superstitionem refertur, *tumida* ad contemtum. Male ergo fecerunt viri docti qui alterum sedibus suis eiecerunt. Ex iisdem libris iidem recte, *spretu*, quod et nostri praeferunt. MERC. Priores tres voces male exsulant ab Edd.

Deos, in sublimi aetheris vertice locatos, ab humana contagione procul discretos, plurimi, sed non rite, venerantur; omnes, sed inscie, metuunt; pauci, sed impie, diffitentur. Quos Deos Plato existimat naturas incorporales, animales, neque fine ullo, neque exordio, sed prorsus ac retro aeviternas, corporis 669
contagione suapte natura remotas, ingenio ad summam beatitudinem perfecto, nullius extrarii boni participatione, sed ex sese bonas, et ad omnia competentia sibi promtu facili, simplici, libero et absoluto. quorum parentem, qui omnium re-

Edd. Ald. et Iunt. pertinent ad eos, qui *scrupulosissimo cultu deos negligunt*. Ceterum Codd. Flor. Urs. Cantabr. Voss. Harlem. Vulcan. Merc. habent *superstitione* et *contemtu*. Optime. non enim quantitatem notat, sed caussam, cur sint timidi vel tumidi. de qua vi praepositionis *in* egi saepius supra. Porro *timida vel tumida* edidit primus Scaliger, habentque MSS. Florent. Voss. Mercer. Cantabr. pr. Agnoscunt quoque Elmenh. Scriv. qui uncis inclusere *timida vel*, Mercer. cum Cout. et Florid. In ceteris Edd. et MSS. solum *tumida*, vel solum *timida*, ut in Harlem. et Vulc.

DISCRETOS] Bat. Exc. *disertos*. ELMENH. Leid. Harlem. *disertos*.

SED INSCIE MET.] Fulv. lib. *Sed verissime m.* ELMENH. Item VV. LL. Burmanni.

QUOS DEOS PL. EX. NATURAS INCORPORALES] Floren. Bas. I. et Brem. *Quod eos P. natura i.* Wower. *quod Deos P. e. veros incorporales*. ELMENH. Pro *natura* quod in vulgatis est, reposui ex MS. Thuano *naturas*. FLORID. MSS. Cantabr. Voss. quoque *quod eos*. MSS. Thuan. Voss. Putean. Leid. Vulc. Harlem. Cantabr. et Edd. Vulc. Scal. Merc. Cout. Flor. *naturas incorporales*, *animales*. Recte. *Naturae* sunt τὰ *entia* sive existentia. In Edd. priscis et Wower. legas *veros* et sequentia *aeviternos*, *remotos*, *bonos* indigniore genere, uti certe deberet esse, si *natura* legamus cum MSS. Florent. et Brem. quod perperam retento feminino genere in textum recepere Elmenh. et Scriv. Lectioni *naturas* aliquantum obstant τὰ *suapte natura*. Nihilominus placet, nam MSS. femininum genus servant. Adi de talibus D'Orvill. in Vanno Crit. p. 172. Dein *aīcdis* in Bened.

NEQUE FINE ULLO] Corrupte Edd. Vett. *sine*. Hinc tamen Ald. Iunt. Bas. sec. Colv. *neque sine ullo fine*.

CONTAGIONE] Voss. *contagionis*.

SUA QUIDEM NATURA] MS. *suaque nat*. SCIOPP. in *Symb* Flor. *suaque natura*. ELMENH. *Suaque natura* libri omnes. non, *sua quidem natura*, ut in vulgatis possis scribere, *sua quoque natura remotas*; nisi velis minus eleganter ab Apuleio scribtum, pro, corporis contagione eiusque natura remotas. MERC. Lege meo periculo *suapte*. FLORID. Edd. ante Elmenh. *Sua quidem nat*. Sed MSS. Voss. Thuan. Florent. Harlem. Vulc. Cantabr. Merc. *suaque*, ut edidere Elmenh. Scriv. Merc. et Cout. si̇e ullo sensu. Recte Floridus et Th. Sellius Observ. Add. ad p. 26. *suapte*. Vide omnino ad Lib. IX. Met. p. 642, a.

ING. AD S. BEAT. PORRECTO] Rom. edit. *provecto*. COLV. ELMENH. *Perfecto* reposuit Vulc. cum seqq. ut habent Harlem. et MSS. multi, si excerptis fides. Cantabr. cum Edd. vett. *provecto*. Voss. et Var. Lect. Burm. *perrecto*. Edd. Bas. Colv. *porrecto* i. e. late extenso, et summae beatitudinis capacissimo, eiusque tantum terminis incluso. Belg. *het verstand reikt zoo ver*. Non male. In Bened. est *protecto*.

EXTRARII] Ben. *contrarii*. Male.

PARTICIPATIONE] Cantabr. pr. *participationem*.

EX SESE BONAS] Florent. *ex se bonas*. Harlem. et MSS. Mercer. *ex sese bona*. Cantabr. Voss. *ex se bona*. Vulcan. et alii *ex sese bono*. Edd. priores *ex bono*. Wow. *ex sese bonos*.

AD OMNIA] Caret τῷ *ad* Bas. pr. et *sibi* abest Edd. ante Vulcan.

PROMPTO NUTU] MS. habet, *promptu*, pro *prompto nutu*. SCIOPP. *in Symb.* τὸ *nutu* non est in Flor. et Brem. Bas. Ald. Rom. *prono nutu* legunt. ELMENH. *promto*] Vulgabatur *prono nutu*. At libri *promtu*, quod proclive fuit mutare in *promto*. Caussa mutandi fuit, quia non videbant quo referrent illa adiuncta, *facili*, *simplici*, *libero*, *obsoluto*. unde etiam origo mendae in libris scribtis, qui omnes habent *bona*, non *bono*. At illa omnia referuntur ad illud supra, *ingenio*; quod dicit ad summam beatitudinem perfectum, non participatione ullius extrarii boni, sed bonum ex sese, et ad omnia competentia sibi promtum, facile, simplex, liberum et absolutum: prorsus ut infra de Socrate: *ut pote vir adprime perfectus ex sese ad omnia congruentia sibi offi̇cia promtus*. MERC. *Promptu facili* MSS. pler que, ut reposuere Elmenh. Scriv. Flor. ut *in promtu esse*, *habere*. Edd. primae *prono nutu*. Vulc. Scal. Wow. *prompto nutu*. Merc. *prompto* atque ita MSS. Harlem. et Vulc. In Var. Lect. Burm. *promtu nutu*.

rerum dominator atque auctor est, solutum ab omnibus nexibus patiendi aliquid gerendive, nulla vice ad alicuius rei munia obstrictum, cur ego nunc dicere exordiar? cum Plato coelesti facundia praeditus, aequiparabilia Diis immortalibus disserens, frequentissime praedicet, hunc solum maiestatis incredibili quadam nimietate et ineffabili, non posse, penuria sermonis humani, quavis oratione vel modice comprehendi; vix sapientibus viris, cum se vigore animi, quantum licuit, a corpore semoverunt, intellectum huius Dei, (id quoque interdum, velut in artissimis tenebris, rapidissimo coruscamine lumen candidum) intermicare. Mis-

ABSOLUTO] Sic Cantabr. Voss. Harlem. Palat. cum Edd. Vulc. Wow Merc. Cout. Aliae *et absoluto.* Harlem. *absolvit.* Voss. *obsoluto.*

CUR EGO N. D. E.] Male in omnibus scribtis et editionibus haec separabantur a superioribus, tanquam initium novae periodi; scribtumque erat, *cur ergo.* nam sane uno ductu legendum, quomodo excudi iussimus: *quorum parentem* etc. *cum ego nunc dicere exordiar?* MERC. Sine sensu editores Vulcanio priores ante τὸ *cur* ponebant τελεῖον στίγμα: quo fiebat, ut *parentem* sine verbo poneretur. Cantabr. Harlem. Voss. *parentumque o.*

SOLUTUM] Edd. ante Vulcan. *solum.*

NULLA VICE AD A. R. MUNIA OBSTR.] Flor. *N. v. ad a. r. mutua o.* ELMENH. *Mutua* habent libri scribti et antiquae editiones, prorsus bene. hoc est, mutationis expertem, ut superiori clausula expressit τὸ ἀπαθές. Male recentiores omnes, *munia.* MERC. Exponit Floridus *nullo ordine obligatus:* quod non capio. Sic tamen MSS. O. Verum pro *munia*, quod primus e margine sui Cod. vel Stewechii emendatione recepit Vulc. habent MSS. Cantabr. Florent. Harlem. Voss. Merc. aliique et Edd. priores *mutua.* Forsan *mutua munia* scripserat auctor. Quod si sit, recte intelligo, quid sit *nulla vice:* ut scilicet ad Deorum parentem nullae vices obeundi munia deveniant, quae ceteri Dii *mutua* inter se exercent. Alioqui *nulla vi* deberet legi, ni fallor. [Plur. *mutua* absolute etiam est apud Plaut. Pers. V. 1, 14. *mutua fiunt a me.* — I. B.]

CUR EGO] Qui tanto minor sum Platone. Male autem MSS. plerique, item Edd. Aldi, Vulc. Scal. Elm. Scriv. habent *ergo.* Correxit iam Merc. [Sed denuo recepit Ed. Bip. — I. B.]

EXORDIAR] Ed. Vicent. *exordiare.*

COELESTI] Edd. Vicent. Bas. pr. *lesti.*

INCREDIBILI Q. NIM. ET INEFF.] Harlem. Vulc. cum Edd. Vulc. Wow. *incredibilis q. nim. ineffabili.* non male. *Et* uncis inclusit Scriv. Bened. *quedam.*

PLATO etc.] August. de Civit. Dei lib. 9. cap. 16. et Maximus Tyr. dissert. 1. ELMENH.

COMPREHENDI; VIX SAP. VIRIS] Locum intricatum recte restitui. WOWER. *A sap. v.*] Tolle *a*, suadente MS. Thuano. FLORID. Male olim ante Wower. iungebant *comprehendi vix sap. viris*; immo praepos. *a* inculcaverunt contra MSS. Vulc. Scal. Elmenh. et Scriv. Patet ex Augustino, qui habet *vix autem*, τὰ *sapientibus viris* pendere a sequenti verbo *intermicare:* ut bene Augustini locum cepit Vives, et hinc Wowerius post *Dei* non per : sed per , recte distinxit. Ineptissime Floridus supplevit sensum verbo *vix sapientibus viris obtingere intellectum.* Hoc modo locus est distinguendus cum Mercero, *comprehendi; vix sapientibus viris, cum se vigore animi* etc. *semoverunt, intellectum huius Dei* (*id quoque* etc. *candidum*) *intermicare.* Non opus ergo cum Wower. et Colv. contra MSS. scribi *et id quoque.*

A CORPORE SEMOVERINT] B. Augustinus lib. IX. de Civitate Dei multa contra Platonicos Philosophos de Diis Daemonibusque disputat: et saepius ex hoc nostri scriptoris libro quaedam laudat: unde quoque nonnullos locos, commodius ibi legi visos, hic restituimus. Porro hic locus istius libri Augustiniani cap. XVI. sic scriptus est, *a corpore removerint:* in Margarita poëtica, *a c. moverint.* COLV. Alii *moverunt.* August. *removerunt.* Brem. *admoverunt.* Ald. et Rom. *semoverint.* ELMENH. Edd. vett. *semoverint.* MSS. Florent. Harlem. Voss. Vulc. Merc. eiusque Ed. et Wower. *moverunt*, ut sit simplex pro composito. Vide Merc. supra ad pag. 664. Ed. Florid. In Cantabr. *moveri.* Hinc aliquando cogitavi legendum sine reciproco *se*, *comprehendi vix sapientibus viris intellectum huius Dei cum a corpore semoverunt.* sive, cum omnem corpoream cogitationem de hoc Deo a se amoverunt. Verum omnino in priore distinctione acquiescendum, nec coniecturis hic indulgendum, patet e seqq.

VIGORE] Cantabr. Voss. *vigori.*

VELUT] Cantabr. Voss. Harlem. *vel.*

ALTISSIMIS TENEBRIS] Sic emendavi ex eodem B Augustino. Vulgo erat, *arctiss. teneb.* Altissimam caliginem ita dixit Arnobius lib. II. *Et caligine in altissima constitutis cognitionis lumen immitteret.* COLV. August. cum Colvio al-

Missum igitur hunc locum faciam, in quo non mihi quidem tantum, sed ne Platoni quidem meo quiverunt ulla verba pro amplitudine rei suppetere: ac iam in rebus mediocritatem meam et quidem longe superantibus, receptui canam, tandemque orationem de coelo in terram devocabo. in qua praecipuum animal 670,
homines sumus. quamquam plerique se, incuria disciplinae, ita depravarint, omnibus erroribus ac piacularibus sceleribus imbuerint, et prope exosa mansuetudine

altissimis; ut dicitur *alta caligo*, *alta nox* etc. passimque hae voces confunduntur. Sed vulgatum damnare non ausim, pro densissimis. Sic *artiores silvae* apud Caesar. L. VII. B. G. cap. 18. et Sueton. Ner. c. 46. *trahi se in artissimas tenebras*. ubi ait Burman. hic variari in MSS. nescio quibus, praeter Augustini, et librum, cuius Var. Lect. margini Ed. Floridi allevit Burm.

Rapacissimo corusc.] Reposuit ex veteribus libris Vives, *rapidissimo corus.* et rectius Colv. Roman. et Bas. 1. *rapacissimo*. Elmenh. *Rapidissimo* habent constanter MSS. O. etiam apud August. ubi ante Vivem et hic ante Vulcan. vulgo legebatur *rapacissimo.* quae voces saepe in MSS. permutantur. Adi ad Frontin. I, 6, 2. *Rapidus* de igne et lumine celerrimo obvium. Ovid. Rem. Am. 700. *Nec* rapidas *ausim tinguere in amne faces*. ubi vide.

Quidem] Bened. *quod.* Abest Ed. Colv.

Quiverunt] Edd. ante Vulcan. *valuerunt.*

Ac iam rebus] Foede haec contaminata erant in omnibus editionibus; in quibus, *quid igitur faciam in rebus*: at illa, *quid igitur*, in nullis scribtis libris comparent; qui omnes habent, *faciam rebus mediocritatem meam inlonge superantibus.* Veram lectionem restitui reiecta prima litera, *ac iam rebus m. m. inlonge superantibus receptui canam.* Merc. *ac iam in rebus*] Ita inveni manu correctum in meo exemplari Elmenhorstiano, pro eo quod est in vulgatis, *quid igitur faciam* etc. quod ideo amplexus sum, quia iam supra interrogatio similis praecessit, cui suam coepit addere subiectionem. *Missum igitur* etc. Florid. Iuvant sane Harlem. Voss. Cantabr. pr. et MSS. Merceri non agnoscentes *quid igitur*: immo in Bened. pro *q. i. fac.* solum scribitur *et.*

Receptu canam] Basil. 2. *receptum canam.* male. Elmenh. Item in Var. Lect. Burm. Ed. Bas. sec. et Vulcan. ut apud Ovid. L. I. Met. 340. *et cecinit iussos inflata* receptus. ubi vide Heins. et Burm. sed Historici passim dicunt *receptui canere.*

In rebus] Deest *in* a Bened. Voss. Harlem. et MSS. O. Merceri, qui hinc bene emendavit *ac iam rebus.*

Et quidem longe] Cantabr. pr. Voss. Harlem. et MSS. Merceri, ipso probante, *inlonge.* Male. cf. ad Met. L. III. p. 226, b.

Bellae disc.] τὸ *bellae* delet Florent. Brem. Ald. et Rom. Elmenh. *Bellae disciplinae*, quod Vulcanius e suis addidit, inveni in uno Cuiaciano: aliis bene aberat, ut et Florentino abfuisse notat Elmenhorstius. Nolui etiam libros sequi, quamvis omnes habeant, *erroribus ac piacularibus depravaverint*, *sceleribus imbuerint*; prorsus inverso ordine. Merc. *Bellae* deest in MS. Thuano. Florid. Apage istud *bellae*, intrusum e suo Cod. a Vulcanio, licet agnoscat quoque Cantabr. pr. Non convenit huic loco; ubi de re gravi et seria agitur: quare eam quoque reiecere recte Wower. Merc. Cout. uti exsulat a MSS. ceteris, et Edd. prioribus.

Piacularibus scel. praebuerunt] Fors fuit emendandum, *piac. sceleribus polluerunt.* Cicero Philippica XI. *Ut is qui omnia Deorum hominumque iura novo, inaudito, inexpiabili scelere polluerit.* Colv. *ac piacularibus depravarunt, scel. imbuerunt*] Sic Membran. Florent. Excerpta Batav. et Bremens. Leidensis: *A. p. erroribus depravaverint s. incubuerint.* Aldus et Rom. *c. d. piacularibus sceleribus praebuerunt.* Elmenh. *Incubuerunt*] forte *imbuerunt.* Vulc. Recipi in contextum Vulcanii coniectura potuit et scribi: *imbuerunt.* Sic enim habet Fulvii liber. Sciopp. *in Symb.* MS. Florent. *o. err. ac piacul. depravarunt scel.* Leid. Cantabr. uterque Voss. Harlem. Brem. Merc. *o. err. ac piacularibus depravaverint sceleribus imbuerint et effecerint.* unde primum suspicor verbum *depravare* e Glossa verbi *imbuere* in textum irrepsisse; praesertim cum in Harlem. sit *in omnibus.* dein *quamquam* suo more cum subiunctivo construxisse auctorem. Vide ad Flor. N. 1. Temere autem Elm. Scriv. Florid. hoc ordine edunt *depravarunt o. err. ac p. sc.* Porro *imbuerunt* vel, ut dixi, *imbuerint* habent MSS. O. etiam Ursini; ut bene primus exhibuit Wow. Male Vulc. cum Scal. dederunt *incubuerunt.* Rectius Colv. e vulgata ante scriptura *praebuerunt* coniecerat *polluerunt.* Sed *imbuere* elegans est, et obvium tam in malam, quam bonam partem. Vide ad Catal. Burm. p. 514. Imbuit *infami pectora nostra malo.*

Exesa] In Marg. poët. *exesa.* Colv. f. *excussa*, vel *exuta.* Brant. Quid si legas *exesa*?

dine generis sui immane efferarint, ut possit videri nullum animal in terris homine postremius. Sed nunc non de errorum disputatione, sed de naturae distributione disserimus.

Igitur homines ratione plaudentes, oratione pollentes, immortalibus animis, moribundis membris, levibus et anxiis mentibus, brutis et obnoxiis corporibus, dissimillimis moribus, simillimis erroribus, pervicaci audacia, pertinaci spe, casso labore, fortuna caduca, singillatim mortales, cunctim tamen universo genere perpe-

sic omnino scriptum fuisse nullus dubito. FLORID. *Exesa* i. e. consumta, ut in MS. Sangerm. Colum. L. II. cap. 10. p. 64. Ed. Gryph. *Exedi* metaphorice dicitur animus, sed an *mansuetudo* dici possit *exedi*, vehementer dubito. Quare non refragor Florido cum Margarita poëtica legenti *exosa*; licet exempla huius participii in passiva significatione admodum rara sint. Gell. N. A. L. II. c. 18. *Non omnes omnimodis Diis exosos esse.* vel ut apud Macrob. L. I. Sat. c. XI. legitur *non omnimodo Dis exosos esse.* Verum in MSS. haec apud Gellium non leguntur: et I. Fr. Gronov. legi vult *Deos.* Avian. Tab. II. vs. 13. Exosae *post haec documenta quietis.* quod mutare contra omnes MSS. in *exosus* ut auctor suus Latinius loquatur, male tentat doct. Cannegieterus. Verum et in Glossis *Exosus* μεμισημένος.

GENERIS SUI] Abest *sui* ab Ed. Floridi.

POSSIT VIDERI] Cantabr. *posset.* et Harlem. *videre.*

POSTREMIUS] Bened. *postremus.* et pro *errorum* Harlem. *erroris.* Lips. *earum dispunctione.*

SED DE NATURAE DISTRIBUTIONE] Haec male omittit Aldus. ELMENH. Item Cod. Bened.

DISSERAMUS] Flor. *disseremus.* ELMENH. *Disserimus* scribendum, non ut vulgo, *disseramus*, nec, ut scribti omnes, *disseremus.* MERC. Cantabr. quoque et Voss. et Harlem. cum Ed. Elmenh. *disseremus.* Bened. *disserimus*, ut vere coniecit Mercerus. [Hinc igitur firmatur coniectura initio huius Lib. proposita: *secundum Deos summum, mediam, infimam.* — I. B.]

RATIONE CLUENTES] Hoc malui, quam quod editum ubique erat, *plaudentes.* ita enim esse testatur in suis libris Lo. Vives ad cap. VIII. lib. IX. de civitate Dei. ubi hic locus citatur. Sed etiam legi notat, *oratione gaudentes.* COLV. Malim: *ratione pollentes*, *oratione plaudentes.* Quamquam libri D. Augustini lib. IX. cap. VIII. de civit. Dei vulgatae consentiant. WOWER. Magis placet edit. Basil. *ratione plaudentes.* BRANT. *Ratione plaudentes*, *oratione pollentes*] Ita hic locus legitur apud August. de Civ. Dei lib. 9. cap. 8. Colv. *r. cluentes.* Lud. Vives *r. gaudentes.* Wower. inversis verbis *r. pollentes*, *oratione plaudentes* emendandum arbitratur. ELMENH. *Ratione plaudentes*, *oratione pollentes* constans est MSStorum lectio; nisi quod in Bened. sit *pludentes.* Apud Augustin. Vives in MSS. invenit *cluentes*, quod recepit Colv. repugnante iam Brantio. Male autem Vives formavit a *cluo:* quasi id sit *pugno.* Hoc enim non notat τὸ *cluo*; sed *purgo*; ut docet Plinius L. XV. c. 29. cuius veteribus Edd. deceptus est Vives; ibi enim olim edebatur *pugno.* Si sana haec foret lectio, non posset notare nisi *insignes:* quae mera est glossa verbi *plaudentes* sive sibi gratulantes, quod ratione sint praediti. Sic passim *sibi plaudere.* Bas. pr. Ed. non agnoscit *ratione.* Aliorum coniecturae sunt *prudentes*, *potentes*, *callentes.* Frequens est *pollere eloquio.* V. Wass. ad Sallust. p. 317. *facundia pollens.*

MORIBUNDIS M.] *Et mor.* Bened. *moribundos* Edd. Ald. Iunt.

ET ANXIIS MENT.] Margar. poët. *et annexis mentibus.* COLV. Abest *et* a Bened.

DISSIMILLIMIS] Augustin. *dissimilibus.*

SIMILIBUS ERR.] *Et sim.* Edd. Ald. Iunt. *simillimis* Edd. Elmenh. Scriv. Flor

PERVICACI] Voss. *pervicacia.*

CASSO LAB.] Vitiose Edd. quaedam August. *crasso.* V. ad Flor. N. 17.

SINGULATIM] In B. August. *singillatim*, ibid. et etiam lib. XII. cap. X. *sigillatim.* Dixi ad Florida. COLV. Rom. *singulatim.* ELMENH. *Singillatim* MSS. at Edd. Vic. Bas. Colv. *singulatim.* Vide supra ad Flor. N. 9. Vitiose Ald. Iunt. *sigillatim.*

CUNCTIS] Iacio aleam, videbo an cadet ex animi mei sententia: *singulatim mortales*, *cunctim perpetui*, *vicissim*, *sufficienda prole mutabiles*, quae omnia, praeter alias circumstantias multas, Philosophorum opinio naturae humani generis adhibuit. Videndus Plato 4. de legibus. Festus in *Cuncti.* STEWECH. *Cunctim*] Vulg. *cuncti.* Emendatio haec ab eodem Augustino est, qui sic laudat hunc locum duobus illis iam a nobis notatis locis. nec aliter coniecit Canterus noster. COLV. Colvius *cunctim perpetui vicissim s. p. mutabiles.* Vid. Plato 4. de Legibus. ELMENH. Ald. Iunt. *cunctis.* Vives et Canter. cum Lipsio, Colv. et Stew. *cunctim.* quod et reposuit Vives apud August. XII, 10. nam ante eum utroque in loco August. edebatur *cuncti.* Sed *cunctim* hic diserte habet Cod. Harlem. recte,

petui, vicissim sufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda sapientia, cita morte, querula vita terras incolunt. Habetis interim bina animalia: Deos ab hominibus plurimum differentes, loci sublimitate, vitae perpetuitate, naturae perfectione, nullo inter se propinquo communicatu; quum et habitacula summa 671.
ab infimis tanta intercapedo fastigii dispescat, et vivacitas illic aeterna et indefecta sit; hic caduca et succidua: et ingenia illa ad beatitudinem sublimata sint; haec ad miserias infimata. Quid igitur? nullone connexu natura se vinxit, sed in divinam et humanam partem sectam se et interruptam, et veluti debilem passa est?

te, ut respondeat τοῖς *singillatim*, *vicissim*. Vide ad Flor. N. 9. *singulatim*, *cunctim*.

QUERULA] Prave Ed. Scal. *quaerula*.

TARDA SAPIENTIA] Unde et Plato beatos homines pronunciat, qui etiam in occidua senectute sapientiam assequuntur. ELMENH.

INTERIM] Ridicule Cantabr. *interra*.

BINA ANIMALIA] Hic locus totus est apud eumdem August. eiusdem libri cap. XII. COLV. ELMENH, fort. *viva an*. VULC.

COMMUNICATU] Fulvii liber *concomitatu*. male. ELMENH. Cantabr. *municatu*. Vulgatis consentit August.

EA HABITACULA] Ex Ursini libro tacite sic edidit, cum Scriv. Flor. Elmenhorstius, cui accedunt Harlem. Voss. et Cantabr. uterque. Sed abest τὸ *ea* a 2 Codd. Lindenbrogii. In Edd. prioribus item Merc. et Cout. et August. L. IX. c. 12, Prisciano p. 885. editur *cum et habitacula*; melius pro genio Appuleii, qui amat Polysyndeton, ut monui saepius. V. Ind. Not. Bened. *habicula*.

AB INFIMIS] Deest *ab* in Harlem. Voss. et Cantabr. utroque, atque Edd. Merc. et Cout.

DISPESCANT] Id est, distent: ut accipitur a Prisciano lib. X. ubi hic locus in medium adducitur. Non ita Augustinus, sed: *Cum et habitacula summa ab infimis tanta intercapedo fastigii dispescat*. COLV. Priscianus et Edd. ante Vulcan. *intercapedine dispescant*. neutraliter pro *distent*. Sed MSS. O. cum August. *intercapedo dispescat*. nec video caussam, cur ab ea lectione recedamus. Adi ad Flor. N. 15. *nec ab ea multo pelagi* dispescitur. Salmasius tamen Plin. Exerc. p. 563. accedit Prisciano, et MSS. vulgares corruptos pronunciat.

SUBCISIVA] In August. *succisiva*. ubi alias legi notat Vives, *succidua*. COLV. August. legit *succisiva*. Bremens. *successiva*. ELMENH. Voss. *subsciva*. Edd. vett. et MSS. aliquot *subsiciva*; quae passim permutantur. Sed de his alibi. Verum recte advertit Salmas. Plin. Exerc. p. 515. id verbi hic locum habere non posse. Opponit naturam Deorum *aeternam* et *indefectam*, ac hominum *caducam*, sed vicissim *sufficienda prole mutabilem*, non vero *interruptam*, ut exponunt vulgo. Salmas. ergo effingit novam vocem inventam a se, ut ait, in MS. *substitiva*, quae substituuntur in locum demortuorum. Sed tum praeferrem lectionem Cod. Bremens. *successiva* eodem sensu, quo *substitiva*. Eleganter Lactant. de Opif. Dei c. 12. *duos sexus maris ac feminae machinatus est*, *quibus inter se copulatis* successiva *proles pareretur*, *ne omne genus viventium conditio mortalitatis exstingueret*. At aliud quid latet. Nam Vives in MSS. Augustini reperit *succidua*. Vere. non ut notet vulgari significatione (de qua vide Cl. Burm. ad Ovid. L. VIII. Metam. vs. 364. et L. X. vs. 458. *Poplite* succiduo *genua intremuere*) labantem et defectam, opponaturque τῷ *indefecta*: huic enim opponitur τὸ *caduca*: sed ut notet *successivam*, *succedaneam*. Nam in Glossis: *succiduus* διάδοχος. Et sic clare Oros. L. VI. c. 10. *cum iam* VII *dies noctesque* succidui *hostium cunei pugnarent*. quo sensu forsan sumi posset Alcimi Aviti locus L. I. vs. 8. — *qui semine mortis Tollis* succiduae *vivacia germina proli*. Auson. de Rosis, 47. *Sed bene*, *quod paucis licet interitura diebus* Succedens *aevum prorogat ipsa suum*.

ET INGENIA] Edd. ante Vulcan. carent copula. Mox pro *sint* Harlem. *sunt*.

INFIMATA] Sic recte Rom. Aldus, Augustinus et MS. Bremensis. in Florent. et Leidensi est, *infirmata*. male. Verbo *infimare* bene respondet τὸ *sublimare*, atque ita loquitur Lib. I. Metam. *Manes sublimare*, *Deos infimare*. ELMENH. ubi vide. *Infirmata* habent etiam Voss. Cantabr. Harlem.

QUID IGITUR N.] Harlem. *qui igitur ullone*.

NATURA SEIUNXIT] Legerim, *in se iunxit*. BRANT. Bene Vulc. cum seqq. et MSS. *natura se vinxit*.

SEIUGATAM ESSE ET INTERRUPTAM] MS. *hum. p. cam ipse et interruptam ac vel.* SCIOPP. *in Symb.* Repone ex scripto: *seiugatam*, *campse*. WOWER. *Seiugatam esse* delet MS. Bremens. Florentin. pro *seiugatam*, *campse* legit. ELMENH. Et hunc locum foedissime corruptum minima mutatione restituimus: ante enim nullo sensu legebatur: *sed in divinam et humanam partem seiugatam esse et interruptam et veluti*

de-

est? Nam, ut idem Plato ait, nullus Deus miscetur hominibus. sed hoc praecipuum eorum sublimitatis specimen est, quod nulla adtrectatione nostra contaminantur. Pars eorum tantummodo obtutu hebeti visuntur; ut sidera: de quorum adhuc et magnitudine et coloribus homines ambigunt. ceteri autem solo intellectu, neque prompto, noscuntur. Quod quidem mirari super Diis immortalibus nequaquam congruerit; quum alioquin et inter homines, qui fortunae munere opulenti elatus, et usque ad regni nutabilem suggestum et pendulum tribunal

debilem passa est: Libri scribti, *partem campse et interruptam*; alii, *carapse*; alii, *camse.* Omnino scribendum, ut edidi, *inter divinam et humanam partem cassam se et interruptam ac veluti debilem passa est:* nisi quis malit, *vacuam:* sed praefero *cassam*; quae vox minus intellecta corrumpendo loco fuit. Cassum est vacuum, fractum, interruptum; ut supra, *cassa fulgoris*, pro, vacua sive expers fulgoris. Vox frequens Appuleio. Merc. Cum vulgo ederetur *seiugatam esse et interr.* Wower. reposuit *seiugatam eampse et interr.* Scriyer. vero et seqq. delerunt *τὸ et* contra MSS. Verum nec *seiugatam esse* agnoscunt Codd. quorum Brem. habet nihil, Harlem. vero *eamque.* At Florent. Cantabr. uterque cum Merceri Codd. *campse* Ursin. Vulcan. *eampse*, quod apud Plautum occurrit pro *eam ipsam*: sed debuit auctor dicere *se ipsam.* Quoniam ergo in MSS. tantum non omnibus *τὸ seiugatam* non comparet et Merceri Codd. etiam dent *carapse* vel *campse* forsan simpliciter scribendum *sectam se et interr.* Appuleio tamen frequens est *seiugatus.* An ergo *seiugatam sectamque se et interr.* vel *seiugam sectamque se.* ut contra in fem. gen. *coniuga* saepe Appuleio. *Seiugis* hoc sensu apud Solin. c. 4. seiuges *gentes coniugasse.*

Ac veluti] Ita MSS. Cantabr. uterque Voss. Harlem. Ursin. Ed. Merc. Cout. non ut vulgo *et veluti.*

Nullus D. misc. hom.] Symposio: Θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται. Colv. Vide Platon. in Convivio fol. 203. et Augustin. de Civit. Dei lib. 9. cap. 16. Elmenh. Bene monuerunt docti haec esse e Symposio Platonis. Merc.

Praecipuum] Bened. *principium.*

Hominibus] August. L. IX. cap. 16. *homini.*

Contractione] Lego, *contactione* vel *contrectatione*, aut, *attrectatione.* quemadmodum B. August. lib. VIII. cap. XVI. etiam legisse videtur. Sic infra: *Neque illos sacris rerum humanarum, sed a contrectatione sola removi.* Colv. Rom. Bas. I. August. *contractione.* Elmenh. *Adtrectatione* recte seposuit Vulc. et seqq. nam consentiunt MSS. plerique, item Augustinus et auctor de Mundo p. 738. Ed. Flor. *summam illam potestatem neque indecore* adtrectantem *cominus cuncta.* Olim edebatur *contractione*: unde Colv. et Acidalius ad Velleium divinarant *contactione:* quod minus bene olim mihi placuit ad Lucan. L. V, 91. *Contactumque ferens hominis.* rectius esset *contrectatione:* ut cuivis facile incidere potest, exstatque in Var. Lect. Burm. et paulo post p. 674. Ed. Flor. et apud Augustin.

Contaminantur] Sic quoque August. et MSS. plerique. At Cantabr. uterque Voss. et Edd. ante Vulcan. *contaminatur.* sc. sublimitas. Non placet.

Tantummodo] Edd. ante Vulcan. *tamen.*

Et magn. et color.] Prave Bened. *magn. et color.*

Ceteri a. solo intellectu n. p. noscuntur] Ut dii maiorum gentium, sed quibus non adtributa sidera, ut prioribus. Est autem haec emendatio egregia Vulcanii, cui consonant maxima ex parte Codices. Antea excusum *coelo a. soli intellecta n. p. nosc.* sine sensu. *Ceteri* est in MSS. O. nisi quod Florent. et Voss. *celeri.* Sed *sola intellecta* iidem et Cantabr. uterque. In Harlem. *solo intellecto.* Dein *nascuntur* Florent. Bened. et Voss.

Super Diis] Edd. ante Vulcan. *super his.*

Congruerit] Edd. Bass. Colv. *congruit.*

Alioquin] Voss. et Ald. *alioqui.*

Munere opulenti] Ita libri nostri, non *opulentia.* Opulens, tis, fecit a verbo Opuliscere, ut cetera participia a similibus verbis. Infra: *Omnia adfluentia, omnia opulentia.* Inde est *opulenter*, in loco Plauti apud Priscianum. Cornel. Nepos in Chabria: *neque animo aequo pauperes alienam opulentum intuentur fortunam.* Ubi notant ad eandem formam in Horatio, *violens Aufidus* et *victor violens.* Mox scribsi, *raro aditur*, Vulcanii coniecturam secutus, quamvis ceteri libri scribti et editi habeant, *aditus*; minus recte. *Nutabilem* etiam malim cum viris doctis, quam cum libris, *mutabilem*; quod tamen defendi posse non abnuo. Merc. Recte *opulenti* e suis Codd. quibus accedit Harlem. legendum monuit Merc. *a* intrusum, quia librarii

ſtal evectus est, raro aditus, longe remotis arbitris, in quibusdam dignitatis suae penetralibus degens. Parit enim conversatio contemtum, raritas conciliat admirationem. Quid igitur, oro te (obiecerit aliqui) post istam, coelestem quidem, 672.
sed paene inhumanam tuam sententiam faciam? si omnino homines a Diis immortalibus procul repelluntur, atque ita in haec terrae tartara relegantur, ut omnis sit illis adversus coelestes Deos communio denegata; nec quisquam eos e coelitum numero velut pastor, vel equiso, vel bubsequa seu balantium, vel hinnientium, vel mugientium greges intervisat, qui ferocibus moderetur, morbi-

tii quidam *e* vocales per diphthongos scribebant: ut hic Cod. Voss. *opulenti aelatus.* in quo etiam *aelementum* pro *elem.*

Mutabilem suggestum] Bene Canterus, *nutabilem sugg.* Nam supra lib. IV. Milesiarum: *Inopinato pulsu nutantem ac pendulum.* Colv. Sunt qui legant: *nutabilem.* Wower. Vulgo, *mutabilem s.* supra: *humilia sublimare, nutantia fulcire.* August. de Civ. Dei L. I. c. 1. *cacumina temperali mobilitate nutantia.* Eucherius ad Valerianum *nutant celsa fastigio.* Elmenh. Bene emendasse Canterum, probant MSS. Florent. et Cantabr. et merito in textum recepere Elmenh. Scriv. Flor. Sic *nutantes domus* sive vacillantes Lucano et aliis.

Aditus et] Emendo, *aditur.* Vulc. Supple *sit*, ita ut *aditus* participium passivum sit verbi *adeo*, et, *raro aditus sit*, idem sit ac *raro adeatur.* Florid. Durissima haec est lectio *aditus.* Sed Wower. et Coutur. tacite ediderunt *aditur*, ex coniectura Vulcani, quod placuit etiam Mercero, sed MSS. O. *aditus.* Quid si legamus *aditus det*, *l.* etc. passim *dare*, *praebere aditum* is dicitur, qui facile quemvis ad se admittit, ut saepe apud Ovidium.

Arbitris] Rom. Venet. Ald. *arbitriis*: id est, *arbitris:* ut Ministeria, id est, ministri, et talia id genus. Colv. MS. Bened. cum Edd. primis *arbitriis.* Vide ad Met. L. I. p. 52, a.

Ipsa rebus] In MS. deest vox *ipsa.* Sciopp. *in Symb.* Dele has voces iubentibus membranis Flor. Bremens. et Fulvianis. Elmenh. MS. Thu. non habet *ipsa rebus.* Florid. Expunxi cum Merc. et Cout. has voces fide MSS. trium Lindenbr. item Voss. Cantabr. utriusque et Harlem. A Fulviano abest quoque *ipsa*; quod hinc tacite induxit Wower.

Orator obiecerit aliquis] Ita et Fulvii alter legit. nisi quod pro *aliquis* habet, *alicui.* Magis autem placet alterius libri lectio: *tuam sententiam faciam.* Sciopp. *in Symb.* Flor. *aliqui.* Elmenh. Libri, *aliqui*, vel, *aliquid.* Mihi non facile eripietur, totum hoc esse scioli cuiusdam additamentum, scriptumque ab Appuleio: *Quid igitur, oro te, quid post istam caelestem quidem, sed paene inhumanam sententiam faciam?* Sane *faciam* libri omnes, non *patefaciam.* Merc. Ego malim cum Gronovio Obs. in Eccles. auct. c. 21. p. 231. rescribere *Oro te, obiecerit aliqui.* Ultimum enim clare Florent. Harlem. Voss. cum Merceri aliquot Codd. In Vulcan. et uno Fulv. *alicui.* Vide ad Flor. N. 1.

Post istam] Inepte Edd. ante Vulcan. *primo istam.*

Faciam] *Patefaciam* fere libri omnes, sed tamen scribendum: *faciam.* Wower. *Faciam* Flor. Bat. et Puteani Excerpta *missam faciam*, Leidens. et Basil. 2. *patefaciam*, male. Elmenh. *Faciam* bene rescripsit primus Wower. licet male pronunciet, in plerisque libris esse *patefaciam.* Id enim non comparet nisi in altero Fulviano et Vulcan. Cod. qui cum Scaligero sic edidit, cum antea exprimeretur *missam faciam.* Reliqui omnes modo *faciam.* Forsan ex *pate* fieri posset *rite.*

Repelluntur] Vulgo *pelluntur.* Elmenh. Var. Lect. Burm. cum Ed. Scal. *pelluntur.*

Tartara] Harlem. *tarta.*

Nec quisq. etc.] Cantabr. Harl. Edd. ante Vulcan. *ne quisq.* Praepos. *e* abest ab Harlem.

Equiso] Flor. *Equitio.* Rom. et Aldus *Equisio.* Bas. 2. *equisitio.* Elmenh. Cantabr. uterque et Voss. *equitio.* Harlem. et Edd. ante Bas. sec. *equisio.* MS. Vulc. et Edd. Bas. sec. Vulc. Scal. *equisitio.* prave. Vide ad Met. L. VIII. p. 473, a.

Bobsequa] Rom. *bubsequa.* Bremens. *Busseca.* Bas. 2. Excerpt. Bat. et Puteani *Bosequa.* Elmenh. Cantabr. Voss. Edd. Ald. et Iunt *busequa.* Harlem. Leid. et Vulc. Ed. *bosequa.* Edd. Scal. Elm. Scriv. *bobsequa.* Vide itidem ad Met. L. VIII. p. 505, a.

Seu balantium vel] Vulc. cum seqq. praeter Wower. minus bene reposuit *ceu* i. e. quasi, velut; nam id iam praecesserat. Ita tamen videtur esse in MSS. nonnullis; sed MSS. Fulv. et Harlem. recte servant *seu* i. e sive. Offendisse videtur Vulcanium aliosque, quod sequatur *vel* pro *sive.* Sed vide ad Met. L. V. p. 107. Pric.

Intervisat qui] Harlem. *interius a.*

bidis medeatur, egenis opituletur? Nullus, inquis, Deus humanis rebus intervenit. Cui igitur preces allegabo? cui vota nuncupabo? cui victimam caedam? quem miseris auxiliatorem, quem bonis fautorem, quem adversatorem malis in omni vita ciebo? quem denique, (quod frequentissimum est,) iuriiurando arbitrum adhibebo? an ut Virgilianus Ascanius,

Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat?

At enim, o Iule, pater tuus hoc iureiurando uti poterat inter Troianos stirpe
673. cognatos, et fortassean inter Graecos proelio cognitos: at enim inter Rutulos recens cognitos, si nemo huic capiti crediderit, quis pro te Deus fidem dicet? An,

MEDEATUR] Bened. *mederetur.*

INQUIT] Romae impressum, *inquis.* COLV. Lege, *inquis.* WOWER. Vitiose Edd. Vic. Ald. Iunt. Bas. Colv. *inquit.* Vulc. *inquis.* MSS. et Ed. Rom. *inquis.*

REBUS] Abest ab Ed. Scalig.

ALLEGABO] Glossae antiquae: *ἱκεσίας προσφέρω, allego*, ubi verius esse autumo *preces allego.* Sed alibi *πρόσθεσις allegatio.* Et in Apolog. *In templo preces all.gant.* ELMENH. Al. *allongabo.* BURM.

VOTA NUNCUPABO] Praefero *vota* e MSS. utroque Cantabr. Voss. Harlem. atque ita Edd. Vulc. Wow. Merc. et Cout. Flor. Al. *votum.*

VICTIMAM] Edd. Ald. Iunt. *victima.*

BONIS FAUT.] Edd. ante Vulcan. *faut. bon.*

Q. ADVERS. MALIS CUM VITA C.] Facilis et liquida emendatio, *quem aversatorem malis in vita ciebo?* Deum tutelarium munus tangit, quorum erat mala arcere, ac defendere. ipsemet Appuleius paulo post: *cum usus postulat mala avertere, bona prosperare.* STEWECH. *Adversator malis* est qui malis hominibus adversetur. Sic enim *miseri* et *boni* praecedunt. *Avertere mala* frequens est, sed tum saltem debuisset scribi *aversatorem malorum.*

CUM VITA] Tentabam, *cum voto.* sed *ἐπέχω.* COLV. Recte Vulc. etc. cum MSS. *in omni vita.* Ante edebatur *cum vita.* In Bened. et Voss. est *omni vita ciebo.* sine *τῷ in.*

IURIIURANDO etc. HOC] Totus hic locus de Iureiurando corruptus, hiulcus, mutilus viros doctos merito torsit. Sed quis Oedipus se tantis difficultatibus explicare absque veteri cod. potuisset? cuius ope pauca aliquot literis immutatis adiectis, spero me optimam ei medicinam attulisse. VULC. Bene haec omnia inseruit Vulc. cum seqq. adstipulantibus MSS. cunctis.

POTERAT] Edd. carentes priore periodo habent *potero.*

FORTASSE AN] Sic hic MSS. O. Edd. ante Vulcan. *fortasse.* Vide ad Met. L. V. p. 338.

GRAECOS PR. COGNITOS] Ita MSS. O. in Edd. iisdem *gentes pr. cog:itas.* Unde vero habeat Floridus suum *Graios*, ipse viderit.

AT ENIM INTER R.] Sic habent Codd. Fulv. Cantabr. uterque Voss. Thuan. Harlem. Batav. nec dubito de ceteris, ut et Edd. priores. *Enim* excidit ex Ed. Vulc. et hinc seqq. Passim *at enim* App. utitur cum ceteris, pro *sed autem.* V. Ind. Immo modo hic praecesserat, quae forsan caussa est, cur omiserit Vulc. Sed forsan sub eo latet aliquid, ut statim videbimus.

INTER NUCULOS] Legit Pithoeus una dictione, *internuculos*; ut etiam in Petronio Arbitro: *Video quosdam internucuios, nudas meretrices furtim conspatiantes.* De quo etiam Turnebus lib. XXII. cap. XXVIII. Mihi hic tenebrae. Fuit cum hic legerem, *tirunculos recens cognitos*, et sic etiam in Petronio reponendum arbitrarer. Sed iam fateor me adhuc quaerere abstrusiorem huius dictionis significatum, vel scripturam saniorem. COLV. MS. *Rutulos.* quos non ignorat, qui Virgilium novit. Porro totius huius loci emendatio et Fulviano probatur codice. SCIOPP. *in S:mb. Rutulos rec. cogn.*] Sic recte manuscripti Flor. Leid. et Brem. Turnebus et Pithoeus, Rom. et Ald. *internuclos*, Colv. *tirunculos* male reponunt. ELMENH. At non Rutulis iurat Iülus, sed Euryalo, qui et ipse Troianus erat, et Priamo ex matris parte cognatus, ut videre est lib. 9. Aen. MS. Thuan. habet: *atenim inter Rutulos.* FLORID. *Rutulos* vel *Rutilos* exhibent membranae omnes. Verum si ita scripsit, ut eum scripsisse non dubito, erravit auctor, quod monuit iam Flor. Forsan pro *enim* Scribendum *Euryalo*: ut *pro te* ad ipsum non ad Iülum spectet. V. Virg. Aen. IX. 300. Vel potius quia statim Mezentii meminit, hic quoque de Rutulis abripuit eum cogitatio. Melior certe haec lectio, quam coniectura Colvii *inter tirunculos*, vel Edd. primarum *internuculos*, quos hic et apud Petron. cap. 7. Is. Vossius exponit grassatores nocturnos ad Catull. p. 153. Alii aliter, ut videri potest

An, ut ferocissimo Mezentio, dextra et telum? quippe haec sola advenerat, quibus propugnabat,

Dextra mihi Deus, et telum, quod missile libro.

Apagesis tam cruentos Deos, dexteram caedibus fessam, telumque sanguine rubiginosum. utrumque idoneum non est, propter quod adiures; ne ut per ista iuretur, cum sit summi Deorum hic honor proprius. Nam et iusiurandum Iovis iurandum

test ad Petron. cuius loco placet unice Vossii explicatio, sed hic non capio: quinam enim illi essent grassatores *recens cogniti?*

Dicet] Cantabr. duo et Harlem. *dicit.*

Ut ferocissimo Mez.] Brem. *fortissimo.* Elmenh. Uterque Cantabr. Fulv. Harlem. Vulc. Voss. MSS. *ut se feroc.* Videtur quid deesse vel latere mendum. An *adsunt* e Virg. versu L. X. vs. 773? An *sc.* i. e. *scilicet?* Similiter Achillem iurasse *per sceptrum* constat ex Homero: unde ridens Ovid. in f. Rem. Am. *Nam sibi quod nunquam tactam Briseida iurat* Per sceptrum; *sceptrum non putat esse Deos.* Sic per caput suum et Achillis, eiusque enses iurat Briseis apud Ovid. Her. Ep. 3. vs. 107.

Dextra] Ed. Scriv. *dextera.*

Quippe etc. telum] Desunt MS. Bened. et Edd. ante Vulcan. Male.

Haec sola advenerat] Putarim legendum *adiurarat*, ut et paulo post loquitur *per quod adiures.* Vulc. Flor. Bas. 2. Leid. et Puteani Excerpta, *advenerat*, ut apud Plautum in Trucul. *date mihi huc stactam, ut venerem Lucinam meam.* Elmenh. Ita libri omnes; nec mutandum: non enim iurat Mezentius dextram et telum, sed ea veneratur et adprecatur. Sic supra dixit, *non facile cunctavit deos esse*, pro *cunctabitur*; quod etiam interpolaverant. Merc. MS. Thuan. *advenerat.* Fortasse, *adveneratur.* Florid. MSS. O. constanter *advenerat* cum Edd. Vulc. Merc. Coutur. nisi quod in Cantabr. et Harlem. sit *advenerant.* Hinc coniecit frigide Floridus *adveneratur*, quod compositum sic occurrit apud Varron. de R. R. I, 1. Adveneror *Minervam et Venerem.* Auson. Par. 18, 8. *Ore pio et verbis* advenerare *bonis.* Lindenbr. et ex eo Elmenh. cum Mercero, et, eo non nominato, Coutur. recte capiunt pro *veneratur* haec ut solos Deos. Plaut. Bacch. II. 14. Veneroque *te.* Ac passim *veneror* passive occurrit. Vide Cant. Nov. Lect. VI, 24. Nostro Lib. XI. Met. p. 754, b. Immo auctor videtur captasse formam activam eorum, quae vulgo deponenter adhibentur. Vide Ind. Not.

Dextra mihi etc.] Sic et Scythae per ventum iurabant et acinacem. Vide Lucianum in Toxari. Elmenh.

Cruentos] Bened. *cruento.* et, *dextra caed. fessa.*

Rubiginosum] Ald. *rubigiosum.* Elmenh. Immo Ald. habet *rubigionosum.* Var. Lect. Burm. *rubigiosum.*

Propter quod adiures] Vulgo *per quod.* Elmenh. MS. Thuan. *propter quod adi. neue per ista.* ut etiam manu emendatum video in meo Elmenhorstiano exemplari. In interpretatione sic verti, quasi desit initio *propter*, idque sensus commodioris causa. Florid. MSS. quoque Florent. Voss. Cantabr. aliique cum Edd. Wow. Merc. Coutur. et Elmenh. in notis *propter.* At rectius delebis utrumque, et *per* et *propter*, ex interpretatione suprascriptum. Certe nullum idoneum sensum elicio e τῷ *propter.*

Neve per ista iuretur] Dele glossema. Wower. Totam hanc periodum veluti spuriam Wower. tollit. Elmenh. Libri omnes *ne ve per ista iuretur;* quod Wower. glossema esse censuit, et basilice expunxit: prorsus male. Nam quod sequitur, *quum sit summi Deorum hic honos proprius*, indicat retinenda. non enim honos Dei propter ipsum iurari, sed per ipsum. Scribe, *ne ut per ista iuretur;* id est, nedum ut per ista iuretur. non digna sunt propter quae iuretur, tantum abest ut per ista iurandum sit. Ne pro Nedum saepe in usu veteribus, et maxime Appuleio. Florido III. *quae mihi ne in mediocribus quidem civitatibus unquam defuere, ne ut Carthagini desint.* In Apologia: *Nec tamen ab eruditis reprehenditur, ne ego reprehendar, qui res paucissimis cognitas Graece et Latine propriis et elegantibus vocabulis conscribo;* id est, nedum ego reprehendar. Item: *At hoc ego Aemiliano, non huic Afro, sed illi Africano et Numantino, et praeterea Censorio vix credidissim; ne huic frutici credam.* Merc. Sic MSS. et Vulcan. cum seqq. nisi quod Elmenh. et Scriver. habeant *propter.* Edd. priores *utve per ista iurent.* Cum Wowerio delendam censerem periodon, insertam a monacho, nisi seqq. aliud suaderent, quare cum Ios. Mercero malim *ne ut per* pro *nedum ut per.* Voss. *istam.*

Hic honor] Exsulat *hic* a Bened.

Nam et iusiurandum] Acute Lipsius, *Iovis iurandum.* Colv. Puto deesse verbum *Iovis.*

dum dicitur, ut ait Ennius. Quid igitur censes? Iurabo per Iovem lapidem, Romano vetustissimo ritu? Atqui, si Platonis vera sententia est, nunquam se Deum cum homine communicare, facilius me audierit lapis, quam Iupiter. Non usque adeo (responderit enim Plato pro sententia sua, mea voce) Non usque
674. adeo, inquit, seiunctos et alienatos a nobis Deos praedico, ut ne vota quidem nostra ad illos arbitrer pervenire. Neque enim ipsos cura rerum humanarum, sed contrectatione sola removi. Ceterum sunt quaedam divinae mediae potestates, inter summum aethera et infimas terras, in isto intersitae aeris spatio, per quas

Nam et apud Cic. 3. de Offic. ita legitur: Ennius. *O fides alma apta pinnis et iusiurandum Iovis.* Lipsius legit, *Iovis iurandum.* Brant. *Nam et iusiur. Iovis iurandum dic.*] *Iovis iurandum* non est in Florentino Rom. et Aldo. Vide Lips. Elect. I. cap. 18. Elmenh. Egregie supplevit Vulcan. *nam et iusiur. Iovisiur. dic.* e suo codice, cui adstipulantur Thuan. Harlem. Putean. Brem et alii. Vulgo deerat *Iovis iurandum*: ut et in Florent. ac Bened. Contra Cantabr. habet, *nam et* (*ad* in MS.) *Iovisiur. d.* uti coniecerat Lipsius. Vir Doct. in marg. Ed. Iunt. *ei Iusiur. d.* Non male Brant. *iusiurandum Iovis dic.*

Quid igitur censes] Ultima vox abest Edd. ante Vulcan. nec male, si MSS. addicant. Sed supra hoc lib. *quid igitur faciam?*

Iovem lapidem] De quo Festus. Lapides olim adhibiti saepius iuriiurando. Apud Athenienses lapis huic uni rei destinatus, ut ad eum iuramenta fierent. Suidas: *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος, τῶν τε παρόντων καθ' ἕνα ἡμῶν οὑτωσὶ πρὸς τὸν λίθον ἄγοντες καὶ ἐξορκοῦντες. ἐοίκασιν οὖν Ἀθηναῖοι πρὸς τίνι λίθῳ τοὺς ὅρκους ποιεῖσθαι. ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Φιλόχωρος ὑποδηλοῦσι.* Idem etiam tradit Moschopulus *Περὶ σχεδῶν.* Tollebant etiam iuraturi lapides ignitos, quos in mare proiiciebant: indicantes se tantisper foedera, pacta sua durare velle, dum illi rursus apparerent. Hoc notatum alibi in Graecorum commentariis est. Plutarchi locus eo spectat in vita Aristidis: *Ὁ δ' Ἀριστείδης ὥρκισε μὲν τοὺς Ἕλληνας καὶ ὤμοσεν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων μύδρους ἐμβαλὼν ἐπὶ ταῖς ἀραῖς εἰς τὴν θάλατταν.* Respexit etiam vetus poëta Macedonius lib. VII. Epigrammat. Graecor. *Ὤμοσα τὴν δυσέρωτα κόρην, τρίσιν ὤμοσα πέτραις Μήποτε μειλιχίοις ὄμμασιν εἰσιδέειν.* Colv. Debuit dicere Appul. *iurabo Iovem lap.* Sic enim solebant veteres Romani. Adi Gronov. Ep. ad Voss. p. 111. P. sec. Ed. Lond. Gell. L. I. 21. Auson. Ephem. p. 100.

Atqui] Voss. Harlem. *atque.*

Non usque adeo] Hoc quoque delendum est, suppositum alieno loco, et deinde auctore MS. scribendum: *non usque adeo, inquit, seiunctos.* Wower. Ita recte omnes libri; quae male induxit Wowerius. Merc. Parenthesi interposita suo more repetit primas voces. Vide ad Met. L. I. init. et saepius Ante Vulcan. editum solum *non* contra MSS.

Respondebit] Flor. *responderit.* Elmenh. Putean. quoque Harlem. Voss. Cantabr. *responderit*, elegantius quam vulgare *respondebit.* Bened. *respondit.*

Enim] Abest Ed. Wow.

Sententia sua] Edd. vett. *sua sent.* A Cantabr. et Voss. abest *sua.*

Inquit] Edd. ante Scal. vel Vulc. Ed. sec. carent hoc verbo contra MSS. O.

Alienatos a nobis deos pr.] Vide Platonem in Convivio. Elmenh.

Nostra ad illos] Edd. eaedem *vestra* male; omissis duabus ultimis voculis.

Illos sacris rerum h.] V. C. *illa* (alias *ulla*) *sacra r. h. sed contrectationem solam removi.* Vulc. MS. *illa sacra rer.* Forte: *illos a cura.* Sciopp. *in Symb.* Flor. Brem. et Leid. *illos sacra r. h. s. contrectatione.* unde Scioppius *neque e. i. a cura r. h. s. contrectatione.* Elmenh. Religio mihi non fuit exprimere certissimam Scioppii coniecturam, *illos a cura rerum humanarum*; pro quo in libris, *illa sacra*, omissa littera *u.* Merc. *ipsos a cura* reposui vestigia sequutus membranarum Thuanarum, quae habent *ipsa sacra*, in vulgatis legitur *illos a sacris*, nullo sensu. Florid. Bened. cum Florent. Brem. Leid. *illos sacra.* Harlem. *illa sacris.* Immo Var. Lect. Burm. *ipsos cura r. h.* Sane malim ego hic quoque delere praepositionem *a*, uti mox *a contrectatione* praepositio non comparet in ullo codice nec Edd. Merc. Vulcan.

Caeterum sunt etc.] Plato Epinomide fol. 984. *μετὰ δὲ τούτους αἰσθανόμεθα γεγονότα, καὶ ὑπὸ τούτοις ἑξῆς δαίμονας ἀέριον δὲ γένος ἔχον ἕδραν τρίτην καὶ μέσην τῆς ἑρμηνείας αἴτιον, εὐχαῖς τιμᾷν μάλα χρεὼν, χάριν τῆς εὐφήμου διαπορείας.* Elmenh.

Mediae] Cantabr. *medicae.*

Intersitae aëris spatio] Brem. *Intersito aeris s.* Elmenh. Placet. In spatio quod est inter summum aethera et infimas terras sunt potestates me-

quas et desideria nostra et merita ad Deos commeant. hos Graeci nomine δαίμονας nuncupant: inter terricolas coelicolasque vectores, hinc precum, inde donorum; qui ultro citro portant, hinc petitiones, inde suppetias, ceu quidam utriusque interpretes, et salutigeri. Per hos eosdem, ut Plato in Symposio autumat, cuncta denuntiata, et Magorum varia miracula, omnesque praesagiorum species reguntur. Eorum quippe de numero praediti curant singula, proin-

mediae. Infra p. 678. *elementum aëris, quod tanto spatio interfitum est.* Nec tamen vulgatum temere damno, ut p. 684. *loco regionis* interfitu.

GRAECO NOMINE] Flor. *Graeci n.* ELMENH. Voss. Cantabr. Harlem. cum Merc. *Graeci.* Recte. Graeci nuncupant eos Δαίμονας. *nomine* pleonastice additur nostri more, quod non advertit hic Mercerus. Vide ad Met. L. II. p. 120, a. *Cerdo quidam nomine negotiator.* Infra p. 689. Flor. nomine *Manem deum nuncupant.* Pro *Deos* Harlem. Voss. *eos.*

INTER TERRICOLAS COELICOLASQUE VECT.] *Terricolas* male abest a Florentinis. Brem. *inter homines cque. v.* Photius ex Hierocle fol. 750. Plato τὰ σώματα πρῶτα οὐράνια καλεῖ, καὶ θεοὺς, τὰ δὲ μέσα λογικὰ αἰθέρια καὶ δαίμονας ἀγαθοὺς ἑρμηνέας τε καὶ ἀγγέλους τῶν συμφερόντων ἀνθρώποις γινομένους. ELMENH. Legebatur vulgo, *inter mortales coelicolasque.* Vulcanius edidit, *inter terricolas coelicolasque.* quem secutae sunt posteriores edd. At illud, *terricolas*, nusquam in libris nostris, ne in Florentinis quoque, teste Elmenhorstio, qui ex Bremensi adfert, *inter homines coelicolasque.* quam ego veram esse lectionem puto, eamque in codicibus nostris latere in voce, *nomine*, quae prorsus alieno loco posita versu praecedenti, *quos Graeci nomine daemones nuncupant.* Mox libri omnes, *ultro citro*, eleganter. Idem etiam, *utrimque interpretes et salutigeruli:* quae cur mutemus causa nulla. MERC. *Terricolas* dedit Vulc. e suo Cod. ad Libr. de Mundo init. Abest haec vox a Flor. Cant. Voss. Harlem. Merc. Codd. *Mortales* Edd. ante Vulc. e glossa. Forsan alia insuper vox latet.

QUI ULTRO CITROQUE] MS. *quae ultro citroque.* SCIOPP. *in Symb.* Flor. *ultro citro.* ELMENH. Fulv. *quae* scil. potestates. Sed iam praecessit *hos.* Dein *ultro citro* cum Florent. habent Voss. Cantabr. uterque Mercer. et Harlem. atque ita bene edidere Merc. et Coutur. Adi ad Met. L. I. p. 26, a.

INDE SUPPETIAS] Bened. *vim suppetitiarum.* Cantabr. Voss. *suppeticias.* Pro *Ceu* Harlem. *seu.*

UTRINQUE INTERPRETES] Flor. *utriusque.* ELMENH. *Utriusque* Vulc. reposuit cum Elm. Scriv. Merc. Coutur. et Flor. quibus adsentiunt MSS. Florent. Harlem. Voss. Vulc. Bened. Mercer. scil. *hinc et inde.* Malim tamen ego aliam lectionem *utrimque.* De *Interpretibus* adi Cuper. Apoth. Hom. p. 275. Herald. ad Arnob. p. 187. nostrum de Dogm. Plat. p. 585. Ed. Flor.

SALUTIGERI] Fulvius mavult Plautinum illud: *Salutigeruli.* SCIOPP. *in Symb.* Recte igitur Plauti Aulularia scriptum: *Salutigerulos pueros.* Glossarium vetus: *Salutigeruli*, Ἐπισκέπτης. COLV. Fulv. mavult *Salutigeruli* ex Plauti Aulularia, scena: *Narravi amicis*, etc. quomodo etiam legisse videtur Caelius Rhodiginus antiq. lect. lib. II. cap. III. Mihi non displicet Bremensis Codicis lectio, *salutiferi.* ELMENH. Utrumque aeque bene, *salutigeri* et *salutiferi.*

PLATO IN SYMPOSIO] Cuius ibi verba: Ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων, καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν. ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφότερον συμπληροῖ, ὥστε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι. διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ, καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη, τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ ἐπῳδὰς, καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν. Vide etiam eiusdem ad haec Epinomidem. COLV. Vide illum fol. 202. et Notata ad Minutium Felicem fol. 4. Chalcid. pag. 225. ELMENH.

DENUNCIATA] Lipsius, *Deûm nuntiata.* cui adversari videtur locus Mart. Capellae, qui statim citabitur. COLV. Lips. *Deum nuncia.* male. ELMENH. Lips. Epist. Quaest. L. II. p. 65. *deum nunciata.* Hinc Wowerius tacite edidit *deum denunciata.* Non arridet. nam *cuncta deum* non solum per eos nunciabantur hominibus, sed et cuncta hominum diis. *Cuncta deum nunc.* tamen in Var. MS. Lect. Burm.

VARIA MIR.] Inverse Harlem. Ed. Merc. *var. Mag. mir.*

PRAEDITI] Vox *praediti*, si germana sit lectio, nihil aliud hic sonat, quam *praepositi*, *praefecti.* Eodem sensu usurpatum invenio hoc libro infra (p. 691.) *at ubi vita edita remeandum est eundem illum, qui nobis praeditus fuit, raptare illico* etc. FLORID. Glossae: *praeditus* προεστώς. et sic forsan infra p. 689. *pro numine hominibus praediti.* Clare Phil. Mor. p. 624. *Sorte quadam ei negotio praeditis.*

proinde ut est eorum cuique tributa provincia: vel somniis conformandis, vel
675. extis fissiculandis, vel praepetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis, vel vatibus inspirandis, vel fulminibus iaculandis, vel nubibus coruscandis, ceterisque adeo, per quae futura dinoscimus. Quae cuncta coelestium voluntate et numine et auctoritate, sed Daemonum obsequio et opera et ministerio fieri arbitrandum est. Horum enim munus et opera atque cura est, ut Hannibali somnia orbitatem

SINGULA PROINDE UT EST EOR.] Flor. et Brem. *singuli eorum proinde ut est.* ELMENH. Lego, *singulis.* BRANT. *Singuli eorum*] Ita scribendum, non *singula*, ex omnibus libris, quos sequi debuerant praecedentes editores. Iidem mox recte, *somniis conformandis.* MERC. *Singula proinde ut est eorum* Scaligeri lectio est, cum Vulcan. ediderat *singula eorum proinde ut est tr. pr.* Forte cum Brantio *singulis* in Dativo. Vide supra ad p. 668. *quibus eorum singuli curant.* Abest hic *eorum* a Bened. Edd. ante Vulcan. *provide.* Vide ad Met. L. V. p. 342, a.

SOMN. CONFIRMANDIS] Malo cum MS. *conformandis.* SCIOPP. *in Symb.* Secutus V. C. scripsi: *conformandis.* WOWER. *Conformandis*] Sic Flor. et Fulvii liber. Vulgo *confirmandis.* Vide Minutium Felicem fol. 43. ELMENH. MSStis Ursini et Florent. consentiunt Harlem. et Mercer. et recte ita rescribi curarunt Sciopp. Wow. etc. Mox dicit auctor *somnum pingat.* V. Ovid. Metam. L. XI. de Morpheo. Harlem. *somnis.*

EXTIS FISCICULANDIS] Sic rescripsi, cum passim vulgo legi viderem, *ext. physiculandis:* pariter ut apud Martianum Capellam lib. I. *Et nunc in fanis, quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus, aut denuntiata pecudum caede, fisciculatis extorum prosiciis, viscera loquebantur.* Item lib. II. locus alius, cuius verba ponam pluscula, quia pleraque ad hanc rem qua de noster agit pertinent: *At intra Solis meatum usque lunarem globum secunda beatitatis numina supparisque potentiae: per quae tamen vaticinia somniaque ac prodigia componuntur. Haec aruspicio exta fisciculant admonentia quaedam, vocesque transmittunt, auguratisque loquuntur ominibus. Plerumque enim quaerentes admonent vel sideris cursu, vel fulminis iaculo, vel ostentaria novitate.* Plura sunt eodem libro huc facientia: quae videbit, qui volet. Ut Missiculare a missu, Pensiculare a pensu: sic Fissiculare, a fissu seu potius, Fisso: de quo Cicero lib. I. de Divinat. *quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio: quae caussa sit, nescio.* Item lib. III. de Natura Deor. *Unde porro ista divinatio? Quis invenit fissum iecoris?* Fissiculare igitur, quod Graecis καρδιουλκεῖν. COLV. Glossae Isidori: *fissiculator: augur naturas in extis animantium quaerens.* A *fissuris* quae nonnunquam in extis observantur, tractum verbum *fissiculare*, quod Elmenhorst. explicat *rimari*, id est, *observare fissuras.* qui quidem sensus cum Glossis Isidori congruit. Hic tamen crediderim potius *fissiculare* idem esse ac fissuris exta distinguere, nempe ante extispicium. quod munus, ut et formationem somniorum, eruditionem oscinum, caeteraque ad divinationem spectantia Daemonibus tribuit post Platonem Appuleius. fuerint ergo ii causa illa arcana, omnia ad divinationem praeparans, quam Cicero se ignorare fatetur lib. I. de Divinatione. *quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio, quae causa sit, nescio.* FLORID. *Fissiculandis* non est rimandis, quod erat haruspicum, sed formandis extis, et disponendis in illa *fissa*, qualibus ad auspicia opus est. ut recte Colv. et Flor. Inepte Edd. ante Colv. *physic.* ut in quibusdam apud Martian. Capell. L. I. p. 5. physiculatis *extorum prosiciis viscera loquebantur.* Sed praefero *fissic.* ut est in quam plurimis MSS. vetustissimis, nec non L. II. p. 38. *haec aruspitio exta* fissiculant. Sed ubique contra viros doctos *physic.* retineri vult St. Stephanus ad Saxon. Gramm. L. I. p. 42. *Primam* physiculandi *sollertiam obtinentes.* Adi et Salmas. ad Solin. In Vulc. MS. est *fusiculandis.* crebra corruptione. Corrigendus est Sil. It. L. III, 361. *Cornipedis* fusa *satiaris*, *Concane*, *vena.* Vena non funditur, sed sanguis, quem potabat *fissa vena.* Sic ergo lege et V. comm. Dausq. et alios. ut passim *finditur arboris cortex.*

VATIBUS INSPIRANDIS] Sic MSS. omnes, quod inepte Vulcanius mutavit in *Tagibus i.* Minutius Felix fol. 19. *Authoritatem quasi praesentis numinis consequuntur, dum inspirantur interim vatibus, dum fanis immorantur.* ELMENH. Non Vulcan. contra MSS. mutavit, sed Scaliger, quem merito hic nemo audivit. Nihil frequentius apud poëtas *inspiratione vatum.*

DAEMONUM OBSEQ.] Plato in Epinomide fol. 984. ELMENH.

ET MINISTERIO etc. ET OPERA] Haec cuncta ante Vulcan. refragantibus MSS. O. deerant. Quia tamen in Florent. Harlem. Voss. et Cantabr. scribatur *atque opera* et praecedat *et opera*, sequatur *atque cura*, putarim τὸ *et opera* vacare.

CURA EST] Exsulat *est* ab Edd. ante Vulcan.

HANNIBALI etc.] Cum columnam auream, quae

tem oculi comminentur, Flaminio extispicia periculum cladis praedicant, Atto 676.
Navio auguria miraculum cotis addicant. item ut nonnullis regni futuri signa
praecurrant, ut Tarquinius Priscus aquila obumbretur ab apice, Servius Tullius
flamma colluminetur a capite; postremo cuncta ariolûm praesagia, Tuscorum
piacula, fulguratorum bidentalia, carmina Sibyllarum: quae omnia, ut dixi, me- 677.
diae

quae esset in fano Iunonis Laciniae auferre vellet. Cic. de Divin. lib. 2. fol. 185. ELMENH.

COMMINARENTUR] Fulv. *comminarent*. Rom. *commoneant*. ELMENH. *Comminarentur* Vulcanio debetur, habentque MSS. O. nisi quod in Fulv. sit *comminarent*. In Edd. prioribus *commoneant*. Certe locutionis ratio et sequentia iubent esse praesens; quare etiam Wower. Merc. Cout. et Florid. tacite edidere *comminentur* Forsan fuerit *comminitentur*. Vide ad Met. L. III. p. 202, a. Alioquin si Codd. addicerent, praeferrem *commoneant*. Hoc enim verbum somnis est proprium. Adi omnino N. Heins. ad Ovid. Met. L. XIII. vs. 216. Broukhus. ad Tibull. III, 4, 11.

FLAMINIO] Ita diserte optimus Cuiacianus. omnes vero, *addicant*, et *praecurrant*: ad quod exemplum etiam, *comminentur* et *praedicant*, scribsi secutus doctorum iudicia, quamvis libri habeant, *comminarentur* et *praedicent*, nisi quod in uno, *praediceret*. MERC. Voss. *flamminion*. statim *Flamminio*.

EXTISPICIA] Val. Max. lib. 1. cap. 6. Vulgo, *auspicia*. ELMENH. MSS. Florent. et Harlem. cum Edd. Vett. *auspicia*, quae de Flaminio memorantur ante proelium ad Trasymenum lacum. verum Appul. mox ad haec sua alludens, rursus ait *vel Flaminio hostiam corroget*: quare cum ceteris MSS. Vulcanio et seqq. *extispicia* omnino praeponendum, ut respiciat historiam, quae accidit Flaminio consulatum auspicanti, cum vitulus ictus e manibus sacrificantium se proripuit, teste Livio L. XXI. cap. ult.

PRAEDICERENT] Sic hic quoque Scal. Elm. et Scriv. Edd. cum MSS. Flor. Fulv. et aliis. At Leid. Harlem. *praediceret*. Cantabr. uterque Voss. cum MSS. Mercer. et Edd. vett. *praedicent*, quasi a *praedicare*, ut Lib. IV. Met. p. 299, b. de somniis *anxiatum iri* praedicant: ubi etiam MS. *praedicunt*. L. III. init. *fore mihi Chaldaeus* praedicabat: ubi itidem variatur. Quare haesito an hic *praedicent*, an *praedicant* cum Stewechio (ad Met. L. IX. p. 182. Ed. Pric.) Wower. Merc. Cout. et Florido recipere praestet.

ATTIO NAVIO] MS. *Accio Navio auguri*. SCIOPP *in Symb.* Eum praestantissimum omnium augurum appellat Dionysius Halicarnass. antiq. Rom. lib. 3. fol. 203. Liv. lib. 1. Lactant. lib. 2. cap. 19. Cic. I. de Divin. fol. 182. ELMENH. Edd. primae et infra multae aliae *Accio*. MS. Bened. *Avio navigio* et statim *Quintio Navio*, ubi Voss. *Actio*. Bas. pr. utrobique *Nevio*. mox abest *Navio* a Cantabr. Omnia male. Legendum *Attio Navio*. Adi Cl. Drakenb. aliosque ad Liv. L. I. c. 36.

AUGURIA] Haec vox exsulat ab Edd. ante Vulcan. Cod. Fulv. *Auguri*. male.

A. N. MIR. COT. ADDICANT] Scribo, *addicant*. Addicere proprium avium oscinum, in arte augurali. Livius, in hac ipsa historia, lib. I. *Negare Accius Navius, inclutus ea tempestate augur, neque mutari, neque novum constitui, ni aves addixissent posse. Ex eo ira regi mota, eludensque artem, ut ferunt, Agedum inquit, tu inaugura, fierine possit quod nunc ego mente concipio. Cum ille in augurio rem expertus, profecto futuram dixisset, Atqui hoc animo agitavi, inquit, te novacula cotem discissurum. cape hanc et perage quod aves tuae portendunt. Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt.* Quae latius adscripsi, ad historiae lucem. COLV. Var. Lect. Burm. et Edd. ante Colv. prave *adiiciunt*. Augurale verbum esse *addicere*, nemo nescit.

ITEM UT NONNULLIS] Ita tacite exhibuere Merc. Cout. Florid. cum in Edd. primis edebatur *itaque ut*. sed in MSS. et Edd. Vulc. Scal. Elm. Scriv. *ita ut*, sive, *adeo ut*. Wower. silens delevit τὸ *ita*. Cogitavi aliquando, num iungenda sint *addicant ita*, scil. ut voluerat Navius, vel simile quid. Vide de hoc *ita* Cl. Burmann. ad Phaedr. L. I. prol. vs. 12. Sed ἐπέχω. Dein male *nonnulla* Edd. ante Vulcan.

UT TARQ. PR.] Liv. libr. 1. Cic. I. de Divinat. ELMENH. Bened. *q̃ Tarq.*

SERV. TULL.] Cic. de Divin. I. fol. 191. ELMENH.

COLLUMINETUR] Brem. *collustretur*. ELMENH.

A CAPITE] Bas. pr. *ut a capite*.

ARIOLÛM] Vulgo *ariolorum*. ELMENH. Sane Ed. Scal. male. Vide ad Met. L. XI. *Inferûm deplorata silentia*. Infra: *ariolûm voces*.

TONITORUM PIAC. FULGURATORUM BID.] Ita viri eruditi emendarunt, quae tamen nobis minus subtilioribus aegre intellecta. Simplicius visum: *tonitruum piacula. fulguritorum bidentalia.* Alii rescripserunt: *Tuscorum piacula.* uti et Ful-

diae quaepiam potestates inter homines ac Deos obeunt. Neque enim pro maiestate Deûm coelestium fuerit, ut eorum quisquam vel Hannibali somnium pingat, vel Flaminio hostiam corroget, vel Atto Navio avem velificet, vel Sibyllae fa-

Fulvii Cod. praefert; docta interpretatione. Wower. *Tuscorum piacula* Flor. et Fulvii liber. Wower. et Bas. 2. *tonitorum p.* male. Sidonius Apollinaris Paneg. ad Maioranum vs. 263. *Fulgura si Thuscus, si Thessalus elicit umbras.* Et alibi: *Nec quae fulmine Thuscus expiato Septum numina quaerit ad bidental.* Elmenh. Libri omnes recte habuerunt, *Tuscorum piacula, fulguratorum bidentalia*, non *fulguritorum:* idque necessario sequendum. Fulgurita sunt, fulmine tacta, κεραυνοβληθέντα. at Fulguratores qui publica fulgura condunt bidentibus caesis; unde Bidentalia: singulis enim vatibus singula tribuit; ariolis praesagia, Tuscis piacula, fulguratoribus bidentalia, Sibyllis carmina. Merc. *Tuscorum piacula* desunt MSS. Cantabr. Voss. et Edd. ante Vulcan. Optime vero ita rescribi iussit Scaliger e MS. Ursini, cui accedunt Codd. Putean. Harlem. Mercer. probaruntque recte Elmenh. Mercer aliique. Adscripsit Lindenbrog. locum Sidonii *Fulmina si Thuscus novit, si gramina Colchus.* Plura, si lubet, vide supra ad Flor. N. I. e Lucano. *Tonitorum* reposuit Colvius. sed *Tuscos* in hac re praecipuos memorat auctor, ut statim in carminibus *Sibyllas.*

Fulguritorum] Leid. Bas. 2. et Flor. *fulguratorum.* Elmenh. Edd. vett. *fulgurum.* Flor. Leid. Harlem. Mercer. Voss. Cantabr. uterque cum Vulcan. Mercer. *fulguratorum:* de qua lectione dubitandum non est. Nam *fulguritum* dicitur, quod est fulmine tactum, ut bene monuit Mercer. Adi Casaub. ad Theoph. p. 129. Gronov. Obs. I. 13. Burmann. de Iove Fulg. cap. 8. *Fulgurator* vero qui fulgura condit. De personis enim loquitur ut de *ariolis, Tuscis, Sibyllis.* Sic de *fulguratoribus*, non rebus *fulguritis* Cic. II. Divin. cap. 53. *Aruspices et* fulguratores *et interpretes ostentorum.* Inepte Coutur. *fulguratorum* edidit et *fulgurita* explicuit; ut pateat, eum non scivisse hanc distinctionem.

Bidentalia] Bened. *bident.* et pro *Sibyllarum, Sibyllis*, Voss. *Syllabarum.*

I. hom. ac Deos obediunt] Nimis manifesta macula etiam in optima editione. tollo, *inter homines ac Deos obeunt* quae praeter dignitatem Deorum sunt coelicolarum, ea administrari ait per δαίμονας, quos Genios alii vocant, ita dictos, quasi rerum peritos. Lactant. Lib. II. Instit. c. 15. Horum enim aliis auspicia, aliis fulgura, aliis exta, aliis alia curae esse, ad quae non sit operae Dis superis descendere. Appul. XI. de asino: *Sedulum quot dies obibam culturae sacrorum ministerium.* Idem lib. 10. *atque haec omnia facile obediebam quae nullo scilicet monstrante feceram.* mihi placeret *obibam.* Stewech. *Obeunt*] Sic in Rom. Venet. Ald. aliis, *obediunt.* Colv. Ita saepe etiam in MSS. peccatum. Vide ad Met. L. X. p. 710, b.

Vel Hannib.] Bened. caret τῷ *vel.*

Somnium pingat] L. *fingat* vel *inping.* Burm. *somnium fingat* quasi e MSS. citat Salmas. ad Solin. p. 781.

Corroget] Libri vulgares: *corrodat.* Scripserim: *corripiat.* Narrat enim Lib. II. Livius, et alii: vitulum sacrificanti aufugisse. Wower. Rom. et Ald. *corrodat.* Wower. *corripiat.* Elmenh. Latet mendum. Roman. et Ald. habent *corrodat.* Wower. *corripiat*, melius, ut opinor. Lego enim apud Livium l. 22. cap. ult. cum Arimini consulatum iniret Flaminius, immolaretque, vitulum iam ictum e manibus sacrificantium sese proripuisse, multosque circumstantes cruore respersisse; quod a plerisque in omen magni terroris acceptum est. Florid. Quid si *abroget* vel *obroget* i. e. detrahat? Vide ad Sueton. Caes. cap. 28. MSS. O. *corroget* vel *conroget.* quod nemo facile intelligat. Edd. ante Vulcan. *corrodat*, quod bene dictum foret de extis mutilis.

Cotificet] Placet V. C. I. Lipsii coniectura: *cotem sicet:* id est, cotem secet. de quo supra ad lib. VIII. Milesiar. Lactantius, narrans hanc etiam historiam lib. II. cap. VIII. *Cape igitur hanc, inquit, cotem, eamque novacula dissice. At ille incontanter accepit, ac secuit.* Colv. Mire haec ab eruditis interpolata. Vera est lectio: *avem velificet.* Sic in Florid. *Velificatas alas.* Nota historia, ideoque in astruenda huius lectionis veritate minime mihi laborandum. Wower. Haec est lectio priscarum editionum. Florent. Leid. et Brem. legunt *navem velificet*, unde Lindenbrogius ad Catalecta veterum poëtarum pag. 319. et Wower. *avem velificet* fecerunt. Schikeradt. *cotificet.* Lipsius Elect. I. cap. 18. *cotim sicet* pro *c. secet*, cui patrocinatur Valer. lib. I. cap. 4. Livius lib. I. cap. 38. Lactant. lib. 2. cap. 7. *Cape, inquit, hanc cotem, eamque novacula dissice* (inepte mihi reponit Thomasius *disiice*) *at ille incontanter accepit et secuit.* Elmenh. *Avem velificet*] Sic Lindenbrogius et Wowerius ex corrupta lectione Florent. Leid. Bremens. *navem velific.* quae et Thuani codicis est. Porro *avem velificare* dicit Ap-

fatiloquia versificet, vel Tarquinio velit apicem rapere, sed reddere, Servio vero inflammare verticem, nec exurere. Non est operae Diis superis ad haec descendere. Mediorum divorum ista sortitio est, qui in aëris plagis terrae contiguis, nec minus confinibus coelo, perinde versantur, ut in quacunque parte naturae propria animalia, in aethere volantia, in terra gradientia. Nam quum quatuor sint elementa notissima, veluti quadrifariam natura magnis partibus disterminata, sintque propria animalia terrae, aquae, flammarumque; (siquidem Aristoteles

Appuleius, ut supra dixit *praepetibus gubernandis*, et infra, *cum illis fessa sunt remigia pennarum*, metaphora ducta a navibus. Veteres editiones habent *cotificet*. male. unde Lips. Elect. I, 18. *cotim sicet*, hoc est, *secet*, acute certe et verisimiliter. sed ne eius coniecturam sequar, prohibet quod sequitur, *vel Sibyllae fatiloquia versificet*, unde hoc loco scriptum fuisse *velificet* satis superque evincetur, si meminerimus quam studiosus sit noster figurae illius, Afris Scriptoribus in deliciis habitae, quae Graecis ὁμοιόπτωτον, et ὁμοιοτέλευτον, Latinis *similiter cadens*, et *similiter desinens* dicitur. Florid. Praeter Floridum in textum id recepere Merc. et Coutur. nam MSS. O. cum Edd. Vulc. Scal. habent *navem velificet*, quod est nihili. Passim cum aliis metaphoram a navi sumit noster ad volucres. Vide ad Met. L. VI. p. 409, a. Immo infra de nubibus *in aëris pelago ventis gubernantur*. Idem ergo hoc, quod supra dixit *Navio auguria addicant*. In Var. Lect. Burm. Edd. vett. item Elm. et Scriv. *cotificet*. Salmas. ad Solin. p. 781. legit *novaclam levificet* i. e. leviget, acuat novaculam. quod minime spernendum et fortasse verius quam *avem velif.* certe melius quam *cotim sicet* aut *cotisicet*. In Voss. hic deest *Navio*. Recte advertit Floridus, captatum hic, ut crebro, ab auctore ὁμοιοτέλευτον.

Vel Sib. vatil. versificet] Haec verba non sunt in manuscriptis Florentinis. Elmenh. quare uncis inclusere Elm. et Scriv.

Rapere sed reddere] Duas priores voces non agnoscunt MSS. Cantabr. Voss. et Edd. ante Vulcan. minus bene, ut ex historia notum.

Divorum] Vulgati non agnoscunt. Elmenh. Nempe Edd. ante Vulcan. uti nec MSS. Cantabr. et Voss.

Sortitio] Edd. Vic. Bas. *sortio*.

Aëriis plagis] Florent. Rom. et Basil. *aëris plagis*. Elmenh. Vulc. Wow. Merc. *aëriis*. Cantabr. et alii cum Edd. Scal. Elm. *aëreis*. Harlem. et Bened. cum Edd. vett. *aëris*.

Terrae] Abest Ed. Vulc.

Conterminis] Excerpta Bat. et Puteani *continuis*. Brem. *contiguis*, quod placet. Elmenh. Glossa est vocis *contiguis* vel *continuis*, quod exstat etiam in Harlem. Utrum verius sit vix dixerim, nam aeque bonum. Inclino in posterius, quia proxime accedit ad litteras vocis *conterminis*.

Ut in] *aut in* Cantabr. Flor. Voss.

Animalia etc.] Edd. ante Vulcan. *sint an. et in aeth. vol. et in t. gr.*

Quadrifariam] Edd. Vic. Bas. *quadrifaria*.

Disterminata] Voss. Edd. ante Vulcan. *distermina*.

Sunt quaedam propria] Flor. et excerpta Bat. *sit, quae propria*. Elmenh. Libri omnes, *sit, quae propria:* unde patet legendum ut edidi, *sintque propria*, reiectis quae male addita in aliis editionibus. Mox scribtum erat, *terrarum, flammarum*, sine coniunctione; sed omnino deest, *et aquarum*. Enumerat enim animalia trium elementorum, ut probet etiam quarto aëri esse sua. Merc. MS. Thuan. *sit*, *quae*, unde suspicor, *sintque*, ut in meo Elmenhorstiano exemplari correctum est. Florid. Revocavi cum Mercero, Coutur. et Florido, qui se ita primus corrigere credit ex scripta viri docti manu (forsan fuit ipsius Merceri, nam saepius illa manus cum eo consentit) lectionem vulgarem ante Vulcan. qui hic e suo cod. cum Scal. et Wow. reposuit *sint quaedam*. Verum auctor non vult, ut hoc ita sit; sed supponit ita esse *cum quatuor sint elementa*, *et cum sint animalia* etc. Peius Elmenh. et Scriv. *quae sit* sine sensu. nam *natura disterminata* sunt ablativi. *Sitque* vel *sit. quae* exstat in MSS. Thuan. Harl. Voss. Cantabr. utroque, tribus a Lindenbrogio collatis, cunctisque Merceri.

Terrarum et flamm.] Abest τὸ *et* a Cantabr. Voss. et Mercer. libris. at in Harlem. exaratur *terrae*, *aquae*, *flammarumque*. Bene. sic enim infra *Ut in igni flammida*, *in unda fluxa*, *in terra globulenta*. V. de Dogm. Plat. Vidit id iam Merc. qui deesse aiebat *et aquarum*, quod ideo invexit quoque Coutur. Mercerum hic laudans.

Siquidem] Edd. Ald. Iunt. Colv. *siq. et*.

Aristoteles] Lib. 5. de hist. animal. cap. 19. ἐν δὲ κύπρῳ, οὗ ἡ χαλκῖτις λίθος καίεται, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐμβαλλόντων, ἐνταῦθα γίνεται θηρία ἐν τῷ πυρὶ τῶν μεγάλων μυιῶν μικρόν

teles auctor est, in fornacibus flagrantibus quaedam propria animalia pennulis apta volitare, totumque aevum suum in igni diversari, cum eo exoriri, cumque eo exstingui) praeterea, cum totiuga sidera, ut iam prius dictum est, sursum in aethere, hoc est, in ipso liquidissimo ignis ardore compareant; cur hoc solum quartum elementum aëris, quod tanto spatio intersitum est, cassum ab omnibus, desertumque a cultoribus suis natura pateretur? quin in eo quoque aëre animalia gignerentur, ut in igni flammida, in unda fluxa, in terra glebulenta? Nam quidem qui aves aëri attribuat, falsum sententiae meritissimo dixeris: quippe nulla earum ultra Olympi verticem sublimatur; qui quum excellen-

τι μείζονα, ὑπόπτερα, ἃ κατὰ τοῦ πυρὸς βαδίζει καὶ πηδᾷ. ἀποθνήσκουσι δὲ καὶ σκώληκες καὶ ταῦτα χωριζόμενα τὰ μετὰ τοῦ πυρὸς, οἱ δὲ τῆς χιόνος, ὅτι δὲ ἐνδέχεται μὴ καίεσθαι συστάσεις τινῶν ζώων, ἡ σαλαμάνδρα ποιεῖ φανερόν. αὕτη γὰρ, ὥς φασι, διὰ τοῦ πυρὸς βαδίζουσα, καταςβέννυσι τὸ πῦρ. Elmenh.

Pennulis] Rom. *pinnulis.* Elmenh. Nec non Var. Lect. Burm. Edd. primae Bas. Colv. ut supra saepe.

In igni] Harlem. *igne.* male.

Diversari] Brem. *versari.* Elmenh. Harlem. cum Ed. Colv. *deversari.*

Tot vaga sid.] Flor. *tot iuga s.* Elmenh. *totiuga sid.*] Ita recte libri, non *vaga.* quos debuerant sequi viri docti. *totiuga* nihil aliud quam tot sidera, ut *multiiuga*, multa. Iidem libri, *solum quatuor*; e quo malui facere, *solum e quatuor*, quam *quartum*; quum eandem scribturam videam confirmari Florentini et Bremensis adsensu. Mox scribsi, *gigneret*, ut in altero Cuiaciano: in aliis, *gignerent.* Merc. Sic malo cum Florent. membranis legere, quam *tot vaga.* neque enim planetas tantum, sed et caetera astra intelligit. *totiuga* dicit pro *tot* vel *totuplicis generis*, ut *multiiuga* pro *multiplici*, initio huius libri de Luna loquens: *circumversione oris discoloris multiiuga pollens.* Florid. Recte. consentit Voss. In Apolog. quoque *totiuga sidera.* V. Ind.

Iam] Abest Edd. Wowerii et Vulcanio prioribus.

Sursum in aeth.] Flor. et Brem. Fulvii liber, *cursum in aeth.* Elmenh. Item Harlem. Voss. Vulc. Cantabr. vitiose, nisi *comparent* legas active, et de planetis capias. Sed non puto. *sursus* Bened.

Hoc est] Voss. *id.* Ed. Merc. *id est.*

Cur] Flor. et Brem. *cum h. s. quatuor e.* Elmenh.

Solum quartum el. aëris] Haec lectio rursus Vulcanio debetur. Antea excusum fuit *ex quatuor* scil. elementis. Merc. *solum e quatuor.* Sed MSS. Florent. Brem. Voss. Cantabr. Harlem. aliique *solum quatuor clementa aëris.* Bened. *IIII^or elementorum.* Forsan bene, nisi *elementum* sit per syncopen pro *elementorum.*

Intersitum] Edd. Vulc. Wow. *interpositum.* male. V. supra.

Ab omnibus] Brem. *ab hominibus.* Elmenh.

Desertumque] Abest *que* a Cantabr. Harlem. Voss. Edd. Merc. Cout.

Gignerentur] Harlem. Cuiac. sec. *gigneret* cum Mercero et Cout. In Voss. et aliis *gignerent.*

In igne] Malim *igni* cum MSS. Harlem. Voss. et Edd. ante Vulcan. ut supra et alibi. Sic enim cum antiquis etiam Virg. Aen. IV. 2. Sept. de B. Tr. II. 10. Abest *in* a Voss.

Fluxa] MS. Bremens. *fluxida.* recte. Elmenh. Sed auctoritatem quaero. Si quid mutandum, malim ego *fluida:* ut coniecit vir doctus in marg. Ed. Iunt.

Glebulenta] Cantabr. *glebulenda.*

Quidem qui] Ita MSS. et Vulcan. cum seqq. Al. *quod quidam.*

Qui aves aëri attribuet] Ita recte libri omnes, in quibus etiam mox, *quippe qui aves nulla earum*; repetitis ex superiori versiculo dictionibus illis, *qui aves*, quae sunt delendae. Merc. Voss. *avas.* Idem cum Harlem. Edd. Merc. Cout. *attribuet.* In reliquis *attribuat.*

Falsum sententiae] Vulgo *falsum sentire.* Elmenh. Sic rursus Vulc. et seqq. cum MSS. Ante *sentire.* Harlem. *sentient.* De hoc genitivo vide ad Met. L. I. p. 67, a. Apud Terentium *falsus animi.*

Meritissimo] Bened. male *meritissime.*

Quum avis nulla earum ultra] f. *parum ultra.* Brant. Forsan recte. *quum avis nulla earum* est lectio Edd. Colv. et Flor. At Wower. edidit *quum nulla earum.* Scriv. *quum aves nulla.* In MSS. O. et Edd. reliquis *qui* vel *quae aves nulla ear.* nisi quod Ald. et Iunt. dent *avis.* Hinc vir doctus tentavit *quia vix ulla.* Placet *quia.* Sed *quae aves* videtur Mercero, qui cum Coutur. delevit *quae* vel *quum aves*, et mihi inrepsisse e praecedenti versu: nisi adhibuerit auctor

ſentissimus omnium perhibeatur, tamen altitudinem perpendiculo si metiare, ut geometrae autumant, stadia decem altitudo ſastigii non aequiparat; quum sit aëris 679.
agmen immensum usque ad citimam Lunae helicem, quae porro aetheris sursum ver-

tor *aves* in sing. numero, ut *valles* pro *vallis* apud Caesar. ubi similia plura vide ad Lib. VII. B. G. c. 74. Sed vel sic *aves* vel *earum* superflue ponitur.

QUUM] *id* Bened.

EXCELLENTISSIMUS] Non dubitem, quin scribendum sit, *excelsissimus*. COLV. Cave mutes. Excellens invenias non raro pro excelso. Petronius: *In cacumine excellentissimi montis consenuit.* Macrobius V. 20. *Gargarum pro excellentissimo montis loco accipi.* Salisberiensis I. 13. *Cunctis avibus excellentius volat.* MERC. Cuncti Codd. constanter *excellentissimus.* Wower. et Florid. temere et tacite in textum recepere coniecturam Colvii *excelsissimus*, uti etiam citat L. Vives ad August. de Civ. Dei L. VIII. c. 15. Raro quidem id dictum pro *eminentissimus*, sed passim inusitata captat App. Glossae: *Excellens* ὑψηλός. Recte igitur Petronii et Macrobii locis confirmavit Merc. Temere enim ex uno libro apud Petron. c. 88. nunc *excelsissimus* legitur. Solin. p. 46. excellentissimi *luci*. p. 49 *mons in* excellentissimam *consurgit sublimitatem.* ut in MSS. multis optimis et Edd. vett. Temere id varie mutarunt Delr. et Salmas.

STADIA * *] Deest numerus: quem sic suppleverim, *stadia decem.* Nam Mart. Cap. lib. II. *Non enim de humilitate aëris illius quaero qui volucribus permeatur, quem Olympi montis cacumen excedit: qui vix decem stadiorum altitudine sublimatur.* COLV. Recte supplebis *stadia X alt.* Plane ut Geometrae autumant. Plutarch. Paulo Aemil. WOWER. *stadia decem*] Sic recte Colvius coniicit legendum, in Brem. est *stadia centum.* Plutarch. in Paulo Aemilio fol. 263, a. καὶ καταλύσας ἀνέπαυε τὴν στρατιὰν ὑπὸ τὸ πύθιον, ἐνταῦθα τοῦ Ὀλύμπου τὸ ὕψος ἀνατείνει πλέον ἢ δέκα σταδίοις. σημαίνεται δὲ ἐπιγράμματι τοῦ μετρήσαντος οὕτως· Οὐλύμπου κορυφῆς ἐπὶ Πυθίου Ἀπόλλωνος Ἱερὸν ὕψος ἔχει πρὸς τὴν κάθετον δ' ἐμετρήθη. Πλήρη μὲν δεκάδα σταδίων μίαν αὐτὰρ ἐπ' αὐτῇ. ELMENH. Bene Colvius supplevit *stadia X.* nota res ex Plutarcho et antiquis Geographis. MERC. Var. Lect. Burm. cum Brem. *stadia centum.* Sed egregie Colv. et Wower. cum seqq. correxere.

AËRIS AGMEN] Hoc rursus debemus Vulcanio, et MStorum consensui; pro mole, copia et magnitudine. Vide ad Met. L. IV. p. 248, a. *Agminibus stagnantibus.* de Mundo p. 718. Ed. Flor. *nebularum agmina.* Vulgo *augmentum.*

USQUE AD CITIMA LUNAE FALCEM] Haec lectio ex ora posterioris Basileensis est. Vulgatum passim, *usque ad stitima Lunae felicemque.* Sed ex ista scriptura, quam primam posui legerim, *usque ab citima Lunae saltem, quae porro* etc. Lud. Vives in cap. 15. lib. VIII. de Civit. Dei aliter citat hunc locum, nempe, *usque ad extima Lunae caelique; porro aetheris sursum versus exordium est.* COLV. *citima Lunae Helicemque*] Flor. Leid. et Brem. *citimam l.* Vide August. de Civit. lib. 8. c. 15. Brem. et Leid. *felicemque p.* Puteani excerpta *facemque p.* male. ELMENH. *Ad citimam Lunae facem*] Ita scribendum. Libri omnes, *citimam.* Sed iidem fere omnes corrupte *felicemque.* Unus Cuiacianus, quem dixi ex optimo descriptum, *facemq.* optime. *Citimam* dicit Lunae ſacem, respectu hominum, alludens ad notum illud Ciceronis e VI. de Republ. *Quae ultima caelo, citima terris luce lucebat aliena.* Iidem libri omnes habent *exortum* pro *exordium*, minus bene. At rectissime in iis, *aeris agmen immensum.* MERC. *Ad citimam Lunae helicen*] MS. Thuan. *ad citimam Lunae felicemque.* unde omnino restituendum est *ad citimam Lunae helicen, quae porro* etc. i. e. usque ad citeriorem Lunae gyrum. *Citima helice Lunae* sunt gyri spirales, quos Luna quotidiano motu describit, qua parte illi gyri terram spectant. FLORID.

AD CITIMAM LUNAE HELICEM, QUAE] Prodigiose hic locus corruptus erat, quem integritati nunc demum restitutum vides, MStorum sola ope. Olim edebatur *ad stitima Lunae foelicemque.* nisi quod iam in Edd. Iunt. Bas. et Colv. invenias *usque ad citimam Lunae falcem, quae:* unde vir doctus coniecit *facem*, quod clare exstat in Cod. Puteano, et e Cuiac. pr. rescripsit Merc. et ex eo Coutur. Quod Colv. coniecit et Vives habet, ea sunt nihili. Vulc. et seqq. exhibuere *ad citima Lunae Helicemque.* Verum praeterquam quod non capio, quid *helicem* tam simpliciter notabit, sensus mancus est, nisi *quae* legas, ut viderunt alii, et pro quo more solito in MSS. scribitur *que.* Ridicule sane Floridus legit *ad citimam L. Helicen, quae* a nominativo *helice.* cum *Helice* nihil aliud notare possit, quam urbem vel sidus sic dictum. Sed scribendum *citimam Lunae helicem* a nominativo *helix* ἡ ἕλιξ, voce Graeca Latine nostri more formata. Vide ad Met. L. IV p. 321, a. ἕλιξ enim gyrum, annulum, cincinnum, orbem Graece notat. Adi H. Stephani Thes. Intelligit quippe

 auc-

versus exordium est. Quid igitur tanta vis aëris, quae ab humillimis Lunae anfractibus, usque ad summum Olympi verticem interiacet? quid tandem? vacabitne animalibus suis, atque erit ista naturae pars mortua ac debilis? Immo enim, si sedulo advertas, ipsae quoque aves terrestre animal, non aërium, rectius perhibeantur. Enim semper illis victus omnis in terra, ibidem pabulum, ibidem cubile, tantum quod aëra proximum terrae volitando transverberant. Ceterum, quum illis fessa sunt remigia pennarum, terra ceu portus est. Quod si manifestum flagitat ratio, debere propria etiam animalia in aëre intelligi; superest, ut, quae tandem et cuiusmodi ea sint, disseramus. Igitur terrena nequaquam, devergunt enim pondere; sed ne flammida, ne sursum versus calore rapiantur. Temperanda ergo nobis pro loci medietate media natura, ut ex regionis ingenio sit etiam cultoribus eius ingenium. Cedo igitur mente formemus, et gignamus animo id genus corporum texta, quae neque tam bruta, quam terrea, neque tam le-

auctor exteriorem anfractum, quem Luna suo motu describit: ut ipse se explicat auctor, subdens *humillimos Lunae anfractus.* Martian. Capell. L. I. p. 11. *Clio* citimum circulum *h. e. in luna collocavit hospitium.* Exstat autem *citimam* in Thuan. Voss. Florent. Leid. Brem. Putean. Cantabr. utroque, Fulv. et cunctis Mercer. *Felicem* habent Vulc. Thuan. Harlem. Voss. Cantabr. uterque, Brem. Mercer. At ipsum *helicem* servarunt nobis Florent. et Fulv.

VERSUS] Bened. *verso.*

EXORDIUM] Rom. Leid. et Brem. *exortum.* ELMENH. Item Fulv. Harlem. Voss. Mercer.

PORRO] Brem. *partem.* a Puteani manuscripto τὸ *porro* abest. ELMENH.

HUMILLIMIS] Edd. ante Vulcan. *humilibus.* Ceterum *Lunae anfractibus usque ad summum* vitiose desunt in Ed. Scriv.

TANDEM] Edd. eaedem *tum.*

SEDULO] Bremens. *sedule.* ELMENH. Pro *quoque* Harlem. *queque.*

TERRESTRE ANIMAL] Flor. et Leid. *per terrestre an.* ELMENH. *Perterrestre* libri omnes nostri, non *semperterrestre*, nec *superterrestre.* MERC. MSS. Cantabr. Edd. Vic. Bas. Par. *semper terrestre.* At Florent. Harlem. Voss. Leid. Mercer. et Edd. Ald. Iunt. Merc. Cout. *perterrestre.*

ENIM SEMPER] Ita diserte optimus Cuiacianus, et Fabri liber. Et sane ita saepe noster in veteribus exemplaribus; sed in vulgatis mutatus. Infra: *Enim Socrates utpote vir adprime perfectus.* Metamorph. IV. *Enim nunc certe, nunc maxime perii.* Florido II. *Enim non pigebit me commemorare, quod illum non puditum est ostentare.* Item: *Enim sic natura comparatum est, ut eum quem laudes, etiam ames.* In Apologia: *Enim paupertas olim philosophiae vernacula est.* Item: *Enim fabula ut impleretur, addendum etiam illud fuit.* Item: *Enim longe secius ratus fuerat, nec immerito.* MERC. *Enim semper* exstat quoque in Voss. *Est enim semper* a Vulcanio est. Edebatur ante *semper enim* sine τῷ *est.* atque ita Cantabr. uterque et Harlem. Sed aliter MSS. plerique. Scilicet ab auctore fuit *Enim semper.* Vide Indicem.

IBIDEM C.] Bened. *et ibidem c.*

TANTUM QUOD] Male Harlem. et Edd. ante Vulcan. *tantumque.* De hac formula vide laudatos viros doctos ad Nepot. Datam. c. 6. § 7. ad Petron. c. 78. ad Vellei. L. II. c. 117. Graev. ad Luciani Soloec. init. Salm. ad Solin. c. 19. in f. *tantum quod villosos habet armos.*

VOLITANDO] Eaedem *volando.*

REMIGIA] Brem. *regimina.* ELMENH. Male. Voss. *pinnarum*, et pro *portus* Bened. *precatus* Edd. Vic. Bas. *potitus.*

FLAGITAT] Harlem. *flagitet.*

ETIAM ANIMALIA] Alio ordine Bened. in quo pro *ut quae* statim *ut qui.*

DEVERGUNT] Videtur scribsisse *devergant*: sed illud retinent omnes libri, qui et mox, *sed ne flammida*; quod et rectum est. MOX: *temperandae ergo*: e quo feci, *temperanda est ergo.* Et statim, *sit etiam cultoribus eius ingenium*; ex omnibus libris. MERC. Non male *devergant.* edidit ita Florid.

NEC FLAMMIDA] Harlem. Vulc. Voss. Bened. Mercer. cum Edd. Merc. et Cout. *ne* pro *ne quidem.* bene, ut saepe. Edd. vett. *flammea* contra MSS. Paullo ante *in igni flammida.*

TEMPERANDA] Frigide additur *est* in Edd. Cout. Flor. e coniectura Merceri. Voss. *temperande.*

SIT ETIAM] Ita rescripsi cum MSS. Harlem. Flor. Voss. Fulv. Bened. Edd. Merc. Cout. Vulgo *sed et.* Edd. ante Vulcan. cum MS. Cantabr. *sit et in.*

ANIMO] Edd. eaedem *omnino.*

TERTIA QUAE] Flor. *texta quae.* ELMENH.

Id

levia, quam aetherea, sed quodammodo utrimque seiugata, vel enim utrimque commixta sint, sive amolita, seu modificata utriusque rei participatione. Sed facilius ex utroque, quam ex neutro, intelligentur. Habeant igitur haec Daemonum corpora et modicum ponderis, ne ad superna incedant; et aliquid levitatis, ne ad interna praecipitentur. Quod ne vobis videar poëtico ritu incredibilia con-

fin-

Id genus corporum texta] Ita recte libri, quos secutus Vulcanius in prima editione; in altera malo consilio mutavit, et in eandem fraudem induxit sequentes editores. MERC. *corporum texta* reposui ex Thuano codice, ubi est *textu.* male in vulgatis *tertia.* FLORID. Hunc quoque locum non intelligentes librarii mire corruperunt: unde in vett. Edd. legas *corpus*, *tertia quaedam animalia.* *Corporum* bene iam edidere Vulc. et Wow. *Quaedam animalia*, delevit in sec. Ed. Vulc. et Elmenh. ac Scriv. Bene. Sed optime Merc. Cout. et Florid. exhibuere *id genus corporum texta.* Sic enim diserte exprimunt MSS. Vulc. Florent. et Mercer. Voss. *corporum textia.* Omnes *corporum.* In Harlem. solum legas *id genus corporum*, *quae.* Sed perperam. *Id genus* nostri more pro eius generis. *Textum*, *textus* et *textura* saepe in usu est de fabrica corporis. Vide Lexica. Hinc Lucan. L. IX. vs. 777. *laterum textura.* Manil. II, 663. *Et duo centauri licet uno corpora textu.* ut bene Bentlei. unde et saepe *filum corporis* occurrit, ut mox videbimus. Hesych. ὑφὴ σῶμα. *Textum mundi* Mart. Cap. p. 14.

QUAE NEQUE SINT] Abest a MSS. quod sciam, cunctis, et Edd. Vulc. Scal. Merc. Cout. nec opus: immo statim sequitur τὸ *sint.*

QUAM TERREA] *Terrena* malui alterum Cuiacianum secutus, quam *terrea.* MERC. Bened *ut terr.* De τοῖς *terreus* et *terrenus* vide me ad Frontin. IV. 1. et ad Caesar. B. G. I. 43. at contra Perizon. ad Melam in Misc. Obs. Vol. VIII. p. 128. et certe nusquam nisi hic occurrit apud nostrum *terreus.* saepissime vero *terrenus.* Sed et Mart. Cap. fere semper *terrenus.* at tamen p. 21. ubi aliter legi nequit ob metrum *sed cui terreus ortus.* ut et p. 36. *vis* terrea *cedit Aetheriumque venit sine mortis legibus aevum.* Sic leg. e MSS. 5. non *aeternum.* Arnob. L. VII. p. 226. *Dii subterrei.* pro quo noster Met. L. IX. p. 192. Ed. Pric. *subterrenae plagae.*

UTRIMQUE SEIUGATA] Lego, *utrimque secus iugata.* BRANT. Sed V. supra ad p. 671. Ed. Flor.

VEL ENIM] *Vel enim utrimque commixta* legendum esse docui ad Nonium. Male enim editiones omnes habuerunt, *velut enim*, ante Elmenorstianam. At libri scribti diserte, *vel enim.* ut primo Florido: *vel enim colliculus sepimine consecratus.* MERC. Sic Scal. Elm. Merc. etc. cum MSS. Reliquae *velut enim.* male. *En*; valet *vero*, *autem.* Voss. *vel en. utrumque.*

SIVE AMOLITA] Mendum deforme. Lege: *sive inolita.* WOWER. Ita recte libri et editiones omnes ante Wowerianam. Ille edidit, *inolita*; quem secutus Elmenorstius, qui et τῷ μακαρίτῃ Scaligero adscribit hanc παραδιόρθωσιν, me sane non credulo. Nihil enim falsius. Ait quaerenda corporum texta media inter flammida et terrena, sive ex utrisque mixta, sive ex neutris. hoc est enim, *sive amolita*, *sive modificata utriusque participatione.* Ex mox concludit, melius fore, si ex utrisque mixta censeantur, quam si ex neutris; quod aperte revincit illam coniecturam. MERC. *Inolita*] A Scaligero haec emendatio. Florent. Rom. Brem. et Leid. *amolita* legunt, male. ELMENH. *Amolita* constans MStorum est lectio et sana, quam male Scal. Wow. Elm. Scriv. reiecerunt prae coniectura Scaligeri sive Vulcanii Ed. sec. *inolita.* quod non capio. Dicit auctor, haec aëria corpora vel esse contexta e commixtione aetheris et terrae *modificata utriusque rei participatione*, vel contra *utrimque esse seiugata*, et quaedam tertiae materiae habere, *amolita participatione terrae et aetheris*, sed se prius credere, et id facilius intelligi. Qui aliter interpretantur non cepere Apulei mentem. Sic passive infra p. 700. *Istis omnibus exuviis* amolitis. Curt. L. VIII. c. 5. § 17. de Herculis et Liberi Apotheosi *prius ab oculis mortalium* amolita *natura est.*

SEU] Harlem. Edd. Merc. Cout. *sive.*

INTELLIGENTUR] In praesenti Edd. Elm. Scriv. Flor.

ET MOD.] Carent *et* Edd. ante Vulcan. statim *ne* deest Bened.

INCEDANT] Forte, *inscendant.* COLV. f. *incitent* et *praecipitent.* BRANT. Flor. *incedat.* ELMENH. Quid si legas *inscendant?* MS. Thuan. *recedant.* FLORID. Male. *Incedere* habet implicitam in se maiestatis et divinitatis altae significationem, ut passim obvium. Vide modo Broukhus. ad Tibull. II., 6, 34. Voss. cum Florent. *incedat.*

ALIQUID LEVIT.] Ita libri omnes, non *et quid:* quod non fuerat mutandum sine auctoribus libris. MERC. Carent τῷ *et* etiam Harlem. Cantabr. et Edd. ante Vulcan. Edd. Vulc. Wow. *quid.*

QUOD] Ed. Wow. *sed.* Mox pro *exemplum*

Be-

fingere, dabo primum exemplum huius libratae medietatis. Neque enim procul ab hac corporis subtilitate nubes concretas videmus, quae si usque adeo leves forent, ut ea, quae omnino carent pondere, nunquam infra iuga, ut saepenumero animadvertimus, gravatae, caput editi montis ceu quibusdam curvis torquibus coronarent. Porro, si suapte natura tam spissae ac graves forent, ut nulla illas vegetioris levitatis admixtio sublevaret, profecto non secus quam plumbi rodus, et lapis, suopte nisu caducae, terris illiderentur. Nunc enimvero pendulae et mobiles huc atque illuc vice navium in aeris pelago ventis guber-
681. nantur, paululum immutantes proximitate et longinquitate. Quippe si aquae humore foecundae sunt, veluti ad foetum edendum, deorsum degrassantur. Atque ideo

Bened. *exempli.* et pro *subtilitate* Cantabr. *sublimitate.*

INFRA] Cantabr. *infixa.* Harlem. *intra.*

GRAVATAE] Edd. quaedam *gravate.* Pro *montis ceu* Harlem. *montibus seu.*

TAM SPISSAE AC GRAVES] Cantabr. Harlem. Voss Edd. Merc. Cout. *spissae tam graves.* Ed. Vulc. *spissae ac iam gr.* Wow. *spissae ac tam gr.*

NULLA ILLAS] Voss. *nullam.* Bened. *illa.*

VEGETIORIS] Florent. *veterioris.* Schik. *ventosioris.* ELMENH. *Vegetioris* recte edidit e suo libro Vulcanius, cui alter Cuiacianus consentit: alii, *veterioris*, vel *exterioris*: pessime. nec aliud quaerendum quam *vegetioris.* MERC. Ita recte emendavit Vulc. consensu MSS. plerorumque. Vulgo erat inepte *vetustioris.* Florent. tamen Voss. et Cantabr. *veterioris.* Bened. et alii *exterioris.* Frustra Schikerad. voluit *ventosioris*, alius *vastioris.* Lips. *velut sudioris.*

PLUMBI GLOBUS ET LAPIS SUAPTE VI etc.] Nimio placet manuscripti lectio: *plumbi robur vel lapis suopte nisu* etc. Sicut Lucretius robur ferri, robur aeris dixit, pro ferro, aere. Sic lib. 9. p. 167. *magno nisu ferro librato.* Et 166. *telum solo nisi violentia defixum*, id est, impetus. SCIOPP. *in Symb. plumbi robur*] Sic Brem. et Fulvii liber. in Florent. et Leid. legitur *plumbi robus.* unde Mercerus in Notis ad Nonium pag. 94. *plumbi rodus* facit. Sed priorem recte explicat Scoppius. ELMENH. *Plumbi rodus*] Ita legendum esse monui dudum. Optimi quique scripti libri praeferunt *robus*, quod et in Florentinis et Leidensibus membranis esse testatur Elmenhorstius. *Plumbi rodus* etiam dixit Lucillius, ut *saxeum rodus* Accius. Qui *plumbi robur* defendunt, inventis frugibus glande vesci digni. Mox recte libri, *suopte nisu*, non *suapte vi.* MERC. Egregia Merceri est emendatio pro vulgato *globus* ad Nonium p. 94. quo faciunt Codd. Fulv. Brem. et Harlem. *robur*, quod etiam defendi posset loco Mart. Cap. p. 8. Ed. Gr. *liventis* plumbi *fusili* robore. Sed ibi quoque Ill. Heinsius legit *rodere* Tom. III. Th. Epist. p. 461. ubi omnino eum vide. Sed inprimis τὸ *rodus* confirmant MSS. in quibus *robus* ut Mercer. Cantabr. uterque, Leid. Voss. et Florent. sic habentes cum glossa interlineari *pistillum perpendiculi.* At *robur* amplexi sunt Elm. et Scriv. *rodus* Floridus. Alibi mentem habuit Burmann. dum hic margini adlevit *rhombus.* Vide ad Ovid. Amor. I, 8. et ad II. Fast. 575.

ET LAPIS] Fulv. et Edd. ante Vulcan. *vel.*

SUAPTE VI] Rescribe ex Flor. Fulv. Excerpt. Bat. et Put. *suopte nisu.* ELMENH. Voss. quoque Cantabr. Harlem. cum Thuan. Mercer. et Edd. Elmenh. etc. *suopte nisu.* Vide Sciopp. supra In Bened. *suapte n.* in reliquis *suapte vi.* Vide ad Met. L. IX. p. 642, a. Ceterum pessime in marg. Bas. pr. e coniectura ponitur *caduca:* nam *caducae* ad nubes referendum.

ATQUE ILLUC] Edd. ante Vulcan. *et illuc.*

IMMUTANTES] Cantabr. *mutantes.*

SI ALIQUO HUMORE F.] Placet MS. *si aquae humore f.* SCIOPP. *in Symb.* MS. liber: *Si aquae humore f.* Vere. WOWER. Brem. *si a. humecto f.* Fulvii liber, *si aquae humore f.* bene. ELMENH. Non mutavi, quia ita in omnibus libris nostris, nisi quod in optimo Cuiaciano, *alia quo.* Aiunt in Fulvii libro esse, *aquae.* Sed is auctoritatis minus certae. Siquid mutandum, scriberem *aqueo*; sed melius nihil mutari. Mox pro *degrassantur* credo scribendum, *degravantur*; ut supra, *nunquam infra iuga gravatae.* MERC. MS. Thuan. *aliquo.* FLORID. Reliqui MSS. *aliquo.*

VELUTI AD FOETUM] Harlem. *velut.* Inepte Bened. et Edd. ante Vulcan. *fletum.*

DEORSUM DEGRASSANTUR] Eadem manu correctum in meo Elmenhorstiano exemplari *degravantur.* FLORID. Florent. Voss. Bened et Edd. Elm. Scriv. Flor. *deorsus.* *Degrassantur* vero retinent MSS. et Edd. O. nisi quod in Elmenh. sit *degressantur.* Videtur App. ad proprietatem verbi respexisse; qua notaret, cum impetu et ce-

ideo humectiores humilius meant, aquilo agmine, tractu segniore: sudis vero sublimior cursus, et tum lanarum velleribus similes aguntur, cano agmine, volatu perniciore. Nonne audis, quid super tonitru Lucretius facundissime disserat:

> *Principio tonitru quatiuntur caerula coeli,*
> *Propterea quia concurrunt sublime volantes*
> *Aethereae nubes, contra pugnantibu' ventis.*

Quod si nubes sublime volitant, quibus omnis et exortus est terrenus, et retro defluxus in terras est; quid tandem censes Daemonum corpora, quae sunt concre-

cre-

celeri gradu descendere *καταβαίνειν*. Audacissime certe Coutur. et Florid. reposuere *degravantur* e coniectura Merceri et alius viri docti, si non is ipse est Mercerus. cf. supra ad p. 678. Ed. Flor. *sintque propria*. Burmann. coniecit *decrassantur*.

Ideo] Edd. ante Vulcan. *omnino*.

Aquilo agmine] Hoc vero invitis omnibus libris ita rescribendum: *aquilo agmine*, *tractu segniore*, non *aquilonis agmine*, *tractu segniores*: e quo pessime Wouerius, *Aquilonis agmine factae segniores*. Quid enim ad pluviam Aquilo? At, *aquilo agmine*, id est nigro. ut apud Varronem: *Atque Aegeus fluctu quam lavit ante aquilo*. Indicant sequentia, in quibus pluviae aquilo agmini opponit nivis canum agmen. Merc. Sic procul dubio legendum. Male vulgati omnes *Aquilonis agmine*. Aquilus color est fuscus, subniger, qui color est aquae. *Aquilum agmen* hic opponitur cano agmini, quod mox sequitur. Florid. Egregia haec est emendatio Lipsii in marg. et Merceri, quam bene in textum recepere Coutur. et Florid. licet cum editis MSS. constanter habeant *aquilonis*. De τῷ *aquilus* vide Festum et Nonium.

Tractu segniore] Sic tacite Floridus edidit, e coniectura Merceri cum antea et in MSS. sit *segniores*. *s* scilicet adhaesit e seq. voce *sudis*. Hinc tamen Wowerius sese non extricans interpolavit tacite *aquilonis agmine factae segniores*. quod est nihili.

Tum lanarum vell.] Florent. Harlem. Edd. ante Vulcan. *cum*. Bas. pr. *lanatum*. Mox Bened. *agantur*.

Cano agm.] Rom. *cavo a.* male. Elmenh. Optime sic emendarunt iam olim Lips. et Vulc. consentientibus MSS. O. pro edito antiquitus *cavo*. Contra *cavam nubem* abiit in *canam* de mundo p. 727. Ed. Flor. *Canae* nubes sunt tenues *aquilis* et nigris oppositae.

Super tonitrum] Vulgo plerisque in edit. *tonitruum*. Forte deerat, *natura*, aut tale quid; ut si legas, *super natura tonitruum*. Locus Lucretii est e lib. VI. Colv. Rom. et Aldus *tonitruum*. Stew. *tonitrum*. Elmenh. Colv. edidit *tonitrum*, quod coniecit Stewech. [vide eum infra] exstatque in MS. Cantabr. At *super* hoc sensu non habet accusativum. Quod si sit facile retineri posset *tonitruum*. nam et hoc in singulari pro *tonitru* occurrit. Vide ad Met. L. VIII. p. 529, b. Quare retineo, quod Vulc. et ceteri cum reliquis MSS. dant *tonitru*.

Propterea quia] MSS. omnes *propter alia*. Elmenh. Certe e nostris Bened. et Voss. At Leid. *propter ava*. Pro *concurrunt* Bas. pr. *concurrant*.

Propugnantibus ventis] Excerpt. Bat. *propter nantibus velis*, inepte. Elmenh. *porro pugnantibus ventis*] Ita scribsi, quia in manuscribtis, *propugnantibus*. Delevi etiam iisdem libris auctoribus tres alios Lucretii versus, qui nihil ad mentem Appuleii. Ex iisdem scribsi, *quibus omnis exortus est terrenus, et retro defluxus in terras*; quomodo etiam editum ab Elmenorstio. Merc. Leid. *propter nantibus velis*. Harlem. Voss. *propugnantibus velis*. Cantabr. cum Mercer. *propugnantibus*. prave. Vide Lucret. L. VI. p. 96. Sed acute Mercerus hinc emendavit *porro pugn.*. Ceterum Edd. primae nec non Scal. et Wow. addunt 3. sequentes Lucretii versus, verum eos agnoscit nullus meorum codex, nec Merceri, qui bene notat, eos nihil facere ad mentem Appuleii.

Quibus omnis] Sic recte MSS. cum Vulcan. et seqq. Ante *omnisque et*.

Exortus est terrenus] Ita quoque MSS. O. ut ediderunt Scal. Elm. etc. nisi quod rectius Cantabr. et Harlem. careant τῷ *est*. In Edd. reliquis *et terminus*. Voss. *et exortus et terr.*

Defluxus] Harlem. *defluus*. Bened. *deflexus*. Male *earum* additur Edd. ante Vulcan.

In terra est] Malim et hic delere τὸ *est* cum Cantabr. Harlem. Voss. Edd. Merc. et Cout.

censes] Edd. ante Vulcan. contra MSS. *futura censes*. V. not. seq.

con-

cretu multo tanto subtiliori? Non enim sunt ex hac faeculenta nubecula, tumida caligine conglobata, sicuti nubium genus est; sed ex illo purissimo aëris liquido et sereno elemento coalita, eoque nemini hominum temere visibilia, nisi divinitus speciem sui offerant, quod nulla in illis terrena soliditas locum luminis occuparit, quae nostris oculis possit obsistere, qua soliditate ne-
682. cessario offensa acies immoretur; sed fila corporum possident rara, et splendi-

CONCR. MULTO MINUS ET TANTO SUBT.] Florent. et Leid. *concreta multo tanto subt.* Brem. *concreta multo subt.* ELMENH. Male addebant, *concreta multo minus et tanto subtiliora:* ita enim editiones omnes ante Elmenorstianam. Libri omnes, *multo tanto.* at duo optimi, *subtilior:* ut videatur scribsisse, *quae sunt concretu multo tanto subtiliore.* Mox, *non enim ex hac faeculenta nubecula*, libri omnes, inducta voce *sunt.* MERC. Etiam Voss. et Cantabr. uterque carent *minus et.* ut ediderunt Elmenh. Scriveriusque. Sed tum auctor dicere debuit *subtilius.* Recte nihilominus illi *minus et* deleverunt, quae cum *tanto* absunt etiam a Brem. et Harlem. *tanta* Voss. Bened. Vide ad Met. L. VII. p. 142. Pric. *multo tanto pluribus.* et Ind. Pro *subtiliora* in Florent. et 2 Mercer. ac Voss. est *subtilior*, unde Merc. et Cout. edidere *concretu multo tanto subtiliore.* Certe in Harlem. *subtiliori.* sed unde nullum mihi dubium est, quin exciderit vox *filo*, quod explicantes Glossatores in margine scripserunt *sutura*: unde supra inrepsit *futura.* *Filum* passim dicitur de habitu corporeo, non secus ac *textum*, de quo supra. Mox de his ipsis corporibus: fila *corporum possident rara et tenuia* etc. ubi vide, nec non comm. ad Lib. IV. Met. p. 289, a. Salmas. ad Solin. p. 465. Legendus ergo hic locus sic *concreta multo tanto subtiliore filo.* De *concretus* vide ad Met. L. VI. p. 415, a.

SUNT] Abest Cantabr. Harlem. Mercer. et Ed. Cout.

TUMIDA CALIGINE] Fortassis scribendum, *et humida calig.* COLV. Coniecerat id iam Lipsius in marg. et exstat in Var. Lect. Burm. Sed male. Densam et protuberantem nubis caliginem notat. Sic *custodum tumor* pro densa corona Propert. L. II. eleg. 18, 70. ubi vide Comment.

SICUTI] Ed. Ald. *sicut.* Bened. Cod. *sint.*

NUBIUM TENUS] Magis placeret, *nubium genus.* quod etiam Lipsio probatur. COLV. *Nubium genus*, et Fulvianus codex, ut ita de veritate huius lectionis minime sit dubitandum. SCIOPP. *in Symb.* Vulgata mihi scriptura non displicet. BRANT. Bene emendavit Colv. cum Lipsio, probantibus MSS. cunctis.

EOQUE] Edd. ante Vulcan. *eaque.*

NULLI HOM.] Flor. *nemini h.* ELMENH. Recte, atque ita restituendum auctoritate etiam MSS. Puteau. Cantabr. utriusque, Voss. Harlem. et Edd. Vulcan. quem illud in *nulli* mutantem temere secuti sunt posteriores editores, praeter Mercer. et Coutur. Adi ad Met. L. V. p. 325, b. *hominum nemo.*

OFFERANT] *offert.* ELMENH. cum Cantabr. et Voss.

OCCUPARIT] Cantabr. et Edd. vett. *occupaverit.* Voss. *occuparet.*

QUI NOSTRIS] Legendum cum MS. *quae nostris.* SCIOPP. *in Symb.* Scribe ex MS. *quae.* WOWER. *Qui* scil. locus. At Voss. cum Fulv. *quae.* uti edidere Wow. Merc. Cout. et Flor. ut ad *soliditatem* referas; sed utrumque eodem redit.

OCULIS] Abest MS. Bened. Harlem. inverso ordine *obs. poss.*

NECESSARIO] Cantabr. *necca.* Voss. *nec essaria.* Edd. ante Vulcan. *nostra.*

IMMORETUR] Brem. *moriatur.* ELMENH. Var. Lect. Burm. *immoriatur.* Wow. *immoraretur.*

FILIA CORPORUM] Repono veram scripturam: *fila corporum.* id est lineamenta: Itidem hic scriptor de asino: *filo liberali virgo.* Neque haec attingerem, ni viderem relicta in optimis editionibus. quale etiam illud pag. praecedenti: *quid super tonitruum Lucretius facundissime disserat.* germana lectio, *tonitrum.* quod declinatum a *tonitrus*, exemplo antiquo. Leve quoque quod addam, nec tamen ob id praetereundum: *quo liquidius et plenius de praesagio Socratis, deque eius numine cognoscatis.* lege meo suasu, *Deique eius.* Itidem et inferius paulo hoc corrigebam: *Verum eius monitis obediebat, eoque Deo suo erat longe acceptior.* vulgant codices etiam Beroaldi, *eoque de suo.* plane insulse. STEWECH. *Fila corporum* sola Rom. ed. Aliae omnes, *filia corp.* Gellius lib. I. *Mores naturasque hominum coniectatione quadam de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu sciscitari.* Plautus: *Scitum filum mulieris.* COLV. Bened. *sida corpora.* Voss. *fida corp.* quasi voluisset librarius *suda corpora.* sed vide Mercer. ad Non. p. 313. *Filum oris lineamentum.*

Nos-

dida, et tenuia, usque adeo ut radios omnis nostri tuoris et raritate transmittant, et splendore reverberent, et subtilitate frustrentur. Hinc est illa Minerva Homerica, quae mediis coetibus Graiûm cohibendo Achilli intervenit. Versum Graecum, si paullisper operiamini, Latine enuntiabo: atque adeo hic sit inpraesentiarum. Minerva igitur, ut dixi, Achilli moderando iussu Iunonis advenit,

Soli perspicua est, aliorum nemo tuetur.

Hinc et illa Virgiliana Iuturna, quae mediis millibus auxiliabunda fratri conversatur,

Miscetque viris, neque cernitur ulli:

prorsus quod Plautinus miles super clypeo suo gloriatur,

Praestringens oculorum aciem hostibus.

Ac ne ceteros longius persequar, ex hoc ferme Daemonum numero poëtae solent, haudquaquam procul a veritate, osores et amatores quorumdam hominum 683.
Deos

Nostri tuoris] Alii, *nostri oris*, vel *nostri vigoris*. Elmenh. Fulv. *oris*. alter Fulv. *vigoris*. Harlem. *cruoris*. Isidori Glossae: *Tuore*, *visu*. ut notavit Elmenh. in Ind. ab antiquo *tuor* i. e. video. ut leg. e MSS. in Festi V. *tuor* et *obtutu*.

Transmittant] Brem. et Leid. *transmutant*. Elmenh. item Harlem.

Et splend.] Cantabr. non habet copulam.

Frustrentur] Voss. *frustantur*.

Hinc est illa M.] Sic Florent. Fulv. Voss. Cantabr. Harlem. et Edd. Wow. Elm. etc. A ceteris exsulat τὸ *est*.

Minerva Homerica] Edd. ante Vulcan. item Merc. Cout. et Harlem. Voss. *Hom. Min.* ut apud August. L. IX. c. 7.

Cohibendo] Edd. Ald. Iunt. prave *cohibendum*.

Versum Graecum] Iliados A. Οἴῳ φαινομένη τῶν δ' ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο. Colv. Elmenh. τὸ *illum* e suo cod. addidit Vulc. et dein Scal. et Wow. sed abest a MSS. Videtur autem Graecum versum addidisse Appuleius.

Enunciabo] Brem. *nuncupabo*. Elmenh. Harlem. *nunciabo*.

Adeo hic sit] Voss. *ideo*. Harlem. *fit*.

Persp. est] Cantabr. *a se*. Edd. ante Vulcan. *ast*.

Virgiliana Iuturna] Brem. *virginum alia*. male. Rom. et Brem. *matrona*. Elmenh. Edd. ante Vulcan. *matrona*.

Mediis millibus] Sic MSS. O. Edd. vett. ac Wower. addunt *in med. m.*

Miscetque viris] Scil. *se*. quod de Aenea Lib. I. Aen. vs. 440. addit Virgil. Bened. *miscetur que*.

Neque] Sic Harlem. Voss. Florent. Edd. Merc. Cout. cum optimis Edd. Virgilii, non *nec*.

Prorsus quod] Rom. *protinus*. Lege cum Lipsio, *potius quam Plautinus miles*. Elect. 2. cap. 21. Elmenh. Ego scriptum existimo *potius quam quod Plautinus miles* etc. ut sit sensus Iuturnam, fratri in praeliis auxiliantem, ideo potius a caeteris conspici non potuisse, quod eorum visum tenuitate fugeret, quam quod ipsis oculorum aciem praestringeret nimio splendore, qualem clypeo suo conciliari praecipit apud Plautum miles gloriosus. Hunc sensum, quia mihi verisimillimus est, in interpretatione expressi. Florid. *Prorsus quod* MSS. O. cum Vulcan. et seqq. nisi quod in Cantabr. et Harlem. sit *prorsusque*. in Var. Lect. Burm. *protinus quod*. Edd. priores *protinusque*. *Potius quam quod*, uti coniecit Florid. certe exigit sensus.

Praestringens] Harlem. Brem. *perstringens*. Male. Cui non dictus Hylas? Vide ad Lucan. L. I. Errat Abresch. Lect. Aristaen. p. 323.

Ceteros] Var. Lect. Burm. Edd. ante Vulcan. *cunctos*. Pro *persequar* Bened. *persequitur*.

Ex hoc ferme etc.] Citat hunc locum Augustin. de Civ. Dei lib. 9. cap. 3. Elmenh.

Haudquaquam] Abest *quaquam* ab Edd. ante Vulcan.

Haud procul etc.] *Haud procul a veritate, osores et amatores quorundam hominum Deos fingere: hos prosperare et evehere, illos contra adversari et adfligere.* Sic haec omnia emendatissima sunt ex D. Augustini eiusdem lib. 9. cap. 3. ubi sic omnino leguntur. Vulgo sensu nullo: *Haud procul a veritate, censores caussae et amatores quorumdam hominum Deos fingere, et tueri illos, interdum adversari et adfligere.* Colv. *Osores* recte MSS. et Colv. cum seqq. Ante *censores caussae*.

 Hos

Deos fingere, hos evehere et secundare, illos adversari et affligere: igitur et misereri, et indignari, et angi, et laetari, omnemque humani animi faciem pati, ac simili motu cordis et salo mentis ad omnes cogitationum aestus fluctuare. Quae omnes turbelaeque tempestatesque procul a Deorum coelestium tranquillitate exsulant. Cuncti enim coelites, semper eodem statu mentis, aeterna aequabilitate potiuntur, quia nunquam illis nec ad dolorem versus, nec ad voluptatem finibus suis pellitur, nec quoquam a sua perpetua secta ad quempiam subitum habitum dimovetur, nec alterius vi; nam nihil est Deo potentius: neque suapte sponte; nam nihil est Deo perfectius. Porro autem quî potest videri perfectus fuisse, qui a priore statu ad alium rectiorem statum migrat? quum prae-

Hos prosperare et evehere] Ita restitutus est hic locus ex S. Augustino. ante edebatur: *Et tueri illos, interdum adversari et affligere.* At in libris scribtis: *Et vere illos secundum adversari et affligere:* nisi quod in altero Cuiaciano, mutato ordine, *secundum illos.* E quis coniiciebam, *Evehere illos secundos, adversarios affligere.* Sed praestat sequi lectionem, quam servaverunt nobis codices Augustiniani. *Prosperare* vox nostri auctoris, infra: *mala averruncare, bona prosperare.* *Secundum* in codicibus nostris fuit pro vero *contra:* quod non semel in illius locum irrepsit: credo quia in veteribus libris notae utriusque verbi non dissimiles. *At enim secundum Pythagoricos*, pro, *contra Pythagoricos.* In libro de philosophia morali: *Pessimo quapropter deterrimus non ea tantum vitia quae secundum naturam sunt, pariunt exsecrabilitatem.* Ita libri omnes editi et scribti: ubi certissime rescribendum, *quae contra naturam sunt.* Merc. MSS. nil aliud habent, quam haec *et vere illos secundum adversari.* Certe ita Florent. Leid. Voss. Harlem. Cantabr. uterque. Quare malim scribere *hos evehere et secundare, illos adversari.* Augustin. *prosperare* (Edd. quaedam *prosperari*) vel vitio memoriae vel e suo cod. legisse et *contra* ad sensum fulciendum de suo addidisse videtur, ut facit saepe. *Secundare* vero pro *prosperare* optimo cuique poëtae in usu est. Sed *secundum* inrepsisse pro *contra* e vitioso scribendi more decurtato putat Merc. cum Salmas. ad Solin. p. 770. qui legit quoque *adversare.* Dein contra MSS. et Augustin. Vulcan. et seqq. dedere *aversari.* Vide ad Met. L. VII. p. 147. Pric.

Faciem] Voss. *faciam.*

Ac simili] Omnibus libris nostris deest *ac.* Merc. Item MSS. Cantabr. Voss. Harlem. Edd. Merc. Cout.

Cordis] Vulc. cod. pro var. lect. *corporis.* male.

Salo mentis] Vitiose Ed. Scal. *solamentis.* Vide ad Met. L. IV. p. 237.

Ad omnes] In D. August. cap. III. VI. et VII. *per omnes.* Colv.

Turbelae] Sic Flor. et Aldus. Leid. et Rom. *turbellae.* Brem. et Bas. 2. *turbulae.* August. de Civit. Dei lib. 9. c. 8. Elmenh. Libri nostri magno consensu *turbulae*, quod restitutum a Vulcanio e libro suo non debuerunt mutare editores sequentes. Merc. *turbelaeque*] Sic Bened. MS. et August. Edd. Ald. Iunt. *Turbellae* cum Leid. Edd. pleraeque. *Turbulae* Florent. Voss. Brem. Cantabr. Putean. Harlem. Mercer. et Edd. Vulc. Scal. Merc. Cout. Vide de hac confusione Ind. Not. *Turbae* prave Wower.

Exsulant] Edd. Iunt. Ald. *exsultant.*

Quae nunq. ill.] Iidem libri recte, *qui nunquam illis:* refertur enim ad statum mentis. Merc. Cantabr. quoque Voss. et Harlem. cum Edd. Merc. Cout. *qui.* MS. Vulc. *quia.* Recte.

Nec ad dolorem versus] Libri, *nec ad dolorem usus:* e quo feci *versus*, ut in Elmenorstiana Editione. Merc. Ita recte Scal. cum Edd. Elm. et seqq. ut habent MSS. vel *usus.* A prioribus, ut et Wower. Ed. male abest *versus.* Passim *ad* et *versus* sic iungi docent Lexica.

Nec quoquam] Sic MSS. et Edd. Vulc. ac seqq. *quaquam* Bened. In Edd. primis *nec enim mens illa.*

Dimovetur] Cantabr. Voss. Ed. Iunt. *demovetur.*

Potentius etc. Deo] Desunt Bened.

Suapte sponte] Exc. Bat. *sua natura.* Elmenh. MS. Thuan. *suapte natura.* quod in idem recidit. Florid. Scribendum *neque suapte* cum Florent. Voss. Cantabr. Harlem. aliisque, Edd. Elm. etc. In reliquis *nec.* Dein pro *sponte* in MSS. Thuan. et duobus a Lindenbrogio collatis est *natura* ut supra p. 669. Ed. Flor. ubi vide. Prave Ed. Cout. *sua sponte.* Ceterum male τὰ *nam nihil est deo perfectius* ponuntur in Edd. Vulcanio prioribus ante *neque suapte.* Itidem omittuntur in illis τὰ *nam* et *est.*

Perfectus] Flor. *perfectius.* Elmenh. *quî potest v. perfectus f. qui*] Sic rursus Vulc. et re-

praesertim nemo sponte capessat nova, nisi quem poenituit priorum. Non enim potest subsequi illa mutata ratio, sine praecedentium infirmatione. Quapropter debet Deus nullam perpeti vel odii, vel amoris temporalem perfunctionem; et idcirco nec indignatione, nec misericordia contingi, nullo angore contrahi, nulla alacritate gestire; sed ab omnibus animi passionibus liber, nec dolere unquam, 684
nec aliquando laetari, nec aliquid repentinum velle vel nolle. Sed et haec cuncta, et id genus cetera, Daemonum mediocritati rite congruunt. Sunt enim inter nos ac Deos, ut loco regionis, ita ingenio mentis intersiti, habentes communem cum superis immortalitatem, cum inferis passionem. Nam, proinde ut nos, pati possunt omnia animorum placamenta vel incitamenta: ut et ira incitentur, et misericordia flectantur, et donis invitentur, et precibus leniantur, et contu-

reliqui praeter Wower. qui tacite dedit *perfectius*. ut exstat in Florent. Cantabr. Voss. Vulc. et Harlem. Damno Latinitatis, nisi pro *qui* legas *quod* cum Harlem. Mire exaratur in Edd. vett. *quid p. v. imperfectius f. quam is qui.*

STATUM] Ed. Vulc. *statim.*

MIGRARIT] Flor. *migrat*. ELMENH. *Migrat* est quoque in alio a Lindenbr. collato utroque Cantabr. Voss. Harlem. et Edd. Elm. Scriv. Merc. Cout. Flor. Aliae *migrarit.*

SPONTE CAP.] τὸ *sponte* adiiciunt Memb. Flor. et Brem. ELMENH. Exsulat *sponte* ab Edd. Vulc. Scal. Wow. contra MSS. *Capessat* deest Bened.

ENIM POTEST] Cantabr. Harlem. Voss. Ed. Merc. *potest enim.*

MUTATA RATIO] Var. Lect. Burm. Edd. ante Vulcan. *mutatio*. Voss. *muta ratio.*

VEL OPIS] Editiones, *vel operis:* at libri scribti constanter, *opis:* e quo procul dubio faciendum, *odii*. Dixerat daemones osores et amatores hominum, et inde concluserat omnibus etiam aliis passionibus obnoxios. Contra nunc Deos ait odii et amoris expertes: et inde infert etiam aliis passionibus solutos ac liberos. MERC. MS. Thuanus *vel opis*, *vel am.* melius. hoc est, neque ad opem ferendam prae misericordia, neque ad amandum ferri. Deos enim vult hic esse prorsus ἀπαθεῖς, non autem omnis operis expertes. FLORID. MSS. Fulv. Thuan. Voss. Cantabr. uterque, Mercer. omnes *opis*, quod reposuere Merc. Cout. et Florid. Rectius quam *operis*, ut bene monuit Florid. Sed cum Mercero et Lipsio melius puto scribi *odii*, ut respiciat praecedentia *osores et amatores* ac seqq. *indignatione et misericordia.*

MISERICORDIA] Male Edd. ante Vulcan. *ira*, in quod corruptum est e more scribendi *mĩa*, ut est in Harlem.

CONTRAHI] Bened. *trahi.*

ANIMI PASS] τὸ *animi* non est in Flor. ELMENH. hinc uncis inclusere Elm. Scriv. *autem* Bened. Inverso ordine *pass. animi* Edd. Vulcanio priores.

NEC DOLERE etc. REPENTINUM] Desunt in Bened. *dolore* Cantabr.

ALIQUANDO] Harlem. *alii.*

VELLE] Bened. *vel velle.*

ET ID] Edd. ante Vulcan. *ut hoc.* Cantabr. uterque *et hoc.* Voss. *ut et hic.*

MEDIOCRITATI] Cantabr. *medicritati.*

RITE CONGRUUNT] Brem. *conveniunt.* ELMENH. Vide ad Met. L. I. p. 75, b. Prima vox abest Cantabr. et Edd. ante Vulcan.

INTER NOS] Edd. ante Vulcan. et Wowerii *inter homines.* sed contra MSS.

AC DEOS UT L. REG.] Harlem. *et deos.* Voss. *deo.* Bened. *in loco.* Cantabr. Vulc. Voss. *religionis.*

PROINDE UT NOS] Sic praeter Voss. MSS. O. et Edd. Scal. Elm. etc. In reliquis *perinde.* sed vide ad Met. L. V. p. 342, a. proinde ut *merebantur.*

ANIMORUM PLACAMENTA] Arnob. VII. advers. gentes: *Ita dii immortales placamenta ista sumunt, quibus iras atque animos ponant.* Corn. Tacit. XV. Annal. *Sed non ope humana, non largitionibus principis, aut Deum placamentis decedebat infamia.* BRANT. Sic Cantabr. Harlem. et Edd. Vett. quod nescio cur e suo Vulc. et sequentes ex aliis, in quibus Voss. mutarint in *animarum.* Mox *animo passiva.*

ET IRA INCITANTUR] Sic quidem habent MSS. plerique et edidere Vulc. Scal. Wow. cum seqq. in Indicativo. At Edd. vett. *ut in ira incitentur* etc. Sed Florent. cum Elm. et seqq. *ut ira incitentur.* Voss. *et ira incitentur* et sic porro. Optime Cantabr. uterque *ut et ira incitentur* etc. nisi quod Bened. vitiose *nitentur.*

MISERICORDIA] *In miser.* Edd. vett. sed invitis MSS. alioquin non damnarem.

ET DONIS] Hic et in seqq. ubique *et* eiecere Elmenh. etc. male et contra auctoris ἔμφασιν.

 Au-

tumeliis exasperentur, et honoribus mulceantur, aliisque omnibus ad similem nobis modum varientur. Quippe, ut fine comprehendam, Daemones sunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo passiva, corpore aëria, tempore aeterna. Ex his quinque, quae commemoravi, tria a principio eadem nobiscum, quartum proprium, postremum commune cum Diis immortalibus habent; sed differunt ab his passione. Quae propterea passiva non absurde, ut arbitror, nominavi, quod sunt iisdem, quibus nos, perturbationibus mentis obnoxii. Unde etiam religionum diversis observationibus, et sacrorum variis suppliciis fides impertienda est. Et sunt nonnulli ex hoc divorum numero, qui nocturnis vel diurnis, promtis
685 vel occultis, laetioribus vel tristioribus hostiis, vel caerimoniis, vel ritibus gaudeant;

Ausus est hoc Elmenh. quia primo hoc loco *et* abest a Florent. Sed in ceteris exemplis comparet, ut in omnibus MSS.

Donis invitentur] Manuscriptus Fulvii *donis mutantur.* male. Arnobius lib. I. *Deos thure invitatis incenso.* Ad quem locum vide quae notavi. Elmenh. Var. Lect. Burm. *mutentur.* sed *invitentur* recte defendit Elmenh.

Et contum. exasp.] Exsulant ab Harlem. et Vulc.

Mulceantur] Florent. *mulcerentur.*

Varientur] Edd. Vulc. Scal. Wow. Merc. Cout. *variant.* Verum MSS. O. habent vel *variantur* vel *varientur.* nisi quod solus Voss. det *varient.* Sed *variare* noster non adhibet neutraliter, sed active, ut initio huius libri *speciem variat.* L. II. Met. p. 45. Pric. *variat adspectum. Variari* passive, frequenter.

Ut fine comprehendam] Quasi dicas *ut tandem absolvam.* Habent autem sic MSS. tantum non omnes cum Edd. Vulc. et seqq. Quaero tamen exemplum, ubi *fine* ita ponatur. Hinc Floridus interpretatus est *definitione.* absurde. In Florent. cod. exaratur *ut in fine.* Sed Thuan. et Voss. cum Edd. priscis *finem;* quod nescio an non praestet, sive *ut finem capiam.* In Bened. est *aprehendam.*

Daemones sunt gen. an.] Ex Timaeo. Colv. Plato in Timaeo et August. de Civit. Dei lib. 8. cap. 16. lib. 9. cap. 8. Elmenh.

Ingenio rationabilia] August. *mente rationabilia.* Lib. VII. cap. XVI. et lib. IX. cap. XVIII. Colv. Item Gerbas. Tilber. Otiis Imper. Decis. III. c. 86. p. 989. Bened. *rationabili.*

A principio] Male Edd. Ald. Iunt. carent τῷ *a.* Sallust. B. Iug. c. 30. A principio *acerrime impugnaverat.*

Eadem quae nobiscum] Sic edidere Merc. Cout. et Florid. quam ego constructionem non capio, licet sic exstet in Florent. At MSS. Cantabr. uterque Harlem. Voss. *eademque nobiscum.* Sed ita etiam *que* abundare videtur, uti non comparet in MS. Vulc. aliisque nec Edd. prioribus. Tria habent eadem *communia* sc. nobiscum, vel *eadem nobiscum.* Nam hoc rectum esse pro *eadem nobis* vidimus ad Hirt. B. Afric. c. 83. August. habet *tria priora illis esse nobiscum communia.*

Postremum] Bened. *quintum.*

Quod sunt] Cantabr. *quia sint.* Harlem. cum Edd. ante Vulcan. *quia sunt.* Voss. et Edd. Merc. Cout. *quod sunt.* Bene. In aliis *quod sint.*

Perturbationibus mentis] Abest ultima vox ab MS. Cantabr. et Edd. ante Vulcan. Sed idem codex habet *turbonibus.* At noster cum reliquis inclinat *turbo, inis.* Eleganter tamen dictum foret *turbinibus mentis.* Met. L. X. mentis *nubilo* turbine *correpta.* et simili fere modo vox *turbinibus* corrupta Met. L. II. p. 30. Pric. Merc. et Cout. dederunt *etiam turbationibus.*

Unde etiam] Sic Florent. Voss. Harlem. Bened. Edd. Elm. Scriv. Merc. Cout. Flor. In aliis *unde et.*

Fides impertienda] Fortassis emendandum, *impetrienda.* Vide Festum. Wower. Scaliger F. *impetrienda,* recte. Cic. de divinat. lib. I. fol. 181. *Ut nunc extis, sic tum avibus magnae res impetriri solebant.* Festus *impetritum.* Elmenh. Var. Lect. Burm. quoque *impetrienda.* Vide et Fabri Thes. v. *inpetrare.* Non ego accedo. Edd. Ald. Iunt. Scriv. *inpartienda.* ut alibi. vide ad Met. L. I. p. 16, b.

Et sunt nonnulli] Sic recte Merc. e suis, Cout. et Florid. e MS. Thuan. quibus accedit Harlem. Vulgo *etsi nonnulli sunt.* quod locum habere nequit. Voss. *etsi nonnullas.*

Divorum] Cantabr. *diversorum.*

Promptis vel occ.] Fulvianus *pompis.* Bas. pr. Colv. *et occ.*

Laetioribus vel trist.] August. de Civit. Dei lib. 2. cap. 11. *Labeo quem huiuscemodi rerum peritissimum praedicant, numina bona a numinibus malis, ista etiam cultus diversitate distinguit: ut malos Deos propitiari caedibus et tri-*

deant: uti Aegyptia numina ferme plangoribus, Graeca plerumque choreis, barbara autem strepitu cymbaliſtarum et tympaniſtarum et choraularum. Itidem pro regionibus et cetera in sacris differunt longa varietate: pomparum agmina, myſteriorum ſilentia, sacerdotum officia, sacrificantium obſequia: item Deorum effigies et exuviae, templorum religiones et regiones, hoſtiarum cruores et co- 686.
lo-

triſtibus supplicationibus afferat, bonos autem obſequiis laetis atque iucundis, qualia ſunt, ut ipſe ait, ludi, convivia, lectiſternia. Elmenh. Voss. *et triſt.*

Gaudeant] Edd. ante Vulcan. *gaudent.*

Aegyptia numina] Lege cum Bremensi *Aegyptiaca numina.* Maxim. Tyr. diss. 38. *παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις ἰσοτιμίαν μὲν ἔχει τὸ θεῖον τιμῆς καὶ δακρύων.* Elmenh. Vitiose Edd. ante Colv. *Aeg. Minerva.* Bened. *Aeg. numera.* *Aegyptiaca* quod est in Brem. et probavit Elmenh. edidit Florid. sed Met. L. II. *Aegyptius propheta.* Ceterum de his vide Spanhem. ad Callim. p. 522.

Autem] Harlem. Voss. *aut.*

Et tympanistarum] Haec delet MS. Brem. Elmenh.

Cymbalistarum] Rabanus Maurus Comment. in Iudith. MS. *Cymbalae ſunt parviſſimae phialae permixtis metallis compoſitae, ventricula ſua in lateribus habentes, quae artificioſa modulatione colliſae, acutiſſimum ſonum delectabili conſonatione reſtituunt.* Elmenh.

Choraularum] Brem. *choraulearum.* Elmenh. Voss. *coraularum.* Harlem. *cor .....* sed vide ad Met. L. VIII. p. 171. Pric.

Et cetera] Desunt Edd. ante Vulcan.

Longa var., pomp. agm.] Flor. *longe v.* Elmenh. item Cantabr. uterque et Edd. ante Vulcan. Male autem eaedem iungunt *varietate pomp. agm.* Aliae minus recte post *pomparum* distinguunt.

Mysteriorum] Prave Cantabr. et Edd. ante Vulcan. *miniſtrorum.*

Eff. ut eximiae templorum regiones] Scribo, *item deorum effigies, et exuviae: templorum regiones* etc. Exuviae Deorum, ut lib. XI. Metam. *Qui candido linteamine cinctum pectoralem aduſque veſtigia strictim iniecti, potentiſſimorum Deum proferebant inſignes exuvias:* id est, sacra symbola, donaria. Paullo aliter sub finem eiusdem libri. *Ceterum futura tibi ſacrorum traditio pernecessaria est; ſi tecum nunc ſaltem reputaveris, exuvias Deae quas in provincia ſumpſisti, in eodem fano depoſitas perſeverare.* Vel forte in genere Deorum exuviae, id est, spolia diis dicata; ut Martis manubias dixit Cicero pro Archia: *Iam vero ille qui cum Aetolis, Ennio comite, bellavit Fulvius, non dubitavit Martis manubias Muſis conſecrare.*

Notae quae templorum Regiones: nempe Antica, Postica, Septemtrionalis, Meridionalis. de quibus Servius in Virgil. et T. Livius lib. I. ab urb. cond. Colv. Leid. et Bas. 2. *effigiae.* Elmenh. MSS. Vulcan. aliique cum Edd. Vulc. Scal. Wow. *effigiae.* Vide ad Met. L. XI. p. 788, b. Sed optimi Codd. *effigies* retinent. Dein inepte Edd. ante Colv. *et eximiae.* Colv. *ut eximiae.* Floridus non bene etiam exponit *reliquias. Exuviae* nil aliud sunt, quam ornatus et vestimenta deorum, et sacerdotum ad eos pertinentium; ut et symbola. Vide exempla nostri a Colvio prolata. sic L. III. *exuviae hircorum* sunt pelles, ut passim *exuviae leonis.* Sic quoque *exuviae Iovis, Martis* et innumera similia apud historicos et poëtas.

Regiones] Recte hanc vocem inducunt membranae Flor. et Leid. Elmenh. Male hanc vocem Elmenh. delendam censet, faventibus licet Florent. et Leidens. membranis. Observa orationem binis semper membris procedentem: *Deorum effigies et exuviae, templorum religiones et regiones, hoſtiarum cruores et colores.* Et certe merito dixit Appul. *religiones et regiones.* ut enim variis ritibus et cerimoniis Dii colebantur, ita et variis in locis regionibusque sua templa habebant. Nam qui Paci, qui Pudicitiae, qui bonis artibus praeessent Dii, eos intra moenia collocandos veteres putaverunt: qui vero Voluptatibus, rixis, incendiis, ut Venus, Mars, Vulcanus, eos excludere ex urbibus solebant. Vestam autem, Iovem, et Minervam, qui Dii tutores sunt urbium in ipsarum et arcium medio collocabant: Neptunum ad maris littus. Aesculapium Romani in insula Tiberina reposuerunt, quod aegroti maxime aqua indigeant. alibi tamen extra urbem templa habuit, quod ibi aër sit salubrior. Vitruvius, lib. I. cap. 2. *Naturalis autem decor ſic erit, ſi primum omnibus templis ſaluberrimae regiones, aquarumque fontes* etc. Florid. Colv. cum Ed. Bas. non habet *religiones.* Utramque vocem servant Vulc. et seqq. At mihi hic friget vox *regiones.* Sensus enim foret *regiones variant pro regionibus et cuiusque more loci:* quare malim simpliciter cum MSS. Florent. Voss. Leid. Harlem. Vulc. Cantabr. utroque et Edd. primis, item Ald. et Iunt. *templorum religiones.* Nihil tamen definio. Uncis inclusere Elm. et Scriv. *τὰ et regiones.*

Colores] Bened. *calores.*

lores. Quae omnia pro cuiusque more loci solemnia et rata sunt, ut plerumque somniis et vaticinationibus et oraculis comperimus saepenumero indignata numina, si quid in sacris socordia vel superbia negligatur. cuius generis mihi exempla affatim suppetunt; sed adeo celebrata et frequentata sunt, ut nemo ea commemorare adortus sit, quin multo plura omiserit, quam recensuerit. Idcirco supersedebo inpraesentiarum in his rebus orationem occupare. quae si non apud omnes certam fidem, at certe penes cunctos notitiam promiscuam possident. Id potius praestiterit Latine dissertare, varias species daemonum a philosophis per-
687. hiberi, quo liquidius et plenius de praesagio Socratis, deque eius amico numine cognoscatis. Nam quodam significatu et animus humanus, etiam nunc in corpore situs, δαίμων nuncupatur.

— Diine hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale? an sua cuique Deus fit dira cupido?

Igitur et bona cupido animi, bonus Deus est. Unde nonnulli arbitrantur, ut iam prius dictum est, εὐδαίμονας dici beatos, quorum daemon bonus, id est, animus virtute perfectus est. Eum nostra lingua, ut ego interpretor, haud sciam an

Loci] Edd. ante Vulcan. carent hac voce.

In somniis] Abest τὸ *in* a Flor. et Brem. Vide Notas ad Minutium pag. 43. Elmenh. carent quoque MSS. Harlem. Bened. et Edd. ante Vulcan.

Vaticinationibus] Cantabr. *naucinoibus*. Harlem. *vaticinantibus*. Voss. *vaticinaonibus*.

Si quid] Bened. *quod*.

Celeb. et frequentata] Inverso ordine Edd. primae Vulc. Wow. In Iunt. Ald. *frequentia*. *Et* abest Harlem.

Supersedebo] Edd. ante Vulcan. *residebo*.

In his rebus] τὸ *in* adieci ex Florentino. Elmenh. Recte. consentiunt Leid. Cantabr. uterque, Harlem. omnesque Edd. praeter Vulc. Scal. Wow. Passim *occupari in aliqua re* occurrit.

Quae] Sic MSS. tres a Lindenbrogio consulti, et Harlem. Voss. Merc. cum Bened. Eddque Elm. etc. In reliquis *quod*.

Certam fidem] Delet Bremensis. Elmenh. Bened. *cunctam*.

Certe] Voss. *certas*.

Possident] Male *possidet* Florent. Bened. et Edd. ante Vulcan.

Id potius] Bened. *hoc p.* Voss. *hic*. Edd. ante Vulcan. *haec*.

Dissertare] Edd. Scriv. Flor. *edissertare*. sed contra MSS. vide ad Met. L. VII. p. 451.

Daemonum] Sic Vulc. et seqq. cum plerisque ut videtur MSS. At Harlem. tamen cum Edd. prioribus *divinorum numinum*. Voss. Cantabr. *dumunum*. Bened. *divinum*. Sed *divina numina* ait de Diis, quibus hic non est locus. Vide ad Met. L. IX. p. 620, b.

A philosophis] Abest *a* Bened. Harlem. Voss. Edd. Merc. Cout.

Quo] MSS. sex et Ed. Elmenh. *quod*. male. ut passim *quo* est corruptum.

Socratis] Cantabr. Voss. *Socrati*. bene. sic supra Flor. N. 23. MSS. et Edd. in eo consentiunt. Plura vide ad Met. L. I. p. 46, a. *Ulixi*.

Deque eius amico num.] Sic optime MSS. O. et Edd. Vulc. ac seqq. Antea deerat *amico*: unde Stewech. (vide supra) tentabat *deique eius numine*. Bened. *nomine*.

Etiam] Bened. *et*.

Diine hunc ard.] Excerpta Bat. *Diique hunc ard. menti accommodant*. Vide Ind. Elmenh. MS. Thuan. *diine hunc animum mortalibus addunt*. At duo Codd. Lindenbrogii et Harlem. *diique hunc ardorem menti accommodant*. Forsan bene: ut non hi versus sint sed ipsa Appuleii verba. Nam seq. versum non agnoscunt Thuan. Florent. Leid. Cantabr. uterque Harlem. et Voss. qui sic habet *diine nunc ardorem M. A.*

Dira] Ed. Iunt. *dura*.

Bonus Deus est] Sic MSS. Edd. ante Vulcan. *deus bonus est*. Ed. Flor. *bonus est deus*.

Ut iam] Abest *ut* a Voss.

Iam prius] Flor. *iam diu*. Elmenh. Sic MS. Thuan. et sic emendatum in meo exemplari Elmenhorstiano. Ubi autem hoc prius dixerit, non succurrit mihi, certe non hoc opusculo. Florid. Ed. Elm. *iam diu*. Scriv. eiecit *prius*. Quod revocavit Florid. e cod. Thuan. quocum consentiunt reliqui.

Id est animus] Vide August. de Civit. Dei cap.

an bono, certe quidem meo periculo, poteris Genium vocare; quod is Deus, qui est animus sui cuique, quamquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur: ut eae preces, quibus Genium et Genitam precamur, coniunctio-

cap. II. Elmenh. MS. Fulv. *daemon bonus animi*. Exsulat *est* a Vulc. et Harlem. Codd.

Quem nostra lingua] Manusc. *cum n. l. l.* [*cum n. t. l.*] Vera lectio *cum n. l.* Sciopp. *in Symb.* Cantabr. Vulc. aliique cum Edd. ante Elmenh. *quem*. Sed Flor. Fulv. Harlem. Bened. Voss. *cum*. unde bene Sciopp. rescripsit *cum*, et tacite edidere Elm. Scriv. Merc. Cout. Flor.

Quod] Edd. ante Vulcan. *quoniam*. Harlem. *quia*.

Animus sui cuique] Thuan. MS. habet *suus cuique*, non *sui*. recte. Florid. Sed *sui* pro *suus* noster habet passim. Vide ad Met. L. V. p. 323, b. sui *fatigatio*. infra p. 579. Ed. Flor. *natura* sui. p. 584. sui *ratio*. et p. 589. sui *genere*. Recte igitur Vulc. et seqq. cum MSS. edidere *animus sui cuique*. Ante *cuiusque*. Bened. Voss. *civiumque*. Ed. Iunt. *animosus*. Male *sui* exsulat ab Ed. Wower.

Gignitur] Corrigo, et quidem meo periculo, *cum homine genitur*. Censorinus de die natali, *a gignendo Genius appellatur*. genuinam scripturam in membranis Coloniensibus vidi, *a genendo Genius appellatur*. Itidem emendabam Varronem apud Augustin. lib. 7. de Civit. Dei. Cato de re rustica: *at ex agricolis et viri fortissimi, et milites strenuissimi gignuntur*. legerim, *genuntur*. Sallustium pariter cum in verbis, cum in phrasi ubique sibi simillimum id verbi usurpasse mihi persuadebam, in fragmentis, cum de fortunatis Insulis agit: *Cuius duas insulas* (inquit) *propinquas inter se et* 10. *stadia procul a Gadibus sitas, constabat suopte ingenio alimenta mortalibus genere*. editiones habent *gignere*. Emendandus quoque Festus bis, terve, in *Genium*. Stewech. Contra fidem omnium *genitur* in textum recepit Colv. De *geno* vide ad Gell. L. III. c. 16. Reposuit id etiam Cunigh. ad Horat. III, 21, 2. *Sive genis iocos*.

Ut eae preces] Non est in toto libro difficilior locus, cui sanando variam medicinam adhibuerunt. Vitium ex perversa scribtura ortum, *necsumq.* pro *nexumq.* Unde insinuavit se in omnes libros, *nec sunt quae*. Et inde variae coniecturae: *nec desunt: ut eae preces testantur*. At quid apertius hac lectione? *Ut eae preces quibus Genium et G. precantur, coniunctionem nostram nexumque videantur mihi obtestari, corpus atque animum duobus nominibus comprehendentes, quorum communio et copulatio sumus*. Superest hic nodus in istis verbis, *Genium et genua*: sic enim plerique libri: alter Cuiacianus, *genia*. Verisimile est scribendum, *Genium et Genitam precantur*. Genita Mana culta Romanis, praeses partionum, ut Genius generationis. Plutarchus Quaest. Rom. XLVII. διὰ τί τῇ καλουμένῃ Γενείτῃ Μάνῃ κύνα θύουσι, καὶ κατεύχονται μηδένα χρηστὸν ἀποβῆναι τῶν οἰκογενῶν; ἢ ὅτι δαίμων ἐστὶν ἡ Γενεῖτα περὶ τὰς γενέσεις καὶ τὰς λοχείας τῶν φθαρτῶν; Mentio eius etiam apud Plinium XXIX. 4. ubi vides preces factas Genitae, quas ei simul ac Genio fieri solitas elicias e Gellio XIII. 21. observante morem solennem in comprecationibus publicis iungendi Deas feminas Diis maribus. Merc. *ut hae preces, quibus Genium et genua precamur, coniunctionem nostram nexumque videantur mihi obtestari* etc.] Sic restitui, Thuan. cod. auctoritatem secutus. habet enim: *ut hae preces, quibus Genium et Genia precantur coniunctionem nostram, nec sunt quae videantur mihi obtestari* etc. Hoc vult Appuleius per morem obtestandi per Genium, et amplectendi genua eorum quos precamur, duas partes, ex quibus constat homo, designari, animum scilicet per Genium, et corpus per genua. Vocem *nexumque* ex vocibus *nec sunt quae* expressi, ad sonum attendens, qui utrinque pene idem. Vocem *genua* agnoscunt membranae Florent. Elmenhorstio laudatae. Florid. Olim propter sequentia verba *nec desunt qui* locus hic pro conclamato habitus; et primo Wower. legit cum Elm. et Scriv. *ut eae preces testantur*, verum nominat. *preces* dependet ab *videantur obtestari*. nam pro *nec desunt qui* statim videbimus, legi oportere *nexumque*. Voss. *haec preces*.

Quibus Genium prec.] Mutila videtur oratio, quam recte supplebis, si rescripseris: *Ut eae preces testantur quibus*. Subiungit enim: *Nec desunt, qui videantur obtestari*. quamvis Fulvii liber legat: *ob tare*. Wower. In Flor. *G. et g. precantur*. Wower. legit, *ut eae preces testantur, quibus genium precamur*, quod postea etiam reperi in Excerpt. Batav. Elmenh. *Genium et genua precamur, ad coniunctionem n.* Haec Scaligeri lectio est, quam secuti sunt Elm. Scriv. et Flor. *Genua ut aras adorant* Plin. L. XI. c. 45. *et genua* absunt ab Edd. reliquis. Sed ea agnoscunt Codd. Mediceus Voss. Brem. Putean. Fulv. vel *et genia* in Thuan. Vulc. Harlem. Cuiac. sec. At vero τὸ *ad* nullus habet codex; uti quoque ibi delendum esse viderunt Merc. Cout. Flor. Nam casus ille regitur ab *obtestari*. Sed vel sic locus persanatus non est.

Ve-

688 tionem nostram nexumque videantur mihi obtestari, corpus atque animum duobus nominibus comprehendentes, quorum communio et copulatio sumus. Est et secundo significatu species Daemonum, animus humanus emeritis stipendiis vitae corpori suo abiurans. hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum. Ex hisce ergo Lemuribus, qui posterorum suorum curam sortitus, placato et
689. quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris. qui vero ob adversa vitae

Veteres enim non precabantur *genua* aliorum, sed advoluti ad eorum genua eaque prehendentes precabantur *genium.* Hinc, antequam Merceri editionem notasque videram, conieceram τὸ *ad* loco suo motum esse scribendumque *genium ad genua precamur* vel *precantur* quod est in Florent. Cantabr. Mercer. Vulc. In Voss. *precatur.* pro varia tamen lectione *precamur* in Cantabr. Sed optime locum emendavit Mercerus, eique emendationi nunc prorsus acquiesco.

Nexumque] Scil. animi et corporis; quam coniunctionem ex auctoris sententia indicabant preces *Genii et Genitae.* sic mox *a nexibus corporis liberi.* Hanc emendationem se concepisse ait Floridus e scriptura codicis Thuan. At vero subripuit Mercero, qui sic dudum correxerat ediderat que, ut et Coutur. Confirmant hanc emendationem MSS. Cantabr. uterque Harlem. Voss. Vulc. Mercer. qui habent *nec suntque.* Pro *obtestari* ergo frustra Ursinus e suo cod. *obstare* coniecit, et in Florent. est *testantur.* Sic enim iam clarus est locus: *Ut eae preces, quibus Genium et Genitam precamur, coniunctionem nostram, nexumque videantur* (f. *videntur*) *mihi obtestari, corpus atque animum duobus nominibus* etc.

Est et s. significatu sp. d.] Sic MSS. O. cum Vulcanio et seqq. Ante, ac Var. Lect. Burm. *et s. signatu sp. d. sit.* Ed. Colv. *ut s. signatu sp. d. sit.*

Emeritis stipendiis] Brem. et Leid. *emeritus s.* Rom. et Ald. *exutus stipendiis.* Elmenh. Ita recte libri nostri omnes, *non emeritus.* Et recte item alter Cuiacianus, *corpori suo abiurans.* At idem et primus male *Lemurum.* Merc. Var. Lect. Burm. et Edd. ante Vulcan. *Exutus et liber stipendiis vitae corpore suo abiuratis.* MSS. Vulc. Brem. Leid. et Edd. Vulc. Scal. Wow. *emeritus.* Sed recte Elmenh. et seqq. *emeritis.* Sic enim habent MSS. ceteri, passive. Plaut. Mostell. A. I. Sc. 2. *Unum ubi emeritum est stipendium.* Vide quae collegi ad Lucan. L. VII. vs. 258. *Emerito faciat vos Marte colonos.* Drakenb. ad Sil. VII. 17. *emeritum coelum.* de quo tamen cf. Bentl. ad Manil. I. vs. 421. Si vel sic addicerent Codd. possent retineri *emeritis stipendiis vitae exutus et liber corpore suo;* deleto τῷ *adiurans*, quod non compareret in Cod. Thuan. Sic fere in dialogo Trismegisti: emeritos *atque* exutos *mundana custodia, nexibus mortalitatis absolutos.* Hinc *emeriti* dicuntur mortui, quod revocandum e MS. antiquissimo in Auson. Prof. 9. vs. 6. Quid quod nec Latinum esse putem *corpore abiurans* ut est in MSS. plerisque et edidit pro *abiuratis* primus Vulc. Rectius sane foret quod est in MS. Bened. *corpore se abiurans*, vel quod dant Harlem. et Cuiac. sec. probante Mercero qui sic edidit cum Coutur. *corpori suo abiurans.* Pricaeus ad Apolog. p. 152. coniecit *abiugatus.*

Lemurem dictitatum] Florent. Harlem. Voss. Leid. Cuiac. sec. *Lemurum.* Edd. Ald. Iunt. *dictatum.* Locum hunc ita contrahit Serv. ad Virg. Aen. III. vs. 63: Apulejus de Daemonio Socratis: „*Manes*, inquit, *animae dicuntur melioris meriti, quae in corpore nostro Genii dicuntur: corpori renunciantes, Lemures: cum domos incursionibus infestarent, Laruae appellabantur: contra, si aequi et faventes essent, Lares familiares.*"

Hisce] Florent. Harlem. *hiisdem.*

Qui posterorum] Florent. *quo posteriorum.* male. Elmenh. Item Cantabr. quoque Harlem. et Edd. ante Vulcan. *posteriorum.* Ut *posteriores* dicantur pro posteris; uti contra *priores* passim pro maioribus. Bened. *qui officiorum.*

Curam sortitus] Bened. *cura.* Edd. Ald. Iunt. *sortitur.*

Placato] Edd. ante Vulcan. *pacato.* Statim pro *numine* Voss. *nomine.*

Quieto num. domum poss. etc.] Servius Grammaticus in glossis MSS. *Lar* θεὸς οἰκίδιος. Glossae antiquae θεοὶ κατοικίδιοι *Lares familiares*, ἥρωες κατοικίδιοι Hieronymus in Esaiam tomo 4. cap. 57. fol. 186. edit. Plant. *Nullus erat locus, qui non idololatriae sordibus inquinatus, in tantum, ut post fores domorum idola ponerent, quos domesticos appellant Lares, et tam publice, quam privatim animarum suarum sanguinem eis funderent. Hoc errore et pessima consuetudine vetustatis multarum provinciarum urbes laborant, ipsaque Roma orbis domina in singulis insulis, domibusque tutelae simulachrum cereis venerans ac lucernis, quam ad tuitionem aedium isto appellant nomine, ut tam intrantes, quam exeuntes domus suas inoliti semper commonean-

tae merita, nullis bonis sedibus, incerta vagatione, ceu quodam exsilio, punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum noxium malis, id genus plerique Larvas perhibent. Cum vero incertum est, quae cuique eorum sortitio evenerit, utrum Lar sit, an Larva; nomine Manem Deum nuncupant. scilicet honoris gratia Dei vocabulum additum est. Quippe tantum eos Deos appellant, qui ex eodem numero iuste ac prudenter vitae curriculo gubernato, pro numine postea ab hominibus proditi, fanis et caerimoniis vulgo advertuntur: ut in Boeotia

neantur erroris. Elmenh. Non illi soli m quos hic dicit Appul. sed et alii dicuntur *Lares*. Vide Boudelot. T. I. Util. des Voyag. p. 1[illegible].

Ob adversa] Voss. Cantabr. *ad.* Edd. ante Vulcan. *propter.*

Nullis bonis sedibus intervagatione] Concinniorem credidi sententiam fore ex hac coniectura, *nullis positis sedibus incerta vagatione.* Larvis id ubique tributum, propter adversa vitae merita, erraticas esse. Propert. lib. 4. de umbris et manibus: *Nocte vagae ferimur, nox clausas liberat umbras.* Stewech. Basil. 1. *intervagatione.* Emendo, *incerta vagatione.* ut etiam Stewechium corrigere post vidi. Colv. Malim, *nullis propriis sed.* Wower. *Incerta vagatione* Leid. et Brem. Aldus *in terra vagatione.* Florent. *incerta vacatione.* in Rom. *intervagatione.* Propert. lib. 4. *Nocte fagae ferimur, nox clausas liberat umbras.* Elmenh. *incerta vagatione* Steubech. et Colvius. forte, *intervagatione* ut Basil. 1. Brant. Eiecit τὸ *bonis* Markland. Epist. Crit. p. 103. ut repetitum e versu sequenti. Ego nil contra MSS. innovo. *Sedes* habent quidem, sed quales Nomades habent, *incertas* nec quietas, nec *bonas*. Dein recte Stewech. et Colv. *incerta* correxere pro *in terra* ut est in Edd. primis vel Bas. pr. et Var. Lect. Burm. *intervagatione.* MSS. O. *incerta.* dein *vacatione* Florent. Cantabr. Voss. de more *c* pro *g*.

Ceu q. exsilio punitur] Proba lectio est. Sic supra Flor. N. 15. *exsilio vocis punire.* Harlem. *seu.* Cantabr. Voss. *excidio.* Al. *excidio.* Salmas. ad Solin. p. 891. Ed. ult. ex V. Cod. *exsortio.* Vide eum et Markland. loco cit. *Punitur* vitiose Cod. Vulc. *pō*. Harlem. quasi fuisset *potitur.* Acute.

Inane terriculamentum] Harlem. *inanes.* Bened. *terriculatum.* Voss. Cantabr. *terricolamentum.* Sed *terriculamenta* de Larvis sic in Apol. p. 508.

Id genus plerique larvas] Sic MSS. O. nisi quod vitiose in Cantabr. sit *hoc ego pl. L.* Voss. *hic genus.* Bened. *est hoc genus pleraque.* Vulgo ante Elmenh *hunc pl. Larvam.* Sed anacolutho sibi frequenti utitur auctor.

Larvas perhibent] Glossae *larvae*, Δαιμόνιον εἴδωλον. Papias: *Larvae ex hominibus facti daemones dicuntur, qui mali meriti fuerunt, quorundam natura esse dicitur terrere parvulos, et in angulis garrire tenebrosis.* Elmenh.

Cuique eorum] Bened. *c. horum.* Male exsulat ultima vox ab Cod. Vulc. et Edd. eius, Scal. Wow.

Sortitio] Voss. *sortio.* Ed. Scriv. *sortito.*

Utrum Lar sit] Edd. Ald. Iunt. *utrumque.* Harlem. *sit Lar.*

An Larva] *Alii* Bened.

Nomine Manium deum nunc.] Bas. 1. *manem.* Ald. *manum.* Porro haec omnia ex Plotino sumpta ostendit D. August. de Civit. Dei lib. IX. cap. XI. Colv. Aldus *Manum.* Rom. *Manem.* Basil. 1. *Manium D. n.* Vide Augustinum de Civit. Dei lib. 9. cap. 11. Papias: *Manes Deos mortuorum dicunt pagani, quorum potestatem infra lunam et terram asserunt.* Elmenh. Delendum *nomine* indicio est alter Cuiacianus in quo fuerat *nomine*, erasum deinde et rescribtum, *manem.* Sequentes librarii utrumque posuerunt, ut solent ubi incerti quid sequantur. Merc. Bened. *nomen.* male. Nec melius *Manum* Ald. Iunt. *Manium* Colv. *Manem* Edd. Rom. Vic. Bas. pr. Contra nostri stylum τὸ *nomine* deleri voluit Mercerus, ut abest hinc ab Ed. Coutur. Vide supra ad p. 674. *Nuncupat* Bened. De his praeter citata vide etiam Brod. Misc. V, XI. Casaubon. ad Pers. p. 464. Perizon. Misc. Obs. Vol. VIII. p. 121. Boudelot. Util. des Voyag. T. I. p. 144.

Scil. et honoris gr.] Abest *scilicet* a Cantabr. et Harlem. Eddque ante Vulcan. *Et* non agnoscit Florent. Recte. Unde uncis inclusere Elm. et Scriv. Pro *vocabulum* Ed. Merc. *nomen.*

Tantum appellant] Edd. ante Vulcan. *cum appellent.* et eaedem pro *eodem* mox *eorum.* [Legendum videtur *Quemadmodum eos D. appellant.* — I. B.]

Vitae curric.] Voss. Harlem. *curric. vitae.*

Pro numine p. ab hom. praediti] MS. *praenomine postea ab h. p. Praenomine* scil. Dei, ut dicatur, Deus Aesculapius, Deus Osiris etc. Sciopp. *in Symb.* Ita vulgaris editio. Lib. scriptus Fulvii: *praenomine postea.* Alii codices: *advertuntur.* Vera lectio: *pro numine*

690. tia Amphiaraus, in Africa Mopsus, in Aegypto Osiris, alius alibi gentium; Aesculapius ubique. Verum haec omnis distributio eorum Daemonum fuit, qui quondam in corpore humano fuere. Sunt autem non posteriore numero, praestantiori longe dignitate, superius aliud augustiusque genus Daemonum, qui semper a corporis compedibus et nexibus liberi, certis potestatibus curant. Quorum

postea ab hominibus proditi, fanis et ceremoniis vulgo advertuntur. Ita Appuleium scripsisse certo affirmarim. Observanda vox: advertuntur, quam simili significatione postea usurpat: *Bonorum probatior, si rite animadvertatur, sedulo cognoscatur, religiose colatur.* Wower. Scaliger *proditi*, bene. Elmenh. *Pro numine* malui cum vulgatis, quam cum libris, *praenomine.* Mox scribserim, *crediti*, non *praediti.* nam exempla quae adfert Amphiarai, Mopsi, Osiridis, Aesculapii, non alicuius adsciti nominis vel praenominis, sed crediti divini numinis fidem adstruunt. Merc. Corruptum censet locum Boudelot. Util. des Voyag. T. I. p. 149. Quod Wower. coniecit *proditi* in textum receperunt Elmenh. et seqq. Sed MSS. O. servant *praediti.* At *pronomine* habent Edd. Vic. Ald. Iunt. Immo *praenomine* MSS. Fulv. Harlem. Voss. Vulc. Bened. et Mercer. quod cum Scioppio mihi non prorsus displicet. sed cum *ab* non exstet in Cantabr. Voss. Harlem. nec Edd. Merc. Cout. malim capere *praediti* pro praefecti. ut supra p. 674. Ed. Flor. *praediti curant singulis.* Statim *qui nobis praeditus fuit.* sed ibi R. *praebitus.* Immo hoc loco adscripsit Lips. *p. hominibus praebiti.* Quod Merc. mallet *pro numine ab hominibus crediti* id Latinum non puto. Edd. Rom. Vic. Bas. pr. *omnibus.* Est etiam qui legit *pio numine.*

Advertuntur] Rom. et Ald. *admittuntur*, male. Infra: *bonorum probator, si rite advertatur.* Elmenh. Edd. ante Vulcan. et Wowerii *admittuntur.* sed vide Wower. et paulo infra.

In Boeotia Amph.] Martianus Capella lib. II. Colv. Flor. *Amphiareus.* Rom. *Amphiaranus*, male. Tertull. de anima cap. 45. *Amphiaraum apud Orosum in confinio Boeotiae oracula reddidisse*, dicit. Pausanias in Atticis fol. 33. Aristid. orat. in Asclepiadas. Notae ad Minutium Fel. p. 42. Elmenh. Bened. *Boeotica.* Var. Lect. Brm. Rom. Vic. *Amphiaranus.* Harlem. *Amphiareus.* Voss. *aphiareus.*

In Africa Mopsus] Tertull. tamen libro de anima cap. 47. Mopsum in Cilicia nominat. Sciopp. *in Symb.* Tertull. de anima cap. 47. *Oraculis hoc genus stipatus est orbis, Mopsi in Cilicia*, etc. Vide Procopium, Ciceronem de divinat. et Coelium Rhodiginum in antiquis lectionibus. Elmenh. Cantabr. Voss. *Mobsus.*

Osiris] Fuse Synesius et Plutarch. in libello *de Iside et Osyride.* Elmenh. Bened. *Asiris.*

Alibi gent.] Malo cum Rom. *aliubi g.* Elmenh. *Aliqui* Voss. Cantab. In Edd. Rom. Vic. Bas. pr. Elmenh. etc. *aliubi.* Vide Fabr. Thes.

Aesculapius ubique] Hoc propter Carthaginienses, ut tetigimus lib. 4. Brant. Aesculapius plurimis in locis cultus, ut observat Lilius Gyraldus Syntag. 7. histor. Deorum. Elmenh.

Corpore humano] Floren. et Rom. *c. numero.* Excerpta Puteani, Bat. et Bremens. *c. vivo.* Elmenh. Libri nostri, *in corpore numero:* sed alter Cuiacianus, *in corpore unio:* hoc est, *in corpore vivo.* Merc. *in corpore humano* e suo cod. reposuit Vulc. cum vulgo inepte ederetur *in corporis numero.* At praeter citatos etiam MSS. Voss. Cantabr. *corpore numero* seu *nuos.* Leid. et Harlem. quoque diserte *corp. vivo.* uti maluere Merc. Cout. Forsan *mundano* vel *terreno.*

Posteriore numero] Edd. ante Vulcan. *posteriores.*

Praestantiori] Bened. Voss. Edd. ante Vulcan. *praestantiore.*

Superius aliud augustiusque genus] Edd. ante Vulcan. *genus aliud augustius aio*; nisi quod in Ald. et Iunt. sit *animo.* At *superius* agnoscunt MSS. O. idemque ordo est in MSS. Sed *que* non habent Harlem. Vulc. Voss. et Cantabr. uterque (quorum primus habet *augustinus g°*, alter *augustius g9*) nec Edd. Merc. Cout.

Certis potestatibus curantur] Bene Vulcanius correxit, nisi quod cum Fulviano potius codice scribere debuit: *certis potestatibus curant.* *Curare alicui* phrasis est vetusta, qua saepissime hic noster Madaurensis utitur: et dixi de ea Suspect. Lection. lib. 4. epist. 1. Sciopp. *in Symb.* Scribe, *curant.* Wower. Scal. MS. Puteani et Fulvii *c. p. curant*, recte. Rom. et Aldus, *c. precatibus procurantur.* Elmenh. Bene emendarunt Wower. et Sciopp. e MS. Ursini, cui, praeter alios, adstipulantur MSS. Voss. Vulc. et Harlem. Reliqui codd. *certis potestatibus curantur* vel *curantur certis pot.* Edd. ante Vulcan. *procurantur certis precatibus* vel ut Ald. et Iunt. *precantibus.* Inepte. *Curant potestatibus* dictum more Appulei pro *potestates.* Vide Ind. Not.

Som-

rum e numero Somnus atque Amor, diversam inter se vim possident: Amor vigilandi, Somnus soporandi. Ex hac ergo sublimiori Daemonum copia Plato autumat, singulis hominibus in vita agenda testes et custodes singulos additos, qui nemini conspicui, semper adsint, arbitri omnium non modo actorum, verum etiam cogitatorum. At ubi vita edita remeandum est, eundem illum, qui nobis praeditus fuit, raptare illico et trahere veluti custodiam suam ad iudi- 691.
cium, atque illic in causa dicunda assistere: si qua commentiatur, redarguere: si qua vera dicat, asseverare: prorsus illius testimonio ferri sententiam. Proinde vos omnes, qui hanc Platonis divinam sententiam, me interprete, auscultatis, ita animos vestros ad quaecunque vel agenda, vel meditanda formate, ut sciatis, nihil homini prae istis custodibus, nec intra animum, nec foris, esse secreti, quin

Somnus atque Amor] Vide Symposium Platonis. Colv. Elmenh.

Diversam] Voss. Edd. Ald. Iunt. *diversa.* Voss. *possideant.*

Ergo] Cantabr. Harlem. Voss. *igitur.*

Sublimiori] Harlem. Voss. et Edd. ante Vulcan. *sublimiore.*

Custodes singulos additos] Plautus Aulularia: *Quem quondam Ioni Iuno custodem addidit.* Colv. Alcinous cap. 15 et 16. Origines contra Celsum lib. 8. Iamblichus de mysteriis Aegyptiorum pag. 168. et seq. Elmenh. Pro *singulos* Florent. Cantabr. Vulc. Harlem. Voss. *singulis.*

Arbitri] Deest Edd. ante Vulcan. Sed post *actorum* illae addunt *testes* contra MSS.

Omnium] Bened. *omni.* Statim pro *at* Edd. ante Vulcan. *ac.*

Vita aedita] Scribo, *edita.* Cicero Philippicis: *Pythagorae ipsum illum locum, ubi vitam ederit, sedemque viderim.* Singulos singulis hominibus Genios seu Daemonas custodes datos Plato credebat. hos etsi invisos, ubique locorum praesto esse observatores factorum, et cogitatorum, quinimo et vita deposita, continuo eundem, cui praefecti fuerint, iudici sistere. quae alter commentiatur redarguere: quae vera dicat approbare, prorsus illorum testimonio sententiam ferri. Dignum observatione, quod Apuleius *custodiam* appellat ipsum hominem, qui custodiendus traditus. ut et Plinius lib. X. epist. 31. qua phrasi et ICti dixere, *custodiam negligere*, *custodiam recipere.* et de ipsis, qui custodiuntur agentes, dicitur, *custodias militibus evadere.* l. 9, 10, 12. ff. de custodia et exhibitione reorum. Itidem antiqui *optionem* appellavere eum, qui optatus sit. Stewech. Brem. *vita reddita.* Vide Platonem in Phaedone fol. 107. et seq. Elmenh. *Vita edita* i. e. peracta, gesta, et exhibita in scena orbis terrarum. At contra etiam *edere animam*, *vitam* est mori. Vide Burmann. ad Ovid. Her. Ep. 9. 62. Brem. *v. reddita.* Male; ut egregie docet I. F. Gronov. ad Gell. L. III. c. 15. *aetate iam edita:* ubi male Cuper. Obs. L. II. c. 20. corrigebat *vieta.*

Eumdem] Harlem. *eundi in.*

Raptare] Ed. Scriv. *aptare.*

Ilico] Male Vulcanius delet. Elmenh. Exsulat a MS. Vulc. et Edd. eius, Scal. et Wow. contra MSS. et Edd. reliquas.

Dicenda] Flor. *dicunda.* Elmenh. item Voss. et Cantabr. recte. Vide ad Met. L. VII. p. 491, a.

Prorsus illius] Scaliger *pro illius*, bene. Elmenh. Voss. *testimonia.*

Deinde vos omnes] Ita libri nostri omnes: quod non fuit mutandum. Mox iidem, *ad quaecumque agenda.* Quod sequitur, *nihil homini*, edidit e suis Vulcanius, quem secutus sum, addicente altero Cuiaciano. Vulgo erat, *omnino*, quod et pars scribtorum retinet. Merc. Voss. etiam Cantabr. et Ed. Cout. *deinde.* In reliquis *proinde.* Edd. vett. quaedam *nos.* Haec autem usque ad *sententiam* desunt Cod. Harlem.

Auscultatis] Bas. I. Rom. *vsculatis.* Colv. Rom. *osculatis*, male. Elmenh. MS. Vulc. *ascultatis.* Voss. *obscultatis.* Bened. *oscultatis.* Hinc vides unde in Edd. Rom. Vic. Bas. inrepserit *osculatis.*

Vestros] Edd. Vic. Ald. *nostros.*

Vel agenda] Abest *vel* male a Cantabr. Voss. Harlem. ac Mercer. MSS. ut et Ed. Cout.

Nihil homini prae istis] MSS. Flor. Cantabr. Edd. pleraeque *nihil omnino.* Edd. Vulc. Wow. *homine.* Sed MSS. mei reliqui et Cuiac. sec. cum Ed. Scal. sive Vulc. sec. Merc. et Cout. *homini* quod mutandum non fuerat. *Prae* autem non notat *coram*, ut interpretatur Floridus, sed *propter.*

Nec intra] Voss. *ni intra.* Mox pro *quin* Edd. ante Vulcan. *quando.*

quin omnia curiose ille participet, omnia visat, omnia intelligat, in ipsis penitissimis mentibus vice conscientiae deversetur. Hic, quem dico, prorsus custos, singularis praefectus, domesticus speculator, proprius curator, intimus cognitor, assiduus observator, individuus arbiter, inseparabilis testis, malorum improbator, bonorum probator, si rite animadvertatur, sedulo cognoscatur, religiose colatur, ita ut a Socrate iustitia et innocentia cultus est; in rebus incertis prospector, dubiis praemonitor, periculosis tutator, egenis opitulator; qui tibi queat tum in somniis, tum in signis, tum etiam fortasse coram, cum usus postulat, mala averruncare, bona prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, secunda regere, adversa corrigere. Igitur quid mirum? si So-
692. crates, vir apprime perfectus, et Apollinis quoque testimonio sapiens, hunc Deum

PARTICIPET] MS. Puteani *percipiat*. ELMENH. Accedit Harlem. Pro *visat* Cantabr. *viset*.

IN IPSIS] Edd. ante Vulcan. *et in illis*. Agnoscunt *et* Cantabrigienses.

DIVERSETUR] Cantabr. Voss. *deversetur*. Bene.

PRORSUS CUSTOS] Forte, *proprius custos*. COLV. Quintil. declam. 252. *unde tantus ac tam prorsus domus tuae tumultus*. Nihil igitur mutandum. ELMENH. Quintiliani locum adscripserat Lindenbrog. Ibi itidem perperam *operosus* vel *proprius* coniecere viri docti. Sequitur hic *proprius curator*. Bened. *prorso custos*.

SPECULATOR] Bened. *spicul*. τῷ *proprius* caret Bened. Haec autem usque ad *observator* absunt ab Edd. ante Vulcan. *Et observ*. Bened.

INSEPARABILIS] Ed. Scal. *insperab*.

ADVERTATUR] Sic Scaliger, alii, *animadvertatur*. ELMENH. Atque ita Elmenh. et seqq. praeter Mercer. et Coutur. ediderunt, non male quidem, ut supra: *advertuntur*. Mox: *qui eos auctoritate advertat*. Vide ad Caesar. Verum MSS. constanter dant *animadvertatur*; quod non mutandum, ut patet ex seq. *sedulo cognoscatur*.

IUSTITIA ET INNOCENTIA] MSS. Vulc. pro var. lect. *iuste et innocenter*.

PROSPECTOR] Cantabr. et Edd. ante Vulcan. *prospectator*. Wow. *prospectior*. Vitiose. Statim Bened. *praemunitor*.

PERICULOSIS VIATOR] Emendare conor, *periculosis vitator*. sequentia ipsius auctoris verba consideranda relinquo; tum et haec Minucii Foelicis, qui de eodem Deo disserens, *Socrates*, inquit, *novit, qui ad nutum et arbitrium adsidentis sibi daemonis, vel declinabat negotia, vel petebat.* Meminit eiusdem et Lactantius Firmianus lib. II. Divinarum institutionum, cap. XV. STEWECH. *per. vitator*] Ald. edit. In aliis est *peric. viator*. COLV. Quid si et, *iuvator*? BRANT. Recte cum MSS. *tutator* Vulc. et seqq. *Viator* Ed. Bas. Par. *Vitator* Edd. Rom. Vic. Ald. Iunt. Stew. Colv.

TUM IN SOMN. TUM IN SIGN.] Rom. *tum in somnis, tum signis*. Vide Iamblichum de mysteriis Aegyp. p. 52 et 84. ELMENH. *tum insomniis, tum signis*] Ita rectissime libri: iidem omnes, *igitur mirum*, e quo faciendum, *igitur nil mirum*. MERC. Non habent *in* Edd. ante Vulcan. Contra Edd. Vulc. Scal. Wow. *tum in somniis* (Vulc. Wow. *somnis*. Vide ad L. XI. Met. p. 794, b.) *tum in signis:* ut edidi cum Elmenh. et habent MSS. O. nisi quod in Mercer. sit *tum signis*, in Cantabr. Voss. *tum in signis, cum somniis*. MSS. quoque Vulc. Harlem. Voss. *somnis*. Edd. Merc. Coutur. absunt *tum in signis*.

POSTULAT] Bened. *postulabat*.

AVERRUNCARE] Pithoeus ita ex lib. vet. Vulgo, *avertere*. COLV. Brem. *intruncare*. Rom. *avertere*, male. Varro de lingua Lat. lib. 4. *Ab avertendo averruncare, et Deus qui eius rebus praeest, Averruncus*. In Glossis dicitur ἀλεξίκακος. Vide Notas ad Arnobium. ELMENH. Consentiunt MSS. omnes, nisi quod in Cantabr. et Harlem. sit *autruncare* Voss. *auttruncare*. Brem. *intruncare*. De Deo *Averrunco* et *averruncatione* nota omnia. V. Gronov. ad Liv. XXIX. 27.

SECUNDA REGERE, ADV.] Inepte Edd. ante Vulcan. *sidera adversa*.

NON IGITUR MIRUM] Sic Vulc. et seqq. cum MSS. plerisque. Antea *igitur nimirum*: quod servat Harlem. immo *non* deest quoque Florentino et Voss. Quare rescribendum potius cum MS. Bened. *igitur quid mirum?*

APPRIME PERF.] Inverso ordine Harlem.

APOLLINIS TESTIM. SAP.] Plato Apologia pag. 21. τῆς ἐμῆς εἰ δή τίς ἐστι σοφία καὶ οἵα μάρτυρα ὑμῖν παρέξομαι τὸν Θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς. Χαιρεφῶντα γὰρ ἴστε δήπου· οὗτος ἐμὸς ἑταῖρος ἦν ἐκ νέου καὶ ὑμῶν τῷ πλήθει ἑταῖρός τε καὶ ξυνέφυγε τὴν φυγὴν ταύτην καὶ μεθ' ὑμῶν

Deum suum cognovit et coluit, ac propterea eius custos, et prope dicam, Lar contubernio familiaris, cuncta, quae arcenda sunt, arcuit; quae cavenda, praecavit; et praemonenda praemonuit: sicubi tamen interfectis sapientiae officiis, non consilio, sed praesagio indigebat; ut ubi dubitatione clauderet, ibi divinatio-

ὑμῶν κατῆλθε· καὶ ἴστε δὴ οἷος ἦν Χαιρεφῶν, ὡς σφοδρὸς ἐφ' ὅ, τι ὁρμήσειε, καὶ δή ποτε καὶ εἰς Δελφοὺς ἐλθὼν ἐτόλμησε τοῦτο μαντεύσασθαι· καὶ ὅπερ λέγω, μὴ θορυβῆτε, ὦ ἄνδρες· ἤρετο γὰρ δὴ εἴ τις ἐμοῦ σοφώτερος. ἀνεῖλεν οὖν ἡ Πυθία μηδένα σοφώτερον εἶναι. Vide Annotat. ad Minut. Fel. p. 20. Elmenh.

Suum] Exsulat male ab Ed. Scalig.

Coluit] Bened. *incoluit.*

Prope dicam] Ita libri omnes nostri, non ut ediderunt Vulcanius, et qui deinceps secuti, *Et prope ut ita dicam.* Merc. Eodem redit. Sed *prope dicam* est in Cantabr. Florent. Voss. Harlem. et Edd. ante Vulcan.

Par contubernio familiaris] Ita libri omnes, quod quid ait fateor me non capere. nam contubernionem et familiarem intelligere possumus, at parem quo modo dicere possit nullus video. Certe scribserat Appuleius, *lar contubernio familiaris.* quod quia novum et mirum videri poterat, addidit illa, *prope dicam.* Iam supra daemonas dixit eos esse qui emeritis stipendiis corpori suo abiurassent; ex iis eum qui placato et quieto numine donum possideret, larem dici familiarem: et Priscianus larem explicat τὸν ἐνοικίδιον θεόν. Nunc daemonium Socratis non domus, sed ipsius Socratis larem familiarem quodammodo fuisse subiicit, qui non domum eius, sed ipsum possideret et tueretur. Larem singulari numero notant omnes veteres Grammatici ex illo Virgilii, *Pergameumque larem*, et ex Aulularia Plauti, ubi ipse Lar inducitur loquens, diciturque Lar familiaris, ut supra loco iam dicto. Itaque *contubernio* non est primi casus, sed sexti lar contubernio familiaris, quasi per contubernium, ut loquitur Suetonius Augusto: *deinde etiam eruditione varia repletus per Arei philosophi filiorumque eius Nicanoris et Dionysii contubernium.* Ita enim legendum totum eum locum bene animadvertit eruditissimus Cl. Salmasius, cuius de laudibus plura me dicere prohibet artissima quae inter nos intercedit necessitudo. Mox rectum est, *interfectis sapientiae officiis.* Item: *clauderet.* Item: *multa sunt enim multa:* eleganti et admodum efficaci repetitione: quae omnia ita in omnibus libris. Merc. R. delet *par.* Lips. *in marg.* optime Mercerus coniecit *lar contubernio familiaris.* Editionibus ante Vulcan. τὰ *familiaris* etc. *praecavit* desunt contra MSS. Pro *quae* Ed. Scal. *qua.*

Cavenda] Elmenh. cum seqq. addidit e Florent. *sunt.* Sed non comparet in MSS. ceteris, nec opus est. ἀπὸ κοινοῦ subintelligitur.

Praemonenda] Ed. Scal. vitiose *praemovenda.* Voss. *praemovenda praemovit.*

Interfectis sap. off.] Rom. edit. *intersectis.* Colv. MS. *interiectis.* forte: *imperfectis.* vel: *interceptis.* Nihil tamen mutare sustinui. nam et vulgata lectio habet, quo se defendat. Wower. Rom. et Brem. *intersectis.* alii *interiectis.* Fulvii liber *interiectis*, Wowerus *imperfectis.* Elmenh. Lege meo periculo, *interceptis.* ait nimirum in rebus quae casu reguntur, et in quibus nullus est prudentiae locus relictus, Daemonii sui voce moneri solitum Socratem, quod consonat iis quae de eodem Genio habet Plutarchus. Florid. *Interceptis* debetur Casaubono ad Apolog. p. 157, cui id subripuit Florid. I. F. Gronov. ad Gell. L. I. c. 7. in f. legebat *desectis.* Bene ad sensum, sed abit nimis a vulgata et MSS. scriptura. Posset etiam coniici *interseptis.* Adi ad Frontin. L. I. Strateg. c. 5. § 11. *intersepto aditu.* Rhenan. et Drakenb. ad Liv. L. VI. c. 9. Sed coniecturis non indulgendum. sana enim est vulgata lectio *interfectis*, nec quidquam mutandum. Noster Lib. V. Met. p. 90. Pric. *interfecta virginitas.* ubi vide. Passim *interficere* et similia dicuntur pro exstinguere, perdere res inanimas. Noster Met. L. XI. p. 257. Pric. *singultu crebro sermonem* interficiens. ubi corrigere facile quis posset *intercipiens.* sed male. vide Pric. Tertull. Apol. cap. 48. interfecta *lux.* noster L. III. Met. p. 48. *ut — formido funditus* perimatur. Sic et *interimere sacra* Cic. pro Mur. c. 14. similia vide apud Voss. ad Catull. p. 298. Adi omnino Gron. ad Cicer. Off. III, 7. *nisi aliqui casus aut occupatio consilium eius* peremisset. Salmas ad Solin. p. 94. *memoriae bonum* perimit. Huc pertinent Lucan. L. IV, 233. *Proh! dira pudoris* Funera. i. e. damna, ubi vide. Quinctil. Decl. XII, 24. *Pudorem sepultum.* Auson. Ep. 118. *Vixi sine* vulnere *famae.* Ovid. I. ex P. 5, 85. *mea fama* sepulta *est.* id. Her. Ep. X. 76. *femina periuri fraude* sepulta *viri.* ubi vide, Burm. Terent. Phorm. V, 8, 50. *sepultus sum.* i. e. perditus.

Ubi dub. clauderet] Sic Florent. (sed *ibi*) Voss. 3 Cantabr. et Mercer. Verissime, ut viderunt Gronov. ad Gell. I, 7. *numero verborum sonus* clauderet. et Davis. ad Cicer. Tusc.

tione consisteret. Multa sunt enim, multa, de quibus etiam sapientes viri ad
ariolos et oracula cursitent. An non apud Homerum, ut in quodam ingenti
speculo, clarius cernis haec duo distributa, seorsus divinationis, seorsus sa-
pientiae officia? Nam cum duo columina totius exercitus dissident, Agamem-
non regno pollens, et Achilles bello potens, desideraturque vir facundia lau-
datus, et peritia memoratus, qui Atridae superbiam sedet, Pelidae ferociam
compescat, atque eos auctoritate advertat, exemplis moneat, oratione permul-
693. ceat: quis igitur tali in tempore ad dicendum exortus est? Nempe Pylius ora-
tor, eloquio comis, experimentis catus, senecta venerabilis; cui omnes sciebant
corpus annis hebere, animum prudentia vigere, verba dulcedine affluere. Itidem
cum

Quaest. L. V. c. 8. *si ex aliqua parte* clauderet. atque edidere Merc. et Cout. Plura vide ad Flor. N. 18. *ac non hic maxime* clauderet.

IBI] Florent. *ubi.* Carent hac voce Edd. Vulc. Scal. Wow. ex MS. Vulc. Bened. *divinationem.*

MULTA SUNT EN. MULTA] Posterius *multa* delent Flor. Rom. et Ald. ELMENH. Cantabr. *cum multa* etc. Bened. non habet *sunt enim multa.* Ultimum *multa* exsulat ab omnibus Edd. ante Vulcan. item Wow. et Floridi. Male. Vide Mercer. supra.

AN NON] Bas. II. Reliquae, *Ac non.* COLV. Harlem. *at cum.* Bened. Voss. *at non.*

QUODAM INGENTI SPEC.] Edd. omnes praeter Vulc. Scal. *in quod. ing. sp.* sed invitis MSS. *Quadam specula* Edd. ante Vulcan. male. licet et *specula* sit in Cantabr. *Ingentis* Bened.

SEORSUS] Bis *seorsum* Edd. Vulc. Scal. Wow.

DISSIDENT] Bened. *dissiderent.*

AGAMEMNON etc.] Ciceroni lib. 9. Epist. ad familiar. *rex regum.* ELMENH.

DESIDERATURQUE] Abest *que* ab Harlem.

PERITIA MEMORATUS] *Peritia vitae moratus* in Edd. ante Vulcan. Contra MSS. Recte *peritia* absolute ponitur. Adi ad Caesar. p. 313 et 607. Nec opus est *rerum* vel simile addi, licet ita alibi occurrat.

SEDET] Sic bene tacens edidit Floridus. Carent hoc verbo Edd. ante Vulcan. qui cum Scal. Elm. Scriv. Merc. habet *sed et*, uti in MSS. exaratur, nisi quod tantum in Harlem. sit *et*, ut edidit e Fulviano Wower. Sed recte *sedare iram.* Sallust. Iug. c. 38. Ed. Wass. *dignitati quam irae magis consulens* sedare *motus.*

EXEMPLIS MONEAT] Malim, *moveat*: sed illud retinent omnes libri, qui et rectissime, *peritia memoratus*; et mox *experimentis catus.* At, *exortus est*, alter Cuiacianus, verissime; nam ceteri male, *exortatus.* In iisdem recte, *corpus annis hebere*, non *abire*, neque *hebescere*; item, *deligendi*, non, *dirigendi.* MERC. Scriv. cum Mercero edidit *moveat.*

ATQUE etc. ADVERTAT] Absunt Edd. ante Vulcan.

QUIS] Florent. Voss. Cantabr. uterque *quid.* Fulvianus *qui.*

AD DICENDUM EXHORTATUS] Si me audis, leges, *ad dicendum exoptatus.* Virgil. III. Aen. *Optavitque locum regno.* imitatus idem Petronius: *Haec ubi calcavit Caesar iuga milite laeto, Optavitque locum summo de vertice montis.* STEWECH. Mendose, sed recte restituit Fulv. cod. *qui i. t. i. t. ad dicendum exortus est.* WOWER. *ad dic. exortus* Fulvius. In Flor. Leid. Brem. Aldo et Rom. est *exhortatus.* Stewech. *exoptatus* legit. ELMENH. *Exortus est* e MSS. Fulv. et Cuiac. sec. restituere Wow. Elm. Merc. et seqq. Antea edebatur *est ad dicendum exhortatus.* In Florent. Harlem. Voss. Cantabr. et aliis scribitur, *me ad dic. exhortatus est.* Fuitne *Qui se igitur tali in tempore ad dicendum exhortatus est?* Haec sane coniectura mihi valde blanditur. Quis dicendi fiduciam sumsit?

PYLIUS] Cantabr. *Phyclidus.* Voss. *Phielidus.*

CATUS] Sic Flor. et Fulvii liber, Brem. *canus.* Leid. et Rom. *cautus.* ELMENH. Sic legendum cum Scaligero Merc. Cout. iubentibus MSS. Florent. Voss. Fulv. Putean. Mercer. Cantabr. Vulc. Harlem. Vulgo *cautus.* Vide ad Flor. N. 3. *catus canere.*

SENECTA] Ed. Iunt. *senecto.* Bened. *senectute.*

HEBERE] Sic etiam ex Membranis Cuiacii Pithoeus. Vulgo erat, *abire.* COLV. Rom. et Ald. *abire.* male. ELMENH. Edd. ante Colv. inepte *abire.* Pithoeus Subsec. L. II. c. 10. et Merc. *hebere* correxerant, ut habent MSS. O. quare miror Elmenhorstium et seqq. praeter Mercer. et Coutur. dedisse *hebescere*, nisi ex incuria. Apud Virgil. et Valer. Flacc. *senecta* et *annis hebere.* Vide ad Valer. L. I. vs. 53.

VIGERE] Metuo ne perierit hic verbum vetus, et optimis scriptoribus frequentatum *vegere.*

cum rebus creperis et afflictis speculatores deligendi sunt, qui nocte intempesta castra hostium penetrent; nonne Ulixes cum Diomede deliguntur? veluti consilium et auxilium, mens et manus, animus et gladius. Enimvero cum Aulide desidibus, et obsessis ab ventis, ac taedio abnuentibus difficultati belli, et facultas itineris, et

re. Pomponius Maiali, *animos Venus veget voluptatibus.* Iidem Sallustio repositum principio Coniurationis, volentibus membranis. Iterum reddo Appuleio prima Apologia: *cur oratio vestra rebus flaccet, strepitu veget.* in editis hactenus, *viget.* STEWECH. Quod si contra MSS. licet, ubivis pro *vigere* id substitui posset.

CREPERIS] Brem. *corporeis*, inepte. ELMENH. Bened. etiam *corporeis.* Voss. *crepereis.* Harlem. a manu sec. *dubiis.* e Glossa.

SPECTATORES] Revocandi huc e re militari *speculatores*, et scribendum *speculatores diligendi* de utroque adi Commentarium nostrum ad Fl. Vegetium. STEWECH. Bene Fulvius: *Speclatores* sive, *Speculatores.* κατίσκοποι. SCIOPP. *in Symb.* Fulvius et Stewech. *speculatores*, bene, κατίσκοποι. ELMENH. Bene Ursinus *speclatores* sive *speculatores* cum Var. Lect. Burm. ut et Markland. Epist. Crit. p. 134. videtur. Sic paulo ante: *custos — praefectus — speculator.*

DELIGENDI] Alii *diligendi*, male. Plautus Amphitr. Sc. I. *Continuo Amphitruo delegit viros primorum principes.* ELMENH. Stew. et Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. Scriv. Merc. Cout. *diligendi* a *dilectu* scilicet. Sed praestat alterum, quod est in MSS. O. praeter Vulc. et Harlem. *Eligendi* Ed. Iunt. Vide ad Met. L. VII. p. 476, a.

DELIGUNTUR] Vulgati habent *diriguntur* male. Codex Thuanus *deliguntur*, quod amplector. FLORID. Brem. et Flor. *diliguntur.* ELMENH. MSS. Thuan. Florent. Voss. Brem. Cantabr. pr. cum Edd. ante Vulc. *deliguntur.* Male Vulc. e suo codice cum seqq. praeter Mercer. Coutur. et Florid. reposuit *diriguntur.* in Bened. *diligentur.* In Harlem. vacat locus.

IN AULIDE DESIDIBUS] Rom. *in A. desidentibus.* Flor. *ab A. de caedibus.* male. ELMENH. *Quum Aulide*] Vulgo edebatur, *in Aulide*: libri omnes nostri *quum ab Aulide de sedibus et obsessis ac taedio abnuentibus*; pro quo vulgo, *retro ventis abnuentibus*; pessime, et peius quod alii somniabant, *Rhoeteo.* Taedio longae morae abnuebant navigationem Graeci. Dictys lib. II. *taedione, an recordatione suorum domuitionem cupiebant. Ab Aulide* scribtum male repetitione prioris syllabae. MERC. Haec est lectio codicis Florent. Brem. Leid. et Thuani, quam ut germanam amplecti non dubito. FLORID. *Ab Aulide* bene reposuere Merc. Cout. ac Florid. quibus consentiunt etiam Cantabr. pr. Voss. et Harlem. in quibus est *cum ab A. des.* Florent. quoque et Bened. ac Mercer. omnes *ab Aulide.* Vulgo *in Aulide.* sed sine sensus dispendio *cum* abesse nequit. Unde istud *ab* irrepserit statim videbimus. Ceterum *desidentibus* habent Edd. Wow. et omnes ante Vulcan. *de caedibus* Florent. *decedibus* Vulc. at Cantabr. uterque Voss. et Harlem. ac Mercer. *desedibus.* quasi a *deses* formaretur quoque Genitivus *desedis.* Quod notandum.

AC TAEDIOSE VENTIS ABNUENTIBUS] Flor. Brem. et Leid. *ac taedio abnuentibus.* Rom. et Aldus *retro v. abnuentibus.* Schickeradus *ac Rhoeteo v. a.* Vide Daretem Phrygium de excidio Troiae, p. 165. ELMENH. *Et obsessis ac taedio abnuentibus*] Sic locum hunc concepit Merc. et eo non nominato de more Cout. et Florid. auctoritate Codd. Florent. Brem. Thuan. Cuiac. Leid. quibus adde Cantabrigienses, Voss. Harlem. et Vulc. codd. In Edd. ante Vulcan. abest *et.* dein habent cum Wowerio *ac retro ventis abnuentibus.* Sed *taedio* recte habent MSS. Hinc Scal. Elm. et Scriv. edunt *taediose abnuentibus.* At non de nihilo est *ventis*, quod exstat in Edd. priscis. Legendum enim *et obsessis ab ventis, ac taedio abnuentibus.* Hinc patet, unde istud *ab* supra venerit. Aulide enim detinebantur Graeci *ventis* contrariis et tempestatibus; quod nemini, qui poëtas legit, potest esse ignotum. Immo hinc statim e contrario sequitur tranquillitas maris et clementia ventorum. Verum locus nondum persanatus est. Quid enim? An *difficultas belli* exploranda erat per auguria et extispicia. Immo vero contrarium, et quod subdit *facultas itineris* etc. Quare omnino legendum censeo *abnuentibus difficultati belli* i. e. detractantibus bellum ob difficultatem. Sic enim solet auctor. L. IV. p. 115. *Thebanis conatibus* abnuentes. L. VI. p. 178. *terrenis remediis inquisitionis* abnuens. ubi vide. In Apol. p. 524. Flor. *contumeliis* abnuit. Ante inciderat mihi quoque *difficultates.* Sed *abnuere aliquid* valet negare. ut L. II. Met. p. 62. *Tantum scelus* abnuebat. Sine casu etiam. Vide Wopkens. ad Septim. de B. Troi. III, 13. Totus ergo locus sic concipi debet: *cum Aulide desidibus, et obsessis ab ventis* (vel *vento*) *ac taedio abnuentibus difficultati belli.*

ET

et tranquillitas maris, et clementia ventorum, per fibrarum notas, et alitum vias, et serpentium escas explorandae: tacent nempe mutuo duo illa sapientiae
694. Graiae summa cacumina, Ithacensis et Pylius. Calchas autem longe praestabilis ario-

Et tranq.] Male abest *et* ab Harlem. et Edd. Scriv. Flor.

Per fibrarum notas] Per illarum enim inspectionem voluntas Deorum exquirebatur, sicuti dixi ad Arnob. lib. 2. fol. 64. Adde Artemidorum Oneirocrit. lib. 2. cap. 74. Zenonem *sermone de Iona* p. 114. Nicephorum ad Synesium de Insomniis fol. 358. *οἱ μὲν οὖν φησὶν ἐκ τῶν ἀστέρων προορῶσι τὸ μέλλον. οἱ δὲ ἐκ τῶν σπλάγχνων τῶν ἀνατεμνομένων σφαγίων. ὁ δὲ θυτικὴ καὶ ἔντομος λέγεται πρόγνωσις. οὐ πᾶσι δὲ τοῖς σπλάγχνοις οἱ μάντεις ἐχρῶντο πρὸς δήλωσιν τῶν ἐσομένων, ἀλλὰ τῷ ἥπατι μόνῳ*: Sed hoc postmodum decretis Imperialibus serio prohibitum. Impp. Gratianus, Valentinianus, et Theodos. leg. 9. Cod. Theodosiani *de paganis sacrific. et templis* ad Cynegium P. F. P. *Ne quis mortalium ita faciendi sacrificii sumat audaciam, ut inspectione iecoris extorumque praesagio vanae spem promissionis accipiat, vel (quod est deterius) futura sub exsecrabili consultatatione cognoscat. Acerbioris etenim imminebit supplicii cruciatus, qui contra vetitum praesentium vel futurorum explorare tentaverit veritatem.* Dat. VIII. Kal. Iunii Constp. Arcadio A. I. et Bautone V. C. Coss. Elmenh. Inepte Coutur. ob sequentia intelligit *les filets des racines des arbres.*

Alitum vias serpentum escas] Lindenbrogius legit, *Alitum escas et s. v.* bene. Vide Sarisberiensem lib. I. cap. 12. Flor. et Brem. *serpentium e.* Elmenh. Non fuit mutandum; nam et serpentis esca in hac ipsa divinatione apud Homerum, et alitum vias non potest damnare qui meminerit quae sint *praepetis omina pennae.* Mox rectissime libri, *explorandae:* item, *tacent mutuo*; non quod alii substituerunt *muta.* Mutuo tacent, qui ante, ubi consilio res indigebat, loquebantur. Merc. Alitum escas, non quas alites ederent, sed quas ipsae suis corporibus serpenti comedendas dederunt, ad 8. illos passerculos respicit, quos una cum matre draco in platanum adscendens devoravit in Aulide. Vide Homer. Iliad. B. vs. 300. et seqq. MS. Thuan. *alitum vias et serpentum escas.* non male. *alitum viae* essent augurium; *serpentum escae* passerculi cum matre. Florid. *alitum escas et serpentium vias*] Sic reposuere Elm. Scriv. et Florid. ex emendatione Lindenbrogii ad Auctor. Eleg. in Ob. Drusi vs. 136. Ut in genere per *escas alitum* intelligat augurium ex avium esu captatum et de occursu serpentum ominoso. Et sic sane Harlem. etiam habet. At vero pessime, si quid video. Nam tale tripudium solistimum non habebant Graeci, nec de infausto serpentum occursu hic cogitandum. Revocavi cum Mercero itaque reliquorum Codd. et Edd. O. scripturam *Alitum vias et serpentium escas*; de qua non ambigere debebat Floridus. *Alitum viae* sunt meatus avium in aëre, unde captabant auguria, quos vocat eleganter Lucanus L. I. vs. 587. *motus errantis in aëre pennae.* ut nunc lego cum Cel. Burm. de Iove Fulg. p. 248. Dein *serpentium esca* intelligit delibationem draconis vel serpentis ex iis, quae sacra erant vel deo cuidam in ara vel aliter oblata. De qua *extorum* vel *oblationum* delibatione me memini, nescio ubi, legisse. At similia sunt quae ex Propertio etc. adtulit ipse Lindenbrog. ibidem. Ipsos dracones ad auguria fuisse opportunos et prosperos vide in Spanhem. de Praestant. Num. Dial. IV. p. 214, 215, 225. etc. Forsan hic iam quoque alludit auctor ad passeres a serpente devoratos in augurium Troiae decimo anno capiendae. de quibus mox *alites*, *altaria*, *arbores* etc. Porro *serpentum* minus bene habent MSS. aliquot et Edd. Colv. Vulc. Scal. nam *serpentium* diserte Florent. Voss. Brem. Cantabr. et alii cum Edd. reliquis, ut apud optimos quosque.

Explorandae essent] *τὸ essent* Florent. inducit. Excerpt. Bat. *E. tacent n. t.* Elmenh. Addidere Scal. Elm. Scriv. *essent* sine codicum auctoritate. MSS. O. et Edd. Merc. Cout. Flor. *explorandae.* recte. scil. *sunt.* Edd. priores *exploratae sunt*; nisi quod Ed. Iunt. habeat *explorata sunt.* Vulc. *explorate T.*

Tacent mutuo] Sic MSS. cuncti pro *vicissim*, ut exponunt. Nihilominus mihi admodum frigere videtur, nec, quid eo velit auctor, satis perspicio. Quare non alienus sum a lectione Edd. Vulcanio priorum *muta.* Auctor El. de Ob. Drusi vs. 185. *Iura silent*, mutae*que* tacent *sine vindice leges.* at ibi Heinsius Franciusque volebant *iacent.* nec male. Similem locum vindicavi Lucano L. I. 260. *Rura silent, mediusque* iacet sine murmure *pontus.* ubi ineptissime alii et nuper Cortius reposuere *tacet.* Quid est *tacere sine murmure* aliud, quam putida *ταυτολογία*?

Sapientiae graiae] Sic MSS. O. cum Vulc. et seqq. praeter unicum Benedictinum minimae auctoritatis librum, qui dat *Graeciae*, ut est in Edd. prioribus, citaturque ab Acidalio ad Vellei. L.

ariolari, simul alites et altaria et arborem contemplatus est, actutum sua divinatione et tempestates flexit, et classem deduxit, et decennium praedixit. Non secus etiam in Troiano exercitu, cum divinatione res indigent, tacet ille sapiens senatus, nec audet aliquid pronuntiare vel Hicetaon, vel Lampo, vel Clytius: sed

L. I. c. 4. *ut firmet ludicrum suum Graeciae iuventutis.* Voss. *Gratiae.*

PYLIUS] Cantabr. *Phillius.*

PRAEST. ARIOLARI] Voss. *arioli.* Cantabr. et Edd. ante Vulcan. *ariolus.* Sed vide ad Flor. N. 3.

CONTEMPLATUS EST ICTUM] In Flor. est *actum*, in Rom. et Aldo *actutum.* in Brem. *foetum.* In Excerpt. Bat. *arbores contemplatus actum s. d.* ELMENH. Nescio unde Vulcanius eruerit lectionem quam editio eius expressit, *et arborum contemplatus est ictum*; quam secutae deinde aliae editiones. At libri omnes, *actum.* veteres editiones *actutum:* primus quidèm Cuiacianus, *arborum*; alter, *arbores:* ceteri recte, *arborem.* neque apud Homerum alia arbor quam πλατανίστος, neque ullius ictus arboris. MERC. Thuanae membranae: *et foetum arborum contemplatus est, ac tum sua Divinatione*, etc. optime. *foetus arborum* hic erit nidus cum aviculis. FLORID. *Simul arborem cantemplatus est, actutum*] Donec meliorem et certiorem lectionem e MSS. quis adferat, hanc ego ex Edd. Vulcanio prioribus revocatam detinebo, ut maxime sanam et intellectu facillimam; praesertim cum ita exhibeant MSS. Florent. Cantabr. Mercer. nisi quod habeant sine sensu et corrupte cum Voss. *actum*, uti tamen edidere Merc. Cout. et Flor. *Actutum* i. e. extemplo (vide ad Met. L. V. p. 365, a.) divinavit Calchas, simul ac contemplatus est aram, passeres et platanum: ubi tamen videtur deesse *draco* vel *serpens* ex ara in platanum adscendens, et ibi passeres devorans: ut notum ex Homero Il. B. vs. 300. etc. Ovid. Met. L. XII. init. et aliis. Non capio cum Mercero lectionem Vulcanii et seqq. qui habet ex Vulc. Cod. *arborum c. e. ictum.* non enim motas arbores in hoc augurio narrant poëtae. Wower. delevit quoque *est. Arbores c. e. actum* exaratur etiam in Cuiac. sec. et Harlem. *arborum* in Cuiac. pr. et Voss. *Foetum arborum* exstat in Brem. et Thuan. quod probat Floridus. Sed praecessere iam *alites*, et quis unquam nidum vocavit *foetum arborum.* Aliud quid latere videtur. Rutgersius melius *auctum*, ut cito creverit arbor; quod passim boni ominis signum.

ET DECENN.] Abest *et* a Bened. Voss.

ETIAM] Harlem. Voss. Bened. Edd. Merc. Cout. *et.*

INDIGENT] Florent. Harlem. *indigeret.*

HECTOR] Legit B. Pius Annotat. posteriorib. *Helenus.* COLV. Aldus Rom. et Bas. *Hector vel Iambo vel Bytias.* Baptista Pius in Annot. post. cap. 193. *Helenus vel Lampo vel Clytius*, Flor. Leid. et Brem. *Hic etiam vel Lampo vel Clytias.* unde vere eruditissimus Mercerus, *Hicetaon vel Lampus vel Clytius.* Vide Homer. Iliad. γ. v. 146 ELMENH. *Hicetaon*] Monui ad Dictym ita restituendum, quum in libris omnibus invenissem, *hic etiam*, quod insuper habitum prioribus Criticis. Hector manu promtus et belli laude clarus, sed non fuit τῶν δημογερόντων, quos enumerat Hom. Iliad. γ. Λάμπον τε, Κλύτιόν δ', Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ. Mox libri habent, *vel Iambo vel Clytias*, qui Homero Lampus et Clytius. MERC. Voss. etiam et Cantabr. uterque cum Vulc. cod. *hic etiam.* unde verissime emendavit Merc. hic et ad Dictyn Cret. L. IV. c. 22. In Harlem. *hoc etiam.* Vulgo ante Elmenh. Ed. erat *Hector.* Sed B. Pius iam viderat ei hic locum non esse Tom. I. Thes. Crit. p. 571.

IAMBO] Idem Pius, *Lampo.* cuius meminit Cristodorus lib. τῶν ἀγαλμάτων. Λάμπων δ' ἀχνυμένῳ ἐναλίγκιος ἦεν ἰδέσθαι Οὐ γὰρ ἐπὶ φρέσιν εἶχε Κολινδομένοιο Κυδοίμου Τειρομένοις τρώεσσι τέκειν παιήονα βουλήν. Idem, *Clytius.* nam idem poëta: Εἱστήκει Κλύτιος μὲν ἀμήχανος εἶχε δὲ δοιὰς Χεῖρας ὁμουπλεκέας κρυφίης κήρυκας ἀνίης. COLV. Bene Pius et Scal. ac Wow. *Lampo.* In MSS. est *Iambo* vel ut in Edd. vett. ante Vulcan. *Iambo.* Vulc. *Lampes.* Elmenh. et seqq. *Lampus* ex Homero. Sed Apollod. L. III. c. 8. Λάμπωνα, Κλύτιον, Ἱκετάονα. monuit iam Merc. et e Christodori versibus Pius. Adde Athen. L. VIII. c. 7. Καὶ Λάμπωνα δὲ τὸν μάντιν Κωμῳδοῦσιν. Sic contra *Glaucus* nostro, qui aliis *Glauco* init. L. de dogm. Plat. Sic *Iäsion* et *Iäsius*, *Emathion* et *Emathius.* Vide Heins. ad Ovid. 2 Tr. 300. Amant autem Latini ex Graeco ων inclinare nominativum per *o.* Vide ad Met. L. IV. p. 308, b.

CLYTIUS] Sic nominant hunc omnes Mythologi. Bene sic ergo emendarunt Pius, Merc. et edidere Wow. Scriv. Cout. Flor. MSS. *Clytias* cum Edd. Vulc. Scal. vel *ditias. Clytis* Ed. Elm. Sed in erratis correctum *Clytias. Bitias* Edd. Ald. Iunt. Bas. Colv. *Binatus* Ed. Vicent.

sed omnes silentio auscultant aut ingrata auguria Heleni, aut incredita vaticinia Cassandrae. Ad eundem modum Socrates quoque, sicubi locorum aliena sapientiae officiis consultatio ingruerat, ibi vi daemonis praesaga regebatur, eius monitis sedulo obediebat, eoque erat Deo suo longe acceptior. Quod autem incepta Socrati quaepiam Daemon ille ferme prohibitum ibat, nunquam adhorta-

AUGURIA HELENAE] Sic Basileensis posterior editio. I. *aug. flava.* Rom. *Fleve.* ad cuius marginem, *Flevus id est vanus.* B. Pius nimisquam hic a veteri scriptura recedit, dum legit, *Panthoi.* Ego verum puto, *Heleni.* de quo Homerus et Virgilius. COLV. Aldus *a. Helenae.* male. Vide notas ad Arnobii lib. I. fol. 35. ELMENH. Male editiones antiquae et plerique manuscribtorum *Helenae:* alter Cuiacianus solus habuit, *Heleni*, quomodo scribendum fuit etiam repugnantibus libris. MERC. *Heleni* optime iam ante Colv. emendaverat Brodaeus, et exstat in MSS. Florent. Brem. Put. Harlem. aliisque. *Helenae* Cantabr. Vulc. ceterique et Edd. Ald. Iunt. Colv. *fleve* Edd. Rom. Vic. Bas. sec. *flava* Bas. pr. Inepte Pius coniecerat *Panthoi* aut *Phoebi.* De vate Heleno, Cassandrae sponso, nota omnia.

INCREDITA] In vulgatis est, *non credita*, male. De Cassandra nota res est ex Lycophrone, Cointho Smyrnaeo et aliis. ELMENH. Vulc. primus dedit *incredita.*

SOCRATES] Florent. *Socrati.* Cantabr. Voss. Harlem. *Socratis.*

ALIENAE SAPIENTIAE OFFICIIS] Corrupte, et nullo sensu. Quare me auctore scripseris: *alienis sapientiae officiis.* Vulgo scribunt: *sicubi locorum alienae sapientiae consultatio ingrueret.* Hoc si sequamur legendum erit: *aliena sapientiae.* WOWER. *Aliena sapientiae officiis*] Ita scribendum contra omnes libros, qui habent *alienae.* Aliena consultatio sapientiae officiis est quaestio quam nulla humana prudentia posset solvere. Mox praeferenda videtur vulgata, *ibi sui daemonis praesagio regebatur*, librorum scribtorum lectioni, in quibus, *vi daemonis praesagia regebat*: nec audio Fulvianum, *vi praesaga regebatur*, cuius mihi fides ex aliis lectionibus a doctis relatis valde suspecta, auctoritas nulla. Crediderim postremam syllabam τοῦ *regebatur*, delitescere in verbo *verum*, quo facile carere possemus. Quae sequuntur optime edidit Vulcanius e suo libro, cui nostri consentiunt: *Quod autem incepta Socrati quaepiam daemon ille ferme prohibitum ibat, nunquam adhortatum, quodammodo ratio praedicta est:* neque est ut audiamus alios libros, qui habent *quispiam daemonum*, quod prorsus ineptum est. Apud Xenophontem daemonium Socratis et adhortatur passim, et dehortatur. unde in Απομνημ. δ. εἴγε μηδ᾽ ἐπερωτωμένοι ὑπόσου προσημαίνουσί σοι ἅτε χρὴ ποιεῖν, καὶ ἃ μή. Sed Plato diserte negat adhortatum: οὐδέποτε προτρέπει. Theage, et Apologia. MERC. Bene hunc locum ex coniectura Merceri tacite constituere Cout. et Florid. Sed emendaverat iam ita summus Casaub. ad Apolog. p. 157. Ante Vulcan. legebatur *alienae sap. off. cons. Aliena officiis* est remota a muneribus. *Alienus* enim saepe ablativum adsciscit sine praepositione. Sic cum aliis et in primis Gellio, noster de Habit. doctr. Plat. p. 606. *Virtutis disciplinis alienas.* Cic. de Off. I. 13. *utrumque homine alienissimum. officia sapientiae* iam habuimus p. 692. *Consulatio* Edd. Vic. Bas. pr.

VI DAEMONIS PRAESAGIA REGEBAT] Rom. Bas. I. Excerpt. Bat. *sui d. praesagio regebatur.* Veram lectionem exhibet Fulvii MS. *vi d. praesaga regebatur.* Cic. I. de Divin. fol. 192. *Non paruisti mihi, cum uterer qua soleo praesagitione divina.* Vide notas ad Minut. Fel. fol. 43. Chalcid. in Platonis Timaeum p. 260. ELMENH. *Vi daemonis praesaga regebatur*] Hanc lectionem quam germanam puto, exhibet MS. Fulvii liber. alii aliter, sed minus bene. FLORID. Olim ut et in Edd. Vulc. Wow. edebatur *sui d. praesagio regebatur.* At Edd. Scal. Elm. Merc. Scriv. *vi daemonis praesagia regebat.* quomodo legas sane in ceteris MSS. O. nisi quod in Bened. sit *rebat.* Forsan scribendum *sui d. praesagia rogabat* sive consulebat quasi oracula, ubi proprie adhibebant *rogare:* unde passim *rogare deos.* Hinc sequitur *eius monitis obediebat.* Alioquin Fulviani Cod. lectio omnino recipienda est, praesertim cum *vi* habeant MSS. O. Nam certe Socrates non regebat praesagia daemonis, sed regebatur ab eo, et etiam aliquando prohibebatur inceptis, ut subdit auctor. τὸ *Verum* ante *eius mon.* cum Mercero delere malim.

SEDULO] Bened. *sedule.*

DEO SUO] Hoc iam emendavit e coniectura Stewechius supra, et cum plurimis MSS. in textum recepit Vulc. et seqq. Vulgo erat *de;* ut et in Florent. Voss. ac Cantabr. Var. Lect. Burm. *sui dei praesagio.*

QUOD AUTEM] Male Edd. ante Vulcan. *qui ante.* vel, *qui autem*, ut in Edd. Ald. Iunt.

SOCRATI] Sic MSS. et Edd. praeter Floridi, qui dat *Socratis* sed vide supra.

SOCRATI * DAEMON] Sic in Romano cod. erat

tatum, quodammodo ratio praedicta est. Enim Socrates, utpote vir apprime perfectus ex sese, et ad omnia congruentia sibi officia promtus, nullo adhorta- 695.
tore unquam indigebat; at vero prohibitore nonnunquam, si quibus forte conatibus eius periculum suberat, ut monitus praecaveret, omitteret coepta inpraesentiarum, quae tutius vel postea capesseret, vel alia via adoriretur. In huiuscemodi rebus, vocem quampiam divinitus exortam dicebat se audire. ita enim est apud Platonem. ne quispiam arbitretur, omina cum vulgo loquentium captitasse.

erat: in aliis ut locus integer hic vulgatur. quod verum non est. Colv. Recte Fulvii liber, *quispiam daemonum.* in Rom. et Aldo hic lacuna est unius voculae. Elmenh. *quaepiam daemon ille*] Sic MSS. et Edd. Vulc. Scal. Wow. Merc. Cout. Flor. Florent. Voss. *daemonum.* Fulv. *quispiam daemonum ille:* unde *quispiam Daemon ille* edidere Elm. et Scriv. Omnino male. *Quispiam* incertum quemdam, at *ille* certum denotat: adeoque haec iungi nequeunt.

Nunquam adhortatum, quodammodo r.] Hoc rursus Vulcanio debemus, ut diserte exstat in ipsius codice, Fulviano, Mercerianis, aliisque. Vulgo ante sine sensu legebatur *numquam quod admonendum ratio:* ut exstat quoque in 2 Cantabr. sed in marg. Cantabr. pr. est *quodammodo.* Voss. *quod admodo.* Abest etiam *adhortatum* a MSS. 2 per Lindenbrog. collatis, Voss. et Harlem. Eiecerunt hoc verbum librarii, quia non invenerunt rationem eam esse ante dictam. sed haec ratio est illius *sapientiae*, de qua iam egit App. et qua Socrates omnia quidem videbat, sed periculosa fugere nesciebat, nisi cum dehortatus esset daemon. Wower. edidit *adhortatus.* male. *Ibat prohibitum, non adhortatum* i. e. prohibebat, *non adhortabatur*, ut clarius in seqq. se explicabit auctor.

Praedicta est] Iterum hic interstitium in Rom. edit. *praedicta quaepiam est* ..... Colv. Bened. caret *est.*

Enimvero etc.] Haec Plato in Apologia Socratis, loquente illo. Colv. *Enim Socr.* est disertim in tribus nostris exemplaribus: dixi supra. Mox distingue: *Ex sese ad omnia congruentia sibi officia promtus.* Item: *Omittere cepta inpraesentiarum, quae tutius vel postea capesseret.* Merc. Vacat locus in Edd. Rom. Vic. Bas. MSS. Florent. Voss. Cantabr. uterque et tres Mercer. cum Edd. Merc. Cout. dant simpliciter *enim.* Verissime, et nostri more. V. Ind. Not.

Et ad omnia] Harlem. Voss. Bened. Mercer. Edd. ante Vulcan. et Merc. Cout. carent *et.* Harlem. *omnia ad.* Pro *unquam* mox Cantabr. *nunquam.*

Omitteret] Edd. ante Vulcan. item Wowerii *ac omitt.* Male. Edd. Merc. Cout. *omittere.*

Quae] Male Vulc. iunxit *inpraesentiarumque.*

Vel postea] Excerpta Bat. *vel potius.* recte. Elmenh. Recte MSS. fere omnes *vel postea*, et obponitur τῷ *inpraesentiarum:* quare nescio cur Vulc. e suo cod. praetulerit *potius*, et Elm. e Var. Lect. Exc. Bat. quod vix intelligo. Nam si notat *melius*; hoc sequitur *vel alia via adoriretur.* Quare nil omnino mutandum.

Ut Plato dicit] Haec verba ut superflua delet Brem. et Flor. codex. Elmenh. Et hic variant libri, inculcando *dixit* et *dicebat.* Vulcanii liber ut huic tautologiae mederetur, addiderat, *ut Plato dixit;* quod abdicunt alii omnes. Mihi visum sequi alterum Cuiacianum perspectae fidei, in quo clare: *In huiuscemodi rebus dixit vocem quampiam divinitus excitam audiri;* sublato posteriori *dicebat.* Merc. MS. Vulc. addit *ut Plato dicit:* quomodo Vulc. ac Scal. edidere. Verum sequitur *Ita enim est apud Platonem.* Cantabr. tamen uterque, Voss. et Harlem. *dicit* etiam inserunt, Cuiac. sec. *dixit* cum Edd. Merc. Cout. at idem cum Harlem. pro sequenti *dicebat* locum reliquit vacuum, probante Mercero, qui ibi delevit cum Coutur. Non dubium mihi est, quin recte Edd. ante Vulcan. dent *duntaxat* i. e. solummodo. V. Ind. Cantabr. autem et Voss. habent *discebat.* Non agnoscunt τὸ *se* Merc. Cout. uti nec Cantabr. Voss. et Edd. ante Colvium.

Est] Carent Cantabr. uterque et Harlem.

Omina] Male *omnia* MSS. aliquot de more et Edd. ante Scalig. Vidit id iam Casaubonus, et e suis codd. emendavere quoque Ursinus et Mercerus, quem adi ad Aristaen. L. I. c. 3. Casaubon. ad Apol. p. 164. Vide ad Met. L. II. p. 155, a.

Eum] Edd. Ald. Iunt. *cum.* Pro *loquentium* Bened. *liquentium.*

Captitasse] Libri omnes, *captitasse.* recte. Mox, *uno cum Phaedro*, Cuiac. alter, consentiens Vulcanii codici. Ceteri, *una*, quos non sequor. Merc. MSS. Flor. Fulv. Voss. Harlem. Cantabr. cum Mercer. et Edd. Elm. Merc. Cout. Flor. *captitasse.* Bened. *ceptitasse.* Vulgo *captasse.* Sed frequentativum auctoribus MSS. lubens admisero; licet aliud exemplum non norim.

tasse. Quippe etiam semotis arbitris, uno cum Phaedro extra pomoerium, sub quodam arboris opacae umbraculo, signum illud adnuntium sensit, ne prius transcenderet Ilissi amnis modicum fluentum, quam increpitu indignatum Amorem recinendo placasset: cum praeterea, si omina observitaret, aliquando eorum nonnulla etiam hortamenta haberet, ut videmus plerisque usu venire, qui nimia ominum superstitione, non suopte corde, sed alterius verbo, reguntur: ac per angi-

Arbitris] Rursus *arbitriis* Cantabr. et Edd. Vic. Ald. Bas. Vide supra.

Uno cum Phaedro] Ita MSS. Harlem. Vulc. Cuiac. sec. et Edd. Vulc. Merc. Cout. Wower. Recte. Vulgo *una*. Harlem. *Phaedito*.

Opacae] Sic MS. Bened. et Edd. Wower. ceteraeque ex Casauboni emendatione ad Apol. p. 164. In reliquis *opaco*. ut *opacae tenebrae* Met. L. VIII. p. 537, a. ubi vide.

Adnuntium] Vulgo male, *ad nuntium*. B. Ambrosius lib. I. Officior. *Vox hominis peccati adnuntia*. Colv. Ita Bremensis, Romanus Flor. Excerpta Bat. In Leid. et Aldo est, *ac nuncium*, male: supra: *Non solum auribus, verum etiam oculis signum sui daemonis usurpasse*. Ambrosius de Offic. L. I. cap. 2. *Vox hominis peccati plerunque adnuncia est*. Val. Max. lib. I. cap. 7. *Astyages duos praenuntios somni frustra discutere temptavit*. Vide Cicer. I. de divinat. Elmenh. Bene una voce MSS. tantum non omnes et Colv. cum Mercero et Elmenh. Olim *ad nuncium*. Edd. Vulc. Scal. Wow. cum Leid. et Casaubono *ac nuncium*.

Ilissi amnis modicum fluentum] Hunc locum longe corruptissimum ita emendavit eruditissimus Casaubonus, ut a nobis editus. Wower. Vere Casaubonus hunc locum emendat, qui corruptissimus tam in MSS. quam editis extabat. Plato Phaedro, pag. 229. Δεῦρ' ἐκτραπόμενοι κατὰ τὸν Ἰλισσὸν ἴωμεν· εἶτα ὅπου ἂν δόξῃ ἐν ἡσυχίᾳ καθιζώμεθα. ἐκεῖ σκιά τ' ἐστι καὶ πνεῦμα μέτριον καὶ πόα καθίζεσθαι, ἢ ἐὰν βουλώμεθα κατακλιθῆναι. et pag. 242. Ἡνίκ' ἔμελλον ὠγαθὲ τὸν ποταμὸν διαβαίνειν. τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ εἰωθὸς σημεῖόν μοι γίγνεσθαι ἐγένετο (ἀεὶ δέ με ἐπίσχει, ὃ ἂν μέλλω πράττειν) καί τινα φωνὴν ἔδοξα αὐτόθεν ἀκοῦσαι, ἥ μέ οὐκ ἐᾷ ἀπιέναι πρὶν ἂν ἀφοσιώσωμαι ὥς τι ἡμαρτηκότα εἰς τὸ θεῖον. Elmenh. Non veritus sum recipere in contextum veterem meam coniecturam de toto hoc loco, olim in Aristaeneti notis expositam, et eruditissimi Casauboni iudicio firmatam, qui primus eam in notis ad Apologiam auctoris nostri publicavit. Res nota e Phaedro Platonis. *Recinendo*, τῇ παλινῳδίᾳ. Merc. Olim in Edd. et MSS. corrupte erat *illius*.

Fluentum] Cantabr. Voss. et Var. Lect. Leid. sive Vulc. Cod. *fluenti*, infra *fluentem*.

Increpitu indignatum amorem recinendo placasset] Palmaria haec emendatio Casauboni ad Apol. et I. Merceri ad Aristaenet. L. I. Ep. 3. iure merito ab Woweri et reliquis in textum est recepta, quamvis invitis MSS. qui cum Edd. prioribus exhibent *increpitum inclinatum A. retinendum pl.* sine sensu. Amorem carmine increpuerat Socrates, unde indignatum amorem esse, nec placandum nisi Palinodia, monebat eum Genius, teste Platone: unde haec sumsit Appuleius. Posses etiam *increpitum indignatumque*. sed malo prius. *Increpitu* pro increpatione. Alibi plura diximus de rarioribus quartae declinationis nominibus. *Placasse* Cantabr. uterque Voss. et Harlem. *Recinere* in *retinere* abiit quoque L. V. Met. p. 367, a.

Omnia observ.] Rescribe: *si omina observitaret*. et: *nimia ominum superstitione*. Wower. Vulgo, *omnia*, inepte. Vide Cic. I. de Divinat. Elmenh. *Omina* rursus Voss. Ursin. et ceteri bene pro *omnia*. Ed. Wower. *omina omnia*.

Hortamenta haberet] Florent. Voss. Cantabr. uterque *ornamenta*. Edd. ante Vulcan. *opinamenta*. Dein *habent* Bened. *habere* Cantabr. Voss. Harlem. Edd. Ald. Iunt.

Et videmus plerisque usu ven.] Malim: *ut videmus pl.* Wower. MSS. plerique et Edd. Vulc. Scal. Wow. Elm. Merc. Cout. *et*. Forsan *ut et*. Tum *plerosque* Edd. ante Vulcan. quae etiam carent τῷ *usu venire*, pro quo in Cantabrigiensibus, Voss. Harlem. Edd. Merc. Cout. *usu evenire*. Eadem est confusio L. I. Met. p. 15. Pric. ubi vide.

Nimia ominum superst.] Vulgo *omnium*, inepte. Elmenh. Rursus haec absunt Edd. ante Vulcan. invitis MSS. *invia* Bened. *omnium* male Edd. Vulc. Scal.

Non suopte corde etc.] Pacuvius apud Cicer. lib. I. de Divin. *Nam istis qui linguam avium intelligunt, Plusque ex alieno iecore sapiunt, quam ex suo, Magis audiendum, quam auscultandum censeo*. Elmenh. Cantabr. *suopto*. Edd. Vic. Bas. pr. *suapte*.

Ac per angiporta] Edd. ante Vulcan. *qui ex angiportu* contra Codd. Forte *per angiportum*. Nam noster saepius hac voce utens semper in singulari effert; et alibi *angiportus* in masc. ge-

giporta reptantes, consilia ex alienis vocibus colligunt, et, ut ita dixerim, non 696.
animo, sed auribus, cogitant. Verum enimvero utut ista sunt, certe qui, omnium arioli, vocem audiunt, saepenumero auribus suis usurpant, de qua nihil cunctentur, de qua sciant ex ore humano profectam. At enim Socrates non *vocem* sibi, sed *vocem quampiam*, dixit oblatam: quo additamento profecto intelligas, non usitatam vocem, nec humanam significari. quae si foret, frustra *quaepiam*, quin potius aut *vox*, aut certe *cuiuspiam vox* diceretur; ut ait illa Terentiana meretrix:

Audire vocem visa sum modo militis.

Qui

genere adhibet; licet sciam utrumque in usu fuisse. V. Vitruv. L. I. c. 6.

COLLIGUNT] Brem. *coeptant*. ELMENH.

UT] Edd. Vic. Ald. Iunt. Bas. *uti*.

COGITANT] Harlem. et Exc. Bat. *cogitanti....*

UT UT] Spero, quicunque locum diligenter expenderit, in meam sententiam pedibus iturum, geminatione scil. duarum vocum recte constitutum iri: *utut ista sunt*. deinde, *quanquam sciunt*. STEWECH. Sic bene reposuere Wow. Merc. Cout. et Florid. ex emendatione Stewechii. Vulgo *ut*. quomodo peccare solent librarii.

QUI HOMINUM ARIOL. etc. etc.] Lego, *quin sciunt*. COLV. Flor. Leid. et Brem. *qui omnium arioli vocem a. s. a. s. usurpatam de qua*. Fulvii liber: *Qui omnium arioli voces s. a. s. usurpatum v. d. q. n. c. de qua sciunt*, sensu plane exsenso. ELMENH. Plerique libri habent, *omnium arioli vocem*: unus, *ὅς arioli*, id est *omnis*. Mox, *usurpatam* habent omnes, pro *usurpant vocem*: et cetera ita ut edidi; quae ferri melius est quam temere immutari. MERC. *Qui hominum ariolorum vocem a., s. a. s. usurpant vocem, de qua n. c., quam sciunt* etc.] Sic locum hunc edidit Scal. sive Vulc. Ed. sec. et sequentes. Edd. priores *qui omnium aud. voces* etc. *Omnium* habent quoque Ed. Vulc. pr. et Wow. Lips. in marg. *ominum ariolorum*. At in MSS. Florent. Leid. Brem. Fulv. Putean. Thuan. Cantabrigiensibus. Harlem. Vulc. Mercer. reliquis, haec ita concipiuntur *qui* vel *quid* vel *quod omnium arioli vocem a. s. a. s. usurpatam vocem, de qua n. c. de qua sciunt*. nisi quod a Thuan. Harlem. Voss. Cantabr. Mercer. et Vulc. absit secundo *vocem* et *usurpatum* sit in Fulv. ac mox *profectum* in Ed. Bas. pr. et *de quo n. c.* dent Cantabr. Voss. et Harlem. Unde legendum suspicor *Qui divinorum* (vel *hominum*) *ariolûm voces audiunt saepenumero, auribus suis usurpatum, de quo nihil cunctentur equidem, sciunt ex ore h. profectum*. Ait auctor, illos, qui ariolos consulunt, scire; id, quod audiunt esse vocem humanam. At Socratem dixisse sibi non *vocem* scil. *humanam* sed *vocem quampiam* divinitus oblatam. *Divinos* vocari ariolos, nemo nescit. *Ariolûm* pro *ariolorum* habuimus iam supra hoc lib. *ariolûm praesagia*. *Usurpatum* scilicet id; quod usurparunt auribus. *Equidem* cum tertia persona ab Appuleio iungi vidimus saepius. Adi modo ad Met. L. I. p. 10, a. Sic de Mundo p. 741. *Mundo* equidem *consentiunt*. Quamvis *usurpatam vocem de qua* possit retineri, vel etiam *usurpant vocem*, si tum pro *quam* non *equidem* sed *quum sciunt* legamus. Merc. et Cout. *usurpant, de qua n. c. de qua sciunt*. Lips. in marg. *quin sciunt*. Edd. ante Vulcan. *contentur*. [Vera est MSStorum lectio *qui omnium arioli voces* vel *vocem audiunt* i. e. audiunt, ut arioli, consilia ex fortuita voce captantes. Secundum *vocem* potest esse a glossa. Sed *de qua sciunt* post *cunctentur* non probum est. — I. B.]

AT ENIM SOCR.] Haec et multa quae praecesserunt sumpta ex Theage, ubi Socrates ipse disserit. COLV.

SED VOCEM QUAMPIAM] In Fulvii libr. et Flor. est, *sed ducem quempiam*. In Bremens. *sed dulcedinem quempiam*, male. Vide Platonem in Theage et Phaedro. Proclum in Excerptis de anima et daemone, pag. 208. ELMENH. Primo *en* pro *non* in Bened. Pro *vocem* est *ducem* etiam in Voss. et Cantabr. utroque. *ducem vel vocem* Harlem. *dixit quamp.* Edd. ante Vulcan. *divinitus* abest a MSS. cunctis et Edd. Vulc. Scal. Wow. Merc. Cout. Rectissime. Hic enim ea vox locum non habet, quae statim sequitur. Socrates non dicebat sibi divinitus vocem oblatam, sed dicebat sibi *vocem quampiam* esse oblatam, scil. non humanam: unde concludebat eam esse *divinam*. [Omnino Socrates vocem sibi divinitus editam aiebat. Modo praecessit *In huiuscemodi rebus vocem quampiam* divinitus *exortam dicebat se audire*. infra: *frequentius non vocem, sed signum* divinum *sibi oblatum prae se ferebat*. Quoniam tamen hic abest vox *divinitus* a MSS. O. eam delevi. — I. B.]

ADDITAMENTO] Cantabr. *abdimento*. Mox Bened. *visitatam*.

QUIN] Edd. ante Vulcan. *cur non*.

POTIUS AUT CERTE CUIUSPIAM VOX D.] Emendate

Qui vero vocem dicat *quampiam* audivisse, aut nescit, unde ea exorta sit, aut in ipsa aliquid addubitat, aut eam quiddam insolitum et arcanum demonstrat habuisse, ita ut Socrates eam, quam sibi ac divinitus editam tempestive aiebat. Quod equidem arbitror non modo auribus eum, verum etiam oculis signa daemonis sui usurpasse. Nam frequentius non vocem, sed signum divinum sibi
697. oblatum prae se ferebat. Id signum potest et ipsius daemonis species fuisse, quam solus Socrates cerneret, ita ut Homericus Achilles Minervam. Credo, plerosque vestrûm hoc, quod modo dixi, cunctantius credere, et impendio mirari, formam daemonis Socrati visitatam. At enim Pythagoricos mirari oppido so-

dare quidam conatus, *aut vox*, *aut certe.* crus fregit, qui gulam sanare voluit. poscit sententia hanc, aut non absimilem correctionem, cur non potius aut uxoris, aut servi cuiuspiam vox diceretur? Terentii versum Andria, ex hoc Plautino Cistell. adumbratum video: *Audire vocem visa sum ante aedes modo Mei Lampadisci servi.* STEWECH. *aut vox*] Sic Ven. Ald. Rom. edit. *aut vos:* Bas. I. *aut uxor.* COLV. Ridicule Bas. pr. atque inde ineptius Stewech. Auctor innuit, simpliciter alioquin dicendum fuisse *vox*, vel saltem *vox cuiuspiam*, non *quaepiam.*

QUI] Edd. ante Vulcan. *quid.*

DICAT SE QUAMPIAM] Edd. ante Vulcan. *quampiam dicat* sine *se.* ut et Scal. ac Wow. in quibus *dicit.* sed contra MSS. plurimos. At *se quampiam* absunt a Florent. Harlem. Voss. Cantabr. utroque: quare *se* saltem delendum cum Merc. Cout.

AUDIVISSE] Cantabr. uterque Harlem. Edd. Merc. Cout. *audisse.*

AUT NESCIT] Bened. Harlem. carent τῷ *aut.*

EA EXORTA SIT] Cantabr. uterque cum editis ante Vulcan. carent *ea.* Vulc. Scal. Wow. *ea orta sit.* Sed MSS. reliqui cum Elmenh. etc. *ea exorta s.*

ADDUB. AUT EAM] Bened. *aut dub. a. e.* Harlem. *addub. antea.*

ET ARCANUM] Carent Cantabr. et Edd. ante Vulcan.

ITA UT SOCR. EAM QUAM S. AC DIVIN.] Ita recte omnes libri nostri: qui et mox, *accedebat*, e quo faciendum *addebat.* Commode addebat divinitus sibi editam. Mox recte iidem libri, *signa:* quod et in suis invenerant priores Critici. In Theage habes et σημεῖον et φωνήν. MERC. Transpone vocem *tempestive*, et lege, *quam sibi tempestive ac divinitus editam aiebat*, sensus erit clarior. FLORID. *ita ut S. eam, quam sibi ac divinitus editam tempestive aiebat*] sic editus hic locus in Ed. Vulc. sec. sive Scal. at Edd. vett. habent *ita et* (Ald. Iunt. sine *et*) *S. eam quidem sibi ac divinitus editam, tempestive accedebat:* at Vulc. cum Wower. et Elmenh. quoque *aiebat* reposuere. *ac* insuper delevit tacite Wow. *Accedebat* vero revocavit Scriv.; sed sine sensu. Merc. *addebat* hinc corrigit, cetera legens ut Vulc. et ex Mercero Cout. Scaligeri lectionem repetiit Florid. nisi quod transposuerit *temp. ac div. ed.* Sic vara vibiam sequitur. At nunquam Socrates dixit, sibi vocem *divinitus* editam. *Accidebat* habent MSS. Florent. Voss. Leid. Brem. Harlem. *accedebat* Cantabr uterque, et *ita ut S. eam, quam* in MSS. O. *edita* Ed. Aldina; unde suspicor scriptum ab Appuleio fuisse *Ita ut Socrates eam;* scil. demonstrat habuisse quid insolitum, *quae aeque sibi ac divinitus edita tempestive accidebat* vel *accedebat.* Nihil mutavi nisi *quam* in *quae aeque.* *Accidere* vel *accedere* sine dubio est ab auctore: de eo vide ad Met. L. V. p. 326, a. [Omnino Socratem dixisse sibi vocem *divinitus editam*, supra monuimus. In lectione Codicum *accedebat* vel *accidebat* latet fortasse *asserebat.* — I. B.]

EUM] Male delet Vulc. τὸ *eum.* Edd. Ven. Ald. Iunt. *verum etiam eum.*

SIGNA] Sic Florent. Fulv. Voss. Cantabr. uterque, Harlem. Mercer. cum Edd. Wow. etc. Antea *signum.*

NON VOCEM] Libri tres optimi, *non prae vocem:* quartus, *non per vocem:* quod quid sibi velit non capio. Signi Socratis habes exempla in Theage. MERC. Florent. Cantabr. uterque, Harlem. *non p̄. vocem* Bat. *non p. vocem.* Latet quid. An *non quampiam vocem?*

DIVINUM SIBI] Harl. *sibi divinum.*

POTEST ET] Edd. ante Vulcan. *poterat.* et *Daemonis* deest Edd. ante Vulcan. pro *fuisse* Harlem. et Edd. eaedem *habuisse.*

SOLUS SOCR.] *Solus* abest Bened. in quo est *Socrati.* Mox pro *vestrum* Harlem. *nostr.*

QUOD MODO D.] Florent. *quod commodo d.* ELMENH. Accedit Voss. An *commodum? Zoo even.* Vide ad Met. L. I. p. 27, b. Exsulat a Bened.

CUNCTANTIUS] Edd. Vic. Ald. Iunt. *contantius.* Bas. pr. Colv. *contatius.* Vide ad Flor. N. 18.

VISITATAM] Ald. *usitatam.* COLV. item Iunt. cum

solitos, si quis se negaret unquam vidisse daemonem, satis, ut reor, idoneus auctor est Aristoteles. Quod si cuivis potest evenire facultas contemplandi divinam effigiem, cur non apprime potuerit Socrati obtingere, quem cuivis amplissimo numini sapientiae dignitas coaequarat? Nihil enim est Deo similius et gratius, quam vir animo perfecte bonus, qui tam hominibus ceteris antecellit, quam ipse a Diis immortalibus distat. Quin potius nos quoque Socratis exemplo et commemoratione erigimur? ac nos secundo studio philosophiae pari, similium numinum caventes permittimus? de quo quidem nescio qua ratione dira-

cum MSS. 2 Lindenbrog. et Harlem. Male, ut saepe supra.

PYTHAGORICOS] Idem scribit Plutarchus, libello Περι θαυμασίων ἀκουσμάτων. COLV. Libri omnes: *secundum Pythagoricos*, pro, *contra*: ut supra, *illos secundum adversari et affligere*: pro quo recte in Augustino, *illos contra*. MERC. MSS. Florent. Voss. Cantabr. pr. Harlem. Vulc. cum Mercer. libris omnibus *secundum Pyth.* Bened. *hoc seculo Pyth.* An autor *secundum Pythagoricos* non possit significare *pro Pythagoricis* et eorum sententia. Sic *secundum Platonem*, et statim *secundum ipsum* i. e. iuxta eius sententiam. Horat. Ep. 7, 9. *secundum vota Parthorum* i. e. pro votis. Ita passim *secundum aliquem sententiam dicere* i. e. ex eius voto. Quare id omnino placet. Salmas. ad Solin. p. 770. cum Mercero putat hic significare *contra*, ut alii.

OPPIDO SOLITOS] Harlem. *sol. opp.* Bened. *opido.*

NEGARET] Edd. ante Vulcan. contra MSS. *denegaret.* Iisdem deest mox *satis.*

DIVINAM] Bened. *dignamque.* Statim *potuit* Harlem. Bene. τῷ *obtingere* carent Edd. ante Vulcan. contra MSS.

AMPLISSIMO] Brem. *amplifico.* ELMENH.

COAEQUARAT] Cantabr. pr. Edd. Vulc. Scal. *coaequaret.*

ENIM EST] Edd. Vic. Bas. pr. Colv. *Est enim.*

PERFECTE] Bened. *perfecto.*

TAM] Exsulat a Cantabr. Voss. Bat. Edd. Vulc. Scal. Minus bene.

PARI] Ita et V. C. Quid si legamus? *rapi*, ut referatur ad quod praecessit *secundo*; metaphora sumta a secundo flumine; quod et optime respondet ei quod sequitur, *dirapimur.* VULC. Excerpta Bat. *sancto studio.* ELMENH. Vulgatam lectionem, *secundum ipsum*, inveni in tertio Cuiaciano, quam et expresserat in prima editione Vulcanius. At reliqui manuscripti, *secundo studio.* Notat Elmenhorstius in Batavicis esse, *sancto.* Sed rectum est, *secundo.* Secundum studium philosophiae, est beatum: ut infra, *Sed verae beatitudinis, id est, secundae vitae, et prudentiae fortunatissimae esurit et sitit*: quod et ibi non intellectum mutaverant in *sincerae*: et hic pars in *sancto*, alii in *secundum ipsum*: quidam in *sedulo*, quod e suis manuscriptis adfert Sciop-pius. quod non spernendum. Mox recentiore libri, *similium numinum caventes permittimus.* MERC. Clare *secundum ipsum* exstat in utroque Cantabr. et Edd. ante Vulcan. quem miror id delevisse, sequentibus cum Scaligero et Wowerio. Elmenh. vero Merc. et posteriores exhibent *secundo studio* sive felici et fausto, ut exponere videntur; idque inveniatur in Florent. Harlem. Brem. Vulc. Merc. et aliis. *secundum studio* in Voss. At *sancto studio* Putean. *sedulo studio* Fulv. quorum duorum alterum tunc saltem praeferrem. Sed recte in nota seq. Wower. amplexus est antiquitus *secundum ipsum*: quod non intellexerunt librarii, quum notet, *Eius more, exemplo, placito. ut ipse fecit.* Immo adiectivum hic non valere patet ex voce *pari.* Quid enim *secundo studio pari*: quod videns, credo, Floridus tacite et audacter edidit *paris*, sed contra MSS. et Edd. O. nisi quod absit a Bened. Vell. Pat. L. I. cap. 17. *in studium par.* [Ex Vulcanii nota patere videtur typothetarum incuria τὸ *secundo* Editioni eius deesse. Sed nescio quo casu factum est, ut Vulcanii istae in Philosophicos libros notulae, primae eius editioni A. 1594 praemissae sed in Edit. Scalig. A. 1601 non repetitae, Celeb. Oudendorpium fugerint. Ceterum bene, ni fallor, Floridus edidit *paris*, cum *s* facile absorberi potuerit a sequente *similium.* Nisi vere coniecerit Vulc. *rapi.* Secundo *studio* utique servandum est, cum eo referatur *de quo.* — I. B.]

NOS ETC. SIMILIUM NUMINUM CAVENTES PERMITTIMUS] Ita V. C. pro eo quod in excusis legitur, *canentes promittimus*, nullo sensu. Ego tamen, salvo doctiorum iudicio, malim legere, *similium numinum aventes*, hoc est, studiosi. VULC. Vulcanii coniectura legentis, *aventes* pro *caventes*, est ipso sane digna, hoc est, homine acuto: ego tamen manuscriptos sequor, Caventes similium numinum dicit eos, qui veriti conscientiam Genii sui (quem supra dixit arbitrum et testem omnium non modo actorum, sed et cogitatorum dixit) philosophiae se studiis dedunt, tanquam quae sit virtutis indagatrix, expul-

rapimur. Et nihil aeque miror, quam cum omnes et cupiant optime vivere, et sciant non alia re quam animo vivi, nec fieri posse quin, ut optime vivas, animus colendus sit; tamen animum suum non colant. At, si qui velit acriter
698. cernere, oculi curandi sunt, quibus cernitur: si velis perniciter currere, pedes curandi sunt, quibus curritur: itidem si pugillare valide velis, brachia vegetanda sunt,

pultrix vitiorum. SCIOPP. *in Symb.* Ita fere omnes antiqui libri. Caventes similium numinum, veriti religiose genium nostrum, Philosophiam Socratis studio amplectamur. At meo periculo affirmarim rescribendum: *ac nobis secundum ipsum, studio philosophiae pari, similium numinum conventus promittimus.* WOWER. Haec lectio est MSS. Brem. Florent. et Basil. 2. Excerpta Bat. et Basil. 1. Rom. et Aldus, *similium n. canentes promittimus.* Scaliger et Vulcanius, *s. n. aventes.* Wowerus *similium numinum conventus. Caventes similium numinum* dicit eos, qui veriti conscientiam Genii sui Philosophiae se studiis dedunt, tanquam quae sit virtutum indagatrix, expultrixque vitiorum. Sic recte Scoppius. ELMENH. Edd. ante Vulcan. *canentes promittimus.* Sed MSS. reliqui *caventes permitt.* in Voss. suprascriptum *cupientes.* Ut Sciopp. Wow. Elm. et seqq. exponunt, *caventes numinum* dictum est ut *metuens captivitatis* Met. L. I. p. 39, a. ubi vide. *Permittere se studio* ut Gell. L. VI. c. 16. *qui inconditis linguae exercitationibus ad famam se facundiae permiserat.* Vir Doctus in marg. Ed. Iunt. *callentes.* sed ampliandum censeo.

QUIDEM] Cantabr. pr. *quid dī.* Bened. *q̃.*

DIRAPIMUR] Florent. *Dei rapiamur.* Brem. *Diis rapimur.* Ald. et Rom. *disrapiamur.* ELMENH. Bened. Voss. Harlem. Vulc. *dei rapimur.* Edd. ante Vulcan. *disrapimur.* Sed vide Ind. Not. in *dinoscere.*

ET NIHIL AEQUE MIROR] Sequentia omnia usque ad finem huius libelli, emendatiora, integriora laudantur a Joann. Salisberiensi lib. VI. cap. 28. e quo non pauca hic, quae manca mendosa ante, iam primum restituimus. COLV. Hunc locum citat Saresberiensis lib. 6. c. 28. ELMENH.

Q. CUM OMNES CUPIANT] Rescribe *cum omnes capiant.* STEWECH. *quam cum omnes et cupiant optime vivere, et sciant non alia re vivi quam animo, nec fieri posse, quin ut optime vivas, animus colendus sit; tamen homines animum suum non colant*] Concisius, sed corruptius ante vulgata haec: *Quam cum omnes et cupiant optime, et sciant quantum vivax animus colendus sit, tamen animum suum non colant.* COLV. Haec et sequentia monitu P. Pithoei Subs. II, 20. correxit ante Vulcan. ex parte Colv. e Sarisber. Polycr. L. VI. c. 28. cum quo conspirant Codd. MSS.

NON ALIA RE etc. POSSE] Leid. *non aliena re.* ELMENH. Carent Edd. ante Vulcan. qui dedit *vivi quam animo* e Sarisb. contra MSS. ordinem. *Visi animo* Florent.

QUIN UT OPT. VIVAS] Ita recte alter Cuiacianus: male ceteri, *quia optime vivas; quin si optime vivas.* MERC. Haec lectio est Thuani codicis, optima. In vulgatis: *quin optime vivas nisi animus* etc. male. FLORID. Ita recte emendarat Colv. e Sarisb. et revocarunt Merc. et Flor. quorum codicibus accedunt duo Lindenbr. Bened. et Harlem. Vide Bondam. Spec. Anim. p. 60. In Edd. Vulc. Wow. pro *ut* est *si*, quomodo legas in Cantabr. A Leid. abest *ut.* Elmenh. et Scriv. ediderunt *quin optime vivas nisi* sine sensu. In Edd. vett. *quantum vivax.*

TAMEN ANIMUM] Colv. e Sarisb. *tamen homines animum.* Sed contra MSStos. Mallem alioquin *omnes:* ut praecedit.

AT SI QUIS etc.] Pariter hiulca haec omnia ante, et ulcerosa: *At si quis v. a. c. o. c. s. q. c. itidem si pugillare, vultus vel brachia velanda sunt, quibus pugillatur.* Etiam in Margarita poëtica hic locus ita legebatur, ut prius nobis e Polycratico restitutus erat. COLV. Bened. *si quod.* Voss. *si quid.* Cantabr. *si qui.* Recte. Vide ad Met. L. I. p. 17, a.

SI VELIS etc. CURRITUR] Haec male absunt a Romano codice. ELMENH. MSS. O. cum Sarisber. et Marg. Poët. haec agnoscunt: unde bene invexit Colvius. Sic Cicero iunxit L. I. de Off. c. 30. *velocitate ad cursum, viribus ad luctandum.*

ITIDEM] Cantabr. Voss. *utidem.*

PUGILLARE VALIDE VELIS] Flor. et Leid. *valde.* Rom. et Aldus: *si pugillare, vultus et brachia.* ELMENH. Prave Floridus contra MSS. et Edd. edidit *pugillari*, forsan quia L. VI. Met. deponentialiter occurrit *pugillatur.* Sed utrumque in usu. Pro sequentibus male Edd. ante Colv. *vultus vel.* Florent. Leid. Voss. Cantabr. uterque, Harlem. Edd. Merc. Cout. *valde.* Sed *valide* reliqui cum Sarisber. Rectius. Ser. Samm. vs. 349. *Ubera secundo* valide *lactantia suco.* sic lege e MSS. Voss. Reg. antiquissimis. Al. *valde*, vulgo *multum.*

VE-

sunt, quibus pugillatur. Similiter in omnibus ceteris membris, sua cuique cura pro studio est. Quod cum omnes facile perspiciant, nequeo satis mecum reputare, et, proinde ut res est, admirari, cur non etiam animum suum ratione excolant. Quod quidem ratio vivendi omnibus aeque necessaria est; non ratio pingendi, nec ratio psallendi; quas quivis bonus vir sine ulla animi vituperatione, sine turpitudine, sine labe contemserit. Nescio, ut sibi Ismenias, tibiis canere; sed non pudet me tibicinem non esse: nescio, ut Apelles, coloribus pingere, ut Lysippus fingere; sed non pudet me non esse significem: et idem in ceteris artibus, ne omnes persequar, licet tibi nescire, nec pudet. At enimvero dic sodes, nescio bene vivere, ut Socrates, ut Plato, ut Pythagoras vixerunt; nec pudet 699.
me

Vegetanda] Id est, exercitanda. Gellius lib. XVII. Noct. Att. *Cum librum veteris scriptoris legebamus; conabamur postea, memoriae vegetandae gratia, indipisci animo ac recensere.* Sidonius lib. V. Epistol. *Quantum membra torpore statarii laboris hebetata, cursu saltri vegetarentur.* Colv. Edd. vett. *velanda.* Est qui velit *validanda.* Frustra.

Studio] Bened. *studiosa.*

Perspiciant] Vulg. *respiciant.* Colv. nec non Bened. et Voss.

Perinde] Salisb. *providere.* Num *proinde?* Colv. Vulc. cum seqq. *proinde.* Vide ad Met. L. V. p. 342, a. Voss. *perinde.*

Quae quidem] MS. *quod quidem.* Placet, ut idem fere valeat, quod siquidem, quandoquidem. Sciopp. *in Symb.* Vulg. *quandoquidem.* Colv. Rom. et Basil. I. *quandoquidem.* Fulvii, *quod quidem.* Vide Scoppium. Elmenh. Non male Sciopp. *quod quidem.* Bened. *quae quaeso vivendi.*

Ratio psallendi] Abest *ratio* a Bened.

Quivis bonus] Ante erat editum, *quisque bonus vir.* Colv. Edd. Colv. Wow. ut et MS. Bened. et Sarisb. abest *vir.*

Labe] Salisb. *labore.* Colv. Sic Rom. et Ald. in Florent. Leid. Brem. et Sarisber. legitur *labore.* Elmenh. Prave quoque Voss. Bened. et Harlem. *labore.* *Labes* est dedecus, infamia. Vide ad Met. L. VI. p. 424, a.

Nescio ut etc.] Ante non minus mutila haec: *Nescio ut Hismenias tibiis canere, ut Apelles pingere, ut Lysippus fingere: sed non pudet me non esse significum.* Colv.

Ismenias] Illius celebrata vox: *Mihi et Musis.* Unde Hieronymus contra Ruffinum, et in Esaiam pag. 292. *Mihimet ipsi et meis iuxta Ismeniam canens* dixit. Vide Sueton. Tiberio 21. Iulianum Misopogone. Apollonium in Epistolis pag. 12. Cic. in Tuscul. Quaestion. Elmenh. Al. *Hismenias.* Leid. *Smenas.* MSS. Harlem. aliique a Lindenbrogio collati et I. Sarisb. *sibi menias.* Hinc egregie ad marginem correxit Lindenbrogius *sibi Ismenias.* cuius solemnis vox erat ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις. Exempla, quae adducit Elmenh. sublegit Lindenbrogio, nec tamen eum intellexit.

Coloribus] Non agnoscunt Edd. ante Colv. uncisque inclusit Scriv. quasi abundans.

Ut Lys. fingere] Haec male delet Flor. Leid. Elmenh. Haec verba deerant a libris nostris, et optimo quoque exemplari. addita ab iis qui significum nolebant dici de pictore. Ita enim libri omnes, *significum.* Et mox, *ne omnes persequar.* Pro *et idem*, melius esset, *itidem.* Recte primus et alter Cuiacianus, *nec pudet. at enim vero.* male tertius cum vulgatis, *nec pudeat; enim vero.* Merc. Mercero probante, delevit Cout. uti desunt quoque in Harlem. Voss. Cantabr. utroque. Verum passim cum aliis auctoribus *Apellen* et *Lysippum* iungit Appuleius.

Significem] Cantabr. uterque, Vulc. Voss. Harlem. et alii. I. Sarisb. et Edd. ante Colv. ut et Merc. ac Cout. *significum.* Sed vide ad Met. L. I. p. 92, b.

Et idem etc.] Salisber. *Et item in cet. artib. si om. pers.* Unde scripserim, *Et item in ceteris artibus, ne omn. p.* Colv. Bened. *et id.* Mercerus coniecit *itidem.* sed nil muto.

In ceteris artibus] Edd. ante Colv. *ut c.* Vulc. cod. caret *artibus.*

Ne omnes prosequar] Sarisb. *persequar.* male. Elmenh. cum Sarisb. tamen *persequar* exhibent MSS. Harlem. Vulc. Mercer. Voss. Edd. Scriv. Merc. Cout. Flor. At Elmenh. cum reliquis exhibet *prosequar.* sed contra ipse auctor simili modo p. 682. *ac ne ceteros longius* persequar. et in Apol. p. 551. *Ne omnia* persequar. Perpetua vero in his est confusio. Vide ad Frontin. p. 5. Ceterum in Vulc. Cod. est *omnibus p.* Voss. *ni omn. p.* Harlem. et Sarisb. *si omn. p.*

Nec pudet. At] Sic recte Merc. e 2 Cuiac. et Florid. e Thuan. quibus accedit Harlem. Verum ita iam ante ediderat Colv. et I. Sarisber. Reliqui *pudeat enim.*

Ut Pyth.] Bened. *et P.*

me nescire bene vivere. nunquam hoc dicere audebis. Sed cumprimis mirandum est, quod ea, quae minime videri volunt nescire, discere tamen negligunt, et eiusdem artis disciplinam simul et ignorantiam detrectant. Igitur quotidiana eorum aera dispungas; invenies in rationibus multa prodige profusa, et in semet nihil: in sui dico daemonis cultum; qui cultus nihil aliud quam philosophiae sacramentum est. Plane quidem villas opipare exstruunt, et domos ditissime exornant, et familias numerosissime comparant; sed in istis omnibus, in tan-

Cumprimis] Sic MSS. O. et Edd. vett. cum Elm. Scriv. Flor. Male Colv. cum Vulc. Scal. Wow. Merc. Cout. hoc e Sarisb. mutavit in *inprimis*, qui potius hic erat corrigendus e nostro: nam et illic *videri* prave omittitur. *Cum primis* ita alibi septies adhibet, cum Lucretio, Solino Ep. sec. ut est in MSS. et Ed. Salm. item cap. 5. aliisque, noster auctor. Vide Ind.

Volunt] Harlem. *velint*.

Detrectant] Veteres edit. *decuritant:* posterior Basil. *decursitant*. Margarita Poët. *detractant*. Sequendam putavimus scripturam, quae in Salisberiensi. Colv. Aldus *decurritant*, Rom. *decuritant*, quod non capio. Elmenh. Prave Edd. ante Colv. *decuritant* vel *decurritant*. Ed. Iunt. *decursitant*.

Si q. e. aera dispungas, invenies] Optime ita scriptum in eodem Salisb. Vulgo pessime, *ora dicere invenias* Dispungere est conferre accepta et data, inquit Ulpianus L. 56. D. de Verb. Sign. ut etiam idem Dispungendas rationes, accipit L. VI. D. de Statulib. Seneca lib. IV. de Beneficiis: *Apud me istae acceptorum expensorumque rationes dispungentur*. Glossarium vetus: Ἐκλογιστὴς, Dispunctor. Hinc Dispungere pro examinare, in re qualibet. Tertullianus de Patientia: *Omnis iniuria cum patientiam offenderit, eodem exitu dispungetur, quo telum in petra libratum et obtusum.* et de Monogamia. Idem, tropo eodem, vocat Creatorem iudicem et dispunctorem meritorum, lib. IV. advers. Marcion. Etiam rationum verbum, Expungere. Noster Apologia II. *Cum haud pridem Pudentilla de suo quinquaginta millia nummûm expunxisset ea die, qua Pontianus uxorem duxit, et hic puerulus toga est involutus.* Hermogenianus L. XIII. de Divers. et tempor. praescr. *Reipublicae rationes subscriptae, et expunctae.* Unde explicandus locus Plauti Cistellaria: *Nunc quod reliquum restat, volo persolvere, ut expungatur nomen, ne quid debeam.* Tertullianus de Idololatria: *Quae apud alios honoris titulum, apud alios merceais debitum expungunt.* Colv. Brem. *acta dispungas*, Rom. et Ald. *ora dicere invenies*, insulse. Elmenh. Sic libri omnes, non addito *si*. Merc. id est, rationes, quibus continentur aera quotidie tum data, tum accepta. Papinianus, De Verb. Sign. *Dispungere est conferre accepta et data.* Bremensis codex, teste Elmenh. habet: *si quotidiana eorum acta dispungas*, quod mihi valde probatur. idem quippe habent membranae Thuanae iam a me laudatae saepius. *Acta quotidiana* rationes sunt Graecis Ἐφημερίδες. Florid. Delevi cum Merc. et Cout. τὸ *si* auctoribus MSS. et Edd. vett. ac Sarisber. quam particulam male invexit Vulc. Passim eam eleganter omitti, iam tirones sciunt. Adi Gronov. Obs. IV, 20. Broukh. ad Tibull. I, 7. 43. et sexcenties. Immo ne opus quidem hic est. *Aera dispungere* vocat Seneca *rationes dispungere*. Vide Colv. et P. Ciacconium libro de Nummis, ubi hunc locum e MSto sic emendat: nam inepte olim edebatur *ora dicere.* τὸ *Acta*, quod idem cum rationibus, quae et *diurna* et *quotidiana* absolute vocantur, non temere hic cum Florido praeferrem. sapit enim glossam τοῦ *aera*, quod retinent MSS. ceteri et agnoscit I. Sarisb. melius id etiam τῷ *rationibus* congruere iudicat Burm.

Invenies] Harlem. Voss. et Edd. ante Colv. praeter Aldinam, *invenias.* quod eodem redit. Sarisb. *et invenies.*

In rationibus] Sic MSS. et Sarisb. cum Edd. Vulc. et seqq. Ante deerat τὸ *in*. Mox pro *nihil* male Edd. Ald. Iunt. *vel.*

Non aliud] Sic rursus MSS. et Sarisb. cum Colv. Scal. Wow. Reliquae Edd. *nihil aliud.* Bas. addit *est.*

Plane etc.] Usque ad *pudendum* exsulant a Florent. *Platone* Bened.

Quidem] Recipiendum cum Wower. e Sarisb. *quidam.*

Villas opipare exstruunt] MS. Fulvii: *villas, oppida exstruunt.* Restituam veram lectionem Appuleio: *Plane quidam villas, ut oppida, exstruunt.* Wower. Sed id statim sequitur. Est nihil nisi aberratio librarii, qui et pro *opiparam supellectilem* mox ridicule dedit *opidorum supell.* Al. *opipere.* Sed *opipare* frequens est in Appuleio. Vide Ind.

In-

tanta affluentia rerum, nihil est praeterquam ipse dominus pudendum: nec iniuria; cumulata enim habent, quae sedulo percolunt, ipsi autem horridi, indocti, incultique circumeunt. Igitur illa spectes, in quae patrimonia sua profuderunt, amoenissima et exstructissima deprehendas: villas aemulas urbium conditas, domus vice templorum exornatas, familias numerosissimas et calamistratas, opiparam supellectilem, omnia affluentia, omnia opulentia, omnia ornata, praeter ipsum dominum; qui solus, Tantali vice, in suis divitiis inops, egens, pauper, 700.
non

In tanta] Abest *in* a Cantabr. Voss. Edd. Merc. Cout.

Nihil est indignum pr. ip. d. aedium] Salisber. *Nihil est praeterquam ipse dominus pudendum.* haud male, immo melius. Colv. *nihil est praeterquam ipse dominus pudendum*] ita emendavi ex veteri codice, tametsi vetus lectio hoc pacto plenior videri posset; *nihil est praeterquam ipse dominus aedium pudendum.* Vulc. Edd. vett. contra MSS. et Sarisber. *indignum praeterq. ipse dom. aedium.* unde Lips. emendabat *indigum.*

Horridi] Sarisb. *sordidi.* Elmenh. Minus bene.

Indocti incultique] Sic MSS. et Sarisb. cum Edd. vett. A Vulcan. et seqq. est *inculti indoctique.*

Aedificiorum] Ald. *aedificationum.* Salisberiensis scriptor neque hoc neque illud agnoscit. Colv. Ald. *aedificationum.* Brem. Ex. Bat. Flor. et Sarisb. expungunt τὸ *aedificiorum.* Elmenh. *illa spectes in quae*] Vulgabatur, *illas aedificiorum species:* sed vox *aedificiorum* abest ab omnibus libris, et *species* esse corruptum ostendit quod in iisdem, *illa*, *in quae*, *amaenissima*, *exstructissima*, *ornatissima*, magno consensu scribta sunt. nec de aedificiis solum, sed aliis profusionibus haec scribta esse ostendunt quae sequuntur. Scribsi literulae unius mutatione, *illa spectes.* Si, inquit, ea respicias in quae patrimonia sua profundunt, deprehendas amaenissima, etc. Merc. *illas aedificiorum species*] Edd. Ald. Iunt. *aedificationum.* Mirum est, in Florent. Brem. Leid. Harlem. Voss. Cantabr. utroque, et Mercer. non reperiri vocem *aedificiorum*; cum tamen I. Sarisb. item MSS. Mercer. Voss. Harlem. et Edd. ante Colv. pro *in quas* praebeant *in quae.* Bened. *qui.* Immo pro *amaenissimas et exstructissimas* habent Florent. Voss. Cantabr. uterque Mercer. et Harlem. *amaenissima et exstructissima.* Scio feminino generi saepe subiungi plurale neutrum, sed non ita, ut adiectivum alio genere, quam substantivum ponatur. Quare latere aliud quid videtur, emendandumque simpliciter cum Mercero *illa spectes*, *in quae.*

Et extrustissimas deprch.] Additur in Polycratico, *et extructissimas*, *et ornatissimas.* Colv. contra MSS. O. *et ornatissimas* temere e Sarisber. invexit Vulc. et seqq. retinuere. Merc. et Cout. *et exornatissima.* Delenda ego censeo.

Aulas] Malim iam ex Salisb. *villas.* Colv. Edd. vett. *aulas.* male.

Domus] Ita hoc loco rursus MSS. O. et Edd. Vulc. Scal. Wow. Elm. Scriv. Merc. Cout. Vide ad Met. L. IV. p. 265, a. Al. cum Sarisber. *domos.*

Vice templ.] *Vicem* lego et paullulo post quoque, *Tantali vicem.* Brant. Ed. Scriv. habet *vicem.* sed sine auctoritate MSS. ac Sarisber. Vide ad Met. L. I. p. 46, b.

Et calamistratas] Edd. Vic. Bas. pr. non habent *et*, sed *calamistratis.*

Supellectilem] Bened. *supellectibilem.*

Omnia affluentia] Male Edd. Scal. Elm. *omni.*

Omnia opulentia] Absunt haec a vulgatis, addita e Salisberiensi. Colv. Ita libri omnes, scilicet ab Opulens, non ab Opulentus. ut supra, *qui fortunae munere opulenti elatus.* Ita statim *fluentem* habes, non *fluentum*, ut in lib. de Mundo, *illa flammarum fluenta divino separata discidio.* Merc. Desunt Edd. ante Colv. ut et Edd. quibusdam I. Sarisber. *Opulenta* Harlem. Leid. Bened. *Oppitulenta* Voss. Sed *opulens* passim nostro. Vide supra hoc libro.

Omnia ornata praeter ipsum d.] Themistius Orat. 16. pag. 393. Ὅτι ὦ θαυμάσιε μᾶλλον προσήκει ἑκάστῳ τὴν ψυχὴν ἀξίαν πολλοῦ κατασκευάζεσθαι, ἢ τὴν οἰκίαν, σὺ δὲ τοῖς μὲν τοίχοις ἐγγράφεις πολλὰ καὶ ποικίλα, τὴν ψυχὴν δὲ ἄγραφον περιορᾷς, ὥσπερ γραμμάτιον ἀληλιμμένον, καὶ τὸν μὲν ἀνδρῶνα ἀνεπίξεστον καταλιπεῖν οὐκ ἀνέχῃ πειθόμενος Ἡσιόδῳ τῷ ποιητῇ τὸν νοῦν δὲ ἀνεπίξεστον περιφέρων πρᾶγμα οὐδὲ ὑπολαμβάνεις. Talem divitem egregie lusit Diogenes, ut refert Galenus in Exhortatione ad artes pag. 3. ὃς ἑστιώμενοι παρά τινι τῶν μὲν ἑαυτοῦ πάντων ἀκριβῶς προνενοημένῳ, μόνου δὲ ἑαυτοῦ παντάπασιν ἠμεληκότι, χρεμψάμενος ὡς πτύσαι εἶτ' ἐν κύκλῳ περισκοπήσας, εἰς οὐδὲν μὲν τῶν πέριξ ἔπτυσε, αὐτῷ δὲ μόνῳ προσέπτυσε τῷ δεσπότῃ τῆς οἰκίας· ἀγα-

non quidem fructum illum fugitivum captat, et fallacis undae sitit, sed verae beatitudinis, id est, secundae vitae et prudentiae fortunatissimae esurit et sitit. Quippe non intelligit, aeque divites spectari solere, ut equos mercamur. Neque enim in emendis equis phaleras consideramus, et baltei polimina inspicimus, et ornatissimae cervicis divitias contemplamur; si ex argento et auro et gemmis

ἀγανακτοῦντος δὲ αὐτοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτοῦντος, οὐδὲν ἔφησεν ὁρᾶν οὕτως ἠμελημένον τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν ὡς ἐκεῖνον. τοὺς γαρ τείχους ἅπαντας ἀξιολόγοις γραφαῖς κεκοσμῆσθαι. το δὲ ἔδαφος ἐκ ψηφων πολυτελῶν συγκεῖσθαι, θεῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῶν διατετυπωμένας, ἅπαντα τα σκεύη λαμπρά καὶ καθαρά. καὶ την στρώμνην καὶ τὰς κλίνας εἰς κάλλος ἐξησκῆσθαι, μόνον δὲ ἐκεῖνον ὁρᾶν ἠμελημένον· ειθισταν δὲ ἅπασιν ἀνθρώποις εἰς τους ἀτιμοτάτους τῶν παρόντων τοπων ἀποπτύειν ELMENH. Cantabr. *pr. illum d.*

TANTALI VICE] Petronius: *Non bibit inter aquas poma aut pendentia carpit Tantalus infelix, quem sua vota premunt.* Tzetzes Chil. V. hist. X. ELMENH. Rursus Ed. Scriv. cum Brantio *vicem.*

IN S. D. I. EGENS] Harlem. *suis d. i. egenus.* deleto *in.*

FLUENTUM ILLUM] In eodem Salisb. *fluentem illum.* COLV. Rom. et Bas. *fluentum.* Exc. Bat. *flagitium*, inepte. ELMENH. MSS. O. Sarisb. et Edd. Vulc. Scal. Merc. Cout. *fluentem* sed alibi noster *fluentum* ut supra cum reliquis. Vide ad Met. L. VI. p. 121. Pric. In Bened. est *flue nullum f.* Male *ullum* dant Edd. ante Vulcan. In Harlem. et Leid. mire exaratur *fl. illum flagitium fugit.* Vide mox. [V. Cl. Lennepius me monuit legendum esse *non quidem fructum illum.* ut habeat *esurit*, quo *referatur.* quam quidem coniecturam adeo veram puto, ut audacter eam recipere non dubitaverim. — I. B.]

CAPTAT] Bened. *capte.*

FALLACIS UNDAE SITIT] Omnino ita scribendum contra omnes libros, qui habent *sitim*. Corrumpendo loco fuit ignoratio locutionis elegantis, quam tamen statim usurpat noster, *verae beatitudinis esurit et sitit.* MERC. Sic lege, non *sitim*, quod est in vulgatis. Hanc emendationem eidem ignotae manui debeo, de qua iam supra. *Sitio* et *esurio* cum genitivo phrasis Graeca est. FLORID. Si sana sunt *fallacis undae sitim*, non referendum ad *captat*, sed ad *esurit et sitit.* Ut *sitire sitim* dicatur quomodo *servire servitutem* et innumera alia. Verum durissimum est *esurire sitim.* Cout. et Flor. ex Merceri correctione edidere *sitit* contra MSS. et Sarisber. Mihi aliud quid latere videtur. Nam in Tantali similitudinem dicit de homine beatitudinis experte *esurit et sitit;* et hic bis idem de *captatione fluenti* et *fallacis undae*, non *cibi* agitur. Quid si ergo τὸ *flagitium* e superioribus huc traducamus, scribamusque *fallacis pomi flagitium?* Cum genitivo autem *esurit et sitit* construit auctor. De qualibus verbis cf. ad Met. L. V. p. 329, b. et ad Gell. N. A. IX, 13. *quiescerent pugnae.*

ID EST] Edd. Vic. Bas. pr. Iunt. Colv. *et* Ald. *et in.* Male. Vide ad Met. L. I. p. 42, b.

SECUNDAE VITAE] An *alterius vitae?* an potius *faustae ac fortunatae?* Porro lectio haec est Ioan. Salisb. Romana editio habet fortasse melius *sincerae vitae.* FLORID. *secundae vitae* i. e. fortunatae, atque ita MSS. plerique cum I. Sarisb. Edd. Vulc. etc. In Harlem. tamen et Edd. prioribus exstat *sincerae;* quod magis hoc loco placet, sive incorruptae, non fucatae: ut passim *sincera fides*, *sincerum iudicium.* Phaedro L. IV. F. 25. *sincera integritas.* Apolog. p. 598. *sinceras virtutes.*

ESURIT ET SITIT] Sarisb. *sitit et esurit.* melius.

AEQUE DIVITES] Ita MSS. et Sarisb. Ante Vulcan. edebatur *homines aeque.*

NEQUE ENIM etc.] Vendendi caussa ornati equi et id genus iumenta solebant, ut est in Aedilitio edicto apud Ulpian. L. XXXVIII. de Aedil. ed. Eo spectat Seneca Ep. LXXX. *Equum empturus, solvi iubes stratum, detrahis vestimenta venalibus, ne quae vitia lateant.* Horatius I. Serm. *Regibus hic mos est, ubi equos mercantur, apertos Inspiciunt, ne si facies ut saepe decora Molli fulta pede est, emptorem inducat hiantem.* Macrob. Saturn. lib. I. cap. XI. *Quemadmodum stultus est, qui empturus equum non ipsum inspicit, sed stratum eius ac fraenum: sic est qui hominem aut ex veste aut ex conditione, quae modo vestis nobis circumdata est, aestimandum putet.* COLV.

PHALERAS] Bened. *sctas.* Harlem. Voss. et Edd. aliquot *fal.*

BALTHEI] Adscripsit Scriv. *baltheorum.*

POLIMINA] Rom. *polimiam.* Baptista Pius annot. poster. 194. *Polimitam*, sed nihil mutandum. ELMENH. Quia in Edd. Rom. Vic. Bas. pr. corrupte legebatur *polimiam*, hinc Pius T. I. Thes. Crit. p. 571. coniecit *polymitam*, Lips. Epist. Quaest. II, 22. *politiam.* sed idem bene *polimina* probat, quod est in MSS. O. Edd. Ald. Iunt. et Sarisber.

CONTEMPLAMUR] Ald. *contemplantur.*

Mo.

mis monilia variae gazae dependent, si plena artis ornamenta capiti et collo circumiacent, si frena caelata, si ephippia fucata, si cingula aurata sint: sed istis omnibus exuviis amolitis, equum ipsum nudum, et solum corpus eius et animum contemplamur, ut sit ad speciem honestus, et ad cursuram vegetus, et ad vecturam validus. Iam primum in corpore si sit

Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga,
Luxurietque thoris animosum pectus honestis.

Prae-

MONILIA VARIAE GAZAE] Vulg. *monilia variae gazae.* Virgil. VII. Aeneid. *Aurea pectoribus demissa monilia pendent.* COLV. rectius, quantum mea fert opinio, *variegata.* BRANT. Rom. *m. vanae gazae.* vane. Bene Brantius *m. variegata.* ELMENH. *Variegata*] Ita recte monuerunt docti. fons erroris in primo et altero Cuiacianis, in quibus, *variegaza.* Mox iidem docti recte, *si cingula*; quum in libris esset vel *singula*, vel, *si singula.* MERC. Sic restituit Brant. ac sane bene. Vulgati habent *m. variae gazae.* quod minus arridet. cum praesertim iam dixerit *ex argento, et auro, et gemmis*, adeo ut hoc *variae gazae* sit tantum inutilis priorum horum repetitio. FLORID. Brantii coniecturam in textum recepere Merc. Scriv. ac Flor. cum in MSS. O. et I. Sarisber. constanter sit *variae gazae* nisi quod *gaza* habeant Harlem. et Voss. cum 2 Cuiac. Profecto *variae gazae* melius dicuntur monilia, quam *variegata.* Sed quid si legas *ex arg. et auro et gemmis monilia variae gratiae:* ut Lib II. Met. *Ampli calices variae quidem* gratiae, *sed pretiositatis unius:* ubi contra *gazae* ex hoc loco cum Pricaeo legit Floridus, qui id videtur oblitus esse. Pro *gemmis* Bened. *genus.*

DEPENDENT] Bened. *deprehendent.* Voss. *dependet.*

CAPITI] Cantabr. uterque Voss. Harlem. Edd. Merc. Cout. *capite.*

CINGULA AURATA] Vulg. *singula armata.* Virg. Aeneid. IX. *Phaleras Rhamnetis, et aurea bullis Cingula* Statius Theb. VI. *Seu fraena libet, seu cingula flammis Mergere.* Cingula, quibus equi cinguntur, et constringuntur: *αἱ ζῶναι* Basilius ad Divites: Χαλινοὶ καὶ ζῶναι καὶ περιδέῤῥαια πάντα ἀργυρᾶ, πάντα χρυσόπαστα. τάπητες ἁλουργοὶ κοσμοῦντες τοὺς ἵππους ὥσπερ νυμφίους. COLV. Inepte Edd. ante Colv. *singula armata.* Vidit id iam Pius l. cit. et Colv. qui emendarunt *cingula aurata:* quos vide. atque ita Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. Sed MSS. *singula aurata.* scilicet optime Florent. cum Sarisber. dat *si cingula:* ut expressere iam Elmenh. et seqq. Pro *sint* Harlem. *sunt* et mox *exubiis.*

ET AMOTIS] Hoc non erat in vulgatis illis ante editionibus. COLV. Prave Var. Lect. Burm. Edd. Vulc. Scal. Wow. *amotis.* Colvius contra ex Sarisber. dederat *amolitis et amotis.* sed ultima vox prioris est glossa, et recte MSS. dant *amolitis*, de quo participio vide supra.

EQUUM IPSUM NUDUM] Senec. Ep. 80. *Equum empturus* [etc. vide supra.] Vide Stobaeum serm. I. de virtute. ELMENH.

CONTEMPLAMUR] Cantabr. et Edd. ante Vulcan. *contuemur.* Voss. *contemur.* Alterum apud Sarisber.

UT SIT] Edd. Ald. Iunt. *ut si.*

AD CURSURAM] Margar. poët. *si ad cursuram.* COLV. alii *cursum.* Vegetius de re veterinaria lib. 4. cap. 4. eleganti vocabulo *ambulaturam* vocat. ELMENH. MSS. plerique et Edd. Vulc. Scal. Wow. Merc. *et ad c.* sed copula abest MSS. Florent. Bened. et Sarisber. Porro perperam Vulc. Scal. cum Florido edidere *cursum* contra MSS. O. Sarisber. et Marg. Poët. Varro de Re Rust. cap. 7. *equi idonei ad* cursuram.

VEGETUS] Adscripsit Scriv.: Al. *velox.* Statim pro *iam* Voss. *tum.*

ET AD VECTURAM] Abest τὸ *et* Ed. Colvii.

ARGUTUM CAPUT etc.] Oppianus de venatione lib. I. vs. 173. eleganter virtutes equi depingit, cuius digni sunt versus, ut etiam hic legantur: Ἵππου δ' ἐν πάντεσσι πανέξοχον ἐφράσσαντο Ἴδμονες ἱπποδρόμων καὶ βουκολίω ἐπίουροι, Εἴδεσιν ὅς τοιοῖσιν ὅλον δέμας ἐστεφάνωται. Βαιὸν ὑπὲρ δ' εἰρῆφι μετήορον, ὑψικάρηνον Ἀείροι, μέγας αὐτὸς ἐὼν περιηγέα γυῖα· Ὀψικάρα νεάτην δὲ γένυν ποτὶ δειραδανέυοι Εὐρὺ πέλοι φαιδρόν τε μεσόφρυον· ἐκ δ' ἄρα κόρσης Ἀμφὶ μέτωπα τριχῶν πυκινοὶ σείοντο κόρυμβοι Ὀμματοφὸν, πυρσωπὸν, ἐπισκυνίοισι δαφοινόν. Εὐρεῖαι ῥῖνες, στόμα δ' ἄρκιον, οὔατα βαιά· Γυραλέη δειρὴ τελέτοι λασιαύχενος ἵππου. ELMENH.

ET BREVIS] Deest *et* in Florent. Voss. Cantabr. utroque Harlem. aliisque, item Sarisber. et Edd. ante Vulcan. item Merc. Cout. Quare scribe ut apud Virgil. L. III. Georg. vs. 80. *Argutumque caput, brevis* etc.

LUXURIETQUE] Harlem. Voss. *luxuriatque* ut Virg. sed hic praecedit *sit.*

ANT-

Praeterea, si duplex agitur per lumbos spina: volo enim non modo pernici-
701. ter, verum etiam molliter pervehat. Similiter igitur et in hominibus contem-
plandis, noli illa aliena existimare, sed ipsum hominem penitus considera: ipsum,
ut meum Socratem, pauperem specta. Aliena autem voco, quae parentes pe-
pererunt, et quae ſortuna largita est, quorum nihil laudibus Socratis mei admis-
ceo: nullam generositatem, nullam prosapiam, nullos longos natales, nullas in-
vidiosas divitias. Haec enim cuncta, ut dico, aliena sunt. Sat e Protaonio
glo-

ANIMOSUM PECTUS] *Honestis*, quod addebatur importune, delevi auctoritate tertii Cuiaciani. Siquis alios secutus retinere velit, et similes notet in allegandis poëtarum verbis mutationes, non magnopere pertendam. At libri omnes, *molliter*, non *permolliter*. Item, *existimare*, non *aestimare*: quod non magis reiiciendum fuit, quam quod statim sequitur, *pauperem exspecta*. cuius exempla obvia passim et notata doctis. Item, *haec enim cuncta*, *ut dico*, *aliena sunt*. MERC. Voss. Edd. Scal. Elm. *honesti*. male. licèt apud Virgil. ita sit. nam ibi ad sequens refertur *honesti spadices*. Cout. cum Merc. delevit hanc vocem.

SI DUPLEX] Vide de la Cerdam ad Virgil. Georg. lib. 3. fol. 398. ELMENH. Pro *spina* Bened. *spuma*. et pro *enim* Sarisb. *enimvero*.

MOLLITER] Sic MSS. Florent. Voss. Cantabr. uterque, Harlem. Mercer. et alii cum Edd. O. praeter Var. Lect. Burm. Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. e Sarisber. *permolliter*.

IGITUR ET] Ante Colv. *ergo et*. Abest *et* a Bened.

AESTIMARE] Flor. et Leid. *existimare*. ELMENH. quibus accedunt Voss. Harlem. Mercer. Ed. Cout. Bene pro *perpendere*, *considerare*. Vide ad Caesarem et ad Sueton. Cal. cap. 60. contra *aestimare* MSS. ubi vulgo *existimare* erat ante Salmas. apud Solin. p. 22. Scriv. adscripsit *non illa al. aestima*.

PAUPEREM SPECTA] Brem. *pauperem exspecta*. Non sine exemplo. Nam ita semper MSS. codices Lactantii et Orosii, quos non paucos contuli. Lex 6. Cod. Theodos. ad L. Iuliam *de adulteriis*. *Huiusmodi scelus exspectante populo flammis ultricibus expiabunt*. ELMENH. Harlem. Mercer. Sarisber. cum Brem. et Ed. Cout. *exspecta*. librariorum vitioso more. Vide Elmenh. qui tamen cum Mercero videtur probare, Drakenb. ad Livium et me ad Caesarem saepius.

PEPERERUNT] Adscripsit Scriv.: Al. *dederunt*.

ADMISCEO] Harlem. *admisces*.

DICO] Edd. ante Scalig. seu Vulc. Ed. sec. *dixi* contra MSS. et Sarisber.

SAT E PROTOMO] Salisb. *sata pthaomo*. Ad quam scripturam accedit proxime coniectura Th. Canteri nostri, *Prothonio*. quam vide ad lib. II. Arnobii. Ego hic nihil me certi posse constituere fateor. COLV. *Sate Prothaonio*] Sic Leid. et Bas. 2. in Florent. legitur *sat e Protaonio*. In Brem. *sat prothalamo*. in Rom. et Aldo *sat e Protomo* legitur. ELMENH. *Sat e Prothaonio*] Ita libri duo optimi. Tertius, *Protonio*. Sequentia indicant nomen esse avi Socratis, patris Sophronisci. Mox videntur non male addidisse particulam, *nec*, quae tamen abest omnibus libris, *Nec magis ista dinumero*. non enim praefert corporis dotes fortunae muneribus. quin utraque aeque spernit, ut in animi solum virtutibus acquiescat. MERC. *Sate Proth.*] Omissam arbitror vocem *eius*, aut similem post haec verba *gloria est*. Supplevi illam. MS. Thuan. habet *Prothaonis*, ut etiam legisse se in quibusdam veteribus codicibus Th. Canterus ait in notis ad lib. 2. Arnobii contra gentes, qui inde *Prothonio* se legere malle ait, nescio quo fundamento nixus. FLORID. *Sat e Protaonio* Florentini codicis lectionem esse notavit Lindenbrog. quam recepi, donec certus fuero, quomodo hic legi debeat: nam fateor, me cum ignarissimis nescire. Sensum enim non clare percipio, quem certe Floridus etiam non cepit, interpretans *Cum dicis*, *fili Protaonii*, *est ipsius laus*. Socrates enim fuit *Sophronisci* marmorarii seu statuarii filius. Putavi olim cum Mercero innui Socratis avum, et auctorem velle, veram laudem non oriri ex pecunia, nobilitate, certe non Socrati, cui *sat gloria* sive satis gloriae fuit ortum esse e *statuario* (cuius nomen hic corruptum foret) qui talis fuit, et vir tam probus, licet non nobilis, nec dives, ut *nepotem* Socratem, eius non puderet scil. se tali avo ortum esse. Hinc quoque Lips. in marg. coniecit *protavo*. Sed potius si constaret, ut in vita eius asserit Wower. (v. Salmas. Proleg. ad Plin. Exerc.) Plutarcho ortum esse nostrum auctorem, et id ab ipso in Milesiis non fictum esse, omnino legerem, ut auctor de se loquatur *Sat e proavo meo* (vel *sat e Plutarcho meo*. aut tale quid. *Ph. Chaeroneo* i. e. philosopho Chaeroneo. vel *Pl. tritavo meo*) *gloria est*. scil. *Plutarcho*: et *nepotem eius* intelligerem *Sextum philosophum*. nam sic in init. Metamorph. *Originis nos-*

gloria est, qui talis ſuit, ut nepotem eius non puderet. Igitur omnia similiter aliena numeres licebit. Generosus est; parentes laudas. Dives est; non credo fortunae. Nec magis ista dinumero. Validus est; aegritudine fatigabitur. Pernix est; abibit in senectutem. Formosus est; exspecta paulisper, et non erit. At enim bonis artibus doctus et apprime est eruditus, et, quantum licet homini, sapiens, et boni consultus; tandem aliquando ipsum virum laudes. Hoc enim nec a patre hereditarium est, nec casu pendulum, nec a ſuffragio anniculum, nec a corpore caducum, nec ab aetate mutabile. Haec omnia meus 702.
Socrates habuit, et ideo cetera habere contempsit. Quin ergo et tu ad studium sa-

nostrae maternae fundamenta a Plutarcho *illo inclyto ac mox* Sexto philosopho nepote eius, *primam gloriam* nobis faciunt. Coniectura haec certe mihi vehementer adridet. *Sat gloria* rectum esse patet ex notatis ad Met. L. I. p. 61, b. *satis etenim.* In MSS. reliquis scribitur *sat e* vel *ate* vel *sat. :* et tum *Prot'iaonio*, ut est in plerisque et optimis meis ac Merceri, *Protaonio*, ut et apud Sarisber. *Prothaomo*, *Protonio*, *Prot'haonio*, *Prot'halamo*, *Prothamo*, *Protonia*. In Edd. insuper compare *Protonio*, *Protanio*, *Prothamo*. Cantero denique ad Arnob. L. II. p. 49. placet legere *Prot'iamo*. cur, non addit. [Sed de ipso Appuleio et maioribus eius cogitandum hoc loco minime videtur: nunquam enim se admiscet. Quare probandum magis, quod coniecit V. Cl. Lennepius: *Stemma profers*, *avo* (vel *avi*, vel *avi tui*) *gloria est*, *qui talis fuit*, *ut nepotem eius non puderet.* vel: *sic de* (*in*) *prosapia: avi tui gloria est.* vel simile quid. — I. B.]

Eius nepotem] Edd. quaedam *nepotem eius.*

Igitur] I. Sarisb. *ergo.*

Est — est] Harlem. non male *es — es.*

Non credo] Seneca consolatione ad Helviam cap. 5. *Nunquam ego fortunae credidi, etiamsi videretur pacem agere.* Fortunatianus de Rhetor. *O Fortuna, quam vehementer te rerum varietas oblectat, et quam magno odio est tibi, beatae vitae perpetuus et constans fructus.* Vide Notas ad L. I. Metam. Elmenh. Scriv. adscripsit: *ne crede.*

Magis ista dinumero] Vulgati libri, *nec magis ista demiror.* Illud, *nec*, iam non sustulerim. Colv. Aldus et Rom. *nec magis ista demiror.* Brem. et Sarisb. *nec magis ista denumero.* Elmenh. Vocula *nec* abest ab Edd. Colv. Scal. Wow. Scriv. neque habent MSS. praeter Bremens. uti nec Edd. quaedam I. Sarisb. neque opus videtur, si modo per interrogationem legas. Heins. Advers. p. 114. legit *nec gazis ista ad numero. Dinumero* est in MSS. O. et Sarisber. cum Colv. Vulc. Wow. Scriv. Merc. Cort. *Demiror* in Edd prioribus. *Adnumero* Scal. Elm Flor. Deficit autem hic collatio Codd. Cantabrig.

Pernix] Al. *iuvenis* teste Scriverio.

Abibit] Harlem. Voss. *abit.* hinc Salm. ad Solin. p. 706. *ibit*, quod eodem redit. Vide ad Flor. II, 4. et Liv. II, 46. aliosque.

Formosus est] Auctor Octaviae: *Florem decoris carpunt singuli dies.* Nemesianus Ecl. IV. *Donum forma breve est.* Elmenh.

Consultus] Excerp. Bat. *consolatus.* male. Elmenh. Harlem. *consolatus.* Leid. *consulatus.*

Virum] Edd. quaedam Sarisber. *iure.*

A patre] Exc. Bat. *a parte*, inepte. Elmenh. Harlem. Voss. *ne a. p*, Leid. *a parte.*

Anniculum] Beroaldinam editionem cave sequaris, quae habet: *ſuffragio adminiculum.* nam ita mihi novem sorores illas ſavere cupio, ut vera scriptura est, *ſuffragio anniculum.* magistratum annuum tangit, qui ſuffragiis adipiscebatur. ab *anno* ὑποκοριστικῶς formantur *annulus*, *annellus* et *anniculus.* Stewech. Salisber. *nec a ſuffragio anniculum.* eleganter: quomodo etiam ſeliciter legendum divinavit noster Stewechius, et explicavit. Eum vide. Colv. Poterat Vulcanius Colvii et Stewechii emendationem in contextum recipere. ut legeretur: *anniculum.* Nam ita et Sarisberiensis et Fulvii codex representat. Sciopp. *in Symb.* Scribendum: *anniculum.* Ita enim et Salisberiensis et Fulvii codex habet. Wower. Ita membranae Florent. Excerpta Batav. Fulvii liber et Sarisber. Rom. et Bremensis *aminiculum.* Aldus *adminiculum.* Excerpta Puteani *arcunculum* male. Elmenh. *anniculum*, sive annuum, egregie emendavit Stewech. confirmantibus, praeter ab aliis iam citatos, MSS. Thuan. Voss. Leid. Harlem. Mercer. quod iam receptum a Wower. etc. In Brem. et Edd. primis *amminiculum*, vel *aminiculum.* Ald. Iunt. Vulc *adminiculum.* Ceterum hinc videtur supra quid excidisse de *honoribus* post τὰ *non credo Fortunae.* Nam singula singulis respondent. Perpende modo locum diligenter.

Haec omnia] Adscripsit Scriv.: *hoc unum.*

Ideo] Edd. ante Colv *omnino.* Al. *immo* teste Scriv. unde ſacit *in uno.*

Quin ergo] Harlem. *cum igitur.* Voss. *q. igitur.*

Ita

sapientiae te ingeris vel propere? saltem ut nihil alienum in laudibus tuis audias: sed ut, qui te volet nobilitare, aeque laudet, ut Accius Ulixen laudavit in Philocteta suo, in eius Tragoediae principio:

Inclyte, parva prodite patria,
Nomine celebri, claroque potens

Pec-

Ingenii velis properas, saltem] Et hic locus in omnibus editis et scribtis corruptus fuit, et in ipso Sarisberiensi, qui cetera integriora conservaverat. In eo fuit, *ad studium sapientiae te ingeris, vel saltem properas.* In vulgatis: *quin ergo et tu qui te ad studium sapientiae ingeris, aliquando caves ut nihil alienum in laudibus tuis audias?* In optimo Cuiaciano, et in Fabri codice: *ut nihil alienum*: item in altero Cuiaciano, nisi quod in eo *ingens*, non *ingeris.* Omnino scribserat Appuleius: *Quin ergo et tu ad studium sapientiae ingenii velis properas, saltem ut nihil alienum in laudibus tuis audias?* Merc. *tu ad st. sap. te ingeris*] Edd. ante Colv. *tu qui ad st. sap. ing.* contra MSS. sed *tu qui* non comparent in MSS. et *te* deest Sarisber. Voss. Harlem. Fuitne igitur hoc ordine *tute ad st. sap. ingeris.* ut olim edebatur de Phil. Mor. p. 607. *ad vitiorum consortium se ingerere.* sed MSS. *iungere.* Et sic *ingerentes* vel *ingerentes se* (zich indringende) apud Plin. in Paneg. cap. 86.

Vel properas altum, ut] Mira hic varietas. Salisber. *vel properas saltem.* Recepi veterem lectionem: *et aliquando caves, ut.* Wower. Primo *vel* abest Edd. ante Colv. *et* est contra MSS. Porro Edd. Wower. et omnes ante Vulcan. *aliquando caves.* Vulc. cum Edd. Scal. Elm. Scriv. *properas altum.* et sic MSS. mei omnes cum 2 Mercer. nisi quod in Bremensi sit *properas saltum.* Sarisb. *propera saltem* vel *salutem.* Scriv. adscripsit *propera saltim.* ut amant pro *saltem.* unde corruptus est Auct. de Corr. Eloq. c. 21. *Quid? ex Coelianis orationibus nempe hae placent, si non universae, partes saltem, in quibus* etc. vel *parte.* vulgo *sive in universa, parte factum.* Sed veram esse lectionem putarem *properas altum* i. e. valde, vehementer, et ex imo corde, nostri more. Vide ad Met. IV. p. 290, b. *metuens altius*, et alibi. nisi praestaret Merceriana correctio. *Quin* adhortantis habere indicativum vidimus saepissime. quare *properas* omnino debet retineri. [*te ingeris vel propere? saltem* etc. Ita edere tutius existimavi, utpote proxime ad MSS. et Edd. et optimo sensu. vel cum suavissimo meo doctore Cl. Lennepio: *vel propero saltu.* quae coniectura nonnihil firmatur loco Sil. It. X, init. *Paullus — ceu fera* Assilit *in ferrum — sese periclis* Ingerit. — I. B.]

Accius] Sic MSS. duo a Lindenbrogio visi, Voss. et I. Sarisb. cum Edd. plerisque; quod hodie videntur praeferre viri docti. Adi Misc. Obs. Vol. VII. p. 397. et praesertim Heins. ad Vellei. L. I. c. 17. Olim maluerunt huius poëtae nomen scribere *Attius*, ut est in Harlem. et Edd. Colv. Vulc. Wow. Perperam in aliis *Actius.*

Ulixen] Sic lege cum MSS. et Edd. vett. non *Ulyssem.*

Philocteta] Male Edd. primae *philotheta* vel *philoteca* ut apud Sarisber.

In eius trag.] Sarisb. et Ed. Colv. *primo eiusdem tr.* contra MSS.

Praedite patria] Eos versus Appuleius laudat ex Accii Philocteta, principio videlicet tragoediae. repono, *prodite patria*, simul hos versus in fragmentis veterum poëtarum adhuc desideratos, adscribendos indico. Pergit porro Appuleius in comparatione Socratis et Ulyssis. utrumque nimirum sedulo operam dedisse, ne quid alienum in laudibus suis audirent. longe praeter morem eorum, quos nihil fere, quam imagines maiorum, et longos natales passim crepere audias, in auribus quam virtutis studio ornatiores, quos parum sit gloriae et claritati suorum non respondere, modo ne omnino eam extinguerent, vitaque turpiter acta tam densas offunderent tenebras, ut metuendum sit illos ipsos, et una omnes avos brevi in oblivionem omnino venturos: verba Appuleii hoc modo vulgari videmus. Stewech. *inclyte parva praedite forma*] Emendavimus hosce versus ex fide scripti exemplaris eiusdem Salisberiensis librorum de Nugis Curial. quod contulimus cum impresso et numeris suis simul restituimus. Vulgati fuerant: *Inclyte, parva praedite patria, nomine celebri Claraque potens pectore, Achivis classibus auctor, Gravis Dardanis gentibus ultor Laertiade.* Sed non aliter eos laudat fere Muretus Var. lect. lib. IX. quem etiam alicuius libri veteris auctoritate nisum non dubito. Colv. Bremens. *parva prodite* non male. Elmenh. Bene hos versus per dipodiam ordinavit e MS. Sarisberiensis, in quo et sic editur, libro Colvius, quod docet clare Marius Victorinus L. II. p. 2522. citans tres priores versus et subiungens *quae periodus versatur circa sex dipodias.* In Ald. Iunt. fiebat per trimetrum. In aliis prosaico modo, inepte. sunt anapaestici Aristophanii

Pectore, Achivis classibus auctor,
Gravis Dardanis gentibus ultor,
Laertiade.

Novissime patrem memorat. Ceterum omnes laudes eius viri audistis. Nihil inde nec Laërtes sibi, nec Anticlea, nec Arcesius vindicat. Haec tota, ut vides, laudis huius propria Ulixi possessio est. Nec aliud te in eodem Ulixe Home- 703.
rus docet, qui semper ei comitem voluit esse prudentiam: quam poëtico ritu Mi-

nii dimetri. Idem vidit iam Muretus. Verum nescio unde, nisi forsan e Cod. MS Sarisber. vel nostri, habeant *forma* pro *patria* Colv. et Muret. In Ed. Vicent. *pria.* in Ald. Iunt *primus* vitiose. MSS. O. et Victor. et Sarisb. vulgo dant *patria*, ut debet. Eleganter autem Elm. Scriv. Flor. pro vulgari *praedite*, quod abest a Florent. et in marg. Ed. Iunt. mutare vir doctus minus bene tentabat in *edite*, repo suere *prodite* e MS. Bremensi, id quod iam ex ingenio suspicatus fuerat Stewechius. Vide ad Met. L. IV. p. 174, b. *genere Thraco* proditus.

CLASSIBUS DUCTOR] V. C. *auctor*, male. Nam in *classibus* veteri more liquescit ultima litera *s*. VULC. *auctor*] Bene. Sic MS. Thuan. et Ed. Elmenhorstii. Scriv. *ductor*. Non tantum in Aulide obsessos adversa tempestate, et ab incepto iam desistere cogitantes prae taedio Graecos in suscepto oppugnandae Troiae consilio Ulysses confirmavit, verum et post nono obsidionis anno, Agamemnoni fugam turpem suadenti fortiter obstitit. FLORID. *auctor* MSS. O. Appuleii, Victorini, Sarisber. quare miror Vulcan. Wower. Scriver. Mercer. Coutur. reposuisse *ductor*. Bene *auctor* revocarunt Elmenh. et Florid. quem vide, et ipsum Ulixen haec disserentem apud Ovid. L. XIII. Met.

DARDANIIS] Flor. et Brem. *Dardanis*. ELMENH. accedunt Voss. Putean. Harlem. Sarisb. et eius MSS. cum Edd. ante Colv. qui ex Lipsii coniectura marginali cum seqq. male *Dardaniis* reposuit. Gentile posuit pro possessivo, poëtarum more, apud quos sic *Colchia venena*, *Itala rura*, *Maura iacula*, *Medae et Parthae sagittae*, *Thessalus ager*, et innumera similia. Adi Casaubon. ad Theocr. c. 1. Passerat. ad Propert. I, 1, 13. Graev. Epist. ad Gud. p. 52. Heins. ad Ovid. Met. X, 209. XI, 70. et saepe. Bentlei. ad Horat. I. O. 22, II. O. 13. Sic *Dardana Troia* Ovid. L. V. Trist. 10, 4. *Dardanus ductor* Silio L. I, 14.

AUDISTIS] Harlem. Voss. *audisti* cum Sarisber. et Edd. Vic. Ald. Iunt. Merc. Cout. et ita praecessit *tute ingeris* et sequitur *te docet*. Sed et saepe habuimus *vos* et *vester*. Vide de numeri variatione ad Met. L. I. p. 9, b. et *te* notat unumquemque vestrum.

INDE] Edd. ante Colv. *mihi*.

SIBI] Edd. ante Vulcan. male carent. Eleganter ad rem Cicero, ex quo hunc locum sumsit Appuleius, cap. 2. pro Marcello: *Maximam vero partem Fortuna sibi vindicat* etc. *Nihil sibi ex ista laude* etc.

ANTICLEA] Voss. Harlem. Edd. ante Colv. *Anticlia*.

NEC ARTISSIMUS VENDICAT] Corrigo, *nec Arcesius vendicat*. coniecturae nostrae dabit res ipsa: Ulysses namque patrem habuit Laërtem, matrem Anticliam, Arcesium vero avum paternum. Ovid. lib. XIII. Met. ubi Ulyssem ipsum inducit orantem: *Nam mihi Laërtes pater est. Arcesius illi, Iuppiter huic.* Ad propositam Appuleii sententiam facit quoque illud Minutii Foelicis: *Nobilitate* (inquit) *generosus es, parentes tuos laudas; omnes enim pari sorte nascimur, virtute distinguimur.* STEWECH. Vulgo corruptissime, *arctissimus*. Acrisius avus paternus Ulixi. Apud Ovid. lib. XIII. Met. ipse Ulixes: *Nam mihi Laërtes pater est, Acrisius illi, Iuppiter huic.* Unde Diomedes Grammaticus: *Ut est Ulixi agnomen, Polyides. nam praenomen est, ut ait Ibycus, Ulixes: nomen, Acrisiades.* COLV. *Arcesius* Brem. quomodo etiam coniecit Vir exquisitae doctrinae Ianus Parrhasius in Epist. ad Appuleianum pag. 68. In Flor. est *Arcissius*. in Aldo et Rom. *arctissimus*. ELMENH. *Arcesius* vel *Arcisius* (ut est in Edd. Merc. Cout.) egregie emendarunt Stewech. et Parrhas. T. I. Thes. Crit. Ep. 39. Adi Comment. ad Ovid. l. cit. Minus bene *Acrisius* Colv. cum seqq. Edd. et Sarisber. *Arcissius* MSS. Harlem. Voss.

HAEC ENIM] Florent. Harlem. Sarisber. Edd. Merc. Cout. non agnoscunt particulam *enim*. Rectius et robustius. Sic ibidem Cicero *Tibi cedit, tuam esse totam et propriam fatetur.* non *tibi enim cedit*. Voss. *haec nec t.*

ULIXI] Male Edd. Ald. Iunt. *Ulyxis*.

SCILICET QUAM QUALIS ESSE DEBEAS] Haec ver-

Minervam nuncupavit. Igitur, hac eadem comitante, omnia horrenda subiit, omnia adversa superavit. Quippe, ea adiutrice, Cyclopis specus introivit, sed egressus est: Solis boves vidit, sed abstinuit: ad Inferos demeavit, sed adscendit. Eadem sapientia comitante, Scyllam praeternavigavit, nec ereptus est: Charybdi conseptus est, nec retentus est: Circae poculum bibit, nec mutatus est: ad Lotophagos accessit, nec remansit: Sirenas audiit, nec accessit.

verba inepte hic infercit Vulcanius. ELMENH. Post *nec aliud te*. Nempe in Ed. Vulc. sec. seu Scal. contra MSS. et Edd. ac Sarisber.

COMITE] Colv. e Sarisber. *comitante:* atque ita Florent. Putean. Harlem. et *comitate* Voss. quare id etiam praefero. Statim rursus *sapientia comitante* MSS. Brem. Harlem. Leid. Sarisb. et Colv. Vulgo et illic *comite.*

INTROIVIT] Edd. Vic. Bas. Sarisb. *introiit.* Harlem. Edd. Ald. Iunt. *introit.*

SED ABST.] Edd. ante Colv. *et abst.*

SED ADSC.] Alii *abscessit.* ELMENH. Harlem. Florent. Voss. Edd. O. praeter Colv. Scalig. Wower. Mercer. Coutur. *et*, male.

SCYLLAM PRAETERN.] Vide Tzetzem Chil. II. histor. 361. ELMENH.

NEC EREPTUS EST] Sic quidem MSS. 2 Lindenbrog. et Sarisb. cum Edd. Vulc. et seqq. quod Latinum esse non puto. Hinc melius ceteri MSS. et Edd. vett. *abreptus* a Scylla: passim *abripi vento, tempestate, fluctibus* dicimur. MS. Harlem. *et ereptus est.* An *nec dereptus est?* [*Ereptus est* sc. e navi. ex Hom. Od. M. 123. e quo sua adumbravit Appul. ubi Circe vereri se dicit ne Scylla τόσους ἐκ φῶτας ἕληται. — I. B.]

CHARYBDI CONSPECTUS EST] MS. *conseptus est.* Optime. SCIOPP. *in Symb.* Emendabis ex scripto: *nec conseptus est.* WOWER. Aldus *conspectus*, male. ELMENH. Verum est quod docti notant in libris scriptis esse, *consceptus*: nam ego idem in duobus inveni; tertius habuit, *conceptus:* quartus, *concoptus.* Sed quod mirifice probant eam lectionem, *conseptus*, fateor me non capere, qui videam ex Homero conspectam quidem et auditam Ulyssi Charybdim; sed Ulyssem conseptum aut conceptum Charybdi non intelligam. MERC. *consceptus est*, quasi tectus et obrutus, ut de Mundo p. 742. ubi vide, MSS. O. (praeter 2 Mercer.) Sarisb. Edd. Rom. Vic. Bas. Elm. Scriv. Flor. In Edd. Ald. Iunt. *Charybdin conspectus est.* unde vir doctus *conspicatus.* Colv. Vulc. Scal. Merc. Cout. *Charybdi conspectus est.* certe non conceptus aut conseptus Ulixes a Charybdi, sed ea modo conspecta et audita est illi. [*conseptus est* bene se habet. Qui Homerum legerit videbit, omnino Ulixen Charybdi *conseptum* i. e. undique septum et cinctum et *obsessum* fuisse, ut Virg. loquitur Aen. III. 420. *dextrum Scylla latus, laevum implacata Charybdis* obsidet. Cl. Lennepius conicit *consorptus*, quae vox, licet alibi non exstet, tamen Etymologiae non repugnat, et valde est apta huic loco. — I. B.]

CYRCES POCULUM] Fulgentius Mythologicωv lib. 2. ELMENH. Voss. Edd. Vic. Bas. *Circe*, pro *Circae*, ut edidere recte Merc. et Cout. Vide ad Met. L. II. p. 96.

LOTOPHAGOS] Edd. vett. male *Loophagos.*

SIRENAS] Sic Voss. Edd. Merc. Cout. vere. Vulgo *Sirenes.* Vide infra de dogm. Plat. p. 585.

AUDIVIT] Bene Harlem. Voss. et Edd. ante Colv. ac Merc. Cout. *audiit.* vitiose in Sarisber. *adiit.* Ceterum huic libello, sive Orationi verius, deesse quaedam videntur Scriverio, nec non mihi.

FINIS LIBRI DE DEO SOCRATIS.

AP-

APPULEII MADAURENSIS

DE

DOGMATE PLATONIS.

LIBER PRIMUS.

SIVE

DE PHILOSOPHIA NATURALI.

INDEX CODD. MSS.

{[Usui fuere MSS. Florentinus, Putean. Leid. Vulcanii, Fulv. Harlem. Bened. Thuan. et Vossian. de quibus vide ad initium libri de Deo Socr. — I. B.]

APPULEII] Quod in Edd. additur *Platonici*, abest a MSS. nonnullis. Adi ad Metam. titulum. Harl. *Platonis discipuli.*

DE HABITUDINE DOCTRINARUM PLATONIS PHILOSOPHI] Titulum hunc ex membranis Florentinis et Leidensibus Apuleio asserui: transpositionem autem, quam fecit ingeniosissimus Wowerus noster, ratam habui, quoniam invitis membranis facta non est, rationibusque suis nititur; imo approbatur ab Apuleio ipso, qui Platonem secutus, studium sapientiae in tres species divisit, *naturalem*, quae contemplationi deputata est: *moralem*, quae in actione versatur: et *rationalem*, qua verum discernitur a falso. Stoici e contra primum locum tribuunt logicae: secundum illis, quae pertinent ad mores: tertium naturalibus. Sextus Empiricus adversus Mathematicos fol. 119. Philo de Agricultura fol. 147. τὸν γοῦν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον τρίδυμον ὄντα τοὺς παλαιοὺς ἀγρῷ φασὶν ἀπεικάσαι, τὸ μὲν φυσικὸν αὐτοῦ δένδροις καὶ φυτοῖς παραβαλόντας, τὸ δὲ ἠθικὸν καρποῖς, ὧν ἕνεκα καὶ τὰ φυτά· τὸ δ᾽ αὖ λογικὸν φραγμῷ καὶ περιβόλῳ. καθάπερ γὰρ τὸ περικείμενον τεῖχος ὀπώρας καὶ φυτῶν τῶν κατὰ τὸν ἀγρόν ἐστι φυλακτήριον τοὺς σίνεσθαι καὶ παρεισφθείρεσθαι βουλομένοις ἀνεῖργον. Τὸν αὐτὸν τρόπον τὸ λογικὸν μέρος φιλοσοφίας φρουρά τίς ἐστιν ὀχυρωτάτη τῶν δυοῖν ἐκείνων ἠθικοῦ τε καὶ φυσικοῦ. Τὰς γὰρ διπλᾶς καὶ ἀμφιβόλους ὅταν ἐξαπλοῖ λέξεις, καὶ τὰς διὰ τῶν σοφισμάτων πιθανότητας, ἐπιλύῃ καὶ τὴν εὐπράγωγον ἀπάτην μέγιστον ψυχῆς δέλεαρ καὶ ἐπιζήμιον ἀναιρῇ διὰ λόγων ἐμφαντικωτάτων, καὶ ἀποδείξεων ἀνενδοιάστων, ὥσπερ κηρὸν λελειασμένον τὸν νοῦν ἀπεργάζεται ἕτοιμον δέχεσθαι, τοὺς δὲ φυσιολογίας καὶ τοὺς ἠθοποιίας ἀσίνεις κάρτα καὶ πάνυ δοκίμους χαρακτῆρας. ELMENH. Variis hic liber insignitur titulis. Aldus dedit *Vita*, *instituta*, *dogmata Platonis per Apuleium.* MSS. Harl. et Vulc. *de Platone et eius dogmate liber incipit.* Florent. LUCII APULEII *de habitudine*, *doctrina et nativitate Platonis Philosophi*, non ut putat ediditque Elmenh. *doctrinarum* cum Florido. Is autem mihi non verus videtur et modo fictus ex

P. 566. Ed. Flor. **P**latoni habitudo corporis cognomentum dedit. Namque Aristocles prius est nominatus. Ariston ei fuisse pater dictus est. Ceterum Perictione, Glauci filia, mater fuit. et de utroque nobilitas satis clara. Nam Ariston pater, per Codrum, ab ipso Neptuno originem duxit: ab Solone sapientissimo, qui legum Atticarum fundator fuit, maternus derivatus est sanguis. Sunt, qui Platonem augustiore conceptu prosatum dicant, cum quaedam Apollinis figuratio Perictiona se miscuis-

primo libri argumento. Magis placeret mihi *de Platonis doctrina*, vel, ut Scriv. et alii, *de Philosophia*. Agit enim in hoc et duobus seqq. libris de Platonis doctrina, distincta in Philosophiam Naturalem, Moralem et Rationalem sive περὶ ἑρμηνείας, ut docet liquido Is. Casaubon. ad Apolog. init. Quare talem ego concepi titulum *de dogmate Platonis Lib.* I. *sive de Philosophia Naturali*. tum *de dogmate Platonis Lib.* II. *sive de Phil. Morali* etc. Vicentius Beluac. Spec. Hist. L. IV. c. 7. vocat *de vita et moribus Socratis*. Porro vario ordine quoque hi libri editi et scripti sunt. Praetuli ego hunc ordinem, quia mihi a vero non dissimile videtur, auctorem hunc ordinem servasse pro aetate illorum philosophorum *Socratis*, de cuius *deo* iam egit, *Platonis*, cuius *dogmata* iam recenset, *Aristotelis*, cuius librum *de mundo* vertit. Alioquin maxime inclinarem in dispositionem Vulcanii et Scaligeri, qui librum *de mundo* praeponunt, et hunc vocant *Lib. secundum Philosophicorum*, tum *de Philosophia Morali* etc. Et sane sic clare MS. Florentinus, qui non habet librum περὶ ἑρμηνείας, uti nec Edd. vett. et Iunt. post. in qua hic *Liber primus* ponitur et vocatur. et tum *liber de mundo*; tunc: *de dogmate Platonis Liber tertius; secundus enim desideratus*. ridicule, et mirum Philomathem Pisanum non vidisse hunc et *de mundo* modo transpositos esse. Adhaec libros hos se invicem secutos fuisse et *de mundo* praeponendum, videtur patere ex allocutione auctoris ad *Faustinum*, qui est in libro *de mundo* et *de Phil. Morali*. nam si hic primus esset, allocutio videtur huic debuisse adesse. Alii *unum* vel *unicum* hunc librum vocant. Ex MSS. nihil certi elici potest, quorum pars hos, pars illos et incerto ordine tantum exhibent. Retineri titulum *de dogm. Platonis* non recusat Elmenh. in Add.

Habitudo corp.] Laërtius in Platone lib. 3. pag. 188. Elmenh. ubi plurima eadem quae in hoc libro. vide ibi Casaub. et Menag.

Aristocles] Salisber. *Aristotcles*. male. Vide Hesychium Milesium in Platone, Tzezen Chil. XI. hist. 390. Laërtium p. 188. Elmenh. Inepte Voss. Harl. Ed. Vic. *Aristoteles*. I. Sarisberiensem L. VII. c. 5. ex nostro bene correxit Schefferus. vid. Miscell. Obs. Vol. VIII. T. 3. p. 417. Bened. *Aristotcles*. v. Menag. ad Laërt. L. III. sect. 4.

Prius est] Abest verbum MSS. Voss. Bened. et Edd. ante Elmenh.

Ariston] Laërt. p. 186. Πλάτων Ἀρίστωνος καὶ Περικτιόνης ἢ Ποτώνης Ἀθηναῖος, ἥτις τὸ γενος ἀνέφερεν εἰς Σόλωνα Τούτου γὰρ ἦν ἀδελφος Δρωπίδης, οὗ Κριτίας, οὗ Καλλαισχρὸς, οὗ Κριτίας, ὁ τῶν τριάκοντα, καὶ Γλαύκων, οὗ Χαρμίδης καὶ Περικτιόνη, ἧς καὶ Ἀρίστωνος Πλάτων, ἕκτος ἀπὸ Σόλωνος. Φασὶ δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀνάγειν εἰς Κόδρον τὸν Μ λάνθου, οἵτινες ἀπὸ Ποσειδῶνος ἱστοροῦνται κατὰ Θράσυλον. Elmenh.

Ariston ei fuisse] Sic MS. Florent. et Edd. ante Vulcan. qui cum Scaligero et Wower. male edidit *Et Ariston pater*. nam *ei* et *fuisse* agnoscunt MSS. mei, sed *ei* praeponunt cum Edd. vett. Ceterum Ald. Iunt. Colv. Scriv. habent *Aristo*, et mox Edd. fere omnes, ut *Plato* et sexcenta similia τοῦ *o* ex Graeco ων. de quibus adi ad Met. L. VI. p. 413, b. Sed *Ariston* habent MSS. O. nisi quod in Bened. vitiose *Aristion*. Glossa est apud I. Sarisber. *Aristonis vel Aristidis*.

Glauci filia] Diog. Laërt. καὶ Γλαύκων, οὗ Χαρμίδης καὶ Περικτιόνη, ἧς καὶ Ἀρίστωνος Πλάτων. Glaucus vocatur nostro, qui Diogeni Γλαύκων: ut Electrius Plauto, qui Ἠλεκτρύων. Amphitruone: *Quicum Alcumena est nupta, Electri filia*. Colv. Alii dicunt *Glauconis*: et statim ait ipse auctor fratrem Platonis fuisse *Glauconem*: unde Casaubonus hic putat mendum librariorum esse, ad init. Diog. in V. Socr. Verum ipse paulo post observavit fratrem Platonis a Suida vocari *Glaucum*. Temere autem Suidam corrigere vult Menagius. nam contra pro *Glauco* infra MSS. O. Sarisb. et Edd. Vulc. Scal. habent *Glaucus*. Solent multa nomina habere duas terminationes ων et ος. Vide supra de Deo Socr. p. 694. Ed. Flor. *Lampus* et *Lampo*.

Ariston] Sic MSS. O. et Edd. vett. Ald. ac seqq. praeter Elmenh. et Flor. *Aristo*.

Ab Solone] Harl. Voss. *a Solone*.

Dicant] Sic Voss. Harl. Leid. Bened. Edd. Vulc. Scal. Wow. Al. *dicunt*.

Quaedam Apoll. figuratio] Quod Laërtius dicit

cuiſset. Mense etiam, qui apud Atticos Thargelion dicitur, natus est: die, qua apud Delon Latona fertur Apollinem Dianamque peperisse. Pridie Socraten geni-

dicit Ἀπόλλωνος ὄψις, quem vide in vita Platonis, nam is de Socratis somnio non mihi ab hoc nostro variat. SCIOPP. *in Symb.* Laert. p. 187. Σπεύσιππος δὲ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλάτωνος περὶ δείπνου καὶ Κλέαρχος ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ, καὶ Ἀναξιλίδης ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ φιλοσόφων φασὶν, Ἀθήνησιν ἦν λόγος ὡραίαν οὖσαν τὴν Περικτιόνην βιάζεσθαι τὸν Ἀρίστωνα, καὶ μὴ τυγχάνειν παυόμενόν τε τῆς βίας ἰδεῖν τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος ὄψιν. ὅθεν καθαρὰν γάμου φυλάξαι ἕως τῆς ἀποκυήσεως. ELMENH. Sic Edd. Vulc. Scal. Elm. etc. quo facit cod. Florent. *quidam.* An ergo multae Apollinis sunt figurationes? Ego malim *quidem*, quod exstat in MSS. reliquis et Edd. vett. item Wow. [*Quidem* placuit etiam Casaubono ad Diog. Laërt. III, 2. sed omnino legendum *quaedam*. *Figurationes* enim Deorum sunt variae formae, quas Dii induere solent, quum mortales conveniunt. Tot igitur sunt Apollinis figurationes, quot eiusmodi formae. *Phantasma Apollinis* in hac re memorat Hieron. adv. Iovin. L. I: *Speusippus, sororis Platonis filius, et Clearchus et Anaxilides Perictionen, matrem Platonis, phantasmate Apollinis oppressam ferunt, et sapientiae principem non aliter arbitrantur nisi de partu virginis editum.* citat locum Gedike in utilissimo libello, quo ex Cicerone et aliis Historiam Philosophiae illustravit. Sect. II. c. 3. §. XI. — I. B.]

PERICTIONE SE MISCUISSET] MSS. Flor. Voss. Harl. Bened. et Edd. Elm. Scriv. *Perictioni.* perperam. In nominativo enim est Περικτιόνη *Perictione.* Sed malim *Perictiona* cum Casaubon. ad Diog. Laërt. § 2. cum ablativo saepissime τὸ *miscere* iungitur. Vide ad L. III. Met. p. 219. *inmixtum rore.* Minus bene Colv. Vulc. Flor. tacite dederunt *Perictionae.*

THARGELION] Plutarchus Symposiac. lib. VIII. τῇ ἕκτῃ τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου τὴν Σωκράτους ἀγάγοντες γενέθλιον τῇ ἑβδόμῃ τὴν τοῦ Πλάτωνος ἤγομεν. COLV. Targelion mensis Aprilis Apollini sacer, cuius bonam partem conviviando et potando consumere solebant. Suidas, Hesychius et Harpocration in Θαργηλία. Plutarch. Sympos. 8. fol. 716. Laërt. in Platone Lib. 3. p. 187. Parthenius Eroticis p. 369. Concelebrabant autem Platonis sectatores eius natalem per annua reverticula festivissime sacris faciendis, ut apparet ex Porphyrio in vita Plotini, ubi se carmen ἐν Πλατωνίοις recitasse dicit. ELMENH. Prave *Targius* Bened. *Thargion* Voss. *Thargilion* Edd. vett. vel Θαργιλιὼν per Iötacismum τοῦ η. Peius in aliis *Targelion.* Gr. Θαργηλιών.

DIE, QUA APUD DELON] Idem tradit Laërtius: qui tamen Socratem etiam, eodem die mensis quo Apollinem, natum scribit, id est sexto Thargelionis. Quae pugna non video quomodo componi possit: utpote Laërtio etiam intestina. nam is non solum a nostro, verum etiam a semetipso dissentit. COLV. Harl. Voss. *Delum.*

PRIDIE SOCRATEM etc.] At Diogenes Laërtius Socratem eodem die natum tradit, quo Latona Apollinem peperit. Manifesta dissensio: quam non video quomodo componas, nisi scribas: *Pridie genitum accepimus.* Plato natus pridie eius diei, quo Latona Apollinem Dianamque peperit. Delenda enim vox: *Socratem.* quae ex sequentibus irrepsit. WOWER. Dele glossema (*Socratem*) cum Scaligero et Wowero. ELMENH. Hic locus manifeste corruptus est. Neque enim Apollo ac Diana uno eodemque die nati sunt; verum Diana uno die fratrem praecessit. Nata enim Diana fertur Thargelionis VI. Postridie autem, hoc est VII. Apollo. De Diana Proclus in ἡμέρας. τὴν πρώτην ἕκτην ἀνεπιτηδείαν πρὸς κόρης γένεσιν εἶναι βούλεται, καίτοι τῆς Ἀρτέμιδος οὖσαν ἱερὰν, ὡς γενέθλιον τῆς θεοῦ. De Apolline Hesiodus ἡμέραις· — καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ. unde et ἑβδομαγένης dictus est, ut praeter alios auctor est Plutarchus. Quare recte Dion. Halic. in Arte, quo loco de Genethliacorum compositione agit, εἰ δὲ ἑβδόμη ἢ ἕκτη, ὅτι ἱεραὶ τοῖν θεοῖν· καὶ ὅτι κοινωνία πρὸς τὸ κρεῖττον κατὰ τὸ τῆς γενέσεως. Dicit sextam et septimam duobus Diis, Dianae scilicet et Apollini sacras esse. Intelligit enim priorem, hoc est VI. Dianae; alteram, hoc est VII. Apollini dedicatam. Cur autem Diana prior nata sit, ratio est, ut nascituro fratri obstetricaretur. Proclus: διὸ καὶ προτέραν γενέσθαι φασὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἵνα καὶ μαιεύσηται τὸν ἀδελφόν. Quare nulla mutatione, transposita tantum unica vocula, ita locus legendus est: *Plato natus die qua apud Delon Latona fertur Apollinem peperisse; Pridie qua Dianam, Socratem genitum accepimus.* Pridie qua Dianam Latona fertur peperisse scilicet, id enim ἀπὸ κοινοῦ repetendum est. Omnia clara. Socrates VI. Thargelionis, hoc est, eadem die, qua Diana, natus est. Laërtius, ex Apollodoro: ἐγεννήθη δὲ Θαργηλιῶνος ἕκτῃ ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν Ἄρτεμιν γενέσθαι Δήλιοι φασίν. Plut. Symp. VIII. τῇ ἕκτῃ τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου τοῦ Σωκράτους (γε-

567. nitum accepimus. Somnium etiam Socratis scitum ferunt. Nam vidisse sibi visus est, cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini consecratum est, volasse, et in eius gremio residisse: et postea olorem illum pennis coelum petis-

(γένεσιν) ἀγαγόντες. E quibus eruditissimos homines graviter lapsos esse constat, qui affirmare non dubitant, Diogenem tradidisse, Socratem eodem die natum esse, quo Diana et Apollo nati sunt. Cum Diogenes eo die genitum dicat, quo Diana sola nata sit. Postridie, hoc est, VII. Thargelionis Apollinem Latona peperit, ut iam vidimus eodemque Platonem quoque natum ferunt. Diogenes ex Apollodoro: καὶ γίνεται Πλάτων ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ ὀλυμπιάδι, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασί. Plutarchus loco dicto, τὴν τοῦ Πλάτωνος ἑβδόμῃ. Quare desinat eruditis viris aut vox *pridie* delenda, aut τὸ *Socratem* suspectum videri. IOH. RUTGERSIUS. Barthius [Advers. L. XXVI. c. 7.] reponit *pari die*, male. Glossema hoc esse videtur Scaligero, perperam. Wowerus, quem sequitur Elmenhorst. ad hunc locum sic habet: *At Diogenes* [etc. V. S.] sed fallitur Wowerus. Revera enim Socratem pridie natum illius diei, quo natus est Plato, Laërtius refert. hunc nempe septima, illum sexta die Thargelionis. Wowerum decepit, quod idem Laërtius habet, Dianam natam esse, quo die Socrates natus est, et Apollinem, quo die Plato. Videtur enim Laërtius contra vulgarem opinionem innuere, Dianam et Apollinem non eodem die natos, sed Dianam sexto, Apollinem vero septimo Thargelionis. quod et rectae rationi non adversatur. saepe enim fit ut gemellorum alter uno die, alter sequenti, aut etiam tardius nascatur. Porro, si cuipiam dubium sit quod affero, adeat Laërtii loca, alterum de Socrate in vita eius, et alterum de Platone in eius vita. Noster a Laërtio in eo tantum differt, quod Apollinem et Dianam communem opinionem secutus, eodem die natos putet, septimo nempe Thargelionis, quo die Plato natus est: cum Laërtius Dianam pridie natam, eodem scilicet die, quo Socrates natus est, existimet. FLORID. Voss. recte *Socraten*. Male enim hanc vocem glossam esse putant Scal. et Wow. probante Elmenh. Nam quae haec est Latinitas *die, qua* etc. *pridie*. Praeterea non pridie diei natalis Apollinis natus est Plato, sed eodem die. Scriv. nescio quid volens edidit *Apollinem peperisse Dianamque pridie Socratem*, sine distinctione. An voluit, Socratem genitum *pridie Dianam?* Hoc verum non est, nisi simul eam natam statuas cum Apolline, ut solent vulgo dici. Hinc ergo omnis confusio. Noster cum reliquis statuit Dianam et Apollinem natos esse eodem die, septimo nempe Thargelionis, quo natus est Plato. At Diog. Laërtius a reliquis discessit, et voluit Deos illos non eodem die, sed Dianam pridie natam esse sexto die, quo natus est Socrates, adeoque pridie ante Platonem. Observavit hoc diu bene Casaubonus ad Laërtii loc. cit., et ex eo sed non nominato, vel forsan Meursio in Graec. Feriata, Floridus. *Pridie quidem Socratem* l. Sarisb. [τὰ *pridie Socr. gen. acc.* non habet exhibens hunc locum Gedike l. c. — I. B.]

SOMNIUM etc.] Non omnino ad eum modum Diogenes: Λέγεται δ' ὅτι Σωκράτης ὄναρ εἶδεν κύκνου νέοττον ἐν τοῖς γόνασιν ἔχειν, ὃν καὶ παραχρῆμα πτεροφυήσαντα ἀναπτῆναι ἡδὺ κλάγξαντα. Tertullianus de Anima: *Cygnus de sinu Socratis demulcens homines discipulus Plato.* Vide etiam Pausaniam Atticis. COLV. ELMENH.

SCITUM FERUNT] Rom. edit. et Basil. 1. *s. circumferunt*. Membran. Leidens. et Basil. 2. *s. fertur*. ELMENH. Sic MSS. O. et Edd. pleraeque, nisi quod in Voss. sit *citum*. Abest haec periodus ab Ed. Vicent. In Edd. usque ad Vulcan. *circumferunt*. Edd. Vulc. Scal. Wow. *scitum fertur*.

SIBI] Non est in Excerptis Puteani. ELMENH.

VISUS EST] Edd. ante Vulcan. *visum esse*. Voss. *visum est*.

QUOD IN] Harl. *qui*. Pro *cupidini* Bened. *cupiditati*. male. vide seqq.

IN EIUS GREMIO RESEDISSE] Non in Cupidinis sed in Socratis gremio, ut ceteri testantur, qui tamen nihil habent de ara Cupidini consecrata, quam in Academia fuisse testantur quoque scriptores alii. Non tamen ideo cum Menagio ad Laërtium legas *suo*. Nam demonstrativum pronomen aliquando pro reciproco poni quis nescit? Vide ad Caesar. et Nepot. comment. sic *eius pactae* pro sibi sponsae. Vell. L. I. c. 1. §. 3. Ceterum in Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *residisse*. Bene. nam *sido* cum compositis eleganter dicitur de avibus, sedem capientibus. Vide ad Lucan. L. III. vs. 407. *Illis et volucres metuunt* insidere *ramis*. ut Clar. Burm. legit ex aliquot Codd. et pluribus defendit ad Sueton. Tiber. c. 14. *Aquila adsedit:* ubi tamen male scribit me defendisse τὸ *consistere*. nam defendi lectionem antiquam et plurimis Codd. fultam *insistere*. Vide me ad eum Sueton. locum. Sed *insidere* nunc praefero. Sic et N. Heins. emendavit auctorem de Phoenice vs. 39. considit *in arboris altae Vertice*.

PENNIS COELUM PETISSE] Similis est de olore Vir-

tisse, canore musico auditus hominum Deorumque mulcentem. Cum hoc Socrates in conventu hominum referret, Ariston Platonem puerum oblaturus Socrati magistro, commodum prosequebatur. Quem ubi adspexit ille, ingeniumque intimum de exteriore conspicatus est facie: Hic ille erat, amici, inquit, de Academia Cupidinis cygnus. Talis igitur, ac de talibus Plato, non solum heroum virtutibus praestitit, verum etiam aequiparavit Divûm potestatibus. Nam Speusippus, domesticis instructus documentis, et pueri eius acre in percipiendo ingenium, et admirandae verecundiae indolem laudat: et pubescentis primitias la-

Virgilii locus lib. 10. *Linquentem terras et sidera voce petentem.* SCIOPP. *in Symb.* Bened. *coel. penitus pet.* Voss. *penitus c. p.* Ed. Scriv. *petiisse.* τῷ *auditus* caret Bened. sed habet *Deos hominesque.*

MULCENTEM] Liber scriptus: *demulcentem.* Tertullianus de anima: *cygnus de sinu Socratis demulcens homines discipulus Plato.* WOWER.

CUM HOC] Addunt *ergo* Edd. ante Vulcan.

IN CONVENTU] Edd. ante Vulcan. *in conventum.* nec male.

ARISTO, PLATONEM etc.] De hoc nihil Diogenes. Unde suspicari est etiam alios habuisse nostrum, cum haec scriberet, quorum fide et auctoritate niteretur, ante oculos scriptores. Graecus ille solummodo: καὶ μεθ' ἡμέραν Πλάτωνα αὐτῷ συστῆναι. τὴν δὲ εἰπεῖν εἶναι τὴν ὄρνιν. COLV. *Ariston* MSS. et Edd. Aldina priores. *Aristo* reliquae.

COMMODUM] Harl. Vulc. *commodo.* male. V. Ind. Not.

INGENIUMQUE etc.] Proclus in Platon. Alcibiad. interprete Marsilio Ficino: *Mos Pythagoreis erat per signa in corpore constituta venientes ad eos iudicare, utrum ad meliorem vitam apti forent, nec ne. Natura enim ipsa, quae animis confingit corpora, instrumenta eis congrua subministrat, imaginesque animarum in corporibus indicat, per quas et animarum ingenia in hac arte periti deprehendere possunt.* Vide Iamblichum de vita Pythagorae, cap. XVII. ELMENH. Voss. *ingenuumque.* Pro *exteriori* MSS. O. *exteriore*, et *est* abest Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas.

AC DE T.] Bened. *et de t.*

POTESTATIBUS] Ioan. Salisber. Nugar. curial. lib. VII. cap. V. qui multa de Platone scripta e nostro hoc verbatim paene transcripsit, legit, *aequiparavit Divum potestates.* COLV. Sarisb. lib. 7. cap. 5. *aequiparasse dictus est Deorum potestates.* Florent. Basil. I. et Rom. *ae. d. potestatibus.* Fulvii liber *ae. d. almum potestatibus.* ELMENH. Singularis constructio est, ut *aequiparare* neutraliter ponatur cum dativo. Hinc Vulc. et seqq. exhibuerunt *potestates* e I. Sarisber. sed contra MSS. certe 2 Lindenbr. Fulv. Harl. Vulc. Forsan ergo similiter ut *adaequare* neutraliter cum dativo. de quo adi ad Hirt. L. VIII. c. 41. vide etiam Barth. L. XXVII. Advers. c. 7. Septim. de B. Tr. II, 4. *divinis patris virtutibus propriam gloriam aequiparaverat.*

SPEUSIPPUS] Nepos ex sorore Platonis, cuius quaedam edidit Aldus cum Iamblicho, Proclo et Porphyrio. Vide Laërtium in eius vita et Eusebium de praepar. eccles. lib. 14. c. 2. ELMENH. Male Edd. Vulc. Scal. *pseusippus.*

DOMESTICIS INSTRUCTUS DOC.] Utpote eius e sorore nepos. Laërtius. COLV. Voss. Harl. *dom. doc. instr.*

ET PUERI] Sic recte Elmenh. etc. cum MSS. O. Ante deerat *et.* Harl. *pueritiam.* An *pueri iam?*

ACRE IN PERCIPIENDO INGENIUM] Sic hic locus correctus nobis e fide exscriptoris Salisberiensis. Vulgo passim *in aere partiendo ingenium.* quod rectum fatebor et non tollendum; si quis me eius rei ex aliquo veterum documento instruxerit. Sed etiam non aliter quam ut correximus legendum arbitratus est Th. Canterus vir humanissimus Var. lect. lib. I. cap. XIII. COLV. Sic recte Florentinus. Sarisber. et Bas. 2. Canterus Var. lect. lib. I. cap. 13. *acre in partiendo.* Ald. Basil. et Rom. *a. in aere partiendo.* Membranae Leidenses *acre impertiendo.* male. ELMENH. Sic optime Colv. emendavit e I. Sarisb. ut etiam ex ingenio Schefferus T. V. Corp. Epist. p. 6. et Misc. Obs. Vol. VIII. T. 3. p. 417. atque ita diserte exstat in MSS. Florent. Harl. aliisque. Voss. *acre in partiendo.* Absunt *in percipiendo* a Bened. *acre* legendum iam vidit quoque Th. Canter. Vulgo olim *in aere partiendo.* quasi ageretur de Arithmetica, ut *aera* celeriter bene *dispungere* didicerit, ut habuimus in fine de deo Socratis.

ADMIRANDAE VEREC.] Diogenes: Φησὶ δ' Ἡρακλείδης ὅτι νέος ὢν οὕτως ἦν αἰδήμων καὶ κόσμιος, ὅτι μηδέποτ' ὀφθῆναι γελῶν ὑπεράγαν. COLV. ELMENH.

PUBESCENTIS PRIMITIAS] Harl. Vulc. Sarisb. *pubescentes.* recte ni fallor, quamquam Scheff. Obs.

labore atque amore studendi imbutas refert: et in viro harum incrementa virtutum et ceterarum convenisse testatur. Ex iisdem genitoribus Glaucus et Adimantus ei fratres fuerunt. Doctores habuit in prima literatura Dionysium: at in palaestra Aristonem Argis oriundum, tantosque progressus exercitatio ei contu-
568. lit, ut Pythia et Isthmia de lucta certaverit. Picturae non aspernatus artem. Tragoediis et dithyrambis se utilem finxit. Iamque carminum confidentia elatus, certatorem se profiteri cupiebat, nisi Socrates humilitatem cupidinis ex eius mentibus expulisset, et verae laudis gloriam in eius animum inserere curasset. Et an-

Obs. Misc. l. c. in Sarisb. corrigit *pubescentis.* Vide ad Met. L. IV. p. 257. *fortunas inquirebamus populares.* ubi vulgo *popularium.* Veget. L. I. c. 4. *incipientem pubertatem ad militiam cogendam.* ubi male variant MSS. sic de Mundo p. 731. Ed. Flor. *adolescens aetas.* Auson. passim *puber aevum.*

GLAUCO] Ita Xenophon et Diogenes Laërtius. Suidae Glaucus. WOWER. Flor. *Glaucus*, male. Vid. Plato de republ. lib. I Laërt. p. 188. V. 20. ELMENH. *Glaucus*, ut supra notavi, habent MSS. O., I. Sarisb. et Edd. Vulc. ac Scal. Vulgo *Glauco.*

ADIMANTUS] Graecis Ἀδείμαντος. sed MSS. et Sarisb. *Adamantus.* Edd. vett. *Adimanthus.*

EI FRATRES] Male τὸ *ei* abest Edd. Vulc. Scal. Wow. contra MSS. O. *fratres ei* Edd. Elm. etc.

DOCTORES] Vulgo *doctorem.* Laërtius καὶ ἐπαιδεύθη μὲν γράμματα παρὰ Διονυσίῳ. ELMENH. Sic MSS. Florent. Putean. Voss. Harl. Bened. Sarisb. Edd. Elm. etc. vulgo *doctorem.* quod per se non malum. Cic. Tusc. Disp. V, 8. *Auctore Aristone et Antiocho.* ubi Bentl. *auctoribus.* sed V. Wopkens. Misc. Obs. Vol. VIII. p. 50. noster de Phil. Mor. p. 597. *participes puerum et virum.* sic MSS. at Edd. vett. *participem.* de Mundo p. 716. e MSS. *Scythicum et Hiberum freta.*

AT] Non habet Sarisb. *aut* Voss.

ARISTONEM] Laërt. pag. 188. ἐγυμνάσατο δὲ παρὰ Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ. ELMENH. MS. Vulc. male *Aristotenem.*

EI CONTULIT] Edd. ante Vulcan. *cont. ei.* Bened. *intulit.*

UT PYTHIA ET ISTHMIA DE LUCTA CERT.] Salisb. *ut Pythia luctando certamina vicerit.* Sed eleganter, Pythia et Isthmia certaverit. Graecismus est. Antipater: πυγμὴν ἐνίκα Νικοφῶν ὀλύμπια. COLV. Diogenes pag. 188. εἰσὶ δὲ οἵ καὶ παλαῖσαί φασιν αὐτὸν Ἰσθμοῖ, καθὰ καὶ Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ περὶ βίων. Vide Helladium apud Photium biblioth fol. 872. *deluctata* Flor. et Basil. 2. alii, *de lucta.* Saresb. *luctando certamina vicerit.* Schickerad. *deluctaverit.* ELMENH. MSS. Lindenbr. Voss. Harl. et Vulc. *deluctata*; atque ita ediderunt Vulc. Scal. Elm. cum ceteris. Sic apud Plautum Trin. IV, 2, 20. activa forma *deluctavi.* Non puto tamen huic sensui bene accommodari posse τὸ *deluctatus.* Ill. Heins. ad Ovid. Epist. XV, 164 et T. V. Syll. Epp. p. 8. item Advers. p. 490. legit *Pythiâ et Isthmiade lucta.* At vero nil mutandum est, et recte vidit Colv. esse Graecismum; atque ita *certare certamen*, *pugnare pugnam.* *De lucta* nihil est nisi *lucta*, *in lucta*, *per luctam.* Saepissime enim praepositio *de* abundat, et praesertim apud Afros et Appuleium, ut saepe monuimus. Vide Ind. Not. Hinc Cod. Fulv. caret quoque τῷ *de.* Vitiose autem Bened. *phicie testimia deducta.* Harl. quoque *phicie tehistina* Voss. *Phitiae thetisnua.* *Et* abest quoque ab Edd. ante Colv.

PICTURAE etc.] Καὶ γραφικῆς ἐπιμεληθῆναι. Diog. COLV. ELMENH.

TRAGOEDIS] Idem, καὶ ποιήματα γράψαι, πρῶτον μὲν διθυράμβους, ἔπειτα καὶ μέλη καὶ τραγῳδίας. COLV. ELMENH. Bened. et I. Sarisb. *tragoediis.* recte. Vide etiam Suidam.

FINXIT] Alii *fixit.* ELMENH. Harl. Voss. Vulc. Bat. male *fixit.*

CERTATOREM] Polycratico, *actorem.* quomodo etiam in veteri quodam libro Defloratorum Lovanii se legisse indicavit nobis amicissimus Th. Canterus. Quod facit, ut fere hanc lectionem germanam putem. Vilitas et humilitas animi Platone indigna, actorem sese in scena profiteri. COLV. alii, *actorem.* Laërt. p. 189. ἔπειτα μέν τοι μέλλων ἀγωνεῖσθαι τραγῳδίᾳ πρὸ τοῦ Διονυσιακοῦ θεάτρου, Σωκράτους ἀκούσας κατέφλεξε τὰ ποιήματα εἰπών· Ἥφαιστε πρόμολ' ὧδε, Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει. ELMENH. Colv. ex Saresb. *actorem* magis probat, quam *certatorem*, quasi voluerit Plato actoris personam in theatro sustinere. at retinenda vulgata lectio. FLORID.

HUMILITATEM CUPID.] Flor. *aviditatem cupiditatis.* Saresb. *h. huius cupidinis.* ELMENH.

EX EIUS MENTIBUS] Eodem, *ab eius animo.* Scribendum potius forte, *mente penitus*, pro, *mentibus*: quod compendiose *mē pĕtus.* unde nata, quae vulgata, scriptura. COLV. Colvius non

antea quidem Heracliti secta fuerat imbutus. Verum cum se Socrati dedisset, non solum ingenio atque doctrina ceteros Socraticos vicit, verum etiam labore et elegantia illustravit sapientiam ab eo sibi traditam: labore, quo eam adserere nisus est: elegantia, per quam venustate et maiestate verborum plurimum ei adhi-

non male *ex eius mente penitus*. ELMENH. Vide ad Met. L. I. p. 48, b. Rarius certe *mentes* de uno homine dicitur pro *praecordiis*. Sanum tamen videtur. de Phil. Mor. p. 613. *malitia seditionem* mentibus *parit*, *inpediens incepta eius*. Voss. *montibus*. Bened. *motibus*.

IN EIUS ANIMUM INSERERE] Saresb. *ei curasset ingerere*. ELMENH. male

HERACLITI SECTA] Hausta a Cratylo, Heracliti discipulo. Laërtius. COLV. Dissentit Diogenes Laërtius qui scribit Platonem se contulisse ad disciplinam Cratyli Heracliteі, postquam Socrates homines reliquerat. Huius igitur disciplina imbutus erat, antequam Heraclitum doctorem quaereret. WOWER. Flor. et Saresb. *Heraclitis*, alii *Heraclidis*. male. Laërt. p. 189. τοὐντεῦθεν δὴ γεγονὼς (φασὶν) εἴκοσιν ἔτη διήκουσε Σωκράτους· ἐκείνου δ' ἀπελθόντος προσεῖχε Κρατύλῳ τε τῷ τὰ Παρμενίδου φιλοσοφοῦντι. ELMENH. Fallitur igitur Appuleius. id enim post mortem Socratis accidit. MSS. Flor. Putean. Thuan. Voss. Harl. Bened. *Heraclidis*. Sed *Heraclides* sunt recentiores Platone. Vide Scheffer. Obs. Misc. l. c. Ald. *Heracleti*. [Cum Appuleio tamen facit Aristot. Metaph. I, 6. Πλάτων ἐκ νέου συγγενόμενος πρῶτον Κρατύλῳ καὶ ταῖς Ἡρακλειτείοις δόξαις, ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων, καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης, ταῦτα μὲν ὕστερον οὕτως ὑπέλαβε. cf. Gedike d. l. — I. B.]

DEDISSET] Edd. ante Bas *dedidisset*. sollemni variatione. Vide ad Caesar. B. G. II, 15.

CETEROS SOCRATICOS] In manuscriptis et editis corrupte hic locus legitur, quem ex Saresb. ita restituas, censeo: *Verum cum se Socrati dedisset, non solum ingenio atque doctrina caeteros Socraticos vicit; sed etiam labore atque elegantia sapientiam illustravit, eique recta assertione sensuum, et maiestate verborum plurimum adhibuit dignitatis.* ELMENH. Voss. Bened. Harl. Vulc. *Socrat. ceteros.* Minus accurate Elmenh. etc. cum Sarisber. *sed etiam.* MSS. et Edd. O. vett. *verum etiam.*

ELEGANTIA PERQUAM VENUSTATE] Scribo, *eleganti perq. venust.* COLV. Illa: *labore et* superflua et inducenda. WOWER. Sic legitur apud Ioan. Sarisber. hic locus: *sed etiam labore atque elegantia sapientiam illustravit, eique recta assertione sensuum et maiestate verborum plurimum adhibuit dignitatis.* sensu nitidiore. At restituo ex fide Thuanarum membranarum: *sed etiam labore atque elegantia illustravit sapientiam ab eo sibi traditam. labore quo asserere eum visus est:* (posset retineri *nisus est*) *elegantia, per quam venustate et maiestate verborum plurimum ei adhibuit dignitatis.* FLORID. *Labore et elegantia illustravit. Sapientiam ab eo sibi traditam labore quoque asserere nisus est, et elegantiam, per quam venustate et maiestate* etc.] Haec est constans vetustarum editionum lectio, quam Colvius se sanam facere credens peius corrupit et obscuriorem reddidit legendo *et eleganti perq. venust.* (Lips. *elegantia perquam venusta*). Nihilominus id secure omnes editores secuti sunt. Hinc etiam Wow. τὰ *labore et*, ut supervacua deleri voluit. Utrumque *labore* et *elegantia* inducenda perperam censuit N. Heinsius, qui tamen recte cum Scheffero Syll. Epist. T. V. p. 6. et Misc. Obs. l. c. in ceteris se non expediente, vidit *sapientiam* pertinere ad verbum *illustravit*. Elmenh. e Sarisber. locum restituit, quem in MSS. et Edd. corruptum audacissime pronunciat. At Sarisb. non exscripsit hoc loco Appuleium sed partim eius sensum expressit. Nec verum est MSS. cunctos esse corruptos nam Voss. Thuan. Vulc. et Harl. praestant locum sanum hoc modo *labore et elegantia illustravit sapientiam ab eo sibi traditam: Labore, quo eam asserere nisus est; Elegantia, per quam venustate et maiestate* etc. optime sane; nisi quod Vulc. et Voss. Codd. denuo vitiose *elegantiam.* Bened. etiam *ass. eam nisus est elegantiaque, per quam venustate et mai.* In genere auctor prius dicit, Platonem Socratis doctrinam illustrasse *labore* et *elegantia*. tum separatim docet, quod per *laborem* quidem asserere eam nisus sit, per *elegantiam* vero ei addiderit dignitatem venustate et maiestate verborum. Simile quid de Cicerone praedicat Vell. Pat. II. 66. §. 5. *hoc — constitutum rerum naturae corpus — ingenio complexus est, eloquentia inluminavit.* Brevi in simili re dixit Mela in praef. *Ope ingenii ornantis.* ubi legi debet cum viris doctis Obs. Misc. Vol. VII. p. 424. *ope ingenii ornantis, at ipsa sui contemplatione.* Videmus ergo omnia hic plana et nihil nisi *quo eam* corruptum fuisse in *quoque*. Bene id iam vidit Floridus, quem sua laude defraudare nolim. Si velis *et* cum Harl. retinere, per me licet, delendam tamen potius copulam censeo. *visus* pro *nisus* male Thuan. et Harl.

EI] Carent Edd. ante Vulcan.

569. hibuit dignitatis. Sed posteaquam Socrates homines reliquit, quaesivit unde proficeret, et ad Pythagorae disciplinam se contulit. Quam etsi ratione diligenti et magnifica instructam videbat, rerum tamen continentiam et castitatem magis cupiebat imitari. Et, quod Pythagoreorum ingenium adiutum aliis disciplinis sentiebat, ad Theodorum Cyrenas, ut Geometriam disceret, est profectus: et astrologiam adusque Aegyptum ivit petitum, ut inde prophetarum etiam ritus addisceret. Et ad Italiam iterum venit, et Pythagoreos, Eurytum Tarentinum, et seniorem Archytam sectatus. Atque ad Indos et Magos intendisset animum, nisi eum bella tunc vetuissent Asiatica. Quapropter inventa Parmenidae ac Zenonis

POSTEAQUAM] Excerpta Batavica, quae municeps et amicus noster, ut et vir clarissimus Frid. Lindenbrogius nobiscum communicavit, legunt: *primo eam quam.* haud bene. ELMENH. Edd. Ald. Iunt. *postquam.*

RATIONE] Acidal. ad Vellei. II, 28. *oratione.*

MAGNIFICA] Id est, praestanti, excellenti. Sic forte Magnificum in Petronio: *Quod si paterentur laborum gradus fieri, et studiosi iuvenes lectione severa irrigarentur: ut sapientiae praeceptis animos componerent; ut verba atroci stilo effoderent; ut quod vellent imitari diu audirent; sibi nihil esse magnificum, quod pueris placeret.* Non est ergo, quod hic substituendum censeamus, *magnidica.* COLV. In malam partem pro *gloriosa, superba* plerumque solet poni. Vide Broukhus. ad Tibull. II, 6, 11. Sed recte Colv. loco Petronii nostrum vindicavit ab eo, qui volebat hic *magnidica.* Adde Acidal. ad Vellei. l. c. et Boecleri Ind.

VIDEBAT] Abest Bened.

QUOD PYTH. ING.] Bened. *quia P. i.* Lips. *quod Pythagoreum genium.*

AL. DISC.] Harl. *disc. al.*

THEODORUM CYRENAS] Aldina editio, *Theodorum Cyrenis:* forte ut, *Hospes Zacyntho*, apud Plautum. Sed Diogenes: Ἔπειτα εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν Μαθηματικόν. Vid. Cicero lib. V. de Finibus. COLV. Aldus, *Cyrenis.* Sarisb. *Cyrenensem.* Laërt. p. 190. ἔπειτα εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικόν· κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν πρὸς τοὺς Πυθαγορικοὺς Φιλόλαον καὶ Εὔρυτον· ἔνθεν τε εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς προφήτας· οὗ φασι καὶ Εὐριπίδην αὐτῷ συνακολουθῆσαι. ELMENH. Edd. Ald. Iunt. post. *Cyrenis.* Vide ad Caesar. L. I. B. Civ. c. 24. *Magius Cremona.* Sed εἰς Κυρήνην ἀπελθεῖν Platonem refert Diogenes.

DISCERET] Bened. *discere.*

IVIT PETITUM] Harl. Vulc. Bened. Voss. *fuit.*

ETIAM RITUS] Harl. *rit. etiam.* Abest *etiam* a Bened.

AD ITALIAM ITERUM] Alii eum prius Italiam, et dein Aegyptum, alii prius Aegyptum, et dein Italiam petivisse aiunt: unde bene Menagius ad Laërt. scripsit, videri sibi Appuleium, discrepantem historiam in ordinem redigere.

EURYTUM] Vulgo, *Euritum.* Sed in Romana editione, *Euriiatum.* Diogenes, κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν πρὸς τοὺς Πυθαγορικοὺς Φιλόλαον, καὶ Εὔρυτον. COLV. Sic Laërt. p. 190. Flor. Bas. et Ald. *Euritatum*, Puteani liber, *Eurycanum*, Saresb. *Tarentinum Architam.* Hieronymus epist. ad Paulinum: *Plato Aegyptum laboriosissime peragravit, ut fieret discipulus Architae Tarentini.* Vid. Photius in Excerp. e vita Pythagorae 712. Iamblichus de mysteriis Aegyptiorum. ELMENH. Archytas aeque Tarentinus erat ac Eurytus. Laërtius dicit, eum profectum ad *Philolaum et Eurytum:* sed antequam in Aegyptum iret. Et sane in plurimis noster dissentit ab Laërtio, ut saepe videbimus, et Menagius multis locis ostendit. Immo MSS. quoque non habent sic, nec Edd. vett. Sed *Euricacum, Euricanum, Euritanum, Euritarum, Euritatum* cum Edd. vett. *Euritum* Edd. Iunt. Corruptus hic locus videtur fuisse iam tempore I. Sarisber. qui modo habet *Pythagoreum Tarentinum Archytam.* Vide num legi debeat *Echecratem, et Tarentinum seniorem Arch.* Priusquam in Aegyptum iret, audivit Eurytum; sed post reditum audivit inprimis seniorem Archytam et ceteros Pythagoreos, in quibus Echecrates Phliasius et Timaeus Locrensis Euryti discipuli. Vide D. Laërt. in v. Pythag. §. 44. aliosque, sed maxime Ciceron. L. V. de Finibus c. 29. *cur Plato Aegyptum peragravit? cur post Tarentum ad* Archytam? *cur ad ceteros Pythagoreos* Echecratem, Timaeum, *Acrionem* etc. Si quis tamen *Eurytum* velit retinere, quod et verosimilius videtur, legat *Eurytum, Timaeum et Tarent. sen. Arch.* Non credibile est, auctorem fuisse oblitum *Timaei*, cuius nomine dialogum a Platone inscriptum esse quis nescit?

SECTATUS] Edd. ante Colv. *sectatum.*

MAGOS] Sarisber. *Medos Magos* e Var. Lect.

EUM BELLA TUNC] Harl. *tunc eum b.* Bened. Voss. *tunc et eum b.*

BELLA VET. ASIATICA] Polycratici scriptor: *Ni-*

nonis studiosius exsecutus, ita omnibus, quae admirationi sunt singula, suos li-
bros explevit, ut primus tripartitam philosophiam copularit, sibique invicem ne- 570.
cessarias partes, neque pugnare inter se tantummodo, sed etiam mutuis adiu-
vare auxiliis ostenderit. Nam quamvis de diversis officinis haec ei essent
philosophiae membra suscepta, naturalis ab Heracliteis, intellectualis a Py-
thagoreis, moralis ex ipso Socratis fonte; unum tamen ex omnibus, et
quasi

Nisi eum procedere vetuissent bella Caletica. Laërt. Διέγνω δὴ ὁ Πλάτων καὶ τοῖς μάγοις συμμίξαι διὰ δὲ τοὺς τῆς Ἀσίας πολέμους ἀπέστη. COLV. Florent. Leid. Excerpta Puteani et Batav. Rom. Fulv. Saresb. *Caletica* habuit. ELMENH. Bella scil. Cyri minoris cum fratre Artaxerxe. nam ut ait Laërt. διὰ τοὺς τῆς Ἀσίας πολέμους. Nihilominus aliud quid hic latere probant MSS. O. I. Sarisber. et Ed. Rom. habentes *Calesica.* quod quid sit non perspicio. non enim inde quis fingat *B. Asiae calefacta.* Verosimilius latet nomen proprium, accuratius designans locum, ubi id bellum fuerit gestum. quare malim legere *Chaldaea* vel *Chaldaica.* Res enim gesta est circa Babylonem. V. Xenoph. Exp. Cyri p. 254, 262. Hic etiam *Magi* prae ceteris nobiles. In lib. de Mundo p. 740. *Asiaticum regnum* in MSS. etiam corruptum est in *Atticum* vel *Acticum.*

PARMENIDIS] Fulvii liber et Leid. *Parmenidae.* Photius in excerptis e vita Pythagorae 713. τὴν μὲν θεωρητικὴν καὶ Φυσικὴν Πλάτωνά φασι παρὰ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Πυθαγορίων ἐκμαθεῖν, τὴν δὲ ἠθικὴν μάλιστα παρὰ Σωκράτους, τῆς δὲ λογικῆς σπέρματα καταβαλεῖν αὐτῷ Ζήνωνα καὶ Παρμενίδην τοὺς Ἐλεάτας, καὶ οὗτοι δὲ τῆς Πυθαγορίου ἦσαν διατριβῆς. ELMENH. In Sarisber. *Parmenidae*, ut rescripsi suadentibus Codd. Harl. Voss. Vulc. Fulviano. Ed, Iunt. post. *Parmenide.* Graeco more Παρμενίδης, Παρμενίδου. Vide Heins. ad Ovid. Ep. VIII, 9. Vell. L. I. c. 1. §. 3.

SINGULA] Non est in Florentinis. ELMENH. Male tamen uncis inclusere Elm. et Scriv.

COPULARIT] Bened. Voss. Vulc. Edd. ante Colv. *copularet.*

NEQUE] Bened. *non.* Ed. Ald. *nec.* Dissolvendum est *et ostenderit non pugnare.* Non opus enim est cum Casaub. ad Laërt. III. §. 18. statuere hic Graecismum, et *non* semel subintelligere, vel addere cum Scheffero Misc. Obs. Vol. VIII. T. 3. p. 419. quod fieri deberet, si *neque* eiicias auctoritate Cod. Vossiani.

OSTENDERIT] Florent. Voss. Vulc. *ostenderet.*

DE DIVERSIS OFFICINIS] Forte melius τὸ *officinis* eiiciendum. TOLL.

HERACLITICIS] Bas. II. *Heraclitaeis.* Repono, ut in Aldina, *Heracliteis*, τοῖς Ἡρακλειτείοις, Platoni in Theaeteto. Sed etiam Diogenes · Μίξιν τε ἐποιήσατο τῶντε Ἡρακλειτείων λόγων, καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν. τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ, καθ' Ἡράκλειτον· τὰ δὲ νοητὰ, κατὰ Πυθαγόραν· τὰ δὲ πολιτικὰ κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει. COLV. Florent. *n. a. Pythagoreis, Dialectica, Rationalis atque Moralis.* Leid. *Naturalia a Pythagoreis d. r. a. m. et s. f.* Excerp. Batav. et Puteani, *naturalia a P. dialectica natura rationalis atque*, male. Diog. Laërt. p. 191. μίξιν τε ἐποιήσατο etc. Hesychius p. 54. Plato Theaeteto. ELMENH. Ald. Iunt. Colv. et seqq. bene *Heracliteis.* Bas. pr. *Heraclitis*, aliae Edd. *Heracliticis.* Mire autem hic turbant MSS. nam Voss. Florent. Thuan. Fulv. Bened. dant *naturalis a P. dialectica rationalis atque mor.* cum Put. et Bat. faciunt Vulc. et Harl. Laërtius hic distinguit in αἰσθητὰ, νοητὰ et πολιτικά. A Pythagora eum habuisse Philosophiam contemplativam referunt. Vide ad August. L. VIII. c. 4. Civ. Dei et I. Sarisber. L. VII. c. 5. ubi docent Platonem distinxisse philosophiam in *Moralem*, *Naturalem* et *Rationalem*, Ethicam, Physicam, Logicam. Vide ergo num hoc loco et vox *dialectica* et *intellectualis* a mala et glossatoris manu sint, et legendum sit *Naturalis ab Heracliteis, a Pythagoreis Rationalis, atque Moralis ex ipso Socratis fonte.* In has partes ab eo Philosophiam distinctam esse clare disserit noster. *Rationalem* videntur alii vocasse διαλεκτικὴν, alii λογικήν. Hinc Laërtius §. 58. dialogos eos vocat *Physicos, Ethicos, Logicos*, quos Suidas *Physicos, Ethicos, Dialecticos.* Dialecticam Platoni adscribunt multi et ipse Laërtius alibi: unde et *dialectici* κατ' ἐξοχὴν dicti Platonici. ut multis locis docet Menagius. Pro *moralis* Voss. *mortalis.* Pro *atque* MS. Vulc. *et.* [Ex Diogene Laërt. cit. a Colvio legendum *Naturalis ab Herach. intellectualis a Pyth. moralis ab i. S. f.* Ad *intellectualis* autem in marg. aliquis adlevit familiarem magis de hac philosophiae parte vocem *rationalis.* Haec cum in textum irrepsisset, orationi ligandae additum *atque.* Gedike l. c. *Naturalis ab Heracliticis, Intellectualis a Pyth. atque Mor.* etc. — I. B.]

EX IPSO] Harl. Edd. Ald Iunt. post. Colv. *ab.* Abest Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr.

ET]

quasi proprii partus corpus effecit. Et cum principes harum familiarum impolitas sententias et inchoatas auditoribus tradidissent, eas hic, cum ratione limando, tum ad orationis augustae honestissimam speciem induendo, perfectas atque etiam admirabiles fecit. Multi auditorum eius utriusque sexus in philosophia floruerunt. Patrimonium in hortulo, qui Academiae iunctus fuit, et in duobus ministris, et in patera, qua Diis supplicabat, reliquit. Auri tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit. Ceterum tres eius ad Siciliam adven-

ET] Exsulat a Bened. et pro *principes* Edd. Iunt. pr. Ald. *princeps.*

INCHOATAS] Sic MSS. cum Vulcan. et seqq. Priores Edd. *incomtas.* Suet. in Claud. c. 3. *nec absolutum a natura, sed tantum inchoatum.*

RATIONE] Sic rursus bene MSS. et Edd. Vulc. ac seqq. Antea *oratione* quo fit, ut bis idem diceretur.

TUM ETIAM] Male hic τὸ *etiam* intrusit e suo cod. Vulc. quae vocula mox sequitur. Abest a MSS. reliquis et Edd. prioribus rectius, quare deleatur.

INDUENDO] alii, *inducendo.* Basil. Ald. et Rom. *deducendo.* ELMENH. Sic MS. unus Lindenbr. Fulv. Voss. Harl. et Vulc. cum Edd. Elm. etc. in Edd. prioribus est *deducendo.* MSS. Thuan. Bened. *inducendo.* de quo vide ad Met. L. V. p. 375, b. quod tamen hic non placet.

AUDITORUM] Bened. *auditores.* [Olympiod. vita Plat. Πολλοὺς πάνυ πρὸς μάθησιν ἀφείλκετο, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ἀνδρείῳ σχήματι παρασκευάζων ἀκροᾶσθαι αὐτοῦ. Gedike d. l. — I. B.]

HORTULO] Vide Laërtium p. 211. ELMENH. Harl. *ortulo.*

MINISTRIS] alii, *ministeriis.* Seneca consolatione ad Helviam cap. 12. tres ipsi ministros, Laërt. p. 212. quatuor adscribit, *Tychonem, Bictam, Apolloniadem* et *Dionysium.* ELMENH. Ed. Scal. *ministeriis.* bene, si e membranis. Sed aliter MSS. Sarisb. et Edd. licet Heins. scribat, sic in MSS. nonnullis exstare. Vid. Advers. p. 766.

ET IN PATERA etc.] Paulo plura tamen reliquisse probat eius testamentum a Laërtio relatum, quo legat Adimanto filio suo fundum ἐν Ἡφαιστιάδων et fundum ἐν Ἐροιάδων (sic enim legendum monuit Casaubonus) argenti minas tres, argenteam phialam drachmarum CLXV, cymbium drachmarum XLV, annulum aureum et inaurem auream, ambo drachmas quatuor et tres obolos pendentia, praeterea minas tres sibi ab Euclide Lapicida debitas, servos quatuor, supellectilem et vasa scripta, quorum haberet exemplar Demetrius. FLORID. Pro *qua* Bened. *que.*

IN AURICULA] Notandus hic Graeciae mos, quem paullo aliter tradidit, si bene, Isidorus Originum lib. XIX. cap. 31. *Inaures*, inquit, *ab aurium foraminibus nuncupatae, quibus pretiosa genera lapidum dependuntur. Harum usus in Graecia. puellae utraque aure: pueri tantum dextra gerebant.* COLV. Nonnulli libri: *oricilla.* At minus protritum, insigne nobilitatis Atheniensibus inaures. De cicadis potius ceperim. Nam iis aureis Athenienses religatos complicasse crines ad indicium nobilitatis, seu ut sese indigenas probarent, vulgatum est. Tantum ergo auri reliquerit Plato, quantum puer in cicada gestaverat. At ea non in auricula, sed capite. Nisi Plato dependulos crines pone aurem religaverat. Vellem tamen viro erudito non periisset laciniosae orationis inanis labor, qua persuadere conatus legendum: *fronticula*; non, *auricula.* Nam Platoni ob inauris gestationem pertusas fuisse aures Sexto Philosopho auctore didicimus. Verba eius lib. adversus Mathematicos: *Ergo nec quae ad personas et res gestas pertinent describendas recitare artificiosum: ut, exempli gratia, quod Plato Philosophus prius vocabatur Aristocles: et quod auris ei perforata gestanti inaurem quando erat adolescens.* WOWER. Huiusmodi inaures quasi nobilitatis insigne ἐλευθέρια vocantur a Graecis, ut in vett. libb. legi. Pollux p. 89. et Laërt. p. 211. ἐνώτιον χρυσοῦν appellat. Isidor. Orig. lib. 19. cap. 31. *Inaures* etc. ELMENH. De cicada in crinibus propendulis adi Perizon. ad Aelian. L. IV. V. H. c. 22. Nescio autem, quid sibi velit hic Wower. nam et ipse videtur de cicada capere, ut Plato dependulos crines pone aurem religaverit. Nihilominus e Sexto Empir. adversus Mathem. cap. 12. discere nos ait Platoni aures fuisse pertusas. Neque hoc accurate. Sextus de una Platonis aure loquitur ἐτέτρητο τὸ οὖς, ἐλλόβιον φορήσας, ὅτ' ἦν μειρακίσκος. atque utramque aurem perforatam habere erat hominum mollium, ut Lydorum. Vide Xenoph. p. 297. Suid. τὰ ὦτα. Laërtius quoque docet, eum inter alia legasse filio Adimanto ἐνώτιον χρυσοῦν §. 42. Pueri scilicet nobiles gerebant in aure dextra ἐνώτιον ἐλευθέρειον. Vide Elmenh. qui notam suam conflavit ex Colvii et marginalibus Lindenbrogii animadversionibus.

TRES

ventus mali quidam carpunt, diversis opinionibus disserentes. Sed ille primo 571.
historiae gratia, ut naturam Aetnae, et incendia concavi montis intelligeret: secundo, petitu Dionysii, ut Syracusanis adsisteret, profectus est, et ut municipales leges eius provinciae addisceret. Tertius eius adventus fugientem Dionem, impetrata a Dionysio venia, patriae suae reddidit. Quae autem consulta, quae *δογματα* Graece licet dici, ad utilitatem hominum, vivendique et intelligendi et loquendi rationem extulerit, hinc ordiemur. Nam quoniam tres partes philosophiae congruere inter se primus obtinuit, nos quoque separatim dicemus de singulis, a naturali philosophia facientes exordium. Initia rerum esse tria arbitra-

TRES EIUS AD SIC. ADV.] Themistius Orat. IV. *Πλάτωνος δὲ οὐ μέχρι νῦν καταβοῶσιν ὡς τρὶς πλεύσαντος εἰς Σικελίαν ἐπὶ χρήμασι καὶ τραπέζῃ.* Idem Diogenes. COLV. ELMENH. Plato Epist. VII. ad Dionis propinquos. Laërtius pag. 179. Photius Biblioth. 679. Tzezes Chil. hist. XI. hist. 361. ELMENH. Abest *eius* a Bened. Voss. et Harl.

MALI QUIDAM CARPUNT] Plane. Emendabis Tertullianum: *Aristoteles tam turpiter Alexandro regendo potius adulatur, quam Plato a Dionysio ventris gratia venditatur.* Scribe: *quam Plato Dionysio.* Sed de huiusmodi ad Tertull. WOWER. Harl. Voss *quidem.*

DISSERENTES] *differentes* lego. BRANT. Leid. et Rom. *dissentientes.* ELMENH.

HISTORIAE GRATIA, UT NAT. A. etc.] Laërt. *πρῶτον μὲν κατὰ θέαν τῆς νήσου καὶ κρατήρων.* Historiae gratia, ita dictum accipio tanquam si de ea regione commentaturus, historiam scripturus esset. Non absimile Plautinum Menaechmis: *In scirpo nodum quaeris. quin nos hinc domum Redimus? nisi si historiam scripturi sumus.* Erat servus cum domino suo peregri, in Sicilia. Quid hic, inquit, tam diu moramur, more illorum qui ideo regiones exteras visunt, ut earum situm, naturam describant: de iis historiam scribant. Non videtur hunc locum percepisse Salisber. dum scribit: *Sed primo ut historiam Naturae cerneret in Aetna, et incendiorum intelligeret rationem:* nec vir alioquin doctus, Isaäcius Hortibonus ad Diogenem. COLV. Scilicet ut ipsa *αὐτοψίᾳ* disceret naturam Aetnae. ELMENH. *ἱστορίας* seu naturalis cognitionis et *αὐτοψίας* gratia; Graeco more, ut egregie docet Casaub. ad Laërt. §. 18. quem male carpit Colvius, exponens ridicule *ut historiam scriberet Aetnae.* Rectius Sarisb. Adde Perizon. ad Aelian. L. IV. V. H. cap. 19. *τὴν ἱστορίαν τῶν ζώων.* Passim Graecissare auctorem quis nescit?

PROFECTUS EST] Exsulat *est* ab Harl. et Voss.

LEGES EIUS] Voss. *eius leges eus.*

ADDISCERET] Vulgo, *disceret.* ELMENH. Sic Elm. et seqq. e Florent. Reliqui MSS. cum Sarisber. *disceret.* L. Holsten. legit *leges ei provinciae scisceret* ex Laërtio et Platone Ep. 3, 7, 8. Mox Bened. *ipsum Dionem fugientem.*

REDDIDIT] Si Laërtio fides, tantum *reddere voluit* et conatus est, sed res non successit. Et sane sic saepe auctores loquuntur. Vide ad Frontin. Noster L. I. Met. p. 16. ed. Pric. *litteras ei reddo*, pro, *reddere volo.* At Aelian. cum nostro facit L. III. V. H. c. 17.

DOGMATA] Vide Cic. lib. 4. Acad. Quaest. Senecam Epist. 95. Notas nostras ad Gennadium cap. I. ELMENH.

VIVENDIQUE] Excerpta Puteani et Batav. *videndique.* ELMENH. MSS. praeter Voss. *videndique.* male. Pro *et loq.* Harl. Bened. Voss. *ac loq.*

EXTULERIT] Bened. *ediderit* e glossa. Sic etiam Graeci *ἐκφέρειν λόγους, δείγματα* etc. Vide Steph. Thes. Latini quoque de fructibus et hominibus editis *efferri* dicunt. Vide comment. ad Cicer. L. I. de Off. c. 15. *agri fertiles multo plus* efferunt. Virg. L. II. Georg. 167. *Haec genus acre virum Marsos pubemque Sabellam* Extulit. Phaedr. L. II in f. *sinistra quos natura* extulit.

TRES PARTES PHIL.] Laërt. p. 120. *τῆς φιλοσοφίας ὁ λόγος πρότερον μὲν ἦν μονοειδὴς, ὡς ὁ φυσικὸς, δεύτερον δὲ ὁ Σωκράτης προσέθηκε τὸν ἠθικὸν, τρίτον δὲ Πλάτων τὸν διαλεκτικὸν, καὶ ἐτελεσιούργησε τὴν φιλοσοφίαν.* Eusebius de praepar. Euang. lib. XI. c. 1. Theodoretus contra Graecos Serm. IV. p. 57. Augustin. de Civ. Dei VIII. 4. ELMENH.

OBTINUIT] Quidsi legas, *sobstinuit*, id est, *sustinuit?* COLV. Prave. *obtinuit* enim notat pro certo adfirmavit et statuit. L. VII. Met. *sed* obtinuit *alius.* init Apol. *certus equidem eram, proque vero* obtinebam.

INITIA RERUM ESSE TRIA] Chalcid. in Plat. Timaeum p. 408. *Sunt initia Deus et silva et exemplum.* Plutarch. de plac. Philosoph. I, 3. fol. 878. *Σωκράτης Σωφρονίσκου Ἀθηναῖος, καὶ Πλάτων Ἀρίστωνος Ἀθηναῖος· αἱ γὰρ αὐταὶ περὶ παντὸς ἑκατέρου δόξαι· τρεῖς ἀρχὰς, τὸν θεὸν καὶ ὕλην, τὴν ἰδέαν.* Errat igitur Diogenes Laërt.

tratur Plato: Deum, et Materiam, rerumque Formas, quas ἰδέας idem vocat, in-
572. absolutas, informes, nulla specie nec qualitatis significatione distinctas. Sed haec de Deo sentit, quod sit incorporeus. Is unus, ait, ἀπερίμετρος, rerumque genitor, rerumque omnium exornator, beatus et beatificus, optimus, nihil indigens, ipse conferens cuncta. Quem quidem coelestem pronunciat, indictum, innominabilem, et ut ait ipse, ἄῤῥητον, ἀκατωνόμαστον: cuius naturam invenire dif-

Laërt. l. 3. p. 228. dum *duo saltem principia* θεὸν καὶ ὕλην Platonem statuisse scribit; quae Stoicorum sententia propria, ut observat Lipsius Phys. Stoic. lib. 2. dissert. 4. ELMENH. [*Facile tamen iste dissensus de numero principiorum Platonicorum tolli potest. Si de primis sibique oppositis principiis sermo est, duo erant, Deus, et materia; tria vero, si ideas, causam quasi instrumentalem et exemplarem addas. Sed quum hoc tertium principium non sit absolutum, sed a causa efficienti pendeat, quippe inhaerens menti divinae, non commode satis addi potest duobis illis principiis, quibus aequalem aeternitatem tribuit, Deo atque Materiae. Si tamen omnia, quae Plato ad huius universi ortum requirebat, pro principiis habeamus, omnino audiendus est Cyrillus contra Iulian.* I, 2, *qui quatuor illius numerat principia, addens nempe animam mundi.* Verba sunt Gedikii dicto lib. II, 3. §. XI. N. 28. quae hic non omittenda putavi. — I. B.]

ARBITRATUR] MS. Florent. et inde Elmenh. etc. dant *arbitrabatur*. ut Laërtius ἀπέφηνε §.69. Sed MSS. reliqui *arbitratur* retinent. et sic seqq. in praesenti *vocat* (ubi tamen Bened. habet *vocavit*) *pronunciat*, *commemorat* etc. quare *arbitratur* revocavi.

IDEAS] De quibus illi instituta dissertatio dialogo cui index, Parmenides. COLV.

NULLA SPECIE] pro *speciei*. Vide Agel. lib. IX. cap. 14. BRANT. *Nulla sp. nec* MSS. Florent. Fulv. Voss. Bened. Harl. Edd. Elm. etc. quare id retinui. Alii *n. sp. vel* quo sensu *specie* foret Genitivus. Vide Brantium et nos supra.

SED HAEC DE DEO] Vide ibidem. Verba hic Platonis non promo, quia ea nimis multa; etsi id in aliis locis facere instituerim, non omnibus tamen. quae Platonicae Philosophiae studiosis aliis indaganda reliquimus: nec nisi ubi nostri scriptoris vel loci difficultas vel corruptio id requirere visa, Divum illum Philosophum in medium adduci necessarium duximus. Sed et aliquando ea conferre voluimus quae verbatim paene huc illinc translata. ut id quod sequitur. COLV. Vide Alcinoum de doctr. Platon. cap. X. Maxim. Tyr. dissert. I. ELMENH.

QUOD] Bened. *quia*. Ed. Iunt. post. *incorporeus is unus, et, ut ait,*

'Απερίμετρος] Flor. ἐπίμετρος *rerumque g.* Leid. ἀπίμετρος. Aldus, ἀπηρίμετρος. ELMENH. Harl. Leid. *apimetros*. Colv. Wow. *aperimetros*. Vide Haseum Hist. Crit. T. 14. p. 185.

RERUMQUE GENITOR, OMNIUM EXTORTOR] Non violentus quidem, sed suavis qui *non necessitate, sed cupiditate ad se rapiat*, ut ex Platonis convivio colligitur. ad quod vide Marsilii Ficini commentarium. FLORID. Haec taciti Elmenhorstii et seqq. est lectio e Cod. Florent. cum ante Wower. ederetur *genitor rerumque omnium extortor*. Ipse Wow. edidit *rerumque omnium genitor*, exclusa voce *extortor*. At MSS. Ben. Voss. Harl. omnino bene *rerumque genitor*, *rerumque omnium ext.* At quid sit *extortor* fateor me nescire. nam inepte interpretatur Floridus *trahens placide ad se cuncta*, sine idoneo sensu. Plato docuit Deum esse genitorem reliquorum Deorum (vide in Timaeo p. 1054.) et omnium rerum *opificem*, *facitatorem*, *patrem*, *fabricatorem*, *aedificatorem* (nostro p. 577, 578.) ut passim Cicero, et omnes Christiani scriptores vertunt Platonica τὸν ποιητὴν καὶ τὸν πατέρα πάντος p. 1047. Quare amplector fere coniecturam viri docti in marg. Iunt. post *extructor*. Immo hoc auctor ipse innuere videtur cum p. 584. de hoc Deo dicat *quem patrem* et architectum *huius divini orbis superius ostendimus*. In Harlem. *exortor*. Potestne *extortor* notare eum, qui *excudit* seu *exclusit*, id est fabricavit opus? Lips. adscripsit *exorditor*. sed sine auctoritate. [Renatus Vallinus ad Boëth. L. III. Consol. Phil. p. 52. ex vet. cod. legit *exortor* ut est etiam in Harlem. Sed hoc, si probari posset, idem notaret ac *genitor*, quod idem fere dicendum de τῷ *extructor*. hoc tamen, si esset in Codd. recipiendum ducerem. Iam cum in iis *extortor* et *exortor* legatur, amplector coniecturam V. Cl. Lennepii, *exornator*. uti passim a Platone κόσμος κάλλιστος a Deo conditus celebratur. *Extortor* sane ferendum non est. — I. B.]

PRONUNCIAT] Sic bene Florent. Voss. Bened. Edd. Wow. Elm. etc. Al. *pronunciant*.

ET UT AIT] Abest *et* ab Ed. Ald.

"Αῤῥητον ἀκατωνόμαστον] Flor. Fulvii liber, Excerpt. Puteani et Bas. 2. ἀόρατον, ἀδάμαστον. Aldus, οὐράνιον, ἀμύθητον καὶ ἄῤῥη-

difficile est; si inventa sit, in multos eam enunciari non posse. Platonis haec verba sunt: θεὸν εὑρεῖν τε ἔργον, εὑρόντα δὲ εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν ἀδύνατον. Materiam vero inprocreabilem incorruptamque commemorat, non ignem, neque aquam, nec aliud de principiis et absolutis elementis esse: sed ex omnibus primam figurarum capacem, factionique subiectam: adhuc rudem, et figurationis qua-

ῥητον. ELMENH. Haec finxerunt, ut videtur, primi editores, e praecedentibus vocibus *indictum*, *innominabilem*. nam et hinc Aldus fecit addens *coelestem* οὐράνιον, ἀμύθητον καὶ ἄῤῥητον. sine dubio, quia in illorum Codd. Graeca non aderant. Si respicit auctor praecedentia Latina, et ea ipsis Platonis verbis exprimere voluit, placeret magis ἄῤῥητον, ἀσώματον i. e. indictum, incorporeum. sic enim saepe Plato. Vide Laërt. et Cic. de Nat. De. L. I, c. 12. ubi Bouhier. legit ἀκατονόμαστον. Sed MSS. Florent. Fulv. Voss. Leid. Putean. Bened. Harl. Vulc. Edd. Iunt. post. Bas. sec. ἀόρατον, ἀδάμαστον, invisum, invictum. unde suspicor etiam Latinum *indictum* corruptum pro *invictum*, et Graecum ἄῤῥητον abiisse in ἀόρατον. Legendum ergo foret *invictum*, *innominabilem*, i. e. ἄῤῥητον, ἀδάμαστον.

CUIUS NAT. INV.] Timaeo: Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. COLV.

PLATONIS] Abest a Bened.

Θεὸν εὑρεῖν μὲν οὐ ῥᾴδιον, νοῆσαι δὲ ἀδύνατον, *id est*, *Deum quidem invenisse haud facile est. intellexisse autem impossibile*] In Manuscripto alia Platonis verba citantur, nimirum, θεὸν εὑρεῖν τε ἔργον, εὑρόντα γε εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν ἀδύνατον. *Materiam vero* etc. Sic Cicero in Timaeo: *Atque illum quidem quasi parentem universitatis invenire difficile, et cum iam inveneris, indicare in vulgus nefas.* Et Tertullian. Apolog. *Licet Plato affirmet, factitatorem universitatis neque inveniri facilem, et inventum, enarrari in omnes difficilem.* SCIOPP. *in Symb.* In Romano, Aldo et Basil. I. Graeca verba ita leguntur: Θεὸν εὑρεῖν μὲν οὐ ῥᾴδιον, νοῆσαι δὲ ἀδύνατον. Vide Platonem in Timaeo, Proclum in Platonis Theologiam p. 198 et 275. et Notata ad Minutium fol. 20. ELMENH. Θεὸν εὑρεῖν τε ἔργον, εὑρόντα δὲ εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν ἀδύνατον] Sic edidit primus Scal. sive Vulc. Ed. sec. atque ita Voss. aliique MSS. ut videtur: et sane ita Plato in Timaeo p. 1047. nisi quod ibi exhibeatur καὶ εὑρόντα εἰς πολλοὺς ἀδύνατον λέγειν. In MSS. Fulv. et Voss. hic εὑρόντα γε. In Edd. autem vett. varie haec concipiuntur. Nam in Edd. (non MSS. ut credit Hasaeus Hist. Crit. T. 14. p. 187.) Rom. Vic. Bas. pr. Colv. Vulc. pr. Wow. θεὸν μὲν εὑρεῖν οὐ ῥᾴδιον, νοῆσαι δὲ ἀδύνατον. (probante eodem Hasaeo) at Ald. et Iunt. post. γνῶναι δὲ ἀδύνατον. sine dubio male, et modo conceptum e Latinis, quae in meis MSS. non comparent et recte Scal. ac seqq. abiecerunt, cum contra Graeca desunt in Ed. Iunt. pr. Vide Elmenh. ad Minuc. Fel. c. 19. Platoni itaque in Timaeo *Deus est ipse sine nomine mundi parens, artifex animae, coelestium terrenorumque fabricator, quem et* invenire difficile *prae nimia et incredibili potestate, et* cum inveneris, in publicum dicere inpossibile *praefatur.* Noster in Apol. p. 509. ed. Flor. *paucis cogitabilis, nemini effabilis.* Adde et Ciceron. in Timaeo, et Augustin. I. Sarisber. etc.

MATERIAM VERO] Timaeo: Διὸ τὴν τοῦ γεγονότος ὁρατοῦ καὶ πάντος αἰσθητοῦ μητέρα καὶ ὑποδοχὴν, μήτε γῆν, μήτε ἀέρα, μήτε πῦρ, μήτε ὕδωρ λέγομεν, μήτε ὅσα ἐκ τούτων, μήτε ἐξ ὧν ταῦτα γέγονεν, ἀλλ᾽ ἀόρατον εἶδος τι καὶ ἄμορφον, πανδεχές. etc. COLV. ELMENH.

INPROCR. INCORR.] Bened. *inprobab. non corr.* et mox *aqua ne* pro *aquam nec.*

ET ABSOL.] Abest copula Edd. ante Colv.

FIGURARUM CAP.] Bened. *figuram cap. esse.*

FACTIONIQUE SUBI.] Platonis verba auctor recensuit de materia Dei. quid si verius esse dicam scribendum? *fictionique subiectam.* STEWECH. Stewechio adstipulatur Alcinous de doctr. Plat. cap. 8. καὶ πρῶτον γε περὶ ὕλης λέγωμεν. Ταύτην τοίνυν ἐκμαγεῖον τε καὶ πανδεχὲς, καὶ τιθήνην, καὶ μητέρα, καὶ χώραν ὀνομάζει, καὶ ὑποκείμενον ἁπτόν τε μετὰ ἀναισθησίας καὶ νόθῳ λογισμῷ ληπτόν. ἰδιότητα δὲ ἔχειν τοιαύτην, ὥστε πᾶσαν γένεσιν ὑποδέχεσθαι, τιθήνης λόγον ἐπέχουσαν τῷ φέρειν αὐτάς, καὶ ἀναδέχεσθαι μὲν αὐτὴν πάντα τὰ εἴδη, αὐτὴν ἄμορφόν τε ὑπάρχειν καὶ ἄποιον, καὶ ἀνείδεον. Sed mihi quoque rectum videtur *factioni.* Plato enim Deum ubique δημιουργὸν, ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦ ὅλου appellat, cumque ait ποιεῖν, δημιουργεῖν, τεκταίνεσθαι, ἀπεργάζεσθαι, μηχανᾶσθαι, Sic Deum *factorem* in Symbolo Trinitatis sive regula fidei (sic enim Tertull. de praescript. advers. haereticos cap. 13. et contra Praxean cap. 11. illud vocat) Sancta Ecclesia confitetur. et a *factura corporis* faciem dici author est Nonius. Deus igitur factor materiae faciem sive τὸ εἶδος inducit, et Chalcidius sylvam sic definit,

qualitate viduatam, Deus artifex conformat universam. Infinitam vero idcirco, quod ei sit interminata magnitudo. Nam quod infinitum est, indistinctam magnitudinis habet finem. atque ideo, cum viduata sit fine, infinibilis recte videri
573. potest. Sed neque corpoream, neque sane incorpoream esse concedit. Ideo autem non putat corpus, quod omne corpus specie qualicunque non careat. Sine corpore vero esse, non potest dicere, quia nihil incorporale corpus exhibeat: sed vi et ratione sibi eam videri corpoream, atque ideo nec actu solo, neque tamen sola opinione cogitationis intelligi. Namque corpora, propter insignem evidentiam sui, simili iudicio cognosci. Sed quae substantiam non habent corpoream, cogitationibus ea videri. unde adulterata opinione, ambiguam materiae huius intelligi qualitatem. *ἰδέας* vero, id est, formas omnium simplices et aeternas esse, nec corporales tamen: esse autem ex iis, quae Deus sumserit, exempla rerum, quae sunt, eruntve: nec posse amplius, quam singularum spe-

nit, ex qua prima fit, quod gignitur. idem pag. 417. *Deum primitus operari et facere.* et pag. seq. *Sylvam, corpus, mundumque factum effectu opificis, atque operatione, eidemque opportunitatem inesse vultus induendi* (corrupte enim legitur *intuendi*). Elmenh. Bene Elm.

Universam] Quidam libri et pauciores, *universa.* Colv. Voss. Vulc. Edd. ante Colv. *universa.* [Ed. Bip. nescio unde, habet *diversam.* — I. B.]

Quod ei sit] Alii, *quod Dei sit.* Elmenh. Bened. *quia ei sit.* Harl. *quod sit ei.* Fulv. *quod dei sit.* male. Voss. *interminator.*

Indistinctum finem] MSS. Voss. Vulc. Bened. *indistinctam.* Bene. passim apud optimos scriptores *finis* etiam in femin. gen. adhibetur. Adi Victor. ad Cicer. X. ad Fam. 32. Heins. et Burm. ad Ovid. Art. Am. I, 282. et ad Virg. III. Aen. 145, et alibi. Immo noster ipse L. IV. Met. p. 66. ed. Pric. *totius viae finis quieta.* Rursus MSS. in L. de Mundo p. 731. ed. Flor. *per varias fines.* Ita et MS. Voss. sed recentior Ausonii in Gripho vs. 6. *Quaeque novem novies fati tenet ultima finis.* et alibi apud eundem, ut in f. Technop. *quae finis, quis modus, et calx.* et Ed. 18, 9. *Hae cohibent fines.* sic enim, vel *haec cohibet finis* ex MS. vetustissimo leg. In Stat. MS. Achill. I, 98. est etiam *fines* pro *terras.*

Neque sane] Flor *sed sane.* Chalcid. in Platonis Timaeum p. 416. *Quibus ita decursis, sequitur, ut, an corpus sylva sit, consideremus. Neque corpus, neque incorporeum quiddam posse dici simpliciter puto; sed tam corpus, quam incorporeum possibilitate.* Vide Alcinoum cap. 8. ad Laërtium p. 125. Elmenh. Voss. Bened. cum Florent. *sed sane.* Harl. *sed ne sane.* Bene. *ne* pro *ne quidem*, ut passim. V. Ind. Not. Alioquin scribe *sed nec sane.*

Esse concedit] Harl. Bened. Voss. *conc. esse.* Forsan τὸ *esse* inducendum.

Quod] Bened. *quia.* contra paulo post pro *quia* Voss. *quod.*

Vi] Ed. Iunt. pr. *ut.* et pro *sibi eam* MS. Vulc. *secunda.*

Opinione cognitionis] MS. *op. cogitationis.* Sic paullo post: *sed quae substantiam non habent corpoream, ea cogitationibus videri.* Sciopp. *in Symb.* Wower. Rom. edit. *cognitionis*, male. Sic paulo post, *cogitationibus videri.* Elmenh. Bened. *cogit. opinioni.* Edd. ante Scalig. *cognitionis.* male et contra MSS. ut viderunt Sciopp. et Wow.

Namque corp.] Recte Manus. *namque corpora.* Sciopp. *in Symb.* Wower. Vulgo, *namque corporea.* Elmenh. Fulviano Codici accedunt Florent. Voss. Bened. Harl. Vulc. In Edd. ante Wower. *corporea.* quod eodem redit. Malim tamen MSS. sequi.

Sui] Abest Bened.

Corpoream cog. ea vid.] Harl. Voss. Bened. Vulc. *corporum ea cog. vid.* Bene.

Adultera op.] Flor. *adulterata op.* *νόθῳ λογισμῷ.* Elmenh. imo sola Ed. Scal. habet *adultera.* Mox Edd. vett. inverso ordine *huius materiae.*

Ideas] Vid. Laërtium p. 194 et seqq. Plat. *Parmenide.* Alcinoum cap. 9. Eustrat. ad prim. Ethicorum cap. 6. Chalcid. p. 431. Elmenh.

Corporales tamen esse autem] Lege cum Florentino, *c. esse tamen ex iis.* Elmenh. Lege iuxta MS. Thuanum: *nec corporales tamen. Esse autem ex his, quae Deus sumserit* etc. planiore multo sensu. Florid. *corp. tamen: esse autem ex*] Sic MSS. plurimi et Edd. Elmenhorstio priores, qui cum seqq. edidit *nec corp. esse; tamen ex iis.* Male. saltem distinguere debuisset, *nec corporales: esse tamen.* et forsan sic legendum.

speciorum singulas imagines in exemplaribus inveniri: gignentiumque omnium, ad instar cerae, formas et figurationes ex illa exemplorum impressione signari. *Οὐσίας*, quas essentias dicimus, duas esse, ait: per quas cuncta gignantur, 574.
mundusque ipse. quarum una, cogitatione sola concipitur: altera, sensibus subiici potest. Sed illa, quae mentis oculis comprehenditur, semper et eodem modo, et sui par ac similis invenitur, et quae vere sit. At enim altera opinione sensibili et irrationabili aestimanda est, quam nasci et interire ait. Et, sicut superior vere esse memoratur, hanc non esse vere, possumus dicere. Et primae quidem substantiae vel essentiae primum Deum esse, et materiem, formasque rerum, et animam: secundae substantiae, omnia quae informantur, quaeque

dum. nam abest *autem* a Florent. et in Bened. exaratur *tamen esset aut ex.*

GIGNENTIUMQ.] *Gignentia*, genita. ELMENH. *in Ind.* Observa passive seu potius neutraliter sumptum pro *nascentium*. FLORID. Recte. Sic de Mundo p. 736. *pars* gignentium, *alia adolescentium*, *cetera occidentium vices sustinent.* Adi omnino Wass. et Cort. ad Sall. B. Iug. c. 79. *loca aequalia et nuda* gignentium. Aliter facile quis coniicere posset *entiumque*, sive ὄντων. de quo participio vide ad Met. L. III. p. 196, b.

AD INSTAR CERAE] Chalcid. p. 408. *Ex natura quidem propria primam materiam nuncupans, et item simile quiddam mollis cedentisque materiae, in quam inprimuntur signacula rerum, et receptaculum et interdum matrem atque nutriculam totius generationis.* ELMENH.

FIGURATIONES] Male Edd. ante Vulcan. contra MSS. et sensum *significationes.*

EXEMPLORUM INPRESS.] τὸ *exemplorum* non est in Florentino. ELMENH. perperam. Eaedem Edd. contra hic *figuratione.* p. 574. *signari impressione formarum.*

Τὰς οὐσίας] Maximus Tyr. diss. I. p. 7. τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ δύο ὀργάνων ὄντων, πρὸς σύνεσιν, τοῦ μὲν ἁπλοῦ, ὃν καλοῦμεν νοῦν. τοῦ δὲ ποικίλου καὶ πολυμεροῦς, καὶ πολυτρόπου, ἃς αἰσθήσεις καλοῦμεν· συνῆπται μὲν αὐτῶν ἡ ἐργασία· κεχώρισται δὲ ἡ οὐσία· ὡς δὲ ταῦτα πρὸς ἄλληλα ἔχει, οὕτω κἀκεῖνα, ὧν ἐστι ταῦτα ὄργανα. Per *duplex intelligendi* organon duplicem essentiam probat. idcirco et ipse Plato τὸν φυσικὸν τῆς φιλοσοφίας λόγον dividit εἴς τε τὴν τῶν αἰσθητῶν θεωρίαν. καὶ τὴν τῶν ἀσωμάτων κατανόησιν. ut est apud Euseb. de praepar. Euang. lib. 10. cap. 1. Hanceque divisionem ab Epicharmo transtulisse Platonem Alcimus Philosophus autor est apud Laërtium et Hesychium in vita Platonis. ELMENH. Harl. Bened. Voss. non agnoscunt τὰς. bene. Sic supra ἰδέας, non τὰς ἰδέας.

SENSIBUS SUBIICI] Voss. *sensus subici.*

SUI PAR AC SIM.] Sic MSS. plerique cum Vulcan. et seqq. sed in Bened. Voss. et Edd. prioribus *sui par ac sui similis.* Perinde est. Colv. Ed. *et sui sim.*

ET QUAE VERE SIT] Ita Florent. Voss. Harl. Bened. Edd. Elm. etc. In ceteris *ut quae vere sit.* Iunt. post. *verae.*

AT ENIM] Sic MSS. et Edd. Iunt. Bas. sec. Vulc. etc. Reliquae *Etenim.* Male. opponit hanc οὐσίαν alteri.

ET SICUT] Abest *et* a Bened. *sic* Edd. Vic. Bas.

NON ESSE VERE, POSS.] Non recte satis sine distinctione iungunt *vere poss.* Edd. usque ad Vulc. *vere non esse.* quod non nihil clarius, sed est contra MSS.

PRIMUM DEUM ESSE] Harl. *deum pr.* sine *esse.*

ET MENTEM] Repone ex membranis Thuan. *et materiem:* sic enim habent illae: *matiem.* Ratio patet ex textu ipso: frustra enim mox repeteret *et animam*, et enumerando principia rerum male omitteret *Materiam.* FLORID. *Animam* et *mentem* promiscue dicit p. 579. Sequor igitur Floridum. praesertim quia ad hanc οὐσίαν videtur referre omnia, quae praemiserat, *Deum* sc. et *Ideas* seu *formas rerum*, adeoque etiam *Materiem.* Vide p. 571. Ceterum vide de hoc loco Mer. Casaub. ad Laërt. §. 77. unde male colligit principia duo statui hic quoque ab Appuleio. Ait auctor *initia rerum esse tria*, *Deum*, *Materiem et Formas*, sed quae omnia sunt unius οὐσίας, quae *cogitatione* tantum percipitur, quibus addit *et animam*, si hoc sanum: nam certe abest a Cod. Bened. Alterius οὐσίας ait esse, quae *sensibus* cognoscuntur, sive omnia, quae *genita* sunt et *formata.*

INFORMANTUR] Lege: *quae inde formantur.* WOWER. Lege cum Wowero *inde formantur.* ELMENH. Revocavi constantem MSS. et Edd. lectionem, quam e coniectura Wowerii eiecit Elmenh. et seqq. reponentes *inde form.* Frustra. *Informari* optime huic loco convenit, nam notat formam aliunde accipere et *originem d[illegible]re*,

que gignuntur, et quae ab substantiae superioris exemplo originem ducunt. quae mutari et converti possunt, labentia, et ad instar fluminum profuga. ad hoc illa, quam dixi, intelligendi substantia quoniam constanti nititur robore, etiam quae de illa disputantur, ratione stabili et fide plena sunt. At huius, quae veluti umbra et imago est superioris, rationes quoque et verba, quae de ea disputantur, inconstanti sunt disciplina. Initium omnium corporum materiam
575. esse memoravit. hanc et signari impressione formarum. Hinc prima elementa esse progenita, Ignem et Aquam, Terram et Aëra. Quae si elementa sunt, simplicia esse debent, neque ad instar syllabarum nexu mutuo copulari. Quod istis evenit, quarum substantia multimoda potestatum coitione conficitur. Quae cum inordinata, permixtaque essent, ab illo aedificatore mundi Deo ad ordinem numeris et mensuris in ambitum deducta sunt. Haec e plurimis elementis ad

cum mutari et converti possit, ut haec descripsit auctor. Sic Virg. L. VIII. Aen. vs. 426. informatum *fulmen.* et paulo post: informant *clypeum.* ubi vide comm.

QUAEQUE] Bened. *quae.*

ADHOC ILLA] Pessime ante Floridum (quem miror ne verbulo quidem de sua distinctione monuisse; nisi sit, quod alii eius honorem inviderent, et suum inventum iactare non ausus fuerit) haec iungebantur priori voci *profuga*, et post *substantia* ponebatur maior distinctio, cum illa sit nominativus verbi *nititur*. Vidit id et monuit Mer. Casaub. ad Laërt. d. l. et Vulcanius calamo ad marginem Ed. Colv. sic distinxit. Ceterum *adhaec* ibidem legit Casaub. atque Elm. in add. et edidit Scriv. sic p. 577. adhaec *adtributa est ei perpetua iuventa.* Malim tamen *adhoc* cum Lipsio. Vide omnino ad Met. L. V. p. 354, a. nam ibi in MSS. et Edd. eadem confusio. Pro *quam* Bened. *qua.*

ETIAM] Sic recte e Florent. Cod. edidit Elm. et seqq. Accedunt MSS. Fulv. Voss. et Harl. Vulgo *et* cum MS. Bened. quae vocula fecit hunc locum obscuriorem, qui nunc est clarissimus.

DE ILLA] Sic Florent. et Edd. Elm. etc. MSS. et Edd. reliqui *de ea.*

HUIUS] Sic Florent. Voss. Bened. aliique et pleraeque Edd. at *eius* Harl. Vulc. Edd. Vulc. Scal. Wow.

INCONSTANTI SUNT DISCIPLINA] Modius noster *inconstantis sunt disciplinae.* COLV. Bene. ELMENH. Nescio cur; nam utrumque aeque probum est. Nihilominus *inconstantis disciplinae* edidere Scriv. et Flor. Male et contra mentem auctoris *in constanti* olim ediderunt quidam divisim. nam aliud voluisse ex sensu satis patet.

MATERIAM] Fulv. *materiem*, ut supra *materiem formasque rerum.*

TERRAM] Voss. *et terram.* Mox pro *quae* Bened. *qua*, et cum Harl. inverso ordine *debent esse.* tum *syllarum* pro *syllabarum.*

NEQUE ADINSTAR SYLL.] Plato: *προσῆκον αὐτοῖς οὐδ' ὡς ἐν συλλαβῆς εἴδεσι μόνον εἰκότως ὑπὸ τοῦ καὶ βραχὺ φρονοῦντος ἀπεικασθῆναι.* COLV.

QUOD] Sic correxere Lips. et Elm. in Add. atque edidere Scriv. et Flor. consentiente MS. Bened. Recte. Edd. et MSS. reliqui *quae.*

ISTIS QUARUM] Scil. *syllabis*, adlevit margini Cel. Iac. Gronovius. *Rebus* subintelligit Floridus: immo vero *formis.* sic pag. seq. *efficere cubum, quae terrae sit propria*, non *cubus*; quod nomen est dignioris generis; sed *forma εἶδος κυβικόν.* Elm. in Add. *quorum*, ut edidit Scriv.

POTESTATUM COMMIXTIONE] Bas. I. *Comitione.* Unde legit Modius, *coitione.* COLV. Emendabis auctore MS. *potestatum coitione.* WOWER. Flor. et Leid. *potestatum coitione.* ELMENH. Alii *potestate.* Vulc. *potestatem.* Voss. *m. multi potestatem.* Pro *coitione* vero, quod cum Modio primus admisit Vulc. habent vett. Edd. *comitione.* Ald. Iunt. post. Colv. *commixtione.* sed Voss. *comotione*, et *coitione* rectius MSS. ceteri. ut de Mundo p. 719. *nubium* coitiones. monendum tamen, quia non temere repudiandum videtur, in Bened. exarari *potestate in commune.*

ORDINATA] Et sensus et libri scripti auctoritas legendum suadet: *inordinata.* Sequitur enim quod postea demum sint ad ordinem deducta. SCIOPP. *in Symb.* Vere liber scriptus: *inordinata.* WOWER. Vulgo, *inordinata.* inepte. ELMENH. *Ordinata* inepte MS. Bened. et Edd. ante Wower. — Bened. *aedificatione.*

NUMERIS ET MENS] Pleraque huius libri ex praestantissimo illo opere et augustissimo Timaeo petita sunt. Ubi etiam: *Οὕτω δὲ τότε πεφυκότα ταῦτα, πρῶτον διεσχηματίσατο εἴδεσι καὶ ἀριθμοῖς.* COLV. Abest *τὸ et* a Bened.

DEDUCTA] Bened. *diducta.* Voss. *didicta.*

ad unum redacta esse. et ignem quidem et aëra, et aquam habere originem atque principium ex trigono, qui fit trianguli recti non paribus angulis. Terram vero directis quidem angulis, trigonis, et vestigiis paribus esse. Et prioris quidem formae tres species exsistere, pyramidem, octangulam, et vigintiangulam. Sphaeram et pyramidem figuram ignis in se habere, octangulam vero aë- 576.
ris, angulatam vicies sphaeram aquae dicatam esse: aequipedum vero trigonum efficere ex sese quadratum, quadratum vero cubum, quae terrae sit propria. Qua-

E PLURIMIS] In vulgg. *et plurimis.* Unde Elmenh. *e plurimis.* MS. Thuan. *a plurimis.* recte. FLORID. Ego tales Edd. in quibus *et pl.* praeter Scriv. nondum vidi. Harl. quoque *a pl.* Bened. *pluribus.*

ORIGINEM ATQUE] Haec desunt in Edd. ante Vulcan. contra MSS.

TRIGONO] Florent. Harl. Voss. Bened. a m. pr. *trigone.* sic Mart. de pila L. XII. c. 42. *tepidum trigonem.* Nil tamen muto. Videtur librarios offendisse masculinum genus *qui*, pro quo pessime Edd. Ald. Bas. pr. Colv. Vulc. pr. habent *quae*, cum in animo haberent τὸ τρίγωνον; ut hic Graece. Sec noster subintellexit *angulum*, ne nimis repetita vox taediosa esset. Statim *angulis trigonis.* p. 576. *aequipedum trigonum.* Manil. II, 276. *signa trigona.*

FIT] MSS. aliquot et Ed. Scal. *sit.*

QUI FIT ANGULI RECTI, NON PARIBUS ANGULIS. ET PRIORIS QUIDEM etc.] Melior hic et auctior vetus Fulvii codex: *qui fit trianguli recti non paribus angulis: terream vero directis quidem angulis trigonis et vestigiis paribus esse. Et prioris quidem* etc. In Vulcanii editione versu 28, 29 et 30. delenda sunt ista iubente volente ratione et MS. auctoritare: *Et prioris quidem formae tres species* etc. usque ad illa: *non paribus.* Inepte enim bis sunt posita. SCIOPP. *in Symb.* *Vigesies angulam*] Venet. Bas. 2. *viginti angulam.* COLV. *et prioris quidem* etc.] Ad quid haec repetita? ante eadem semel dicta, sufficiebat. Itaque totum illud induxerim: *Et prioris quidem formae tres species existere, Pyramidem octangulam et vigintiangulam.* IDEM. Liber Fulvii: *qui fit trianguli recti non paribus angulis. Terram vero directis quidem angulis et vestigiis paribus esse.* Haec secuti sumus. Nam illa quae vulgo inseruntur, inepte repetita sunt. WOWER. *ex trigono, qui sit trianguli recti non paribus angulis*] Sic Wower. et Scoppius ex Fulvii lib. rescribunt. Flor. *ex trigone, qui sit anguli r. n. p. a.* Excerp. Bat. *q. s. anguli r. n. paribus: terram vero directis quidem angulis trigonis, et vestigiis paribus esse, et prioris quidem formae tres species existere, pyramidem, octangulam, et vigintiangulam sphaeram, et pyramidem figuram ignis in se habere.* Basil. Aldus et Rom. hic inserunt tres versus, *et prioris quidem formae 3 species existere: pyramidem et octangulum, et vigesies angularem sphaeram non paribus*, quos authoritate manuscriptorum codicum, ut superfluos expunximus. Vide Ageil. lib. I. c. 20. Alcinoum cap. 13. Chalcid. p. 80 et seqq. ELMENH. Scal. dedit *angulis rectis non paribus* cum Cod. Bened. A Vulc. MS. etiam abest *angulis.* Edd. priores *anguli recti non paribus angulis* cum Florent. Voss. et Harl. quare omnino placet Wowerii et Scioppii cum seqq. emendatio. Intelligit *Triangularem* formam, cuius lineae tamen et anguli non aequali sunt magnitudine. Vide ipsum Platon. p. 1063. Quae post haec inepte inserebant Edd. ante Scalig. et recte mox sequuntur, delenda esse iam alii monuerunt.

VESTIGIIS] Abest ab Edd. Iuntina sec. prioribus.

ET PRIORIS] Exsulat *et* a Bened.

OCTANGULAM] Errat Appuleius et Platonis ὀκτάεδρον male interpretatur *formam octangulam.* Octaëdrum enim sex tantum habet angulos solidos ex quatuor quemque angulis planis constantes, cum octo habeat superficies triangulares aequilateras. Neque felicius εἰκοσάεδρον interpretatur *vigintiangulam.* Icosaëdrum enim viginti habet superficies triangulares aequilateras, sed duodecim tantum angulos solidos, ex quinque planis angulis quemque constantes. FLORID. Bened. a m. sec. *octogonam.*

ET VIGINTIANGULAM] Bened. caret *et.*

SPHAERAM etc. usque ad VICIES] Desunt Bened.

PYRAMIDEM] Voss. *pyramidam.*

IGNIS] Edd. ante Iunt. post. *ignem* inepte. Vide Laërt. et Plat. in Timaeo.

OCTANGULAM] Harl. *octangulum.*

VICIES] Edd. ante Iunt. post. *vigies.*

TRIGONUM] Fulv. *trigonorum.* Glossa. Bened. *ter enim terni XXVII ter sunt i. e. cubus.*

QUADRATUM VERO] Exsulant a MSS. Flor. Voss. Fulv. Bened. Harl. Eodem fere res redit.

CUBUM] Plato: γῇ μὲν τὸ κυβικὸν εἶδος δῶμεν. COLV. Voss. Harl. Bened. Graeco more *cubon.* Bene.

SIT] Edd. ante Basil. *fit.*

 Py-

Quapropter mobilem pyramidis formam igni dedit, quod eius celeritas agitationi huius videatur esse consimilis. Secundae velocitatis octangula sphaera est. hanc aëri detulit, qui levitate et pernicitate post ignem secundus esset. Vicenalis sphaera est loco tertio. huius forma fluida et volubilis aquae similior est visa.
577. Restat tesserarum figura: quae cum sit immobilis, terrae constantiam non absurde sortita est. Et alia initia inveniri forsitan posse, quae aut Deo nota sunt, vel ei, qui sit Diis amicus. Sed de primis elementis igni et aqua, ceterisque, et illa constare particulatim animalium et inanimantium corpora. Mundumque omnem ex omni aqua, totoque igni, et aëris universitate, cunctaque terra esse factum: et non solum nullam horum partem extra orbem relinqui, sed vim quidem eius extrinsecus inveniri. Haec autem invicem ex se intra se apta

Pyramidis formam igni] Ibidem: *τὸ μὲν τῆς πυραμίδος στερεὸν γεγονὸς εἶδος πυρὸς στοιχεῖον καὶ σπέρμα.* Colv.

Agitationi vid.] Scribe ex veteri cod. *agitationi huius.* Wower. τὸ *huius* adiectum ex Florentinis. Elmenh. Accedunt Harl. Voss. et Bened.

Vicenalis] Flor. *vicinalis.* Rom. et Ald. *vigesialis.* Bas. 1. *vigesimalis.* Elmenh. Harl. *vicinalis.* Bened. *viginalis.* sed suprascr. *vicenalis.* Voss. *vicinialis.* Edd. vett. *vigesialis.* Colv. *vigesimalis.*

Est loco tertio] Harl. Voss. *loco tertio est.*

Fluida] Voss. *fluvida.* ut saepe in MSS. Vide ad Lucan. VI, 89. ubi *fluvidae* edidit Cortius, et ita 2 locis Ovidii vult legi Giphanius, licet apud Lucret. L. II, 463, 465. prima in *fluvidus* sit longa. Plerumque scribarum aberrationem fuisse puto. Adi Drakenb. ad Liv. L. I, 4, 6. cf. Virg. Ge. III, 483. Aen. III, 663.

Volubilis et aq. sim.] Flor. *mobilis, aquae sim.* Elmenh. MS. Thuan. *volubilis.* melius de aqua, et figura illa, quam ei tribuit. et supra, *mobilem pyramidis formam Igni dedit.* Florid. Male Elmenh. e solo Florentino edidit cum sequentibus *mobilis.* e glossa hoc ortum. nam reliquae servant *volubilis.* quod, ut bene vidit Florid. et sphaerae et aquae optime convenit. Vide ad Met. L. II. p. 91, a. *pilae volubilis.* Passim *aquas, saxa volvere* dicitur fluvius. Vide Melae et Ovidii Indic. et Liv. L. XXI. c. 31.

Aquae] Sic MSS. In Edd. ante Elmenh. *et aquae.* Pro *sit* Harl. *fit.*

Terrae substantiam] Lege ex Colvio et MS. Thuano *terrae constantiam.* Florid. Edd. Vulcanio priorum scripturam cum Florido revocavi, auctoritate Codd. Florent. Voss. Harl. Thuan. sive, firmitatem et immobilitatem. Vide Burm. ad Vellei. Paterc. L. II. c. 29. *constantia formae.* Vulc. e suo codice, cui accedit Bened. *substantiam.* sic *hominum substantia* pro, natura. de Phil. Mor. p. 616.

Posse, aut quae] MS. *posse ait, quae. Ait*, scilicet Plato. Sciopp. *in Symb.* Wower. a vulgatis τὸ *ait* male abest. Elmenh. *Ait. quae aut*] Sic Elmenh. et seqq. Wower. ediderat, *ait, aut quae.* Priores carent *ait* cum MSS. male, iudice Elmenh. at si me audis, bene et ex Appuleii stylo: qui hic passim adhibet infinitivum, ubique subintelligens *sentit Plato.* sic supra p. 575. *haec redacta esse.* ut et in seqq. Vide p. 580 in f. etc. p. 581. item p. 586, 587 et in f. item de Phil. Mor. p. 608. ubi MSS. contra constructionem dant *sunt* pro *esse.* ut et p. 628. ubi alii *ait* addidere. Videtur ergo potius supplementum alicuius lectoris, vel natum esse e τῷ *aut.*

Sunt] Voss. Harl. Bened. *sint.*

Sic de primis] Lege ex eodem libr. *sed de pr.* Wower. Flor. *sed de pr.* Elmenh. item Voss. et Harl. In reliquis et Edd. ante Wower. *sic.*

Igni] Bened. Voss. male *igne.*

Et illa] Forte, *et illis:* vel potius, *ex illis.* Colv. Flor. *ex illa.* Elmenh. MS. Thuan. *et illa*, melius. Florid. Colv. cum Scal. Elm. Scriv. *ex illis.* quod bene damnavit Floridus, consentientibus MSS. O. in τοῖς *et illa.*

Totoque igni] Voss. *totaque.* Bened. *totaque ignis.* in quo mox *facta* pro *factum.*

Nullam horum partem] Plato: *μέρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν ὑπολείπων.* Colv.

Nihil quidem eius extr.] MS. *vim quidem eius et extr.* quod impedio placet. Sciopp. *in Symb.* Scribe *sed ne vim quidem eius.* Sic enim Plato: *μέρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν ὑπολείπων.* Florid. Elmenh. ediderat *sed vim quidem eius.* Scriv. *sed quidem eius vim.* et sane *sed vim* habent Flor. Harl. Bened. Voss. Fulv. probante etiam Scioppio. Bene si quidem tunc ἀπὸ κοινοῦ subintelligas τὸ *non.* de quo egi ad Met.

apta et connexa esse. Idcircoque in igne, terra, aqua, et aëre esse situs. Et, sicut ignis aëri cognatione coniungitur, ita humor affinitati terrenae iungatur. Hinc unum esse mundum, in eoque omnia: nec relictum locum, in quo alius, neque elementa superesse, ex quibus alterius mundi corpus possit esse. Ad haec attributa est ei perpetua iuventas, et inviolata valetudo. Eoque nihil praeterea extrinsecus est relictum, quod corrumpere posset eius ingenium. et si superesset, non eum laederet, cum ita apud se ex omni parte compositus atque

Met. L. VI. p. 121. Pric. Edd. autem ante Elmenh. *sed nihil quidem eius.*

Et extrinsecus] Sic recte Florent. Voss. Fulv. Harl. Bened. et Edd. ante Vulcan. qui male cum seqq. delevit τὸ *et.* Intendit significationem pro *etiam*, *vel.*

Ex se et intra se apta] Ita MS. vulgo *ex se apta.* Elmenh. Adde ex vet. cod. *ex se intra se apta.* Deinde: *situm* non *situs.* Wower. MS. Thuan. *ex se inter se*, melius. Florid. *ex se intra se*] Ita omnino hic locus legendus, auctoritate MSStorum omnium, nisi quod in Thuaneo sit *inter.* Prave vero ait Elmenh. in MSS. esse, unde ita cum seqq. edidit, *ex se et intra se.* quod exponit Florid. *extra se et intra se.* Hoc non vult auctor, sed *per se* nexu mutuo intra se esse copulata: atque ita Plato in Timaeo p. 1049. *φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων* etc. et clarius auctor in seqq. quae conferenda. Immo si nulla vis aut pars ullius elementi extra mundum est, quomodo *extra eum* connexa esse possunt? Quis non videt hanc absurditatem? Ante Wower. qui bene edidit *ex se intra se* non exstant τὰ *intra se* in Edd.

Connexa] Alii *convexa*, male. Elmenh. Bened. *onera.* Florent. *convexa*, prave.

Igne, terra et aqua] Flor. *igne, terra, aqua.* Elmenh. Harl. Voss. Vulc. *igne atque terra, aqua.* Edd. Elmenh. etc. *igne, terra et aqua.* Priores cum Bened. aliisque *igne atque in terra et aqua.*

Situs] Forte potius, *situm*, Mundum scilicet. Colv. atque ita edidit e MS. Fulv. Wower. cum seqq. qui tamen non videtur subintellexisse *mundum*, ut facit Colvius, sed substantive, ut debet, accepisse. Mundus non situs est in elementis, sed consistit ex illis elementis. *Situs* est positura, sedes, in qua quodcunque elementum est situm, ita ut ignis aëri sit proximus, et aqua terrae sit propior. Adi Platon. in Timaeo p. 1048. Ovid. Metam. L. I. Verum MSS. mei O. retinent *situs:* quare id revocavi. de Mundo p. 720. *insularum situs.* de Deo Socr. p. 667. *numeroso situ.* et passim.

At sicut] R. *ut sicut.* Lips. *iungatur*] Forte melius, *iugatur.* Gellius lib. XVII. *cum vero praeterito iugantur, vim temporis sui amittunt.* Colv. *at sicut* tacite edidit Floridus pro *et* quod est in MSS. et Edd. forsan pro *ut*, sicut subiunctivus sequens postulare videtur, nisi cum Colvio velis antique *iugatur* pro *iungatur.* sed et de modorum variatione egi ad Met. L. X. p. 710, a. Voss. *iungantur.*

Hinc unum esse M.] Plato: *πρὸς δὲ τούτοις. ἓν ἅτε οὐχ ὑπολελειμμένων ἐξ ὧν ἄλλο τοιοῦτ' ἂν γένοιτο.* Colv.

In eoque] Sic MSS. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Ante *et in eo.*

Nec vel. esse] Ed. Scal. *ne.* Dele *esse* cum MSS. Florent. Harl. Bened.

Nec rel. esse loc. neq. elem. sup. etc.] Mutila haec esse non est dubium. Dupliciter enim probare vult Appuleius unum esse mundum, primum, quia nullus alius est locus, in quo possit alius mundus generari, deinde, quia nulla sunt elementa, ex quibus alius mundus generetur, quare volente veteri codice legendum: *nec relictum esse locum in quo alius: neque elementa superesse*, etc. Sciopp. *in Symb.* Mutila oratio. Quare scribendum ex veteri lib. *nec relictum esse locum, in quo alius, neque elementa superesse.* Wower. Ante Wower. et Sciopp. *in quo alius* (scil. *esse possit*) invitis MSS. aberant. Eos vide et Plat. in Timaeo ibid. Pro *neque* Flor. Voss. Vulc. Harl. *nec.*

Adtributa est ei] Voss. *ei adtr. est.*

Perpetua iuv.] Ibidem: *Ἔτι δὲ ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσον ᾖ.* Colv.

Iuventas] Sic MSS. Lindenbr. Voss. Bened. Vulc. cum Edd. Vulc. Scal. *Iuventa* Harl. Vulgo *iuventus* perpetua variatione. Adi Broukhus. ad Tibull. L. I, 4, 33. ubi *iuventas* habent quoque Voss. tert. et quart. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. IV, 17. ad Virg. Ge. III, 63. Aen. V, 398. Nemes. Ecl. III, 35. *florescit pube* iuventas. sic enim e MS. Neapol. scribendum, ut coniecit Heins. Apud Florum in Proöem. *Hic iam* iuventas *imperii*, ut habent 3 MSS. Voss. L. II. proöem. *si qua* iuventas. ita praeter Nazar. et alios etiam 3 Voss. Vide iis locis comment. et Duker. ad Lib. I. c. 7.

Est rel.] Bened. *esse rel.* Mox *eius ingen.* inverso ordine Harl. et Voss.

Si superesset] Bened. *sis rē etiam.*

que ordinatus foret, ut adversantia et contraria naturae disciplinaeque eius officere non possent. Idcirco autem perfectissimo et pulcherrimo mundo instar
578. pulchrae et perfectae sphaerae a fabricatore Deo quaesitum est, ut sit nihil indigens: sed operiens omnia coercensque contineat, pulcher et admirabilis, sui similis, sibique respondens. Cumque illi septem motus locorum habeantur: processus et retrocessus, dexterioris ac sinistri, sursum etiam deorsumque nitentium, et quae in gyrum circuitumque torquentur, sex superioribus remotis, haec una mundo relicta est sapientiae et prudentiae propria, ut rationabiliter volveretur. Et hunc quidem mundum nunc sine initio esse dicit: alias originem habere, natumque esse: nullum autem eius exordium atque initium esse, ideo quod semper fuerit: nativum vero videri, quod ex his rebus totius sub-
579. stantia eius et natura constet, quae nascendi sortitae sunt qualitatem. Hinc et tangitur, et videtur, sensibusque corporeis est obvius. Sed quod ei nascendi causam Deus praestitit, ideo immortali perseverantia est semper futurus. Animam

CONTRARIA NATURAE] Sic Rom. Ald. Alii, *contrariae naturae.* COLV. Bas. sec. *natura.* vitiose.

PERFECTISSIMO] Harl. *et perf.*

MUNDO] Alii *modo.* ELMENH. Fulv. *modo.*

COERCENSQUE CONTINEAT] Plerique alii, *continua.* Basileensem postremam ed. secuti fuimus. COLV. Voss. *coarcens.* Edd. ante Vulcan. *continua.* sine sensu.

SUI SIMILIS] Sic MSS. *suique s.* Edd. ante Elm.

HINC ILLI ET SEPTEM MOT. LOC. HAB.] Existimo omissam esse subiunctivam particulam *cum.* Itaque sic libentius legam. *hinc et illi septem motus locorum cum habeantur* etc. coniecturam meam firmat, quod, post enumeratas omnes illas motus species, subiungit, *sex superioribus remotis* etc. hoc vult scilicet. Deum, quamvis sint septem motus locorum, nullum ex sex prioribus, qui per lineas rectas peraguntur, mundo tribuisse, quoniam illi contrarios habent, a quibus possunt destrui. At circularem ei assignasse, qui a contrario destrui non potest, cum ipse in seipsum revolvatur. FLORID. Recte Flor. deesse suspicatus est voculam. Sed in MS. Vulc. est *illud et*, in Harl. Voss. et Florent. *illud etiam.* Scribe ergo: *Hinc illud. Etiamsi* vel *hinc illi quod, etiamsi* etc. V. Platon. in Timaeo p. 1049. *Loc. mot.* Harl. Voss. sensu perspicuo. Est relicta haec una mundo, etiamsi 7 motus habeantur. [Ut edendum curavi *cumque*, deleta maiori distinctione post *torquentur*, legendum esse me monuit V. Cl. Lennep. — I. B.]

PROCESSUS ET RETROC.] Sic Leid. et Basil. 2. Flor. *prorsus et retroc.* Rom. et Aldus *progressus et r.* ELMENH. Sic e Leid. Cod. Vulcanius cum seqq. In Harl. et Edd. prioribus *progressus et retr.* Voss. cum Florent. *prorsus et r.* Bened. *prorsus processus quod ante et retro* e Glossa. De aliis Codd. tacent Viri Docti. An *prorsus processus?* ut supra *prorsus custos* de Deo Socr. p. 691. ubi vide.

DEORSUMQUE] Sic e Florent. Elm. etc. Antea vulgo *et deorsum.* Harl. Voss. Ed. Iunt. post. *etiam deorsumque.* Recte. Bened. *deorsumque etiam.*

SEX SUPER. REM.] Carent his Edd. ante Vulcan. prave. Vide Platon. in Timaeo p. 1094.

SAPIENTIAE ET PRUDENTIAE] Vitiose Edd. Colv. et Bas. tert. *sapientia et prudentia.* ut vidit etiam Goesius in marg.

VOLVERETUR] MS. Thuan. *moveretur.* FLORID.

EIUS EXORD.] Abest *eius* a Bened.

IDEO QUOD] Sic Bas. II. Aliae omnes, *ideoque.* COLV. Bened. *ideo quia.* Edd. ante Bas. sec. *ideoque.* male. Statim pro *quod* Bened. rursus *quia.*

NATIVUM VIDERI] Plato: *γέγονεν. ὁρατὸς γὰρ ἁπτόστε ἐστὶ καὶ σῶμα ἔχων.* COLV.

EX HIS TOTIUS NAT. ET SUBST. CONSTET] Flor. et Excerp. Bat. et Leid. *ex his rebus subst. eius et nat. constet.* ELMENH. *Ex his rebus subst. eius et nat. constet*] Ita edidi fide MSS. Thuan. Voss. Vulc. seu Leid. et Harl. In Bened. est *ex his rebus subst. et nat.* Fulv. *ex his rebus totius nat. eius et subst.* et sic Elm. cum seqq. nisi quod *eius* postponatur. Edd. priores *ex his totius natura et subst.* si quis *totius* retinere velit, per me licet.

ET TANGITUR] Abest *et* a Bened.

CORPORIS] MS. *corporeis.* recte. ELMENH. MSS. O. *corporeis.* minus recte ante Elmenh. *corporis.*

INMORTALI] Edd. ante Vulcan. *inmortalis.* contra Codd. Paulo ante Voss. *causa.*

PRAE-

mam vero animantium omnium non corpoream esse, nec sane perituram, cum
corpore fuerit absoluta, omniumque gignentium esse seniorem, atque ideo et
imperitare et regere ea, quorum curam fuerit diligentiamque sortita, ipsamque
semper et per se moveri, agitatricem aliorum, quae natura sui immota sunt at-
que pigra. Sed illam coelestem animam, fontem animarum omnium, optimam
et sapientissimam, virtutem esse genetricem, subservire etiam fabricatori Deo,
et praesto esse ad omnia inventa eius, pronunciat. Verum substantiam mentis
huius numeris et modis confici congeminatis ac multiplicatis augmentis, incre- 580.
mentisque per se et extrinsecus partis: et hinc fieri, ut musice mundus et ca-
no-

PERSEVERANTIA] Male hanc vocem omittit Rom codex. ELMENH.

ANIMAM VERO ANIM.] Confer haec cum Alcinoo cap. 25. ELMENH.

NON CORPOR. ESSE] Harl. Voss. *non esse corp.* Fulv. *nec.*

OMNIUMQUE GIGNENTIUM] Observa patrium casum cum adiectivo comparativi gradus. et *gignentium* pro *nascentium*, quod iam observavimus. FLORID. sed vide me supra ad p. 573. *Animam* vero hanc cum *coelesti anima*, de qua mox et ante egit, videtur confundere Appuleius. Vid. Plat. in Timaeo p. 1049. Male *omnique* Edd. ante Vulcan.

IMPERITARE] Sic sane et quidam Fulvii codex, alius autem: *intemperare.* ut Fulvio probetur *temperare.* SCIOPP. *in Symb.* *imperare*] Ita postremo Basileae cusum. Ante erat ubique *intemperare.* nec male quidem: ut notavi supra ad lib. IV. Floridor. COLV. *Imperitare* MSS. Lindenbr. et mei omnes cum uno Fulv. et Edd. Vulc. etc. praeter Wowerii, qui cum Ursino tacite praetulit *temperare*, quia in altero eius Cod. et Edd. vett. est *intemperare.* Sed iam in Ed. Iunt. post. Bas. sec. et Colv. exstat *imperare.* Eadem confusio L. II. de Phil. Mor. p. 598. et saepius. sed ibi MSS. quoque *imperitare.* ut et p. 623. *imperitet multitudini.* et p. 624. *qui imperitet.* de hoc verbo plura vide apud Heins. ad Sil. I, 295. Plato: δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν.

DILIGENTIAMQUE SECUTA] Num potius, *sortita?* COLV. Basil. I. Ald. et Rom. *secuta.* male. ELMENH. *sortita* MSS. ut ex ingenio Colv. Edd. ante Vulcan. O. *secuta.* Typographi errore Ed. Scal. *sortitus.* Statim pro *per se* Bened. *ipse.*

COEL AN. FONT. ANIM. OMN.] Harl. Voss. Bened. Ed. Iunt. post. *fontem animarum omnium coelestem animam.* Bened. *opt. sapient.* sine τῷ *et.*

VIRTUTEM] Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. *virtutum.* male. Ipsa anima est virtus genetrix.

GENITRICEM] Repono, *genetricem*, itidem eodem hoc libro *genentium*, *genamur* etc. rescribo a verbo *genere.* pro quibus vulgatum *gignentium*, *gignamur.* de hoc verbo Priscianus lib. X. et alii Grammatici veteres consulendi. Praeterea *Genetrix* per *e*, *genitor* per *i*, scribendum observavit quondam Probus Grammaticus. cuius sententiam hac inscriptione veteri, quae Romae in horto Caroli Stalle, iuvare visum est: FRATER. MEI. ET GENETRIX GERMANA. ORO. ATQ. O. DESINITE. LVCTV. QVESTV. LACHRYMAS. FVNDERE SEI. IN. VITA. IVCVNDA. VOBIS. VOLVPTATEI. FVEI. VIRO. ATQVE. AMICIS. NOTEISQVE. OMNIBVS. In alio marmore est, *Veneri genetrici.* STEWECH. Stewechius et Gifanius ad Lucretium *Genetricem*, orthographia non bona, si Aldo credimus: non enim dicimus, *genetus* sed *genitus.* ELMENH. Sequor Stewech. et alios scribendo *e* e monumentis.

ETIAM] Exsulat ab Edd. ante Vulcan.

PRONUNCIAT] Eaedem *annunciat.* et mox *eius* pro *huius.*

ARGUMENTIS] *Augmentis* lego, vel *augmentis.* BRANT. Aldus, *argumentis*, corrupte. ELMENH. *augmentis* MSS. Edd. Rom. Vic. Vulc. etc. *augumentis* Iunt. post cum Brantio. *Argumentis* inepte aliae.

UT MUSICAE MUNDUS] Scripsit Appuleius: *ut Musice mundus.* quod verissimum esse comperiet, quisquis considerabit, quae hoc loco de numeris et modis disseruit. Censorinus de die nat. cap. XIII. totum mundum musica ratione factum scribit. Nec multo postea ostensurus Appuleius, et quidem ex mente et sententia Platonica, omnia quae accidunt, ad vim fati referenda esse, sed rerum eventum partim a nobis, partim a fortuna ipsa pendere, hoc verborum ambitu utitur *sed esse aliquid in nobis et in fortuna non nihil et fortunae improvidos casus ignorari a nobis fatetur. instabile enim quiddam et intercurrens intercidere ea solere, quae consilio fuerunt et meditatione suscepta, quae non patiatur meditata ad finem venire. et tunc quidem, tum impedimentum* etc. Leviuscu-
la

nore moveatur. Naturasque rerum binas esse: et earum alteram esse, quae videri oculis et attingi manu possit, quam quidem *δοξαστὴν*, opinabilem appellat ille: et alteram, quae veniat in mentem *διανοητικὴν*, cogitabilem et intelligibilem. detur enim venia novitati verborum, rerum obscuritatibus servienti. Et superiorem quidem partem mutabilem esse, ac facilem contuenti: hanc autem, quae mentis acie videtur, et penetrabili cogitatione percipitur atque concipitur, incorruptam, immutabilem, constantem, eandemque, et semper esse. Hinc et duplicem rationem interpretationemque dicit. Namque illa visibilis, fortuita et non ita perseveranti suspicione colligitur: at haec intelligibilis, vera, perenni et constanti ratione probatur esse. Tempus vero aevi esse imaginem.

la mutatione sententia eruetur; *quod non patiatur meditata ad finem venire, et tunc quidem cum impedimentum* etc. an non hoc est post aliorum messem spicas legere? STEWECH. *Musice* MSS. omnes. Vulg. *Musica.* Vide Censorin. de die Nat. 13. ELMENH. Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. *Musica.* Edd. vett. *Musicae.* sed recte Stew. Elm. etc. cum MSS. et Edd. primis *musice.* Post τὸ *mundus* abest *et* in Bened.

ET EAR. ALT. ESSE, QUAE VEN. IN MENT.] Mallem sic scriptum: *Et earum alteram esse, quae videri oculis et attingi manu possit, quam quidem* δοξαστὴν *opinabilem appellat ille: et alteram, quae veniat in mentem,* διανοητικὴν *cogitabilem et intelligibilem,* etc. suffragatur quod paulo infra ait: *hanc autem, quae mentis acie videtur et penetrabili cogitatione percipitur, atque concipitur, incorruptam immutabilem* etc. FLORID. Vulgo: *quae veniat in mentem, quam quidem* δοξαστὴν *opinabilem appellat ille et quae videri* etc. sed bene vidit Florid. τὰ *quae veniat in mentem* τῇ δοξαστῇ non convenire sed τῇ διανοητικῇ: quare bene postponit. Clare id patet ex praecedentibus et seqq. et quae scripsit de οὐσίαις pag. 574.

ID EST OPINABILEM] Carent hisce MSS. Florent. Voss. Fulv. Harl. Ed. Iunt. post. sed solet vertere Graecam vocem auctor: ut liquido patet e seqq. *detur venia novitati verborum.* Abest τὸ *id est* ab Edd. Elm. Scriv. Flor. et mox *possit* exsulat a Bened.

ALTERAM COGITABILEM] Proba mihi Fulvii coniectura, legentis: *alteram* διανοητικὴν *et intell.* SCIOPP. *in Symb.* Fortasse et hîc Graeca vox excidit, ut scripserit Appuleius: *alteram* διανοητικὴν, *id est, cogitabilem.* WOWER. *alteram* διανοητικὴν] Ita recte eruditissimus Fulvius hunc locum emendat. Vide Plutarchum de procreatione animae fol. 1024. Laërtium in Platone, Alcinoum c. 4 et 9. ELMENH. *cogitabilem* eiiciebat Ursinus. Non male, nam *intelligibilem* satis id exprimit, nisi *novitati verborum* velis referre ad haec duo, et non ad superius. MSS. nec Edd. ante Wower. habent Graecum.

RERUM] Delet Florentinus. ELMENH. Bened. *servient* et *quod* pro *quidem.*

CONTUENTI] Forte emendandum, *converti.* COLV. *converti* divinat Colv. non male. BRANT. Harl. *continenti..*

ET PENETRAB.] *Ex penetrab.* Harl.

PERCIPITUR ATQUE CONCIPITUR] Sic MSS. O. cum Vulc. et seqq. Edd. priores *conspicitur.* At discernit auctor hanc ab ea, quae *conspicitur.* Solet autem ludere in eodem verbo cum variis praepositionibus composito. Vide supra ad Flor. N. 3. nec secus alii: unde bene defendit Wopkens. Misc. Obs. Vol. VIII. p. 69. locum Velleii L. II. c. 97. *virtutum quantas mortalis natura recipit vel industria percipit.* al. *perficit.* Supra de οὐσίᾳ *cogitatione sola concipitur.*

FORSITAN ET MULTA PERSEV. SUSP.] MS. *et ita perseveranti.* Videndum num legi queat: *et non ita perseveranti.* idest, non nimis firma et tenaci. SCIOPP. *in Symb.* in Flor est, *fortuita et inita perseveranti suspicione.* ELMENH. Lectionem quam excogitavit Sciopp. vel similem flagitat sensus, patetque ex oppositione *perenni et constanti ratione:* quare ita edidere Wow. (qui omisit *et*) Elm. et seqq. In MS. Vulc. est *et irata.* Voss. *et inita.* In reliquis et Edd. prioribus est *et muta.* supra dixit *opinione sensibili et irrationabili.* Latet quid. an *irrita persev.* vel *inrita nec pers. suspicione* quae semper irrita, vana manet et *suspicio incerta*, non *opinio firma.* Lipsius *mutua*; pro mutabili.

COLLIGITUR] Basil. 2. *concipitur.* Rom. *conspicitur*, male. ELMENH.

TEMPUS ESSE] Alcinous cap. 15. *καὶ γὰρ τὸν χρόνον ἐποίησε τῆς κινήσεως τοῦ κόσμου διάστημα, ὡσαὶ εἰκόνα τοῦ αἰῶνος ὥς ἐστι μέτρον τοῦ αἰωνίου κόσμου τῆς μονῆς.* Chalcid. in Platonis Timaeum p. 95. Plotinus Enneade 3. lib.

nem. siquidem tempus movetur, perennitatis fixa et immota est natura. et ire in eam tempus, et in eius magnitudinem finiri ac dissolvi posse: si quando hoc 581.
decreverit fabricator mundi Deus. Eiusdem temporis spatiis mensuras mundanae conversionis intelligi. Solis quippe et Lunae globum hoc agere, ceterasque stellas, quas nos non recte Erroneas et Vagas dicimus. nostrae enim super earum cursibus opiniones disputationesque possunt errorem intellectus incidere. Ceterum ille rerum ordinator ita reversiones earum, ortus, obitus, recessus, moras, progressusque constituit, ut ne modico quidem errori locus esset. Dies quippe cum noctibus mensium spatia complere, menses vicissim annorum orbes involvere: nec prius, quam signa haec in luce siderea ardere coeperunt, iniri potuisse temporum numeros. Perituram quoque esse observationem computationis huius, si hic olim chorus antiquus steterit. Namque ut mensurae et

lib. 7. c. 10. Proclus in Platonis Theologiam. pag. 33. ELMENH.

PERENNITATIS] Ita MSS. sed Edd. ante Vulcan. *et perennitas.*

EST NATURA] Voss. Harl. *nat. est.*

FLUERE AC DISSOLVI POSSE] Reponenda lectio editionis primogeniae, *finiri ac dissolvi posse.* Vide Indicem. ELMENH. MSS. Vulc. Voss. Harl. Bened. et alii cum Edd. Vulc. Scal. Wow. *fluere.* Sed aliud videtur esse *Fluit tempus:* cum praeterit et sequitur aliud. Aliud videtur esse *Finitur*, in perennitatem nec amplius est. quare nil temere muto. Vide ad Met L. VI. p. 433, b. *finire iuvenem.* Pro *ac* Floridi Ed. male *aut.* Bened. *decrevit.*

CONVERSIONIS] Aldus et Basil. I. *conversationis*, male. ELMENH. Voss. Harl. Bened. Edd. Iunt. Ald. Bas. Colv. *conversationis* sive frequentis et perpetuae conversionis. Glossae *conversatio* ἀναστροφὴ sed et *conversatio* ἀναστροφὴ apud Christianos Scriptores, Tertullianum, Hyginum, Vet. Interpr. V. Wasse ad Met. p. 180. Ed. Pric. pro *conversio*: quare fere revocassem hanc vocem. cf. etiam infra.

SOLIS] Thuan. *solem.*

QUIPPE] Bened. *autem.*

AGERE] Edd. ante Vulcan. *facere* contra MSS.

NOS NON] Male hae voces, invitis Codd. exsulabant ab Editis ante Vulcan. de Deo Socr. ait: *quae vulgo vagae nuncupantur ab inperitis* adeoque non *recte.* Plato tantum ἐπίκλην πλάνητες ἔχοντα.

ERRONEAS ET] R. *errones et.* LIPS. Abest *et* a Voss. in quo *diximus.* pro *dicimus.*

NOSTRAE ENIM etc.] [Fortasse tota haec periodus a mala manu est. Scilicet aliquis in causam inquisivit Appuleiani effati *non recte*, quam invenire sibi visus in margine annotavit. cf. Cic. de Nat. De. II, 20. — I. B.].

CURSIBUS] Flor. *cursus.* ELMENH.

POSSUNT IN ERR. INTELL. INDUCERE] MS. Thuan. *possunt in errorem incidere*, optime. Sic legendum omnino. FLORID. Harl. Voss. *in errorem intellectum incidere.* At Bened. *errorem intellectus incidere.* Optime. ut iam dixi ad Met. L. X. p. 714, b. *Intellectus* est ergo secundus casus.

INVOLVERE] Harl. Vulc. et Edd. vett. item Wower. *involvunt.*

PRIUS] Bened. *post.*

SIGNA HAEC IN LUC. etc.] Arnob. lib. I. adv. gent. *Numquid ipse Sol siderum princeps, cuius omnia luce vestiuntur, atque animantur calore, exalsit?* BRANT. *s. haec in luce siderea*] sic optime e MS. suo edidit Vulc. et seqq. nisi quod *in* omittat Wower. cum Cod. Harl. Voss. *s. haec enim luce siderea.* At Fulvian. quoque addit *in* nostri more. Vide ad Met. L. XI. p. 754, b. Bened. habet *signa XII luce siderea.* Verum non agit de signis Zodiacis, sed planetis. Adi Platon. p. 1052. Vulgo *in lucem.*

POTUISSE TEMP. NUMEROS] MSS. *poterunt.* ELMENH. Harl. Vulc. Bened. Edd. vett. Colv. Wow. *potuerunt t. numeri.* Voss. *potuerunt t. numeris.* Deesse aliquid scilicet credebant librarii, sed rursus subintelligitur *sentit Plato.* Vide supra ad p. 577.

QUOQUE] Abest Bened. et Edd. ante Vulcan. In Harl. Voss. *que.*

OBSERVATIONEM etc.] Plato: χρόνος δ' οὖν μέτ' οὐρανοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα γεννηθέντες, ἅμα καὶ λυθῶσιν, ἄν ποτε λύσις τις αὐτῶν γένηται. COLV.

CH. ANTIQUUS] Lips. *attiguus* vel *astricus.*

STETERIT] Fixus scil. cessaverit. Goesius in marg. *restiterit* vel *destiterit.*

NAMQUE UT MENSURAE etc.] Ibidem, ἵνα ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανὸν, με-

et reversiones temporum noscerentur, circuitusque mundi videretur, Solis incensa sunt lumina: et vicissim, ut quies desiderata proveniret animantibus,
582. opacitas est inventa noctis. mensesque effici, cum Luna circuli sui completo curriculo, ad eundem locum, a quo discesserit, revertatur. Anni vero spatia concludi, cum Sol quadrinas tempo um contigerit vices, et ad idem signum fuerit invectus. Horum enumerationem in se revertentium, et a se proficiscentium, intellectu cogitationis invenit. Esse autem stellarum nihilominus certos ambitus, legitimis curriculis perpetuo servatos, quos vix hominum sollertia comprehendit. Unde fit, ut et Magnus ille vocitatus annus facile noscatur:

μετάσχοιτε ἀριθμοῦ τὰ ζῶα, ὅσοις ἦν προσῆκον, μαθόντα παρὰ τῆς ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς. Colv.

Noscerentur] Bened. *noscentur circuitasque.*

Incensa] Edd. ante Vulcan. male *intensa.*

Et vicissim ut q.] MS. *ut vicissim q.* et placet. Sciopp. *in Symb.* Bened. Edd. ante Vulcan. carent *et.*

Quies desiderata etc.] Auctor de Observatione Vigiliarum apud Hieron. Tom. 9. Epist. 36. p. 122. *Nox ecce et caligo corporibus, quae non solum homines, sed etiam cunctos somno detinet animantes, ut reformatis viribus per soporem, possint diuturnos labores sustinere viventes. Bonus Deus qui ita prospexit, ita constituit, ut homo exiturus ad opus suum, et ad operationem suam, usque ad vesperam haberet vicarium tempus, in quo a duris laboribus, et multa fatigatione requiescere praestitit.* Elmenh.

Mensesque etc.] Ibid. *Μεὶς δὲ ἐπειδὰν Σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον Ἥλιον ἐπικαταλάβοι. ἐνιαυτὸς δὲ ὁπόταν Ἥλιος τὸν ἑαυτοῦ περιέλθει κύκλον.* Colv: Verba Platonis: *Μεὶς δὲ ἐπειδὰν σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον ἥλιον ἐπικαταλάβοι.* Illa vero de Synodo Lunae, non de Periodo capienda Alcinous de dogmate Platonis docet, ubi scribit: Lunam mensem explere, peragrato orbis sui spatio solem assecutam. Haec eadem, quae et Platonis. Appuleii autem verba Periodicum mensem describunt. Quare non recte assecutus est mentem Platonis, aut discedere ab illo voluit ut de Periodico loqueretur; qua ratione scribendum erit: *mensemque effici.* alioquin confudisset Synodum et Periodum lunae, quo errore libenter Appuleium liberarem. Wower. Alcinous de doctr. Plat. cap. 14. *καὶ σελήνη μὲν μηνὸς μέτρον ποιεῖ ἐκπεριελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον, καὶ καταλαβοῦσα τὸν ἥλιον ἐν τοσούτῳ.* Elmenh. Talis mensis a Mathematicis dicitur mensis lunaris sidereus, dierum circiter 27, sed nullius usus est, cumque mensis lunaris pronuntiatur, intelligendus est mensis lunaris synodicus 29 dierum et 12 horarum cum 44 minutis, qui mensis fit, dum luna a coniunctione cum Sole sive Novilunio procedens, ad proximam coniunctionem, sive ad proximum Novilunium redit. Parum accurate ergo videtur hic locutus Appuleius. et revera non bene transtulit verba Platonis. sic enim is habet in Timaeo: *Μεὶς δὲ ἐπειδὰν σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον, ἥλιον ἐπικαταλάβοι.* MS. Thuan. *menses* hic habet, non *mensem.* Florid. MSS. O. et Edd. vett. *mensesque.* coniecit Wow. *mensemque.* atque ita edidere seqq. confundit autem auctor Periodicum mensem cum Synodico. De Synodico loquuntur Plato et Alcinous. de Periodico Varro apud Gell. L. III. c. 10. *duodetricesimo Luna, ex quo vestigio profecta est eodem redit.* quem locum adscripsit hic Goesius.

A quo discesserit] Absunt haec Edd. ante Iunt. poster.

Revertatur] Voss. *revertantur.*

Cum Sol] Plato in Timaeo fol. 39. Philo de mundo fol. 9. Alcinous pag. 491. *ἥλιος δὲ ἐνιαυτοῦ· περιελθὼν γὰρ τὸν ζωοφόρον κύκλον πληροῖ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους.* Chalcid. p. 240. Elmenh.

Quadrinas] Voss. a m. pr. *quadrigas.*

Temporum vices] Alcinous *ὥρας ἔτους* i. e. ver, aestatem, autumnum et hiemem. Male Florid. exponit per puncta signorum Arietis, Cancri, Librae et Capricorni.

Enumerationem intellectu inv.] Harl. Voss. Bened. Vulc. *enumeratio intellectum.* Prave nec melius Edd. ante Vulcan. *enumeratio intellectu.*

Esse autem stell.] Ibidem, *τῶν δ' ἄλλων τὰς περιόδους οὐκ ἐννενοηκότες ἄνθρωποι, πλὴν ὀλίγοι τῶν πολλῶν οὔτε ὀνομάζουσιν*, etc. Colv.

Certos — servatos] Edd. ante Iunt. poster. *ceteros.* Edd. ante Vulcan. *servatis.*

Unde fit etc.] Ibidem, *Ἔστι δ' ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν ὡς ὅγε τέλεος ἀριθμὸς χρόνου τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε*

ὅταν

tur: cuius tempus implebitur, cum vagantium stellarum comitatus ad eundem pervenerit finem, novumque sibi exordium et itinera per vias mundi reparaverit. Globorum vero coelestium inter se nexorum per vices mutuas, omnium supremum esse eum, qui inerrabili meatu censetur: eius amplexu ceteros coerceri. Et esse ἀπλανέσι primum ordinem, secundum Saturno datum, Iovi tertium, Martem quartum tenere, quintum Mercurio dari, sextum Veneris esse, septimum Solis itineribus incendi, octavum metiri Lunam. Exinde elementis omnia ac principiis occupari. Ignem ante alia superiorem esse, mox aëris locum: 583.
hinc aquae proximum: et tunc globum terrae in medio situm aequalem loco, ac figura immobilem stare. Hos astrorum ignes sphaeris adfixos, perpetuis atque indefessis cursibus labi: et hos animales Deos dicit esse. Sphaerarum vero ingenium ex igni coalitum et fabricatum. Iam ipsa animantium genera in quatuor species dividuntur: quarum una est ex natura ignis eiusmodi, qualem

ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν τῷ τοῦ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ. COLV. Edd. aliquot *sit*.

REPARAVERIT] Bened. *reparavit.* et mox Voss. Harl. *nexorum inter se.*

INERRABILI] Basil. 2. *inenarrabili.* ELMENH. MSS. Harl. Voss. Vulc. Bened. Edd. Iunt. post. Vulc. Wow. *inenarrabili.* Perperam. Hoc enim circulo stant fixae stellae, non errantes sive ἀπλανεῖς, quod hinc sequitur.

Ἀπλανῆ PRIMUM ORD. SEC. SATURNO DATUM] Ald. ἀπλανεῖς. Sed Plato ipse: Ἐξ ἧς δὲ τῆς αἰτίας γέγονεν ὅσα ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῶα, θεῖα ὄντα, καὶ διὰ ταῦτα ἐν ταὐτῷ στρεφόμενα ἀεὶ μένει. COLV. Flor. *aplanisi.* male. ELMENH. Bened. *aplan.* Harl. Vulc. cum Edd. Vicent. Iunt. pr. Bas. *aplanes.* Sed Cod. Florent. *aplanesi*, ut bene enotavit Lindenbrog. non *aplanisi*, ut Elm. qui plane damnat: immo vero *aplanesi* seu ἀπλανέσι egregie, et confirmatur a Voss. qui habet *aplanisi.* Ordo primus est *datus Aplanesi.* secundus *Saturno* etc. Perinde est sive Graecis sive Latinis velis scribere literis: nam Latini in his Graecis vocibus dativum quoque formamt in *esi* vel *isi:* ut multis docet Heinsius ad Ovid. aliique. Vide ad Met. L. II. p. 104, a.

IOVI — MARTEM] Harl. Voss. Bened. *Iovis.* — Bened. Voss. *Martis.*

INCENDI] Malim: *inscendi.* WOWER. male. Ardescit hic circulus Solis meatibus. *Incendi* recte Vulc. e suo codice, cui accedunt Lindenbr. Voss. et Bened. In Harl. et Edd. prioribus est *incedi.*

OCTAVUM — EXINDE] Voss. Bened. *octavo.* — Bened. *et inde.*

IGNEM AUTEM ALIIS] MS. *ignem ante alia.* Virgil. [Aen. I. 347.] *ante alios immanior omnes.* SCIOPP. *in Symb.* *Ante alia* scil. elementa. nam ut *prae* (vid. ad Flor. N. 24. extr.) sic etiam *ante* cum comparativo iungitur. Bene ergo hoc reposuere Elm. et seqq. cum MSS. Fulv. Florent. Voss. In Harl. Bened. *autem alia.* Edd. reliquae *autem aliis.*

AEQUALEM — HOS ASTR. IGNES] Bened. *aquilem.* — Voss. *hoc* Bened. *hoc ast. etiones.*

SPHAERIS ADFIXOS] Desunt haec duo vocabula in MS. Thuano. FLORID.

IGNE] Harl. *igni.* Bene. Vide supra ad p. 678. de Deo Socr.

IN TRES SPECIES] Plato quatuor constituit, hoc modo: Ἔστι δὲ τέτταρες. μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος. ἄλλη δὲ πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον· τρίτη δὲ ἔνυδρον εἶδος· πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον τετάρτη. COLV. Flor. et Leid. *in quatuor sp.* Et sic quidem Plato ipse Timaeo pag. 40. Chalcidius: *Deus animalium genera constituit quatuor, primum coeleste, plenum divinitatis, alterum deinde praepes, aerivagum; tertium aquae liquoribus accommodatum, quartum quod terrena soliditas sustineret.* ELMENH. Non in *tres species* sed *quatuor*, ut habent MSS. O. cum Platone et Edd. Vulc. Scal. Wow. immo ipso auctore. *Species* enim sunt *stellae*, *daemones*, *terrena* et *terrestria.* sed tria *genera:* nam unum genus divisit in duas species. ad quam divisionem hic non attendit Elmenh. et seqq. unde tacite auctorem corruperunt, et pro *alterum* et *tertium*, ut est in MSS. et Edd. prioribus recte, ediderunt *alteram* et *tertiam*; sed tum simul *ex eo* mutare debuissent in *ex ea.* de quo non cogitasse videtur Elmenh. Ex animantum *generibus* una *species* est ex natura ignis; *alterum genus* ex qualitate aëria, *tertium* ex aqua et terra, quod hinc divisum in *speciem* Terrenam, et *speciem* Terrestrem, πεζὸν et χερσαῖον: adeoque tria *genera* et quatuor *species.*

lem Solem et Lunam videmus, ceterasque siderum stellas: alterum ex aëria qualitate; hanc etiam Daemonum dicit: tertium ex aqua terraque coalescere, et mortale genus corporum ex eo dividi terrenum atque terrestre. sic enim χοϊκὰ censuit nuncupanda. Terrenumque esse arborum, ceterarumque frugum, quae humi fixae vitam trahunt: terrestria vero, quae alit, ac sustinet tellus. Deorum trinas nuncupat species: quarum est prima unus et solus summus ille, ul-
584. tramundanus, incorporeus: quem patrem et architectum huius divini orbis superius ostendimus. Aliud genus est, quale astra habent, ceteraque numina, quos Coelicolas vocamus. Tertium habent, quos Medioxumos Romani veteres appel-

cies. Vidit aliquid quoque Holstenius. Adi El. menh. in Add. [Sed ea Addenda nusquam invenio. — I. B.]

QUALEM — ET LUN.] Lips. *quales.* — Voss. *ac Lun.*

AËRIA] Floridi Ed. contra MSS. et Edd. ceteras *aëris.*

HANC ETIAM DAEMONEM D'.] Restitue ex Thuanis membranis, *Hanc esse Daemonum dicit.* sic etiam Colvius. FLORID. Bene τὸ *etiam* cum MSS. Florent. Voss. et Bened. reposuit Elmenh. pro *esse*, quod non revocare debuerat Floridus: at idem bene e Thuan. vult restitui *daemonum*, et sic reliqui; pro quo Elmenh. ex Florent. turpiter reposuit *daemonem*, licet accedant Bened. et Voss. Speciem hanc non dicit esse *daemonem* Plato, sed esse etiam *daemonum*, qui huic scil. speciei accenseri debent, seu iis animantibus, quos ex aëria esse qualitate statuit cum Socrate. Vide latius de Deo Socr. et Platon. in Timaeo p. 1053.

TERRAQUE COALESCERE] Holstenius legit *ex terra quartum coal.* non attendens rursus tria genera esse et quatuor species. Ex Platonis πεζὸν pro *terrestre* et *terrestria* idem legit *pedestre* et *pedestria.*

Χοϊκὰ CENSUIT N.] Margo Basil. II. χερσικὰς. Ald. χερσικά. Rescribo e Platone, χερσαῖα *censui nom.* Animantum genus quod Plato χερσαῖον vocat, ego Terrestre Latine, sive Terrenum nominandum censui. COLV. Retinui lectionem Romani codicis et Basil. I. in Aldo et Basil. 2. est χερσικὰ, Colvius χερσαῖα. Flor. Fulv. et Leid. PONENERTERON, Excerpt. Bat. POTE ENEPTERON admodum inepte. Romani et Basil. Codd. lectionem firmat Tertullianus de resurrectione carnis cap. 36. *Primus homo de terra choicus, id est, limaceus, secundus de coelo, id est sermo Dei.* Vide Cic. lib. I. Tusc. Quaest. ELMENH. *Terrenum* vocat Plato χερσαῖον, *terrestre* vero πεζὸν, hoc est, *pedestre*, quod super terram pedibus graditur. Male ergo Colvius, *sic enim* χοϊκὰ emendare voluit et reponere χερσαῖα. quae enim hic χοϊκὰ Appuleius nominat, ea sunt Platoni πεζὰ, non autem χερσαῖα. adde quod et hoc utitur vocabulo Tertull. de resurr. carn. cap. 36. *Primus homo de terra, choicus, id est Limaceus.* MS. Thuanus pro χοϊκὰ habet corrupte *et poneneptoton*, quod fortasse ex his corruptum est, quae Plato habet χερσαῖον καὶ πεζόν. FLORID. E Platone χερσαῖα male legi volebat Colv. ut bene Florid. Ald. Iunt. post. et Bas. sec. margo χερσικά. At MSS. longe aliud quid suadent et, si Florido credas, utramque Platonis vocem. in Florent. Voss. et Fulv. est *et* PRONENEPTERON i. e. ponenerteron. Bat. et Harl. *et pote enepteron.* Bened. *et ponenepte.* Vulc. τὸ ἐνέρτερον. Videant acutiores. Hasaeus editiones vetustas pro MSS. habens legit χοϊκὰ καὶ χερσικὰ Hist. Crit. T. XIV. p. 190. sed vide et p. 192. sed tunc certe in sing. num. et forte leg. χοϊκὸν *et* χερσαῖον.

NUNCUPANDA] Sic MSS. O. In Edd. ante Elmenh. *nominanda.*

QUAE HUMI] Abest *quae* a Voss.

QUARUM] Edd. ante Vulcan. *quorum.*

PRIMA UNUS ET SOLUS SUMMUS ILLE] Sic legendum est e MSS. In Edd. ante Vulcan. *unus summus primus et solus ille.* Ab Ed. Vulc. pr. et Wow. abest *ille.* Ceterae habent, ut edidi, nisi quod *ille* praeponant.

ULTRAMUNDANUS] Mart. Capella lib. II. *Ultramundanum fas est cui cernere patrem, Et magnum spectare Deum.* COLV.

DIVINI ORBIS] Rom. et Basil. *divi orbis.* male. ELMENH. *Divini* MSS. et Edd. Iunt. post. Vulc. etc. In reliquis *divi.*

VOCAMUS] Flor. Harl. Voss. Bened. *nominamus.*

MEDIOXUMOS] Hunc locum citat Servius ad 8. lib. Aeneid. fol. 502. ELMENH. Harl. et Edd. ante Vulcan. cum Servio ad Aen. VIII, 275. per *i* scribunt; atque ita MSS. O. Festi *Medioximum mediocre.* item Non. Marc. p. 141. Ed. Merc. et Martiani Cap. p. 39. ubi e MSS. corrigendum ἀπὸ τοῦ δαήμονας εἶναι et pro *conspi-*

cie-

pellant, quod et sui ratione, et loco, et potestate Diis summis sunt minores, hominum natura profecto maiores. Sed omnia quae naturaliter, et propterea recte feruntur, providentiae custodia gubernantur: nec ullius mali causa Deo poterit adscribi. Quare nec omnia ad fati sortem arbitratur esse referenda. Ita enim definit: Providentiam esse divinam sententiam, conservatricem prosperitatis eius, cuius causa tale suscepit officium: divinam legem esse Fatum, per quod inevitabiles cogitationes Dei atque incepta complentur. Unde si quid providentia geritur, id agitur etiam fato: et quod fato terminatur, providentia debet susceptum videri. Et primam quidem providentiam esse summi exsupe- 585.
rantissimique Deorum omnium, qui non solum Deos coelicolas ordinavit, quos ad tutelam et decus per omnia mundi membra dispersit; sed natura etiam mortales Deos, qui praestarent sapientia ceteris terrenis animantibus, ad aevitatem tem-

citis leg. *conspicis.* sunt enim verba Iunonis ad Philologiam. Voss. *Mediexumos.* cf. ad Flor. N. 10. extr.

Et sui ratione et loco] Sic bene Vulc. Wow. etc. Edd. priores dant *ex sui ratione et l.* Scal. omisit male τὸ *sui.* Bened. *q. et vi et l.* Harl. Voss. *quod est sui r. sed l.* Florent. *quod et sui ratione sed l.* Forsan *quod et sui r. sed et loco.* per ellipsin τῶν *non solum.* Vide ad Met. L. X. init. *scutum, sed et lanceam.*

Diis — Sed omnia] Voss. Bened. *Dii.* — Harl. *si omn.*

Nec ullius mali causa etc.] Plato de Republ. L. II. fol. 379. καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον αἰτιατέον. τῶν δὲ κακῶν ἄλλ' ἄττα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν θεόν. Et L. X. fol. 617. ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν ἀτιμάζων πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει. αἰτία ἑλομένου θεὸς ἀναίτιος. Philo Iudaeus decal. fol. 525. θεὸς κύριος ἀγαθὸς μόνων ἀγαθῶν αἴτιον, κακοῦ δὲ οὐδενός. Vide Trismegistum cap. 14. et observationes nostras ad Arnobium lib. II. fol. 58. Chalcidium pag. 243. Plotinum Ennead. I. lib. 8. Elmenh. Mox pro *quare* Bened. *quarum.*

Nec omnia] Pessime et contra mentem Platonis et auctoris Edd. ante Vulcan. praeter Ed. Iunt. poster. et marginem Bas. sec. habent *haec omnia.*

Fati sortem arbitratur] Bened. *fortem.* Edd. ante Vulcan. *arbitrantur.*

Esse ferenda] Scribe ex MS. *referenda.* Wower. Recte. nam sensus hoc postulat, et Fulviano accedit auctoritas MSStorum Florent. Voss. Harl. Pag. seq. *nec sane omnia referenda ad vim fati.* vulgo *ferenda.*

Esse divinam] Hoc ordine voces has edidi cum MSS. et Edd. ante Vulcan. ne quis *divinam* referat ad *providentiam.* Auctor vult *providentiam* esse *sententiam divinam* sive *dei.*

Suscepit] Edd. ante Vulcan. praeter Basil. sec. *suscipit.*

Per quod] Bened. *per quam inev. agitationes.* Voss. *cognitiones.*

Geritur] Sic optime restituit e suo Cod. Vulc. cui consentiunt reliqui. Vulgo *agitur.* male. Quod providentia *gubernatur*, id *agitur* Fato. Et ita saepe *gerit* occurrit. Vide Broukhus. ad Tib. III, el. 3, 22. *Nam fortuna sua tempora lege* gerit. Claud. L. I. in Rufin. vs. 18. *Fortuna non arte* geri. Auson. Parent. 19, 8. *Quod* gereret *totam femina sola domum.* ubi male in Add. Tollius legit *regeret.* Hinc forsan non temere *gerere* mutandum est in iis locis, ubi notat *gubernare* et cum *regere* in MSS. solet confundi. Adi Cl. Burm. ad Calpurn. Ecl. IV, 8. Markland. ad Stat. I, 2. et nos ad Caesar. VI. B. G. 17. ad Sueton. Aug. 61. atque Lucan. L. IV. vs. 661. *tanquam Fortuna locorum Bella* gerat. ubi *regat* cum Heinsio et MSS. nonnullis olim substitui. ut est in Leid. pr. apud Veget. L. III. c. 6. *in quibus bellum* geritur.

Etiam] Voss. Bened. *et.* Ed. Iunt. post. *etiam et.*

Et primam quidem] Edd. Elm. Scriv. *primum.* A Bened. et Ed. Flor. abest *quidem.*

Exsuperantissimique] Sic Ald. et Bas. 2. Aliae *exuperatissimique.* Gellius lib. VI. *Quam esse audiebat exuperanti forma.* Eundem emendandum putem lib. III. cap. 9. de equo Seiano loquentem: *Haud credibili pulcritudine vigoreque, et colore exuperantissimo.* ubi editum passim *exuberantissimo.* Colv.

Dispersit] Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. *sparsit.* Praefero MSS. reliquorum lectionem.

Mort. Deos] Haud male idem ille lib. *mortaleis eos.* Wower. Vide Arnobium fol. 51. Elmenh. Voss. Harl. Bened. quoque *eos.* sed male, et id potius monachis adscribendum, qui non capiebant *deos mortales.* sed auctor cum Platone

temporis edidit: fundatisque legibus reliquarum dispositionem ac tutelam rerum, quas quotidie fieri necesse est, Diis ceteris tradidit. Unde susceptam providentiam Dii secundae providentiae ita gnaviter retinent, ut omnia etiam, quae coelitus mortalibus exhibentur, immutabilem ordinationis paternae statum teneant. Daemonas vero, quos Genios et Lares possumus nuncupare, ministros Deorum arbitratur, custodesque hominum et interpretes, si quid a Diis velint. Nec sane omnia referenda ad vim fati putat: sed esse aliquid in nobis, et in
586. fortuna esse nonnihil. et fortunae quidem improvidos casus ignorari a nobis, fatetur. Instabile enim quiddam et incurrens intercedere solere, quae consilio fuerint et meditatione suscepta, quod non patiatur meditata ad finem venire. Et tunc quidem, cum impedimentum istud utiliter provenerit, res illa Felicitas nominatur: at ubi repugnationes istae nocivae erunt, Infelicitas dicitur. Om-

ne eos discernit a *Coelicolis*. Vide in Timaeo p. 1053.

Sapientia] Harl. *sapientiam*.

Edidit] Flor. *sedit*. male. Elmenh. Bened. *edit*. Harl. *dedit*. Voss. *sedit*. A *fundatisque* abest *que* in Bened.

Dispositionum ad tutelam] Lege ex vet. cod. *dispositionem ac tutelam*. Wower. Recte, atque ita Florent. Voss. cum Fulv. et Edd. Wow. Elm. etc. Harl. Bened. *dispositionum tutel.* ut construas *tutelam dispositionum ac rerum*. Olim vulgo sine sensu *dispositionum ad tut*.

Graviter retinent] Forte legendum, *gnaviter retinent*; et sic etiam coniecerat eruditus adolescens I. Dousa F. Colv. Bene. nec aliter MSS. O. nisi quod Voss. *naviter*, ut alii malunt scribere. Ante inepte *grauiter*. Voss. *retinet*.

Quae coelitus mort. exhibentur] Ita reposuit e suo Cod. Vulc. et seqq. cum vulgo ederetur *quae a coelestibus*. In Voss. et Harl. Codd. *quae coelestis mort. exhibeantur*, nisi quod Voss. *exhibentur*. Florent. *quae coelestibus a mort.* At Bened. tantum *quae coelestis exhibet*. scil. pater exsuperantissimus, unde subdit *ordinationis paternae*: nam ibi male Wow. coniecit *aeternae*. pag. praec. habuimus *pater* de summo Deo. Vide et Platon. d. l. Posses et *coelestes mort. exhibent*. Nam *coelitus* nusquam auctor adhibet, nec etiam illo priores. Sed Lactantius, Prudentius, Ammianus usi fuerunt cum posterioribus.

Ordinationis paternae] Quid si: *aeternae*. Wower. Vide not. praec.

Daemones] Bened. *Daemonias*. scribendum scil. *Daemonas* cum Florent. Voss. Harl. Vulc. ut passim cum aliis auctor acc. plur. in nominibus Graecae originis exprimit. de Deo Socr. in f. *Sirenas*.

Possumus nuncupare] Bened. *nuncupamus*, in quo mox abest *Deorum*.

Arbitratur] Florent. Voss. Harl. Edd. ante Vulc. Ed. sec. *arbitrantur*.

Referenda esse] Sic Harl. Florent. Voss. Edd. Elm. Scriv. Flor. A reliquis bene τὸ *esse* exsulat. Florent. Voss. Harl. *putant*.

Et in Fortuna] Harl. Bened. Voss. et Edd. eaedem rursus addunt τὸ *esse*. Et mox pro *et fort.* Florent. Voss. Bened. *eius fortunae*. Abest *quidem* Edd. ante Vulcan. pro eo Bened. *quod*.

Intercedere ea solere] Totam hanc periodum corruptam recte restitui. Wower. Ed. Bas. sec. *incedere*. Edd. ante Vulcan. item Woweri *interc. ea solere*. sed carent τῷ *ea* MSS. et satis subintelligitur in τῷ *quae*. Eleganter enim pronomen demonstrativum passim omitti quis nescit. Sic infra p. 589. in MSS. optimis *exhaustis et labentibus*, quae *inferuntur*. vulgo additur *iis*. Vide Burm. ad Virg. Aen. IV. 598. Frustra ergo tentat Wopkens. Misc. Obs. Vol. VIII. p. 76. locum Velleii L. II, c. 116. *quem virum ne qui intellexit quidem abunde miratus est*. pro, *ne ille quidem qui intellexit*. non opus ergo pro *ne* substituere *nemo*. In Bened. h. l. vitiose est *solem quod*.

Fuerint] Sic Florent. Voss. Harl. Edd. Elm. etc. Antea *fuerunt*. Abest a Bened.

Quod] Sic bene e coniectura edidit Wower. nisi malis *quia*. nam MSS. et Edd. priores *quae*. sine sensu. Exsulat a Bened.

Cum impedim.] Vulgatum ante, *tum imp.* Colv. Monuit iam Stewech. supra ad p. 580. caret vocula Bened. Pro *istud* Edd. ante Vulcan. *illud*.

Provenerit] Sic Florent. cum Edd. Elm. etc. Bene. In aliis *provenit*.

Repugnationes] Florent. *repugnatione*. male. Elmenh. Cum Florent. faciunt Voss. et Bened.

Nocivae erunt] f. *nocuerunt*. Brant. Inepte. Statim *vero* abest a Bened.

Prae-

Omnium vero terrenorum nihil homine praestabilius providentia dedit. Quare idem bene pronunciat, hominis animam esse corporis dominam. At enim cum tres partes animae dicat esse: rationabilitatem, id est, mentis optimam portionem, hanc ait capitis arcem tenere: irascentiam vero procul a ratione, ad domicilium cordis deductam esse, obsequique eam, et in loco respondere sapientiae: cupidinem atque appetitus, postremam mentis portionem, infernas abdominis sedes tenere, ut popinas quasdam et latrinarum latebras, diversoria nequitiae atque luxuriae. Relegatam vero idcirco longius a sapientia hanc partem videri, ne importuna vicinitate ratio consultans desuper cunctorum saluti, in ipsa cogitationum utilitate turbaretur. Totum vero hominem in capite vultuque esse.

PRAESTANTIUS] In Margarita Poët. legitur, *praestabilius.* COLV. Accedunt Fulv. Voss. Harl. Bened. Vere. de Deo Socr. p. 694. praestabilis *ariolari.* Flor. N. 6. *genus* praestabile. N. 23. *colores* praestabiles. et hoc ipsum in Apol. p. 545. *quod multo* praestabilius *est.* ut et apud Cicer. II. de Off. 19. *Quid eloquentia* praestabilius?

IDEM BENE PRONUNCIAT, HOMINIS AN. ESSE C. D.; Sic optime Scal. et Elm. ac seqq. ediderunt cum MSS. Lindenbr. Bened. etc. in Harlem. Voss. *Iidem bene pronunciant, homines esse an. c. d.* Abest τὸ *esse* a Bened. In Edd. ceteris *Iidem homines bene pronunciarunt esse an. c. d* Inepte. unde Lips. iam legit *idem hominis bene pronunciavit* etc. Pro *dominam* Voss. *divinam.* Mox pro *animae* Edd. ante Vulcan. *animi.*

DICAT] MS. *ducat.* id est putet. SCIOPP. *in Symb.* Vulgo *dicat.* male. Vide Indicem. ELMENH. Florent. et Voss. cum Fulv. *ducat.* nec male.

RATIONABILITATEM] Sic Florent. cum Elmenh. et ceteris: quomodo partes reliquas substantive quoque describit *Irascentiam, Cupidinem.* Sed Edd. et MSS. ceteri *rationabilem* scil. portionem. Mart. Cap. L. VI. p. 195. *brevitate* rationabili. L. II. de Dogm. Plat. p. 595. rationabiles *mentes.* p. 598. *Optima et* rationabili *portione.* p. 605. rationabilis *anima.* ubi de iisdem partibus agit. Immo sic ut hic, vulgo p. 591. *primam eius* rationabilem *esse partem, aliam Excandescentiam, tertiam Appetitum et Cupiditatem.*

HANC AIT] Sic MSS. et Edd. praeter Florent. et Edd. Elm. ac seqq., unde exsulat *hanc.* me non temere adsentiente, licet eodem res redeat.

PROCUL A RATIONE] Immo vero *non procul sed prope.* quod an hic significetur per τὸ *procul* ἐγγὺς dubitavit Salmas. in Epictet. p. 145.

OBSEQUIQUE EAM] Edd. ante Vulcan. carent τῷ *que.*

ET RESP. IN LOCO SAP.] Non me fugit eorum verborum expositio; vereor nihilo minus tamen ab auctore scriptum fuisse: *obsequi eam, et respuere interdum logos sapientiae.* iuxta illud Horatii: *Ira furor brevis est, animum rege, qui nisi paret, Imperat, hunc frenis, hunc tu compesce catena.* Sallust. in coniuratione: *Si libido possidet, ea dominatur. tum animus nihil valet.* nam ita in MSS. meis, *tum*, particulam addi comperisse me, non possum quin moneam. STEWECH. Stewechius, *et respuere interdum logos sapientiae.* Logi. ELMENH. *Et in loco resp.*] Ubi res et locus postulat. Non habent τὸ *et* Harl. Voss. et Bened. *resp. in loco* Edd. ante Elmenh. contra MSS. quod obscurius. Ridicule et frustra Stewech.

MENTIS] Bened. *enim mentis.* Exsulat male τὸ *mentis* ab Edd. ante Vulcan.

ABDOMINIS] Bened. *ab iis.* Harl. *ad imas.* Pro *tenere* Edd. ante Vulcan. *obtinere* contra MSS.

LATEBRAS] Voss. a m. pr. *tenebras.* et mox *relegatum.*

VICIN. ET RATIONEM CONSUMPTAM DESUPER CUNCT. SAL. etc. TURBARET] Exponit Florid. τὸ *consumptam* pro *intentam*, ut sensus loci flagitare videbatur. Verum huius locutionis idoneum exemplum quaero. Aliud quid latet. nam τὸ *et* otiosa hic est vocula, quare etiam omisit Wow. cum Salmasio qui ad Epictet. p. 146. legit *consulturam.* In Edd. vero ante Scalig. ut et Woverii legas *constitutam.* sed MSS. *consumptam* vel *consumpta* ut exhibent Florent. et Bened. ac Plato ait p. 1074. κατοικοῦν πορρωτάτω τοῦ βουλευομένου sive *consultore.* Ad haec in MSS. Florent. Voss. et Bened. est *turbaretur.* Hinc minima mutatione lego sic *ne importuna vicinitate ratio consultans desuper cunctorum saluti* etc. *turbaretur.* In Edd. ante Vulcan. praeter Iunt. poster. est *perturbaret* contra MSS.

COGITATIONUM VICINITATE] Ita emendo sequutus vulgatam lectionem *cognationum vicinitate.* WOWER. Sed recte Vulc. et ceteri cum MSS. dederunt *cogitationum utilitate.*

VEL-

esse. Nam prudentiam, sensusque omnes, non alias quam illa parte corporis contineri. Cetera enim membra ancillari et subservire capiti, cibos et alia sub-
587. minist:are. Verticem etiam sublime positum, ut dominum atque rectorem, providentiaque eius a periculis vindicari. Sed et machinamenta, quibus ad sentiendas diiudicandasque quantitates et qualitates sensus instructi sunt, ibidem erga regiam capitis constituta esse, in conspectu rationis, ut intelligendi ac per-

VULTUQUE] Voss. *vultu inque.*

NAM] Ita Florent. Voss. Harl. Bened. Edd. Elm. etc. Reliquae *namque.*

NON ALIAS] Lego, *non alia.* COLV. sc. parte. quod et ego malim. nam *alias* pro *alio loco* an Latinum sit, dubito.

SUBSERVIRE etc.] Haec satis sunt mendosa, neque eius purgandi par fuit eruditus doctissimi Vulcanii conatus. Emendabuntur autem, si Fulvianum secuti codicem legamus: *subservire capiti, cibos et alia subministrare: verticem etiam in sublime posuit, ut dominum atque rectorem, providentiaque eius a periculis vindicari.* SCIOPP. *in Symb.* Mendosa haec sunt et corrupta; quae tamen recte ex Cod. scripto emendabo: *Caetera membra ancillari et subservire capiti, cibos et alia subministrare. Verticem etiam in sublimi posuit, ut dominum atque rectorem providentia eius a periculis vindicaret.* WOWER. τὸ *capiti* adieci ex Florent. ELMENH. Bene emendarunt Sciopp. et Wow. e Cod. Fulv. et Elm. etc. e Florent. quibus accedunt Putean. Thuan. Voss. Leid. Vulc. Harl. Bened. et Ed. Iunt. post. quae tamen prave habet cum Edd. reliquis ante Vulcan. carentibus τῷ *capiti*, quoque *observire.*

SUBMINISTRARE, VECTARE ET IN SUBL. POSSIT] Adesse iube patres omnes conscriptos, quibusque in Senatum veniendi ius est, de verbis Appuleii pronuntiaturos puto antiquum illud N. L. Latet sententia Platonica (nisi verius sit eum pariter ut M. Tullium a Socrate illam mutuatos esse) quam tantis sordibus et mendis involutam diutius circumferri non patior. recte enim eluere videor: *cibos et alia subministrare; vim vetare, et in sublimi positum dominum, atque rectorem prudentiamque eius a periculis vindicare.* Tres animi partes Philosophus summus constituerat. primam rationabilem scilicet, et omnium optimam, in arce capitis, ut gubernatricem, alteram, irascentiam nimirum, ad cordis deducebat domicilium. cupidinem vero atque appetitus infernas abdominis sedes obtinere dicebat, ut vitiorum latebras et diversoria luxuriae nequitiaeque. Cum ratio sola regeret, inferiores duae partes parerent: nihil iracundia aut voluptas appeterent, quod illa inutile esse dictaret: tum animanti sanitatem inesse, viribus pollere et pulchritudine. Consulendus Plato lib. de natura. STEWECH. Ego ita legendum censuerim: *Vectari ut in sublime possint, ad dominum atque rectorem, prudentiaque eius a periculis vindicari.* VULC. Lucem huic loco necessario facere debent verba Platonis: Ἵν' οὖν μὴ κυλινδούμενον ἐπὶ γῆς ὕψητε καὶ βάθη παντοδαπὰ εχούσης, ἀποροῖ τὰ μὲν ὑπερβαίνειν ἐνθένδε ἐκβαίνει. ὄχημ' αὐτῷ τοῦτο καὶ εὐπορίαν ἔδοσαν. Loquitur de capite. Similiter post: Παραλαβοντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον τὸ μετὰ τοῦτο, θνητὸν σῶμα αὐτοὶ περιετόρνευσαν ὄχημα τε ἅπαν τὸ σῶμα ἔδοσαν. Nihil igitur hic aliter legendum: nisi forte pro, *ut dominum, suum dominum.* COLV. Scioppii et Wowerii emendationem e Cod. Fulv. *verticem etiam in sublime posuit*, recepere Elm. et seqq. cum vulgo ederetur *vectare ut in sublime possit*, sensu quod idoneo caret. Unde Stewech. coniecerat *vim vetare et in sublimi positum.* Pro *ut dom.* Colv. frustra corrigebat *suum d.* Verum tamen istud *posuit* non mihi se probat; nam eo fit ut indicativus hic ponatur inter duos infinitivos, quibus subintelligitur *sentit Plato.* quare etiam Wow. videtur huic malo mederi voluisse; cum pro vulgatis *providentiaque eius a periculis vindicare* edidit *ut d. a. r. providentia eius a per. vindicaret.* Et sane MSS. Harl. et Vulc. carent τῷ *que.* Sed MSS. O. habent *vindicari.* Omnino bene. Lips. legit *possint* et *vindicari.* Adhaec *etiam sublime* Fulv. Voss. Flor. Harl. Bened. aliique, nam τὸ *in* agnoscit nullus codex. Verissime. *Sublime* adverbialiter ponitur, ut passim. Adi ad Met. L. IX. p. 670, b. *sublime elatum.* Pro *possit* ergo vel *posuit* scribe *positum* et locum persanatum habebis sic *Verticem etiam sublime positum, ut dom. a. rectorem, providentiaque eius a per. vindicari.* Ceterum *prudentiaque* habent Edd. ante Scalig. solemni variatione. Adi ad Met. L. X. p. 783, b.

SED ET] Ita Florent. Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. Ab aliis abest τὸ *et.*

DIIUDICANDASQUE QUANTITATES ET QUAL.] Voss. Bened. *et diiudicandas qualitates.* Absunt quoque *quantitates et* a Thuan. Harl. et Edd. ante Vulcan.

ESSE] Carent Edd. ante Iunt. poster.

Ac

persentiscendi veritas adiuvetur. Sensus vero ipsi ad ea, quae sunt sensibilia, apte compositi a natura, intelligentiam cognatam tenent. Et primo oculorum acies gemellas perlucidas esse, et quadam luce visionis illustres, noscendi luminis officium tenere: auditionem vero aëreae naturae participem, aëriis nunciis percipere sonores. Iam gustatus solutiores esse sensus, ideoque humidioribus potius et aquosis commodatos. Tactum etiam terrenum atque corporeum, solidiora, quaeque contingi offendique possunt, sentire. Eorum etiam, quae corrupta mutantur, separata intelligentia est. In media namque regione oris nares natura constituit, quarum bifori via odor cum spiritu commeat. Conversiones autem mutationesque odoratus causas dare, easque de corruptis vel adustis, vel mucescentibus, vel madefactis sentiri, cum quidem ea quae vertuntur, vapore vel

AC PERSENTISCENDI] *Ac* cum Elmenh. et reliquis dedi e Florent. Voss. Harl. Vulc. In reliquis *atque*. Bened. a m. pr. et Edd. ante Vulcan. *persentiendi*.

COMPOSITI A NATURA] Sic e suo Cod. Vulc. et seqq. In prioribus erat vitiose *composita*, *naturae*. Florent. Voss. et Harl. *composita natura*. Bened. *compositi natura*. Non male quoque.

ET PRIMO OC.] Veteres editi, *Ac ocul.* vel, *At ocul.* Saniorem et integriorem lectionem e Basil. II. expressimus. COLV. Edd. ante Iunt. poster. *ac* vel *at* sine *primo*. Harl. Voss. *ac primo*. Iisdem Edd. abest τὸ *gemellas*.

ET QUAD.] Carent τῷ *et* Florent. Harl. Voss. Bened. *eas q.* edd. priores Vulcanio exhibent.

LUMINIS] Ridicule Edd. ante Vulcan. *litteras* contra MSS. unde in marg. R. *res alias* Lips. *aetheris* coniecere.

AËRIIS NUNCIIS] Al. *aëreis*. Florent. Voss. Bened. Vulc. *aëris*. solita confusione.

GUSTATUS] Edd. ante Iunt. post. *gustus*. Iisdem Edd. absunt τὰ *solutiores* etc. usque ad *aquosis*.

HUMILIORIBUS — COMMENDATOS] Mutila haec de gustu olim animadverteram, quare ea iam adscripsi ex Beroaldina editione et reponenda puto: *ideoque humidioribus potius, aut aquosis commodatos*. Quinimo et quae de olfactu subsequuntur, mea opinione in hunc modum restituenda: *Eorum etiam, quae corrupta videntur, separandi vis intelligenda est*. Vulgatae editiones ad unam omnes legunt, *quae corrup. imitantur, separanda vis inest*. STEWECH. *Humidioribus* bene Stew. Vulc. etc. In Edd. Iunt. post. Bas. sec. Colv. *humilioribus*. Harl. *humistoribus*. in eodem et Voss. ac Bened. *et aquosis pot*. *Commodatos* quoque bene correxit Stew. cum ederetur *commendatos* ut est in Harl.

TACTUM ETIAM TERR.] Bened. *tactus terr.* Pro *atque* Harl. *ac*.

SOLIDIORA QUAECUNQUE] Florent. Voss. Fulv. Harl. Bened. *quaeque*. Bene sane. Solidiora, et quae possunt contingi.

POSSUNT SENTIRE] Florent. Fulv. Ed. Scriv. *et sentire possunt*. Prave.

MUTANTUR] Edd. ante Iunt. post. *imitantur*. Perperam Stewech. *vincuntur*.

SEPARATA INTELLIGENTIA EST] Sic MSS. et Edd. Vulc. ac seqq. Priores *separanda vis intelligenda est*. Hinc Stew. *separandi vis*, quod non intelligo. R. *separando*. *Intelligenda* habet Harl.

SYMPHONIA] V. C. *bifori via*. διαύλῳ πόρῳ. Optime et ad sensum et ad scripturam, si per ἀλόγιστον licet. Ego ei biforem hanc odoris et spiritus viam valde obstructam censeo, cui haec emendatio bene non olet. VULC. *Bifori via*] Ita Vulcanius volentibus Musis restituit ex MS. suo, cui Fulvianus consentit. quia tamen passim editum fuit *quorum Symphonia* non contemnenda ductus coniectura Fulvius *Syphonibus* legendum censuit. SCIOPP. *in Symb.* Sic Leid. et Florent. διαύλῳ πόρῳ. Rom. et Bas. 1. *symphonia*, unde Fulvius *syphonibus* legendum censet. Vide Alcinoum cap. 19. ELMENH. Egregie Vulc. *bifori via* cum MSS. id probantibus. Voss. *biforidia*. Cava duo narium optime *via biforis* δίθυρος πόρος dicuntur. Sic *via*, *meatus gulae*. de quo vide ad Met. L. I. p. 20, b. Antea edebatur *Symphonia*: unde Ursinus, Goesius, R. Titius Controv. III. 12. Schegk. Praem. c. 7. non male emendare conati sunt *Siphonibus* sive canalibus. sed MSS. lectio praeponderare debet. ὀχετοὺς τῆς ῥινὸς vocat Plato Tim. p. 1077. et ὀχετεύματα Pollux. Lips. coniecit *syphonium*.

COMMEAT] Bened. *meat*. Idem cum Voss. *conversationes*. Vide supra ad p. 581.

AUTEM MUTATIONESQUE] Edd. ante Iunt. post. *aut mutationes*. Bened. Voss. *adoratas*.

DE CORRUPTIS] Abest *de* a Voss.

VEL MADESCENTIBUS VEL MADEFACTIS] Inepta eiusdem paene verbi iteratio. In margine Basil. posterioris edit. adscriptum, *vel mitescenti-*

vel fumo exhalato, odoris in his iudicium sensusque succedunt. Nam si res
588. sint integrae et aër purus, nunquam eiusmodi auras inficiunt. Et sensus quidem

tibus. Unde scripserim, *vel mucescentibus vel madef.* Coniecturam nostram probare videtur Plato, cuius verba facientia ad hunc locum: Διὸ τούτων οὐδεὶς οὐδενὸς ὀσμῆς πώποτε ᾔσθετο τινὸς, ἀλλ᾽ ἀεὶ βρεχομένων, ἢ σηπομένων, ἢ τηκομένων, ἢ θυμιωμένων γίγνονται. Locus Plauti est quem e vestigiis membranaceae scripturae etiamdum emendandum putabam Menaechmis: *Summum me olfactare oportet vestimentum muliebre, Nam ex istac loco spurcare nasum odore mucido.* nam vulgatum ibi, *odore illutibili.* quod supra etsi explicare conatus sim, tamen veterem scripturam sequebar, *intutido:* faciebamque inde, *mucido*, ut iam posui. Colv. Offendit me ταυτολογία ista *madescentibus vel madefactis.* neque etiam placet satis, id quod Vulcanius in suo reperit et altero Fulviano codice confirmatur: *mitescentibus.* amplector potius alterius Fulviani lectionem: *mucescentibus*, quod facile in *mitescentibus* depravari potuit. Sciopp. *in Symb.* Incondite iterata: *madescentibus vel madefactis.* Liber manu exaratus doctiss. viri amici mei Bon. Vulcanii: *mitescentibus.* Sed amplectenda lectio alterius libri: *mucescentibus, vel madefactis.* Wower. MS. Thuanus *vel mitescentibus*, quod si recipias, intellige de fructibus maturescentibus. Florid. *Mucescentibus* egregie Colv. e coniectura et Platonis loco σηπομένων, ut cum Scioppio et seqq. Wowerius reposuit e MS. Ursini, cui succinit Bened. *mutescuntibus.* Alter Fulv. Florent. Voss. Thuan. Leid. Vulc. Harl. et Ed. Iunt. post. cum Bas. sec. marg. et Vulcanio *mitescentibus.* Minus bene. Ed. Scalig. *putrescentibus*, quod glossam sapit. Olim edebatur *madescentibus* inepte. Pro *vel madef.* Bened. Harl. Voss. *aut madef.* et pro *sentiri* Edd. ante Vulcan. male *sentire.*

Cum quidem — odor in his iudicium s. s.] Revocatum puto iri elegans loquendi genus, etsi hodie minus frequentatum, si legamus: *odoris iudicium, sensusque succedunt.* cum de corruptis, adustis, madefactis ex vapore aut fumo iudicandum est (quam genuinam scriptoris mentem esse nemo negabit) dicuntur illa iudicium odoris subire, propter symphoniam, quam natura illi sensui voluit esse cum naribus. qua de re ornate disserit, nec minus erudite Lactantius Firmianus, libro de opificio Dei cap. 10. Dixit phrasi non plane absimili Virg. lib. III. — *eidem olim curru succedere sueti.* Itidem IV. Aen. *Quis novus hic nostris successit sedibus hospes?* Inde quoque *Successus* dicti Arnobio pro domibus, L. II. adv. gentes: *Domibus*, inquit, *structis et lautioribus successibus institutis, non adamarint casulas.* Immutanda eadem pag. in Appuleio haec levia: *auditus illi est visusque praestantior.* male alii, *ille est.* Item, *sed homini promptuarium potius:* vulgo legunt, *hominis.* Item: *membrorum alia conditione sunt optima, atque longe peiora.* Ruit sententia nisi rescribas, *aliaque longe peiora.* Stewech. Haud male lib. V. *cum quidem ea eruuntur vapore vel fumo exhalantur odor in his iudicium, sensusque succedunt.* Wower. *cum quidem ea quaeruntur* MSS. et editi omnes. Wower. *c. q. ea eruuntur.* recte. Stewech. *odoris in his i.* bene. Elmenh. *cum quidem ea quaeruntur, vapore vel fumo exhalantur, odoris in his iudicium sensusque succedunt*] Qui haec bene mihi explicare possit, nae ille magnus erit Apollo. Floridus interpretatur: *cum quidem ea promuntur, et tepore vel fumo spirant: sequitur perceptio et aestimatio odoratus in eis.* quae interpretatio non minus obscura est. Sensus loci, si cum Platone consensurus sit, ut debet, hic est: Odorem omnium oriri ex praedictis rebus per *vaporem* sive ὁμίχλην, ut ait Plato, seu humorem tepidum et calidum, et *fumum* sive κάπνον p. 1073. (*vapor* et *fumus* sic iunguntur in libro de Mundo p. 718. ubi prius est ἀτμῶδες, alterum καπνῶδες Aristotelis, ubi vide.) et ex iis narium sensus affici. Wow. coniecit *ea eruuntur.* et sic edidere Elm. ac reliqui. *Odoris* divinavit Stew. quod itidem secuti sunt Elm. et seqq. *In his* non habet Elm. Lips. coniecit *quae uruntur.* Videamus num quid iuvent MSS. nam nec Latinum satis arbitror *exhalari vapore, fumo*, cum ipse vapor vel fumus exhalari debuerat dici. In vet. cod. Wowerii est *ea eruuntur.* Bened. *queruuntur.* Ceteri cum Edd. *quaeruntur.* Pro *vel fumo* Edd. ante Vulcan *et f.* pro *odor in his* MSS. Voss. Harl. Vulc. Bened. *odore viis.* Florent. *odore in his.* Vide num legi possit: *Cum quidem ea, quae oriuntur vapore vel fumo, exhalato odore, naris iudicium sensusque succedunt* i. e. *subeunt.* Vel *cum quidem ea eruuntur, vapore vel fumo exhalatur odor, et eius iud. sensusque succedunt.* Schn. p. 12. *calor* exhalatus *per tempora evaporavit.* Sed ἐπέχω, donec meliores Codd. nos expediant. [Et hic praeclaram optimi praeceptoris mei emendationem in textum recipere non dubitavi: *cum quidem ea quae vertuntur* (aër in aquam, aqua in aërem et sic porro vid. Plat. in Timaeo) *vapore vel fumo exhalato, odoris in his iudicium sensusque succedunt.* — I. B.]

Restent integrae] Forte *restent.* Brant. Non male. Vide ibid. Platon. et me ad L. IX. Met.

dem ipsi nobis communes sunt cum ceteris animantibus. At enim hominum solertia eiusmodi beneficio divino instructior auctiorque, quod auditus illis est visusque praestantior. Oculis namque metitus est coelum, siderumque circuitus, et astrorum obitus atque ortus, eorumque cum significatibus spatia comprehendit. ex quo pulcherrimus et uberrimus fons ille philosophiae profluxit. Auditu vero quid homini magnificentius potuit evenire? per quem prudentiam sapientiamque condisceret, numerosque orationis metiretur, ac modos faceret, fieretque et ipse totus modulatus ac musicus. Huc lingua, et dentium vallum, et ipsius osculi venustas accessit. quod quidem aliis animantibus ad explendam victus

tus

Met. p. 641, b. *Res sint int.* edidere Scal. Elm. etc. *si res int.* Vulc. et Wow. At Edd. priores *restent integre* MS. Vulc. *si res stent integrae.* Harl. *si res non stent integre.* Florent. Bened. Voss. *si res istent aegre* vel *aegrae*: unde lego: *si res istae integrae.*

PURUS] Edd. ante Iunt. post. *purius.* Pro *auras*, quod abest a Voss. in Florent. est *aures.* et mox pro *et* Bened. et Voss. *eos.* Harl. et Voss. inverso ordine *comm. nobis.*

CUM CETERIS ANIMANTIBUS] Cl. Wasse ad Sallust. Catil. cap. 1. p. 4. ait in Flor. et Caiensi Codd. esse *hiris*, atque ita legit, et exponit *infimis.* Sed *hirae* sunt intestinorum anfractus, ut videbimus pag. seq. ubi ita legendum.

HOMINIS] MSS. O. ut et editi post Vulcan. *hominum* praeter Edit. Scal. qui retinet *hominis.* Nam sequitur *metitus est.* De numeri mutatione aliquoties dixi, et solent sic pluralem praemittere, et singularem in genere subiungere. cf. ad Met. L. IV. p. 73. ed. Pric. Hic tamen mallem *hominis*, licet sequatur *illis*, nam et hoc vulgare est. Adi Burm. ad Vellei. L. II. c. 14. et ad Val. Flacc. L. VIII. vs. 178. Gronov. de Pecunia II, 48. p. 76. cf. Misc. Obs. Vol. II. p. 398. Sic de Phil. Mor. p. 616. *quos omnes.* et praecesserat tantum de *homine.* Cic. de Off. L. II. c. 11. *solitario* homini — *opinio iustitiae necessaria est: eoque etiam magis, quod si eam non* habebunt, iniusti habebuntur. Eccles. 7. vs. 30. ἐποίησε ἄνθρωπον εὐθῆ, καὶ αὐτοὶ etc. Est enim *homo* totum genus hominum. Hinc de Mundo p. 712 *sapiens genus homo.* Boëth. L. II. de Cons. Phil. p. 6. *Quid imbecillius* homine *reperire queas*, quos *necat* etc. sic enim MSS. optimi et inter eos Leid. Festus: *Praeclamitatores dicebantur, qui* Flamini Diali *anteibant, clamantes ut homines se ab opere abstinerent; quia* his *opus facientem videre inreligiosum erat.* sic enim MSS. Leidd. et Edd. vett. vulgo contra syntaxin *hunc.* Terent. Eun. I, 2, 87. Eunuchum, *quia solae* his *utuntur reginae.* ibid. II, 1, 19. *adeon* homines *immutarier Ex amore ut non cognoscas* eundem *esse.* ubi vid. Donat. MSS. 5 Plinii L. XI. c. 37. §. 73. *Bina iecinora* lepori *circa* etc. *et Cherroneso* etc. *mirumque translatis alio, interit alterum.* vulgo *leporibus*, et *et in Cherr.* Optime apud eundem L. VIII. c. 32. *serpente* et mox *renitentes.*

EIUSMODI] Harl. et Edd. ante Vulcan. *eiusdemmodi.*

BENEFICIO DIV.] Inverso ordine Harl. Voss.

AUCTIORQUE EST] Edd. ante Vulcan. male *aptiorque* sine τῷ *est*, quo carent etiam Bened. Voss. et Harl. bene.

AUDITUS ILLE VISUSQUE] Malim, *illis.* VULC. Sic Harl. et Edd. ante Vulcan. Stew. emendabat *illi*, atque ita Bened. et Ed. Scal. Sed Florent. modo exhibet *auditu visuque.* Forte *auditu ille visuque.* Wow. *illis visusque est.*

OCULIS NAMQUE etc.] Plato: Νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι, μῆνων καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμὸν χρόνου δὲ ἔννοιαν, περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν. ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος. COLV.

SIDERUMQUE] Carent τῷ *que* Edd. ante Vulcan. Mox Bened. *astrorumque.*

EORUMQUE] Eaedem Edd. non habent hoc contra MSS. Goesius bene vidit *et* saltem addi debuisse. sed Lips. coniecit *ortus cum significantibus spatiis* i. e. διαστήμασι.

SIGNIFICANTIBUS] Reponendum ex Rom. ed. *significatibus.* De Deo Socr. *Nam quodam significatu et animus humanus etiamnunc in corpore situs, Daemon nuncupatur.* Gellius lib. V. *Varrius in libro de Significatu verborum.* COLV. Flor. Bas. 2. et Ald. *Significantibus*, male. ELMENH. Recte Colv. *significatibus* cum Vulcan. etc. MSS. plerique et Edd. priores *significantibus.* Noster quater adhibuit *significatu.* Vide Ind. Mox *et uberrimus* absunt a Bened.

CONDISCERET] Edd. ante Vulcan. *disceret.* — Voss. *numerusque.*

TOTUS IPSE] Harl. *ipse totus.* Bened. Voss. *et ipse totus.* Bene.

LINGUA] Margar. Poët *linguae.* COLV. scil. in dativo. Contra MSS. id recepere Elm. Scriv. Flor. Optime Bened *huc lingua.*

OSCULI] Harl. Bened. *osculi.*

Co-

tus necessitatem, inferendasque ventri copias comparatum est: sed homini promtuarium potius rectae rationis et suavissimae orationis hoc datum est; ut quae prudentia corde conceperit, ea sensa promat oratio. Sed et totius corporis habitus et figura membrorum alia conditione sunt optima, alia longe peiora. Inferiora reguntur optimatium praestantia, et ipsa ministerium suggerunt victuale. Pedes denique humerorum tenus capiti obediunt. At superciliorum sepes prae-
589. muniunt oculos; ne desuper proruat, quod teneras visiones mollesque perturbet. Pulmones loco, ac sui genere, cordi plurimum consulunt. Cum exardescit ira, trepidansque celerioribus motibus vertex cordis ipsius madens sanguine, pulmonum excipitur mollitia, siti, frigore. Lienem vero iecinori, nec frustra, esse fini-

Copias] Id est, alimenta, cibos. Valer. Max. lib. II. *Censuitque ut domus ei Romae quam optima conduceretur, et copiae non solum ipsi, sed etiam comitibus eius publice praeberentur.* Plinius Laudatione Traiani: *Refudimus Nilo suas copias: recepit alimenta quae miserat.* Sic accipiendus Papinianus in l. 21. de Compensationib. Colv.

Hominis] Malim, *homini*. Vulc. Vulcanii coniecturam testor confirmari Fulvii manuscr. *homini*. Sciopp. *in Symb.* MSStis Vulc. et Fulv. accedit Florent. atque ita iam coniecerat Stew. Ante Wower. edebatur *hominis*. Bened. *homini ob prompt.* Pro *comparatum* Voss. *comparandum*.

Suavissimae orat. hoc d. e.] Vet. edit. *rationis et suavissimae datum est*. Colv. *τὰ orationis hoc* non agnoscunt Edd. ante Iunt. post. Pro *datum* Bened. *elatum*. [Casaub. ad Apol. p. 411. Ed. Flor. locum citans: *homini promtuarium rectae rat. et suav. orat. os datum est*, fortasse magis auctoris sensum quam verba ob oculos habuit. Alias, si *os* MStis probari posset, apprime placeret. — I. B.]

Conceperit, ea sensa] Harl. *conceperat*. Voss. *concepit*. Bened. *conceperit eas usa*.

Sed et] Harl. Voss. et Edd. ante Vulcan. cum Wower. non habent *et*.

Alia longe] Rom. et Bas. 2. Reliquae *atque longe*. Colv. Sic recte MSS. et Edd. ante Elmenh. exceptis Basil. in quibus *atque l.* unde Stew. coniecit *aliaque* quod male tacens arripuit Elm. et seqq.

Reguntur] Voss. *geruntur*, *reguntur*, ducta lineola sub *geruntur*.

Optimatium] Harl. et Edd. ante Vulcan. *optimatum*.

Humo tenus] Omnes fere libri veteres: *humero tenus*. Satius tamen visum sequi vulgariam lectionem, utpote simpliciorem et pleniorem. Wower. Bened. Edd. ante Vulcan. item Wow. *humo tenus*. sed male. Auctor ait, omnia membra et universa, (de singulis separatim aget) ab imis usque ad summa capiti obedire, ut p. 586. *cetera membra ancillari et subservire capiti.* Sed cur *uno humero?* Recte ergo MSS. Florent. Fulv. et Ed. Bas. sec. *humerorum tenus*. Voss. *humorum t.* Nam *tenus* a nostro etiam cum Genitivo iungi iam diximus ad Flor. N. 2. *Nubium tenus*. de Phil. Mor. p. 612. *Tyrannidis tenus*. sic enim MSS. Vide Drakenb. ad Liv. L. XLIV. c. 40. Apud Solin. p. 13. prave Ed. Ald. *crure tenus* pro *crurum t.* Etiam cum accusativo construitur. Vide ad Val. Flacc. I, 538.

Ad sup.] Lege ex MS. Thuano *At sup.* etc. Florid. Edd. ante Vulcan. *ac*. Male Edd. Elm. Scriv. *ad*.

Superciliorum sepes] In Platone est: *Σωτηρίαν γὰρ ἣν οἱ θεοὶ ἕνεκα τῆς ὄψεος ἐμηχανήσαντο τὴν τῶν βλεφάρων φύσιν.* Colv. De τῷ *sepes* pro quovis obstaculo vide ad Sueton. August. cap. 91.

Praemuniunt] Harl. Voss. *denique praemuniunt*.

Pulmones etc.] Ibidem: *Τῇδε δὴ πηδήσει τῆς καρδίας, ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ καὶ τῇ τοῦ θύμου ἐγέρσει, προγινώσκοντες ὅτι διὰ πυρὸς ἡ τοιαύτη πᾶσα ἔμελλεν, οἴδησις γίγνεσθαι τῶν θυμουμένων, ἐπικουρίαν αὐτῇ μηχανώμενοι, τὴν τοῦ πνεύμονος ἰδέαν ἐνεφύτευσαν.* Colv.

Cum exardescit] Vide Platonem in Timaeo p. 1073. Haec quae sequuntur omnia, in Fragmento MS. Thuan. desunt. Florid.

Trepidansque] Harl. *trepidans*. Lips. *trepidatque*.

Ipsius] Fortasse an in autographis fuerit, *vertex cordis bilis madens sanguine*. Stewech. Bened. *i. m. sanguinem*.

Pulmonis excipitur moll.] Legendum ex MS. *pulmonum*. Sciopp. *in Symb.* Recte MS. *pulmonum*. Non sustinui autem recipere, quod in alio V. C. *situ, frigore*. Nam situm pulmonum ait, propter eorum porositatem et fungosam mollitiem, qua tanquam spongiae sitientes bibunt. Cicero 2. de Nat. Deorum: *In pulmonibus inest raritas quaedam et assimilis spongiis mol-*

finitimum, ut eius redundantiam participatis haustibus relevet, abstergeatque ea, quae sordium fuerint, purumque ac sincerum praestet. quod maxime fibris est commodum. Ventrem hiris intestinorum circumplexum, et nexibus impeditum esse, ne esculenta et poculenta sese penetrarent, sed ut retenta paulisper utilitatem sui accessu animantibus exhiberent, ne exhaustis et labentibus iis quae inferuntur, momentis omnibus adpetendi cibi necessitas immineret, et ad hoc unum occupari nobis dies noctesque esset necesse. Visceribus ossa sunt tecta. ca-

mollitudo. Plinius lib. XI. cap. 36. *Pulmo spirandi officina, attrahens ac reddens animam, idcirco spongiosus ac fistulis inanibus cavus.* WOWER. Edd. ante Vulc. sec. *pulmonis* ut et pag. seq.

LIENEM] Ibid: Διὸ δὴ καὶ ὅταν τίνες ἀκαθαρσία, γίγνονται διὰ νόσον σώματος περὶ τὸ ἧπαρ, πάντα ἡ σπληνὸς καθαίρουσα etc. COLV. *Lienem* MSS. O. et Edd. Iunt. post. Vulc. etc. In Colv. et aliis *splenem.*

IECINORI] Edd. ante Vulcan. *iecori* ut p. 590. Harl. Voss. *iocineri.* Bened. Florent. aliique cum Edd. Vulc. Scal. *iocinori.* ut haec passim variantur.

NON FRUSTRA] Florent. Voss. *vel frustra.* Absunt a Bened. Recte Harl. *nec frustra.*

REDUNDANTIAM] Sic optime Florent. cum Edd. Elm. etc. In reliquis MSS. et Edd. *redundantia.* nisi hoc sit substantive positum in plur. ut *eminentia cuiusque operis* apud Vellei. I, 17. ubi alii *eminentiam.*

ABSTERGEATQUE] Sic bene Voss. ut apud Plautum aliosque. *Deterget* in praes. L. IV. Met. in f. et in Apol. p. 406. Ed. Flor. In reliquis libris est *abstergatque.* Bened. *et abst.* in quo pro *quae* est *quaeque.* Voss. *sordidum fuerit purumque et sinc.*

VENTREM] Ibidem: Τῇ τοῦ περιγινησομένου πόματος ἐδέσματός τε ἕξει τὴν ὠνομασμένην κάτω κοιλίαν ὑποδοχὴν ἔθεσαν εἵλιξάντε πέριξ τὴν τῶν ἐντέρων γένεσιν, ὅπως μὴ ταχὺ διεκπερῶσα ἡ τροφὴ, ταχὺ πάλιν τροφῆς ἑτέρας δεῖσθαι τὸ σῶμα ἀναγκάσοι. COLV.

GYRIS INTESTINORUM] Nequaquam hoc damnem. *Circumplecti* enim *gyris* eleganter dicitur. Vide ad Met. L. I. p. 22. Et sic Plato fere εἵλιξάντε πέριξ τὴν τῶν ἐντέρων φύσιν. Auson. Ep. 4, 45. *feminum gyri teretes.* Verum Florent. pro var. Lect. ut et Bened. habent *hyris.* Harl. Putean. Batav. *Iris.* Voss. *hiris.* Recte. *Hirae* sunt intestina et eorum anfractus: quam vocem librarii hic non somniare potuisse videntur. Vide Comm. ad Festum, Plautum, et Arnob. L. VIII. p. 230. atque sic omnino e MSS. legendum cum Ill. Bouhierio in Petron. carm. de B. Civ. vs. 45. de tabe: *Intra membra furens* hiris *latrantibus errat.* Forsan restituendum hoc etiam Plinio L. X. c. 37. §. 69. *Accrescentibus crenis.* in MSS. O. *renis.* f. *hiris.*

ET NEXIBUS IMP. E. NE ESC.] Bened. *sed et n.* Voss. *impedimentum.* solito errore. Vid. ad Frontin. et Caesar. Abest *ne* a Voss.

POCULENTA] [Nihil hic annotavit Oud. sed ad Sueton. Oth. c. 2. monuit hic et apud Cicer. de Nat. De. c. 56. legendum esse *potul.* quomodo dant plurimi Codd. Ciceronis. sed hic MSS. nihil variare videntur. — I. B.]

RETENTA PAULLISPER UTILITATEM SUI ET CENSUM] Flor. et Bas. 1. Rom. Ald. *ac sensum*, male. ELMENH. Sic cum Vulcanio ediderunt ceteri Edd. Floridusque exponit *emolumentum et vectigal quoddam*; at vellem mihi indicaretur locus, ubi *census* ita sumatur, licet exstare videatur in Codd. nonnullis. Certe Voss. *ac censum.* At MSS. Florent. Harl. *ac sensum.* quod non temere damno. In Edd. vett. *et sensum.* Cibi *sensum* sui si ventri adferunt et intestinis, addunt etiam utilitatem. Verum in Bened. est *sui accessu*, quod verum esse iam obiter monui ad Met. L. IV. p. 279, b. *Paullatim* suo accessu cibi praebent utilitatem, non *subita ruina sese penetrantes.* ut ait auctor.

EXHIBERENT] Bened. *exhiberet.*

NAM NE EXH.] Tollendum esse illud *nam*, et punctum ante haec verba *visceribus ossa sunt tecta* etc. ponendum esse, facile videbit quisquis Timaei pag. 1075. legere voluerit. FLORID. Intrusum erat istud *nam* a Vulcanio, qui pro *neque* quod edebatur ante ipsum, sic exhibuit cum seqq. Sed recte Harl. Voss. et Bened. non agnoscunt istud *nam.*

IIS, QUAE INF.] Non male τὸ *iis* exsulat a Florent. Voss. et Bened. Vide supra. *qui* in Harl.

ADPETENDI CIBI] Batav. et Puteani excerpta *appetitu.* ELMENH. ut et Harl. Fors rursus *adpetundi.*

AD HOC UNUM] Edd. ante Iunt. post. *ad haec un.*

OCCUPARI] Exc. Batav. *occupandum.* ELMENH. item Harl. in quo inverso ordine est *dies nob.* ut et mox Edd. quaedam *nec. esset.*

eadem revincta sunt nervis. Et tamen ea, quae sunt internuntia sentiendi, sic sunt operta visceribus, ne cra situdine sensus hebetentur. Illa etiam, quae iuncturis et copulis nexa sunt, ad celeritatem facilius se movendi haud multis impedita sunt visceribus. Denique ipsius capitis verticem specta: contectum tenui
590 cute, capillisque hirsutum videbis, adversus vim frigoris et caloris. At enim illae opimae sunt partes, quas labor subigit: ut femina ipsa, qua sessitandi regio est. Quid de cibatu ipso loquar? quem itinera ex utero manantia fibris iecoris adiuncta dispertiunt, in cruoris habitudinem versum, ut cum ex eo loco per omnes artus natura solers derivari faciat. Sed e regione cordis venarum meatus oriuntur, per pulmonum spiracula vivacitatem tran ferentes, quam de corde susceperint: et rursus ex illo loco divisae per membra totum hominem iu-

Sunt tecta] Abest *sunt* a Bened.

Ea quae] Bened. *omnia quae.*

In iuncturis] Delenda auctoritate MS. particula *in.* Sciopp. *in Symb.* MSS. O. cum Ed. sec. Vulc. et seqq. *iuncturis.* In Edd. prioribus est *in iunct.* per pleonasmum τοῦ *in*, ut saepissime nostro. Sed contra MSS. non id intrudendum ubique.

Ad celeritatem etc.] Quid si legamus, *ad celerius faciliusque se movendum.* Vulc. *ad celeritatem fac. sese movenda*] Sic ediderunt Elm. Scriv. Flor. quae me non intelligere fateor. *Sese* autem in nullo est scripto nec edito, verum MSS. Florent. Voss. Vulc. Bened. aliique exhibent *semovenda* cum Edd. Vulc. pr. Wow. *Semovendam* Harl. et Edd. priores, quod aeque obscurum. Lips. et Scal. seu Ed. sec. Vulc. *se movendi*. Recte quod ad sensum. Verum forsan emendandum fuerat *ad celeriter atque f. se movenda*, vel potius, ut insistamus propius MStorum vestigiis *ad celeritate f. se movenda.* ut constructio sit *ad movenda se celeritate.*

Haud] Harl. Voss. *aut* et inverse *sunt imp.* ubi Voss. rursus *impedimenta.*

Adversus vim] Sic Florent. et Ed. Elm. etc. Alii *adversum.*

At enim etc. regio est] Desunt haec Edd. ante Iunt. post.

Optimae] Forte, *opimae.* Vulc. Rectius in aliis *opumae*, pro *opimae.* quod defendit Casaubonus. Brant. *Opimae* Casaubonus. Flor. Leid. *optimae.* male. Elmenh. Recte Vulc. et Casaub. ad Apol. p. 165. cum Scal. et seqq. *opimae.* σαρξὶ ξυμπεπληρωμένας vocat Plato. In MSS. et Edd. prioribus de more *optimae.* Voss. *opumae* ut vult Brant. sed vide ad Met. L. II. p. 115, b.

Subigit] Bened. *subit.* Voss. Ed. Iunt. post. *subiit.*

Femina ipsa, qua sess.] Ita Edd. priores et Wow. cum seqq. ut dicat *femina* quoque inter eas partes, quae pingues sunt et labore subiguntur, esse pinguia, qua in ipsis regio est sedendi, ne illa membra crebra sessione impedimentum acciperent. Nisi ita capias, nescio cur *femina* inter partes ponat, quas labor subigat. Sine distinctione *f. ipsa qua* Vulc. In MSS. Bened. Harl. Edd. Iunt. post. Bas. sec. Colv. Scal. *ipsaque* sc. *clunes.* In Florent. *semina.* Bened. *semen.* Voss. *semen ita ipsa quae.*

Quem] Bened. *que.* Voss. *quam.*

Ex utero manentia] Lege meo consilio, *manantia. Manare* dicitur cum humor ex integro non nimis solido, per minimas suas partes erumpit, teste Festo. Stewech. Verum, *manantia.* Colv. Rom. *manentia*, male. Elmenh. Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. Colv. *manentia*, male.

Cruoris] *Cruor* hic dicitur de vivi hominis sanguine. Lucan. metaphorice L. VII. vs. 579. *scit* cruor *imperii qui sit.* ubi male mutare tentat Burm. Pro *habitudinem* Edd. ante Vulcan. *similitudinem* contra MSS.

Eum ex eo l.] Harl. *eam.* Male *eo* omisit Floridus. Pro *artus* Voss. *artis.*

Faciat] Florent. Voss. *facit.* Bened. *faciatur.*

E regione] Edd. Ald. Iunt. utraque Bas. pr. *regione.* Vide ad Met. L. II. p. 189, b.

Meatus] Bened. *venatus.* et mox rursus Edd. ante Vulcan. *pulmonis.*

Vivacitatem] Bened. *viricitatem.* pro *quam de c.* id *que de c.*

Susceperunt] Bened. Voss. *susceperint.* Recte.

In totum hom. iuvant spiritum] Melius liber scriptus: *totum hominem iuvant spiritu. Hinc illae anh.* Wower. f. *in totum hominem iuvant spiritu.* Brant. Wower. ex Fulvii lib. I. *Spiritu.* bene. Elmenh. Edd. ante Wower. *in totum h. i. spiritum.* unde Brant. coniecit *in totum h. i. spiritu.* ut forsan *in totum* separate sum-

iuvant spiritu. Hinc illae anhelandi vices haustae, redditaeque alterno modo, ne mutuis impediantur occursibus. Venarum diversae sunt qualitates, quas ad procreandum e regione cervicum, per medullas renum commeare, et suscipi inguinum loco certum est: et rursum venarum genitale seminium humanitatis exire. At cum totius corporis diversas dicat esse substantias: primam vult vi- 591.
deri ex igni et aqua, et ceteris elementis; aliam ex consimilibus partibus viscerum, ossiculorum, cruoris, et ceterorum; tertiam de discrepantibus diversisque membris, id est, capite, utero, et articulis disparibus. Unde et substantia, quae de simplicibus constat elementis, si id quod necessitate victus extrinsecus adrogatur, quomodo congruit et generi singulorum, qualitatem corporis

sumserit. Sed recte receptam nunc lectionem e Ms. Fulvii emendavit Wow. nam accedunt Bened. Voss. et Harl. non habentes *in*.

HINC] Ed. Vulc. *hic*. Voss. *hinc illa*.

DIVERSAE SUNT] Bened. *sunt dispersae*. Voss. quoque *dispersae*.

AD PROCREANDUM E R. CERVICUM] Ita egregie emendavit Vulc. confirmatum a MSS. O. et Platone, ipsoque sensu. Antea ridicule edebatur *ad procurandum e reg. servitium*. nisi quod in Ed. Iunt. post. iam exstet *cervicium*: quod retinuit Wow. forsan recte, sed tamen contra MSS. quos scio. In Vulc. Ed. typographi errore est *procreandum*.

RENUM COMMEARE ET SUSCIPI] Bened. *reum et me ire et suscipit*.

INGUINUM LOCO] Fortasse, *lacu*. Vide notata ad Apol. BRANT. Inepte. MSS. O. *inguinum loco* ut bene Wow. et seqq. Ante Vulcan. edebatur *ignium l.* Ille cum Scalig. edidit *in inguinum l.* Sed *in* nullus codex agnoscit. *Inguium* Bened. Harl. Haec partes sexcenties *loca* vocantur, et *loci genitales*; ut locum Columellae L. VII. c. 13. correxere Heins. ad Vellei. L. II. c. 126. et iam ante Beroald. ad Appul. Met L. VII. *ob admissuram pasti*. et sic Obseq. cap. 97. *Vestimento diducto in inguinibus, exerta lingua, per inferiores locos quod ignis ad os emicuerit:* ut lego. alii aliter. V. Burm. ad Ovid. Fast IV, 157. Verburg. in Rep. Erudit. A. 1719. M. Dec. p. 529: sed male. Nec melius deleri iubet Wopkens. in Misc Obs. Vol. VIII. *τὰ per inferiores locos*. Vide Comment.

SEMINIUM] Veteres editi, *semen*, inter quos etiam Venetus, *Seminum*. Ita libro sequenti: *Puerperiaque ipsa morum dissimili seminio concepta*. Plautus Amphitruone, Milite. Notat Priscianus lib. V. Lucret. L. III. *Denique cur aeris violentia triste leonum Seminium sequitur*. Sed hoc totum ita puto legi debere, *seminium humanitatis excire*. id est, excitare: quod de Venis apte dicatur. Nec pluribus hic philosophari nobis visum. Res est, quam Natura ipsa nos docet. COLV. Aliquid hic corruptum esse videtur, nec facile est emendare. Colv. pro *exire* reponebat *excire*, sed neque hoc sensum satis planum efficit. Videtur tollenda vox *venarum*, ac legendum *et rursum Genitale seminium humanitatis exire*, ut sit sensus: venas illas seu arterias, quae susceptae sunt inguinum loco in testiculis, et sic vulgo ab Anatomicis *vasorum deferentium* nomine insignitae veniunt, ab iisdem testiculis ad parastatas redire, seminium humanitatis continentes; quo loco *vasa eiaculatoria* dicuntur, videturque inde esse, quod illarum venarum diversas esse qualitates dixerit, ad illa duo distincta earum munia respiciens. FLORID. Obscurior hic locus est. Florid. eiici vult *τὸ venarum* sed vel sic mallem *excire*, quod coniicit Colv. et vel *alias* vel *qualitates* quae praecedunt, subintelligere. Sensus enim auctoris videtur: Venarum qualitates esse diversas, alias commeare ad inguina etc. Venarum vero *alias excire seminium* vel *aliis exire seminium*. MSS. Voss. Harl. Bened. Edd. Rom. Vic. *seminum*. Ald. Iunt. pr. Bas. *semen*, male. Vide Colv.

CUM TOTIUS CORP. DUAS DICAT S.] Scribe: *diversas dicat subst.* WOWER. Legerim: *dicat tres esse substantias*. BRANT. *Diversas* Wow. et seqq. contexere ex corrupta voce *duas*, quod exstat in Vulc. Cod. eiusque Ed. ac Scal. ut et coll. Lindenbr. Sed Harl. Bened. Voss. et Edd. priores carent hac vocula.

PRIMAM] Harl. Voss. Bened. *primum*. Mox Harl. recte *igni*. V. supra.

ALIAM] Bened. *aliud*. Pro *tertiam* Edd. ante Iunt. post. *tum eam*.

UTERO] Bened. *et utero*.

ET SUBSTANT.] Abest *et* Edd. ante Vulcan. Pro *quae* Bened. *qua*.

EX NECESSITATE] Dele *τὸ ex* auctoribus MSS. Florent. Voss. Harl. Bened. Vulc. Pro *arrogatur* Bened. Voss. *arrogantur*.

ET GENERI] Pro *etiam* L. Abest tamen *et* a MS. Bened. et Edd. ante Vulcan. Nec sane opus est. Voss. *generis*.

AT

ris temperiemque custodit: at illis, quae de consimilibus, robur auget, his, quae inter se disparia supra diximus, pulchritudinem nutrit: et simul aequalitas ista sicci, humidi, ferventis ac frigidi, sanitatem, vires, speciemque largitur: sicut illa intemperans atque immoderata permixtio, singulis universisque vitiatis, animal celeri exitio corrumpit. Tripartitam animam idem dicit. primam eius rationabilem esse partem: aliam excandescentiam, vel irritabilitatem: tertiam appetitum; eamdem cupiditatem possumus nuncupare. Sed tunc animanti sanitatem adesse, vires, et pulchritudinem, cum ratio totam regit, parentesque ei
592. inferiores duae partes, concordantesque inter se, iracundia et voluptas, nihil adpetunt, nihil commovent, quod inutile esse duxerit ratio. Eiusmodi ad aequabilitatem partibus animae temperatis, corpus nulla perturbatione frangitur. Alioquin invehit aegritudinem atque invalentiam et foeditatem: cum incompositae et inaequales inter se erunt: cum irascentiam et consilium subegerit, sibique

AT] Exsulat a Florent. *Et* Harl. Bened. Voss. Edd. ante Iunt post.

QUAE DE] Abest *quae* MSS. Voss. Harl.

AUGET] Edd ante Vulcan. carent hac voce, reclamante sensu, perspicuitate, et MSStorum auctoritate.

IIS, QUAE INTER SE] Vulgo legitur, *usque inter se* etc. nullo sensu. Emendavi, mutata voce *usque*, in has duas *iis quae:* ex quibus per errorem fuerat conflata. Patet emendationis ratio ex interpretatione. FLORID. Vana est gloriatio Floridi, se primum corrigere, quia scilicet in Edd. Elm. ac Scriv. editur *usque*, ut exstat vitiose in Florent. sed *his quae* recte Edd. ceterae. Post *auget* debet poni distinctio. *Illis* quae de consimilibus sunt, robur auget, *his*, quae disparia, pulchritudinem nutrit. In MSS. Harl. Bened. Vulc. non male *et his*. quod tamen non opus est.

AEQUALITAS] Florent. Harl. *obaequalitas*, ut et infra ubique.

VIRES] Bened. *viresque*.

SICUT] Bened. *sic*. Harl. *ut cum*. Voss. *sicum*.

ANIMAL CORRUMPIT] Ita optime emendavit Vulc. cum seqq. nisi quod Scal. dederit *corripit*. In Edd. ante Iunt. post. *aliis corripitur*. Iunt post. Bas. sec. Colv. *anima corripitur*. Sed *animal corrumpit* MSS. Lindenbr. Vulc. Bened. qui habet a m. pr. *animam*. Voss. *anima corrumpit*.

IDEM] Edd. ante Vulcan. *esse*.

EXCANDESCENTIAM] Bened. *excandentiam*.

IRRITABILITATEM] Sic MSS. O. cum Vulc. Scal. Elm. etc. In Edd. reliquis *irritabilem*. V. Salmas. ad Epictet. p. 157.

APPETITUM] Harl. Florent. Voss. *appetitus*.

EAMDEM] Sic edidi pleniore post *appetitum* distinctione posita, ex auctoritate Codd. Florent. Voss. Bened. Harl. Vulgo *eamdemque*.

NUNCUPARE] Edd. ante Vulcan. *dicere* contra MSS.

ET PULCHRIT.] Deest *et* in Harl. Bened. Voss. Paullo ante pro *animanti* Harl. *animantis*.

TOTAM R.] Scil. animam. MS. Bened. Ed. Colv. *totum*. Harl. *tota regis*.

PARENTESQUE EI] Hoc participium vindicavi Appuleio, auctoribus MSS. Florent. Fulv Voss. Putean. Batav. Harl. Bened. Regitur aeque ac *concordantesque* a verbo *nihil adpetunt*. Vulgo *parentque* simpliciter, vel *parentque ei*, ut in Edd. Elm. Scriv. Flor. Sic de Mundo p. 749. *eius arbitrio* parentum *mentes agitantur* i. e. subiectorum. ut apud Sallust.

CONCORDANTESQUE] Edd. Wow. et O. ante Vulcan. *concordesque*.

COMMOVENT] Edd. ante Iunt. post. *movent*. Edd. Vulc. Scal. Bas. tert. *commonent*. male.

DIXERIT R.] Malim, *duxerit R.* COLV. Bene et sic MSS. O. *duxerunt* Harl. *duxerint* Voss.

AEQUABILITATEM] Harl. et Edd. ante Vulcan. *aequalitatem*. ut supra. Sed et de Deo Socr. p. 683. *aeterna* aequabilitate.

TEMPERATIS] Bened. *temporatis*.

PERTURBATIONE] Florent. *turbatione*. Harl. et Ed. Colv. *conturbatione*.

ALIOQUIN] Voss. et Ald. Iunt. *alioqui*.

ATQUE INVALENTIAM] Sic Florent. Voss. Harl. Bened. Edd. Iunt. post. Elm. etc. In reliquis *invalentiamque*. Pro *incompositae* Bened. *inpacte*.

IRASCENTIAM ET CONSILIUM etc.] MS. Florent. *irascentia consilium*. Fulv. Voss. Bened. Edd. Elm. Scriv. *irascentia et consilium*. sed omnino male. Auctoris mens est: Tum invehi aegritudinem etc. cum una ex tribus partibus duas reliquas vicerit. ex. gr. cum Cupiditas subegit

que ſubiecerit cupiditas: aut cum dominam illam reginamque rationem, obſequente licet et pacata cupidine, ira flagrantior vicerit. Sed aegritudinem mentis ſtultitiam dicit eſſe, eamque in partes duas dividit. Harum unam imperitiam nominat, aliam inſaniam vocat. et imperitiae morbum ex glorioſa iactatione contingere, cum eorum, quorum ignarus eſt, doctrinam aliquis ſcientiamque mentitur: furorem vero, peſſima conſuetudine et libidinoſa vita ſolere evenire. Hancque inſaniam nominari, quam vitioſa qualitas corporis prodit, cum ea, quae ſunt rationi parata in ipſo vertice, importunis anguſtiis coarctantur. At enim tunc hominem eſſe perfectum, cum anima et corpus aequaliter copulantur et
inter ſe conveniunt, ſibique reſpondent: ut firmitas mentis praevalentibus cor- 593.
poris viribus non ſit inferior. Corpus vero tunc nativis incrementis augetur, cum valetudinis portio procurata ſalubriter modum neceſſarii victus neſcit exce-

egit Iraſcentiam et Conſilium, ſive Iram et Rationem, quae eadem ſunt; aut cum Ira vicit Rationem, obſequente Cupidine. Alioquin bis de Ira victrice loqueretur. Si vel ſic tamen *Iraſcentia* quis praeferat, mallem *cupiditatem*; ut dicat: cum Ira vicit Conſilium et Cupiditatem, vel cum Rationem vicit, eique obſequatur Cupido. Sed multo praeplacet vulgata lectio.

Subiecerit] Ed. Wow. *ſubiecit*. Pro *aut cum* Florent. Voſs. Bened. *autem c.*

Obſequente licet] Sic Harl. Voſs. Bened. Vulgo *licet obs.*

Pacata] Ita MSS. O. In Edd. ante Vulcan. *placata*. ſolita variatione. Voſs. *cupidini*.

Flagrantior] Bened. *flagrantiora*.

Stultitiam dicit esse] Plato: Νόσον μὲν δὴ ψυχῆς, ἄνοιαν συγχωρητέον. Δύο δ' ἀνοίας γένη· τὸ μὲν, μανίαν, τὸ δ' ἀμαθίαν. Colv. Harl. *st. eſſe dicit*.

Harum] Sic MSS. In Edd. ante Elmenh. *quarum*.

Aliam] Repoſui hoc iubentibus MSS. optimis Florent. Harl. Bened. Voſs. pro vulgato *alteram*. Nam *alius* apud noſtrum ſaepe pro *altero* ponitur, praeſertim praecedente *uno*. Adi Pric. ad Met. L. X. p. 220. me ad Caeſar. de B. Civ. L. III. c. 21. *Unam qua* etc. aliam *tabularum novarum*. ut eſt in MSS. vetuſtiſſimis de Phil. Mor. p. 603. *Rhetoricae duae ſunt apud eum partes, quarum* una etc. alia *vero* etc. Sic paullo ante: *primam vult videri* etc. aliam *ex conſimilibus* etc. *tertiam* etc. Vide Solin. p. 8. ibique Salmas. ubi ſic MSS. Leid.

Contingere] Voſs. *contigere*.

Doctrinam aliquis scientiamque] Sic elegantius edidi cum Harl. Voſs. Bened. vulgo *aliquis doctr.* Ante Vulcan. ſimpliciter excuſum erat *ſcientiam*.

Mentitur] Batav. Exc. *metitur*, male. Elmenh. item Bened.

Libidinosa] Voſs. *libinoſa*. Pro *hancque* Iunt. poſt. *eamque*.

Quam vitiosa qualitas c. prodit] Inepte Floridus interpretatur per *demonſtrat*. cum notet *parit*, *creat*, *producit*. Vide ad Met. L. I. p. 11, b. et alibi. In Bened. vero eſt *qua*. dein in eodem et Harl. ac Vulc. *prodiit*. Edd. ante Vulcan. *prodidit*. An *quae v. c. qualitate prodit* vel *prodiit* a *prodire?* Eodem res redit. *Vitrioſa* Ed. Rom.

Angustiis] Putean. Harl. Edd. ante Vulcan. *auxiliis*.

Tunc hom.] Harl. Voſs. *hom. tunc*.

Ea quae sunt rat.] Harl. *aeque rat. ſunt*. Voſs. *ea quae rat. ſunt*.

Cum anima et corpus] Ibidem: Μία δὲ σωτηρία πρὸς ἄμφω μήτε τὴν ψυχὴν ἄνευ σώματος κινεῖν, μήτε σῶμα ἄνευ ψυχῆς. ἵνα ἀμυνομένω γίγνηται ἰσοῤῥόπω καὶ ὑγιᾶ. Colv. Florent. *corporis*, male, Elmenh.

Nativis] Bened. *natis* ſuprascr. *naturalibus*.

Valetudinis portio procurata] MS. Fulv. *paſſio*. Leid. *paſtio*. Florent. Voſs. Harl. Putean. *potio*. In Bened. tantum *portionis procurat*. Male omnes. Plin. L. XXI. c. 3. *In hoc eſt aliqua* valetudinis portio.

Modum necess. victus] Sic Eraſiſtratus apud auctorem libri de Hiſtoria Philoſophica c. 135. et Plutarchum de Placitis Philos. lib. 5. cap. 30. aegrotare nos arbitratur ob alimentum vel nimium, vel inconcoctum, vel incorruptum: ſanos vivere, ſi ciborum quantum ſufficiat, aſſumpſerimus, et dum eos aſſumimus, ordinem quendam ſervemus. Vide Ariſtot. probl. ſect. 19. fol. 442. Chryſoſt. in Ioannem c. 2. hom. 21. Elmenh. Bened. *nodum et vict. n. excidere*. In eodem mox abeſt *magnitudine* et eſt *exteriorum* pro *externorum*.

cedere: nec valetudo obteritur magnitudine externorum laborum, nec pabuli sarcina immoderatius invecti, vel non ut oportet digesti distributique per corpus. Tunc enim artus ac membra vigoris debiti modum et vires retinent, cum id, quod infertur ad totius corporis conservationem, veluti singillatim exaequatum, cunctis partibus diuiditur. Verum enimvero cum id minime fit, tunc sequi exitium corporis.

NEC PABULI SARCINAE IMMODERATIUS INVECTI] Nemo non legendum videt: *nec pabuli sarcina immoderatius invecti.* Repetito ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *obteritur*: non obteritur sarcina pabuli. SCIOPP. *in Symb.* *Sarcina* Florent. vulgo, *sarcinae*, male. ELMENH. Recte *sarcina* legunt Sciopp. Wow. et Elm. cum seqq. atque ita diserte Florent. et Bened. In MSS. reliquis et Edd. prioribus *sarcinae* vel *sarcine.* ut ad *magnitudine* referatur. Sed ipsa *sarcina* est magnitudo seu pondus nimium pabuli, qua obteritur sanitas. Frustra autem Ill. N. Heinsius margini adlevit *sagina.* Adi omnino ad Met. L. IV. p. 271, b. sarcina *corporis praevalebat.* Dein Bened. modo *immoderanti.*

VEL NON] Bened. *et.*

SINGILLATIM] Harl. Ed. Vic. *sigillatim.* male. v. supra.

VERUM ENIMV.] Haec usque ad finem desunt MSS. Vulc. Harl. Bened. et τὰ *cum id minime fit* absunt a Voss.

SEQUI] Edd. Vulc. pr. Wow. *sequitur.* male. Rursus enim subintelligitur *sentit Plato.* scil. in Timaeo p. 1084. Vide supra. Abest hoc verbum a Voss. qui pro *corporis* tantum dat *copo*, et sequentem librum sine distinctione his adnectit, ut et faciunt MSS. alii, ut Fulv. Bened. etc.

LI.

DE DOGMATE PLATONIS

LIBER SECUNDUS.

SIVE

DE PHILOSOPHIA MORALI.

Moralis philosophiae caput est, Faustine fili, ut scias, quibus ad beatam 594.
vitam perveniri rationibus possit. Verum ad beatitudinem, bonorum finem, ante
alia contingere ostendam, quae de hoc Plato senserit. Bonorum igitur alia
exi-

INDEX CODD.

[Usui fuere in libro de Philosophia Morali: *Vossianus*, *Florentinus*, *Benedictinus*, *Vulcanii* sive *Leidensis*, *Puteani* Excerpta Lindenbrogii, et *Fulviani* Codd. de quibus omnibus vide ad initium Libri de Deo Socratis. — I. B.]

In Manuscripto Fulvii Ursini codice liber hic ab eo, qui est de dogmate Platonis, nequaquam distinguitur: quod, nisi fallor, iam alii quoque notaverunt. SCIOPP. *in Symb.*

DE PHILOSOPHIA MORALI] Hic liber in Fulvii Ursini manuscripto codice non distinguitur ab illo, qui est de Philosophia Naturali. Sed in membranis Florent. et Leidensibus novum titulum prae se fert, quem nos expressimus. ELMENH. Ita hunc titulum concepere Wowerius et Elmenh. auctoribus membranis Florent. et Leidens. Antea proscribebatur *de Philosophia liber* vel *de Philosophia liber unus* sive *unicus.* Male. vide notata ad initium Lib. I. de Dogm. Plat. Nec melius in ceteris MSS. sine ulla distinctione adnectitur praecedenti libro. Sed ibi de Naturali Philosophia, hic de Morali agit, ut e primis liquet verbis. Praeterea hunc librum *Faustino* cuidam discipulo, unde *filium* vocat, inscribit, sicut librum de Mundo. In ceteris nulla eius viri est mentio.

MOR. PHILOSOPHIAE] Sic solummodo Romana editio. in aliis omnibus *M. Philosophia.* COLV. Sic recte Colv. et seqq. ex Ed. Rom. cui adsentiunt MSS. O. ut debent. In reliquis *Philosophia*; quod inde forsan ortum, quia libri titulus erat *Moralis Philosophia.* nam in Cod. Bened. exaratur *Inc. moralis Philosophiae c.*

AD BEATITUDINEM] Vide Plotinum Ennead. I. lib. 4. Alcinoum 27. Augustinum de civit. Dei lib. 8. cap. 8 et 9. ELMENH.

VERUM A. B. A. A. B. FINE CONTINGENTI] V. C. legit, *fine ante alia contingeret.* Utrobique corrupte. quid si ita legas? *Verum ad beatitudinem bonorum fine ante alia contingere, ut ostendam quid de hoc Plato senserit.* VULC. Locus depravatus. Liber scriptus: *bonorum fine contingerent.* Constabit sententia, si rescripseris: *verum ad beatitudinem ante alia bonorum finem contingere ostendam ut de hoc Plato senserit.* WOWER. Locus non usque adeo sanus. Flor. *ad beatitudinem ante alia bonorum finem contingere ut ostendam.* Leidens. *a. b. b. fine ante alia contingeret ut ostendam.* Aldus, Basil. et Rom. *a. b. a. a. bonorum fine contingenti ut ostendam.* Fulvii liber *a. b. a a. bonorum fine contingerent.* Wower. *a. b. a. a. b. finem contingere ostendam, ut de hoc Plato senserit.* ELMENH. Locus hic non omnino sanus mihi videtur. ut sensus eliciatur commodius, lege: *Et cum sit verum ad* etc. Hoc vult scilicet, cum ad naturam Beatitudinis, quae in Bonorum omnium aggregatione consistit, recte cognoscendam, opus sit ipsa bona et eorum naturam ac finem, hoc est, τὸν ὅρον *definitionem* cognoscere: se demonstraturum quae fuerit Platonis super illa bonorum definitione sententia. Sic nomen *finis* Cicero usurpat lib. I. *de Finibus Bonorum et Malorum.* FLORID. *Bonorum finem ante alia contingere ostendam, ut de hoc Plato senserit*] Ita haec edidere Elm. Scriv. et Florid ex emendatione Wowerii, qui tamen contra MStorum ordinem τὰ *ante alia* praeposuit cum Edd. prioribus, in quibus legitur *ante alia bonorum fine contingenti, ut ostendam, quae de hoc P. s.* nisi quod Vulc. Ed. sec. sive Scal. iam habeat, *fi-*

595. eximia ac prima per se ducebat esse: per perceptionem cetera fieri bona existimabat. Prima bona esse Deum summum, mentemque illam, quam νοῦν idem vocat: secundum ea, quae ex priorum fonte profluerent, esse animi virtutes, Prudentiam, Iustitiam, Pudicitiam, Fortitudinem. Sed his omnibus praestare Prudentiam. Secundam numero ac potestate Continentiam posuit. Has Iustitiam sequi. Fortitudinem quartam esse. Differentiam hanc bonorum esse constituit: Partim divina per se et prima, simplicia duci bona: alia hominum: nec eadem omnium existimari. Divina quapropter esse atque simplicia, virtutes animi: hu-

nem contingere ostendam, quae etc. Et certe *finem* comparet in MSS. Putean. Bened. sed *fine* Vulc. Fulv. Voss. Dein *contingere ut ost. quae* in Florent. Putean. *contingerent ost. quae* in Fulv. *contingeret ut ost. quae* in Voss. Bened. Vulc. nisi quod in ultimo sit *quod.* Hinc patet τὸ *quae* pessime eiectum esse ab editoribus. Putem potius excidisse vocem, et scribendum *bonorum finem ante alia contingere ut scias, ostendam, quae d. h. Pl. s.* sive, ut cognoscas optimam bonorum rationem, et quasi scopum tangas, perveniendo ad beatae vitae metam. Sic p. 617. Ed. Flor. *praeteriti futurique aevi ultimas partes* attingere. de Mundo p. 726. *obtutus velocius illustriora* contingit. Facile hic ob praecedentia *ut scias* excidere verbum potuit. Floridus mirifice interpolando legit *Et cum sit verum* sive *opus, ad B. bonorum finem* etc. ut *contingere finem* notet *cognoscere definitionem*; at in Interpretatione exponit *definitionem bonorum conducere ad felicitatem.* Verum *contingere* alterutro sensu ut invenias, vereor. In Bened. est *honorum* et *sumserit.* [Nihil desideratur, modo legas *Verum ad beatitudinem, bonorum finem, ante alia* (philosophorum placita) *contingere ostendam, quae de hoc Plato senserit* vel *sensit.* Probat Platonis sententiam de fine bonorum ceteris praestare. — I. B.]

Bonorum ig. alia] Plotinus Ennead. I. lib. 7. Elmenh.

Dicebat] Florent. *ducebat.* recte. Elmenh. MSS. et Edd. pleraeque *dicebat.* Sed malim cum Elmenh. Scriver. et Florido sequi Florent. Cod. licet parum intersit: nam passim utrumque in his Philosophicis adhibet de Platone tam *dico* quam *duco*, tam *aio* quam *censeo*, et ubique fere variant libri. Vide supra et sic statim Florent. et Voss. cum Elmenh. etc. *duci.* Reliqui *dici.* Adde p. 597, 598, 608, 609, 621, 624. etc.

Per perceptionem cetera] Venet. Ro. *praeceptionem.* Pleraque huius libri e Platonis libris de Legibus et Republica desumpta sunt: e quibus pauca hic a nobis describentur, ratis sufficere digito indicasse fontem; ut unicuique eorum collatio in mundo sit. Sed et quaedam ex aliis libris: quemadmodum interdum notabimus. Colv. Flor. Bas. 2. et Leidens. *praeceptionem*, male. κατὰ μέθεξιν. Vide Alcinoum cap. 27. Elmenh. Quaedam exemplaria habent *per praeceptionem*, male. *per perceptionem* est quod κατὰ μέθεξιν Alcinoo cap. 27. *per participationem* vulgo in scholis. Florid. MSS. tantum non omnes, et Edd. primae, item Iunt. post. Scal. sive Vulc. sec. Wow. *praeceptionem*: sed bene viderunt Elm. et Flor. intelligi μέθεξιν seu participationem. At MS. Bened. *cetera per receptionem.* Forsan bene: si a sapientibus illa recipiantur, sive cum iis communicentur. Vide seqq.

Fieri bona] Voss. *bona fieri.*

Νοῦν] Sic MSS. in Edd. Ald. Iunt. post. Colv. τὸν νοῦν. Priores prave τὴν νοῦν.

Secundum ea] Addebatur ante Vulcan. *illas*, male et contra MSS. *Sed ea* Bened.

Prudentiam, Iustitiam, Pudicitiam, Fortitudinem] Ex seqq. patet ordinem vocum debere esse *pudic. iustit.* Ait enim *Sed his omnibus praestare* prudentiam, *secundam numero et potestate* continentiam *posuit, has* iustitiam *sequi.* At forsan illa virtutum nomina e margine in textum irrepserint, ut scripserit App. *esse animi virtutes, sed his omnibus* etc. Certe in Bened. non comparent *iustit. pudic.* etc. usque ad vocem *secundam.*

Differentiam hanc bon.] Vide Platonem I. de legibus. Elmenh.

Eadem omnium exist.] Recte Rom. et Basil. 2. Reliquae, *omnia.* Colv. Sic recte MSS. et Edd. Rom. Iunt. post. Lugd. 1587 etc. scilicet modo *sapientium*, non vero *aliorum*, adeoque *quorumdam* tantum; ut e seqq. liquet. Edd. priores *omnia.*

Quapropter] Roman. Bas. Aldus *quippe*, bene. Elmenh. *Divina quapropter esse* emendavi, auctoribus MSS. omnibus et Edd. Vulc. utraque ac Wowerii; pro quo malo iudicio Elm. et seqq. revocarunt priorem lectionem *quippe.* Quia tantum dupliciter bona dividun-tur

humana autem bona ea, quae quorumdam essent, quae cum corporis commodis congruunt, et illa, quae nominamus externa: quae sapientibus et cum ratione ac modo viventibus sunt sane bona: stolidis et eorum usum ignorantibus oportet esse mala. Bonum primum est verum, et divinum illud optimum, et amabile, et concupiscendum, cuius pulchritudinem rationabiles appetunt mentes, natura duce, instinctae eadem ad eius ardorem. Et quod non omnes id 596.
adipisci queunt, neque primi boni adipiscendi facultatem possunt habere, ad id feruntur, quod hominum est. Secundum, nec commune multis est, nec quidem omnibus similiter bonum. Namque appetitus, et agendi aliquid cupido,

tur in *divina* et *humana*, ait auctor *propterea* virtutes animi referendas esse inter divina, sensu clarissimo. Offensi forsan fuerunt viri docti secunda sede vocis *quapropter*, sed ea aliquoties a nostro positam esse videbimus infra ad p. 611.

MINORA A. B. EAQUE QUORUNDAM ESSE] V. C. *Innumera a. bona*, etc. Vide an legendum sit, *Minora autem bona ea esse*, etc. VULC. Scribe ex V. C. *ea quae quorundam essent.* WOWER. *Humana autem bona ea quae quorundam essent, quae*] ita Florent. Bened. Fulv et alii cum Ed. Vulc. sec. Elmenh. etc. In ceteris *minora*; nec male: *humera* Voss. *innumera* Vulc. Abest *autem* a Bened. Dein *eaque quorundam esse*; *quae* Edd. ante Wower. qui iam vulgatum correxit e MS. Fulvii, consentientibus in τῷ *essent* Bened. Voss. ut et Florent. si Elmenhorstio fides. *eaque* etiam in MSS. iisdem: at in Var. Lectt. Lindenbr. scribitur, *bona, eaque quorumdam, quae* eodem sensu, et brevius: certe suavius; ubi *quae* non toties concurrit. Nam facile carere nos posse τῷ *esse* vel *essent*, quivis videt. Vulc. Ed. sec. *Bona quorumdam esse ut quae:* interpolate.

ET ILLA] Edd. ante Scalig. sive Vulc. Ed. sec. *ut illa.*

QUAE SAPIENTIBUS] Lib. II. de legibus: ὑμεῖς δὲ καὶ ἐγὼ τάδε λέγομεν, ὡς ταῦτα ἐστὶ ξύμπαντα, δικαίοις μὲν καὶ ὁσίοις ἀνδράσιν ἄριστα κτήματα· ἀδίκοις τε δὲ κάκιστα ξύμπαντα. ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς ὑγιείας. COLV. Abest *quae* Edd. ante Vulcan. *et quae* MS. Bened.

SUNT SANE BONA] MS. *sunt secundum bona.* Optime. SCIOPP. *in Symb.* Fulvii liber *s. s. secundum bona*, bene. Hieronymus in Esaiam fol. 399. *Perspicuum est divitias et egestatem, sanitatem et languorem, voluptatem et cruciatus, nec bona esse, nec mala, sed pro sustinentium diversitate bona et mala fieri.* Vide Alcinoum cap. 27. Censorinum de die Natali cap. I. ELMENH. Cum Scioppio et Elmenh. e MS. Ursini seqq. quoque legunt *secundum* sive quasi bona. Ne audias. Vix enim Latinum est. Plato δικαίοις καὶ ὁσίοις ἀνδράσι ait haec esse ἄριστα κτήματα, ἀδίκοις δὲ κάκιστα, citante COLVIO.

OPORTET ESSE] Voss. *esse op.*

BONUM PRIMUM] Ed. Colv. *bonorum pr.*

INSTINCTAE EADEM AD EIUS ARDOREM] Editiones vet. *instructae eadem eius ardore.* Unde legendum putavi, *instrictae eadem ad eius ard.* ut scripsi supra ad lib. VIII. Metam. COLV. Frustra. Vide ad Met. L. VIII. p. 168. Ed. Pric. Edd. ante Iunt. post. dant *eadem eius ardore.* MS. Bened. *eadem eius ardore.* Abest quoque praepositio a Florent. et Voss. Adeo ut latere aliquid videatur.

ET QUOD OMNES ADIPISCI QUEUNT etc.] Auctore MS. nova hic facienda est periodus et legendum: *Et quod non omnes id adipisci queunt, neque primi boni adipiscendi facultatem possunt habere, ad id feruntur, quod hominum est.* SCIOPP. *in Symb.* Indicio MS. haec restituenda novae periodo et legendum: *Et quod non omnes id adipisci queunt, neque primi boni adipiscendi facultatem possunt habere.* WOWER. Auctoribus membranis novam hic feci periodum. ELMENH. Scioppium et Wower. bene secuti sunt Elm. et seqq. consentientibus MSS. Florent. Vulc. Voss. Bened. In Edd. primis, Ald. Iunt. Bas. pr. Vulc. pr. *et quod non omnes adip. q. qui neque primi.* At Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *sed quae non omnes adip. q. qui n. p.* nisi quod in Iunt. post. absit *qui*. Scal. sive Vulc. sec. ed. *et non omnes id adip. q. qui n. p.*

NEC COMMUNE MULTIS] MS. *com. multis est.* SCIOPP. *in Symb.* Exsulat τὸ *est* ab Ed. Wow. cunctisque ante Vulc. sec. Sed in Fulviano exstare monuit iam Sciopp. et ita quoque MSS. nostri. Sed *nec* abest a Bened. qui cum Voss. et Ed. Vulc. sec. habet *commune cum multis.* Verum in hac constructione alius solet addi dativus; uti *mihi cum multis id commune est.*

NEC QUIDEM] Voss. Bened. *quod* male.

AGENDI ALIQUID] Edd. ante Iunt. post. *ad aliquid.*

do, aut vero bono incitatur, aut eo, quod videatur bonum. unde natura duce
cognatio quaedam est cum bonis ei animae portioni, quae rationi consentit.
Accidens autem bonum esse putat, quod corpori, rebusque venientibus extrin-
secus copulatur: et illum quidem, qui natura imbutus est ad sequendum bo-
num, non modo sibimet ipsi natum putat, sed omnibus etiam hominibus: nec
pari aut simili modo, verum patriae unumquemque conceptum esse, dehinc
597. proximis, et mox ceteris, qui familiari usu vel notitia iunguntur. Hominem
ab stirpe ipsa neque absolute bonum, nec malum nasci: sed ad utrumque pro-
clive ingenium eius esse. Habere quidem semina quaedam utrarumque rerum
cum

VERO BONO INCITATUR] Flor. Leid. *verbo bono*. ELMENH. Fulv. *initiatur*. male.

EO QUOD VIDEATUR] Bened. simpliciter *quod videtur*.

COGNATIO Q. E. CUM BONIS EI ANIMAE PORTIONI, QUAE RATIONI CONV.] Prave Bened. *cum hominis A. partitionis, et quae curationi conv.* et Voss. *partionis, quae curationi conv.* quod ultimum exstat quoque in Florent. et Vulc. *Rationi* legendum esse patet satis ex libro praec. et infra p. 598. Nisi viderem voces has saepe confundi, ut infra p. 615. male in nonnullis *ratio* pro *curatio*, coniicerem *cum ratione conv.*

ESSE PUTAT] Scil. Plato. Edd. ante Vulc. sec. *putatur*. Bened. Voss. *est et putatur*.

ET ILLUM QUIDEM] Edd. ante Iunt. post. *et aliquando q.* Bened. *et ille quidem*. Male.

QUI NATURA etc.] Scribe cum Clariss. Viro Isaäco Casaubono ex Platone: *Illum quidem, qui nat. i. e. a. s. b. n. m. sibimet ipsi natum putat, sed omnibus: nec pari aut simili modo: verum patriam unicuique acceptam esse, dehinc proximos.* WOWER. Contaminatissimum locum olim egregie restituit Is. Casaubonus, nunc maximo rei literariae damno *μακαρίτης*. Plato Epist. 9. ad Archytam Tarentinum fol. 351. *ἄλλα κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πάτρις μερίζεται, τὸ δὲ οἱ γεννήσαντες· τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι, πολλὰ δὲ καὶ τοῖς καιροῖς δέδοται τοῖς τὸν βίον ἡμῶν καταλαμβάνουσι.* Cicero de Off. I. pag. 240. *Non nobis solum nati sumus, sed ortus nostri partem patria vendicat, partem amici.* Idem L. II. de Finib. p. 59. ELMENH. *sibimet intimatum* MSS. et Edd. ante Wower. qui bene cum seqq. recepit Is. Casauboni emendationem *sibimet ipsi natum* ad Apol. p. 164. ex notissima Platonis, quam saepius memorat Cicero, sententia. Vide Elmenh.

SED OMNIBUS ETIAM HOMINIBUS] Sic MSS. O. et Edd. vett. *τὸ etiam hominibus* sine caussa desunt in Ed. Vulc. pr. Wow. etc. quam Vulcanii Editionem passim sequuntur Basileënses, quas *Bas.* 2. vulgo vocat Elmenh. Potius *Bas.* 3. debuit dicere. nam illa quam 2 vocat Colvius, longe prior est Vulcanio.

ACCEPTUM ESSE] Est qui legat, *aptum esse*. COLV. Observa *acceptum* hic nescio an satis proprie, sed certe necessario (ut ex superioribus patet) positum non passive pro eo, qui placet et amatur a patria etc. sed active pro eo, qui amat patriam. Quae quidem acceptio singularis mihi videtur, ne quid peius dicam. Quod si quidquam contra editionum omnium consensum liceret mutare, pro *acceptum* libenter legerem *addictum*. FLORID. *verum patriae unumquemque acceptun esse*] Sic ibidem legit Casaubonus, ediditque Elmenh. ac seqq. ex eodem Platonis loco, pro *verum etiam*, quod sine sensu exstat in MSS. et Edd. at Bened. non agnoscit *etiam*. Num scripsit auctor *communi τῷ κοινῷ*? de quo ad Frontin. III, 2, 6. et Caesar. et ad Met. L. VII. p. 453, a. nam nimis abeunt litterae in *patriae* et *etiam*. Sed praeterea recte advertit Floridus *acceptum esse alicui*, pro amore vel beneficio eum prosequi, non videri Latinum: quare coniecit ille *addictum*: immo Casaubonus iam proposuit id sentiens *adstrictum*. Lipsius: *verum etiam acceptum sibi*. male. Wowerius in notis (vide supra) quasi ex Casauboni emendatione scripsit *patriam unicuique acceptam, d. proximos, et m. ceteros.* interpolate; in textu vero edidit *conceptum* sive satum et creatum: quod unice placet. *γένεσιν* et *ortum* hic nominant quoque Plato et Cicero.

HOMINEM AB STIRPE IPSA] Florent. *ab stirpe ipse.* Vide Lipsium Introduct. ad Stoïcam Philosophiam Lib. II. Dissert. II. ELMENH. Voss. et Vulc. cum Florent. *ipse*. Bened. *homine*.

BONUM NEC MALUM] Voss. Bened. *malum nec b.*

INGENIUM EIUS ESSE] Sic MSS. Carent Edd. ante Vulcan. *τὸ eius*.

QUIDEM SEMINA] Voss. *semina q.*

PART.

cum naſcendi origine copulata, quae educationis diſciplina in partem alteram debeant emicare. doctoreſque puerorum nihil antiquius curare oportere, quam ut amatores virtutum velint eſſe; vel moribus et inſtitutis eos ad id prorſus imbuere, ut regere et regi diſcant magiſtra iuſtitia. Quare praeter cetera induci ad hos eos oportere, ut ſciant, quae ſequenda fugiendaque ſint, honeſta eſſe, ac turpia: illa voluptatis ac laudis; haec vero dedecoris ac turpitudinis. Honeſta eadem quae ſunt bona, confidenter optare nos oportere. Tria genera ingeniorum ab eo ſunt comprehenſa, quorum praeſtans et egregium appellat unum

PART. ALTERAM] Vulgo *altam em.* Fulv. *a. evitare.* ELMENH. Immo typothetarum errore Ed. Vulc. sec. habet *altam.*

DEBEANT EMICARE] Fulvius de coniectura legit, *evitare.* SCIOPP. *in Symb.* Male Fulvius. *emicare* idem ac proſilire et ſe exſerere ſive adparere tam in bonam, quam malam partem. quod faciunt ſemina boni et mali pro educationis diſciplina. Hinc *emicare* et *eminere* confundi videas. Adi ad Lucan. ut et *emanare.* vide ad Met. L. IX. p. 657, b. Sic *emicationes ſylvarum* L. de Mundo p. 743. Ariſtoteli ἐκφύσεις. Edd. Vulc. pr. Wow. *debent.*

CURARE OPORTET] Bened. *oportere.* nec male. In reliquis et Edd. *oportet.*

Q. UT AMATORES VIRTUTUM VEL INTER SE etc.] Vide, ſitne concinnior coniecturae noſtrae ſcriptura: *quam ut amatores virtutum velint eſſe. moribus et inſtit. e. a. i. p. imbuere, ut regere et r. d. magiſtra iuſtitia. quare praeter cetera induci ad hoc eos oportere ut ſciant.* STEWECH. τὸ *ſint* poſt *ut* primus Vulc. addidit, invitis MSS. O. ut puto, certe meis, et mox tacite Elmenh. ac ſeqq. poſt *vel* eiecit *inter ſe*, quae etiam locum non habent, ſed a MSS. O. et Edd. vett. exhibentur. Scilicet optime divinavit Stewech. *Ut amatores virtutum velint eſſe; moribus et inſtit.* Abeſt τὸ *et* a Voſs. et Bened.

AD ID PRORSUS IMBIBERE] Deleverim τὸ *ad*, legerimque cum antecedentibus ſic, *quam amatores virtutum, vel inter ſe moribus vel inſtitutis ſimiles id prorſus imbibere.* Scriptum olim, *ſlſs*, unde facile factum, *eos.* Sed melius fortaſſe Lipſius, *vel inſtitutis eosdem.* Ut Imbibere hic, ſic Perbibere apud Senecam Epiſt. 36. *Perſeveret modo colere virtutem, perbibere liberalia ſtudia: non illa quibus perfundi ſatis eſt, ſed haec quibus tingendus eſt animus.* Horatius: — *Nunc pectore puro Perbibe verba puer: nunc te melioribus offer.* Et Imbibere etiam Lucretius lib. III. *Qui petere a populo faſces, ſaevasque ſecures Imbibit.* Livius Lib. II. *Neque memor eius quod initio conſulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis.* Etiam aliquando putavi hic legendum, *ad id prorſus imbuere.* enim ſic initio huiusce libelli: *Qui natura imbutus eſt ad ſequendum bonum.* Cicero pro Milone: *Ad quam non docti ſed facti, non inſtituti ſed imbuti ſumus.* COLV. cum in Edd. ante Vulcan. exhiberetur *inbibere*, Lipſius coniiciebat *eosdem id* etc. ſed recte Steweeh. cum Colvio coniecere *inbuere*, ut exhibent MSS. O. Sic *inbuere in diſciplinas* Gell. L. XVI. c. 8.

EOS OPORTERE] Sic Stewech. e coniectura, ſed et MSS. O. Vulc. Ed. et ſeqq. Antea minus bene *ceteros.* Ed. Wow. *oportet.* Male. Nam *putat Plato* vel ſimile ubique ſubintelligendum eſt: ut ſtatim.

ILLA VOLUPTATIS, DEDECORIS AC TURPITUDINIS; HAEC LAUDIS HONESTA] Mire haec in vulgatis depravata et turbata, quae integritati ſuae reſtituimus. WOWER. Cenſeo legendum *illa voluptatis ac laudis: haec vero ded. ac turp.* duo enim tantum poſuit genera, ſequendorum nempe et fugiendorum, ſive honeſtorum et turpium. Deinde Honeſta voluptatem afferre dicit et laudem, Turpia vero, dedecus et turpitudinem. FLORID. *illa volupt. ac laudis; haec vero ded. ac turp.*] Sic optime hunc locum exhibuit Ed. Vulc. sec. quam miror non ſecutum eſſe Elmenh. Coniecit ita quoque vir doctus in marg. et quaſi de ſuo Floridus. Scriver. edidit *illa vol., haec laudis; haec vero d.* Sed ita triplicem facit diviſionem, cum tantum agatur de *honeſto* et *turpi.* Interpolate nimis Wower. *illa vol. ded. ac turp. haec laudis.* Potius honeſtatam voluptatem videntur comprehendere ſive verum gaudium ex virtute ortum, quam laudem. MSS. tamen omnes et Edd. reliquae habent, *haec laudis. Hactenus* etc. An fuit *ac laudis; altera vero d.?*

HONESTA EADEM, QUAE SUNT B.] Sic MSS. O. et tacite Elm. cum ſeqq. In Edd. prioribus *eademque, quae:* quod etiam non diſplicet.

PRAESTANS ET EGREGIUM] Sic Florent. et Edd. Iunt. poſt. Elm. ac ſeqq. in reliquis non comparet τὸ *et.*

unum: alterum, teterrimum pessimumque: tertium ex utroque modice tempera-
tum, medium nuncupavit. Mediocritatis huius vult esse participes puerum do-
cilem, et virum progredientem ad modestiam, eundemque commodum ac ve-
nustum. Eiusmodi quippe medietates inter virtutes et vitia intercedere dicebat,
tertium quiddam: ex quo alia laudanda, alia culpanda essent. Inter scientiam
598. validam, alteram falsam, pervicaciae vanitate iactatam: inter pudicitiam libidino-
samque vitam, abstinentiam et intemperantiam posuit: fortitudini ac timori me-
dios pudorem et ignaviam fecit. Horum quippe quos mediocres vult videri,
neque sinceras esse virtutes; nec vitia tamen mera et intemperata, sed hinc at-
que

TETERRIMUM] Edd. ante Vulc. sec. *deterrimum*, sollemni confusione. Vide Ind. Pro *tertium* Edd. ante Vulcan. *tertiumque*.

EX UTROQUE MEDIO TEMPERATUM] Corrigendum ex MS. *ex utroque modice temp.* SCIOPP. *in Symb.* Malim cum V. C. *ex utroque modice temp.* WOWER. Rom. et Ald. *ex utroque medio*, male. ELMENH. Bene Sciopp. et Wow. cum Vulc. Ed. sec. et seqq. consentientibus MSS. Fulv. Florent. Put. Voss. In Bened. est *modifice temporum*.

PARTICIPES PUERUM ET VIRUM] Edd. ante Vulcan. *participem*. Vide ad L. I. de Dogm. Plat. p. 567. Ed. Flor.

DOCILEM] MS. *docibilem*. quod puto esse Appuleii. sic et pag. seq. in eodem MS. est: *indocibilitas*. SCIOPP. *in Symb.* V. Glossas. At *docibilem* a *docili* alii distinguunt, quod sit *docilis* qui facile docetur, *docibilis*, qui docet. pag. 606. *Iustitiam docilem:* quam alii facile doceri possunt, sive quae praeceptis tradi potest.

COMMODUM AC VENUSTUM] Forte, *comem modo ac venustum*. COLV. Perperam. *Commodus* est comis, cuius mores faciles et suaves. Adposite Terent. Heaut. III, 2, 10. *Mulier est* commoda *et Faceta haec meretrix*. Adde Parei Lex. Plaut. Frequenter *commodus* et in aliis rebus dicitur, qui facilem se praebet. Vide ad Calp. Ecl. IV, 72. Voss. *commodo*. Bened. *cum modo*. Ed. Iunt. post. *et ven.*

QUIPPE] Edd. ante Vulcan. *enim*.

MEDIETATES INTER VIRTUTES] Florent. Ed. Vulc. pr. *medietatis*.

INTERCEDERE] Edd. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *intercidere*.

INTER SCIENTIAM VALIDAM, ALTERAM FALSAM etc.] Videtur hiare hic locus. sic restituendum crediderim: *inter ignorantiam, et scientiam validam, alteram falsam* etc. Ratio emendationis patet ex eo, quod paulo ante scriptum est: *eiusmodi quippe medietates inter virtutes et vitia intercedere dicebat* etc. FLORID. Auctor ait, inter vitia et virtutes iuxta Platonem tertium quiddam intercedere, quod vel culpandum vel laudandum sit. Sic in seqq. Ex. Gr. inter *Pudicitiam* et *Libidinosam vitam* posuit *Abstinentiam*, quae minor est τῆς *Pudicitiae*, sed laudanda; et *Intemperantiam*, quae minor τῆς *Libidinosae vitae*, sed tamen culpanda. Inter *Fortitudinem* et *Timorem* posuit *Pudorem*, qui laudandus, et *Ignaviam*, quae vituperanda. Hinc videntur hic quaedam omissa vel corrupta esse. Lipsius margini adlevit *R. alteramque*. ut hisce verbis iam tria denotentur. Nempe ut sensus sit: Posuit inter duas *scientias*, validam et falsam, *tertiam* quamdam sc. quae iactatur pervicaciae vanitate: quae nempe nec valida est, nec falsa esse convinci potest, utpote iactata perviciter. Forsan non male. Mihi tamen obscurius videtur, et potius excidisse *Inscientiam*, vel simile quid. Consule seqq. *Inperitia Sapientiae*, *Fatuitas Prudentiae inimicae*. Dein Edd. ante Vulcan. *pervicaci*.

PUDICITIAM LIBIDIN. V.] Florent. Voss. Bened. *prudentiam*. An scripsit auctor *pudentiam?* eodem sensu. Glossae: *Pudentia* αἰσχύνη.

VITAM ET ABSTIN. ET TEMPERANTIAM POSUIT] MS. *vitam abstin. et t. p.* deleta priore copula. SCIOPP. *in Symb.* Dele particulam *et* ut iubet MS. WOWER. Recte Edd. Vulc. sec. Wow. et seqq. ediderunt *abstinentiam*, cum vulgo male *et abst.* exhiberent: ubi merito τὸ *et* exsulat a MSS. et Ed. Iunt. post. Dein *et temperantiam* habent quoque MSS. Vulc. (qui ita expressit in Ed. pr.) et Bened. Voss. Fulv. aliique. Sed Edd. vett. *intemperantiamque*. Florent. membranae *et intemperantiam*, verissime, uti etiam in Interpretatione vertit Floridus, licet inepte *temp.* in textu habeat. Sensus loci *Intemp.* necessario exigit: ut patet ex supra dictis.

QUOS] Bened. *quas*.

ET INTEMPERATA, SED HINC] Potius scribam, *sed intemperata, et hinc*. COLV. *nec vitia temeraria et int.*] Haec est doctissimi Vulcanii lectio, sane non nimis bona. Reponatur itaque ex impressis et scriptis libris germana: *nec vitia tamen mera et intemperata*. Merum et sincerum

que inde permixta esse. Malitiam vero deterrimam et omnibus vitiis imbuti hominis dicebat esse: quod accidere censebat, cum optima et rationabilis portio, et quae etiam imperitare ceteris debeat, servit aliis; illae vero vitiorum ducatrices, iracundia et libido, ratione sub iugum missa, dominantur. Eamdem malitiam de diversis constare, abundantia, inopiaque. Nec solum eam inaequalitatis vitio claudicare arbitratur, sed etiam incumbere dissimilitudinem. Neque enim posset cum bonitate congruere, quae a semetipsa tot modis discrepet; et non solum disparilitatem, sed et inconcinnitatem prae se gerat. Tres quapropter partes animae tribus dicit vitiis urgeri. Prudentiam indocibilitas impugnat: quae

rum idem valet, cui opponitur temperatum sive mixtum. Illud, *Temeraria*, est temerarium. SCIOPP. *in Symb.* Repone ex impressis et scriptis libris: *Nec vitia tamen mera et intemperata.* WOWER. *Nec vitia tamen mera* est lectio Aldi, Rom. et Bas. 1. codicis. In Flor. Leid. et Bas. legitur, *nec v. temeraria*, temere. ELMENH. Non cepit auctoris mentem Vulcanius, quum ex suo Cod. substituit *temeraria.* prave, licet accedat Florent. Recte vulgatum vindicarunt Sciopp. et Wower. Plato aiebat, iis hominibus, quos *mediocres* vocabat, non meras inesse virtutes, sed nec mera vitia et *intemperata*; quae non habent temperiem virtutis; sed illis inesse quaedam hinc inde permixta, claro sensu. Nec percipio, quid voluerit Colvius, potius scribens *sed intemperata et.* Tunc *temperata* debuerat dicere.

MALITIAM VERO DETERRIMAM] Sic MSS. Flor. Put. Fulv. Bened. Voss. et Edd. Elm. etc. Ante *deterrimi.*

DICEBAT] Voss. *ducebat.* Vide ad huius libri init. Sed sequitur *censebat*, ut bene reposuit, MSS. consentientibus, Vulcanius pro ante vulgato ibi quoque *dicebat.*

PORTIO] Bas. 1. Rom. et Aldus, *proportio*, male. ELMENH. et O. ante Vulcan. Vide ad L. I. de Dogm. Plat. p. 586. Flor. Infra p. 612. *animae portio.* Lipsius quoque adscripsit *R. portio.*

IMPERITARE] Edd. ante Vulc. sec. *imperare* contra MSS. vide ad Phil. Nat. p. 199, a.

DEBET] Bened. *debent.* Lege *debeat.*

DUCATRICES] Vulg. *doctrices.* Emendatio haec debetur Ios. Scaligero, qui ita in veteri libro scriptum notat ad lib. V. Manilii. Ducator apud Tertullianum est, adversus Iudaeos cap. XIII. et Ducatio, de corona militis cap. XII. Sic Ducatus lib. VII. Metam. *Sed calculis omnibus ducatum ei latrones unanimes deferunt.* Quo pertinent glossae illae: *Ducatus*, ἡ ἡγεμονία. *Ducatus latronum* ἀρχὴ λῃστῶν. Sed et lib. X. COLV. Bas. *doctrices.* Rom. *ductrices.* male. ELMENH. Scaligeri emendationem, quam recepit Colvius, confirmant MSS. quantum scio, omnes: quare non damno, licet nusquam alibi occurrat, et eius masculinum *ducator* non inveniatur ante Tertullianum. Vide quae monui ad Frontin. II, 1. p. 165. In Bened. Cod. *ductrices vel ducatrices. Ductrix* aeque ac *ducator* est in Dig. Iuris.

SUB IUGUM] Bas. 1. Ald. Rom. *iugo.* male. ELMENH. Omnes Edd. ante Vulcan. *Subiugo.* Male, iudice Elmenh. Nec ego sequor. Defendi tamen posset ob praeteritum, et ex iis, quae notavi ad Caesar. L. I. B. G. c. 7. ubi eadem varietas. MSS. O. hic *iugum.*

DOMINANTUR] Prave MS. Vulc. cum eius Ed. pr. *domantur.*

EAMDEM M.] Ed. Flor. male *eam.*

CONSTARE, ABUND. INOPIAQUE] MSS. Bened. Voss. *Ab. inop. constare.*

NEC SOL. EA] Ed. Iunt. post. *eam:* ut Florid. in Interpret. quod praefero. scil. *Malitiam:* immo sequitur *posset* etc.

INAEQUALITATIS] Bas. 1. *in qualitatis*, male. ELMENH. Male Edd. ante Vulcan. *inqualitatis.*

SED ETIAM INCUMBERE DISSIMILITUDINEM] Bened. *et incumb. sed etiam.* Vulc. Voss. *incumb. sed etiam.* Dein Fulv. Bened. Ed. Iunt. post. *dissimilitudine:* ut *claudicare* subintelligatur. Latet quid.

SED ETIAM CONCINNITATEM] f. *inconcinnitatem.* BRANT. Bene. Perverse enim in Edd. ante Vulcan. praeter Iunt. post. est *concinn.* Bened. *sed et inconcinn.* Ex tali cod. Editores primi contra mentem auctoris *etiam conc.* effinxerunt. [Contra pro *inconcinnitate* Ernestus et Oudend. in Suet. Aug. c. 86. legunt *concinnitate* e suis Codd. quibus accedit Santenii Cod. apud Ruhnken. in Praef. Lex. Scheller. — I. B.]

QUAPROPTER TRES] Bened. Voss. *tres quapropter:* quo ordine auctor saepissime in hoc libro. Vide infra p. 611. Dein *urgueri* Ed. Scriv.

INDOCIBILITAS] Sic MSS. Fulv. Bened. cum Scioppio, Vulc. Ed. utraque, Elm. et seqq. ut alibi. Sed MSS. et Edd. reliquae *indocilitas.*

quae non abolitionem infert scientiae, sed contraria est disciplinae discendi. Huius duas ab eo species accepimus, imperitiam et fatuitatem: quarum imperitia
599. sapientiae, fatuitas prudentiae inveniuntur inimicae. Iracundiam, audacia. eius comitatum sequuntur indignatio et incommobilitas, dicta Graece ἀοργησία. ita enim dixerim, quae non exstinguit incitamenta irarum, sed ea stupore defigit immobili. Cupiditatibus adplicat luxuriam, id est, adpetitus voluptatum et desi-

IMPUGNAT] Bened. *ampugnat*.

DISCIPLINAE DISCENDI] Ita MSS. O. cum Vulc. et seqq. in Ed. Vulc. sec. abest *discendi*. Priores *discendae*.

FATUITAS PRUDENTIAE] Edd. ante Vulcan. *et fat*.

ITACUNDIAM AUDACIA] Voss. Florent. Ed. Iunt. post. *Audaciam*. Quomodo excandescentiam sive secundam animae portionem (vide Lib. praec.) impugnet, eique contraria sit in uno homine, de quo agitur, non percipio. Forsan hic etiam quaedam desunt.

DICTA GRAECE ἀναλγησία] In marg, Bas. 2. ἀναισθησία. Ἀναλγησία quam *Indolentiam* Cicero dixit, teste Sid. Apollinare. COLV. Legerim potius cum MS. ἀοργησία: qua voce etiam Aristoteles hac ipsa de re utitur. SCIOPP. *in Symb.* Flor. DORTESIA NYIS. Leid. DORGISITNHS. alii ἀναλγησία. Basil. 2. et Ald. ἀναισθησία, Rom. ἀναλγησία. ELMENH. Alii ἀναλγησία, quae est *Indolentia* Ciceroni, quidam ἀναισθησία, quam *Insensibilitatem* vertere possumus. At ἀοργησία magis quadrat huic loco. melius enim exprimit quam habet Appuleius *incommobilitatem*. Et magis convenit cum corrupta lectione codicis Florentini ab Elmenh. relata DORTESIA NYIS, quam puto corruptam fuisse ex hac germana: ΑΟΡΓΗΣΙΑ ΝΟΟΥ *incommobilitas animi*. FLORID. Graeca recte e Cod. Fulv. emendavit Sciopp. seu *inirascentia*, lentitudo et incommobilitas, ac bene adducit Aristot. L. II. Eth. c. 7. Huc facit Plutarchus περὶ ἀοργησίας; et sic clare MSS. Voss. Recte ergo secuti sunt Scal. Elm. etc. At ἀναλγησία, ut est in Vulc. Ed. pr. Wow. et Edd. vett. ἀναισθησία, quod habet Iunt. post. sunt glossae. Ceterum Florent. et Bened. habent sine illis *dicta Graece* sic ΔΟΡΤΗϹΙΑΝΟΤϹ et Vulc. MS. ΔΟΡΤΗϹΙΑΝΟΤΙϹ: unde Floridus facit Genit. νοοῦ; sed cur non potius, ut saepe etiam formatur νοὸς, seu contracte νοῦς? atque sic placet etiam Haseo in Hist. Crit. At potius aliud lateat: nam pro *ita enim* legunt MSS. Florent. Voss. Bened. *interim* qui etiam dat *diximus*. Fuitne? *Incommobilitas*, ἀοργησίαν *nos interim dixerimus*.

EXSTINGUIT] Florent. *exstinguunt*, male.

EA STUPORE DEFICIT IMMOBILI] Docui alibi, legendum hic esse, *defigit immobili*. quod merito a me factum (etsi editio Beroaldina reclamat) capiet, qui de vitio incommobilitatis (Graeci ἀναλγησίαν vocabant) dicta illa intelleget. STEWECH. Semper legendum putavi, *defigit*, ut et Stewechius noster. COLV. MS. *sed a stupore deficit immobili*. quod vix est ut probem, placet adhuc doctissimi Rittershusii coniectura libro Verisim. 3. cap. 17. a me proposita, *sed ea stupore defigit imm.* cum praesertim et Stewechio et Colvio eandem placuisse, nostrumque Lucium saepius sic loqui videam. SCIOPP. *in Symb.* Recte Colv. Rittersh. et Stewech. In vulgatis et MSS. est, *deficit* vel *desinit*, inepte. ELMENH. MSS. O. et Edd. usque ad Elmenh. *deficit*. Bened. *deficit stup.* Verbum *defigere* proprium est in incantationibus: unde passim transfertur ad eos, qui *stupore perculsi* quasi immoti sedent. Locis Livianis a Scioppio Veris. III, 17. adductis adde Lib. VI. c. 40. stupor *silentiumque ceteros* defixisset. Lib. VIII. c. 7. *quum silentio* defixi *stetissent*. Flor. Lib. II. c. 6. *steterunt diu mutua admiratione* defixi. Immo noster saepius. L. II. Met. p. 43. *Isto adspexu* defixus *obstupui*. L. III. p. 62. *facti* stupore defixus. L. IX. p. 278. Stupore *mentito* defixus *haerebam*. p. 302. stupore defixi *mirantur*. L. XI. p. 375. stupore *nimio* defixus *tacitus haerebam*. Sil. It. IX, 253. defixi*que omine torpent*. id. XVII, 185. *torvo obtutu* defixus. πήττεσθαι Graecis. V. Salm. ad Solin. p. 238, 765 etc.

CUPIDITATIBUS APPLICAT LUXURIAM] MS. *luxuria, id est, appetitus voluptatis et desideriorum*. Scripserim: *cupiditatibus applicat luxuriam, id est, appetitus voluptatum et desiderium a. f. p. ausus inexplebiles.* id est, enormes cupiditates. WOWER. *cup. adplicat luxuriam i. e. adpetitus voluptatum et desideriorum, ad fruendum potiendumque haustus inexplebiles*] Ita e Cod. Florent. exhibuit primus Elm. In Edd. vett. *luxuriam adplicat i. e. adpetitus voluptatem et desiderium*. Vulc. Ed. sec. *Luxuriam i. e. adpetitus applicat voluptatem et desiderium*, et eo ordine Bened. Voss. quorum primus tamen habet *voluptatum et desideriorum*. Wow. edidit *app. voluptatum et desiderium*. Mox quoque *adpetitus* in plur. dixit auctor: quare sequor Elmenhorstium, nisi quod iungam *desideriorum haustus ad fruendum* etc. sc. omnibus

ſideriorum, ad fruendum potiendumque hauſtus inexplebiles. Ex hac manat avaritia atque laſcivia: quarum altera liberalitatem coërcet, altera immoderatius fundendo patrimonia prodigit facultates. Sed virtutem Plato habitum eſſe dicit mentis optime et nobiliter figuratum, quae concordem ſibi et quietum, conſtantem etiam facit eum, cui fuerit fideliter intimata, non verbis modo, ſed etiam factis ſecum et cum ceteris congruentem. Hoc vero proclivius, ſi Ratio in regni ſui ſolio conſtituta, adpetitus et iracundias ſemper domitas et in frenis habet: ipſique ita obediunt, ut tranquillo miniſterio fungantur. Unimodam vero eſſe virtutem, quod bonum ſuapte natura adminiculo non indiget. perfectum autem quod ſit, ſolitudine debet eſſe contentum. Nec ſolum qualitas, verum etiam ſimilitudo cum virtutis ingenio coniungitur. ita enim ſecum ex omni parte con-

bus rebus, quas cupit. *Inplebiles* male Bened.

COËRCET] Edd. vett. ante Vulcan. praeter Iunt. poſt. *coerciat* vel *coerceat*.

IMMODERATIUS FUNDENDO] Potius ac, *imm. vivendo?* COLV.

PATRIMONII PRODIGAT FACULTATES] Fulvii liber *patrimonia pr. facultatum*. Inepte. ELMENH. Saepe iunguntur *facultas* et *facultas patrimonii:* et huic lectioni patrocinatur Vulc. Cod. ,*patrimonii prodig. facultate*. At Bened. *patrimonio pr. facultatem*. Voſs. *patrimonia pr. facultate*. Florent. *patrimonia pr. facultatem*. Quare primo malim cum Ed. Vulc. ſec. ſcribere *fundendo patrimonia*. nam ita ſaepe in plur. Cic. de Off. L. II. c. 15. patrimonia *effuderunt largiendo*. Or. II. Cat. 5. patrimonia *ſua profuderunt*. Adi VV. DD. ad Iuſtin. XIV. c. 3. *poſt damna* patrimoniorum. Gron. ad Sen. L. II. Contr. c. 9. *quid porro iſta* patrimonia. Dein facultas, ſed ſaepius *facultates* ſimpliciter pro bonis οὐσίᾳ occurrunt, ut infra p. 603 et ſaepe. Apud Cicer. ibid. et L. I. de Off. c. 13. ubi ut et ad L. V. Fam. Ep. 20. conſule Manutium. Potuit lineola ſupra *e* omiſſa pro *m*, vel *s* ob ſeq. literam *s* excidiſſe: unde incertus haereo an *facultates*, an *facultatem*, quo plures ducunt MSS. praeferam.

VIRTUTES] Sic conſtanter MSS. et Edd. praeter Floridum, qui tacite edidit *virtutem*. Rectius. ſi quidem MSS. O. ſequimur, ut ipſi fecerunt, qui tamen *virtutes* retinuerunt, in ſeqq. *quae facit cui fuerit intimata*, ubi ante Vulcan. erat in Edd. *faciunt* et *fuerint intimatae*. Sub his tum debuerunt intelligere *mens:* quod non tam concinnum videtur. *Virtutes* rurſus pag. ſeq. Vide etiam ſubnexa ab Appuleio, et ſeqq. notas.

HAB. ESSE D. MENTIS OPTIME ET NOBILITER FIGURATAE] Omnino legendum: *hab. eſſe d. mentis optime et nobiliter figuratum*. Sic enim diſertim MS. SCIOPP. *in Symb.* Non videtur omnino reiicienda MS. cod. lectio *mentis optimae, et nobiliter figuratae: qui cum corde ſibi quietum, conſtantem*. WOWER. Bene Sciopp. atque ſic cum MS. Fulv. exhibent quoque Voſs. et Bened. ac Edd. Elm. Scriv. Flor. In vett. eſt *figuratae*. Edd. Vulc. ac Wow. *mentis optimae ac nobiliter figuratae*. et ſic plane Florent. niſi quod careat τῷ *et*.

CONCORDEM SIBI ET QUIETUM, CONSTANTEM ETIAM] Ita primus edidit Elm. e MSS. Florent. et Leid. addens *et:* cum Vulcanius primo repoſuiſſet *quietum*. Edd. vett. *concordem ſibi quietem*, ut eſt in Voſs. Immo *quietem* habent MSS. plurimi, et Bened. *cum corde ſibi quietem*. In Fulv. *cum corde ſibi quietum*. Voſs. *conſtanter*. Vide num legi debeat *Virtutes* etc. *mentis* etc. *quae*, ſc. mens *cum corde ſibi quietem, conſtantem etiam facit eum, cui fuerint intimatae* ſc. virtutes. Edd. vett. *etiam cum faciunt*.

NON VERBIS MODO, SED ETIAM FACTIS] Sic MSS. In Edd. ante Vulcan. *non tantummodo verbis, ſed factis, et etiam*.

SECUM] Bened. *ſic ut*.

CUM CET. CONGRUENTEM] Ultima vox male abeſt ab Edd. ante Vulcan. cuius Ed. pr. *cum aliis*.

CONSTITUTA] Addunt *ſit* Edd. ante Vulcan.

DOMITAS ET IN FRENIS HABET] Contra ſenſum MSS. Fulv. Voſs. Bened. *indomitas et infrenis*. Vulgata lectio ſana eſt et bene Latina. Ob hanc tamen varietatem, quae non videtur de nihilo orta, coniicio *in domitu*. Gloſſae *Domitus* δάμασις. Cic. L. II. de Nat. De. c. 60. *Efficimus* domitu *noſtro quadrupedum vectiones*.

IPSIQUE] Sc. Rationi. Voſs. Bened. et Edd. ante Vulcan. *ipſaeque* ſive iracundiae, vel ἀρχαϊκῶς *ipſae* pro *ipſi*.

SUAPTE NATURA] Voſs. Bened. *naturae*. Vide ad Met. L. VII. p. 502, a.

QUOD SIT] Ita MSS. In Edd. ante Vulc. ſec. et Wow. *cum ſit*. Male Edd. Scriv. Flor. *ſit*.

OMNI PARTE] Voſs. *parte omni*.

600. congruit, ut ex se apta sit, sibique respondeat. Hinc et medietates, easdemque virtutes ac summitates vocat: non solum quod careant redundantia et egestate, sed quod in meditullio quodam vitiorum sint sitae. Fortitudo quippe circumsistitur, hinc audacia, inde timiditate. Audacia quidem confidentiae fit abundantia; metus vero vitio deficientis audaciae. Virtutum perfectae quaedam sunt, imperfectae aliae. Et imperfectae sunt illae, quae in omnibus beneficio solo naturae proveniunt, vel quae solis disciplinis traduntur, et magistra ratione discuntur. Eas igitur, quae ex omnibus constant, dicimus esse perfectas. Imperfectas virtutes semet comitari negat. Eas vero, quae perfectae sunt, individuas sibi, et inter se connexas esse, ideo maxime arbitratur, quod ei, cui sit egregium ingenium, si accedat industria, usus etiam et disciplina, quam dux
601. rerum Ratio fundaverit, nihil relinquetur, quod non virtus administret. Virtutes omnes cum animae partibus dividit: et illam virtutem, quae ratione sit nixa, et est spectatrix diiudicatrixque omnium rerum, prudentiam dicit, atque sapientiam: quarum sapientiam disciplinam vult videri divinarum humanarumque rerum; prudentiam vero, scientiam esse intelligendorum bonorum et malorum, eorum etiam, quae media dicuntur. In ea vero parte, quae iracundior habeatur, fortitudinis sedes esse et vires animae, nervosque ad ea implenda, quae no-

UT EX SE APTA SIT] Id est, connexa. Iunxit Cicero Partition. Orat. *Tanta series artis est, sic inter se sunt pleraque connexa et apta.* Idem Parad. 2. *Is est beatissimus, qui est totus aptus ex sese, qui in se uno sua ponit omnia.* BRANT.

HINC ETIAM] Voss. Bened. *hinc et.* Bene.

NON SOLUM] Edd. ante Vulc. sec. et Wow. *nec solum.*

SINT SITAE] Sic MSS. *sitae sunt* Edd. ante Vulcan. Praecedit *careant.* Variatio illa modorum non infrequens est, et inferius occurret. Sed MSS. sunt sequendi.

TIMIDITATE] Bened. *tumid.* prave.

CONFIDENTIAE] Pleraeque edit. *confidentia.* COLV.

METUS V. VITIUM] Scribo, *vitio.* COLV. Excerpta Puteani *malitia.* ELMENII. Rectius Colvius legit *vitio.*

QUAEDAM SUNT, INPERFECTAE ALIAE] Bened. *quadam.* Voss. Bened. *q. inperf. sunt aliae.*

SUNT ILLAE] Abest *sunt* a Bened. Voss. at *illae* non male deest Edd. ante Vulcan.

MAGISTRA RATIONE] Ita bene e suo Cod. edidit Vulc. et seqq. consentientibus MSS. Florent. Bened. nisi excerpta fallunt: ut passim *vita magistra*, *natura magistra*, *experientia magistra.* In Putean. Voss. et Edd. prioribus *magis ratione:* unde Lipsius non male margini adlevit *magistratione:* immo sic emendavit Salmas. ad Solin. p. 336. negans in MSS. *magistra* esse. *Magistrationes publicae* in Cod. Theodos. de Scholis. Sed statim, *disciplina, quam* dux *rerum* Ratio *fundaverit.*

EX OMNIBUS CONSTANT, DICIMUS] Edd. ante Vulcan. *o. his* contra MSS. sed *constent* bene Fulv. Voss. ut et *dicemus*, in quo accedit Bened.

SEMET] *Sibimet* lego. BRANT. Ed. Iunt. post. cum Brantio *sibimet.*

INTER SE] Bened. *intra se.*

USUS ET DISC.] V. C. *ausus.* VULC. *Usus etiam*] Sic MSS. Florent. Voss. Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. Abest *etiam* a prioribus. *Usus* et *ausus* ut male est in Cod. Vulc. et alibi confunduntur, ut apud Veget. Prol. *ausibus litterarum:* ubi contra perperam alii *usibus.* Saepe *ausus* 4tae decl. pro ausum. V. Burm. ad Ovid. Met. L. XI. vs. 242. et me ad Hirt. B. Al. c. 43.

RELINQUETUR] Bened. *erit.*

VIRTUTES OMN.] Edd. ante Vulcan. *omn. virt.*

PARTIBUS] Bened. *paribus.*

DIVIDIT] Sic MSS. Florent. Voss. Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. Antea *divisit.* Statim iidem *dicit;* antea *dixit.*

RATIONE NIXA] Edd. ante Vulcan. *nexa.*

DIIUDICATRIXQUE] Ita Elm. etc. e MSS. Hanc vocem non agnoscunt Edd. ante Vulcan. qui e suo Cod. cum Wower. dedit *et diiud.* ut est quoque in Putean. Abest *que* a Voss.

BONORUM ET MAL.] Exsulat *et* a Bened.

QUAE MEDIA] Non habet Bened. *τὸ quae.* Edd. ante Vulcan. *media quae.*

FORTIT. SEDEM ESSE ET] MSS. Voss. Bened. Vulc. et Edd. ante Bas. sec. *sedes* in plurali, quod non fuerat mutandum. Carent *et* Edd. ante Vulcan.

In-

nobis severius agenda legum imponuntur imperio. Tertia pars mentis est cupidinum et desideriorum, cui necessario abstinentia comes est: quam vult esse servatricem convenientiae eorum, quae natura recta pravaque sunt in homine. Ad placentiam ac mediocritatem libido flectitur, actusque voluptarios ratione huius dicit ac modestia coërceri. Per has tres animae partes quartam virtutem iustitiam aequaliter dividentem se, scientiamque eius caussam esse dicit, ut unaquaeque potiori rationi ac modo ad fungendum munus obediat Hanc ille he- 602.
ros iustitiam modo nominat, nunc universae virtutis nuncupatione complectitur, et item fidelitatis vocabulo nuncupat: sed cum ei, a quo possidetur, est utilis, benivolentia est; at cum foras spectat, et est fida speculatrix utilitatis alienae, iustitia nominatur. Est et illa iustitia, quae quartum vulgata divisione virtutum locum possidet, quae cum religiositate, id est, ὁσιότητι copulatur: quarum religiositas Deûm honori ac suppliciis divinae rei mancipata est; illa vero hominum societatis et concordiae remedium atque medicina est. Duabus au-

Imperio] Bened. *imperitia.* inepte.

Necessario] Exsulat a Bened. *necessaria* Ed. Iunt. pr.

Convenientiae] Bened. *veniente.*

Recta pr. sunt. In homine etc.] Malim cum Voss. *sunt in hom.* etc.

Ac mediocritatem] Voss. Bened. *ad med.*

Libido flectitur] Edd. ante Vulcan. sec. Ed. *reflectitur.*

Actusque vol.] Excerpta Puteani *adusque v.* male. Elmenh.

Aequaliter dividentes, scientiamque] Corruptus proculdubio locus, quem restituere absque MSStorum ope non ausim. Interim, ut sensum elicerem commodum sic interpretatus sum quasi fuisset scriptum: *Per has 3 animae partes quartam virtutem Iustitiam aequaliter dividit, eamque causam esse dicit* etc. Favet meae interpretationi quod ait Plato lib. 4. de Rep. pag. 640. Iustitiam esse, quae Temperantiae, Fortitudini et Prudentiae vim praebuit, qua et innascerentur et innatae perseverarent quamdiu ipsa adesset. Florid. *Per has 3 an. partes quartam virtutem Iust. aequaliter dividentes, scientiamque caussam esse dicit*] Manifeste haec corrupta; Non enim animae partes dividunt Iustitiam; nec, quae haec sit *scientia*, adparet. Floridus prope vidit verum sensum interpretans; *Distribuit ex aequo per has 3 portiones mentis Iustitiam quartam virtutem, et ait eam esse caussam cur* etc. quasi legeretur *dividit, eamque caussam.* Immo iam Wower. tacite sic interpolavit. Edd. ante Vulcan. non agnoscunt τὰ *quartam virtutem* et pro *scientiamque* habent *quae*, (nisi quod Bas. sec. Lugd. Colv. substituerint *quas*) Utrumque vero exaratur in MSS. O. Sed Bened. insuper habet *dividentem, scientiamque eius caussam dicit.* Lege ergo *per has 3 animae partes quartam virtutem Iustitiam aeq. dividentem se, scientiamque eius* sc. iustitiae *caussam e. d.* sensu clarissimo, et nulla fere mutatione. Ait Iustitiam, quae est quarta virtus, dividere se per 3 animae partes, et eius scientiam caussam etc. esse. Vide seqq. et p. 606. *Iustitia trinis animae regionibus sparsa.*

Potiorem ratione] Forte *potior in ratione:* vel, *potiore ratione* vel, *potiori rationi ac modo.* Colv. Recte. sed *potiore ratione* edidere Vulc. et seqq. quod confirmatur MSS. Florent. Putean. Bened. Voss. In MSS. Vulc. est *potiora.* Antea *potiorem* nullo sensu. Pro *ac modo* Bened. ne *modo.*

Ad fungendum] Aldus *ad fugiendum*, male. Elmenh. Wow. etiam *ad fugiendum.* inepte.

Obediat] F. *obaudiat.* Brant. V. alibi. Voss. *obaediat.*

Iustitiam modo] Voss. *modo iust.*

Complectitur] Excerpta Puteani, *compleatur.* male. Elmenh.

Item fidel.] Malim cum MS. *vere fid.* Sciopp. *in Symb.* Wower. Fulvii liber *vera f.* recte. Elmenh. *Vere* ediderunt etiam Wow. et Scriv.

Nuncupat] Florent. et Edd. ante Vulc. sec. *nuncupatur.* Bened. *nominat.*

A quo] Voss. *quod.* Bened. *qui*, in quo mox pro *benivol.* est *bonivol.* et in Voss. *aut* pro *at.*

Illa iustitia] Bened. *alia Iust.*

Id est ὁσιότητι] Desunt Edd. primis, Iunt. pr. Ald. Bas. pr. in quibus etiam male *copulantur.*

Divinae rei mancipata] Bened. *divinis nuncupata.*

Et concord.] Bened. *ac concord.*

autem aequalibus de causis utilitatem hominum iustitia regit: quarum est prima, numerorum observantia, et divisionum aequalitas, et eorum quae pacta sunt symbolum; ad haec ponderum mensurarumque custos, et communicatio opum publicarum: secunda finalis est, et veniens ex aequitate partitio, ut singulis in agros dominatus congruens deferatur, ac servetur bonis potior, minor
603. non bonis. Ad hoc, bonus quisque natura et industria in honoribus et officiis praeferatur: pessimi cives luce careant dignitatis. Sed ille iustus in deferendo honore, ac servando, modus est ei, qui est suffragator bonorum, et malorum subiugator: ut semper in civitate emineant, quae sunt omnibus profutura, iaceant et subiecta sint cum suis auctoribus vitia. Quod facilius obtinebitur, si duobus exemplis instruamur: unius, divini, et tranquilli, et beati; alterius, irreligiosi et inhumani, ac merito intestabilis; ut pessimo quidem alienus et aversus a recta vivendi ratione facultates suas, divino illi ac coelesti bo-

Atque medic.] Bened. *ac medic.*

Numerorum] Edd. ante Vulcan. *minorum.*

Eorum quae pacta sunt symbolae] Sic Romana editio, sic Aldina. Aliae *symbola.* Etiam *συμβολαὶ* apud Aristotelem Rhetoricorum lib. *καὶ τίνων ἐξαγωγῆς, ἵνα πρὸς τούτοις καὶ συνθῆκαι καὶ συμβολαὶ γίγνωνται.* id est, pacta, conventiones, contractus. Eodem genere posuit Tertull. lib. adversus Valentinianos: *Ut nautae ad symbolam semper exultant.* Colv. Florent. *epacta.* Edd. vett. cum Colv. *symbolae.* Tertulliani loco, a Colv. cit. videtur vulgari sensu esse *ad coenam*, seu *comissationem communem.* Edd. Wow. Scriv. *Symbolaea*, *συμβόλαια.* quod sane non placet. In Bas. sec. Lugd. est *symbola.* Omnia praecedunt et sequuntur in singulari; quare forsan rectius erit ex MS. Fulv. ipsum nomen Graecum *συμβολὴ*, quo alludunt etiam MSS. aliquot, et Ed. Iunt. post. *symbole.* Verum diserte Bened. Cod. habet *symbolum*, quod notat omne instrumentum servandae fidei, et arrham. V. Glossas etc. De distinctione *symbolae* et *symboli*, quae perperam Elmenh. in Indice confudit, vide Casaub. ad Athen. L. III. c. 31. aliosque. Plauto etiam masc. gen. *symbolus.*

Publicarum] Voss. *puplicarum*: ut alibi. statim pro *in agros* Fulv. *magistros.*

Servetur bonis potior, minor non bonis] MS. *servetur bonus optimis, optior minor non bonis. Adhoc bonus quisque* etc. qua lectione quid fieri debeat, aliorum facio iudicii. Illud, *Adhoc*, probo, quia probum et antiquum. de Asino pag. 81. Sciopp. *in Symb.* Edd. ante Iunt. post. *scrutetur bonus optimis potior.* pro *τοῖς bonis potior* habet etiam Vulc. liber *bonis vel optimis potior.* unus Fulv. *optimis potior.* Alter Fulv. Florent. Voss. *bonis optimis optior.* Bened. *bonis optimis aptior.* Videant acutiores. An *ac servetur bonis optio potior?*

Ad hoc] Sic cum Scioppio e MS. Fulv. bene reposuit Elm. e MS. Florent. eisque accedit Voss. Antea edebatur *ad haec.* ut passim ita variatur. V. Ind. Not.

Emineant] Bened. *remaneant.* Mox pro *auctoribus* Edd. ante Vulcan. *actoribus.*

Quod facilius obt.] Hic in Romano et Aldo desunt VI. versus integri. Elmenh. *quod fac.* etc. — *esse velit* desunt omnia Edd. primis, Iunt. pr. Ald. Bas. pr.

Et tranq. et beati] Voss. *ac tr. ac b.* Ed. Iunt. post. *ac tr.* Addit *hominis* Bened.

Alterius vero religiosi] Religio mihi est Vulcanianam hanc probare lectionem, malo cum scriptis et impressis: *Alterius irreligiosi et inhumani.* Sciopp. *in Symb.* Prave Ed. Vulc. pr. *vero rel.* ut monuit Sciopp.

Intestabilis] Bened. *intestibilis.*

Ut pessimo quidem alienus — esse velit] Mirum in modum haec corrupta sunt. Alter MS. *divino illi et coelesti bonis similiores se velit.* Alter vero: *divino illi et coelesti boni similior esse velit.* Libri vulgares: *facultates suas divino illi melior esse velit.* Me iudice recte emendabis: *Alterius vero irreligiosi et i. a. m. i. ut pessimo quidem, et averso a recta vivendi ratione alienus, facultates suas divino illi et coelesti ac bono meliores esse velit.* Wower. Locus hic proculdubio corruptus est. Coniiciebam sic legendum: *ut pessimo quidem alienus et averso a recta vivendi ratione facultates* etc. ut sensus esset: *ut* (civis quispiam, cui haec duo exempla proponerentur) *abhorrens ab improbo illo, qui a recta vita deflectit, malit suas opes probo illi viro permittere, quem iis credat melius usurum.* Florid. Wowerii scrinia videtur compilasse Florid. cum legit *averso.* nam antea iam correxerat ediderat que Wow. *pessimo q. et averso a. r. v. rat. alienus.* sed male, ut statim videbimus. *ausus* Voss.

Fa-

bonus similiores esse velit. Hinc Rhetoricae duae sunt apud eum partes. quarum una est disciplina contemplatrix bonorum, iusti tenax, apta et conveniens cum secta eius, qui politicus vult videri: alia vero adulandi scientia est, captatrix verisimilium, usus nulla ratione collectus. Sic enim ἄλογον τριβὴν elocuti sumus, quae persuasum velit, quod docere non valeat. Hanc δύναμιν τοῦ πείθειν, ἄνευ τοῦ διδάσκειν definivit Plato: quam civilis particulae umbram, id 604.
est,

FACULTATES SUAS DIV. ILLI B. SIM. E. V.] Alter ms. *divino illi et coelesti bonis similiores se velit.* Alter vero sic: *divino illi et caelesti boni similior esse velit.* Mihi aqua haeret. Mendam esse puto in verbis: *facultates suas:* Fortasse: *facultate sua: divino illi et caelesti bonus similior esse velit.* Malus irreligioso, bonus divino similiorem se mavult. Imo videtur relinquendum: *facultates suas:* posteaque legendum: *similiores esse velit.* SCIOPP. *in Symb.* Locus corruptus. In Florent et Puteani Exc. est *F. s. d. i. e. c. bonus si melior.* In Fulvii libris *d. i. c. c. bonis similiores se velit* etc. Et *d. i. e. c. boni similior esse velit.* Unde Wower. legit, *facultates suas divino illi et coelesti ac bono meliores esse velit.* ELMENH. Wowerii lectionem ceteri secuti sunt, sive *conducere magis et aptiores fore.* In vulgatis olim edebatur *facultates suas divino illi melior e. v.* Vulc. Ed. pr. *fac. s. divino illi bono similiores e. v.* Ed. sec. *fac. s. div. illi et coelesti bono similiores e. v.* atque ita eius Cod. Cum Florent. et Putean. facit etiam Voss. At Bened. amplius *declinare velit fac. suas d. et c. bonus similior esse vel.* Sciopp. coniecit e praecedentibus *Ut pessimo quidem alienus et aversus a. r. v. ratione facultates suas, divino illi ac coelesti bonus similiores esse velit.* Verissime, ut puto, quod ad sensum. *Malus* i. e. alienus et aversus a recta vitae ratione, velit suas *facultates* i. e. qualitates animi et conditionem vel fortunas potius *similiores pessimo esse.* *Bonus* vero velit esse *similiores divino illi ac coelesti.* ut sensus sit *facultates similiores facultatibus divini* etc. quomodo saepe loquuntur auctores. Long. p. 139. ὁμοῖα Λάμωνι ἀνάγκη με ἐκέλευσε λέγειν. Vide Gron. Obs. IV, 8. ad Epit. Liv. L. 47. Periz. ad Sanct. Min. IV, 7. p. 700. Vorst. ad Iustin. II, 14. *Atheniensium virtus ceteris praelata.* Cic. L. I. Tusc. Quaest. c. 1. *quae virtus cum maioribus nostris comparanda.* Forsan tamen propius insistendo MSStis legi posset *Ut pessimo q. alienus et aversus a recta vivendi ratione* declinare *velit fac. suas*, sive deferre, et in eius inclinare partes (de qua re agitur) *divino illi ac coelesti bonus* similior *esse velit.* Huc enim, non ad *similiores*, MSStorum maior turba nos movet. Quidquid sit, clare patet, *aversus* et *bonus similior* vel *similiores* non fuisse mutandum, et pessime a Wowerio locum esse interpolatum.

HINC RHETORICAE] Haec et quaedam quae sequuntur, petita sunt ex dialogo eiusdem maximi Philosophorum, cui nomen, Gorgia. COLV. Vide Platonem in Gorgia, Photium Biblioth. fol. 709. et nostrum Heinsium ad Maximum Tyrium, p. 44. ELMENH.

POLITICUS] Recte ita scriptum in Romano libro. Ven. *pollicitus.* alii omnes, *publicitus.* Verba Platonis ad hanc scripturam firmandam, Gorgia: πῶς λέγεις πολιτικῆς μορίου εἴδωλον εἶναι τὴν ῥητορικήν. Vide etiam sub finem Dialogi. COLV. Ald. et Rom. *publicitus.* insulse. ELMENH. sic recte e Platonis Gorgia et Ed. Rom. consentientibus MSS. emendavit Colv. cum seqq. Edd. Vic. Ven. *pollicitus*, aliae *publicitus.*

Ἄλογον τριβὴν] Haec male omittit Romanus et Aldus. ELMENH. *Sic enim* etc. — *docere non valeat*] Carent his Edd. primae, Iunt. pr. Ald. Bas. pr. Reliquae *dicere* ante Vulcan. contra MSS. et mentem Appuleii. Valet quidem *dicere*, sed ἀλόγως et sine ratione, adeoque non valet *docere.*

HANC ἀνάξιον ληκύθου DEFINIVIT PLATO] MS. nescio quid monstri alit: *Hanc* Aῦ NOMC INTOT MOI NAC ΦTTON *aac* KEIN *definivit Plato.* SCIOPP. *in Symb.* Δύναμιν τοῦ τὰ ψευδῆ] Sic edidit Vulcanius. In Flor. et Lond. ΔTNAMEIN TOTE TOIN DEFITOTT DASKEIN. Bas. ἀνάξιον ληκύθον. Fulvii liber αῦ NOMS IN TOT MOI NAC ΦTTON *acc* KEIN. monstruose. ELMENH. *Hanc* δύναμιν τοῦ τὰ ψευδῆ πιθανὰ δοκεῖν] Haec Vulcanii editio est. Exemplar meum Elmenhorstianum habet ad marginem manu emendatum δύναμιν τοῦ πείθειν ἄνευ τοῦ διδάσκειν *virtutem persuadendi nec docendi*, quod magis accedit, meliusque quadrat cum eo, quod habet Plato in Gorg. pag. 313. οὐκοῦν (ῥητορικὸν φῂς ποιεῖν οἷός τε εἶναι) περὶ πάντων ὥστ' ἐν ὄχλῳ πιθανὸν εἶναι, οὐ διδάσκοντα, ἀλλὰ πείθοντα; hoc est, *nonne (dicis te quemvis efficere posse Rhetorem) ut de omnibus in turba probabiliter dicere possit non docendo, sed suadendo?* FLORID. Δύναμιν τοῦ τὰ ψευδῆ πιθανὰ δοκεῖν
hi.

est, imaginem nominavit. Civilitatem vero, quam *πολιτικὴν* vocat, ita vult a nobis intelligi, ut eam esse ex virtutum numero sentiamus: nec solum agentem, atque in ipsis administrationibus rerum spectari ab ea universa atque discerni. Nec solum providentiam prodesse civilibus rebus, sed omnem sensum eius atque propositum, fortunatum et beatum statum facere civitatis. Haec eadem utilitati animae procurat duobus modis. Altera namque legalis est, iuridicialis altera. Sed prior consimilis est exercitationi, per quam pulchritudo animae et robur acquiritur: sicut exercitatione valetudo corporis gratiaque retine-
605. tur. Iuridicialis illa medicinae par est. nam morbis animae medetur, sicut illa cor-

h. e. *potentiam docendi, qua falsa videntur probabilia*; quomodo e suo Cod. et sine dubio ex verbis praecedentibus *verisimilium captatricem* in Ed. sec. effinxit Vulc. in pr. secutus est Edd. vulgares, in quibus *ἀνάξιον ληκύθου*. Sed in Ed. Iunt post. legas *ἀνάξιον τοῦ ληκύθου λαχεῖν*, sive *indignam quae accipiat pigmenta oratoria*. quod ab auctoris mente alienum est. Ex MSS. Florent. Fulv. et Voss. in quo est ΔΥΝΑΜΕΙΝΤΟΤΗΘΙΝΔΕΦΤΤΟΥΔΑΟΚΕΤΗ, patet vere ad sensum emendasse virum doctum (credo Mercerum e MSS. suis) ad oram Ed. Elm. a Florido visae *δύναμιν τοῦ πείθειν, ἄνευ τοῦ διδάσκειν*. i. e. *facultatem persuadendi absque docendo*, ut bene in Interpretatione expressit Floridus. Sic enim Plato in Gorgia p. 311. Ἡ Ῥητορικὴ πειθοῦς δημιουργός ἐστι πιστευτικῆς, ἀλλ' οὐ διδασκαλικῆς. p. 313. ait Rhetora *ἐν ὄχλῳ πιθανὸν εἶναι, οὐ διδάσκοντα, ἀλλὰ πείθοντα*. Verum quia istud *ἄνευ* nimis longe abit a litteris MStorum, qui pro iis habent ΔΕΓΙ, ΔΕΦΥ, *ασφυ* praecedente N, conieci, num legi deberet eodem sensu, *νόσφι*; vel potius, quia illa particula videtur poëtica nimis esse, *οὐχί*. Haseus in Hist. Crit. T. 14, a. p. 194. legit *δύναμιν τοῦ τὸν νοῦν ἄπειθον διδάσκειν*. *Definivit* abest Ed. Iunt. post. Edd. vett. *diffinivit*. male.

QUAM CIVILIS ARTICULI] Recte Lindenbrogius noster ad Ammianum lib. 30. pag. 196. coniecit legendum, *civilis particulae*. ELMENH. *Quam civilis particulae umbram*] Pleraeque editiones habent, *civilis articuli*, male. Debetur haec emendatio Lindenbrogio ad Ammianum lib. 30. p. 196. quam rectam esse probant haec Platonis in Gorgia p. 316. *ἔστι γὰρ ἡ ῥητορικὴ, κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, πολιτικῆς μορίου εἴδωλον*. Quaenam vero sit illa pars Civilis Scientiae, cuius Rhetorica umbra tantum et simulacrum, inferius declarat idem Plato: nempe eam esse Iustitiam Iudiciariam, quam in adulationis genere mentitur Rhetorica, quemadmodum Sophistica Legalem, Fucatoria Gymnasticam et Coquinaria Medicinam. Verum haec, et quae sequuntur fusius vide apud Platonem pag. 316, 317. et seqq. in Gorgia. FLORID. Ed. Iunt. post. *quum civ.* et MSS. Eddque ante Elmenh. *articuli*. Rectius *particulae* emendasse videntur Lipsius in marg. et Lindenbrog. ad Amm. Marcell. L. XXX. c. 14. *Hanc professionem oratorum forensium iure πολιτικῆς μορίου εἴδωλον, i. e. civilitatis particulae umbram vel adulationis partem quartam esse definit amplitudo Platonis.*

CIVILITATEM VERO] Sic Elm. et seqq. e Florent. Reliqui MSS. et Edd. carent *τῷ vero*.

Πολιτικὴν] MSS. et Edd. vett. Latine *Politicen*.

EAM] Bened. *eamdem*, a quo mox *τὸ numero* abest.

ADMIN. RERUM] Edd. ante Vulcan. *verum*.

SPECT. AB EA UNIVERSA ATQUE D.] *τὸ atque* exsulat a MSS. Voss. Bened. *universe* quoque Voss.

STATUM FAC. CIVITATIS] Flor. et Leid. *satisfacere civitati*. male. ELMENH. Bened. quoque *satisf.* Voss. *suisf.* Non male Leid. Florent. *civitati*.

UTILITATEM ANIMAE PROCURAT] Bened. *utilitates*. Sed Florent. Voss. *utilitati*. Vere, et Appuleiano more *procurare* et *curare* dativo iunctum. Saepissime e MSS. id auctori nostro restituimus. V. Ind. Not. Vulc. Cod. *procreat*.

LEGALIS] Bened. *regalis*.

EXERCITATIONE VALETUDO CORP.] Cornelius Celsus I. libr. I. *Ignavia corpus hebetat, labor firmat.* Plato in Theaeteto fol. 153. Τί δαὶ ἡ τῶν σωμάτων ἕξις, οὐχ ὑπὸ ἡσυχίας μὲν καὶ ἀργίας διόλλυται ὑπὸ γυμνασιῶν δὲ καὶ κινήσεων ὡς ἐπὶ πολὺ σώζεται. Paulus Aegineta lib. I. cap. 73. *Maximum malum ad sanitatis custodiam otium perpetuum existit. Quemadmodum moderatus motus maximum bonum.* ELMENH. Bened. *exercitatio*. Florent. caret *τῷ valet*.

CONTINETUR] MS. *retinetur*. SCIOPP. *in Symb.* Fulvii liber, *continetur*. ELMENH. Edd. ante Vulcan. sec. *continetur* contra MSS. O. nam male Elm. ait in Fulv. esse. Contrarium monuit Sciopp.

IL-

corporis. Has disciplinas vocat, plurimumque earum curationem commoditatis afferre profitetur. Harum imitatrices esse coquinam et unguentariam. Sed et artem sophisticam, professionemque iuris blandam, et assentationum illecebras turpes profitentibus, inutiles cunctis. quarum sophisticen coquinae coniungit. Nam ut illa medicinae professione interdum opinionem imprudentium captat, quasi ea, quae agit, cum morborum medela conveniant: sic sophistice imitata iuridicialem statum, dat opinionem stultis, quasi iustitiae studeat, quam iniquitati favere constat. Unguentariam vero professores iuris imitantur. nam sicut illa remedio vult esse, per quod species corporibus ac valetudo serventur, et non modo utilitatem corporum minuit, sed robur etiam viresque frangit, et verum co-

ILLA MEDICINAE PAR EST] Male in ceteris editionibus *Med. pars est.* Emendationem hanc, ut et alias non paucas, ignotae manui debeo, cuius nonnulla habeo annotata ad marginem mei Elmenhorstiani Exemplaris. Caeterum haec ad verbum paene expressa sunt ex Platone. sic enim habet: *τῆς δὲ πολιτικῆς, ἀντὶ μὲν τῆς γυμναστικῆς τὴν νομοθετικὴν (λέγω) ἀντίστροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ τὴν δικαιοσύνην.* FLORID. Verissime emendavit vir doctus (Mercerus, ut opinor). Vulgo et MSS. *pars.* ineptissime; quod miror, a nemine alio observatum. *Iuridicialis prudentia* non est *pars Medicinae*, sed ei *par* sive similis; ut *legalis consimilis* est exercitationi etc. Bened. *illam.*

EARUM CURATIONEM] Sive studium et curam sanandi morbos animae; proprium enim de medicis verbum *curare*, et *curatio.* ut notum. Non ergo mutes in *rationem:* licet saepe hae voces varientur v. supra.

COQUINAM ET UNGUENTARIAM] Alii *coquinariam.* Infra: *Sophisticam coquinae coniungit.* Vide quae Daniel Heinsius ad Maximi Tyrii dissertationem 5. p. 42. notat. ELMENH. Voss. *quoquinam.* Florent. etiam et Bened. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. *coquinam:* quia subiicit auctor *Sophisticen coquinae coniungit:* ubi tamen quis ipsam *culinam* posset intelligere, sub qua unguentaria etiam potest comprehendi. MSS. tamen sequi malo quoque.

SED ET] Ita tacite Florid. MSS. et Edd. carent *τῷ et.*

ASSENTATIONUM ILLECEBRIS] Recte MS. *ass. illecebras.* SCIOPP. *in Symb.* Corrige ex scripto: *Illecebras turpes profitentem, inutilem cunctis.* WOWER. Wower. ex Fulvii lib. *a. illecebras t. profitentem, inutilem c.* recte. ELMENH. Recte Sciopp. et Wow. cum seqq. *ass. illecebras* e MS. Fulv. cui accedit Bened. in quo *assumptionum illecebras.*

TURPES PROFITENTEM, INUTILEM CUNCTIS] Idem Wow. hoc pacto se corrigere ait ex eodem libro, et secuti sunt ceteri. Dubito de eius fide. Edd. priores cum MSS. omnibus *turpes profitentibus, inutiles cunctis* etc. scil. esse. quod non video, cur mutandum fuerit.

QUARUM SOPHISTICAM COQUINAE CONI.] Edd. Vic. Iunt. pr. *quorum.* Malim autem *quare*, quae vox ita saepe praesertim in MS. Bened. corrupta est. Dein Ed. Scriv. *Sophisticen.* Bene. mox enim *Sophistice:* ubi MSS. Florent. Voss. Bened. male *Sophisticen.*

UT ILLA MED. PROFESSIONE I. OPINIONEM INPRUDENTIUM CAPTAT] Sic habent, cum MSS. aliquot, Edd. ante Elmenh. qui edidit *opinione imprudentiam.* Sed forsan mutari id non oportuerat. Coquina saepe captat, sive sibi conciliat vel fallit imprudentium sensus professione medicinae et ciborum utilitate. Sic *captare puellas* Ovidio etc. At MS. Bened. *professio*, et *opinione* Bened. Florent. Edd. Elm. Scriv. *inprudentiam* Florent. Voss. Sed Floridus edidit *professionem opinione inprudentium captat*, explicatque *aucupatur nomen medicinae.* ut *captare famam*, *plausus*, *auram popularem.* at his melius quadrat *captare opinionem.*

QUASI EA QUAE AGIT] Plato ibidem: *Τῇ μὲν οὖν τὴν ἰατρικὴν ἡ ὀψοποιητικὴ ὑποδέδυκε, καὶ προσποιεῖται τὰ βέλτιστα σίτια τῷ σώματι εἰδέναι.* COLV.

STULTIS] Fulvii liber *status.* male. ELMENH.

FAVERE] Voss. *favore.*

UNGUENTARIAM VERO PROFESSORES IURIS IMITANTUR] Cur hic personas nominat: cum in tota hac oratione *artes* ipsas taxet: et supra *professio iuris blanda* dicat; immo in conclusione *sic haec* sc. professio iuris blanda, *imitata scientiam iuris?* MSS. Florent. Bened. Voss. *professiones.* An *prof. noxia iuris imitatur?* vel *nociva?* [Propius ad MStos accedit *professio inanis.* — I. B.]

SICUT ILLA] Ed. Vulc. pr. *s. illis.* vitiose. Mox pro *per quod* Bened. *quam.*

ET NON MODO] Sic Elm. et seqq. Sed MSS.

colorem ad desidiam sanguinis mutat: sic haec scientiam imitata iuris, simulat quidem virtutem se animis augere, enervat autem quod in illis nativae fuerit industriae. Virtutes eas doceri et studeri posse arbitratur, quae ad rationabilem animam pertinent, id est, sapientiam et prudentiam: et illas, quae vitiosis partibus pro remedio resistunt, id est, fortitudinem et continentiam, rationabiles
606. quidem esse. Superiores autem virtutes pro disciplinis haberi. Ceteras, si perfectae sunt, virtutes appellat: si semiperfectae sunt, non illas quidem disciplinas vocandas esse censet; sed nec in totum existimat disciplinis alienas. Iustitiam vero, quod trinis animae regionibus sparsa sit, artem vivendi, ac disciplinam

MSS. et Edd. vett. carent τῷ *et*. Deest tamen vel supra *dum*, vel hic *sed*, aut tale quid.

ET ITERUM COLOREM AD DESIDIAM SANG. MUTAT] f. *integrum*, aut *verum*. BRANT. Male Edd. ante Vulcan. *iterum*. *Verum* est constanter et eleganter in MSS. Sic apud Terent. Eun. II, 3. color verus, *corpus solidum et succi plenum*. ubi Donatus: *naturalis non fucatus*. Dein MS. Vulc. eiusque Ed. pr. *ac desideriam* et Ed. Vulc. sec. *ac desiderium*; alter Fulv. *ad desideria*. quod non capio. *Ad desidiam* cum ceteris Edd. habent Florent. Putean. Voss. Bened. quod exponit Florid. *faciendo ut sanguis subsidat ad interiora*. Simpliciter malim *ad torporem sanguinis, quo palleat homo*. Adi Graev. ad L. I. Cic. de Off. c. 36. Sic *desidia maris* de Mundo p. 748. cui sensui forsan melius conveniret *calorem*: ut est in Bened. pro creberrima variatione. Vide notata ad Met. L. I. p. 61, a. *Vitalis* calor *ei* torpuerat. Non enim auctor hic videtur agere de *aliptis*, qui *vires* et *colorem* dicebantur dare, sed de unguentaria, quae medicamentis internis operatur: quoniam illa videri vult remedio esse, quo *species* et *valetudo* servetur: cum interim *vires frangat* et homines *pallidos* reddat, vero calore torpescente. De aliptis vero Cic. L. I. ad Fam. 9. *Sed vellem non solum* salutis *meae*, *quemadmodum* medici, *sed ut* aliptae *etiam* virium et coloris *rationem habuisset* i. e. unctores in balneis. V. Manut. qui tamen minus bene ibi γυμναστὰς intelligit.

IN SCIENTIAM MUTATA IURIS] V. C. unica dictione *inscientia*. Ego legendum censuerim, *scientiam imitata iuris*. VULC. Alii *mutuata*. Scribe *mentita* vel *imitata*. WOWER. *Scientiam imitata iuris* recte MSS. Florent. Putean. Bened. Edd. Vulc. sec. Wow. etc. Edd. vett. *inscientiam mutata*. Vulc. pr. *scientiam mutata*. MSS. Voss. Vulc. *in scientiam imitata*. Alii *scientiam mutuata*.

ENERVAT AUTEM] Basil. I. Ald. et Rom. *enervato*. male. ELMENH. Sic bene Vulc. e suo cod. cui adstipulantur Florent. Putean. *enervata ut* Bened. Voss. Ante simpliciter *enervato*.

VIRTUTES EAS DOCERI] At in Menone fuse disserit, Virtutem doceri non posse. COLV. FLORID. Contrarium Plato docet in Menone, ut iam ab aliis observatum. ELMENH.

VIRTUTES EAS DOC. ARBITRABATUR, QUAE AD RAT. ANIMAM P.] Inperfectum hoc e Florent. primus edidit Elm. et adstipulatur Voss. In ceteris et Edd. prioribus obvia variatione *arbitratur*. Eodem redit, immo statim *censet*, *adpellat*. Dein *animum* Florent. Bened. Voss. Vide ad L. I. de Dogm. Plat. p. 586. Sed nil muta. Ceterum Colv. Elm. Flor. contrarium aiunt a Platone doceri in Menone. Verum non recte distinguere videntur viri docti. Plato non omnem virtutem doceri non posse existimat, sed eam tantum, quae solo naturae beneficio in homine est, licet etiam rationi conveniat; alioquin enim virtus esse non posset. ast alias *rationabiles* omnino doceri posse, ut *sapientiam*, *prudentiam et Iustitiam*, quae et *naturae beneficio* et *magistra ratione* disci possunt. Has *perfectas virtutes* adpellavit. Vide omnino p. 600 et hic seqq.

PRO REMEDIO] Bened. *pro medio*.

SUPERIORES AUTEM] Sic tacite e Cod. Florent. edidit Elm. et seqq. E suo Vulc. *sed superiores*. In reliquis MSS. et Edd. non comparet adversativa particula.

ILLAS QUIDEM] Male *eas* Ed. Floridi. Abest *quidem* ab Edd. ante Vulcan.

CENSET] Bened. *censent*.

SED NEC] Sic rursus tacite Elm. etc. e Florent. Reliqui MSS. et Edd. *sed non*.

EXISTIMAT DISCIPLINIS AL.] Vitiose Bened. *existimas disciplinas al.*

IUSTITIAM] Prave Edd. ante Vulcan. excepta Iunt. post. *iustitia*.

QUOD TRIBUS AN. REGIONIBUS SPARSA] MS. Bened. *que terris*. Delevi autem τὸ *ex*. quod, nescio unde, inrepsit primum in Ed. Vulc. sec. Nec male uncis incluserunt Elm. ac Scriv. Sed eiiciendum auctoribus MSS. O. et sensu. p. 601. *per has tres animae partes*, *quartam virtutem* iu-

nam putat: et nunc docilem esse, nunc usu et experiendo provenire. Bono-
rum autem quaedam sui gratia asserit adpetenda, ut beatitudinem, ut bonum
gaudium: alia non sui, ut medicinam: alia et sui et alterius, ut providentiam,
ceterasque virtutes, quas et sui causa expetimus, ut praestantes per se et ho-
nestas; et alterius, id est, beatitudinis, qui est virtutum exoptatissimus fructus.
Hoc pacto etiam mala quaedam sui causa fugitanda sunt, alia ceterorum, ple-
raque et sui et aliorum: ut stultitia, et eiusmodi vitia, quae et sui causa vi-
tanda sunt, et eorum, quae accidere ex his possunt, id est, miseriae atque in-
felicitatis. Eorum, quae adpetenda sunt, quaedam absolute bona dicimus, quae
semper atque omnibus cum adsunt, invehunt commoda; ut virtutes, quarum
beatitas fructus est: alia quibusdam, nec cunctis, vel perpetuo bona; ut vires, 607.
valetudo, divitiae, et quaecunque corporis ac fortunae sunt. Pari pacto, et
eorum, quae declinanda sunt, quaedam omnibus ac semper videri mala, quando
nocent atque obsunt; ut sunt vitia et infortunia: quaedam aliis, nec ea semper
nocere; ut aegritudinem, egestatem, et cetera. Sed virtutem liberam, et in
no-

iustitiam aequaliter dividentem se. Pro *vivendi* Bened. *videndi.*

Experiendo] Edd. ante Vulcan. contra MSS. *experientia.*

Quaedam sui gratia] Bened. *quadam sui generis.*

Adpetenda] Sic etiam bis in seqq. Temere Ed. Flor. *expetenda.*

Non sui gratia] τὸ *gratia* delet Florent. Elmenh. Delent quoque Bened. et Voss. quorum auctoritate eiiciendum et intelligendum e superioribus, ut statim *alia et sui et alterius.*

Et sui et alterius] Sic recte Elm. et seqq. cum MSS. Florent. Bened. Voss. In reliquis deest primum *et* contra genium Appuleii et hunc ipsum locum. V. seqq.

Ut providentiam] Prave Ed. Flor. *et prov.* Bened. *providentia.*

Id est] Bened. *et.*

Quae est virtutum exopt. fructus] Lege auctoritate MSS. *qui.* Sic enim Florent. Bened. Voss. Aeque enim relativum convenire sequenti, ac praecedenti, e Grammaticis dudum notum est. Saepe tamen in his est confusio. Vide Drak. ad Liv. XXXII, 30. *Brixiam* quod *caput gentis erat.* et me ad Veget. L. IV. c. 5. *castellum*, quem *Burgum vocant.* sic init. Lib. seq. *studium sapientiae*, quam *philosophiam vocamus.* sic MSS. vulgo *quod.* Festus in v. *coena. Vesperna*, quam *nunc coenam adpellamus.* sic MSS. O. et Edd. vett. vulgo *quod.* Solin. p. 32. *montibus*, quas *Herculis columnas dicunt.* sic etiam MSS. 4 meliores cum Ed. Salm. vulgo *quos.* Post *fructus* demum τὸ *est* legitur in Voss. et Bened.

Fugitanda] Edd. ante Vulcan. *fugienda.*

Alia ceterorum etc. vitanda sunt] Desunt MSS. Bened. Voss.

Pleraque] Florent. *plerumque.*

Eiusmodi] Edd. ante Vulcan. *huiusmodi.*

Et sui c.] Male *et* exsulat ab Edd. Wow. et Vulc. pr.

Miseriae atque infelicitates] Florent. caret coniunctione, sed et idem cum Bened. Voss. *infelicitatis.* in genitivo, ut iungas cum *eorum*, sic *vitia vitanda sunt caussa sui et caussa mis. atque infelicitatis*, *eorum* sc. sive quae ea sunt ex his accidentia. Male Elm. et seqq. *et infel.*

Beatitas] Romana editio cum aliquot aliis, *Beatitudinitas:* Basileensis utraque, ita ut cusum. Colv. Rom. et Ald. *Beatitudinitas*, recte. Elmenh. MSS. O. et Edd. Iunt. post. ac seqq. *Beatitas.* Scriv. *Beatitudo.* Prave Edd. vett. *beatitudinitas*, quod insulse probat Elm. Sequitur auctor Ciceronem, qui hunc virtutum fructum *beatitatem* et *beatitudinem* quoque vocat. Vide Davis. ad Cic. I. de N. D. cap. 34.

Vel perpetuo] Abest *vel* a Florent. et Ed. Scriv. male.

Ac fortunae] Voss. *et f.*

Quoniam nocent, a. obsunt] Fulv. Voss. Bened. *quando.* Optime, pro *quandoquidem*, *quoniam.* Passim ita Terent. aliique. V. ad Sil. It. XIII, 768. Atque ita noster de Mundo p. 744. *Non aliter* etc. *status regitur*, quando *uno moderamine contenta omnia pensum sui operis agnoscunt.* i. e. quoniam. p. 745. *Unde nihil mirum est, si mortales oculi eius non capiunt adspectum*, quando *divinorum operum vestigiis sit conspicuus.* Voss. hic *absint.*

Et cetera] Sic MSS. Florent. Fulv. Voss. Bened. Ed. Iunt. post. Elm. etc. Aliae *similia.*

No-

nobis sitam, nobisque voluntate adpetendam: peccata vero esse non minus libera, et in nobis sita, non tamen ea suscipi voluntate. Namque ille virtutis spectator, cum eam penitus intellexit bonam esse, et benignitate praestare, eam affectandam profecto, et sectandam existimabit sui causa. at item ille, qui senserit, vitia non solum turpitudinem existimationi invehere, sed nocere alio pacto, fraudique esse, qui potest sponte se ad eorum consortium iungere? Sed, si ad eiusmodi mala pergit, ac sibi usuram eorum utilem credit; deceptus errore, et imagine boni sollicitatus quidem, sciens vero ad mala praecipitatur. Discrepes quippe a communi sententia, si non quidem ignores, quid inter pauperiem ac divitias intersit: et cum haec in proclivi sita sint, nec pauperies honestatem, vel turpitudinem divitiae allaturae sint, si egestatem rerum victui ne-
608. cessariarum copiis praeferas, ineptire videaris. et adhuc illud absurdius, si qui sanitatem corporis spernat, eligens morbos. Sed illud postremae dementiae est, cum, qui virtutis pulchritudinem oculis animae viderit, utilitatemque eius usu et ra-

Nobisq e] Ita Florent. et Edd. Elm. etc. Bened. *et in nobis*. Reliqui MSS. et Edd. *et nobis*.

Adpetenda] Malim *appetendam*. Colv. Bene *adpetendam* reposuit Colv. et seqq. cum MSS.

Peccata vero esse non m. lib.] Vide Chalcidium ad Platonis Timaeum p. 238. et Heinsium ad Maximum Tyrium p. 36. Elmenh.

Intellexit] Voss. *intellexerint*. Bened. *intellexerit* et *benignitatem*.

Eam affectandam prof. et sectandam existimavit sui c.] Haec est lectio Cod. Florent. quam expressit Elm. et seqq. cum Vulc. et Wow. dedissent *ad eam affectabit p. e. sect. existimabit s. c.* atque ita MSS. Vulc. Bened. Voss. nisi quod per *v* quoque Voss. ut et Ed. Iunt. post. In Edd. vett. *eam affectabit et eam sect. existimabit*. Futurum mihi magis placet. Forsan excidit *viam*, ut fuerit: *ad eam affectabit viam*. Terent. Heaut. II, 3, 60. ad *dominas qui* adfectant viam.

Ut item ille] Edd. ante Vulcan. *ac*. Voss. *aut*. Florent. Bened. *at*. vere.

Qui potest] Veteres impressi, *Quis potest*. Colv. Bened. etiam *quis*. male.

Ad earum cons. se iung.] MS. *eorum*, scil. vitiorum. Sciopp. *in Symb*. Bene. et sic Florent. Voss. Bened. Prave Edd. ante Elmenh. *earum*. In Edd. ante Vulcan. legas *ad e. cons. se ingerere*. sed contra MSS. Forsan tamen phrasis non damnanda. Vide ad L. de Deo Socr. p. 702. *Tute ad studium sapientiae* ingeris.

Eiusmodi] Sic MSS. In Edd. ante Elmenh. *huiusmodi*.

Pergit] Bened. *pertingit*.

Ac s. usuram] Voss. *ad*. Bened. *et*. Edd. ante Vulcan. contra MSS. *usum*. Infra saepius *usura*.

Imagine B. sollicitatus] Bened. *imaginem B. sollicitus*.

Sciens v. ad mala praecipitatur] Locus hic non mihi videtur sanus, neque enim si quis errore deceptus et invitatus boni imagine (ut dixit) tendit ad mala, dici potest in ea se scientem praecipitasse. Florid. Nihil hic mendi subest. Potest quis *sciens* aliquid peragere, quod malum est, licet sit errore et imagine boni deceptus. Non scit id malum esse, sed scit se id agere quod in se malum est, licet putet usuram sibi fore utilem, non vero, ut dein adparuit, noxiam.

Quippe a communi s.] Edd. ante Vulcan. *quidem*. Bened. *ab omni*.

Quid inter pauperiem ac divitias interest] Obvia et trita locutione: et ita de Mundo p. 727. *Inter hanc et Irida illud interest*. ubi in MSS. optimis deest *inter*. ut Mart. Cap. L. VIII. p. 281. *Interest octo et sex*. sed rectius MSS. Leidd. *inter octo*. et hic MSS. Voss. Bened. *quid pauperies ad divitias i.*. quae constructio efficacior et doctior videtur, quam ut damnare ausim, vel a librariis inventam putem. Quasi dicat: quid pauperies, si cum divitiis comparetur, ab illis differat. Hanc enim vim praepositioni *ad* inesse notissimum est. Porro variis modis *interesse* in hoc sensu construitur. Sic posset dici *interest ille a stulto* et *stulto*, et *ille et stultus*, item *illi et stulto* etc. Adi exempla apud I. Perizon. ad Sanct. Min. L. III, 5 p. 420. Sed forsan scribendum *quid pauperiem ac div. int.* ut in Libro de Mundo.

Necessariarum] Bened. *necessarium*.

Si quis] Florent. *sequi ut*. Voss Bened. *sequi*. scribendum nempe *si qui*. V. ad Met. L. I. p. 17, a. si qui *velit*.

Cum qui virtutis pulchr.] Sic MSS. Male Edd.

ratione perspexerit, non ignarus quantum dedecoris atque incommodi adipiscatur ex participatione vitiorum; tamen addictum se velit vitiis. Corporum sanitatem, vires, indolentiam, ceteraque eiusmodi bona extraria, item divitias, et cetera quae fortunae commoda ducimus, ea non simpliciter bona nuncupanda esse. Nam, si quis ea possidens, usu se abdicet, ea illi inutilia erunt: si quis autem eorum usum converterit ad malas artes, ea illi etiam noxia videbuntur. Si quis autem iis abutitur, obnoxius erit vitiis: qui ea possidet, habere haec etiam, cum obit, non potest. Unde colligitur, bona haec simpliciter dici non oportere: nec etiam ea quae sunt morbosa, ut pauperiem, ceteraque, existimari mala oportet. Nam qui tenuis est, si modificetur in sumtibus, nullam noxam ex eo sentiet: et qui recte pauperie sua utitur, non solum nihil capiet incommodi, verum ad toleranda cetera melior atque praestantior fiet. Si igitur nec habere pauperiem, neque eam ratione regere contrarium est; paupertas per se malum non est. Voluptatem vero neque bonum esse absolute, neque simpli-

Edd. ante Vulcan. *cum quis pulchr. virtutis.* Abest *virtutis* a Bened.

EIUS USU] Ita Florent. Bened. Edd. Elm. etc. A ceteris exsulat τὸ *eius.*

EX PARTICIPATIONE] Voss. *et.* Florent. caret τῷ *ex.* quod uncis inclusere Elm. Scriv. et Flor.

EIUSMODI BONA] Minus bene Florent. Voss. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *eius.*

DUCIMUS] Edd. ante Vulcan. *dicimus.* Vide ad huius libri init.

NUNCUPANDA ESSE] Mirum est, in MSS. Florent. Voss. Vulc. Bened. legi *sunt*: cum tamen praecedant accusativi. quod foret soloecismus sive anacoluthon durissimum, quo hic non usum puto auctorem, sed ellipsi *ducebat Plato.* ut saepissime. Vide ad L. I. de Dogm. Plat. p. 196, b.

ILLI] Edd. ante Vulcan. *sibi.*

SI QUIS EA POSS. USU SE ABD.] Censorinus de Die nat. cap. I. ELMENH.

EORUM USUM] MSS. Florent. Voss. Bened. *eius.* ut ad *Fortunam* hoc referas.

SI QUIS AUTEM IIS ABUTITUR] Lib. Fulvii *si q. a. i. a. vitiisque subiectus erit, qui ea possidet, haberi haec etiam obit.* Aeque corrupte. Et fallor aut tota periodus inducenda, quae plane glossema videtur illorum, quae praecesserunt. Haud inconcinne tamen emendabis hoc modo: *Si quis autem iis abutitur, obnoxius erit vitiis, et qui ea possidet, habere haec etiam cum utilitate non potest.* WOWER. Expressi lectionem codicis Leidens. *s. q. a. i. a. obn. erit vit. qui ea possidet, habere hoc etiam cum obit non potest*) Basil. 2. *s. q. a. i. a. o. et v. et qui ea possidet habere haec etiam cum utilitate non potest.* MS. Fulvii et Flor. memb. hoc modo legunt: *s. q. a. i. a. vitiisque subiectus erit, qui ea possidet, haberi haec etiam obit.* Rom. Ald. et Bas. 1. omnino haec ignorant, et videntur glossemata eorum quae praecesserunt. ELMENH. Quidam codices omnino haec ignorant, et certe videntur esse glossemata eorum, quae praecesserunt. Si tamen retineas, interpunge inter vocem *vitiis* et *qui ea possidet.* ut sit sensus: Si aliquis male utitur eis, propensus erit in vitia, et, qui habet ea, non valet ea retinere, quando moritur. FLORID. Haec Vulc. e suo cod. ita expressit *Si q. a. i. a. obnoxius erit vitiis qui ea possidet, habere hoc etiam cum obit non potest.* quae absunt prioribus Edd. *Haec* saltem legendum fuerat, non *hoc.* Sed MS. Voss. modo habet *vitiis erit qui ea possidet haberi haec etiam obit.* Bened. *vitiis erit, qui ea possidet haberi hoc etiam obit vel obeün.* Ego adhucdum ἐπέχω.

BONA HAEC SIMPLICITER] Bened. *simpl. haec omnia.* Voss. *simpl. bona haec.*

NEC ETIAM EA, QUAE SUNT MORBOSA UT PAUPERIEM C. EXISTIMARI MALA OPORTET] MSS. Florent. Voss. Bened. *ut ea etiam q. s. m. quae paup. c. existimari op.* Latet menda. Male *etiam* exsulat ab Ed. Flor.

IN SUMTIBUS] Absunt perperam Edd. ante Vulcan.

ET QUI] Edd. eaedem *etiam qui.* Mox pro *incommodi* Bened. *incommodum.*

AD TOLERANDA C. MELIOR ATQUE PRAEST. FIET] Florent. Bened. Voss *ad toleranda c. melioratum praestant. fiet.* vel *meliora cum* ut in Voss. Non me expedio. An *meliore actu?* statim *paupertas, quae gloriosis* actibus *veniat.* sed p. 611. *meliores praestantioresque.* Edd. ante Vulcan. *erit.*

RATIONE REGERE] Bened. *rationem.*

PER SE] Carent male Edd. ante Vulcan.

VOLUPTATEM] Vide dialogum nomine Philebum, item Gorgiam, et alibi. COLV.

609. pliciter malum: sed eam, quae sit honesta, nec pudendis rebus, sed glorisosis actibus veniat, non esse fugiendam: illam vero, quam aspernatur natura ipsa, turpi delectatione quaesitam, vitari oportere censebat. Sollicitudinem et laborem, si naturabiles essent, et ab ipsa virtute descenderent, {et essent pro aliqua praeclara administratione susceptae, adpetibiles ducebat esse: sed, si adversum naturam turpissimarum rerum caussa gignerentur, malas intestabilesque esse. Non sola vitia voluntate accidere animis, et venire corporibus, sed esse medium quendam statum: qualis est, cum abest tristitia, nec tamen laetitiam adesse sentimus Ex his quae in nobis sunt, primum bonum atque laudabile est virtus, bonum studenti. Adeo honestum appellari oportet. solum quippe, quod honestum est, bonum dicimus: ut et malum, turpe. ac merito, quod turpe est, bonum non potest esse. Amicitiam ait sociam, eamque consensu consistere: reciprocamque esse, ac delectationis vicem reddere, quando aequaliter redamat. Hoc amicitiae commodo provenit, cum amicus eum, quem diligit, pariter ac se cupit prosperis rebus potiri. Aequalitas ista non aliter provenit, nisi similitudo in utroque parili caritate conveniat. Nam ut pares paribus irresolubili nexu iunguntur: ita discrepantes, et inter se disiuncti sunt, nec aliorum amici. Ini-

Nec pud.] Voss. *ne pud.*

Natura ipsa] τὸ *natura* reposui ex Flor. Rom. et Aldo. Elmenh. abest quippe ab Ed. Vulc. sec. Male. Pro *delectatione* Bened. *dilectione.*

Sollicitudinem] Edd. ante Vulcan. *solitudinem.* male.

Naturabiles] Sic recte Vulc. in Ed. pr. cum MSS. Leid. Voss. Florent. aliisque. Sic Flor. N. 15. Naturabilia *commentatus.* Edd. vett. cum MS. Bened. et Edd. Vulc. sec. ac Wow. *naturales.* Pro *descenderent* Bened. *descenderet.*

Ducebat] Ita rursus Florent. Voss. Edd. Elm. Scriv. Flor. In ceteris *dicebat.* V. supra.

Turpissimarum rerum] τὸ *rerum* abest a Florent. Elmenh. item Voss.

Intestabiles] Consentiunt in hac voce MSS. Florent. Putean. Vulc. Voss. Bened. ut Elm. cum seqq. edidit pro *detestabiles:* ut vulgo. Supra p. 603. *Inreligiosi et inhumani ac merito* intestabiles. Vide Glossas et Torrent. ad Horat. L. II. S. 3. vs. 181. *Is* intestabilis *et sacer esto.*

Non sola vitia etc. — sentimus] Absunt haec omnia Edd. primis, Iunt. pr. Ald. Bas. pr. In Edd. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *non sola initia.* unde Vulc. et Wow. e MSS. suis *non sola vitia* fecere, et sic Voss. Abest vox *sola* a Bened. *non solum* in Florent. ut edidere Elm. et seqq. Sed praefero *sola*, quod rectius esse docent sequentia. Post *vitia* MSS. Vulc. et Voss. addunt *sed.* an *ait* vel *scilicet?* ut saepe.

Et venire] Edd. ante Vulcan. *convenire.*

Abest] Bened. *abem.*

Ideo] Voss. Bened. *adeo.* Recte, et eodem sensu. Vide ad Met. L. VIII. p. 571, a.

Ducimus ut et malum T.] Sic recte Vulc. et seqq. Edd. priores *dicimus et malum t.* MS. Voss. *dicimus ut est malum t.* Bened. *ducimus ut est malum tempore.* Corrupte.

Ac merito] Sic Voss. Bened. Vulgo *et mer.* Pro *quod turpe* Bened. iterum *quod tempore.*

Potest esse] Ita Florent. Voss. Bened. Edd. Elm. etc. Vulc. cod. et Edd. vett. *dici.* nec male.

Amicitiam ait] In Lyside, seu περὶ Φιλίας dialogo. Colv.

Delectationis vicem] Prave Edd. ante Elmenh. contra MSS. O. *dilectionis.*

Aequaliter reclamat] Scripserim cum Modio nostro, *redamat.* Colv. Edd. ante Vulcan. *reclamat aeq.* Male, licet *reclamat* sit in Voss. Sed bene iam Modius monuit legendum esse *redamat.* pag. seq. *nec* reciprocari *queant, ut ament quae* redamantur.

Similitudo in utroque] Particulam *in* non agnoscit Florent. Elmenh. uti nec Voss. Bened.

Parili caritate] Rom. Bas. I. Ald. *parilitate charitateque.* Elmenh. contra MSS.

Nam ut pares parib.] Eaedem Edd. ante Vulcan. *pares enim parib.* Bened. *Nam ut partes partibus.*

Et inter se disiuncti] Dele τὸ *et.* Elmenh. auctore Cod. Florent. de quo tacet. ceteri Elmenh. sunt secuti. In reliquis MSS. et Edd. *et inter se*, quod non innovandum fuerat, per frequentissimum auctori nostro polysyndeton. Su-

Inimicitiarum autem vitia gignuntur ex malevolentia per morum dissimilitudi- 610.
nem, et distantiam vitae, et sectas, atque ingenia contraria. Alia etiam amicitiae genera dicit esse: quarum pars voluptatis gignitur caussa, pars necessitatis. Necessitudinum et liberorum amor naturae congruus est: ille alius abhorrens ab humanitatis clementia, qui vulgo amor dicitur, est adpetitus ardens, cuius instinctu per libidinem capti amatores corporum, in eo, quod viderint, totum hominem putant. Eiusmodi calamitates animarum, amicitias idem appellari vetat, quod nec mutuae sunt, nec reciprocari queant, ut ament, quae redamantur; nec constantia illis adsit, et diuturnitas desit, amoresque eiusmodi satietate ac poenitentia terminentur. Plato tres Amores hoc genere dinumerat. quod sit unus divinus, cum incorrupta mente et virtutis ratione conveniens, non poenitendus: alter degeneris animi, et corruptissimae voluptatis: tertius ex utroque permixtus, mediocris ingenii, et cupidinis modicae. Animas vero fusciores impelli cupidine corporum, unumque illis propositum esse, ut eorum usura potiantur, atque eiusmodi voluptate et delectatione ardorem suum mulceant. Illae vero facetae et urbanae sunt. Animas bonorum deamare, et studere illis, factumque velle uti quam plurimum potiantur bonis artibus, et meliores prae- 611.
stan-

Supra *et sui et alterius*. Vid. Ind. Not. *se* abest a Bened.

GIGNUNTUR — MORUM DISSIM.] Bened. *coguntur*. — Voss. *dissim. morum*.

INGENIA CONTRARIA] Bened. *ing. et contraria*.

AMICITIAE GEN. DIC. ESSE] Vide Platonem in Lyside. ELMENH.

NECESSITUDINUM ET LIBERORUM AMOR] Sic tacite reposuit Elm. cum seqq. nihilominus bene et e Cod. Florent. Antea edebatur *necessitudinis*. Voss. *necessitudinem*. Bened. *necessitudo*. Ipsi proximi, ut coniuges, parentes, filii vocantur *necessitudines:* ut notum. p. 620. *tali* necessitudine *orbatum*.

ILLE ALIUS] Carent τῷ *ille* Edd. ante Vulcan. contra Appuleii genium.

ET EST ADPET. ARDENS] Recte Voss. Bened. delent τὸ *et*. Ille alius, qui Amor dicitur, est adpetitus ardens. Vulc. Ed. pr. e Cod. suo *arens*, male.

CORPORUM] Bened. caret.

QUOD NEC M. SUNT, NEC REC. QUEANT] Edd. ante Vulcan. *quae*. Bened. *neque*. Ed. Wow. *sint*. quia nescivit, modos hos frequenter variari. Adi Burm. ad Virg. Ge. I, 155. Aen. IV, 591. me ad Frontin. L. III. Prol. supra saepius. et ad Veget. L. III, c. 5. *cum non possit atque facienda sunt*. de Mundo p. 724. *quod ortus et occasus mutentur — Meridies et Arctos iisdem semper regionibus sunt notatae*. MSS. Bened. Vulc. et eius Ed. *sed nec*.

REDAMANTUR] Flor. *redimantur*. male. ELMENH. Bened. *redemantur*. Voss. quoque *redimantur*.

NEC CONST. ILLIS ADSIT] Bened. caret *nec*. Voss. *absit*.

SOCIETATE AC POENIT.] Scribo ex Ro. edit. *satietate ac poen*. COLV. *sanitate*, vel, *satietate*, quod propius accedit ad veterem lectionem, *societate*. VULC. Retinui lectionem, quam ostentant Edd. Rom. Vic. et probavit Colv. Vulc. Ed. sec. aliique vulgo. Passim *satietas* de amoris taedio occurrit. V. Gebh. ad Tib. II, 1, 51. *assiduo satiatus aratro*. Vitiose Edd. Iunt. Ald. etc. *societate*. Sed MSS. Florent. Putean. Vulc. Voss. Bened. Edd. Vulc. pr. ac Scriv. dant *sanitate*. quod omnino praeferendum. Cum anima ex hoc *errore* et calamitate ad sanitatem rediit. In eadem re adposite Ovid. L. I. Am. El. 10. *Cum bene* pertaesum *est*, *animique* resanuit *error*. ubi V.

PLATO TRES AM.] In Symposio. COLV. In convivio, et Dan. Heinsius ad Max. Tyrium pag. 72. ELMENH.

QUOD SIT] Ven. Ald. *quod fit*. COLV.

CORRUPTISSIMAE] Fulvii liber *corrupti*. ELMENH.

CUPIDINIS] Bened. *cupiditatis*

ANIMAE VERO etc. — CAPI POSSE] Haec cuncta absunt Edd. ante Ed. Iunt. post.

UNUMQUE ILLIS] Ed. Vulc. pr. *utrumque*. vitiose. Bened. *illud*. Edd. ante Vulcan. *unum quod*. et pro *esse* contra MSS. *est*.

ILLAE VERO FAC. ET URBANAE SUNT] Voss. *sint*. De his nondum egit. Forte *illis quae f.*

ET STUDERE ILLIS FACTUMQUE VELLE] Sic op-

stantioresque reddantur. Medias ex utroque constare: nec delectationibus corporum prorsus carere, et lepidis animarum ingeniis capi posse. Ut igitur ille amor teterrimus, ac inhumanissimus, atque turpis, non ex rerum natura, sed aegritudine corporali morboque colligitur: sic ille divinus, Deorum munere beneficioque concessus, adspirante coelesti cupidine in animos hominum credatur venire. Est Amoris tertia species, quam diximus mediam. Divini atque terreni proximitate collectus, nexuque et consortio parili copulatus, et rationi propinquus est, ut divinus ille; ut terrenus ille cupidini iunctus est voluptatis. Culpabilium autem virorum quatuor formae sunt: quarum prima honoripetarum est, sequens abstemiorum, tertia popularis, tyrannicae dominationis ultima. Evenit quapropter primum illud mentibus vitium, cum vigor rationis elanguerit, superi-

optime correxit e suo Cod. Vulc. cui accedunt mei omnes; nisi quod Bened. habeat *illis rebus*. Antea editum modo *et factum velle*.

QUAM PLURIMUM POTIANTUR] Sic recte idem Vulc. cum MSS. Ante *qui pot. plurimum*.

EX UTROQUE] Bened. *ex utraque*. Male. Neutrum hoc adhibetur, cum volunt quid dicere, quod medium est et ex utraque parte, licet alius generis sint substantiva. V. Burmanni Comm. ad Suet. Claud. c. 38. et alios. Auson. prof. 20. *Tu mihi, quod genitor, quod avunculus, unus* utrumque. Praef. Epic. in patrem *sive is filius, sive pater, sive* utrumque. et ita eleganter *uterque* dicitur Christus, deus et homo, Paulino c. 10. p. 470. ut leg. ex MS. veterrimo. V. tamen Graev. ad Cic. Off. I, 1.

CORPORUM] Sic Florent. Voss. Bened. Edd. Elm. etc. ut supra *amatores corporum*. Ante *corporis*.

IGITUR ILLE] Voss. inverse.

AMOR TETERRIMUS] Edd. ante Vulcan. contra MSS. *deterr.* Pro *ac inh.* Voss. *et inh.* Vide ad Met. L. II. p. 108, b.

CREDITUR] Florent. Bened. Voss. et Edd. ante Vulcan. recte *credatur*.

QUAM DIXIMUS MEDIAM] Hic maior distinctio ponenda est. nam alioquin *collecta* etc. non *collectus* debuisset scribi. Bened. *quem d. medium*.

ET UT RATIONI PROPINQUUS EST] Lege meo periculo: *et Rationi propinquus est, ut divinus ille; ut terrenus ille cupidini* etc. FLORID. non male, si MSS. addicant. In Edd. Vulc. et seqq. editur *Et ut rat. prop. est divinus ille, ita terrenus ille cup. i. e. v.* Sed non agitur hic de amore terreno, verum *tertio*, mixto inter coelestem et terrenum. Pro *ita* in Edd. vett. *ita et*. pro *cupidini* in iisdem et MS. Fulv. *turpitudini*. Dein *voluptati* habent MSS. Florent. Putean. Voss. *et voluptati* Bened. Unde forsan legendum *Et ut rationi prop. est divinus ille, et terrenus ille turpitudini, ita iunctus est voluptati*.

ABSTEMIORUM] Excerpta Puteani *abstrenuorum*. ELMENH. φιλοχρήματοι Platoni sunt non *abstemii*. Exc. Puteani habent *abstrenuorum*, hoc est, ignavorum, quod nihilo magis invenitur apud Platonem. non abhorret tamen ab eius sensu. cum enim φιλοχρήματοι illi congerendis pecuniis unice incumbant, res bellicas negligunt, atque etiam vitant bella quantum possunt, ut pote quae congestam pecuniam exhauriant, ipsosque thesauros ac eorum possessores, militum et invidorum civium rapacitati exponant. Minus quadrat τὸ *Abstemiorum*: *Abstemius* enim nihil aliud sonat quam *a temeto*, hoc est, *vino abhorrens*. Corruptus procul dubio hic locus. unde certo emendem non habeo. quid si legas *Abstentorum*, hoc est, *Abstinentium*, et nummis suis tanquam sacris parcentium? FLORID. Nec ego video quo sensu avari φιλοχρήματοι, quos intelligit auctor, *abstemii* dici possint. Quod tamen Flor. corrigere tentat *abstentorum*, in eo non persuadet.

TYR. DOMINATIONIS EST] Quidam editi *Tyr. damnationis*. Vide sub libri finem. COLV. Inepte Edd. ante Colv. *damnationis*. Exsulat *est* a Voss. Vulc. et Edd. ante Elmenh. etc. Recte. iam praecesserat τὸ *est*.

QUAPROPTER ILLUD PRIM. M. EV. VIT.] Hic ordo ab Elmenh. est. at in Florent. exaratur *quapropter vit. illud prim. ment. evenit*. Sed in MSS. Bened. Voss. Vulc. *evenit quapropter prim. illud ment. vit.* Notandum saepius a nostro secundo in loco poni τὸ *quapropter*. Certe in MSS. sic init. h. libri *divina quapropter esse*. p. 598. *Tres quapropter*. p. 613. *pessimo quapropter*. de Mundo p. 713. *Superna quapropter*. ubi id monet quoque Vulc. sed non adfert exemplum. Edd. vett. *quapropter evenit pr. ill. ment. vit.*

Su-

riorque et robustior fuerit animae portio, in qua ira dominatur. At quae Ὀλιγαρχία dicitur, ea sic nascitur, cum propter pessimum pastum eius partis animae, quae ex cupiditatibus constat, non solum rationabilis et irascentiae loca possidentur, sed eius etiam, quae non necessarias cupidines acuunt. Hunc talem Plato lucricupidinem, atque accipitrem pecuniae nominavit. Qualitas popularis exsistit, cum indulgentia cupidines laboratae, non solum iustis desideriis exardescunt, sed his etiam quasi obviae atque occursantes, et illam consiliariam, et illam alteram iratiorem animam conditionibus suis presserunt. Τύραννις est luxuriosa et plena libidinis vita; quae ex infinitis et diversis et illicitis volupta- 612.

SUPERIORQUE ET ROBUSTIOR] Abest copula *et* Edd. ante Vulcan.

Ὀλιγαρχία DICITUR ALTERA. EA SIC etc.] Sic omnino restituendum est, et punctum praeponendum voci ὀλιγαρχία, ut sensus superiorum verborum finitus intelligatur. neque enim Honoripetarum vitium ὀλιγαρχίαν Plato vocat, sed τιμαρχίαν et τιμοκρατίαν, eaque primam apud eum constituit corruptae Reipubl. formam, ὀλιγαρχία secundam, δημοκρατία tertiam, τύραννις denique quartam. cum bene constitutae Reip. sit una tantum forma apud eum, nempe ἀριστοκρατία regiae potestati mixta. FLORID. Recte observat Flor. non hanc ita a Platone vocari, sed τιμαρχίαν et τιμοκρατίαν. Quare addit *altera*. audacter sane: nec tamen de suo. nam Wow. iam ante tacitus ediderat ὀλιγ. *dicitur alterum*. In Bened. est *et quae* ὀλιγ. *d.* Unde fors legendum *At quae* ὀλιγ. *dicitur*, *ea sic nascitur*.

PESSIMUM PASTUM EIUS P.] A Bened. abest *pessimum*. Idem et Vulc. cum Edd. Vulc. pr. Wow. *pactum*. male. Vide Ind.

LOCA] Bened. *ioco*.

EIUS ETIAM] Sic Voss. Al. *etiam eius* sc. concupiscentiae loca.

QUAE N. NECESSARIAS CUPID. ACUUNT] Omnes libri, quibus usus: *non necessaria cupidine sunt*. Minus in his liquet. Sane et praecedentia implicita, turbata et corrupta, quae tamen sententiae suae restitui. WOWER. MSS. Florent. Vulc. Voss. Fulv. *necessaria cupidine sunt*. Bened. *vetera cupidine sunt*. An *alunt?*

HUNC TALEM] Florent. Voss. Bened. *palam*. At frequens est Appuleio haec coniunctio. pag. seq. *Idcirco hunc talem*. et *hunc talem numquam* ut et p. 617. item L. I. Met. p. 1. et saepissime. atque ita Cic. filius L. XVI. Ep. 21. Ter. Eun. 1, 2. 8, *illum talem*.

LUCRICUPIDINEM] Φιλοκέρδειαν, Hipparcho: cui etiam titulus, Φιλοκέρδης. COLV. Repone *Lucricupidum*, nempe virum τῆς ὀλιγαρχίας studiosum. *Lucricupidus* Platoni in Hipparcho Dialogo. FLORID. quia agit de homine, ut patet ex seq. *accipitrem* Φιλοκέρδη non Φιλοκέρδειαν. Tunc enim *hanc* debuit dicere. Sed hominem ipsum figurate forsan *Cupidinem* non amoris, sed *Lucri* vocaverit Appuleius talem. Non autem haec ipsis verbis sed sensu existunt apud Platonem. Bened. *lucricupidine*.

QUALITAS POPULARIS] Edd. Iunt. Ald. Bas. Lugd. Colv. prave *qualis*.

INDULGENTIA CUPIDINES LABORATAE] Aliud quid substituendum hic videtur: ut *saburratae*, vel simile: quod magis placiturum adhuc quaero. COLV. Colv. non male *saburratae*. ELMENH. Ego nihil muto, *cupidinesque laboratae indulgentia*, quae est Appuleii in abutendis vocabulis licentia, hic nihil aliud sunt quam *cupidines laborantes nimia indulgentia*. FLORID. at hunc sensum passiva forma non admittit. Malim explicare *effectae per indulgentiam*. Colvius tentat *saburratae*. Rectius *irritatae*. Mox pro *iustis desid. exardescunt* Voss. *ustis*.

SED HIS ETIAM, QUAE OBVIAE ATQUE OCCURS.] Corruptus locus et sensu carens. Tollebam *quae*, ut esset sensus, illas cupiditates non semper sequi iusta desideria, sed eis etiam saepe reluctari. FLORID. Sic MSS. nisi quod in Vulc. sit *etiam quam*: at Edd. ante Vulcan. *his aeque obviae*. Abundat certe illud *quae*; quare expulit Floridus. Fuitne *sed his etiam quasi obviae*. saepe illud in *quam* et *quae* corruptum est.

CONSILIARIAM] Voss. *consiariam*. Bened. *consuetudinariam*. Intelligit rationalem.

IRATIOREM] Edd. ante Vulcan. *rationabilem*. Male omnino. Bened. *inrationabilem*. sed sequor MSS. plerosque et Edd. ceteras in *iratiorem*. Wow. *iratricem*: quod forsan effinxit e vitiosa scriptura Ed. Vulc. pr. *iraticrum*.

PRESSERUNT] Florent. *presserint*. Fulv. *praecesserint*.

EST LUXURIOSA] Veteres, *ex luxuriosa* COLV. V. C. *tyrannidis tenus ex*. forte *tyr. genus ex*. VULC. Florent. *tyrannidis tenus et luxuriosa*. Vulc. *tyr. genus est*. Colvius ita distinguit hunc locum *praecesserint tyrannis tenus*,

tatibus conflata, mente tota dominatur. Qui sit autem pessimus, eum non so-
613. lum turpem, et damnosum, et contemtorem Deorum, et immoderatam et inhumanam atque insociabilem vitam ait vivere, sed nec cum proximis secumve congruere, atque ideo non modo a ceteris, verum etiam a se discrepare: nec aliis tantum, sed etiam sibi inimicum esse, et idcirco hunc talem neque bonis, nec omnino cuiquam, nec sibi quidem amicum esse. sed eum pessimum videri, quem nulla malignitatis superlatio possit excedere. Hunc talem nunquam in agendis rebus expedire se posse, non solum propter inscientiam, sed quod ipse etiam sibimet sit ignotus, et quod perfecta malitia seditionem mentibus pariat, impediens incepta eius atque meditata consilia, nec permittens quidquam eorum, quae volet. Pessimo quapropter deterrimoque non ea tantum vitia, quae secundum naturam sunt, pariunt exsecrabilitatem, ut est invidentia, ut est de alienis incommodis gaudium: sed etiam quae natura non respuit, voluptates

nus, *l.* Elmenh. *τύραννις est luxuriosa vita*] Sic Vulc. Ed. sec. cum seqq. At Ed. pr. cum Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *Tyrannidis est l.* Edd. vett. item Wow. *tyrannidis ex l.* At MSS. O. *tyrannidis tenus ex l.* nisi quod in Fulv. sit *et*. Quod hic memorat Elm. de Colvio falsissimum est. Scribendum videtur *presserunt Tyrannidis tenus. Et est l.* vel tale quid. quod est quartum culpabilium virorum genus. Vide ad L. I. de Dogm. Plat. p. 588. Flor. *humerorum tenus.*

Quae ex finitis et div.] Corrige: *infinitis.* Wower. recte, e Fulv. Cod. qui recte caret quoque τῷ *et*. MSS. ceteri et Edd. Vulc. *ex finitis et diversis et illic.* Absunt ab Edd. prioribus τὰ *infinitis et*.

Qui sit autem non pessimus etc.] Lege: *qui sit autem omnium pessimus, eum non solum.* Wower. *qui sit autem pessimus*] Ita MSS. O. et Ed. Vulc. sec. vere. In Ed. Vulc. pr. vitiose *qui situ autem non pessimus, cum.* Hinc Wow. cum seqq. effinxit *qui sit autem omnium pessimus:* sed in MS. nullo τὸ *omnium*. Edd. vett. *quis itaque ut pessimum.* Iunt. post. Bas. Lugd. Colv. *quis itaque non pessimum.*

Contemptorem] Bened. *temptorem.*

Immoderatam et inhumanam atque insociabilem vitam ait vivere] MSS. Florent. Bened. Voss. Vulc. *immoderatum.* Dein etiam Florent. *et inhumanum atque insociabili vita ait vivere.* sed *vivere vitam* elegans et obvium est, ut mox *servire servitium.* A Bened. abest τὸ *ait*.

Modo a ceteris] Voss. *a ceteris modo.*

Sed etiam sibi] Abest *etiam* ab Edd. ante Vulcan. Bene, nisi MSS. O. agnoscerent. De ea ellipsi egi saepius. Exsulat *sibi* a Bened.

Hunc talem] Bened. *hunc tantum talem* et statim *hominis* pro *bonis*.

Eum pess.] Edd. ante Vulc. sec. *illum p.*

Quem excedere] Sic Florent. Fulv. Voss. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Recte *qua* in Bened. Edd. priores *quod*. In Ed. Ven. prave *expedire.*

Inscientiam] Ita MSS. O. in Edd. ante Vulcan. *inscitiam*, tralatitia confusione. Vide ad Caes. B. G. L. III. c. 19. Fabric. ad Cic. I. de Off. c. 34. Restituendum quoque Boëthio L. III. cons. Phil. pr. XII. *Inscitiam eam professum* ex MSS. Rittersh. et Leid. *inscientiam.* et L. V. pr. 2. *mox inscientiae nube caligantes.* ita Leid. recte. Vulgo *inscitiae caligant.*

Ipse etiam sibimet] Ita MSS. vel *ipsi*, ut Voss. et Bened. et Edd. ante Elmenh. ex cuius et seqq. Edd. male excidit τὸ *ipse*.

Seditionem mentibus pariat] Voss. *seditione.* idem cum Bened. *parcit.*

Meditata consilia] MS. Vulc. et Var. Lect. Putean. cum Ed. Vulc. pr. male *mediata.*

Pessimo quapropter] Ita MSS. O. cum Vulc. sec. in Edd. primis *quapr. pess.* V. supra.

Deterrimoque] Bened. *detrimentorumque.*

Quae secundum Nat. sunt] i. e. contra. ut Lib. de Deo Socr. *illos secundum adversari* i. e. contra. Eod. lib. p. 167, a. *secundum Pythagoricos* pro contra. Sed vide ibi. Sic *contra* pro *iuxta* vel *prope* infima Latinitas posuit. V. omnino Salm. ad Solin. p. 770. Mercerus ad D. Socrat. p. 683. Ed. Flor. legi voluit *contra.* Floridus tacite infersit *non.* MS. Bened. *qui natura sunt.* Antequam hanc significationem τοῦ *secundum* perspicerem, conieceram *quae secus quam natura sinit.*

Ut est de al.] Male Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *nec est de al.* Eaedem quoque ut et Ven. ignorant τὸ *non* ante *respuit*, sensu invito.

Amo-

luptatem dico, atque aegritudinem, desiderium, amorem, misericordiam, metum, pudorem, iracundiam. Idcirco autem hoc evenit, quod immoderatum ingenium, in quaecunque proruerit, modum non habet, atque ideo semper ei aut deest aliquid, aut redundat. Hinc eiusmodi hominis amor omni tenore est corruptus, quod non solum effrenatis cupiditatibus et inexplebili siti haurire avet omnia genera voluptatis, sed quod etiam formae iudicio, irrationabili errore distrahitur, ignorans veram pulchritudinem, et corporis effoetam, et enervem, et fluxam cutem deamans. 614.
nec saltem coloratos sole, aut exercitatione solidatos, sed opacos umbra, vel molles desidia, sed cura nimia medullatos artus magni facit. Non sponte grassari ma-

AMOREM] Carent Edd. Vulc. pr. Wow.

MISERIC. METUM] Inverse Bened. Voss.

PRORUERIT] Bened. *pro libidinem.* Ed. Bas. pr. *proripuerit.* Pro *modum* Voss. *modo.* et mox Bened. *eiusdemmodi* pro *eiusmodi.*

HOMINES AMOR O. TENORE EST CORRUPTUS] Ante Vulc. Ed. sec. abest τὸ *est*, ut etiam a MSStis. *hominisi amor* Florent. Bened. Num fuit *hominis it amor?* quod convenit cum *proruere*, *tenore*, et *errore distrahitur.* Mox pro *quod* Bened. *quc.*

INEXPLICABILI SITI] Forte legas rectius, *inexplebili siti*, vel, *inexpletabili.* COLV. Colv. et Bas. 2. *inexplebili siti*, male. Vide Indicem et notas ad librum de Mundo. ELMENH. *inexplebili siti* malui cum Colvio, quam, ut in vulgatis, *inexplicabili*, reluctante licet Elmenhorstio, qui ut alteram hanc lectionem tueatur, exempla duo alia affert, sed certe minime similia. FLORID. *inexplebili siti*] Sic Cod. Vulc. et Colv. e coniectura. Sed MSS. Florent. Voss. Bened. et Edd. O. praeter Vulc. Wow. ac Florid. habent *inexplicabili.* Liv. XL. 33. *Inexplicabiles continuis imbribus viae et inflati amnes.* Sed malim tamen ego quoque *inexplebili*, quam lectionem firmavi ad Met. L. II. p. 21.

AVET] Voss. Vulc. *habet* de more Vide ad Flor. N. 19.

QUOD IPSO ETIAM] Abest *ipso* bene a MSS. Florent. Voss. Bened et Edd. ante Vulcan. in quibus sic *etiam quod.*

IRRATIONABILI] Bened. *et ration.*

COLORATOS SOLE] In Sole olim esse soliti veteres, quo corpori siccitatem conciliarent et colorem. Seneca Ep. 108. *Qui in Solem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur.* Arnob. Lib. I. *Quod si Sole aliquis torrere se suetus, et adquirere corpori siccitatem, ratione consimili conqueratur.* Ideo etiam ad Solem se lavabant. Aristophanes apud Pollucem: Λούσησθε καὶ κτενίσησθε πρὸς τὸν ἥλιον. Item ungebant. Vetus interpres Persii e Satyra IV. *Et assiduo curata cuticula sole. Curata*, inquit, *scilicet a Chromatiariis. Nam Chromatiarii dicuntur colorarii: vel qui toto die in arena sunt, vel in Sole. Antiqui enim ungebant se, et in Sole erant, ut oleum corpus imbiberet; ut Iuvenalis: Nostra bibat vernum contracta cuticula solem Effingatque togam.* Hoc etiam notare est itidem ex Aristoph. concionantibus: Ἀλειψαμένη τὸ σῶμα ὅλον δι' ἡμέρας Ἐχλιαινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον. et Tertulliano lib. III. adversus Marcionem: *Aliud est, si penes Ponticos, Barbariae gentis infantes in praelium erumpunt, credo ad Solem uncti prius, dehinc pannis armati.* COLV. Arnob. lib. I. fol. 5. *Quid si sole aliquis torrere se suetus, et acquirere corpori siccitatem, conqueratur, frequentissimis nubilis iucunditatem serenitatis ablatam.* Vide Avicennam Doct. 2. cap. 20. fol. 39. Aetium serm. 3. Tetrab. cap. 9. fol. 131. ELMENH.

ET OPACOS UMBRA] Copula deest Bened. Mira autem locutio *opacos* pro pingues, obesos. quod notandum. [Omnino legendum *sed op.* — I. B.]

MOLLES DESIDIA] Inverse Voss. Pro *cura* Bened. *curam.*

MODULATOS ARTUS MAGNIFACIT] MS. *medullatos.* Alius: *meditatos.* Scio me vere emendasse: *medicatos artus.* WOWER. *medullatos artus*] Sic Bas. 2. In Rom. Aldo et Bas. 1. est, *modulatos.* Wower. *medicatos* legit. Ita in Apologia dicit *medicatum os.* Excerpta Puteani *magnificat.* bene. ELMENH. *medicatos* legit Wowerus, non ut in vulgatis *medullatos.* sic in Apologia dixit *medicatus es.* FLORID. *Medullatos* est constans MSS. omnium scriptura, ut reposuere Vulc. et seqq. pro vulgari *modulatos.* Est qui coniecit *meditatos.* Sed Wow. probante Florido, emendasse se vere dicit *medicatos.* Non puto. Lego potius *emedullatos* i. e. enerves et exsuccos nimia cura, quales artus prae vera pulchritudine ab iis amari dicit, atque, ut est apud Terent. Eun. II, 3, 25. *graciles et curatura iunceos*, quibus contrarii sunt *suco pleni artus.* Apud Plin. et Sidon. Apollin. occurrit *emedullatus.* Dein *magnificat* Putean. probante Elmenh. Sed ceteros sequi tutius. Septim. tamen de B. Tr. 2, 28. *obsecrans uti magnificarent praesentiam*

malitiam, multis modis constat. Namque iniuriam, inordinatam passionem et aegritudinem mentis esse ait. unde liquido ad eam arbitratur homines non sponte ferri. Quis enim tantum mali voluntate susciperet, ut in optima mentis suae parte scelus et flagitium sciens veheret? Cum ergo possessio mali ab imprudentibus capitur, usum eius et actiones oportet ab ignorantibus sustineri. Idcircoque peius est nocere, quam noceri: quod enim his rebus nocetur, quae
615. sunt viliores, corporis scilicet et externis; quae vel imminui possunt, vel fraudibus interire, illaesis potioribus, quae ad ipsam attinent animam. Sed nocere longe peius esse. Ex quo intelligi potest, quod animis bonis eo vitio pernicies infertur: plusque sibi obest, qui alium cupit perditum, quam illi nocet, adversum quem talia machinatur. et cum nocere alteri malorum omnium maximum sit; multo gravius est, si, qui nocet, abeat impune: graviusque et acerbius est omni supplicio, si noxio impunitas deferatur, nec hominum interim animadversione plectatur. sicut gravius est, acerbissimorum morborum carere me-

tiam Dei. [Pro *sed cura* legi posset *seu cura*, quamquam et *sed* repetitum ferri potest. *Medullatos* i. e. medulla et adipe plenos, contra omnium MSS. auctoritatem mutandum non puto. — I. B.]

Grassari] Voss. *crassari.*

Multis modis] Voss. *multomodis:* unde quis facere posset *multimodis.* Plaut. Mil. Gl. IV, 4, 53. multimodis *sapis.* Pacuv. apud Non. V. *copi.* O multimodis *varie dubium.* Adi Faern. ad Ter. Heaut. III, 3, 79. Munker. ad Fulgent. L. I. c. 11. Comment. ad Nep. Them. c. 10. Apud Paul. c. 9. *Dulcia* multimodis *quaedam subamara querelis.* sed leg. ex optimo Cod. *multa m.* ut e coniectura vidit Rosweidus.

Liquido arbitratur, homines non sp. ferri] Alii, *liquendum arbitratur.* male. Elmenh. Sic Florent. at Bened. *liquendum arbitrium.* Voss. *linquendum arbitratur.* Vulc. MS. eiusque Ed. sec. *liquendum arbitr.* corrupte, sed unde vera lectio exhauriri potest. Wower. scilicet supplevit sensum inserendo *ad eam* scil. iniuriam ferri. Sed potius ex vestigiis MSS. lege *liquido ad eam arb. homines non sp. ferri*, vel *liquide.* utrumque enim dicitur.

Idcircoque peius est nocere, quam noceri] Sic Vulc. Ed. sec. cum in prima et Wow. legatur *prius.* Sed Edd. priores habent *idcircoque id prius est quam noceri.* atque ita, sed sine τῷ *id*; Florent. Bened. Voss. qui caret τῷ *est.* MS. Vulc. etiam non habet *prius.* Non me expedio. Ex seqq. videtur sensus esse debere: Rem non magni momenti vel doloris esse, *noceri*; quia nocetur tantum in rebus corporeis et externis. *Nocere peius esse, quam noceri* mox demum dicit his verbis *sed nocere longe peius esse.*

Etenim his rebus nocetur] Florent. et Ed. pr. Vulc. *Quid enim* per interrogationem. Sed optime Voss. Bened. Vulc. MSS. *quod enim* i. e. quia, ut saepe noster. Vide ad Met. L. IX. p. 615, a. *quod enim rebar.* Dein *in his r.* Edd. ante Vulcan.

Viliores] Fulv. *vilioris.*

Corporis scilicet et externis] τὸ *scilicet* dele ex Florentino. Elmenh. Non audio; quamquam abest quoque Voss. Vulc. eiusque Ed. pr. nisi velis *corporeis.* Amat *scilicet* addere Appuleius. Vid. Not. Ind. In Bened. *corporis sc. et externis rebus.* Absunt *et externis* Edd. ante Vulcan.

Fraudibus interire] Quid si: *funditus interire?* et mox: *nocere alteri malorum omnium maximum sit.* Sciopp. *in Symb.*

Sed nocere longe peius esse] Bened. *sed non esse l. p. est.* Edd. ante Vulcan. *eis nocere.* Ed. Vulc. pr. *nocere his.*

Sibi obest] Sic MSS. O. *illi nocet* Edd. ante Vulcan.

Malorum omnium noxium] Scribe: *E. c. nocere a. m. omnium maximum sit.* Wower. *Maximum* Wow. et Sciopp. emendarunt e Fulv. cod. quos secuti sunt Elm. etc. In reliquis MSS. et Edd. *noxium.*

Gravius est] Abest verbum substantivum a Voss. Bened.

Abeat inpune] Leid. et Rom. *habeat i.* Elmenh. Voss. Leid. teste Elm. item Ed. Rom. Vic. Ven. Colv. *habeat.* Utrumque bene. Ter. Eun. V, 2, 13. *credin' te inpune* habiturum. ubi eadem varietas. ibid. V, 6, 18. *si quidem istud* inpune habueris. Alibi *inpune ferre.*

Et acerbius est] Voss. Bened. *est et ac.*

Deferatur] Male Edd. ante Vulc. *differatur.*

Sicut gravius est etc.] Debuit addi, quare

medicina, medentes fallere, nec uri aut secari eas partes, quarum dolore incolumitati residuarum partium consulatur. Quare, ut optimi medici conclamatis desperatisque corporibus non adhibent medentes manus, ne nihil profutura curatio doloribus spatia promulget: ita eos, quorum animae vitiis imbutae sunt nec curari queunt medicina sapientiae, emori praestat. Namque eum, cui non ex natura, nec ex industria, recte vivendi studium conciliari potest, vita existimat Plato esse pellendum: vel si cupido vitae eum teneat, oportere sapientibus tradi, quorum arte quadam ad rectiora flectatur. Et est sane melius talem regi, nec ipsum regendi alios habere potestatem: nec dominari, sed servire servitium, impotem ipsum aliorum addici potestati, parendi potius quam iubendi officia sor-

re gravius sit medicina carere et medentes fallere. Edd. ante Vulcan. *sed gravius*, *quam m.* nullo idoneo sensu. ille e suo Cod. dedit *siquidem gravius est m.* Vulgatum Elm. invexit e MSS. Florent. et Fulv. at manca, ut dixi, est oratio. Voss. *si quid gravius est m.* Lege: *sic vi gravius est*, *medicina carere*. sensu clarissimo, quem unice innuit Appul. Confer modo totum locum et sequentia *nec uri aut secari* etc. *Vi* saepe abiit in *ut*. Adi me ad Caesar. L. I. B. G. c. 46. Infra p. 617. *vitiis* degeneravit in *ut his*. Attendenti tamen ad verba *medentes fallere* aliud quid forsan latere videbitur.

Acerbissimorum] Bened. *exbiss.*

Nec uri aut secari] Male Edd. ante Vulc. sec. *nec secari*. V. ad Met. L. III. p. 192, b.

Quare ut optimi m.] Bened. *quarum dicit malis moriendum opt.* Voss. *optumi*. Ed. Scriv. *optime*.

Conclamatis] Bened. *et clam.*

Non adhibent] Abest *non* a Bened. male.

Ne nihil prof. ratio] Emenda *profutura curatio*. Wower. Florent. *ratio* male. Elmenh. Florent. *nec*. dein *curatio* debetur Ed. Vulc. sec. et Wow. quomodo et Lipsius margini adleverat: et ita saepe in re medica noster et alii. MSS. et Edd. primae *ratio*. quas voces aliquoties confundi, supra etiam hoc libro vidimus. Rittershus. Lect. Sacr. L. IV. c. 22. legit *curatio doloris*.

Spatia promulget] Florent. Voss. *promulcet*. Bened. *promulceat*. Cl. Wasse ad Sall. B. Iug. c. 29. coniecit *promicet*; quia id, teste Nonio, valet *extendere*, *porro iacere*. Nihil muto. Sensus breviloquae orationis est, ne frustranea curatione annunciet aegro, longius illi dolendum esse. Aliquoties noster duas ideas concludit una in voce.

Ita eos] MS. Fulv. *ita eorum*. Pro *quorum* Bened. *quarum*.

Queunt, medicina sapientiae eos mori pr.] MS. *queunt medicina sapientiae*, *commori praestat*. interpunctio haec bona est: de lectione dubito. Sciopp. *in Symb.* Praetulerim distinctionem Codicis scripti: *N. c. q. m. sapientiae*, *commori praestat*. Wower. Bene. Male priores post *queunt* distinguebant.

Eos mori praestat] Atqui praecessit *ita eos*. Scio saepe pronomen illud repeti, et ipse id aliquoties monendum habui. At hic eius iterandae nulla necessitas vel elegantia. Immo id demum e suo Cod. invexit Vulc. quem minus bene secuti sunt ceteri praeter Wower. qui recte edidit *emori*; ut est in Edd. vett. nec non MSS. Voss. Bened. sive *omnino mori*; ut optimis scriptoribus passim in usu est. Infra p. 620. *qui est* emortuus. MS. Florent. *eo mori*. i. e. ideo. Fulv. *commori*. dein Voss. *praestant*.

Namque eum] Edd. ante Vulcan. contra MSS. *nam*.

Nec ex natura] Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. *non*. minus bene.

Vita existimat Plato esse pellendum] Veteres cusi, *vita aestimate populo esse pellendum*. Unde coniectura mea fuit, *ita existimate*, *populo esse pellendum*. Populo pellendum, id est, ablegandum, relegandum. Colv. Sic MSS. et Edd. Iunt. post. ac seqq. In prioribus *vita existimate populo* etc. Acute Colv. sed aliud suadent MSS. In Fulv. *Plato noster*.

Flectatur] Edd. ante Iunt. post. *flectantur*.

Regendi alios] Edd. ante Vulc. contra MSS. *in alios*. Voss. *reg. habet alios pot.*

Sed servire, ipsum aliorum adiici pot.] Dictum de eo, qui neque natura, neque industria sua ad rectum vivendi studium formari queat, quem ego aliorum potestati adegerim, non adiecerim, scripserimque, *ipsum aliorum adigi potestati*. nisi si quis malit *adigi potestatem*. sic in Sallustio, in Pandectis. *adigi iusiurandum*, pro, *adiici iusiurandum*, reponi debere alii suaserunt, membranae mihi persuaserunt. Stewech. MS. *servire servitium* Plantine. Sciopp. *in Symb.* Modius, *aliorumque addici potestati*. Colv. *Servire servitium* Florent. et Fulvii liber. Vulgo *subire s.* Vide Indicem. *Addi-*

sortitum. Virum pessimum non solum deteriorem etiam dicebat esse, quod 616. distrahatur semper editione vitiorum, et desideriorum aestibus differatur: qui quanto plurium cupidior sit, tanto egentior sibimet, et propterea aliis videri potest. Sperata quippe atque exoptata vix pauca, et cum maxima aerumna proveniunt. iisque flagrantiores cupidinum furores succedunt: nec futuris modo angitur malis, verum etiam praeteritis transactisque torquetur. Quos omnes morte sola ab eiusmodi malis deduci posse manifestum est. Sed apprime bonos, et sine mediocritate deterrimos, paucos admodum rarioresque, et, ut ipse ait, numerabiles esse: eos autem, qui nec plane optimi, nec oppido deterrimi sint,

dici potestati recte Florent. et Bas. 2. Aldus et Rom. *adiici*. Stewech. *adigi p*. inepte. Vide Indicem. ELMENH. Primo *servire servitium* e Fulv. Cod. cui accedit Voss. recepit Elm. et seqq. phrasi notissima. Vulc. et Wow. dederunt *subire servitium* e Vulc. MSto. In Edd. prioribus tantum *servire*. Dein *inpotem* primus editorum addidit Vulc. quam vocem agnoscunt MSS. O. praeter Bened. scilicet in eo legas *servire servitiouni ipsum*; at in Florent. *servire*, *servorum inpotem ipsum*. ut coniicere possis olim fuisse *servire. Servitiorum inpotem ipsum* i. e. non valentem regere *servitia* i. e. servos. nam sic *servitia* adhibet noster cum aliis saepissime. Sed facile adquiesco vulgari iam scripturae. Mox *addici*, quod bene coniecit Modius, confirmatur a MSS. Florent. Voss. Bened. et bene iam Vulc. ceterique expresserunt: quare miror, a Pricaeo adhuc monitum, mendam hic esse, et vulgo *adiici* legi ad Met. L. III. p. 162. De hoc verbo *addicere* dixi ad Metam. V. Ind. Stewech. ex priorum Edd. scriptura *adiici* coniecerat *adigi*. Frustra, ut vidimus. Modius etiam divinabat *servire ipsum*, *aliorumque ad*.

ETIAM DICEBAT ESSE] Sic Voss. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *etiam esse dic*. in Florent. Bened. *esse dic*. tantum in Edd. reliquis.

ADDITIONE VITIORUM] Forte melius, *addictione vitiorum*. COLV. *addictione* Colv. *additione* malim. BRANT. Ex vulgari hac scriptura, quam inepte tacitus revocavit Floridus, coniiciebat Colv. *addictione*; quia scilicet *addictus* est vitiis: idque probarem (ut *addici culpae* Met. L. III. p. 198, b. ubi vide) nisi MSS. Florent. Bened. Voss. Fulv. darent *editione* cum Edd. Vulc. Elm. Scriv. sive perpetratione vitiorum.

ETSI DESIDERIORUM AESTIBUS DIFFERTUR] Florent. et Leid. *desiderium*. male. ELMENH. Voss. Bened. *et*. Iidem cum Vulc. Florent. et Edd. ante Vulc. sec. *desiderium*. Malim legere cum Lipsio vel *R. et desideriorum aestibus differatur*.

PLURIUM CUPIDIOR] Leid. *cupitior*. ELMENH. MSS. O. *plurimum*. et Bened. *cupidus*. non male. uti videbimus ad L. de Mundo p. 719. Ed. Flor.

EGENT. SIBIMET] Edd. ante Vulcan. *sibimet egent*.

CUPIDINUM FLORESQUE] Num, *fluoresque*, vel, *livoresque?* Sed nihil tale mihidum satisfacit. COLV. Scribe: *cupidines pluresque succ*. WOWER. Num *fluoresque*, vel, *livoresque?* Colv. sed nec illi, nec mihi satisfacit. BRANT. Colv. *c. fluores*, vel, *livores*. Wower. *c. pluresque* Neutrum placet. ELMENH. *cupidinum furores*] Sic restituendum putavi, et commodus sensus efficitur. FLORID. Rursus id de suo non habere videtur Florid. Nam Lipsius iam margini Codicis sui adlevit *R. furores*. Ipse scilicet legebat *cupidines furoresque*: nam in Edd. omnibus usque ad Elmenh. exhibetur *cupidines floresque*. Rutgers. probante Elmenh. in Add. *cupidinum flocies* i. e. φλόγες, flammae, faces. Ἐπέχω. Voss. Vulc. Fulv. Bened. Putean. *cupidines floresque*.

NEC F.] Voss. *ne f*.

MODO] Edd. ante Vulc. Ed. sec. *tantummodo*.

ANGITUR] Bened. *agitur*.

TRANSACTISQUE] Ed. Flor. caret *que*. male.

EIUSMODI MALIS] Sic MSS. O. et Edd. usque ad Bas. sec. quae cum sequentibus sine caussa dedit *eiuscemodi*, ut alibi. *mali* Voss. *malo* Florent. Leid.

ET SINE] Edd. ante Vulcan. *etiam*.

ET UT IPSE AIT, NUMERABILES] Bened. Edd. ante Vulcan. *etiam ut*. Inepte vero Edd. usque ad Iunt. post. *innumerabiles*; nisi quod prave etiam Ven. Ed. *immutabiles*.

EOS AUTEM] Ab iisdem Edd. haec exsulant.

NEC PLANE QUIDEM] Ultima vox abest MSS. Florent. Voss. Bened. et Edd. ante Vulcan. qui e suo Cod. addidit. Deleatur tamen. Rectius subintelligitur. Adi omnino Cort. ad Sall. B. Catil. c. 52. *Res aspera est, sed vos non timetis eam*.

Me-

sint, sed quasi medie morati, plures esse. Sed neque superiores obtinere recta omnia, neque culpabiles in omnibus labi. Horum vitia nec gravata, nec intempestiva sunt, aut nimium criminosa. quorum substantia est ex redundantia, vel defectu. quibus et adprobationis integritas et modus est. et quì inter laudem vituperationemque mediam viam vadant, usque rerum capessendarum eiusmodi studio excitantur, ut nunc boni atque honesti eos ratione invitent, nunc inhonesta lucra et turpes illiciant voluptates. Talibus viris nec amicitiarum fides perseverat, et amores non semper improbi, nec honesti tamen, eorum animos 617.
incurrunt. Perfecte sapientem esse non posse dicit Plato, nisi ceteris ingenio praestet, artibus et prudentiae partibus absolutus, atque iis iam tum a puero imbutus, factis congruentibus et dictis assuetus: purgata et effaecata animi voluptate, electis ex animo hinc abstinentia atque patientia, atque doctrinis ex re-

MEDIE MORATI] Malim cum Aldino et Rom. *medie morigerati.* ELMENH. Caret ultima voce Bened. In Edd. ante Iunt. post. *morigerati* sine τοῖς *plures esse.* Elm. malo iudicio contra MSS. et formularem locutionem *bene*, *male* etc. *moratus* praefert *morigerati*. V. Lexica.

OBTINERE] Abest Bened.

CULPABILES] Ita MSS. sed Edd. ante Vulc. sec. *inferiores*, qui opponantur *superioribus*, ut fere credas *culpabiles* e Glossa esse natum.

HORUM VITIA etc. — INCURRUNT] Haec cuncta absunt Edd. ante Iunt. post.

NIMIUM] Sic MSS. et R. teste Lipsio cum Vulcan. et seqq. Ante *minimum* obvia variatione.

ADPROBATIONIS] Bened. *adplots.* An *adplausus* vel *adplicationis?*

VADANT, ET RERUM CAP. EI. STUDIO EXCITANTUR] Sic edidit Elm. et seqq. Omnino male. saltem *vadunt* debuere legi; nam contra MSS. tam planam modorum variationem invehere non decet. Edd. ante Vulcan. *vadant usque c. e. studia exc.* Vulc. Ed. pr. *vadentes, rerum c. e. studio exc.* Ed. sec. et MS. eius *vadentes rerum c. e. studio.* MS. Bened. *vadant usque rerum c. e. stadia exc.* Voss. *vadat usque rerum cap. e. studia exc.* Scilicet egregie habent membranae Florentinae *vadant, usque rerum c. e. studio exc. qui* valet *ut* vel *quo vadere possint.* Fraudi fuit viris doctis, quod non viderunt iungenda esse, *et* (scil. *qui*) *excitantur studio rerum eiusmodi* bonarum scilicet et malarum, quì vadant inter laudem et vituperationem. sic saepe *qui* per ellipsin omittitur, licet alius praecedat casus. p. 621. *cui bona suppetunt et callet.* scil. *qui.* Adi me ad Caesar. L. IV. B. G. c. 3. Hirt. B. Afr. c. 64. *quem dimiserat et postea se ad Pompeium contulerat.* Et sic passim Graeci. Vide Gronov. ad Aelian. V. H. VIII, 17. Alias facile *ut* inseri posset, sed non debet. *Usque* male eiecit Vulc. et seqq. pro, semper. Lips. coniecit aliquando *usque capessendo eius studio.*

TURPES] Bened. *qes* (a supra).

PERSEVERAT] Edd. ante Vulcan. *perseveret*, male.

HONESTI] Bened. *inhonesti.*

ATQUE IIS IAM TUM A PUERO IMBUTUS] Sic Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Bene omnino. Cic. Tusc. Quaest. V. 22. *homini praesertim docto* a puero. in Vatin. cap. 10. *quod ipse ad imperatorias laudes* a puero *videlicet spectaras.* Noster de Mundo in f. a tenero *se ei dedit.* Aelian. XIII, 9. ἐκ παιδὸς πεπαιδευμένοι. Ed. Vulc. pr. *atque iam tum a pueris.* sec. *atque iis i. t. a pueris.* Herod. L. IV. c. 2. ἐκ παίδων εἰρήνῃ ἐντραφείς. a pueris pace inbutus. Wow. *atque iam tum a puero.* Edd. priores *atque a puero iam inb.* Voss. *atque enim iam tum a pueris.* Bened. *atque enim iam tum a puero inb.* Vulc. simpliciter *atque is iam tum inb.*

EFFOETA ANIMI VOLUPTATE] Divinavi olim, scribendum *defaecata an. voluptate.* COLV. Basil. 1. Ald. et Rom. *effecta* male. ELMENH. *Effaecata* recte reposuit e MS. suo Vulc. adsentiente Florentino. Voss. *effecta.* Edd. priores *effoeta.* inepte.

EIECTIS EX ANIMO] Mendose procul dubio. quo enim pacto sapiens quis evadere potest, si ex animo abiiciat hinc Abstinentiam et Patientiam, inde Doctrinas etc. Malui, mutata una litterula *electis.* FLORID. Explicat Flor. *amplexus ex animo.* In Bened. *exsectis.* Ampliandum.

ATQUE PATIENTIA] Carent his Edd. Vulc. Elm. typothetarum errore.

ATQUE DOCTRINIS] Sic habent MSS. plerique et Edd. nisi quod Floridus tacite ediderit *inde:* ut respondeat τῷ *hinc:* sed *hinc* potest notare *hanc ob rem*, vel altius haeret vulnus: quod melioribus MSS. sanandum est. Nam Florent. Cod. habet *obque doctrinas.* Voss. *obque doctrinis.*

RE-

rerum scientia eloquentiaque venientibus. Eum, qui per haec profectus fidenti
et securo gradu virtutis via graderetur, adeptum solidam vivendi rationem, re-
pente fieri perfectum, hoc est, repente praeteriti futurique aevi ultimas par-
tes attingere, et esse quodammodo intemporalem. Tum post hoc vitiis exclu-
sis, insertisque et immissis omnibus, quae ad beatam vitam ferunt, non ex
aliis pendere, nec ab aliis deferri sibi posse, sed in sua manu esse, sapiens
recte putat. Quare nec in secundis rebus effertur, nec contrahitur in adversis:
cum se ornamentis suis ita instructum sciat, ut ab iis nulla vi segregetur. Hunc
talem non solum inferre, sed ne referre quidem oportet iniuriam. Non enim
eam contumeliam putat, quam improbus faciat: sed eam non putat, quam pa-
tientia firmiter toleret. Qua quidem naturae lege in animo eius sculptum sit,
quod nihil horum possit nocere sapienti, quae opinantur ceteri mala esse.
Equidem sapientem illum, conscientia sua fretum, securum et confidentem in
618. omni vita dicit futurum, et quod omnia accidentia reputet, ad meliores rationes
tra-

Rerum sc.] Ed. Ven. *eorum.*

Per haec profectus] Bened. *perfectus.*

Via graderetur] Primum lege, *viam graderetur.* qua phrasi *vivere vitam* alia multa olim efferebant. De cetero, nescio an persuadebo verum esse aut saltem vero admodum simile: *et esse quodammodo in tempore lectum.* quasi dicat commode repertum virum, quem Plato requirebat perfecte sapientem. Stewech. Ita constanter MSS. O. et Edd. vett. quod adeoque non mutandum erat in *grassaretur* cum Ed. Vulç. sec. vel cum Stew. et Ed. Elm. in *viam*, licet utrumque alibi saepius occurrat.

Fieri perfectum] Bened. Voss. carent τῷ *fieri* et Bened. *profectum.*

Hoc est repente] Florent. *hoc repente.* male. Elmenh. Florent. Voss. Bened. carent τῷ *est.*

Praeteriti] Voss. *praeteritis.*

Intemporalem] Lectio Basileensis ultimae editionis. Ante erat, *in tempora lactum.* Colv. Flor. *intemporale.* Rescribe ex Romano et Aldo, *Et esse quodammodo in tempore laetum.* Elmenh. *intemporalem. Tum post haec*] Sic locum hunc constituit Philom. Pis. in Ed. Iunt. post. et seqq. ac recte, praesertim ob vocem *quodammodo.* sive a tempore solutum, quia ultimas partes praeteriti et futuri aevi adtingit per doctrinas scil. et providentiam. Edd. priores habent non *in tempore*, ut ait adprobatque Elm. sed *in tempora laetum p.* praeter Paris. *in tempore:* unde Stew. effinxit *in tempore lectum.* Frustra. Florent. tamen et Voss. *intemporale. Tum.* Dein Florent. Bened. *post hoc.* Bene. Vide ad Met. L. II. p. 168, a. Eadem variatio in Suet. Tib. c. 9. et Nemes. Ecl. 3, 59.

Ut his exclusis] Recte MS. *vitiis excl.* Sciopp. *in Symb.* Restitue ex scripto *vitiis excl.* Wower. Bene. atque ita Ed. Vulc. sec. cum seqq. et Florent. Bened. In Voss. Vulc. et Edd. prioribus *ut his.*

Omnibus] Voss. *oīo.*

Quae ad b. vitam fuerunt] Emend. *ad beatam vitam ferunt.* nam Platonis istud auctor expressit τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα. Cicero reddidit: *quae ad beate vivendum ferunt.* Stewech. Emendo: *ferunt.* Wower. Leid. et Flor. *q. a. b. v. fuerint.* Male. τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα. Elmenh. Recte emendarunt Wow. Stew. et Vulc. Ed. sec. cum seqq. Optimeque Stew. monet ex Platone esse expressum. Metaphora desumta a via, quae aliquo nos ducit, et passim *ferre* dicitur. Adi Burm. ad Vell. L. II, 27. Caes. B. Civ. I, 27. Front. I, 5, 5. Voss. Vulc. et Edd. vett. *fuerunt.* Bened. *ferent.*

Deferri] Vulgo, *ferri*, male. Elmenh. Male Ed. Vulc. sec. *ferri.*

Putat. Quare] Bened. *putatur. Quarum.*

Effertur] Ed. Vic. *affertur.*

Ita instr.] Bened. *ita ita instr.* Mox pro *vi* Voss. *vis.*

Sed ne referre] Desunt Bened. In Voss. Edd. ante Iunt. post. *nec.* ut saepe.

Quam improbus faciat sed eam non putat] Exsulant Edd. ante Iunt. post. A Florentino abest *non putat.* Forsan *sed eam, quam patientia non firmiter toleret.* Bened. *tolerat.*

Sculptum] Ald. Iunt. post. *scalptum.* perpetua variatione. V. supra.

Conscientia] Alii, *cum scientia*, male. Elmenh.

In omni vita dici et futurum] A vulgatis τὸ *dici* male abest. Elmenh. Forte melius legas *dicit futurum* etc. supple, *Plato.* Florid. Non ab omnibus vulgatis abest τὸ *dici*, sed tantum
Vulc.

trahens, et quod nihil morose vel difficulter excipiat, sibique persuadeat, pertinere res suas ad immortales Deos. Idem ille diem mortis suae propitius, nec invitus exspectat, quod de animae immortalitate confidat. Nam vinculis liberata corporeis sapientis anima remigrat ad Deos, et pro merito vitae purius castiusve transactae, hoc ipso usu Deorum se conditioni conciliat. Eundem sapientem optimum nominat, ac bonum, ac prudentem recte arbitratur: cuius sane consilia cum factis rectissimis congruunt, et cui principia profecta sunt a iusti ratione. At hunc sapientem et fortissimum dicit esse, ut qui vigore mentis ad omnia perpetienda sit paratus. Inde est, quod fortitudinem nervos animi, ipsasque cervices ait: ut ignaviam animae dicit imbecillitati esse finitimam. Di-

Vulc. auctoritate sui Cod. eiecerat, quod servant MSS. et Edd. ceterae; sed melius Bened. *dicit*, ut iam edidit Wow. et quasi per se coniecit Floridus. *Dicit* sc. Plato. quare id reponendum. Male vero τὸ *et* hic intrusit Elm. et seqq.

ET QUOD OMNIA ACCIDENTIA REPUTET] Contra hinc eiecit *et* Vulc. et seqq. perperam et invitis MSS. Florent. Bened. Fulv. Voss. ac genio Appuleii.. Est enim rursus polysyndeton *et reputet et excipiat*. Bened. *accedentia reputat*.

AD MELIORES RATIONES TRAHENS] Ita MSS. cum Edd. Vulc. etc. In prioribus *et ad m. r. trahat*. sed et *rationes* exsulat ab Edd. ante Iunt. post.

PERSUADEAT] Sic MSS. Fulv. Flor. Voss. Bened. et Edd. Vulc. sec. Wow. Elm. etc. In reliquis *persuaserit*.

PERTINERE RES SUAS AD IMM. D.] Vide Cicer. Tuscul. lib. I. ELMENH.

IDEM ILLE] Puteani excerpta *iam ille*. ELMENH. Non Puteani Exc. sed Ed. Vulc. pr. habet *iam ille*.

DIEM MORTIS] Operae pretium, cui opera est, in Phaedone hanc in rem multa praeclare disserentem audire Socratem, iamiam moriturum. COLV. Bened. *dies*. Ed. Colv. *morti*.

PROPITIUS NEC INVITUS] Quid si *promptus*? SCIOPP. *in Symb.* Maximus Tyrius Disput. I. pag. 13. ἥξοι σοι γῆρας ὁδηγοῦν ἐκεῖ, καὶ θάνατος, ὃν ὁ μὲν δειλὸς, ὀδύρεται καὶ προσιόντα δέδιεν· ὁ δὲ ἐραστὴς τοῦ θεοῦ ἐκδέχεται ἄσμενος, καὶ προσιόντος θαρσεῖ. ELMENH. Frustra Sciopp. coniecit *promptus*. Adi ad Flor. N. 17. *propitia voluptas*.

VINCULIS LIBERATA CORP.] Definit enim mortem τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν. COLV. Cic. lib. I. Tusc. Quaest. *Nos vero, si quid tale acciderit, ut a Deo denunciatum videatur, ut exeamus e vita laeti, et agentes gratias pareamus, emittique nos e custodia, et levari vinculis arbitremur*. Vide notas ad Arnobii lib. 2. ELMENH.

SAPIENTIS ANIMA] Puteani exc. *ab ipsis a.* ELMENH.

AD DEOS] Bened. *ad omnes*.

CASTIUSVE] Voss. Bened. *castiusque*.

HOC IPSO DEORUM] Margarita poëtica, quae haec citat, interserit dictionem, *hoc ipso usu Deorum*. COLV. τὸ *usu* non est in Puteani Excerptis. ELMENH. Errat Elmenh. immo vero τὸ *usu* est in Putean. sed Lindenbrog. modo notarat abesse *All.* nempe Edd. prioribus Vulcanii secunda, quae omnes non agnoscunt τὸ *usu*: unde forsan deceptus Floridus tacite quoque eiecit. sed agnoscunt MSS. Florent. Put. Fulv. Voss. Bened. et alii. *Usu* nempe tam bene vivendi, quam hac ipsa migratione ad Deos. Hoc actu fit Deus quasi.

AC PRUDENTEM RECTE ARBITRATUR] Abest *ac* Ed. Vulc. pr. Wow. male. Rectius Bened. Cod. *ac prudentem et recte arbitratur*. Vide ad Met. L. I. p. 71, b. *proditum* et recte *coniicerem*.

RECTISSIMIS] Eadem legit, *rectissimi*. COLV.

AD HOC] Eadem, *At hunc tolerabiliter*. COLV. Cum Marg. Poët. MSS. Flor. Bened. ut reposuit Vulc. Ed. sec. etc. cum ante ederetur *ad hoc*, ut in MS. Vulc. quod tamen primum videas in Ed. Iunt. post. Priores dant *ad haec et*. Voss. *ac hoc*.

ET FORTISS.] Abest copula a Bened.

ESSE QUI] Edd. vett. *esse cum qui*. Vulc. Ed. pr. Wow. *esse, ut qui*. Bene. Sic enim MSS. Voss. Leid.

PERPETIENDA] Sic ex eadem Margarita illa reponere ausi fuimus, cum tamen editiones omnes unanimiter haberent, *percipiendi*. COLV. Bene. atque ita MSS.

QUOD FORTITUDINEM NERVOS ANIMI, IPSASQUE CERVICES AIT] Florent. et Edd. Elm. Scriv. *quod fortitudinum nervos, ipsas animi cervices ait*. et sane *fortitudinum* quoque Voss. et Bened. in quo etiam *animo*. Lege *animae*. In ceteris cave quid mutes. p. 601. *In ea vero parte, quae iracundior habeatur fortitudinis se-*

Divitem hunc solum quidem recte putat: quippe cum thesauris omnibus pretiosiores solus videatur possidere virtutum opes; etiam quia solus sapiens potest in usibus necessariis regere, videri ditissimus debet. Nam ceteri, quamvis sint opibus affluentes, tamen quod vel usum earum nesciant, vel deducant eas ad pessimas partes, inopes videntur. Egestatem namque non absentia pecuniae, sed praesentia inmoderatarum cupidinum gignit. Philosophum oportet, si nihil indigens erit, et omnium contumax, et superior iis, quae homines acerba toleratu arbitrantur, nihil sic agere, quam ut semper studeat animam corporis consortio separare: et ideo

des esse et vires animae, nervosque ad ea inplenda, quae nobis agenda Legum inponuntur imperio.

IGNAVIAM ANIMAE DICIT INBEC.] Edd. ante Vulcan. *animi animae*. Vulc. Ed. pr. Wow. *animi*. sed contra MSS. ex quibus omnibus dedi quoque cum Elmenh. etc. *dicit*, cum antea exhiberetur *ait*.

FINITIMAM. DIVITEM] Putean. *finit. et div.*

PUTAT] Voss. *putet*.

POSSIDERE VIRTUTES; OPES ETIAM QUIA SOLUS] Lege et distingue ex V. C. *virtutum opes. quia etiam solus s.* WOWER. *Possidere virtutum opes; etiam quia s. sapiens, opes potest in us. nec. regere, videri dit. debet*] Sic locum hunc constituit Elm. etc. sed iam ante Wow. e MSS. Fulv. ediderat *virtutum opes; quia etiam.* etc. Ed. Vulc. pr. *virtutes, opes etiam, quia s. s. opes*. Edd. vett. et Vulc. sec. simpliciter *virtutes, quia etiam s. s. opes* etc. MS. Bened. *virtutes, virtutes etiam quia s. s. potest*. Florent. *virtutum opes etiam quas qd. sap. potest*. Vulc. *virtutes; opes etiam quia s. s. potest*. Voss. *virtutum opes etiam quia s. s. potest.* unde liquido patet, saltem secundo loco *opes* delendum esse. Ceterum malo simpliciter *virtutes. Opes e.iam qui s. sap. potest.* Librarii videntes iunctum *virtutes opes* nec cogitantes illas distinctione separandas esse, emendarunt *virtutum*; alii post *sapiens* reiecerunt τὸ *opes*. Vel lege *Virtutam opes. Opes etiam*; nempe divitias proprie dictas. Coniunc.io eiusdem vocis passim alteram in MSS. solet excludere.

VEL USUM] Abest *vel* Ed. Vulc. pr.

EARUM] Bened. *eorum*.

DEDUCANT] Edd. ante Iunt. post. *diducant*.

AD PESSIMAS PARTES] Alii libri: *artes*. WOWER. f. *artes*. BRANT. Statim *ad artes bonas promptior*: ubi etiam MSS. quidam *partes*. Infra: *artibus coniungendas*. MSS. *partibus*.

ABSTINENTIA PECUNIAE] Ita et V. C. Legendum tamen omnino censuerim *absentia*. Ita enim infra *Nec cuiusquam absentia virtutis esse potest*. VULC. Et sensus et veteris libri consensus Vulcanii coniecturam probat, legentis: *non absentia pecuniae*. Pulchra antithesis. SCIOPP. *in Symb. Absentia pec.*] Recte. non, *abstinentia*. Hanc clariss. Vulcanii emendationem probat Fulvianus Cod. WOWER. optime quoque correxit Lipsius in marg. In MSS. praeter Fulv. et Edd. prioribus *abstinentia*. male. ut antithesis τοῦ *praesentia* docet.

PHILOSOPHUM OPORTET] Vitiosissime Edd. Vulc. sec. Elm. Scriv. dant *philosophus*. contra MSS. reliquas Edd. et Syntaxin. Bened. *op. esse*.

OMNIUM SIT CONTUMAX] Rom. et Aldus codex, *omni fortunae sit contumax*. ELMENH. *Omni fortunae sit cont.*] Haec est lectio Romani codicis et Aldi, quam secutus sum. Et *omni Fortunae* intelligo *adversus omnem Fortunam*. Alii codices habent tantum, *omnium sit contumax*. FLORID. Deceptus fuit Florid. ab Elmenh. qui ita esse in Rom. et Ald. falso monet. Nam istud *sit* comparet demum in Ed. Vulc. sec. quod cur intrusum sit nescio: nam nec in Edd. nec in MSS. visitur, neque ulli usui est. Dein in eadem Ed. recte exhibetur *omnium* cum seqq. Antea legebatur *omni fortunae cont*. Cum dativo sic iunxit Seneca in Thy. vs. 644. *contumacem regibus populum*: quare nolim eam lectionem penitus damnare. At *omnium* exaratur in MSS. omnino cunctis, ut notet contemtorem et spretorem omnium rerum, quas ceteri homines adpetunt, qui nihilo indiget, sed et nihil cupit. Donat. ad Terent. Hec. III, 5, 54. Contumax *proprie dicitur contemptor potiorum*. Glossae *Contumacia* καταφρόνησις. *Contumax* καταφρονητής.

ANIMAM CORPORIS CONS. SEP.] Phaedone: οὐκοῦν ὅλως δοκεῖ σοι ἡ τοιούτου πραγματεία οὐ περὶ τὸ σῶμα εἶναι, ἀλλὰ καθόσον δύναται ἀφεστάναι αὐτοῦ, πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν τετράφθαι. Alia in eodem illo opere, quae inde huc translata a nostro videntur. Sed omnia exscribere, nec otium nobis nec voluntas. COLV. Quoniam (ut ait Porphyrius apud Augustin. de Tempore, Serm. 143.) *aerumnosum ergastulum est animae*. Plato Phaedone: Οὐκοῦν δοκεῖ σοι ἡ τοιούτου πραγματεία οὐ περὶ τὸ σῶμα εἶναι, ἀλλὰ καθόσον δύναται ἀφεστάναι αὐτοῦ, πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν τετράφθαι; ἐμοί. γε.

Ideo existimandum philosophiam esse mortis affectum, consuetudinemque moriendi. Bonos omnes inter se oportet amicos esse, etsi sint minus noti: et potestate ipsa, qua mores eorum sectaeque conveniunt, amici sunt habendi. paria quippe a similibus non abhorrent. Unde inter solos bonos fidem amicitiae esse constat. Sapientia boni amatorem adolescentem facit, sed eum, qui probitate ingenii sit ad artes bonas promptior. Nec deformitas corporis talem poterit abigere appetitum. Nam cum ipsa anima complacita est, homo totus adamatur: cum corpus expetitur, pars eius deterior est cordi. Iure igitur putandum est, eum, qui sit gnarus bonorum, cupidum quoque eiusmodi rerum esse. Is enim solus bonis desideriis accenditur, qui bonum illud oculis animi videt: hoc est esse sapientem. Istud vero quoniam qui est ignarus, osor quoque, nec 620.
amicus virtutum sit necesse est. Nec frustra hic talis amator est turpium voluptatum. Sapiens non modo merae voluptatis quidem alicuius gratia veniet ad agendum, nisi praesto fuerint honesta emolumenta virtutis. Hunc eundem cum hu-

γε. Ἆρ' οὖν πρῶτον μὲν ἐν τοῖς τοιούτοις δῆλός ἐστιν ὁ Φιλόσοφος ἀπολύων ὅτι μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος κοινωνίας διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων; Φαίνεται. ELMENH.

IDEO EXISTIMANDUM, PHILOSOPHIAM ESSE] Florent. *Ideo existimandam p. e.* Tzetzes Chiliad. 10. hist. 343. Φιλοσοφία μὲν ψευδής, ἡ λόγοις ὀγκουμένη· Ὄντως Φιλοσοφία δὲ τῶν μοναστῶν τῶν ὄντως· Αὕτη θανάτου μάθησις, καὶ νέκρωσις σαρκίου, Καὶ γνῶσις δὲ τῶν ἀληθῶς καὶ ὄντως ὄντων, Καὶ τοῦ θεοῦ ὁμοίωσις, ὡς δυνατὸν ἀνθρώποις, Καὶ τῆς σοφίας καὶ θεοῦ καθέστηκε Φιλία· Τέχνη τεχνῶν, καὶ ἐπιστήμη τῶν ἐπιστημῶντε. Alcinous de doctrina Plat. Cic. Tusc. Quaest. lib. I. ELMENH. *Existimandam* rescribendum auctoribus MSS. Florent. Bened. Ed. Iunt. post. Vulgo *existimandum.* Bened. *affectam.*

ETSI SINT] Edd. Vulc. pr. Wow. *sunt.* sed *etsi* aeque cum subiunctivo ac indicativo construi vidimus ad Caesar. L. VI. B. G. c. 40. De re ipsa vide Cicer. de Off. quoque L. I. c. 17.

AMICI SUNT HABENDI] MS. Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *am. tamen sunt h.* Sed tum malim pro *et* scribere *at.*

INTER SOLOS B. etc.] De quo ubertim in Lyside. COLV. Bened. *interim s.* Mox pro *boni amat.* Voss. Edd. quaedam *amat. boni.*

SED EUM] Malim *scilicet*; quamvis vulgatum defendi posset. Pro *ad artes* Florent. Fulv. *ad partes.*

ABIGERE] Bened. *obigere.* Voss. *abig. pot.* Post *complacita* abest *est* a Bened.

SED CUM] Dele *sed* cum Voss. et Bened. Pro *eius* Bened. *hominis.*

IURE] Edd. ante Bas. sec. inepte *dure.*

EUM, QUI SIT GNARUS BON. CUPIDUM Q. EIUSM. RERUM E.] MSS. Voss. Bened. et Edd. ante Vulcan. dant *ignarus*: quomodo si legas, *eiusmodi* ad *corporeas voluptates* referri debet. Sed MSS. Florent. Fulv. Vulc. consentiunt in *gnarus.* Dein *cupiturum* exstat in MSS. Voss. Bened. *cupitorem* Vulc. Edd. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. Non male. sic enim L. III. Met. p. 90. L. VII. p. 216. et Flor. N. 13. sed *cupidum* exstat in Florent. Fulv. et Edd. reliquis. Dein prave *rebus* Edd. usque ad Vulc. Ed. sec. contra MSS. O.

IS ENIM SOLUS BONIS] Ita MSS. In Edd. ante Vulcan. *His enim solus bonus.* Statim pro *animi* Bened. *eum.*

HOC EST ESSE SAPIENTEM] Dele superflua: quae et libri manu exarati ignorant. WOWER. Sed Florent. Voss. Bened. habent *hoc esse sapientem.* Nihil e Vulc. Cod. adnotatum est: sed ille cum seqq. in Ed. sec. exhibuit *hunc esse sapientem.* sed *hoc* et *istud vero* opponi debent. ut p. 621. *illud omnibus beatum videri, cui* etc. Nam male Lips. et Wow. τὸ *quoniam* delent, ut *ignarus istud* sit dictum pro *ignorans istud* vel *ignarus istius*, sive *quod ad istud.*

ISTUD VERO QUONIAM Q. E. IGN.] Edd. ante Vulcan. male *quoque.* Recte Floridus in Interpret. supplevit *istud vero sic est.* At tamen aliud quid latere videtur. Nam *qui* exsulat a MSS. Florent. Voss. Bened. Forsan *istius vero boni ignarus*, sensu facillimo et claro. Pro *amicus* Bened. *anxiens.*

VOLUPTATUM — VOLUPTATIS] Florent. Voss. Vulc. *volunt.* Ultimo loco etiam Bened.

GRATIA VEN. etc.] Bened. *g'ri vetuet ad agendam.*

PRAESTO] Voss. Bened. Ed. Iunt. post. *profecto.* Bas. sec. *profectae.*

EMO-

huiusmodi voluptate oportet vitam vivere honestam, et admirabilem, plenamque laudis et gloriae: neque harum modo rerum causa ceteris omnibus praeferri, verum etiam iucunditate et securitate solum et semper frui. Nec angetur carissimis orbatus affectibus: vel quod ex se omnia sunt apta, quae ad beatitudinem pergunt; vel quod decreto et lege rectae rationis interdicitur eiusmodi afflictatio; et quod si de tali se causa discruciet, vel illam aegritudinem propter eum, qui est emortuus, suscipiat, quasi in peiore sit parte; aut sua gratia, quod tali necessitudine doleat se privatum esse. Sed neque obiti causa lamentationes suscipi oportet, si sciamus, illum neque aliquid mali passum: ac si fuerit bonae voluntatis, etiam melioribus aggregatum. neque sui gratia, ut qui in se reponit omnia, nec cuiusquam absentia, virtutis esse indigens potest, cuius perpetuam possessionem sibi vindicat. Igitur sapiens non erit tristis. Sa-
621. pientiae finis est, ut ad Dei meritum sapiens provehatur: hanc namque futuram eius operam, ut aemulatione vitae ad Deorum actus accedat. Verum hoc ei poterit provenire, si virum perfecte iustum, pium, prudentem se praebeat. Unde

EMOLUMENTA VIRT.] Si philosophorum scholae patientur, scribam, *molimenta virtutis.* Sisenna 4. Hist. *magno cum molimento ac perpetuo sono procedunt.* STEWECH. Otiose.

HUIUSMODI] Voss. Florent. Bened. *eiusm.*

HARUM] Abest Bened. in quo mox *et iucunditate.*

CARISSIMIS ORBATUS AFFECTIBUS] Olim editi codices, *clarissimis affectibus.* Illa bona lectio e postrema est editione. Affectus, idest, liberi. Vulcatius Gallicanus Avidio Cassio: *Nec tamen Antonius graviter est iratus, nec in eius liberos aut affectus saeviit.* Iul. Capitolinus M. Anton. *Et Antoninus quidem non est satis motus defectione Cassii, nec in eius affectus saeviit.* Paullinus ad Militem: *Ideo nec affectus, nec patriam, nec honores, nec divitias Deo praeferre.* COLV. Aldus *clarissimis aff.* male. ELMENH. Immo omnes Edd. ante Iunt. post. male *clarissimis.*

INTERDICITUR ADFLICTATIO] Bened. *intenditur.* Male. Vide de hac verbi *interdico* constructione ad Caesar. B. G. L. VI. c. 44. Hinc Ovid. Met. L. X, 336. *Spes* interdictae *discedite.*

ET QUOD SI DE TALI SE CAUSA etc. PRIV. ESSE] Carent his Edd. ante Iunt. post. In illa et seqq. usque ad Vulc. sec. *Et quid si.* atque ita MSS. Voss. Vulc. Sed idem in Ed. sec. bene *quod* reposuit. ut est in Florent. Bened. Prave Ed. Flor. *Et quod qui se tali de c.* Agitur de sapiente. Lipsius adlevit olim margini *quidem.* non male.

VEL ILLAM AEGRIT.] Sic Florent. cum Elmenh. Scriv. Flor. Reliqui *illam aegrit. vel.*

OBITUS] Ita quidem Florent. cum Edd. vett. et Elm. Scriv. Flor. Sed MSS. ceteri Fulv. Voss. Bened. Vulc. Edd. Iunt. post. Bas. Lugd. Colv. Vulc. Wow. habent *obiti* ἀρχαϊκῶς ut *senati*, *tumulti* etc. apud Plaut. Terent. Sallust. Auson. etc. Ita in Catal. Scal. p. 148. *nec adest dux ipse tumultus* MS. venerandae antiquitatis Leid. *rex ipse tumulti.*

AGGREGATUR] MS. *aggregatum.* elegantius. SCIOPP. *in Symb.* Emenda ex scripto *aggregatum.* WOWER. Adstipulantur Florent. Voss. Bened.

NEQUE SUI GRATIA] Ita exprimi curavit tacite Floridus: atqui unice vere, certe quod ad sensum, ut ego quidem opinor. Nam ut reflectere debent illa *obiti caussa* ad praecedentia *propter eum, qui est emortuus;* sic haec debent respondere τοῖς *aut sua gratia.* Patet etiam e seqq. *ut qui in se*, dicitque virum sapientem non dolere, quod amittat aliquem carissimum: quia *in se* reponit omnia; nec indigere virtute potest ob absentiam alicuius. MSS. O. habent *neque aevi gratia.* Edd. ante Vulc. sec. *neque etiam alicui gr.*

NEC CUIUSQUAM etc. VINDICAT] Carent Edd. ante Iunt. post.

AD DEI MERITUM] Hoc profectum a Vulc. Ed. sec. exstat in MS. Bened. In prioribus Edd. *dei meritis:* sed Voss. *dei meritum.* Florent. Fulv. *dei merito.* Aliud quid latet, quo significat sapientem ad Deorum accedere conditionem, sicut conatur operibus ad eorum actus accedere.

HANC NAMQUE] Ita Voss. Bened. Ed. Vulc. sec. Vulgo cum Florent. *hancque.* Pro *eius* Bened. *esse* et paulo post *verum* pro *virum.*

PRUDENTEM SE] Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. *prudentemque se.* Bened. *providentem se.* de hac permutatione alibi.

PRO-

de non solum in prospectandi cognitione, verum etiam agendi opera sequi eum convenit, quae Diis atque hominibus sint probata. Quippe cum summus Deorum cuncta haec non solum cogitationum ratione consideret, sed prima, media et ultima obeat, compertaque intime, providae ordinationis universitate et constantia regat. Verum enimvero illud omnibus beatum videri, cui et bona suppetunt, et quemadmodum carere vitiis debeat, callet. Una quidem beatitudo est, cum ingenii nostri praesentia tutamur, quae perficimus: alia, cum ad perfectionem vitae nihil deest, atque ipsa sumus contemplatione contenti. Utrarumque autem felicitatum origo ex virtute manat; et ad ornamentum quidem genialis loci, vel virtutis, nullis extrinsecus eorum, quae bona ducimus, adminiculis indigemus. Ad usum autem vitae communis, corporis cura, et eorum, quae extrinsecus veniunt, praesidiis opus est: ita tamen, ut haec eadem fiant virtute meliora, eiusque suffragio beatitudinis commodis copulentur, sine qua haec in bonis minime sunt habenda. Nec frustra est, quod sola virtus fortunatissimos potest facere; cum absque hac ex aliis prosperis non possit felicitas inveniri. Sapientem quippe pedissequum et imitatorem Dei dicimus, et se- 627.
qui arbitramur Deum. Id est enim ἕπου θεῷ. Non solum autem oportet, dum vitam colit, digna Diis dicere, nec ea agere, quae eorum maiestati displiceant,

PROSPECTANDI COGNITIONE] Voss. *perspectandi.* Bened. *prospectum Deum.* Dein Edd. ante Elmenh. *cogitatione* contra MSS. Florent. Voss. Bened.

ATQUE H.] Exsulat copula a Bened.

SINT PROBATA] Bened. Vulc. Edd. Iunt. post. Bas. Lugd. Colv. Vulc. *sunt.* Pro *cum summus* Florent. *perpetuum summus.*

MEDIA ET ULTIMA] Absunt *med. et* a Bened. *et* deest Voss.

INTIME PROVIDAE ORDIN.] *Intime* malim, quam *intimae.* VULC. Inepte Edd. ante Vulcan. contra MSS. O. *intimae providentiae.* sine sensu. *Provida* Ed. Vulc. pr.

CUI] Florent. Fulv. Voss. Ed Scriv. *cuius.* Pro *carere vit.* Voss. inverse *vit. car.*

QUAE PERFIC.] Ed. Vulc. sec. *quo p.* Pro *vitae* Florent. Fulv. *viae.* Ed. Ven. *deesse* pro *deest.*

EX VIRTUTE] Sic Florent. Voss. Bened. In Edd. ante Elmenh. *et ex virt.*

AD ORN. QUIDEM GENIALIS LOCI HOC EST] Dele τὸ *hoc est*, ex Manuscriptis Florent. ELMENH. Bened. *quod est* pro *quidem*, at dein *loci virtutes si n.* In Voss. Vulc. Edd. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. *loci est virtutis. Nullis* etc. in Ed. Vulc. sec. *loci hoc est virtutis* etc. Codicum Fulv. et Florent. lectionem Elm. expressit. Per *genialem locum* intelligit Florid. *patriam*, quae quomodo hic locum habere possit, non capio. Lipsius margini adlevit *ingenialis.* Non expedio. Locum puto adhuc corruptum. sed vix dubium est mihi, quin *genialis* pertineat ad ipsam virtutem, ex qua ut ex fonte vel scaturigine manat omnis felicitas. seu leg. *genitalis.* nam non modo *genitalia semina*, *membra*, *connubia* et sim. dicuntur, ut et *genitale tempus*, *genitalis dies*; sed et loca unde ortus quis ducitur *genitalia* vocantur. sic *genitale solum* Velleio II, 15. *genitales undae* Auson. Ep. 106. V. Burm. ad Ovid. Art. Am. I, 125. [*Genialis loci* i. e. in quo genius s. ingenium s. animus, residet. Supra *cum ingenii nostri praesentia.* Vidit hoc etiam Lips. legens *ingenialis.* — I. B.]

DUCIMUS] Bened. Vulc. Edd. ante Elmenh. *dicimus.* Vide supra.

INDIGEMUS] Edd. ante Iunt. post. *indigere.*

TAMEN] Bened. *tam.* Statim pro *commodis* Voss. *quomodis.* et pro *in bonis* Bened. *hominis.*

SAP. QUIPPE PEDISSEQUUM] Ambrosius de Abraham lib. I. c. 2. *Inter septem sapientum dicta celebratur* ἕπου θεῷ. ELMENH. Bened. *quippe quem p.*

ID EST τὸν θεόν] Legendum plane, *Id est enim* ἕπεσθαι τῷ θεῷ. VULC. Delendum, nam et libri ignorant. WOWER. Lips. in marg. delenda quoque non inepte suspicatur. Sed longe rectius tamen locum emendatione sanum fecit Vulc. Ed. sec. substituendo *id enim est* ἕπου θεῷ. Bened. Florent. et Voss. *Id est enim* ετου θεου. Hoc ordine ergo scribe *Id est enim* ἕπου θεῷ. quod et inter Sosiadae exstat praecepta. Mox *autem* abest Bened. Voss.

DIGNA DISCERE] Certa mihi correctio visa, *digna Diis dicere*, in qua si doctis placebo,

ceant, verum et tunc, cum corpus relinquit. quod non faciet invito Deo. Nam etsi in eius manu est mortis facultas, quamvis sciat, se terrenis relictis consecuturum esse meliora; nisi necessario perpetiendum esse istud lex divina decreverit, arcessire sibi tamen eum mortem non debere. et si anteactae vitae orna-

non laborabo de caeteris. Vult autem Appuleius, seu potius Plato, sapientem Deorum imitatorem esse assiduum, cum dictis, tum factis. STEWECH. Stewech. *digna dis dicere* probe. ELMENH. Palmaria est emendatio Stewechii, quam sibi vindicare non debuerat Pricaeus ad Apol. p. 176. digna *cubiculo suo* dicere; et merito recepit Floridus. MSS. et Edd. *digna discere*.

EA AGERE QUAE EORUM M.] Lege: *quae deorum m.* WOWER. Non opus esse patet ex emendatione priore Stewechii. Voss. *agere ea q. horum*.

CUM CORPUS RELINQUIT etc.] Plato Phaedone fol. 62. Οὐκοῦν, ἦδ' ὅς, καὶ συ ἂν τῶν σαυτοῦ κτημάτων εἴτι αὐτὸ ἑαυτὸ ἀποκτιννύοι, μὴ σημήναντός σου ὅτι βούλει αὐτὸ τεθνάναι χαλέπαίνοις ἂν αὐτῷ, καὶ εἴτινα ἔχοις τιμωρίαν, τιμωροῖο ἄν; Πάνυ γ' ἔφη. Ἴσως τοίνυν ταύτην οὐκ ἄλογον, μὴ πρότερον αὐτὸν ἀποκτιννύναι δεῖν, πρὶν ἀνάγκην τινὰ ὁ θεὸς ἐπιπέμψῃ, ὥσπερ καὶ τὴν νῦν ἡμῖν παροῦσαν. Cicero L. I. Tusc. Quaest. *Vetat enim dominans ille in nobis Deus, iniussu hinc nos suo demigrare. Cum vero caussam iustam Deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, saepe multis. nae ille mediusfidius vir sapiens laetus ex his tenebris in lucem illam excesserit; nec tamen illa vincula carceris ruperit; leges enim vetant.* Plotinus Ennead. I. lib. 9. περὶ ἐξαγωγῆς. Et Macrob. in Somn. Scip. I, 13, docte. Apud Paganos autem nemini licebat sibi inferre violentas manus sine magistratus venia, ut ex Xiphilino et Sopatro Illustrissimus et, dum vitam agebat, nobis amicissimus Ios. Iustus Scaliger ad Eusebium erudite observat. Adde locis inibi prolatis Libanium in Moroso, fol. 301. et Val. Max. II, 6. Si igitur quispiam non probata causa magistratibus, vita se privasset, inhumatus abiiciebatur. Seneca L VIII. controv. 4. *Homicida insepultus abiiciatur. Facinus indignum, si inveniantur manus, quae sepeliunt eum, quem occidere suae.* Festus: *Carnificis loco habebatur, qui se vulnerasset, ut moreretur.* Ea propter et manum, qua facinus peregerat, separatim a corpore sepeliebant. Aeschines contra Ctesiphontem fol. 467. καὶ γὰρ ἂν εἴη δεινὸν ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ τὰ μὲν ξύλα καὶ τοὺς λίθους, καὶ τὸν σίδηρον τὰ ἄφωνα καὶ ἀγνώμονα ἐάν τιν' ἐμπεσόντα ἀποκτείνῃ ὑπερορίζομεν· καὶ ἐάν τις αὐτὸν διαχρήσηται τὴν χεῖρα τὴν τοῦτο πράξασαν χωρὶς τοῦ σώματος θάπτομεν. Atquin apud Christianos αὐτοχειρία summe nefaria semper habita, ut patet ex Lactantio L. III, c. 18. Salviano L. VI. de gubernatione Dei. Concil. Bracharensi cap. 10. Burchardo decret. L. 19. c. 30. et D. Augustino de civitate Dei L. I, c. 22, 23, 24, 25, 26. et in Iohannem tractatu 60. apud Hebraeos similiter, siquis interficeret seipsum, intuitu propriae personae (scilicet ut mortem turpiorem evaderet) non item, si propter iniuriam divini honoris (ne vituperium exerceretur in corpore redundans ad divinam maiestatem) id fieret, sicuti notat Nicolaus Lyranus in gloss. ad L. I. Reg. cap. ult. L. II. cap. 17. L. III. c. 16. L. II. Maccab. cap. 10. et XIV. L. Iudic. cap. 17. Sic Beatus Hieronymus in Ionam L. I. fol. 136. Ed. Plantin. in persecutione ubi castitas periclitatur, permittit hominibus, ut propria manu vitam sibi adimant, cuius tamen sententiam omnino improbat Ioan. Sarisberiensis L. II. de Nugis Curialium cap. 26. *Ego evenire posse non arbitror, ut cuiuscunque difficultatis articulo liceat propria authoritate homini sibi mortem inferre, nec etiam ubi castitas periclitatur, licet hunc casum videatur excipere Doctor ille Doctorum, cui in sacrario literarum vix audeo quemquam comparare. Haec mors omnino desperatorum est, et eorum, qui licet corpore vivant, iam mentis morte praemortui, animo vivere desierunt.* Stoici quidem constanter asseverant, sapientem sumere mortem posse, quandocunque ipsi fuerit libitum; sed eos pereleganter refutat Clariss. et nunquam sine laude nominandus Iustus Lipsius, quem L. III. cap. 23. Manuduct. ad Philos. Stoicam curae pretium erit inspicere. ELMENH.

IN MANU EST M. FAC.] Bened. *in manus*. ut *esse in potestatem* et *potestate*. Vide ad Caesar. L. I. B. Civ. 25. τὸ *se* post *sciat* deest Bened.

NISI PERPETIENDUM NECESSARIO] Ita rescripsi ex MS. WOWER. MSS. *nisi necessario perpetiendum esse*. Ultima vox exsulat Ed. Wow. et Edd. ante Vulcan. in quibus et *necessario* abest.

ACCERSIRE TAMEN EUM MORTEM NON DEBERE] Phaedone Ἴσως τοίνυν ταυτὴν οὐκ ἄλογον, μὴ πρότερον αὐτὸν ἀποκτιννύναι δεῖν, πρὶν ἀνάγκην τινὰ ὁ Θεὸς ἐπιπέμψῃ. COLV. *Arcescere* exhibent MSS. Voss. Bened. In Ed. Vulc. sec. *accersere*. vulgari errore. Sed Florent. Fulv. et Edd. reliquae *accersire* pro *arcessire*. uti Leid. pr.

namenta cohonestant, honestiorem tamen et rumoris secundi oportet esse, cum securus de posteritatis suae vita, ad immortalitatem animam ire permittit, et eam, quod pie vixerit, praecipit fortunatorum habituram loca, Deorum choreis semideûmque permixtam. De civitatum vero constitutione, et de observatione regendarum rerumpublicarum, ita iubet Plato. Iam principio civitatis definit formam ad hunc modum: civitatem esse coniunctionem inter se hominum plurimorum, in quibus sunt regentes, alii citeriores, coniuncti inter se concordia, 623.
et

pr. et Huls. in Solino c. 16. *mortem accersiunt.* vitiose pro *arcessunt.* c. 52. *vita repletos incensis rogis mortem arcessere.* ibi etiam 2 MSS. *arcessire.* Late de hac quarta coniugatione egi ad Caesar. L. I. B G. c. 31. L. V, c. 10. *alios arcessiri iubet.* Atqui τὸ *sibi* post *arcessire* primi addidere Wow. et Vulc. Ed. sec. ut est in Fulv. Florent. Bened. Sed abest etiam a Voss. nec opus est. Vide ad Met. L. I. p. 10, b. Dein pro *non debere* in Florent. Bened. Voss. exaratur *eius*, et, pro *anteactae vitae* in Bened. *actae vitae*, Voss. *actae vi vitae.* Forsan turbata hic sunt multa, et *esse* e superiori vel inferiori versu huc revocandum ac scribendum *arcessire tamen vi* (vel *vi tamen*) *mortem*, *non eius esse.*

HONESTIOREM TAMEN ET RUM. SEC. OP. ESSE] Edd. ante Vulcan. *hon. t. esse et secundi r. oportet.* A Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. exsulat quoque *et.* Bened. non agnoscit *honestiorem.* Florent. *honestior.*

IRE PERMITTIT] Voss. *permittit ite.*

EAMQUE] Edd. ante Vulcan. *eoque.* Vulc. Ed. pr. *quam.* Wow. cum MS. Fulv. *et eam.* quod malo. MS. Voss. *eam.* Ceteri cum Vulc. Ed. sec. etc. consentiunt in *eamque.*

PRAECIPIT] Sic recte Lips. et Edd. Vulc. sec. Wow. etc. cum MSS. sive, iam ante *percipit*, quod est in Edd. prioribus: ut corruptum passim est *praecipere.* Vide ad Caesar. L. III. de B. Civ. c. 1.

HABITURAM LOCA] Alii *habiturum loca.* Plaut. Trinummo, Scena: *Mimus quindecim dies* etc. *Sicut fortunatorum memorant insulas, Quo cuncti, qui aetatem egerunt caste suam, Conveniant.* Plato Epinomide fol 992. Nicetas in Thesauro Orthodoxae fidei I, 36. ELMENH. Edd. vett. et Wow. *habituram locum.* Ed. Vulc. sec. *habitaturam loca*, et sane *habitare* cum accusativo non raro occurrit. Sed Voss. *habitaturam loco.* Bened. *habitatam loco:* at Fulv. *habituram locum*, et Florent. *habiturum loca*, ut edidit Elm. cum seqq. *Habere locum* pro inhabitare, ut Graece ἔχειν, saepe. V. Manut. ad Cic. Ep. ad Fam. VII, 6. Heins. ad Ovid. Met. IV, 773. Brant. ad Caesar. L. IV. de B. C. c. 4. *aedificia vicosque* habebant.

DEORUM CHOREIS etc. PERMIXTAM] Sic MSS. et Edd. Wow. Vulc. sec. ac reliquae. Priores *in Deorum.*

ET DE OBSERVATIONE] Abest copula ab Edd. ante Vulcan.

ITA IUBET PLATO] Flor. *Itacus et Cato*, inepte. ELMENH. habent tamen id etiam Voss. Bened. Vulc. Forsan *ita censet Plato* vel *catus.*

IAM PRINCIPIO] Edd. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *nam pr.* contra MSS. et Edd. vett.

DEFINIT FORMAM] Voss. *formam def.* Edd. ante Iunt. post. male *diffinivit.*

CIVITATEM E. CONIUNCTIONEM INTER SE HOM. PL.] MSS. Florent. Voss. Bened. *c. e. coniunctam inter se* etc. Sequitur mox *coniuncti inter se.* Latere quid videtur. Salm. ad Solin. p. 790. censet *coniunctam* substantive dici pro *coniunctionem.* τὰ *Inter se* absunt hic ab Edd. ante Vulcan.

SUNT REG.] Voss. Bened. *sint.*

REG. ALII CITERIORES] Vide, si probe emendarim: *in quibus sunt regentes alii, alii citeriores.* Voces totas etsi geminandas, semel tantum librarios describere solitos, longo usu et Pompeio Festo observante didici, quod hominibus quibusdam scio non persuaderi, qui ipsi neque sua mihi omnia adhuc probare potuerunt. STEWECH. *alii citeriores*] Ita lib. vulgati. MS. *deteriores.* quod fortasse recipiendum. WOWER. Wower. ex MSS. *deteriores*, bene. ELMENH. *reg. alii, alii deter.*] Sic vulgo. nam Stew. semel *alii* hic intrudendum esse, persuasit ita Elmenhorstio, ut sine ulla admonitione id in textum receperit, et post eum reliqui. Sed abest omnino a MSS. O. et Edd. prioribus; et recte, licet etiam Lipsius margini adleverit *alii alii* esse legendum, ut scio saepe fieri. At in hisce quoque semel vox *alii* satis intelligenda per se solet omitti. Vide omnino ad Met. L. IV. p. 268, a. quare eam reieci. Contra in Voss. et Bened. ne semel quidem *alii* occurrit. Dein Edd. ante Vulcan. habent *citeriores.* sed ille in utraque Ed. exhibuit *ceteriores*, quod confirmatum MSS. Florent. Voss. Bened. Vulc. inquirendum quid sit. Sensus requirit eos, qui reguntur, et regentibus minores. An a *ceteri*
com-

et invicem sibi opem atque auxilium deferentes, iisdem legibus, rectis tamen, officia sua temperantes. unamque civitatem, iisdem moenibus illam futuram, et, si eadem velle atque eadem nolle incolarum mentes adsueverint. Quare suadendum est fundatoribus rerumpublicarum, ut usque ad id locorum plebes suas taliter augeant, ut eidem rectori noti omnes esse possint, nec sibimet incogniti. sic enim fiet, ut omnes una mente sint, aequumque sibi factum velint. Magnam sane civitatem non habitantium multitudine, eorumque magnis viribus niti oportet. Vires enim non corporis, nec pecuniae, collectas dominationi multorum, aestimandas putat, cum vecordia impotentiaque, sed cum decreto communi virtutibus omnibus ornati viri et omnes incolae fundati legibus obsequuntur. Ceteras vero, quae non ad hunc modum forent constitutae, non arbitrabatur sanas civitates, sed tetras et morbis tumentes respublicas. Eas demum fundatas ratione dicebat esse, quae ordinatae ad instar animarum forent: ut pars optima, quae sapientia prudentiaque praecellit, imperitet multitudini; et, ut illa totius habet curam corporis, ita prudentiae dilectus tueatur universae commoda ci-

comparat. *ceteriores?* Certe non placet istud *deteriores*, intrusum e MS. Fulvii ab Elmenh. Nam nemo bonus, nedum Plato, dixerit, ceteros cives regentibus esse *deteriores*. [Verum est *citeriores* i. e. minores, inferiores, ut est *citra* saepe pro infra. V. Burm. ad Quinctil. Decl. CCXCIX. p. 577. — I. B.]

Moenibus] Bened. *mentibus*.

Et si ead. velle atq. ead. n. inc. mentes adsueverint] Sic edidit tacite Floridus. sano sensu, unam fore civitatem iisdem moenibus et, si eadem mente sint cives. At *si* abest MSS. et Edd. O. *adsueverunt*. Wow. vero tacite edidit *adsuevisse*. Edd. vett. ante Vulcan. habent *mentem* ut et *velle et nolle*.

Suadendum est] Ita Florent. Bened. Voss. Edd. Elm. Scriv. Flor. A reliquis exsulat τὸ *est*. Bas. pr. *suadentibus eum*.

Plebes suas taliter augeant, ut eidem rectori noti omnes esse possint] Ita locum hunc emendatum dedit Vulc. in Ed. sec. ac seqq. et consentiunt omnino Florent. cum Bened. In Ed. pr. *plebes suas ad eumdem rectorem noti omn. e. p.* Edd. vett. *plebes suas ab eodem eidem rectori noti esse p.* ubi clare patet, deesse verbum, ad quod *plebes* referatur. Hinc audacissime Wow. tacite eiecit τὰ *plebes suas* et edidit *ad eumdem rect. n. o. e. p.* MS. Vulc. *plebes suas ad eumdem rectorem noti ō. e. p.* Voss. *plebes suas ad eumdem rectori noti ōme e. possunt.* Pro *ut eidem* in Bened. *ūn.* Donec meliores nanciscar Codd. vulgari lectioni adquiesco.

Aequumque s. f. velint] Voss. *iniquumque* Bened. *iniquumque s. f. nolint.* Pro *sane* Bened. *ſ*.

Non habit. mult.] Abest τὸ *non* a MSS. Florent. Bened.

Uti oportet] Ita et V. C. Non dubitarim tamen quin legendum sit *niti*. Vulc. MSS. Florent. Bened. Vulc. Voss. et Edd. ante Iunt. post. *eorumque magis viribus.* Iidem et Edd. usque ad Vulc. sec. *uti.* sed *niti* emendavit in marg. Lipsius vel *R.* Hae voces semper confunduntur. Vide ad Caesar. et supra ad Met. L. III. p. 200, b.

Vires en. non corp.] Bened. *Vir enim hic corp.*

Collectas dominatione multorum] Florent. *collectam.* Voss. Bened. *dominationi.* Recte; sive, ut multi dominentur.

Aestimandas] Vulc. Voss. Bened. *existimandas.* Florent. *aestimandum.*

Viri incolae et omnes f. legibus] Bened. *omnibus.* Florent. melius *viri et omnes incolae f.*

Non arbitrabatur sanas civitates] Ex MS. inserenda haec sunt: *civitates, sed tetras et morbis tumentes respublicas. Eas demum* etc. Sciopp. *in Symb.* Addit MS. *sed tetras et morbo tumentes resp.* Wower. Carebant istis Edd. ante Vulc. sec. quae habet *morbose:* ac recte Sciopp. e Fulv. monet legendum *morbis:* ut exstat quoque in Florent. Put. Voss. et edidit Elm. ac seqq. *timentes* Bened. Huc pertinet locus Ovid. Ep. 16, 136. *Praecordiaque intima sensi Attonitus curis intumuisse novis.*

Sapientia prudentiaque] Voss. Bened. *prud. sapientiaque.* Pro *imperitet* Edd. ante Iunt. post. *imperaret.* Male. Vide Ind. Not.

Prudentiae delectus] Bened. *deditus.* Florent. Voss. *dilectus.* Recte. Adi ad Met. L. VIII.

civitatis. Fortitudo etiam, pars virtutis secunda, ut via sua appetentiam castigat et reprimit; ita in civitate vigilet. Excubitorum loco quidem militet iuventus pro utilitate cunctorum. sed inquietos et indomitos, ac propterea pessimos cives refrenet, contineat, ac, si necesse est, frangat potioris consilii disciplina. Illam vero desideriorum tertiam partem plebi et agricolis parem ducit, quam existimat moderatis utilitatibus sustinendam. At enim rempublicam negat posse consistere, nisi is qui imperitet, habeat sapientiae studium; aut is ad imperandum deligatur, quem esse inter omnes sapientissimum constet. Moribus etiam huiuscemodi cunctos cives imbuendos esse dicit, ut iis, in quorum tutelam atque fidem respublica illa credatur, auri atque argenti habendi cupido nulla sit. nec specie communi privatas opes appetant: nec huiusmodi hospitia succedant, ut ceteris ianua non reclusa: cibos victumque ita sibi curent, ut acceptam mercedem ab his quos protegunt, communibus epulis insumant. Matrimonia quoque non privatim maritanda esse, sed fieri communia, despondentibus ipsis eiusmodi nuptias publice civitatis sapientibus et magistratibus, et sorte quadam ei negotio praeditis; idque praecipue curantibus, ne dispares sui, vel inter se dissimiles copulentur. His adnectitur utilis necessariaque confusio, ut permixta 625.
nu-

VIII. p. 554, a. Pro *commoda* Bened. *com[?]odum.* Et pro *vi sua a[p]petentiam* Id. *in s. adpetentia* itemque *deprimit* pro *reprimit*, ac mox abest *quidem*.

INDOMITOS] Vulgo, *domitos*, male. ELMENH. nempe Vulc. Ed. sec. vitiose id habet.

POTIORIS CONSILII DISCIPLINA] Edd. ante Vulc. sec. *p. cum consilii.* Sed *cum* ignorant MSS. at Voss. et Bened. *est c.* Forte *ex*.

ILLAM] Bened. *illa.* — Voss. *part. tert.* Pro *ducit* Edd. ante Vulcan. *dicit.* V. supra.

CONSISTERE] Vulc. Ed. pr. e Cod. suo et Wow. *subsistere.*

QUI IMPERITET]. Abest a Bened. *qui.* et Edd. ante Iunt. post. *imperat.*

AUT IS AD IMPERANDUM] Paucioribus huius loci sententia in Margarita Poëtica perscripta est; ita: *Aut is ad imperandum deligitur, qui inter omnes sapientissimus habeatur.* COLV. Leid. *ad imperium. Deligatur* recte Vulc. etc. cum MSS. O ante *eligatur.* Bened. *diligatur deligatur* e var. Lect. Pro *constet* Voss. Bened. *constat.*

MORIBUS ETIAM HUIUSCEMODI] Hoc iterum MSS. et Vulcanio debetur. Ante *et huiuscemodi m.* Sed Bened. non male *moribus et disciplinis huiuscemodi.* Pro *cunctos* Bened. *iunctos.*

RESP. ULLA CREDATUR] Ex scripto: *R. illa creditur.* WOWER. Vulgo *R. ulla* male. ELMENH. Voss. *et fide R.* Bened. *fide atque tutela.* Wow. *illa* bene reposuit cum seqq. e Fulv. ut est quoque in Florent. Voss. Bened. Sed et *creditur* exhibent Voss. Bened. *C[re]datur* tamen praefero.

NEC] Voss. *ne.* Mox *opes* abest Bened.

HUIUSMODI] Voss. *eiusmodi.* Edd. Elm. Scriv. Flor. *huiuscemodi* contra MSS.

CETERIS IANUA NON RECLUSA] Ut L. III. Met. p. 212. *arcula reclusa*, *horreo recluso* etc. MSS. Fulv. Florent. *reclusis.* Voss. etiam et Bened. *c. non reclusis ianua.* Ut *recludi* ipse homo dicatur pro excludi, secludi, seorsum haberi. Pro *cavea emisso* occurrit apud Stat. L. II. Silv. 4. 32. de Psittaco *quo tu, melior dilecte*, recluso *Nunquam solus eras.* Sed doctiss. Markland. ait *cavea* recluditur, *non psittacus, nisi cultro chirurgico:* legitque *relicto.*

UT ACCEPTAM] Lips. *aut acc.*

MATRIMONIA QUOQUE] Abest *quoque* ab Edd. ante Vulc. sec.

DESPONDENTIBUS IPSIS] Edd. vett. aliquot *disp.* Abest *ipsis* Edd. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. Wow. contra MSS. et Edd. vett. In Voss. *despondente ipse.*

PUBLICE] Sic malo cum Florido iungere τῷ *despondentibus*, quam *publicae civ.* Mox ante *magistratibus* exsulat copula a Voss. Bened. in quibus ut et Ed. Vulc. sec. desunt etiam τὰ *et sorte.*

EI N. PRAEDITIS] Voss. Bened. *et. Praedictis* vitiose Vulc.

HIS ADVERTITUR UTILIS etc.] Timaeo: Ὅτι κοινὰ τὰ τῶν γάμων καὶ τὰ τῶν παίδων πᾶσιν ἁπάντων ἐτίθεμεν, μηχανώμενοι ὅπως μηδείς ποτε τὸ γεγενημένον αὐτῷ ἰδίᾳ γνώ-

nutrimenta puerorum ignotorum adhuc, agnitionis parentibus afferant difficultatem: ut, dum suos liberos nesciunt, omnes quos viderint eius aetatis, suos credant, et veluti communium liberorum omnes omnium sint parentes. Haec ipsorum connubiorum quaeritur tempestiva coniunctio, cuius futuram stabilem fidem credit, si cum harmonia musicae dierum consonent numeri: et qui de talibus nuptiis erunt orti, studiis congruentibus imbuentur, et optimis disciplinis communi praeceptorum magisterio docebuntur, non virile secus modo, verum etiam feminarum; quas vult Plato omnibus artibus, quae proprie virorum putantur, coniungendas esse, bellicis etiam. quippe utrisque cum natura una sit, eandem esse virtutem. Eiusmodi civitatem nullis extrinsecus latis legibus indigere. regia quippe prudentia et eiusmodi institutis ac moribus, quibus dictum est, fundata, ceteras leges non requirat. Et hanc quidem, ut figmentum aliquod veritatis, exempli causa per se compositam vult esse rempublicam. Est et alia optima quidem, et satis iusta, et ipsa quidem specie et dicis causa civitas fabri-

σαιτο, νομίσωσι δὲ πάντες πάντας αὐτοῖς ὁμογενεῖς· ἀδελφὰς μὲν καὶ ἀδελφοὺς, ὅσοιπερ ἂν τῆς πρεπούσης ἔντος ἡλικίας γίγνωνται. τοὺς δ' ἔμπροσθεν καὶ ἄνωθεν γονέαςτε καὶ γονέων προγόνους. τοὺς δὲ εἰς τὸ κάτωθεν, ἐκγόνουςτε καὶ παῖδας ἐκγόνων. Colv. MSS. *adnectitur.* Sive, adiungitur. Edd. ante Vulcan. *advertitur.* Pro *necessariaque* Bened. *vel necessaria.*

Adhuc] Male Edd. ante Iunt. poss. *adhaec.* Pro *agnitionis* Bened. *argumentationis.*

Afferant] Sic tacite Floridus, adstipulante Bened. scil. *permixta nutrimenta.* sed reliqui MSS. *adferat.* quod miror retinuisse Edd. et *permixta* una voce. Si enim *adferat* legas, omnino *per mixta nutr.* scribendum, ut *confusio* sit nominativus.

Haec ipsorum conn.] Nil muto. Non male tamen Ed. Floridi tacentis dat *adhaec* sive, insuper. *Hoc* est in Florent. *hoc ipso* Bened.

Si cum] Bened. *sic ut.* Pro *talibus nuptiis* Voss. *nupt. tal.* Bened. *nuptiis talibium.*

Non virile tantummodo, verum etiam feminarum] Putem interserendam dictionem, hoc pacto, *non virile tantummodo secus*, vel, *genus*, *verum etiam femin.* Colv. MS. *non virilis sexus tantummodo.* ut vehementer suspicer cum Colvio legendum: *virile secus.* Sciopp. *in Symb.* Suspensa oratio V. C. *Non virilis tantummodo sexus verum* etc. Wower. *Virile secus* rescripsi ex Flor. et Leid. A Rom. *τὸ secus* male abest. Vide Indicem. Elmenh. Egregia est emendatio Colvii, quam merito recepit Vulc. Ed. sec. scil. e suo codice. Sed melius *tantum* exclusere Elm. et seqq. Accedunt Bened. Fulv. *non virilis sexus modo.* sed plane Florent. Voss. *non virile secus modo.* Vid. Drakenb. ad Liv. L. XXVI, 47. Dempst. ad Rosin. p. 112. Merc. et Obr. ad Septim. de B. Tr. L. VI. c. 4. ubi variant MSS. Arnob. L. I. p. 36. *sexum virile* Carr. *secus.* Front. I, 11, 6. *Omnes virilis sexus.* ubi vide. Sic rursus de Mundo *Mare et femininum* secus.

Artibus] MSS. Florent. Vulc. Voss. et Edd. ante Vulc. sec. *partibus:* quae confusio in hoc libro crebra. Et malim hic *partibus* propter verbum *coniungendas*, quod non tam convenit *artibus.*

Bellicis etiam] Florent. Voss. Bened. *b. eis.* Latet quid.

Utrisque cum nat.] Ita recte Elm. et Scriv. cum MSS. Florent. Bened. In Voss. et Ed. Flor. *utriusque cum.* De plurali *utrique* alibi plura. Edd. ceterae *cum utrisque.*

Eiusmodi] Edd. ante Vulcan. *eiusdem.*

Latis legibus] Vulc. Cod. *ratis l.* quod probat Heins. e MS. Leid. qui sine dubio idem Vulc. Cod. est, in Advers. p. 539. Voss. *latis regibus.* Bened. *lati regionibus*, sed suprascr. *legibus.* Perpetua haec varietas.

Regia q. prudentia] Voss. Vulc. Bened. *regiam q. prudentiam.* Lipsius coniecit *egregie.* Statim *dictum est* absunt a MSS. Vulc. Voss. et Bened. unde posses locum sic legere *Regi eam q. per prudentiam, et eiusmodi institutis ac moribus, quibus fundata ceteras leges non requirat:* ut casus variatio, de qua alibi dixi, fuerit corrumpendi loci caussa. Non opus tamen. *Regia prudentia* ponitur pro eximia, excellenti, egregia ut Gr. *βασιλικόν.* Sic *via regia:* immo in Flor. N. 7. *disciplina regalis*, ubi vide.

Per se] Bened. non male *ipse.*

Est et alia] Edd. ante Vulc. sec. *sed et al.* Pro *optima quidem* Bened. *quod optima.*

Iusta et ipsa quidem] Voss. Bened. Ed. Vulc. sec. *i. quidem et ipsa.*

Di-

bricata, non ut superior sine evidentia, sed iam cum aliqua substantia. In hac 626.
non suo nomine, de statu et de commodis civitatis, requirens originis eius principia et fundamenta, disponit; sed eo tendit, quemadmodum civilis gubernator eiusmodi locum conventusque multitudinum nactus, iuxta naturam praesentium rerum et convenarum debeat facere civitatem plenam bonarum legum et morum bonorum. In hac equidem easdem puerorum nutricationes, easdem vult esse artium disciplinas. Sed in connubiis, et partubus, et patrimoniis ac domibus desciscit a prioris observatione reipublicae: matrimonia privata et singularia faciens, procorumque ipsorum. Et si in contrahendo matrimonio consulere ex voluntate sua debeant, universae tamen civitatis principibus, ut communis commodi causam decernit spectandam esse. Quare et dites inferiores nuptias

Dicis causa] Quod edd. habent *ditis causa*, id operarum somnolentiae acceptum feramus oportet. Genuina enim lectura *dicis causa.* Varro V de L. L. *et nihil*, inquit, *inerat, cui imperaret et dicis causa fiebant quaedam. neque item facta, neque item semper.* Similis formula *dicis ergo*, *Dicis gratia.* quas reperi apud Charis. L. I. et usi ICti nostri Ulpianus in L. I. de SC. Sullano et Caius L. IV. commodati. Stewech. Vulg. *ditis causa.* Emendavit hunc locum ante nos amicissimus Th. Canterus ad L. IV. Arnobii. Glossae antiquae: *Dicis gratia* Νόμου χάριν, ὡς παρὰ Γαΐῳ τῷ νομικῷ. Forte intelligit locum Caii in L. IV. commodati. Colv. Arnob. adv. gentes L. III. fol. 64. *Honoris et dicis causa vos species Diis accommodavisse mortalium.* L. IV. fol. 75. *An ita ut assolet, dicis causa.* Quae loca viri docti inepte mutant. Vetus sane haec formula est, saepe in authoribus ignoratione antiquitatis a librariis corrupta. ut observant Laelius Bisciola Subsecivar. L. VIII. c. 12. Antonius Augustinus L. II. Emendat. Petrus Victorius Var. Lect. L. VIII. c. 24. Brissonius de Verb. Signif. L. IV. et Didacus Coverruvias Episcopus Segobiensis in Variis Resolutionibus. Elmenh. Adde quae laudantur ad Nep. Att. c. 8. § 5. et in Ind. Inepte Edd. ante Colv. *ditis.* et Bened. *indicis.*

Civitas] Edd. ante Iunt. post. *civitatis.*

Sine evidenti] Scribe ex MS. *sine evidentia; sed iam cum aliqua substantia.* Wower. Flor. *evidenti.* male. Elmenh. MSS. mei O. et Edd. priores *sine evidenti*, quod nescio an ita damnandum sit. Neutrum est adiectivum pro substantivo, ut *decorum*, *honestum*, *utile.* Sic τὸ εὐφανὲς *evidens.* Cic. L. III. de Nat. De. c. 4. *Si quid est* evidens, *de quo inter omnes conveniat.* Praefero tamen *evidentia*, vel potius, *evidentiis*, *sed.*

In hac] Vitiose Ed. Vulc. sec. *in dis haec.*

De statu] Sic MSS. O. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Antea *et de statu* per polysyndeton. Bene, nisi hic obstarent MSS. quamquam facile excidere potuit.

Commodis] Ita quoque MSS. O. non *commodo*, ut ante Elmenh. edebatur.

Conventusque multitudinum] Edd. Scriv. Flor. *multitudinem:* ut *multitudo conventus* dicatur per Hypallagen, (de qua alibi) pro coetu multitudinis. Sed hic contra MSS. O. Noster de Mundo p. 745. *populorum conventibus.* Quaerendum tamen an alibi *multitudines* in plurali occurrat.

Iuxta naturam] Bened. *i. natura.* Pro *et conv.* Bened. *ac conv.* Et pro *civitatem* Voss. Bened. *volunt.*

Legum et murorum] Repono: *legum et virorum*, nisi malis *morum.* Stewech. Inepte Bas. pr. *murorum.* Sed *morum* habent MSS.

Easdem puerorum nutricationes] Bened. *eadze p. easdem nutritiones.* Voss. *eadem.* Pro *partubus* Voss. *partibus.*

Et patrimoniis] Desunt haec Edd. ante Vulcan. et agnoscunt MSS. O. nisi quod Putean. habeat *matrimoniis:* quomodo saepe haec confusa, ut in Suet. Aug. c. 2. Vide quae citavi supra h. l.

Desciscit] Excerpta Puteani *desistit.* Elmenh.

A prioris observatione reip.] Prave contra MSS. et sensum Edd. ante Vulcan. *prioribus, obs. reip.* Bened. *priore.*

Pro quoque ipsorum] MS. *procorum quoque ips.* Lego: *pro unoquoque ips.* Wower. Edd. ante Vulcan. item Wow. *pro quoque.* Ed. Vulc. *procorum quoque.* In Voss. *proquorumque.* In Florent. tantum *procorum.*

Consulere ex voluntate sua] Sic MSS. O. sed Edd. cum Wower. ante Vulcan. *consulere voluntatem suam.*

Caussam] Bened. *canssa.*

Quare et dites etc.] Lib. VI. de Legibus: Τοίνυν φῶμεν, ὅτι ἀγαθῶν πατέρων φῦντι τοὺς παρὰ τοῖς ἔμφροσιν εὐδόξους, γάμους γαμεῖν

tias non recusent, et locupletum consortium inopes consequantur: et, si vires opum congruunt, ingenia tamen diversa miscenda esse; ut iracundo tranquilla iungatur, et sedato homini incitatior mulier applicetur. ut talibus observationum
627. remediis et proventibus soboles natura discrepante confecta, morum proventu meliore coalescat, et ita compositarum domorum opibus civitas augeatur. Puerperia quoque ipsa morum dissimili seminio concepta, cum utriusque instar similitudinis traxerint, neque illis vigorem in rebus gerendis, neque tamen in spectandis consilium defuturum. Instituendos vero eos esse, utcunque parentes censuerint. Domos vero et possessiones habeant privatas, ut queunt singuli, quae quidem nec immensum augeri per avaritiam, nec prodigi per luxuriam, aut deseri per negligentiam sinit. Legesque civitati huic promulgari iubet, et legum moderatorem, cum aliquid tale concipiet, ad contemplandas virtutes hortatur. Imperitandi autem modum eum esse utilem censet, qui ex tribus fuerit tem-

μεῖν οἱ σοφοὶ παραινοῖεν ἂν, καὶ μὴ φεύγειν τὸν τῶν πενήτων, μηδὲ τὸν τῶν πλουσίων διώκειν διαφερόντως, ἀλλ' ἐὰν τ' ἄλλα ἰσάζῃ, τὸν ὑποδέστερον ἀεὶ τιμῶντα, εἰς τὴν κοινωνίαν συνιέναι. τῇτε γὰρ πόλει σύμφορον ἂν εἴη ταύτῃ, ταῖςτε ξυνιούσαις ἑστίαις, τὸ γὰρ ὅμιλον καὶ ξυμμέτρον ἀκράτου μυρίῳ διαφέρει πρὸς ἀρετὴν etc. Eadem sententia in his versibus Plautinis, Aulularia: *Nam, mea quidem animo, si idem faciant ceteri, Opulentiores pauperiorum filias Ut indotatas ducant uxores domum: Et multo fiat civitas concordior, Et invidia nos minore utamur, quam utimur.* Colv. Bened. *quarum.* Pro *ditis* Edd. ante Iunt. post. *duces.*

Locupletum] Voss. et Edd. ante Vulcan. *locupletium*: ut saepe. sed alterum hic canorius.

Vires opum non congruunt] Pessime ita e suo Cod. dedit Vulc. inserendo *non*; quem temere omnes praeter Wower. secuti sunt. Eiiciendum rursus est *non*, quod non agnoscunt mei Codd. praeter Bened. Concedit Plato vel praecipit, opes in matrimonio non congruere; sed si congruant, ingenia tamen diversa miscenda esse. Vide de Legg. L. VI. p. 869.

Ut iracundo] Bened. *et ut irac. tr. iungantur.*

Et proventibus] Desunt contra MSS. ab Edd. ante Vulcan. item Wow. Intelligit procreationes. Vide ad Met. L. IV. p. 275, b.

Mox proventu meliore] Legimus in Margarita Poët. *morum prov. mel.* Colv. atque ita etiam in MSS. *Mox* Edd. ante Vulcan. Pro *compositarum.* Bened. *consitarum.*

Puerp. quoque etc. — censuerunt] Carent his Edd. ante Iunt. post. quae dat cum Bas. sec. Lugd. Colv. et MS. Voss. *puerperiaque.*

Utriusque] Bened. *ab utrisque.*

Neque tamen] V. C. *neque tu*, fort. *in* Vulc. Abest *tamen* ab Ed. Vulc. sec. et *in* a MSS. et Edd. Utrumque admisit Elm. et seqq. Voss. *spectantis.*

Instituendos etc.] In Flor. est. *i. v. e. e. utcunque parentes, nec ita sexus esse stratus censuerint civitatis.* Folia Sibyllae. Elmenh. Bened. *instruendos.* de more. Pro *esse eos* Voss. Florent. *eos esse.*

Utcunque parentes censuerint] Sic editum ab Elmenh. et seqq. In Edd. vett. Vulc. Wow. est *ubicumque civitatis parentes censuerint.* Sed MSS. Florent. Voss. Vulc. Bened. *utcumque parentes nec ita sexus esse stratus* (Lindenbr. Exc. *Aratus.* Vulc. *Ius*) *censuerint civitatis.* Consulendus Plato. Videtur mihi legendum *p. nec uti magistratus censuerint civitatis:* nam in his ab observatione prioris Reip. desciscit; de qua pag. 624. etc. egerat: ubi haec ad magistratus referebat. Non ergo hanc scripturam mera Sibyllae folia esse patet, ut putabat Elm. [Contextum reliqui ut est in Edd. Elm. et seqq. In iis, quae plura offerunt MSS. agnoscere sibi videtur Cl. Lennepius fragmenta glossematis adscripti ab eo, qui supra tradita p. 625. Ed. Flor. de magistratuum circa liberos utriusque sexus cura, meminisset. — I. B.]

Domos vero] Voss. *domus.* Adi ad Met. L. IX. p. 624, a. Exsulat *vero* a Bened.

In immensum augeri] Sic reposuit tacite Elm. e MS. Florent. At MSS. reliqui et Edd. priores non agnoscunt praepositionem. Nec etiam necessaria est. Vide ad Met. L. IV. p. 301, b. Bened. *nec mensiva aug.*

Sinit] scil. Plato. Ita MSS. O. nisi quod in Bened. *sit*, in Ed. Vic. *sint:* unde male *sinant* fecerunt Edd. seqq. usque ad Elmenh. Nota autem *quae* pro *quas*, et adi notas ad Flor. N. 7. p. 26, b.

In-

temperatus. Nec enim vel optimatium, vel etiam popularis imperii solos et meros status utiles arbitratur; nec impunitas rectorum culpas relinquit: sed magis censet his debere constare rationem, qui sint potiores potestate. Et alii publicarum rerum status definiri ab eo putantur, nitentes ad bonos mores; et super republica, quam vult emendatione constare, rectori mandat, ut prius residuas 628.
leges compleat, aut vitiosas leges correctas velit, deinde mores perniciosos, et disciplinas corrumpentes commoda civitatis ad meliora converterit. a quibus si consilio et suadela depravata multitudo deflecti non poterit, abducenda est tamen ab incepto vi et ingratis. In actuosa vero civitate describit, quemadmodum simul omnis hominum multitudo bonitate et iustitia conducta habeatur. Hi tales complectentur proximos, honores custodient, intemperantiam arcebunt, iniuriam refrenabunt, pudicitiae ornamentisque ceteris vitae honores maximos deferentes. Nec temere multitudo convolet ad eiusmodi rerumpublicarum status, nisi qui optimis legibus et egregiis institutis fuerint educati, moderati erga ceteros, inter se congruentes. Quatuor culpabilium civium genera esse: unum eorum,

IMPERITANDI etc. usque ad COND. HABEATUR] Exsulant ab Edd. primis Iunt. pr. Ald. Bas. pr. Pleraque vero haec, uti multa in hoc libro primus expressit e Codd. Philomathes Pisanus in Ed. Iunt. post. et a *putantur* usque ad *ingratis* primus Vulc. Male autem eius Edd. habent *imperii* contra MSS. et Edd. ac morem Appuleii. Vide supra.

TRIBUS F. TEMP.] Bened. *tribubus f. temporatus.*

VEL OPTIMATIUM] Abest *vel* Voss. Bened.

RELINQUIT] Voss. *relinquunt.* Mallem *relinqui* scil. *censet debere.* τὸ *censet* abest a Bened.

CONSTARE RATIONEM] Ita libb. manu exarati. Vulgo *constare nationem.* Quin potius legerim: *his debere constare gubernationem* WOWER. In idem recidunt ambae lectiones. FLORID. Potiores debent *rationem* posse dare omnium actorum suorum; et puniri, si male egerint. Quare recte se habet *rationem*, quod est in Fulv. Leid. Bened. et Edd. ante Vulcan. qui cum Florent. e suo Cod. edidit *rationem.* Statim Vulc. Voss. *potest pot.*.

DEFINIRI AB EO PUTANTUR] Ita lego cum MS. Vulc. non *definiti* ut ceteri MSS. et vulgo, vel *definitivi*, ut Scriv. et Floridus. Definitio consistit in verbis *nitentes ad bonos mores.* Verbum *putantur*, usque ad *ingratis*, ut dixi, primus e suo Cod. supplevit Vulc. cui adstipulantur MSS. O.

SUPER EA REP. QUAM VULT] Vulgo, *super publica quae vult*, male. ELMENH. MSS. Voss. Florent. *quam.* Lege *super republ. quam v.* non *super ea rep.* ut Elm. et seqq.

UT PRIUS RES. LEGES COMPLEAT, AUT VIT. L. CORR. VELIT: DEINDE etc. — CONVERTIT] MSS. Florent. Voss. *non prius r. compl.* etc. *enim* Bened. *non at prius r. l. compleat*, *ut* etc. Vulcanius, qui in prima Ed. exhibuit *enim converterit*, adscripserat hic scripturam Codicis sui in schedula, quae periit. Wow. edidit *et converterit.* Certe *deinde* et *convertit*, quod vulgo edunt et est in Cod. Bened. vitiosum est. Forsan legendum *Non prius residuas compleat, aut vitiosas leges correctas velit*, *quin* vel *quam* etc. — *converterit.* Consule Platonem. Pro *commoda* Bened. *communia.*

DEPRAVATA MULTITUDO] Sic recte MSS. O. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *defraudata* Edd. Vulc. pr. Wow. *pravata* Ed. Vulc. sec.

EST TAMEN] Ita MSS. Abest verbum ab Edd. Vulc. Wow.

INGRATIS] Constanter hoc pacto habent MSS. et Edd. praeter Floridum, qui dedit *ingratiis.* Vid. ad Met. L. I. p. 80, a.

DESCRIBIT] Ed. Vulc. sec. *describi.*

MULTITUDO COND. HABEATUR] MS. Voss. et Edd. ante Vulcan. *habeantur.* ut saepe. Vide Ind. *V. Collectiva.*

PRUDENTIAE ORNAMENTISQUE CETERIS VITAE] Edd. ante Vulcan. *prud. ornamentis ceterisque* sine τῷ *vitae.* Abest prima vox a MS. Vulc. at in Florent. Fulv. Bened. Putean. Voss. *pudicitiae.* quod sequor. Dein *ceterisque vitae orn.* Fulv. Vitiose *vita* Ed. Vulc. sec.

MULTITUDO CONVOLET AD EIUSM.] Florent. Voss. *convellet.* Bened. *cum vellet*, *adeat eiusm.* prave. Voss. *r. puplicarum.* ut alibi. Ante *egregiis* abest *et* a Bened. in quo contra paulo post *et inter se.*

QUATUOR CULPABILIUM VIRORUM] Vide Poli-

rum, qui sunt honore praecipui: alterum paucorum, penes quos rerum est potestas: tertium omnium: ultimum dominationis tyrannicae. Et primum quidem confieri, cum prudentiores viri per magistratus seditiosos civitate pelluntur, deferturque potestas ad illos, qui sunt manu tantummodo strenui: nec ii, qui blandiore consilio agere res possint, adipiscuntur imperii facultatem, sed qui
629. turbidi violentique sunt. Paucorum vero status obtinetur, cum inopes criminosi multi simul paucorum divitum impotentiae subiacentes, dederint se atque permiserint: omnemque regendi potestatem non mores boni, sed opulentia fuerit consecuta. Popularis factio roboratur, cum inops multitudo viribus obtinuerit adversus divitum facultates, lexque eius iussu populi fuerit promulgata, ut ex aequo liceat omnibus honores capessere. Ad haec tyrannidis illius singulare caput tunc oritur, cum is, qui leges contumacia sua ruperit, simili illegum coniu-

liticum, sive, Περὶ βασιλείας. COLV. Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. *quatuor denique culp. civ.* Librarii additamentum sapit.

ESSE AIT] Hoc rursus e Florent. rescripsit Elm. at MSS. reliqui carent τῷ *ait.* Et Edd. ante Vulcan. sec. habent *sunt:* sed subintelligendum pro nostri in his Philosophicis libris more est τὸ *ait*, *censet* etc. ut saepe iam vidimus. Adi omnino ad L. I. de Dogm. Plat. p. 577. Ed. Flor.

CONFUNDITUR] Sic e Cod. Florent. emendavit Elm. cum a Vulcanio in Ed. pr. esset editum *confit*, et in Edd. prioribus exstet *fit.* Codd. vehementer variant. Vulc. *confit.* Putean. et Bened. *configit.* Voss. *confugit.* Auctoris sensus et mens est: primum genus eorum, *qui honore praecipui sunt*, sed *culpabilium* oriri, cum prudentiores pelluntur etc. An ergo *conficitur?* Similia huic statim *obtinetur. roboratur*, *oritur.* Vel potius, ut respondeat τὸ *esse*, legendum *confingi.* sive, quod multo malim, *confieri.* saepe enim hoc verbum corruptum. Vide me ad Caesar. L. VII. B. G. c. 11. ad Suet. Caes. c. 20. Sept. de B. Tr. L. IV. c. 15. *quae divinitus* confierent. Colum. L. XI. c. 3. §. 1. *tamdiu faciat*, *dum aequinoctium verum* confiat. sic Sangerm. Cod. vulgo *conficiatur.* V. Heins. ad. Virg. IV. Aen. 116. [In τῷ *confunditur* quod est in MS. Florent. forte latere *confieri dicit tum* putat alius V. D. quare *confieri* sane recipere non dubitavi. — I. B.]

POTESTAS AD ILLOS] Voss. et Edd. ante Iunt. post. *ad illos pot.*

QUI SUNT MANU] Voss. *sint.* Bened. *q. s. violenti*, *manu* etc. Pro *blandiore* Exc. Lindenbr. *blandiciore.*

ADIPISCUNTUR] Addunt Edd. ante Vulcan. contra MSS. *adip. iamiam.*

VIOLENTIQUE] Edd. ante Bas. sec. *violentaeque.*

PAUCORUM DIVITUM POTENTIAE] MS. *divitum impotentiae.* Sic Petronius: *Cliensque cenas impotentium captet.* SCIOPP. *in Symb.* Vulgo *D. potentiae.* male. Vide Ind. ELMENH. Bene restituit Elm. quod iam monuerat Sciopp. consentiunt in eo MSS. Florent. Fulv. Bened. Voss. Vide ad Met. L. X init.

NON MORES] Edd. ante Vulcan. Ed. pr. *nec mores.* invitis MSS. O. Post τὸ *popularis* deest *autem* Bened. Voss. Bene.

VIRIBUS OBTINUERIT] Exsulat τὸ *viribus* Edd. ante Vulcan. contra MSS.

L. EIUS IUSSU POPULI F. PROMULGATA.] Florent. Voss. Bened. *L. eius sub pop.* Lege: *L. e iussu populi:* nam ex captu librarii in Florentino dein additum *prom. iudicio*, quod male Elm. et Scriv. recepere, scil. *l. eius sub p. f. promulgata iudicio.* Pro *adhaec* Bened. *adhoc* ut supra.

TYRANNIDIS ILLIUS SINGULARE CAPUT] Sic hunc locum ex membranis Florent. emendavi. In vulgatis legitur *tyrannis illa singulare dominationis caput.* ELMENH. Sic ex membranis Florentinis reposuit Elmenh. Vulgati Codd. habent, *tyrannis illa s. dominationis c.* quam lectionem aeque, aut etiam magis probandam existimo. sicque repono, *praeterea illa tyrannis*, *quae est unicum caput dominationis*, hoc est, quae in eo consistit, ut unus dominetur caeteris omnibus; *oritur* etc. FLORID Cum Scriverio tamen Florid. recepit lectionem, quam e Cod. Florent. substituit Elm. quam et ego magis probo. nam durissima foret locutio *tyrannis est caput dominationis* pro, in eo consistit tyrannis, ut unus sive unum caput dominetur. In Bened. exhibetur *singularis:* quare malim *tyrannis illa et singularis dominationis caput:* sic utrumque recte se habebit. Tyrannis oritur, et simul eius caput, sive tyrannus;

CUM

iuratione adoptatus imperium invaserit: constituens deinceps, ut omnis civium multitudo desideriis eius et cupiditatibus parens, obsequium suum tali fine moderetur.

Cum is] Sic MSS. O. cum Vulcan. et seqq. Ante *cum civis.*

Simili legum coniuratione adoptatus] Scriptus: *s. l. coniuratione adoptatum imperium invaserit.* Fallor aut Appuleius scripserat: *simili legum conturbatione adopt. imp. i.* Wower. Fulvius *adoptatum* recte. Elmenh. Expone: *coniuratione adversus leges*, alias non video quis possit elici sensus. Florid. ut *iniuria populi* pro *in populum* et similia innumera. At tunc *adoptatus* non habet quo referatur. Persona debet addi: et tum *coniuratio* sumi pro *coniuratis* foret durissimum. Frustra etiam Wower. coniecit *conturbatione*. Peius e MS. Fulv. Elm. Scriv. Flor. edunt *adoptatum*. At quid quaeso significat *adoptatum coniuratione legum invadere imperium?* Non capio. Egregie vero emendavit ad marginem Lipsius *simili illegum coniuratione adoptatus* i. e. adscitus a sui similibus qui, ut ille, *leges contumacia ruperunt* et simul coniurarunt. Glossae: *Illex* ἄνομος. Plaut. Pers. III, 3, 4. *In iure* illex *labes populi. Adoptatus*, quasi in idem collegium: quod saepe *cooptari* vocant Latini scriptores. Sic in Florid. N. 15. A *magistris* adoptatus. Si quid hic mutandum, potius e MS. Bened. scribendum, *adoptatus in imperium invaserit.* Vide ad Met. L. I. p. 348, a. *sororis invadunt animum:* ubi alii *in soris inv. an.*

Etiam moderetur] MSS. et Edd. ante Elmenh. carent τῷ *etiam*. Nec opus est. Quare denuo eiiciatur.

DE

DE DOGMATE PLATONIS

LIBER TERTIUS.

DE PHILOSOPHIA RATIONALI

SIVE

ΠΕΡΙ ἙΡΜΗΝΕΙΑΣ.

[Index codd. mss.

[Usui fuere in hoc libro MS. *Nansii* citatus a Colvio. quem vide init. *Leidensis* vetustissimus in Folio quadr. N. 25. post Boëthii Comment. in Aristot. Περὶ ἑρμηνείας. *Duo Carnotenses* citati a Florido, quem vide. *Petavianus* ex Bibl. Bosheidii, postea ipsius Oudendorpii, in 4to, post Boëthii quaedam: codex optimus est et saepe cum Carnotensibus consentit. — I. B.]

ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ sive de syllogismo categorico] Partem huius libelli vulgavit ante annos 80 Ioannes Sichardus in opere cui index, *Disciplinarum liberalium orbis* etc. [Ao. 1508.] ubi etiam ei solummodo titulum dat, *de Syllogismo Categorico.* Nos duplicem posuimus, quorum prior ex Isidori et scripti exemplaris fide est: posterior omitti debuisse etiam non videtur. Nam sic in Ms. *Incipiunt Periermeniae Apuleii* et ad calcem *Periermeniae Apuleii expliciunt, in quibus continentur categorici syllogismi.* Isidorus: *Has formulas Categoricorum Syllogismorum qui plene nosse desiderat, librum legat qui inscribitur* ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΙΑΣ *Apuleii.* Sed et Io. Picus Mirandula in Epistolis ad Hermolaum Barbarum, scribit in manus suas incidisse Apuleii fragmentum de Interpretatione. Opus, inquit, eruditum, et quod Apuleii plane esse cognoscas. post quaerit, num alibi integrius exstare ipse sciat. Ceterum exemplar scriptum quo a Clarissimo doctissimoque viro Francisco Nansio usi sumus, vetus sane satis fuit, at non ex omni parte emendatissimum. Sed simile, etiam Apuleio adscriptum, exstare scimus Lutetiae Parisiorum apud humanissimum eruditissimumque virum Nicolaum Fabrum consiliarium Regium, e quo fortassis corrigi hic quaedam possent, quae corrupta num esse pati debemus. Sed nos id quod in manu nostra fuit praestitimus. A Sichardo libelli huius partem olim editam idem Nansius indicavit, e cuius exemplari omnes variantes lectiones, bonas malas, ad marginem libri sui quam diligentissime et fidelissime annotarat. Sed et ipsam Sichardianam editionem postea nobiscum quam benignissime communicavit. Colv. Hunc librum nec Codex Rom. nec Aldus, nec Florentinae, nec Leidenses Membranae continent, unde factum est, ut pauca saltem in ea sint emendata. Meminit eius sub Apuleii nomine Isidorus Hispalensis L. II. Orig. cap. 28. et Carolus Magnus de non adorandis Imaginibus L. IV. Elmenh. *Hunc librum* emendatiorem tibi en damus, Serenissime Delphine, ex fide duorum tantum huius libelli MSS. codicum, qui in Bibliotheca Insignis Ecclesiae Carnotensis asservantur. quorum alter, quem primum nominabo, quantum ex scripturae forma coniicere licet ad IX saeculum: alter, qui dicetur secundus, ad decimum accedit. Horum variantes a Scriveriana editione Gulielmi Caesii Amsterod. a. 1624. lectiones summa cura ac studio collegit et ad me misit clarissimus vir, mihique cum laude nominandus Blasius le Feron Theologus Parisiensis, eiusdem Insignis Ecclesiae Carnotensis Canonicus, Vir Graecarum Hebraïcarumque litterarum peritissimus, et multiplici Doctrinae genere clarus. Florid. *De Philos. Rationali* L. III. *sive* Περὶ Ἑρμηνείας] Libelli huius titulum sic cum Elm. et Scriv. concepi; partim quod initio statim auctor dicat *et, de qua nunc dicere proposui, Rationalem;* partim quod eo titulo citetur a Carolo Magno L. IV. de Non Ador. Imag. c. 23. et rectius ab Isidoro si-

Studium sapientiae, quam philosophiam vocamus, plerisque videtur tres spe- 631.
cies seu partes habere: naturalem, moralem, et, de qua nunc dicere proposui, rationalem, qua continetur ars disserendi. Sed cum disseramus de oratione, cuius variae species sunt, ut imperandi, vel mandandi, narrandi, succensendi, optandi, vovendi, irascendi, odiendi, invidendi, favendi, miserandi, admirandi, contemnendi, obiurgandi, poenitendi, deplorandi, tum voluptatem afferendi, tum metum incutiendi; in quibus oratoris excellentis est, lata anguste angusta late, vulgata decenter, nova usitate, usitata nove proferre, extenuare magna, maxima e minimis posse efficere, aliaque id genus plurima: est una inter has ad propositum potissima, quae pronuntiabilis appellatur, absolutam sententiam comprehendens, sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia. quam vocat Sergius effatum, Varro proloquium, Cicero enuntiatum, Graeci protasin, tum axioma. ego verbum e verbo, tum protensionem, tum rogamentum. familiarius tamen

sive Cassiodoro de Dialectica, ut bene iam monuit Colv. Hinc patet, alterum, quem insuper addunt *de Syllogismo Categorico* falsum esse. Saltem debuerant scribere *de Syllogismis.* ut recte in fine MS. Nansiani et Biblioth. Leidensis legitur, sic: *Periermeniae Apuleii expliciunt, in quibus continentur Categorici Syllogismi.* Vide Heum. Poecil. T. II. L. I. p. 6. etc. Male igitur hunc titulum *de Syllogismo Categ.* praepositum a I. Sichardo, retinuerunt viri docti, sed ego exsulare hinc iussi. Ceterum Imp. Carolum vere exhibuisse titulum libri ut in MSS. reperiebat, patet e MSS. Nansii Leid. ac Petavian. in quibus *Incipiunt Periermeniae Apuleii.* Corruptissimum autem hunc librum, qui multis locis ex Aristotele et Cassiodoro emendari debet, nos modo transcursim perlegimus, variasque lectiones adnotavimus. Optime vero de illo meruit Floridus, plurima loca e MSS. duobus Ecclesiae Carnotensis emendans. Sed singula tamen recenseamus.

Studium sap. quod philosophiam] Sic rectius a Sichardo editum, quam in MS. *quam philos.* Colv. Non puto. Leid. quoque *quam.* Refertur pronomen ad posterius; ut et alibi apud nostrum. Vide me ad Veget. L. IV. c. 11. *castellum*, quem *burgum vocant.*

Tres species seu partes] Duas postremas voces omittunt Elm. et Flor. contra MSS. et Edd. vett.

De oratione] MSS. Nans. Leid. Edd. Colv. Vulc. carent male *de.*

Disseramus] Ed. Scriv. *disseremus.*

Ut imperandi vel narrandi, mandandi etc.] Haec omnia ampliora hic et ordine alio, quam in Sichardiana editione. quod e comparatione patebit. Colv. Sic Colv. et seqq. e MSS. Sichardus et Edd. Bas. Lugd *ut imperandi, fovendi, miserandi, admir. contendendi, obi. poenit. mandandi, succ. opt. favendi, ir. obediendi, invidendi, deplor.* [Praefero sane *imperandi vel mandandi, narrandi* etc. — I. B.]

Fovendi] Lipsius malit *Vovendi.* Colv. Bene Lips. At MSS. O. cum Colv. etc. *fovendi.* Wower. tacite edidit *monendi.*

Odiendi] Ita MSS. O. ut recte Colv. et seqq. Ante *Obediendi.* V. Voss. L. III. de Anal. c. 39. Sic *odientes se* MSS. Leidenses quatuor apud Festum V. *simultas.* Adi Voss. in Etymol.

Contemnendi] Et hoc firmant MSS. reliqui, non *contendendi.* utrumque in Petaviano.

Voluptatem afferendi] Membranae Carnotenses, *voluntatem asserendi*, at nihil muto. Florid. Petav. quoque et Sichard. cum Bas. Lugd. *volunt.* Bas. Lugd. *asserendi.*

Usitata nove **] Deest hic *proferre*, aut simile aliud, ut in describendo etiam Nansius observarat, et plerasque correctiones ad marginem annotarat. Eadem sententia Philostratus ad Aspasiam: *Σαφῶς ἑρμηνεύσομεν καὶ ἔξω ἐντελείας, ἢν τῶν νοηθέντων τὰ μὲν κοινὰ καινῶς, τὰ δὲ καινὰ κοινῶς φράζωμεν.* Quem locum indicavit nobis vir eruditissimus Bonaventura Vulcanius, concivis meus. Colv. Colvium seqq. Editores secuti sunt.

Sergius] Quis ille sit non video, nisi dicamus illum esse Sergium Galbam de quo Cicero in Bruto: *sed inde hos aetate paulum antecedens sine controversia Serg. Galba eloquentia praestitit, et nimirum is princeps ex Latinis* etc. Florid.

Protasin] Sichard. *ὑπόστασιν* et paulo post: *Propensionem.* Vide Aristotelem Topicis. Colv. Bas. Lugd. *ὑπόστασιν.* Prave. Graecis literis Petav. ΠΡωΤΑCIN.

Ego] Leid. et Petav. *ergo.*

Protensionem] Edd. Bas. Lugd. *propensionem.*

men dicetur propositio. Propositionum igitur, perinde ut ipsarum conclusio-
632. num, duae species sunt: altera praedicativa, quae etiam simplex est; ut si di-
camus, *Qui regnat, beatus est:* altera substitutiva, vel conditionalis, quae etiam
composita est; ut si aias: *qui regnat, si sapit, beatus est.* Substituis enim
conditionem, qua, nisi sapiens est, non sit beatus. Nos nunc de praedicativa
dicemus, quae natura prior est, ac velut elementum substitutivae. Sunt et aliae
differentiae, quantitatis et qualitatis. Quantitatis quidem, quod aliae universales
sunt, ut, *Omne spirans vivit;* aliae particulares, ut, *Quaedam animalia non
spirant;* aliae indefinitae, ut, *Animal spirat:* non enim definit, utrum omne,
an aliquod; sed tamen pro particulari semper valet, quia tutius est, id ex in-
certo accipere, quod minus est. Qualitatis autem, quod aliae dedicativae sunt,
633. quod dedicant aliquid de quopiam; ut, *Virtus bonum est.* dedicat enim, virtuti
inesse bonitatem. aliae abdicativae, quae abdicant aliquid de quopiam; ut, *Vo-
luptas non est bonum.* abdicat enim, voluptati inesse bonitatem. At Stoici hanc
quoque dedicativam putant, cum inquiunt, *Evenit cuidam voluptati bonum non
esse.* ergo dedicat, quid evenerit ei, id est, quid sit. Idcirco dedicativa, in-
quiunt, est, quia ei, in quo negavit esse, dedicat id, quod non videtur esse.

So-

nem. MS. Leid. Edd. Colv. Vulc. Elm. Scriv. *protentionem.*

TUM ROGAMENTUM] Non tamen hoc sonat vox ἀξίωμα, sicut *protensionem* vox πρότασις. FLORID.

SPECIES SUNT] Abest verbum a Leid.

SUBSTITUTIVA] Petav. a m. pr. *substantiva.* et statim cum Leid. *iam composita est.*

UT, AIAX QUI REGNAT] Sichard. *ut si dicas: Qui regnat.* Scriptura vetus est quam dedimus, e qua etiam scribebat Nansius, *Ut si aias, Qui regnat.* COLV. Non male Nansius *ut si aias: Qui regnat.* Certe videtur hic *Aiax* absque ratione positus. FLORID. Recte coniecit Nansius; nam in Petav. clare exhibetur *ut si aias.* Edd. Bas. Lugd. Wow. *ut si dicas.*

NON SIT BEATUS] Ante Colv. *beatus non est.*

QUAE NATURA] Leid. *qua n.* Petav. *quia n.*

QUANTITATIS] Sic recte iuvenis magnae spei Martinus Ruarus. In retro editis, *qualitatis* legitur, inepte. ELMENH. MSS. O. *quantitatis*, ut est etiam in Edd. ante Colv. certe in Lugd.

OMNE SPIRANS] Sichard. et Ed. Lugd. *omnis sp.*

QUAEDAM ANIMALIA N. SPIRANT] Sichard. et Ed. Lugd. *quoddam animal n. spirat.*

QUOD DEDICANT ALIQUID DE QUOP.] Id est, adfirmant, adserunt; ut etiam notarat Nansius. nam Dicare est dicere, nuntiare, indicare. Lucillius apud Nonium, quem simul emendem, Satyr. L. XXX. *Sic ubi ad aures Fama tuam pugnam claram alata dicasset.* Hinc dedicare ἀὐξητικῶς, id est, valde quid dicere, adseverare. Festus: *Dedicare autem proprie est dicendo deferre.* Vide Marcellum. apud quem sic legendus etiam versus Attii Alphesiboea: *At verior, cum te esse Alcmaeonis fratrem factis dedicat.* Lucretius saepius hoc verbo hac notione usus est. De quo doctissimi Gifanii nostri consulendus Index. Huic contrarium, Abdicare. COLV. Petav. *quae ded.* et pro *virtuti esse* melius cum Colv. Elm. aliis *inesse.*

ERGO DICIT] Melius Sich. *ergo dedicat.* COLV. *ergo dedicat*] Ita Sichardus et Basileensis Ed. quam lectionem confirmant MSS. Carnot. FLORID. *dedicat* i. e. adfirmat, et recte Florid. id reposuit e Sich. Bas. Lugd. Colvius, licet probaverit quoque, cum seqq. Edd. secutus est tamen lectionem MS. Nansiani *dicit*, quae est quoque in Leid.

QUIA ET IN] Forte, *quia ei in.* Sic Nansius. COLV. Scribe: *quia ei, in quo.* WOWER. MSS. et Edd. vett. *et.* A Lugd. abest. Sed bene *ei* emendarunt Nans. Colv. Wow. et restituit Florid.

ID QUOD NON VIDETUR ESSE] Haec est Carnot. Membranarum et Sichardi lectio, quam retineo. Elmenh. minus bene *id quod non videt.* neque enim propositio dici potest videre, aut non videre. Huius autem loci sensus est, propositionem ab Appuleio relatam, *Evenit cuidam voluptati bonum non esse*, ideo videri Stoicis Affirmativam, quoniam ea affirmat voluptati inesse negationem bonitatis, quod certe nugatorium est et sophisticum. quid enim aliud est affirmatio negationis nisi mera negatio? FLORID. Sic etiam Petav. et cum Florido Edd. ante Colv. Male reliqui MSS. et Edd. *videt.*

So-

Solum autem abdicativum vocant, cui negativa particula praeponitur. Verum hi
quidem cum in aliis, tum in hac re vincuntur; si qui ita rogaverit, *Quod nul-
lam substantiam habet, non est;* cogentur enim secundum quod dicunt, confi-
teri esse quod non est, quod nullam substantiam habet. Ceterum est propo- 634.
sitio, ut ait in Theaeteto Plato, duabus paucissimis orationis partibus constans,
nomine et verbo: ut, *Appuleius disserit.* quod aut verum, aut falsum est: et
ideo propositio est. Unde quidam rati sunt, has duas solas orationis partes
esse, quod ex iis solis fieri possit perfecta oratio, id est, quod abunde senten-
tiam comprehendant. Adverbia autem, et pronomina, et participia, et con-
iunctiones, et id genus cetera, quae grammatici numerant, non magis partes
orationis esse, quam navium aplustria, et hominum pilos, aut certe in univer-
sa compage orationis vice clavorum, et picis, et glutinis deputanda. Porro
ex duabus praedictis partibus altera subiectiva nominatur, velut subdita; ut *Ap-
puleius:* altera declarativa; ut, *disserit*, vel *non disserit.* declarat enim, quid
faciat Appuleius. Licet autem, eadem vi manente, utramvis partem in plura
verba protendere. ut si pro *Appuleio*, dicas *Philosophum Platonicum Madau-* 635.
rensem: item, pro *disserendo*, dicas eum *uti oratione.* Plerumque autem sub-
iectiva minor est, declarativa maior: et non hanc modo, sed alias quoque sub-
iectivas comprehendens. Non enim solum Appuleius disserit, sed et alii plu-
rimi, qui sub eadem declaratione possunt contineri. nisi forte proprium cuius-
piam de eo declaretur: ut si dicas, *Qui equus est, hinnibile est.* at proprium
est equi, hinnire. Et idcirco in his propriis par est declarativa, par subdita;
ac non, ut in ceteris, maior: quippe cum eadem possit, mutata vice, subdita
fieri, et quam prius habuerit subditam, nunc habere sui declarativam. ut si,
verso ordine, ita dicas, *Quod hinnibile est, equus est.* At non itidem, ubi
im-

SOLUM AUTEM ABDICATIVUM] Ed. Bip. male *s. a. abiudicativum.* — I. B.

CUI NEG. PARTICULA] Petav. a m. pr. *cum n. pars.*

NULLAM SUBSTANTIAM etc.] Propositio enim *quod nullam substantiam habet, non est*, poterit eodem modo converti ac supra relata, et sic enuntiari, *evenit ei quod nullam substantiam habet ut non sit:* quae propositio ad hanc reducetur, *quod nullam substantiam habet, est aliquid quod non est.* quemadmodum illa superior ad hanc reduci poterit *quaedam voluptas est aliquid non bonum.* Hunc puto intricatissimi huius loci sensum esse. Si quis quid melius habeat, pergratum faciet, si protulerit in medium. FLORID. Petav. *non nullam subst.*

CAETERUM EST PROPOSITIO] Emendabis: *C. et propositio ..... Orationis partibus constat.* WOWER. Ed. Lugd. vitiose *est constat.* unde Wow. cum seqq. *et — constat* reposuit. Sed recte Leid. cum Edd. reliquis *est constans* i. e. constat. Graeco more, de quo vide ad Met. L. III. p. 220, b.

THEAETETO] Sich. Bas. Lugd. *Timaeo*, et pro var. lect. Leidensis, in quo *Theetito.* Petav. *Thimeo.*

DISSERIT] Nans. Leid. *dixerit.*

QUOD EX IIS] Vetus MS. *quod ex his quae.* Unde cum Lipsio legas, *quod ex hisce.* COLV. Bene. Leid. quoque *his quae.*

ET CONIUNCTIO] Soloecismus merus, repone ergo vel *coniunctionem* vel *coniunctiones* in quarto casu: id enim vult quod sequitur, *non magis partes orationis esse* etc. FLORID. *Coniunctiones* recte Petav. cum Sich. et Edd. Bas. Lugd.

CERTE IN] MS. Nans. *cetera.*

VI MANENTE] Edd. ante Colv. *imminente.*

PROTENDERE] Al. *prodere.*

SED ET ALII PLURIMI] Sic MSS. Leid. Nans. Petav. Vulgo *sed etiam.* Ed. Lugd. *plur. alii.*

DECLARETUR] Ita rursus Leid. ac Petav. Vulgo *declararetur.* [Sed *declaretur* Ed. Bip. — I. B.]

EQUUS EST] Sic Leid. Petav. et Ed. Flor. Reliqui carent τῷ *est.*

POSSIT] Petav. *possint.* Dein pro *verso ordine* Edd. ante Colv. *converso ord.* Post *itidem* Petav. addit *est.* et post *partes* τῷ *sunt* carent Leid. ac Petav.

 Vi-

impares partes sunt, convertere vices possis. Non enim quia verum est, *Omnem hominem animal esse;* idcirco, si convertas, verum erit, *Omne animal hominem esse.* Neque enim ut proprium est equi, hinnibile, ita proprium est homini, animal esse; cum sint animalia alia innumera. Agnoscitur hinc de
636. pluribus declarativa, licet converso ordine rogamentum proponatur: primo, quod plura comprehendere potest declarativa, quam subdita; dehinc, quod nunquam vocabulo, sed semper verbo terminatur. quo praecipue etiam in illis proprietatibus a pari subiectiva discernitur. Id etiam pro similitudine tenendum est, quia ut sunt propositiones definitae, et indefinitae, ita etiam constat, particulas tam subiectivas, quam declarativas partim definitas esse, ut, *homo*, *animal;* partim indefinitas, ut *non homo*, *non animal.* Non enim definiunt, quid sit, cum hoc non sit, sed tantum ostendunt, aliud praeter hoc esse. Nunc dicendum est, quemadmodum quatuor illae propositiones inter se affectae sint: quas non ab re est in quadrata formula spectare. Sint igitur in superiore linea, ut infra scriptum est, universalis dedicativa et abdicativa: ut *Omnis voluptas bonum est*, *nulla voluptas est bonum.* dicanturque hae inter se incongruae. Item in inferiori linea sub utraque particulares subnotentur: *Quaedam*
637. *voluptas bonum est*, *quaedam non est bonum:* dicanturque hae inter se subpares. Deinde ducantur obliquae lineae angulares: altera pertinens ab universali dedicativa ad particularem abdicativam; altera a particulari dedicativa ad universalem abdicativam: quae inter se, et quantitate et qualitate contrariae, alterutrae nominentur, quod iam necesse est alterutram veram esse, quae dicitur perfecta pugna et integra. At inter subpares et incongruas pugna dividua est; quod incongruae nunquam quidem fiant simul verae, interdum tamen simul mentiuntur: subpares autem, mutata vice, nunquam quidem simul mentiuntur, interdum tamen fiunt simul verae. et ideo utriusvis harum revictio confirmat al-

VICES POSSIS] Petav. *vicissim possis.* superscr. *non.*

SI CONVERTAS] Male Edd. ante Colv. *si quaeras.*

HINNIBILE] Sic MSS. et Edd. vett. *Hinnire* Edd. Scriv. Flor. Dein pro *hinc* Petav. *hic.*

PRIMO QUOD] Edd. ante Colv. prave *quidem.*

ETIAM IN ILLIS] Edd. vett. perperam *etiam nullis.* Pro *ut sunt* eaedem *sicut.*

CONSTAT] Abest a Leid. et Petav.

QUATUOR ILLAE] Edd. ante Colv. *et illae.* et pro *quadrata* eaedem *quadra.*

SUNT IGITUR] Lege e veteri *sint igitur* COLV. atque ita etiam MSS. Nans. et Leid.

NULLA VOLUPTAS EST BONUM] MSS. Nans. Leid. Petav. *omnis vol. bonum non est.*

HAE INTER SE] Leid. *inter se hae.* Petav. *haec* et *inferiore.*

SUBPARES] Sic semper MSS. Leid. Petav. cum Vulcan. et Wower. Vide Heins. ad Vell. p. 116. non *supp.* vide etiam ad Met. L. VI. p. 428, a. Petav. variat.

PERTINENS] Corrige: *pertingens.* WOWER. Edd. ante Colv. *pertingens.* Prave omnino; nam *pertingens* hoc sensu vix, vel potius non Latinum est. Et recte MSS. praeter Petav. a m. sec. dant *pertinens.* Vide me ad Caesar. L. III. B. Civ. c. 68. *Munitionem* pertinere *a castris ad flumen.* Sall. B. Iug. c. 48. *collis in immensum* pertingens. ubi vid. Wasse et Cort. Mart. Cap. L. VI. p. 219. *Arabia est ad rubrum* pertingens *mare.* sed et ibi MSS. aliquot vetustissimi *pertinens.* ut recte Ald. Salm. ediderunt in Solino cap. 33. *Arabia ad rubrum* pertinens *mare.* Sic enim MSS. mei 8. *pergens* Huls. In Edd. Can. Delr. *pertingens.*


PARTIC. DEDICATIVA AD UNIV. ABDICATIVAM] Edd. ante Colv. inverso ordine *universali abdicativa ad particularem dedicativam.*

INCONGRUAS] MS. Nans. *integras.* Statim Leid. et Petav. *fiunt.* et pro *utriusvis confirmatio* Leid. *utrius conf.*

UTI-

alteram, non tamen et utriusvis confirmatio revincit alteram. De incongruis qui utramvis posuit, utique alteram tollit: non tamen, mutata vice, qui utramvis tollit, utique alteram ponit. Enimvero de alterutris qui utramvis comprobat, nunquam alteram refutat: et qui alteram refutat, utique alteram comprobat. Ceterum universalis utravis particularem suam comprobata utique confirmat: revicta non utique infirmat. Particularis autem, versa vice, universalem suam revicta utique infirmat; probata non utique firmat. Haec omnia ita esse, ut dicimus, ex ipsis propositionibus facile ostendunt infra scripta.

638.



Certum est enim, quid concedat, qui aliquid proposuerit. Destruitur autem utravis universalis trifariam: dum aut particularis eius falsa ostenditur, aut utravis ex duabus ceteris vera, sive incongrua, sive subneutra. Instruitur autem uno modo, si alterutra eius falsa ostenditur. Contra, particularis uno quidem modo destruetur, si alterutra vera ostenditur. Instruitur autem trifariam: si aut universalis eius vera est, aut utravis ex duabus ceteris falsa, sive subpar eius, si-

UTIQUE ALTERAM PONIT] Edd. ante Colv. *umquam alt. p.* Male.

NUNQUAM ALTERAM REFUTAT] Prave et contra rationem MSS. Nans. Leid. Petav. et Ed. Flor. *utique.* Forsan *neutiquam.*

ET QUI ALTERAM REFUTAT] Edd. ante Colv. pessime *qui utramvis tollit.* quod inlapsum est ex superioribus.

INFIRMAT] Male vet. *conf.* COLV. item Leid.

CAETERUM UNIV. UTRAVIS] Hunc locum facta Appulei mentione laudat Carolus Magnus L. IV. de non adorandis Imaginibus. ELMENH.

VICE VERSA] MSS. et Edd. vett. item Carol. Magn. L. IV. c. 23. *versa vice.* ut et p. 643. Ed. Flor.

PROBATA NON UTIQUE FIRMAT] Leid. Petav. et Carol. M. *prob. utique confirmat.* corrupte.

OSTENDUNT INFRA SCRIPTA] Petav. *ostenditur.* Edd. ante Colv. *ostenditur infra scriptis.* Ceterum exempla et figurae sequentes desunt MS. Leid.

CERTUM E. E. QUOD CONCEDAT] MSS. Carnot. *certum est enim quid concedat* etc. quod magis placet. FLORID. Recte, pro *aliquid.* consentit Petav. Reliqui MSS. et Edd. *quod.* Pro *aliquid* MSS. Nans. Leid. *aliud.*

SIVE INCONGRUA, SIVE ALTERUTRA] Sic reponendum omnino censui, non *sive Subiectiva.* Ratio patet attendenti. FLORID. *Sive incongrua sive subneutra* rescribendum fide MSS. Petav. Nans. et Leid. ut etiam statim *sive subpar eius sive subneutra*; ut ibi quoque MSS. Petav. et Carnot. cum Glossa superscripta *id est, alterutra:* quam glossam utroque loco in textum inmisit Florid. pro lectione vulgari *subiectiva.* *Subneutra* videtur esse *nec incongrua, nec subpar,* adeoque *alterutra.* Ex librariorum cerebro vox ea esse nequit, et Sichardus etiam falsum suum *subiectiva* inde finxisse videtur.

CONTRA PART. ETC. OSTENDITUR] Carent his Ed. Sichard. et MS. Leid. sed iam comparent in Bas. Lugd. *destruitur* Petav.

EIUS VERA EST] Leid. *eius eius vera est.*

SIVE SUBPAR EIUS, SIVE ALTERUTRA] MSS. Carnot. *sive subneutra.* ubi supra vocabulum *Subneutra* instar Glossae legitur *id est Alterutra.*

 quam

sive subneutra. Eadem servabimus etiam in aequipollentibus propositionibus.
639. Aequipollentes autem dicuntur, quae alia enunciatione tantundem possunt, et
simul verae fiunt, aut simul falsae: altera ob alteram scilicet, sicut indefinita
et particularis. Item omnis propositio, si assumat in principio negativam par-
ticulam, fit alterutra eius aequipollens. ut cum sit universalis dedicativa, *Omnis
voluptas bonum:* si ei negatio praeponatur, fiet, *Non omnis voluptas bonum;*
tantundem valens, quantum valebat alterutra eius, *Quaedam voluptas non est
bonum.* Hoc in ceteris tribus propositionibus intelligendum est. Deinde de
conversione. Convertibiles propositiones dicuntur universalis abdicativa, et al-
terutra eius, id est, particularis dedicativa: eo quod particulae earum, subiec-
640. tiva et declarativa, possunt semper servare inter se vices, permanente conditione
veritatis aut falsitatis. Nam ut vera est haec propositio, *Nullus prudens est
impius;* ita, si convertas partium vices, verum erit, *Nullus impius prudens.*
Item, ut falsum est, *Nullus homo est animal;* ita, si convertas, falsa erit,
Nullum animal homo. Pari ratione et particularis dedicativa convertitur, *Qui-
dam grammaticus, homo est.* et, *Quidam homo, grammaticus est.* Quod duae
ceterae propositiones semper facere non possunt, quamquam interdum conver-
tantur: nec tamen idcirco convertibiles dicuntur. nam quod alicubi fallit, incer-
tum repudiatur. Ergo unaquaeque propositio per omnes significationes reperienda
est, an etiam conversa congruat. Nec universaliter verae sunt istae, sed quin-
que solae. aut enim proprietas declaratur alicuius, aut genus, aut differentia,
641. aut finis, aut accidens: nec praeter haec unquam quidquam inveniri potest in
ulla propositione. ut si *hominem* substituas, quidquid de eo dixeris, aut pro-
prium

quam Glossam ego textui libens praetuli. FLORID. Ed. Lugd. caret *sive* et habet cum ceteris *subiectiva.*

SERVABIMUS] Edd. ante Colv. *servamus.*

OB ALTERAM] Petav. *ab altera.* Mox *item* abest Edd. ante Colv.

CUM SIT] Edd. Vulc. Wow. *fit.* Pro *praeponatur* Edd. ante Colv. *propon.*

BONUM TANTUMDEM VALET] Eaedem *bona.* Petav. *valens.* bene. Pro *non est bonum* eaedem Edd. iterum *n. e. bona.*

DEINDE DE CONVERSIONE] Haec e margine, a studioso forte memoriae causa adscripta, in ipsum contextum irrepsisse videntur. COLV. Haec verba videntur a manu studiosi cuiuspiam memoriae fortasse causa in margine scripta in textum irrepsisse. FLORID.

CONVERTIBILES] Sic hic et in seqq. tacite edidit Elm. cum Scriv. et Flor. ut apud Prudentium. Sed MSS. Nans. Leid. Petav. a m. pr. et Edd. vett. *inversibiles.*

AUT FALSITATIS] Edd. ante Colv. *et f.* Ante *impius* carent verbo Leid. et Petav.

ITA SI CONVERTAS] Leid. Nans. Petav. *ita et si conv.* Ante *animal* verbo caret Petav.

FALSA ERIT] Edd. Lugd. Bas. *falsum est.* Petav. *falsum erit.*

FALLIT, PRO CERTO] Ms. *fallitur, certum repud.* Unde legendum forte, *fallitur, ut certum.* quod placebat Lipsio. COLV. Cuivis apparet scribendum: *incerta* WOWER. Cur non *fallit, incertum rep.?* Floridus explicat *non accipitur pro certo.* sed quidem is debet esse sensus; at non sonant verba. MS. Nans. *fallitur certum.* Leid. *fallitur certo.* Petav. *fallitur certe.*

REPERIENDA] Lege: *repetenda.* WOWER. Non sequor. Statim *inveniri.*

NEC INNUMERAE SUNT ISTAE] MS. Carnot. I. *Nec universae vere sunt.* MS. Carnot. 2. melius: *nec innumerae revera sunt istae.* FLORID. Leid. *nec unum verae s. i.* Carnot. secundi lectionem bene probat Florid. sed melius etiam Petav. *nec universaliter verae sunt istae.*

NEC PRAETER HAEC UNQUAM INV. P. ULLA PROPOSITIO] MS. Carn. I. *nec praeter haec unquam inveniri potest in nulla propositione.* MS. Carn. 2. *nec praeter haec unquam inveniri potest in ulla propositione:* melius, quid si legas, *nec praeter haec quidquam inveniri potest in ulla propositione.* hoc est, praeter Genus, Differentiam, Proprium etc. FLORID. Verisimilius est

prium eius significaveris, ut *cachinnabile*; aut genus, ut *animal*; aut differen-
iam, ut *rationale*; aut definitionem, ut *animal rationale mortale*; aut acci-
dens, ut *orator*. Quippe omne declarativum alicuius, aut potest eius vi-
cissim fieri subiectivum, aut non potest. Sed si potest; aut significat quid
sit, et est definitio; aut non significat, et est proprium. Sin autem non potest;
aut id est, quod in definitione poni debeat, atque est genus, vel differentia;
aut quod non debeat, et est accidens. Igitur per haec agnoscetur particularis
abdicativa non esse convertibilis. Universalis autem dedicativa et ipsa quidem
non est convertibilis, sed particulariter tamen potest converti: ut, cum sit
Omnis homo animal, non potest ita converti, ut sit *omne animal homo*; sed
particulariter potest, *Quoddam animal homo*. Verum hoc in simplici conver- 642.
sione, quae in conclusionum illationibus reflexio nominatur. Est enim et al-
tera propositionum conversio, quae non tantum ordinem, sed etiam ipsas parti-
culas in contrarium perducit: ut quae definita est, indefinita fiat; et con-
tra, quae indefinita est, definita. Hanc conversionem vicissim reliquae duae
admittunt, universalis dedicativa, et particularis abdicativa: ut, *Omnis homo*,
animal; omne non animal, *non homo*. item, *Quoddam animal non est ra-
tionale; quoddam non rationale*, *animal*. Id ita esse perpetuo, ut dicimus,
per illas quinque praedictas species explorabis. Coniugatio autem propositio-
num, dicitur ipsa connexio earum per aliam communem particulam, qua inter
se copulantur. ita enim possunt ad unam conclusionem consentire. quae particula
communis necesse est aut in utraque propositione subiecta sit, aut in utraque
declarans: aut in altera subiecta, in altera declarans. Tres igitur formulae fiunt.
quarum prima dicatur, cum illa communis particula in altera subiecta, in altera
declarans est. qui ordo non tantum enumeratione, sed conclusionum dignitate 643.
contentus est. Quippe ultima est formula tertia, quia nihil in ea nisi particu-
lare concluditur. Hac superior est secunda, quae habet conclusiones universa-
les, sed tamen abdicativas tantum. Et ideo sic prima pollet, quia in omne
genus illationum concluditur. Dico autem illationem vel illativum rogamentum,
quod ex acceptionibus colligitur et infertur. Porro acceptio est propositio,
quae conceditur a respondente. ut, si quis ita proponat, *Estne omne honestum*
bo-

est τὸ *quidquam*: excidisse, ut fuerit *unquam quidquam*. Lege e MSS. Nans. Leid. Petav. Carnot. sec. *in ulla propositione*.

Ut rationale] Male Bas. Lugd. *aut rationalis*.

Definitionem] Eaedem prave *definitione*.

Sed si potest] Huc usque priora illa huiusce libelli olim a Io. Sichardo edita fuerunt. quod indicavit nobis etiam eruditissimus Nansius. Quae sequuntur usque ad libri finem, ea nunc primum damus. Colv. Cum Nansii Cod. e quo haec dedit Colv. faciunt Leid. Petav. et Carnotenses.

Aut id est] Petav. *aut idem est*.

Atque est genus, vel diff. aut quod non deb. et est Acc. Ig. p. h. agnoscetur] Ita MSS. Carnot. recte. Vulgatae edd. *ut est genus* etc. *aut quod non debeat*, *ut est Accidens* etc. minus bene. Supra enim sic incepit enumerationem hanc Apuleius. *Sed si potest*, *aut significat quid sit: et est definitio: aut non significat*, *et est Proprium*. ubi observare licet ubique *et* positum non *ut*. Florid. Bene. accedit Petav. ubi a m. pr. est *esse accidens*. et cum Carnot. et Ed. Flor. *agnoscetur*.

Quoddam animal.] Prave et contra MSS. in Edd. Elm. Scriv. Flor. *quidam*.

Non tantum enumeratione] Petav. *non numeri ratione*.

Quod acceptionibus colligitur] Melius MSS. Carnott. *quod ex acceptionibus colligitur*. Florid. Accedit Petav. in quo statim pro *et si assentire* est *assentari*.

Fit-

bonum? propositio est. et, si assentire se dicet, fit acceptio, remota interrogatione: quae et ipsa tamen communiter appellatur propositio, *Omne honestum bonum est.* Huic iunge alteram acceptionem similiter propositam et concessam, *Omne bonum utile est.* Ex hac coniugatione, ut mox ostendemus, primi modi fit illativum: si directim, universale, *Omne igitur honestum, utile est;* si reflexim, particulare, *Quoddam igitur utile, est honestum:* quia particulariter tantum in reflexionibus converti potest universalis dedicativa. Directim autem dico inferri, cum eadem particula subiecta est tam in coniugatione, quam in ipsa illatione: itemque declarans se eadem, cum est utrobique: reflexim vero,
644. cum hoc fit versa vice Ceterum tota ratiocinatio ista, quae acceptionibus et illatione constat, collectio vel conclusio nominetur. Secundum Aristotelem commodissime potest ita definiri: *Oratio, in qua, concessis aliquibus, aliud quiddam praeter illa, quae concessa sunt, necessario evenit, sed per illa ipsa concessa.* In qua definitione et orationis species non alia, quam pronuntiabilis intelligenda est, quae, ut supra diximus, sola aut vera est aut falsa. Et, *concessis aliquibus*, pluraliter ideo dictum est, quia ex una acceptione non fit collectio: licet Antipatro Stoico contra omnium sententiam videatur plena conclusio esse, *Vides, vivis igitur:* cum sit illo modo plena, *Si vides, vivis: atqui vides, vivis igitur.* Item, quia concludere volumus, non quod concessum est nobis, sed quod negatum: idcirco in definitione *aliud quiddam, praeter illa, quae concessa sunt, necessario evenire.* Quapropter supervacanei sunt moduli Stoicorum, non idem differenter peragentes: ut, *Dies est, aut nox: atqui dies*
645. *est.* Item idem geminantes, *Si dies est, dies est: dies igitur est.* Frustra enim colligunt, quod sine controversia ultro conceditur. Illud potius verisimile est, cum dico, *Si dies est, lucet: atqui dies est, igitur et lucet:* non male colligere praeter quod accepi. Nam quod est in conclusione *lucet*, fuerat et in propositione. hoc tamen ita refutabimus, aliter dici in conclusione, *igitur lucet*, ut ostendatur nunc lucere: aliter in propositione acceptum, in qua non est dictum, nunc lucere; sed tantum consequens esse, ut, si dies sit, utique et luceat. Multum autem refert, itane nunc adfirmes aliquid esse, an tantum solere esse, cum aliud quiddam praecesserit: item illud, quod in eadem definitione

FIT ACCEPTIO] Petav. *fit quoque acc.* Dein pro *huic iunge* MS. Nans. *hinc iunge.* Infra pro *reflexim* Leid. *refelixim.*

DECLARANS SE EADEM] Abest *se* male a Petav. et Ed. Floridi.

VERSA VICE] Sic MSS. et Edd. praeter Florid. *vice versa.* male ille. V. supra.

ET COLLECTIO V. C. NOMINATUR] Recte Petav. sine τῷ *et* habet *nominetur.* S.

ET ORATIONIS] Malim, *etiam orationis.* COLV.

ULLO MODO] Legerim, *illo modo.* COLV. Recte. Scriv. Ed. *nullo m.* Pro *vivis igitur* Ed. Flor. *igitur vivis.*

IDEO DICT.] Abest *ideo* a Petav.

DIES IGITUR] Petav. *dies autem est et.* a m. sec. additur vulgatum. In eod. ante *lucet* deest *et.* et pro *male colligere* id. *aliud collegi.*

NUM AFFIRMES] Sic scripsi. Veter. cod. *nunc adfirmes.* COLV. MSS. Carnott. *Multum autem* (1[us] habet *enim*) *refert ita ne nunc affirmes aliquid esse* etc. FLORID. Nans. Leid. *nunc.* optime Carnot. uterque *itane nunc af.* vel Petav. *ita nunc adfirmes.* Prave vero Ed. Flor. *aliquid esse, aut.* Sensus est *An adfirmes ita* nunc *esse, an tantum* solere *esse.* Petav. *sola re.*

ITA ILLUD QUOD IN EADEM DEFINITIONE etc.] Locum hunc omni ex parte et in omnibus Edd. contaminatum sic restituo ex membranis Carnotensibus; *Item illud quod in eadem Definitione necessitas comprehensa est, factum est, ut conclu-*

tione necessitas comprehensa est, factum est, ut conclusionis vis a similitudine inductionis distingueretur. Nam et in inductione quaedam conceduntur: ut puta, *Homo inferiorem malam movet*, *equus inferiorem malam movet: item bos et canis.* Ex istis acceptionibus in conclusione aliud quid infertur: *Ergo et omne animal inferiorem malam movet.* quod cum sit in Crocodilo falsum, potes, superiori- 646.
bus concessis, illationem ipsam non recipere, quam tibi in conclusione non licuisset recusare: quippe cuius illatio in ipsis acceptionibus continetur, et ideo in ea additum est, *necessario evenire.* Ne ultima quidem pars definitionis vacat, sed ostendit per ipsa, quae concesserit, evenire debere illationem, ceterum ratam non fore. Ac de his quidem satis dictum. Nunc tradendum est, quibus modis et coniugationibus fiant intra certum numerum praedicativi generis verae conclusiones. quippe in prima formula novem soli moduli, sex autem coniugationes reperiuntur: in secunda quatuor moduli, tres coniugationes: in tertia sex 647.
moduli, quinque coniugationes. De quibus hic iam suo ordine demonstrabo: praefatus, neque ex particularibus solis, neque abdicativis solis ratam fieri conclu-

clusionis vis a similitudine 'Inductionis distingueretur. Nam et in Inductione quaedam conceduntur etc. qua lectione quid purius? quid clarius? FLORID. *definitione * * necessitates*] Forsitan legendum et supplendum *Definitione*, *quadam necessitate* etc. COLV. Corrupta tota periodus, quam ita restituo: *In eadem definitione necessitate comprehensum est*, *factum est*, *ut conclusionis visn similitudine inductione distingueretur.* WOWER. *Item illud — necessitas comprehensa est* egregie Floridus. nam ad definitionem dixerat pertinere *necessario evenit.* Vulgo *necessitates comprehensum.* Simpliciter Petav. *necessitas factum est*, intermediis omissis.

INCLUSIONIS VISA SIMILITUDINE] Num potius *conclusionis vera simil.* vel *ipsa simil.* legendum erit? num adhuc aliter? COLV. Vere Florid. *conclusionis vis a similitudine inductionis.* Petav. *in conclusionis vi a s. i.* Vulgo *inclusionis visa sim.*

IN INDUCTIONE] Haec quoque correctio Florido debetur ex MSS. Carnott. quibus accedit Petav. Edd. Colv. Vulc. sec. Elm. Scriv. *in distinctione.* Vulc. Ed. pr. *instinctione.*

MOLAM] Explicat Florid. *maxillam.* Bene. sed lege tum cum MS. Petav. ubique *malam.* et post alterum *inferiorem* adde rursus *malam* ex eod. Petav.

EX ISTIS ACCEPTIONIBUS] Sic Florid. at reliqui *in istis.*

CROCODILO] MS. Leid. et Petav. *corcodrillo*, ut saepe. Vide Gudium ad Phaedr. I, 25.

RECUSARE] Petav a m. pr. *excusare.*

QUIDEM * DEFINITIONIS] Forte verum *quidem pars*, vel, *particula Def.* COLV. Et hunc locum ex fide earumdem membranarum sic restitutum imus: *Ne ultima quidem pars definitionis vacat*, *sed ostendit ex eisdem ipsis*, *quae concesserit*, *evenire debere Illationem*, *caeterum ratam non fore.* Sensus est planissimus. FLORID. Vulgo deerat *pars*, quam bene supplendam coniecerat Colv. immo sic ediderant iam ante Floridum Wower. et Scriv. Pro *ex iisdem ipsis*, *quae concesserit*, *ev. deb. Illationem*, *cet.* ut emendavit Flor. vulgo erat sine sensu *quod ipsa conc. ev. debere*, *Illationem ceterum.* Hinc rectius e Petav. scribe *per ipsa*, *quae c.*

IN PRIMA FORMULA] Quae hic de formulis Categoricorum Syllogismorum ut vulgariter, non secundum Apuleium, loquar, traduntur, verbatim pleraque Lib. II. Originum solemni sibi more transcripsit Isidorus. quem moneo hinc saepius emendari adhuc debere. Porro Syllogismos Categoricos vocat noster Praedicativi generis conclusiones. Isidorus: *Formulae Categoricorum*, *id est*, *Praedicativorum Syllogismorum sunt tres.* Desumpta etiam hinc nonnulla videri possint, aetas id patiatur, a Marciano Capella L. VIII. de Nupt. Philol. et Merc. ubi de Dialectica: et ab Aur. Cassiodoro in Dialecticae compendio, quod ipsius nomine circumfertur, in quo etiam quaedam hinc corrigenda. COLV. ELMENH.

SEX MODULI * CONIUGATIONES] Lacunam Asterisco notatam expleo ex MS. Carnot. 2. qui sic habet: *in tertia* VI. *moduli*, V *Coniugationes.* Sex illi moduli sunt *Darapti*, *Telapton*, *Disamis*, *Datisi*, *Bocardo*, *Ferison.* quos ordine tamen paulum immutato, infra recenset Apuleius, sex item videntur esse coniugationes: sed coniugationes *Disamis* et *Datisi* simul confundit. FLORID. Bene supplevit Flor. In Petav. quoque *V Coni.*

clusionem, quia saepe possunt et falsa conducere. Item quamlibet multis dedicativis, si utravis abdicativa iungatur, non dedicativam, sed abdicativam fieri illationem. tantum vel una mixta ceteris praevalet. Similis etiam particularium vis est. Utravis enim mixta universalibus, particularem facit illationem. Igitur in prima formula modus primus est, qui conducit ex universalibus dedicativis dedicativum universale directim: ut, *Omne iustum honestum, omne honestum*
648. *bonum: omne igitur iustum, bonum est.* at si reflexim inferas, *quoddam igitur bonum, iustum*, fit ex eadem coniugatione quintus modus. nam sic tantum reflecti posse universalem dedicativam, supra docui. Secundus modus est, qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum universale directim: ut, *Omne iustum, honestum; nullum honestum, turpe: nullum igitur iustum, turpe.* At, si reflexim inferas, *nullum igitur turpe, iustum*, sextum modum effeceris. nam, ut dictum est, reflectitur in se universalis abdicativa. Tantum meminisse debemus, subiectum ex dedicativa trahendum ad illationem in secundo modo, atque ideo eam priorem aestimandam, licet ante abdicativa enun-
649. tietur. Similiter et in ceteris quae prior est potestate, prior intelligatur. In sexto autem modo trahitur subiectiva ex abdicativa. haec sola differentia eorum. Item tertius modus, qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directim: ut, *Quoddam iustum, honestum: omne honestum, utile: quoddam igitur iustum, utile.* Sed si reflexim inferas, *quoddam igitur utile, iustum*, septimum modum effeceris. nam, ut dictum est, reflectitur in se particularis dedicativa. Quartus modus est, qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare directim: ut, *Quoddam iustum, honestum est: nullum honestum, turpe: quoddam igitur iustum, non est turpe.* Ex hoc modo contrariae vices inveniuntur prioribus. Octavus et no-

Et falsa conducere] Tacite Florid. addidit *ad*. sed vulgo deest. rectius. Saepe *conducere* hic notat *colligere*. Vide seqq.

Item ex dedicativis etc.] Et hunc corruptissimum locum restituunt MSS. Carnott. hoc modo: *Item quamlibet multis Dedicativis, si utravis Abdicativa iungatur, non Dedicativam sed Abdicativam fieri Illationem.* Utravis Abdicativa: hoc est, vel negativa universalis, vel negativa particularis. Florid. Consentit Petav. nisi quod habeat a m. pr. *iungatur dedicativa, non abdic.* etc. Vide Cassiod. et Mart. Capell. Vulgo: *item ex Dedicativis si utravis iurgatur, Dedicativam non esse, non Abdicativam fieri Illat.*

Similis etiam particularibus] Vocem *particularibus* ignorant Membranae Carnot. et habent melius mea quidem sententia *similis etiam particularium vis est.* Florid. Petav. habet *particularis et.*

Qui conducit] Id est, qui colligit. Isidorus. Colv.

Directim] Typothetarum vitio Edd. Scriv. et Flor. *directum*.

Fit autem ex eadem C.] Abundat illud *autem:* neque reperitur in MSS. Carnot. Florid. uti nec in Petav. quare recte deleatur. Peius Edd. quaedam post *iustum* ponunt plenam distinctionem.

Subiectum] Sic Flor. Reliqui *subiectivum.*

In sec. modo] Ita idem et MS. Petav. Reliquae Edd. et MS. Leid. *ex sec. m.*

Ceteris * prior] Scribo *caeteris quae prior.* Colv. *Quae prior est potestate* hoc est secundum Apuleium, *quae continet Subiectum*, cui deberi primum locum supra dixit. MS. Cornot. 1. ignorat has voces. 2. eas habet, excepta *quae*. Florid. Elm. et seqq. e coniectura Colvii dederunt *quae prior* etc. In nullis vero MSS. est *quae* praeter Petav. qui a m. pr. *quae priori est.* Leid. *priorē pot.* Lege *prior potestate.*

Subiectiva ex abdic.] Sic Florid. et MS. Petav. a m. pr. *subiectivus* a m. sec. At ceteri *subiunctivus.*

Effeceris] Petav. *feceris.*

Ex hoc modo *contrariae vices inveniuntur octavus et nonus. quippe servata eius Illatione,* non

nonus quippe servant eius illationem: non ut illi reflexam. Coniugationem ipsam tantum reflectunt propositionibus aequipollentibus, mutatoque ordine, ut 650
prior fiat abdicativa. atque ideo conducere dicitur ambo per coniugationis conversionem. Nam et si abdicativam universalem quarti convertas, et subiicias ei universalem dedicativam, quam converterit particularis dedicativa, fiet octavus modus, qui conducit ex universalibus abdicativa et dedicativa particulare abdicativum reflexim: velut, *Nullum turpe, honestum: omne honestum, iustum: quoddam igitur iustum, non est turpe.* Nonus quoque modus per similem conversionem ex universali abdicativa et particulari dedicativa abdicativum particulare conducit reflexim: *Nullum turpe, honestum: quoddam honestum, iustum: quoddam igitur iustum, non est turpe.* Cur autem solus quartus modus duos genuerit, ceteri singulos, illa ratio est, quia primi modi si utramque propositionem convertamus, fiet coniugatio irrita duarum particularium: sin alteram tantum, fiet aut secunda formula, aut tertia. Ita secundi modi si utramque 651
convertas, fiet coniugatio noni, quam iam ostendimus ex quarto gigni, quia universalis dedicativa secundi modi non nisi particulariter converti potest: sin alteram tantum, fiet secunda formula aut quarta. Ex hisce igitur in prima formula modis novem, primi quatuor indemonstrabiles nominantur: non quod demonstrari nequeant, ut universitas maris, quae demonstrabilis non est, et ut circuli quadratura; sed quod tam simplices tamque manifesti sunt, ut demonstratione

non ut illi priores reflexam. COIUGATIONEM IPSAM etc.] Merae tenebrae. Restituo ex MSS. Carnott. *Ex hoc modo contrariae vices inveniuntur prioribus. Octavus et nonus quippe servant eius Illationem, non ut illi reflexam. Coniugationem ipsam* etc. Porro quod hic Apuleius de Modis octavo et nono ait, nescio unde hauserit, certe non apud Aristotelem, qui quinque indirectos primae Figurae respuit tanquam inutiles. FLORID. Pro *prioribus*, quod vulgo deest, Petav. *prior est.* Vere Flor. *servant eius illationem.* Vulgo *servatur eius illationem.* Lips. et inde Elm. Scriv. *inv. octavus et nonus. quippe servatâ eius illatione.* atque ita Petav. nisi quod habeat *et nonus secundus.* Dein *priores* quod insertum erat ante *reflexam* bene Florid. e Carnott. retraxit ad superiora. Caret quoque Petav. in quo *reflexa.*

ATQUE IDEO CONDUCERE DICITUR] Soloecismus; quem emendant Membranae Carnot. *atque ideo conducere dicuntur ambo* etc. *Conducere* hic *concludere* est. FLORID. Carnotensibus accedit Petav. Errat tamen Floridus. *Dicitur* sc. modus quartus *conducere* sive colligere *ambo.* sc. abdicativum particulare et universale. Vide et perpende locum totum.

QUARTI MODI] Sic Elm. Scriv. Flor. In MSS. et Edd. prioribus abest *modi.* et commode potest subintelligi. Colvius enim male post *quarti* asteriscum posuit. Pro *et subiicias* Petav. *subiiciasque.*

QUAE CONVERTERAT etc.] Nullus hinc elici sensus potest. MSS. Carnott. rectius multo: *et subiicias ei Universalem Dedicativam, quam converterit Particularis Dedicativa, fiet octavus modus, qui* etc. FLORID. Recte; vel potius cum Petav. *quam converterat p. eius ded., fiet oct. modus, qui.* Vulgo erat: *quae converterat, particularis eius Dedicativa fiet, Oct. m. est, qui*

OCTAVUS MODUS] Tres formulae primi Modi hic omissi, nempe Quintus, Sextus, Septimus; qui tamen ab Isidoro ponuntur. Unde certe nec dum integrum hunc libellum ad manus nostras pervenisse videmus et dolemus. COLV. Pro *reflexim* Leid. *reflexum.* et infra pro *illa ratio est.* id. *illa rectio est.*

AUT QUARTA] MS. Leid. Petav. et Ed. Flor. *aut tertia*, ut supra. sed male. [Quare recte etiam Ed. Bip. habet *quarta.* — I. B.] Pro *ex hisce.* Leid. *exisse.* Negligenter mox Ed. Flor. *in prima figura* pro *in prima formula.* Pro *nominantur* Petav. *nominentur.*

UT UNIVERSITAS *maris, quae demonstrabilis non est, et ut circuli* QUADRATURA] Haec vulgo valde corrupta aptiori sententiae restituimus. WOWER. Locus non omni ex parte sanus, ut arbitror. MSS. Carnot. obscurius habent: *universi*

tione non egeant; adeo ut ipsi ceteros gignant, fidemque illis ex se impertiant. Nunc formulae modos trademus secundae. Primus modus in secunda formula est, qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum universale directim: velut, *Omne iustum, honestum: nullum turpe, honestum: non igitur iustum, turpe.* Haec redigitur in secundum indemonstrabilem, conversa eius
652. secunda propositione. Secundus modus est, qui conducit ex universalibus abdicativa et dedicativa abdicativum universale directim: velut, *Nullum turpe, honestum: omne iustum, honestum: nullum igitur turpe, iustum.* Hic coniugatione non differt a priore, nisi quod subiectivam particulam ex abdicativo trahit ad illationem: quoniam ita variatus est enunciationis ordo, quod in prima formula fieri non potest. Tertius modus est, qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare directim: velut, *Quoddam iustum, honestum: nullum turpe, honestum: quoddam igitur iustum, non est turpe.* Huius si convertamus universalem abdicativam, fit indemonstrabilis quartus, ex quo hic nascitur. Quartus modus est, qui conducit ex particulari abdicativa et universali dedicativa abdicativum particulare directim: ut, *Quoddam iustum, non est turpe: omne malum, turpe: quoddam igitur iustum, non est*
653. *malum.* Hic solus modus tantum per impossibile approbatur. de qua propositione dicemus, expositis modis formulae tertiae. In tertia formula primus modus est, qui conducit ex dedicativis universalibus dedicativum particulare tam directim, quam reflexim: ut, *omne iustum, honestum: omne iustum, bonum: quoddam igitur honestum, bonum.* vel sic, *quoddam igitur bonum, honestum.* Quippe non interest, quam ex utraque propositione facias particulam subiectivam: quoniam non interest, utram prius enuncies. Ideo non recte arbitratus est Theophrastus, propter hoc non unum modum hunc, sed duos esse. Secundus modus est, qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directim: ut, *Quoddam iustum, honestum: omne iustum, bonum: quoddam igitur honestum, bonum.* Tertius modus est, qui conducit ex dedicativis universali et particulari dedicativum particulare directim: ut, *Omne iustum,*

versi maris aestimat quod non demonstrentur, sicut circuli quadratura. MS. 2us habet supra vocabulum *maris* has litteras *p. p. nom* quasi innuat *maris* esse nomen proprium. Quid si non *universi maris*, sed *universim Arist.* hoc est *Aristoteles aestimat* etc.? FLORID. Wowerium secutus est Scriv. cum in MSS. Nans. et Leid. atque Edd. prioribus sit *ut universis maris est, quod non demonstrabile non sit, et ut circ. q.* in Petav. *ut universi maris estum. aut quod nondum demonstratum ei sit, ut circ. q.* Recte Florid. censuit latere sub his nomen proprium. Verum non videntur librarii tam notum Aristotelis nomen corrupturi fuisse, qui consulendus in περὶ ἑρμηνείας, an ibi quid habeat, de quo ait App. Alioquin mallem propius ad ductum litterarum *ut universim Aristo aestimat, aut quod nondum demonstratum ei sit, ut circ. q.* Aristo philosophus est Peripateticus Alexandrinus, cuius rursus meminit auctor p. 659. Ed. Flor. et Laert. in V. Zenonis Cittiei, ubi vide. Cicero de Off. et alibi.

TAM SIMPLICES TAMQUE M.] Male abest ab Ed. Flor. *tam.* Dein *tanquam* Leid. in quo infra *directum.* et pro *haec redigitur* Petav. *hic redig.*

EX ABDICATIVO TR. AD ILL.] Ed. Bip. nescio unde, habet, *abdicativa tr. ad ill.* — I. B.

UNIVERSALI ABDICATIVA] Ed. Vulc. pr. *universalis*, typothetae vitio.

QUODDAM IGITUR IUSTUM N. E. MALUM] Sic solus tacite Florid. forsan ex Carnot. nam et sic Petav. A MS. Leid. et Edd. O. abest *igitur.*

EXPOSITIS MODIS FORMULAE] Omnino hic addendum *tertiae.* FLORID. Recte.

QUAM EX UTRAQUE] Petav. *si ex utraque* et *si utramvis prius* pro *utram prius.*

Bo-

tum, honestum: quoddam iustum, bonum: quoddam igitur bonum, honestum. 654
Quartus modus est, qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum particulare directim: ut, *Omne iustum, honestum: nullum iustum, malum: quoddam igitur honestum, non est malum.* Quintus modus est, qui conducit ex dedicativa particulari et abdicativa universali abdicativum particulare directim: ut, *Quoddam iustum, honestum: nullum iustum, malum: quoddam igitur honestum, non est malum.* Sextus modus est, qui conducit ex dedicativa universali et abdicativa particulari abdicativum particulare directim: ut *Omne iustum, honestum: quoddam iustum, non est malum: quoddam honestum, non est malum.* Ex his sex modis primi tres rediguntur ad tertium indemonstrabilem, conversa priore propositione primi et secundi. tertius enim secundo eandem coniugationem habet: hoc uno differens, quod ex universali trahit particulam subiectivam. propter quod non tantum propositionis, verum etiam illationis conversione redigitur ad tertium. Item quartus et quintus nascuntur ex indemonstrabili quarto, conversis prioribus propositionibus eorum.
Sextus autem modus nec utraque nec altera redigi conversa ad indemonstrabi- 655
lem aliquem potest, sed per impossibile tantum approbatur: sicuti quartus in secunda formula, et ideo utrique novissimi numerantur. Ceterorum autem in omnibus formulis ordinatio facta est pro differentia coniugationum et illationum. Nam quia prius sit dicere, quam negare, potentiusque est universale, quam particulare: priores sunt universales particularibus, et utrisque dedicatio et illatio similes sunt. et is praeponitur modus, qui celerius ad indemonstrabilem redigitur, id est, una conversione, quae una probatio est certos eos ad cludendum modos esse. Est et altera probatio communis omnium, etiam indemonstrabilium, quae dicitur per impossibile, appellaturque ab Stoicis prima con-

BONUM HONESTUM. QUART. M. EST] Petav. *hon. bon. Quart. m.* sine τῷ *est.*

QUODDAM HONESTUM N. E. MALUM] Exsulat a Leid. *Igitur* addit Petav. in quo mox *priori.* [*Igitur* addit etiam Ed. Bip. — I. B.]

TERTIUS ENIM SECUNDO EAMDEM CONI.] Male Edd. Wow. Scriv. Flor. *t. cum secundo. Idem* Graeco more Dativo iunxit. licet *idem cum illo* non plane damnarem, si esset in MSS. Vide Ind. Not. Sed MSS. Leid. et Petav. consentiunt Edd. vett.

REDIGITUR IN TERTIUM] Ed. Flor. cum MS. Petav. *red. ad tert.*

UTERQUE NOVISSIMI] MS. Petav. *utrique nov.* Bene.

QUIA PR. SIT DICERE QUAM NEGARE] Petav. *cum pr.* Flor. tacite edidit *dedicare*; quod passim in hoc libro notat adfirmare. Vide supra. Sed tunc debuerat sequi *abdicare.* ut solet. Quare *dicere* hic omnino cum MSS. Leid. Petav. Nans. et Edd. praefero.

ET IS PRAEPONITUR M.] Sic restitui ex Carnot. MSS. 2. male in vulgatis legitur: *his praeponitur* etc. FLORID.

ID EST, UNA *conversione, quae una probatio est, certos eos ad cludendum* M. E.] Ita MSS. Carnot. Vulgati nullo, aut absurdo sensu habent: *iisdem est una conversio, neque una probatio est certos eos ad eludendum modos esse.* quid sibi vult *Modus certus ad cludendum?* Porro vocem *cludendum* facile corruptam putem ex abbreviata voce *ccludendum*, *concludendum*, quanquam et derivari potuit ab antiquo *cludo*, hoc est, *claudo*, et simplex poni pro composito. FLORID. *Id est una conversione, quae una probatio est* optime restituit Flor. atque ita MS. Petav. nisi quod pro *quae* habeat *quod.* in Leid. *isdem.* Vulgata sensu carent. Dein *concludendum* exhibuit iam Wow. *Cludendum* tamen habent etiam MSS. Nans. Leid. Petav. et a m. sec. *concl.* Inepte Edd. Elm. et Scriv. dant *eludendum.* male etiam Flor. in textu omisit *esse*, licet moneat in suis quoque MSS. exstare.

EST ET ALTERA] Carent copula MS. Leid. et Edd. ante Florid. Ante *inpossibile* abest praepositio a MS. Petav.

constitutio, vel primum expositum. quod sic definiunt: *Si ex duobus tertium*
656. *quid colligitur, alterum eorum cum contrario illationes colligit, contrarium relinquit.* Veteres autem sic definierunt: *Omnis conclusionis si sublata sit illatio, assumta alterutra propositione tolli reliquam.* Quae res inventa est adversus eos, qui, concessis acceptionibus, id, quod ex illis colligitur, impudenter recusant. per hoc enim compelluntur ad impossibilia; dum ex eo, quod negant, contrarium aliquid invenitur ei, quod ante concesserant. Porro contraria simul esse vera, impossibile est. Ergo per impossibile compelluntur ad conclusionem. Nec frustra constituerunt dialectici, eum verum modum esse, cuius adversum illationis cum altera acceptione tollit reliquam. At Stoici quidem tantum negativa particula praeposita putant illationem recusari, vel ex propositionibus alteram tolli: utpote, *Omnis, non omnis: quidam, non quidam.* Fiunt igitur adversus unamquamque conclusionem contrariae, quae opponantur, octo, quoniam utraque acceptio bifariam tollitur: fiuntque conclusiones bis quaternae, modo negativa particula praeposita illationi, modo alterutra illationis accepta. Exemplo sit primus indemonstrabilis: *Omne iustum, honestum: omne*
657. *honestum, bonum: omne igitur iustum, bonum.* Qui hanc illationem concessis propositionibus negat, necesse est dicat, *Quoddam iustum non est bonum.* Huic si proponas priorem ex duabus concessis, *Omne iustum, honestum;* fit illatio secundum sextum modum in tertia formula, *Quoddam igitur honestum, non est bonum.* quod repugnat secundae propositioni, quae concesserat, *Omne honestum, bonum.* Haec item omnino opposita conclusio est, si iisdem manentibus, aequipollentem eius inferas: ut, *Non igitur omne honestum, bonum.* Similiter et alterae fiant duae conclusiones, si ut nunc proposuimus priorem propositionem, sic assumamus posteriorem, *Quoddam iustum non est bonum:* *om-*

SI EX DUOBUS etc.] MSS. Carnot. *si ex duobus tertium quid colligitur, alterum eorum cum contrarium Illationis colligit, contrarium relinquit.* Ego legendum potius crediderim: *si ex duobus tertium quid colligitur, alter eorum cum contrario Illationis colligit contrarium relicti.* Ratio patet ex ipsis legibus reductionis ad impossibile. quis enim nescit adsumpta contradictoria Conclusionis, et altera ex Praemissis, inferri contrarium alterius, quae non fuerat assumpta, sicque cogi adversarium aut fateri quod perperam negat, aut negare quod prius concessit? FLORID. Cum MSS. Carnott. facit Petav. Haereo ego. Vide seqq. *cuius adversum illationis cum altera* etc. unde videtur pro *colligit* scribendum *tollit.*

OMNES CONCLUSIONES] Repono *omnis Conclusionis*, iuxta membranas Carnotenses toties laudatas. FLORID. Bene. *Omnes conclusiones* Petav. iungit τῷ *definierunt.*

PER HOC ENIM] Ita iidem codices. FLORID. Vulgo *et per hoc.* Simpliciter *per hoc* Petav.

INVENITUR] Leid. et Petav. *invenietur.* Ed. Scriv. *inveniunt.*

ANTE CONCESSERANT] Sic optime Petav. Vulgo *antecesserat.* Leid. *antecesserant.*

CUM ALTERA] Petav. *cum alterutra. opponatur* pro *opponantur* et *ut puta* pro *ut pote* dein post *quidam non quid.* idem MS. plura habet sic: *Veteres vero et per alterutram. Igitur bifariam, ut puta, omnis non omnis quidam.* Tandem *fiant* pro *fiunt.*

EX DUOBUS CONCESSIS] Florid. *duabus* scil. *propositionibus.* Res eodem redit. Pro *fit* Petav. *fiet.* et *praeponas* pro *prop.*

HAEC OMNIA OPPOSITA etc. INSERAT BIS etc.] Corruptus locus. Carnotenses membranae sic optime restituunt: *haec item omnino opposita conclusio est, si, iisdem manentibus, aequipollentem eius inferas, ut,* etc. FLORID. Vulgo *haec omnia* sine sensu. In Petav. tantum *quoniam.* Recte quoque Flor. *inferas; ut* vel potius cum Petav. *inferamus.* Vulgo vitiose *inferas bis.*

SICUT NUNC] Malit Nansius, *si sicut n.*

COLV.

omne honestum bonum; ſit illatio quarti modi secundae formulae duplex, *non igitur omne iustum, honestum:* vel, *quoddam igitur iustum, honestum non est.* quarum utravis aeque priori propositioni repugnat, quae concesserat, *Omne iustum honestum.* His quatuor conclusionibus manentibus, tantum propositione mutata, et pro eo, quod erat, *Quoddam iustum non est bonum,* si facias, *non omne iustum, bonum,* ut bifariam sit sublata illatio; erunt alterae quatuor conclusiones iisdem mutationibus. Item si pro eodem facias, *nullum iustum, bonum,* ut trifariam sit sublata illatio; erunt tertiae quatuor conclusiones duntaxat 658.
in his, quae habebunt universalem illationem. Ea enim potest sola trifariam tolli. at in ceteris solae octo. quas si quis velit singillatim sub unoquoque, per omnes formulas poterit suggerere ad exemplum, quod proposuimus. ut etiam hypotheticorum more, per literas ordine propositionum et partium commutato. sed vi manente sit primus indemonstrabilis: *A de omni B, et B de omni C, igitur A de omni C.* incipiunt a declarante, atque ideo et a secunda propositione. Hic adeo modus secundum hos perfectus, retro talis est: *Omne C B: omne B A: omne igitur C A.* Stoici porro pro litteris numeros usurpant: ut, 659.
Si

COLV. Lege. *si sicut.* WOWER. Eaedem membranae, *si ut,* recte. FLORID. Petav. *et sicut nunc praepos.* Sed verissime Florid. [quare miror in Ed. Bip. rursus legi *sicut.* — I. B.]

SECUNDAE FORMULAE] Petav. *in secunda formula.*

HIS CONCLUSIONIBUS etc. PRO EO QUOD EST.] Iidem codices melius, *his quatuor conclusionibus* etc. *si pro eo quod erat.* FLORID. Accedit Petav. nisi quod habeat *et pro eo, quod erat.* Ante deerat τὸ *quatuor.*

PROPOSITIONE MUT.] Sic Florid. vulgo: *propositio mutata est.*

FACIAS] Petav. *si facias.* Bene. tunc et praecedentia ex Petav. stare possunt hoc modo: *propositione mutata et pro eo quod erat* etc. *si facias.*

BIFARIA SIT SUBLATA ILLATIO, ERUNT TERTIAE QUATUOR etc.] Codices Carnot. *ut bifariam sit sublata Illatio. erunt alterae quatuor conclusiones,* optime. FLORID. Inepte vulgo *tertiae quatuor.* Praeter Carnott. habent etiam Petav. et Leid. *erunt alterae quatuor concl.*

MUTATIONIBUS] Nansius sic hoc legendum coniecit ex scriptura veteri, *invitationibus.* Ego putabam, *Enuntiationibus.* Sed malim illud. COLV. Lips. et Florid *inmutationibus.* MSS. Nans. Leid. *invitationibus:* quare malim cum Petav. Nansio et vulgatis *mutationibus.* Mox Petav. *s. pro eadem.*

UT BIFARIA SIT SUBLATA ILL. etc.] Repone ex MS. Carnot. 2. *ut trifariam sit subl. Ill.* FLORID. In Ed. Scriv. *ut bifariam.*

SINGILLATIM] Male Edd. Vulc. Wow. *sigillatim.*

POTUIT SUGGERERE] In Ms. erat, *potuit suggere.* Unde Lipsius, *poterit fingere.* Ut eudi iussum, sic etiam Nansius legendum censuit. COLV. Lipsius malebat *poterit fingere,* quem secutus sum. FLORID. Petav. *poterit suggerere.* Bene. Sic statim *quinque alios modos suggerunt.* Mamert. Genethl. c. 15. *sed ecce suggerunt.* ubi V. [*Poterit suggerere* habet etiam Ed. Bip. — I. B.]

COMMUTATO] Male in editis omnibus *commutatio.* FLORID. Wow. iam edidit *commutato.*

SED VI] Idem, *sed III.* id est, *tertio.* COLV. Male.

SIT PRIMUS INDEMONSTRABILIS A DE OMNI B etc.] Sic restituunt hunc locum codd. Carnott. ambo, nisi quod secundus in hoc a primo discrepat, quod pro littera C; ubique ponat litteram F, quod nihil mutat in sensu. Vulgati omnes monstrose habent: *sit primus Demonstrabilis: secundus talis A de omni B, et inde, omnis igitur de, omnis incipiunt A, Declaratae, atque ideo et a secunda propositione hic ad eu Modum secundum has praetexas retro talis est, omne FB: omne BA: omne igitur FB.* FLORID. In Petav. *A de omni B, et B de omni F. igitur de omni F, inferunt A declarata, atque ideo et a secunda propositione hic adeo est modus secundus: hos si praetexas retro talis est.* Leid. a vulgato nihil discrepat. Wow. edidit *a sec. prop. ad modum secundum si has retexas retro,* quod partim a Lipsio habet qui pro *praetexas* coniecit *retexas.* [Edd. Vulc. pr. et Bip. *fit pr.* — I. B.]

C A STOICI] Petav. *FA Stoici,* et paulo infra *prodidit* pro *prodit.*

Nam

Si primum, secundum: atqui primum, secundum igitur. Verum Aristoteles in prima formula quatuor solos indemonstrabiles prodit: Theophrastus et ceteri quinque enumerant. Nam propositionem iungentes indefinitam, colligunt quoque illationem indefinitam. Hoc supervacaneum est tradere, cum indefinita pro particulari accipiatur, et iidem futuri sint modi, qui sunt ex particulari. Item iam ostendimus in prima formula quatuor. quos si quis velit geminare, indefinitam pro particulari accipiens, indefinitamque subiiciens illationem; erunt omnes novem et viginti. Aristo autem Alexandrinus, et nonnulli Peripatetici iuniores quinque alios modos praeterea suggerunt universalis illationis: in prima
660. formula tres, in secunda duos, pro quibus illi particulares inferunt. quod perquam ineptum est, cui plus concessum sit, minus concludere. Omnes autem modos in tribus eorum formulis certos non nisi undeviginti esse, quos supra ostendimus, comprobatur. Quatuor sunt propositiones: duae particulares, duae universales. Harum unaquaeque, ut ait Aristoteles, ut sit subiecta sibi, et aliis tribus praeponatur, quaterne scilicet coniungitur. atque ita senae denae coniugationes in singulis formulis erunt. Harum sex aequaliter in omnibus non valent. duae quidem, cum ex abdicativis utravis alteram praecedit; quatuor au-
661. tem, cum ex particularibus utravis aut semet praecedit, aut alteri subditur. Nihil

Nam primam propositionem iung. etc.] MSS. Carnot. *Nam propositionem iungens indefinitam, colligensque Illationem indefinitam. hoc superfluum est tradere, cum indefinita pro particulari accipiatur, et iidem futuri sint Modi, qui sunt ex particularibus. Item iamiam ostendimus in prima Formula quatuor. quos si quis velit geminare.* Hanc lectionem sum amplexus, nisi quod loco *iungens* et *colligensque* legendum potius censui *iungunt* et *colliguntque.* Florid. Vulgo *iungentes et indefinitam colligentes quam I.* Corrupte. Petav. *prop. iungens indefinitam colligensque Ill.* Forsan *iungens indef. colliges quoque.* [Ed. Bip. *iungent — colliguntque* — Ego malim *iungentes ind. colligunt quoque*, ut edidi. — I. B.]

Hoc supervacaneum] Abest *hoc* ab Edd. ante Florid. male et contra MSS.

Accipiatur] Recte restituit Flor. hoc verbum e Carnot. vulgo deest. Petav. *accipitur.*

Et iidem futuri sint M. etc. — f. quatuor] Hoc quoque MSS. Carnott. debemus, quibus accedit Petav. Vulgo *et eiusdem futura sit M. cuius particularis iam o. i. pr. form.* Addit τὸ *IIII* etiam Leid.

Iam ostendimus] Placeret magis *ut iam ost.* Colv. Carnott. *iamiam o.* [In Ed. Bip. deest *iam* — I. B.]

Geminare] Sic Petav. et Flor. quoque e Carnott. vulgo *geminari.* Mox ab *indefinitamque* exsulat copula in Petav. et in eodem *Aristoteles* est pro *Aristo.*

Erunt omnes novem et viginti] MSS. Carnott. *octo et viginti.* ut verum fatear, non satis mihi constat haec Appuleii computatio, ut utra lectio sequenda sit determinem. Florid. Et ego haereo.

Universalis Illationis] Sic MSS. Carnot. male vulgati *Universales illationes.* Florid. Carnotensibus rursus accedit Petav.

In secunda] Addit *Formula* Petav.

Cui plus] Lipsius *cum plus.* Colv. atque ita edidit Wow.

Nonnisi unum et viginti] Codd. Carnott. *nonnisi undeviginti.* quae germana est lectio. sunt enim omnino novemdecim Modi, quos superius exposuimus. Florid. Petav. etiam *undeviginti.*

Sed quatuor sunt propositiones] Dele *sed* ex fide MSS. Carnotensium: sic etiam sensus postulat. Hic enim initium est Demonstrationis, proindeque male incipias a *sed.* Florid. Consentit rursus Petav. in quo *fiunt* est pro *sunt.* et mox *et duae univ.*

Ut sit subiecta aliis tribus, quaternae scil. coni.] Membranae Carnot. *Ut sit subiecta sibi, et aliis tribus praeponatur, quaternae scilicet coniungitur.* quam lectionem sic sequor, ut tamen *quaterne* legam adverbialiter, non *quaternae.* Florid. Consentit Petav. in quo ut et Leid. diserte est *quaterne.*

Ex Abdicativo] Lege iuxta Codd. Carnot. *ex Abdicativis.* Florid.

Cum ex particularibus] Petav. *cum universalis abdicativa aut ex p.*

Utravis a semet praecedit] Restituo ex MSS.

hil enim concludi potest, ubicunque aut duae particulares sunt, aut duae ab-
dicativae. Igitur remanent singulis formulis denae coniugationes. Porro ex his
tam in prima quam in secunda formula duae non valent, cum universalis de-
dicativa particulari praeponitur. Similiter et in prima et tertia formula duae
recidantur, quibus particularis abdicativa utramvis dedicativam antecedit. Quo
fit, ut remaneant primae formulae sex coniugationes iam in novem modis: reli-
quis duabus formulis adhuc octonae. ex quibus una in neutra probatur, cum
universalis abdicativa praecedit particularem dedicativam. ex his septenis quae 662.
supersunt, iam propriae sunt in secunda formula quatuor falsae: cum universa-
lis dedicativa vel sibimet ipsa, vel particulari suae utrovis loco iungitur: vel
cum praecedit altera. Item propriae in tertia formula duae non valent, cum
utravis abdicativa universali dedicativae praeponitur. reliquas certas esse tres in
secunda, quinque in tertia formula, supra ostendimus, cum eas ad sex coniuga-
tiones primae formulae redigeremus. Igitur ex quadraginta octo coniugationi-
bus, quatuordecim solae probantur. Ceterae triginta quatuor, quas enumeravi,
merito repudiantur, quia possunt ex veris falsa concludere. quod cuivis facile est
experiri per illas quinque supradictas significationes generis, proprietatis, etc. At
ex illis quatuordecim, quas probavimus, non plures, quam praedictum est, mo- 663.
dos fieri, docent ipsae illationes; ut tum directim sumantur, tum reflexim,
quousque ipsa veritas passa est. propterea eorum non potest numerus augeri.

MSS. Carnot. *utravis aut semet praecedit*, *aut alteri subditur*. Regula in scholis: *Ex meris Particularibus nihil concluditur vi formae*. Florid. Optime, vel Petav. *utravis semet praec. aut particulari dedicativae abdicativa subditur*. *N.* [Ed. Bip. iterum perperam revocavit veterem lectionem *a semet*. — I. B.]

Similiter] Petav. hic praemittit: *Nec in tertia valet cum Abdicativam particularem antecedit*.

Repudiantur] Sic bene Clarissimus Nansius. In scripto libro fuit, *ruridantur*. Ita supra: *Nam quod alicubi fallit*, *pro certo repudiatur*. et infra: *Ceterae triginta quatuor*, *quas enumeravi*, *merito repudiantur*. Alia sunt in hoc libello nec satis integra, nec satis sana: quibus mederi absque scriptorum aliorum exemplarium collatione haud facile est. Sed et quaedam ex Aristotele restitui possent. E quo solo omnia suppleri emendari, absque veteris integriorisque libri auxilio, haud facile possint. Colv. Leid. quoque *ruridantur*. Sed optime Petav. *recidantur*.

Iam in novem formulis adhuc octonae] Corruptus locus, et codicum Carnotensium auxilio sic restituendus, sublataque interpunctione, cum praecedentibus iungendus: *Quo fit ut remaneant primae Formulae sex coniugationes iam in novem Modis: reliquis duabus Formulis adhuc octonae*. Florid. Ante: *coniugationes: iam in novem Form. adh. oct.* Petav. *iam in novem Form. duabus*. [Ed. Bip. distinguit post *novem*. — I. B.]

Quatuor falsae] Petav. *III et IIII falsae*. dein *sibimet ipsi vel part. seu*.

Universali Ded.] Sic tacite Flor. et Petav. a m. sec. vulgo *universalis*.

In secunda: quinque in tertia form.] Ita rursus tacite Flor. et Petav. Vulgo male *in secunda quinque*. *Tertiae formulae*: sed cur non *quinque tertiae Formulae?*

Facile est] Bene Petav. *cuivis f.*

Generis proprietatis] Videntur hae voces a manu Glossatoris esse in fine. Certe MS. Carnot. I. eas ignorat, licet in secundo repeᴘriantur. Si tamen retinere eas vis, adde *etc.* ut legatur *Generis*, *proprietatis etc.* hoc est generis, proprietatis, differentiae, definitionis et accidentis. Florid. Rectius tamen utraque vox deleatur cum Carnot. I. ut glossa ex initio Libri desumta.

Docent causae Illationes] MSS. Carnot. *docent ipsae Illationes*. bene. Florid. consentit Petav.

Ut cum directim sumitur, tum reflexim] MS. I. *ut tum directim sumatur*, *tum reflexim*, ubi malim *sumantur*. Florid.

Eorum] Ita tacite Floridus. Vulgo *rerum*. Petav. *pterearum*. pro *propterea rerum*.

CORNELII MARTINI

Antwerpii, Professoris publici in incluta Iulia

ANIMADVERSIONES IN APPULEII LIB. περὶ ἑρμηνείας *ad Geverhartum Elmenhorstium.*

Vir Clarissime, amice honorande, in Libello isto Apuleii, cum multa sint, quae ille rectius, aut certe studiosae iuventuti commodius tradere poterat, nihil tu homo in hisce literis exercitatissimus, ignoras. Agit non tantum de enuntiationibus; sed quoque de Syllogismorum doctrina. Et in priori quidem parte Aristotelem plerumque sequitur, nisi quod alicubi textus hiare videatur, vitio videlicet temporum, quae multa eximia nostrae aetati inviderunt. Pagellas tuas scio, me libro cuidam inclusisse, qui in quotidiano mihi usu erat, ne mihi vel memoriae meae exciderent, nec tamen minus quis liber fuerit, non memini, non etiamsi diligentissime plerosque explicarim, tamen fugitivas illas invenire potui, itaque quodnam illud fuerit exemplar, ignoro, et num in eo totus hic libellus, an vero eius pars tantum descripta fuerit, scire non possum. Colvii editionem, quae Lugduni Batavorum ex officina Plantiniana a Raphelengio An. 1588 edita est, ego habeo: in cuius notis invenio totam illam, quae est de syllogismo doctrinam ab eo primum editam fuisse, quae a prioribus editionibus absit: non tamen dubito quin totus libellus in pagellis fuerit, cum editio mea tot iam annos habeat. Itaque, ut dixi, agit de enunciatione et syllogismo, accuratius multo in priore quam in posteriore parte versatus: et miror homini philosophum in enunciationum doctrina placuisse, non itidem in doctrina syllogismorum, in qua ille profecto iuventutem valde turbat. Neque hoc quoque minus miror quid Martianum Capellam et Isidorum impellere potuerit, ut Apuleium prae Aristotele sequi decreverint, cum tota illa syllogismorum constructio valde sit violenta. Nolo in omnia hic inquirere, sed quaedam tantum ostendam in hisce de quibus loquor syllogismis. In primo modo formulae (ut nos loquimur figurae) primae hic illi syllogismus est

Omne iustum honestum
Omne honestum bonum
Omne igitur iustum bonum.

Atqui si naturam et Aristotelem secutus fuisset, quam secundo loco collocat, primo ponere debuit. Ita enim dictum de OMNI ut logici loquuntur actu in syllogismo fuisset, et omnes termini suo quisque loco hoc modo:

Omne honestum bonum
Omne iustum est honestum
Omne iustum est bonum.

Haec est naturalis terminorum dispositio, hic legitimus medii situs, quia, cum medius terminus contineatur in maiore et minor in medio, necessum quoque erit minorem contineri in maiore; ut nullus tam sit puer, qui vim consecutionis vel naturaliter non videat, cum alteram illam nisi per hanc ostendatur, assequi nemo possit. Si itaque enunciationes sic recte collocasset, habuisset cum Aristotele primum modum primae figurae, quem in scholis appellant BARBARA. hoc primum.

Deinde quod propter conclusionis conversionem novum nobis modum fabricat, quem deinde quintum facit, mihi quidem valde ridiculum est; non enim propter terminorum illam dispositionem, sed quia conclusio ita converti debeat, quod antea docuerat in libello de enunciatione, ille modus valere potest: ut quoque illi syllogismo alio sit opus, si consequentiam suam propare nitatur, cum tamen videri velit concludere in figurarum omnium perfectissima, quae est prima Aristotelis. Galenus istiusmodi syllogismos etiam viderat, et propriam illis figuram constituerat, quam quartam esse volebat; sed eam confutavit Averroes, et Zabarella quoque pulcherrimo Libello de quarta syllogismorum figura illam refellit. Itaque rectius Apuleius noster Aristotelem, quem eum legisse video, quatuor modos in prima hac sive formula, ut ille, sive ut nos loquimur, figura tantum collocantem retinuisset. Sed ea dispositione, quam illi lux naturae ostenderat, imo quoque imperarat, atque hic est primus cum quinto scriptoris nostri modus.

Iam et alter transpositis propositionibus est secundus Aristotelis in prima figura, quem in scholis vocamus CELARENT.

Sic Apuleius:

Omne iustum honestum
Nullum honestum turpe
Nullum igitur iustum turpe.

Ita autem Aristoteles:

Nullum honestum turpe
Omne iustum est honestum
Nullum igitur iustum turpe.

Evidens est in hoc syllogismo dictum de Nullo. Cum enim turpe de omni honesto removeatur, iustum autem sub honesto contineatur, removetur quoque turpe de omni iusto. Haec altera rationis nostrae est facula in syllogismis negativis, quam propositionum non commoda positione perturbat ille Platonicus. Sed etiam hic denuo convertit conclusionem, atque ita nobis sextum modum fabricat, pari quo supra fundamento.

Ter-

Tertius primae figurae modus apud Aristotelem erat quem in scholis vocant DARII, pro quo nobis hoc exemplum adfert,

Quoddam iustum honestum
Omne honestum utile
Ergo quoddam iustum utile.

quam ille minori loco ponit esto maior, et fiat maior illius minor, hunc habebimus syllogismum:

Omne honestum utile
Quoddam iustum est honestum
Ergo quoddam iustum est utile.

Verus est syllogismus et recte positus. Etiam hic reflexim infert, et septimum modum cudit, pari cum reliquis absurditate; non enim in prima illi sunt figura, sed quod tentavit Galenus, si Syllogismi essent, alia illis sedes sive alia figura assignanda foret.

Quartus modus erat FERIO, literae ostendunt maiorem debere universalem negantem, minorem particularem aientem esse, ille utramque loco movit et talem dat, qui particularem habeat maiorem et negantem minorem, quod utrumque si ad leges Aristotelis emendaveris, vitiosum est; talis sit Apuleii syllogismus

Quoddam iustum est honestum
Nullum honestum turpe
Quod igitur iustum non est turpe.

Aristotelis est

Nullum honestum turpe
Quoddam iustum est honestum
Ergo quoddam iustum non est turpe.

Duos octavum vero et nonum, quos hinc colligit, rectius concludemus, si naturam secuti fuerimus: octavus est Apuleio

Nullum turpe honestum
Omne honestum iustum
Quoddam igitur iustum non est turpe.

Natura ita concluderet:

Nullum honestum turpe
Quoddam iustum est honestum
Ergo quoddam iustum non est turpe.

Et in nono ita Apuleius:

Nullum turpe honestum
Quoddam honestum iustum
Ergo quoddam iustum non est turpe.

Natura sic:

Nullum honestum turpe
Quoddam iustum est honestum
Ergo quoddam iustum non est turpe.

Atqui haec est prima eius figura. Hi illi novem sunt modi, in quibus nihil naturaliter, sed omnia coacte concludit: et sunt quae sequuntur eiusdem monetae. Itaque ne molestus sim, manum tollo; unica admonitione iuventuti succurrere potes, si illos monueris, ut Aristotelem hic potius quam hunc auctorem sequantur ducem. Vale vir nobilissime et clarissime. Deum veneror, ut tibi tuisque, mihi meisque omnibus hunc novum annum felicem esse velit. Helmstadio An. 1621. 14 Ianuarii.

Vester
Cornelius Martinus
Antwerp.

AP-

APPULEII MADAURENSIS

LIBER

DE MUNDO.

INDEX CODD. MSS.

[Membranae *Florentinae*, de quibus vid. ad init. Florid. Duo Codd. *Vossiani*, unus ab Is. Vossio collatus, alter ab ipso Oudend. nisi sit idem liber. Praeterea MSS. *Benedictinus*, *Vulcanii* et *Fulviani duo*. de quibus dictum supra. — I. B.]

Aristoteles mundum suum Alexandro illi Magno dicavit: Appuleius suum, Faustino. Quod ideo dico, ut Lectorem simul moneam, Appuleium non ex professo Aristotelis interpretem agere, neque semper singula ipsius verba minutatim consectari, sed quaedam addere, quaedam demere, et paraphrastice interdum sententiam exprimere, atque adeo ex Aristotele et Theophrasto peculiarem quemdam ac proprium sibi foetum formare. Quod vero Appuleii in vertendis Graecorum scriptis consilium fuerit, ipsemet Apologia prima optime declarat, ubi de multiiugis Aristotelis voluminibus agens, ita ait: *quae tanta cura conquisita si honestum et gloriosum fuit illis scribere, cur turpe sit nobis experiri? praesertim cum ordinatim et cohibilius eadem Graece et Latine adnitar conscribere, et in omnibus aut omissa anquirere, aut defecta supplere?* et postea eadem Apologia: *Ne ego reprehendar*, inquit, *qui res paucissimis cognitas Graece, Latine propriis et elegantibus vocabulis conscribo.* Alibi etiam testatur, se Aristotelis libros *περὶ ἀνατομῶν et explorare studio, et augere.* De Latinis etiam scriptis suis, ipse ita: *In quibus*, inquit, *animadvertes, cum in eis cognita rara, tum nomina etiam Romanis inusitata et in hodiernum, quod sciam, infecta: ea tamen nomina labore meo et studio ita de Graecis provenire, ut tamen Latina moneta percussa sint.* Quae omnia faciunt, ut ad utriusque linguae tam Graecae quam Latinae proprietatem cognoscendam et consequendam, maximo usui accuratam huius libelli Appuleiani lectionem et cum Aristotele collationem esse posse censeam. quod quidem plenius mea, uti spero, opera intelligetur, quantumvis illum non nemo inscite multa vertisse ἀριστaρχικῶς plane clamitet. VULC.

DE MUNDO] Sic hic liber praetitulatur in MSS. et Augustino de Civ. Dei IV, 2. Rom. Ald. et Basil. habent, *Appuleii Philosophi Platonici Cosmographia, sive de Mundo ad Faustinum.* Non solum autem inscite, sed et male Franc. Asulanus, eiusque sociennus Alcyonius Appuleium nostrum incusant, quod pleraque in hoc libro ineleganter et perperam in Latinum sermonem traduxerit ex Aristotele. Atquin scire debuissent, cum in hac versione non singula verba Aristotelis minutatim consectatum, sed paraphrastice interdum sententiam expressisse, nonnulla de suo adiecisse, quemadmodum ipse in Apologia testatur: *se cohibitius et ornatius conscribere Latine, et in omnibus aut omissa anquirere, aut defecta supplere propriis et elegantibus vocabulis.* Sed mittemus hos censores, dignos quidem censione bubulae, et potius sequemur Beatum Augustinum, qui in utraque lingua nostrum dicit admodum nobilem extitisse; cui adstipulatur vir hellenismi eruditissimus Bonaventura Vulcanius, asserens, in hoc libello Platonicum nostrum ita proprie atque eleganter omnis Graeca-

Consideranti mihi et diligentius intuenti, et saepe alias, Faustine, mihi
virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, divinarum particeps rerum phi- 705.
losophia videbatur: et nunc maxime, cum naturae interpretationem, et re-
motarum ab oculis rerum investigationem sibi vindicet. Nam cum ceteri mag-
nitudine rei territi, eiusmodi laborem arduum et profundum existimarent,
sola philosophia suum non despexit ingenium, nec indignam se existimavit,
cui

canici sermonis delicias ac Veneres expressisse, adeoque integre optimi interpretis partes explevisse, ut hic liber studiosis utriusque linguae veluti Canon quidam atque exemplar ad imitandum proponi debeat. Abiudicant autem docti quidam viri hoc scriptum ab Aristotele, inter quos etiam nomen suum profitetur, qui in his literis familiam ducit Clariss. et amicissimus noster Heinsius, cui ut libens in omnibus cesserim, ita hac in ré consensum accommodare non possum. Facit id ut faciam Iohannis Grammatici Philoponi (a Patribus Sextae Synodi act. II. fol. 168. ed. Roman. propter quasdam incommodas opiniones in sacris rebus ματαιόπονος appellatur) authoritas, qui laudato Aristotele, ipsissima verba adducit, quae etiam nunc in hoc de mundo libello leguntur. Sed locum ipsum apponam ex Lib. de mundi aeternitate contra Proclum L. VII. argum. 6. fol. 79. 81. ἀρχαῖος γάρ τις λόγος καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ τοῦ κόσμου λόγῳ, ὡς ἐκ θεοῦ πάντα, καὶ διὰ θεὸν ἡμῖν συνέστηκε, καὶ οὐδεμία φύσις ἐστὶν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν αὐτάρκης ἐρημωθεῖσα τῆς ἐκ τούτου σωτηρίας. Sic Philoponus ex Aristotele, quae eadem mox post sub eiusdem auctoris nomine citantur, et non aliter in Aristotele de mundo comparent. Et haec obiter de titulo et authore huius libri. Nunc ad incepti operis ordinem i. e. ipsum Appuleium revertamur. ELMENH. In MSS. meis incipit hic liber sine titulo. Ante Colv. vulgo edebatur *Cosmographia sive de Mundo ad Faustinum.* Ald. et Iunt. post. addunt *filium* ex libro scil. de Philos. Mor. Alii addunt *liber unus. De Cosmographia* citat Boccatius Lib. I. Gen. Deor. c. 5. ut habent quidam MSStorum tituli. Sed recte *de Mundo* August. IV. de Civ. Dei 2. ut bene animadvertit Elmenh. Sic περὶ κόσμου inscripsit, quem, non tamen sine magnis erroribus, frustra eum defendente Vulcanio, noster paraphrastice expressit, Aristoteles, sive quicunque istius libelli auctor. Vid. D. Heins. dissert. de eo, inter Orationes p. 533 etc. sunt qui ex Appuleio putent Graecum et primo Arabicum factum. V. Nunnes. Misc. Obs. V, 7. p. 166. Huët. credit esse Posidonii Elementa Meteorologica, de Interpret. p. 199. Ceterum usque ad *Mundus omnis* est iusta praefatio ad Faustinum; quare aliis characteribus eam exprimendam curavimus. [Librum περὶ κόσμου Aristoteli abiudicandum censuerunt bene multi. Sed in utramque sententiam variis argumentis ab innumeris viris doctis disputatum est. V. Fabricii Bibl. Gr. L. III. c. 5. §. 13. et ibi Harles. Heumannus ibid. Appuleium verum esse libri auctorem credit, Graecum vero textum esse versionem. Sed idem paullo post Aristotelicum quemdam Libri περὶ κόσμου auctorem facit. — I. B.]

SAEPE ALIAS, O FAUSTINE etc. ET NUNC M.] Sic tacite edidit Elm. e MS. Florent. At primo mei Codd. Vulc. Voss. duo, Bened. cum Edd. prioribus addunt *et saepe alias:* quo polysyndeto creberrime usus est App., sed saepissime huius vel illius editoris culpa excidit. Vide Ind. Not. Dein *O* non agnoscunt iidem MSS. et Edd. quare solius Florentini codicis auctoritate inculcare non ausim; praesertim in tam simplici allocutione, ubi illa particula παθητικὴ locum non videtur habere. In Cod. Bened. nomen hoc iam ponitur post *consideranti mihi.*

EXPULTRIXQUE VITIORUM] Leid. *excultrixque v.* inepte. Dicit Philosophiam primum errores et vitia expellere, ut virtutem deinde inserat. Cicero L. V. Tusc. Quaest. fol. 123. *O vitae Philosophia dux, o Virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum! quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem vitae convocasti, tu eos inter se primo domiciliis, deinde coniugiis, tum literarum et vocum communione iunxisti: tu inventrix legum, tu magistra morum, et disciplinae fuisti.* Vide Isidor. Hispal. L. II. Orig. c. 24. Senecam L. I. Nat. Quaest. Pythagoram apud Stobaeum serm. 80. ELMENH. MSS. Vulc. Voss. uterque, Bened. *excultrixque:* uti etiam Codd. nonnulli apud Ciceron. l. ab Elmenh. cit. unde haec videtur desumsisse auctor. Vide ibi Davis. Alias cogitare posses, scriptum olim fuisse *exculcatrixque*, vel sensu *expellendi*, vel *indagandi:* nam *exculcatores* sequiore aevo dicti sunt hostium exploratores. Adi ad Veget. L. II, c. 15. in Obs. Misc. Vol. VIII. T. 2. p. 242. Vide etiam infra h. l.

INDIGNAM] Voss. sec. *indigna.*

cui divinarum et humanarum rerum disceptatio deferatur. sed conducere ac decere tam bonas artes et eiusmodi operam ingenuitati professionis suae credi-

DISCEPTATIO] Florent. Voss. duo, Bened. *discrepatio*, male.

CONDISCERE AC DECERE] Ita melius, quam ut quaedam Edd. *conducere ac decere.* Nam Aristot. de Mundo: *ἀλλὰ καὶ συγγενεστάτην ἑαυτῇ καὶ μάλιστα πρέπουσαν ἐνόμισεν εἶναι τὴν ἐκείνων μάθησιν.* Ad quae noster respexit. qui saepius verbatim e libello illo multa transtulit elegantissimis et significantissimis verbis; ita ut nobis esse possit, cum Graeca Latinis reddere institutum, unicum et optimum, ad quod orationem nostram formemus et effingamus, exemplar. COLV. Non assentior Colvio qui hanc lectionem probat prae illa, quam alia habent exemplaria, *Conducere et decere:* quae verba explicant optime illud, *συγγενεστάτην ἑαυτῇ καὶ μάλιστα πρέπουσαν μάθησιν*, id est, cognitionem. Nam de docendo hic verbum nullum, sed de discendo. Confirmat hanc lectionem Codex MS. optimae notae. VULC. *res et eiusmodi opera*] MS. cod. *artes et eiusmodi operam.* rectissime. *operam* enim vocat laborem qui huic *μαθήσει* sive investigationi impenditur. IDEM. *et congruere*] Haec et quae sequuntur ad finem periodi usque, putarim glossema merum esse, explicationemque praecedentium verborum atque ita haec margini adscripta fuisse, cum nota aliqua quae significaret, *id est.* proque ea nota positam esse a sciolo aliquo coniunctionem *et*, quae cum iis quae sequuntur in contextum irrepsit. Quid enim aliud est *congruere*, quam quod antea dixit *decere:* quid aliud *curam*, quam quod antea dixit, *operam?* IDEM. *et eiusmodi curam talibus studiis et moribus congruere*] Haec verba male expunxit Vulcanius. ELMENH. Alii *condiscere ac decere tam bonas res, et eiusmodi opera cum ingenuitate suae professionis credidit, et congruere istiusmodi curam talibus studiis et moribus.* Inepte prorsus Aldina et Florentina Edd. *conducere ac decere tam bonas artes et eiusmodi operam cum ingenuitate professioni suae convenientem, et congruere* etc. Melior est quorumdam vett. Codd. scriptura *sed conducere ac decere tam bonas res et eiusmodi operam ingenuitati suae professionis credidit.* Neque sic tamen examussim recta est, scribendumque: *sed conducere ac decere artes et eiusmodi operam ingenuitati suae professionis credidit.* quod in quibusdam exemplaribus MSS. est et convenit rectissime cum Graecis. Sequentia verba *et congruere istiusmodi curam talibus studiis et moribus* recte expunxit Vulcanius, quamvis conamine eo apud nonnullos male audiat: videntur enim vel ex prioribus corrupta esse, vel exscriptoris glossema. Verbum *decet* hic dandi casui iungi videmus, quod Latina consuetudine accusativum exigit. Sed Hellenismus est Latinis tamen etiam non infrequens. Ter. Ad. III. Sc. ult. *Haec primum ut fiant, deos quaeso, ut* vobis decet. et IV. Sc. 8. *Imo hercle ita* nobis decet. ubi sic Donatus: *Antiqui si addebant statim verbum* facere, nos decet facere, *dicebant: si non addebant*, nobis decet, *dicebant.* Locutus eodem modo Sallust. *locum editiorem quam* victoribus decebat. Et: decet *principi orbis terrarum* populo *et tanto regi* apud Liv. XXXIV. Similiter in MS. Lucretio ex Lib. I. *Consimili ratione* herbis *quoque saepe* decebat. ubi tamen *τὸ herbas*, quemadmodum in editis est, retinendum propter *τὸ latices*, quod sequitur. ANON. f. TOLLIUS *in Ed. Scriver. Sed conduc. ac dec. t. bon. art. et congr. ist. cur. tal. st. et mor. cum ingen. prof. suae cred.*] Phrasis haec non videtur omnino sana. Sensum tamen elicui quam potui optimum. neque enim habeo unde emendem. FLORID. O pauperem hominem, qui non habuerit aut non consuluerit MSS. et Edd. vett. Ex his enim locus hic misere vexatus et ab editoribus interpolatus sanitatem facile reparare potest. Quod nunc editur, ab Elmenhorstio temere profectum est, qui dum accusat Vulcanium, quod male expungat (in Ed. tert. scilicet, et de quo egerat Vulc. Ed. pr.) *et ist. curam* etc. longe peius tacite omittit *et eiusmodi operam;* totumque etiam verborum ordinem invertit, ut mox videbimus. Wower. edidit hoc modo *sed c. ac d. t. b. a. et ei. operam cum ing. prof. s. et ist. curam t. st. et m. congr. credidit.* Multo melius. abit tamen a MSS. Mire quoque hunc locum interpolavit Ed. Iunt. post. sic *sed conduc. ac dec. t. b. a. et ei. operam cum ingen. professioni suae convenientem, et congruere ist. c. t. st. et m.* sine verbo *credidit.* Edd. aliae et Colv. edunt *sed condiscere ac docere tam bonas res et eiusmodi opera cum ingenuitate prof. s. credidit, et congr. ist. curam t. st. ac mor.* quem ordinem servant etiam MSS. At illi cum Aldo, Iunt. post. Bas. sec. Vulc. et seqq. bene dant *conducere ac decere.* Nam errant hic Colv. et Vulc. quippe auctor paraphrastice, ut solet, Aristotelis sensum inverso ordine exponit *ἀλλὰ καὶ συγγενεστάτην ἑαυτῇ* hoc est *congruere καὶ μάλιστα πρέπουσαν* i. e. *conducere ac decere, ἐνόμισεν εἶναι τὴν ἐκείνων μάθησιν* Dein *artes* et *operam* etiam primus exhibuit Aldus, estque in MSS. meis Omnibus: quare bene saltem *τὸ artes* restituit Vulc. Verum quid erit *cum ingenuitate?* Hic haeret menda. Legendum enim cum

didit, et istiusmodi curam congruere talibus studiis et moribus. Nam cum homines mundum eiusque penetralia corpore adire non possent, et e terreno domicilio illas regiones inspicerent; philosophiam ducem nacti, eiusque inventis imbuti, animo peregrinari ausi sunt per coeli plagas, his itineribus, quae exploratione acuminis sui, pervia sapientiae, solis cogitationibus viderant: ut, cum ipsius intervalli conditione a mundi vicinia natura nos secretos esse voluisset, immensitati tamen eius volucri curriculo cogitationum nostrarum nos per-

cum G. I. Vossio (nisi potius videatur emendatio Scaligeri, quas multas et in his hanc a Vossio se accepisse in Add. testatur Elmenh.) e MS. suo, quem a filio eius Isaaco collatum nominare soleo *Voss. primum*, sic: *sed conduc. ac decere t. h. artes, et ei. operam* vel *opera ingenuitati prof. suae credidit, et ist. curam congr. t. st. ac moribus.* sensu clarissimo ac facillimo. *Decere* dativo iunctum fraudi fuit librariis et editoribus; unde etiam *ac decere* caret Bened. et pro eo in Voss. sec. est *accidere*. At vide Vossium de Constr. c. 35. et Comment. ad Gell. L. IX. c. 15. *aetati eius decebat*. L. 23. ff. de Legatis *Decet tantae maiestati*.

N. CUM HOMINES MUNDUM EIUSQUE PENETR. AD. NON POSS.] Vett. edd. *nam cum Mundi pen. homines ad. non poss.* inter quas tamen Aldina, *Nam cum Mund. eiusq. pen. corpore adire non posset.* Quam scripturam poscere videtur Aristoteles: *ἐπειδὴ γὰρ οὐχ οἷόντε ἦν τῷ σώματι εἰς τὸν οὐράνιον ἀφίκεσθαι τόπον, καὶ τὴν γῆν ἐκλιπόντα, τὸν οὐράνιον ἐκεῖνον* etc. quae digna conferri cum hoc loco. Non enim omnia istinc describere propositum est nobis: sed ea dumtaxat quae vel ad veriorem hic lectionem adfirmandam, vel dubiam confirmandam facere visa sunt. Eleganter opponuntur hic autem Corpus et animus. COLV. Ovid. L. XV. Met. *Mente Deos adiit, et quae natura negavit Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.* ELMENH. Aliae Edd. *cum hom. mundum eiusque pen. ad. n. p.* Abest quoque *corpore* ab Edd. Colv. Vulc. Wow. ut et MSS. Bened. ac Vulc. sed Ald. et Iunt. post. iam exhibuerunt, ut est in vulgatis, et agnoscunt MSS. Florent. Voss. uterque et Aristoteles. Vide notam seq. *Eiusque penetralia* caret quoque Bened.

UT E TERRENO DOM. ILL. REG. INSPICERENT] MS. cod. legit, *ut terreno* etc. citra praepositionem *e*. quam lectionem si agnoscamus ut probam, sensus est, Hominem corpore indutum (quod quidem terrenum hominis domicilium vocat) coelum adire non posse. Lucret. *Ergo vivida vis animi pervicit et extra Processit longe flammantia moenia mundi, Atque omne immensum peragravit mente.* VULC. Lege *et e t. d. i. r. inspicere.* ELMENH. *E* deest MSS. Vulc. Florent. Voss. utrique et Bened. qui pro *ut* habet *in*, item *inspiceret*. Carent *ut* Edd. Vulc. sec. ac Wow. Cum Elmenh. vero Scriverius et Flor. legunt *et e terreno dom. i. r. inspicere*, quod etiam Ampl. Goesius exemplaris sui margini adlevit, ex Aristotele *καὶ τὴν γῆν ἐκλιπόντα τὸν οὐράνιον χῶρον κατοπτεῦσαι.* Non male, sed non opus est. Malim cum Vulcanio delere *τὸ e*. Immo *corpore* videtur modo e Glossa verborum *terreno domicilio* in textum irrepsisse, legendumque esse *cum homines Mundum eiusque penetralia adire non possent, ut terreno domicilio illas regiones inspicerent.* Nam magis ad sensum quam verba Aristotelis attendit auctor. Minus recte vero Vulc. adhaerens Aristoteli, suae Ed. primae intrusit *adspicerent, ut stolidi illi Aloïdae quondam facere instituerant.* quae in nullis MSS. nec Edd. occurrunt.

NACTI] Addunt *sunt* Edd. Vic. Iunt. pr.

EIUSQUE INVENTIS INBUTI] Edd. ante Vulcan. sec. *inbuti inventis*. Bened. *munimentis inb.*

ANIMO PEREGRINARI AUSI S. ETC.] Philo de migratione Abrahami: *ὦ θαυμάσιοι τοσοῦτον ἀφνίδιον ἀρθέντες ἀπὸ γῆς εἰς ὕψος ἐπινήχεσθε, καὶ τὸν ἀέρα ὑπερκύψαντες αἰθεροβατεῖτε.* Vide Notas ad Minutium Felicem. ELMENH. Statim pro *itineribus* Voss. sec. *item*.

COGITATIONIBUS VIDERANT] Bas. I. *cognitionibus vid.* Sed Aristoteles: *καὶ τὰ πλεῖστον ἀλλήλων ἀφεστῶτα τοῖς τόποις, τῇ διανοίᾳ συνεφρόνησε.* COLV. L. I. de habit. doctr. Platonis: *Quae substantiam non habent corpoream, cogitationibus ea videri.* ELMENH. Bas. pr. male *cogritionibus videant*. Vic. etiam et Iunt. pr. *videant*.

A MUNDI VICINIA] id est, coeli. Male MSS. Vulc. Voss. sec. Bened. carent *a mundi*.

VOLUCRIQUE] Scalig. *volucri undique.* probante in Add. Elmenh. Voss. pr. certe, ut est in collatione mea, *volucri*. Optime sine *que*. Pertinet ad *mentem*. Cogitationum pernicitas volucri curriculo intimaret nos immensitati eius. De *volucri coeli curriculo* ne *γρϑ.* quidem in Aristotele, nec etiam locum hic habet. Ceterum pro *ἐπεραιώθη* sive *transmisit* Vossius nostri respectu coniecit *ἐπτερώθη* sive *alis invectus est*. [Vel. *ἐπαερώθη*, ut scriptum video in marg. exempla-

ris,

pernicitas intimaret; facillimeque ea, de quibus origo eius est, anima divinis
706. *oculis suis aspexit et agnovit, aliis etiam eius scientiam tradidit, veluti prophetae quidam Deorum maiestate completi effantur ceteris, quae divino beneficio soli vident. Quare et eos, qui nobis unius loci ingenia qualitatesque describunt, aut moenia urbis, aut alicuius amnis fluenta, aut amoenitates et magnitudines montium, alia multa descripta ab aliis plerique studiose legunt. Nysae iuga, et penetralia Coryci, et Olympi sacra, et Ossae ardua, et alia hu-*

tis, quod ex Bibliotheca Vossiana in Leidensem devenit, in quo etiam huic nostri loco adscriptum est *volucri undique.* — I. B.]

De quo origo eius est] Virg. VI. Aen. fol. 714. *Igneus est ollis vigor, et coelestis origo.* Ad quem locum vide quae Ludovicus de la Cerda observat, et praeterea Lipsii Physiologiae Stoicae L. III. discept. 8. Elmenh. Florent. *eius estque.* Mox pro *oculis suis* Voss. *suis oculis.*

Adspexit et agnovit] Abest *et* a Vulc. et Bened.

Aliis etiam ei. scientiam tradidit] Edd. Elm. Scriv. Flor. *aliisque* contra MSS. et Edd. Abest vero *tradidit* a Vossianis.

Quidam Deorum maiestate completi] A Vulcanii editione τὸ *completi* male abest. Minutius Felix: *Pleni et mixti Deo vates.* Ubi vide adnotata. Elmenh. Sic habent MSS. Florent. Vulc. Voss. In Bened. *quiddam complexi.* Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *quidum* (Bas. *quidam*) *D. m. complexi sunt.* Hinc Ald. et seqq. usque ad Vulcan. Ed. tert. *quidam, qui dum D. m. completi sunt*, ut et Wow. At Vulc. Ed. tert. tantum dat *quidam D. maiestate*, ubi sine dubio typothetarum vitio excidit *completi:* unde deceptus Pricaeus ad Met. p. 468. inserendum voluit *pleni:* sed *completi* bene MSS. et Edd. ceterae; nisi quod etiam in Rom. Ed. *complecti.*

Vident] Flor. *videntur*, male. Elmenh. item Bened.

Nobis unius loci ingenia] Abest *loci* ab Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *unius loci ing. nobis* Voss. sec.

Moenia urbis] MS. cod. meus legit *Amoenia*, et quidem meo iudicio rectissime. ut sint Amoenia, quae Graecis ἀκταὶ, quae ipse Appul. p. 390. lin. 26. periphrastice vocat *Sinuosis inflexam littoribus terram.* et Servius illud Virgilii Aen. V. *At procul in sola secretae Troades acta* ita interpretatur: *Acta nomen substantivum, significat secreta et amoena locorum.* Et Glossarium vetus: *Amoenia αἱ ἀκταί.* et Glossarium Graecolatinum: Ἀκτὴ Ora, scilicet maritima. Ex quibus liquet, quam probi sint interpretes, qui passim dum in Graecis authoribus occurrit nomen ἀκτῆς, *littus* vertunt, citra ullam adiectionem. Amoenia periphrastice describit Seneca Nat. Quaest. L. VI. cap. 1. cum ait: *mareque ex aperto conductum amoeno sinu cingit.* Vulc. Leid. et Bas. 2. *amoenia urbis*, male. Aristot. ἢ μιᾶς σχῆμα πόλεως. Elmenh. *antemoenia* recte Gr. Burm. Lipsius notat in vet. cod. esse *amoena*, ut maluit Scal. et Vulc. edidit e suo Cod. *amoenia;* probante etiam et confirmante e suo MSto G. I. Vossio in Etymol. Contra, ubi in Glossis *Amoenia* ἀκταὶ sunt, legit Casaubonus *amoena* ad Sueton. Aug. c. 72. Praefero ego omnino *moenia* i. e. habitum, muros et domos. Sequitur enim *amoenitates montium.*

Aut alicuius] Abest copula a Bened.

Aut amoenitates] Lege *aut immanitates.* Elmenh. subripuit id membranis Florent. in quibus ita est. sed male. Aristot. ποταμοῦ μέγεθος, ἢ ὄρους κάλλος.

Alia multa] Inscite copulam *atque* tacite addidit Floridus, quae bene exsulat a MSS. et Edd. ceteris. Passim, *alia*, *cetera* solet addi sine copula post praemissam rerum aliquot enumerationem. Ex. gr. *cibus*, *potus*, *vestis*, *alia.* pro *et alia.* Vide Giphan. ad Lucret. V. *cetera.* sic et *omnia* v. Burm. ad Phaedr. L. IV. f. 23. Potius paullo post *et alia huiuscemodi* eiicerem quoque τὸ *et* auctoritate Bened. et Voss. sec.

Plerique] Voss. sec. *plerisque.* Pro *legunt* Bened. *legitur.*

Coryci] Vett. pleraeque edd. *Cirrhi.* Ald. *Cyrrhae.* Aristoteles κορύκειον ἄντρον dixit. de quo apud Pausaniam. Colv. Sic reposuit Vulcanius ex Bas. 2. et Aristotele, in quo est κωρύκειον ἄντρον. Florent. et Leid. legunt *corni.* Roman. *cyrni.* Aldus *Cyrrhae.* Fuit cum vellem *Cocyti.* sed iam vulgatam non repudio. Elmenh. Ita habent iam Edd. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. In Voss. sec. est *cirroe.* Bened. *cosmi.* De *antro Corycio* vide Voss. ad Melam L. I. c. 13. Gronov. ad Cebetis Tab. p. 51. ἔστιν αὐτῷ ἀσφάλεια, ὥσπερ τὸ κωρύκιον ἄνωρον ἔχοντι. Excidit vox *Corycio*, ut opinor, in Solino p. 94. *foetus terrae Centuripinae Corycio croco.* sic enim legendum censeo. Vulgo sine sensu *centuripino croco.* V. Salmas.

Olym-

huiuscemodi sola duntaxat et singula extollunt. Quorum miseret me, cum tanto opere nec magnis et oppido paucis inexplebili admiratione capiuntur. Hoc illis evenire adeo non est mirabile, cum nihil maius suspexerint, neque ad aliquid intenderint, quod maiore diligentia contemplandum esset. Ceterum, si terrarum orbem, omnemque mundum contemplari pariter aliquando potuissent, minus exiguas eius et singulas partes dignas laudibus credidissent, quibus esset universitas comprehensa. Quare nos Aristotelem prudentissimum et doctissimum philosophorum, et Theophrastum auctorem secuti, quantum possumus cogitatione contingere, dicemus de omni hac coelesti ratione, naturasque et officia complexi, et cur, et quemadmodum moveantur, explicabimus.

Mundus omnis societate coeli et terrae constat, et eorum naturis quae utriusque sunt. Vel sic: mundus est ornata ordinatio, Dei munere, Deorum recta

Olympi sacra] Malim legere, *Acra*, id est: Fastigia. de quibus ita Strabo L. XII. Ἔστι τοίνυν ὁ Ὄλυμπος κύκλῳ μὲν οὐ συνοικούμενος, ἐν δὲ τοῖς ὕψεσι δρυμοὺς ἐξαισίους ἔχων, καὶ λῃστήρια δυναμένους ἐκτρέφειν τόπους εὐερκεῖς, ἐν οἷς καὶ τύραννοι συνίστανται, οἱ δυνάμενοι συμμεῖναι πολὺν χρόνον, et de Cleone ibi commemorat, qui erat τῶν λῃστηρίων ἡγεμὼν, et primum Antonium iuvit, deinde Caesarem, multo honore ab utroque affectus. Capitolium etiam vocatur. quod Graecis ἄκρα. quod esset κορυφὴ τῆς πόλεως. Vulc. Vulcanii coniecturam recepere Elm. et Florid. In MSS. et Edd. ceteris *Olympi sacra:* quod multo elegantius. Magis enim proprium Olympo est Epitheton *sacra*, quam *acra*, quod nescio, an Latine alibi occurrat. Licet enim *magnus* et *summus*, quia *nubibus* dicitur *excelsior*, passim audiat; plurimi tamen montes habent altissimum verticem. Pauciores vero sunt tam *sacri*, quam *Olympus*, qui *sedes Deorum* vocatur ab Homero, aliisque poëtis. Hinc etiam Scholiast. Il. A. vs 353 Ὄλυμπος ὄρος Μακεδονίας ἱερὸν, οἰκητήριον τῶν θεῶν. sic enim malim distinguere. Vulgo iungunt ἱερὸν οἰκητήριον. [Forte *aëria*, si coniecturae locus esset: sed omnino probum *sacra*, bono et plano sensu, quod iam postliminio redeat. — I. B.]

Ossae ardua] Maximus Tyrius serm. 2. ἡ Ὄσσα ἐπιτιθεῖσα τῷ Ὀλύμπῳ. Elmenh.

Miseret me] Voss. sec. *me miseret. Tanto opere* rectissime Bened. Voss. sec. Vulgo *tantopere.* Adi ad Met. L. II. p. 133, a.

Inexplebili admiratione cap.] Vetus cod. MS. habet *inexplicabili.* utrumque vocabulum Appuleio familiare, et loco huic conveniens. Prius illud τὸ ἄπληστον significat, posterius τὸ ἄῤῥητον, ἢ ἀνεκδιήγητον. Sed pro *admiratione* vet. cod. legit *administratione:* quam lectionem si recipiamus, tum *inexplicabile* accipietur, pro, a quo se quis explicare sive extricare nequit. Vulc. Florent. *Inexplebili administratione.* non probo. De Philos. Mor. *Inexplicabili siti hariri avet omnia genera voluptatis*, ubi male emendat Colvius *inexplebili s. h. a. o. g. v.* L. II. Metam. *Inexplicabili voluptate divini simulachri perfruebar.* Elmenh. *inexplicabili admiratione* solus Vulcanii MS. quod malo iudicio huc invexit eius olim possessor, ac retinuere Elm. Scriv. et seqq. *Inexplicabile* ἄῤῥητον, ἀνεκδιήγητον a nostro in laudem ponitur. Hic vero ridet illos, qui talia nimis admirantur. Quare omnino recepi ceterorum MSS. et Edd. scripturam *inexplebili.* Nam altera lectio *administratione* ne adtentionem quidem meretur. Sic de voluptate Long. Past. p. 40. γευσάμενοι τῆς ἐν Φιλήματι τέρψεως, ἀπλήστως ἐνεφορεῦντο τῆς ἡδονῆς. de visu ibid. I. p. 19. πᾶσαν αὐτὴν ἔβλεπεν ἀπλήστως. Lucan. L. I. vs. 509. *Plenus abit visu.* ubi vide Burm. Plura de his vocibus *inexplebilis* et *inexplicabilis* supra plus uno loco. Vide Ind. Not.

Hoc illis evenire] Edd. ante Vulc. sec. *haec.* contra MSS.

Mirabile] Voss. sec. et Edd. eaedem *admirabile.*

Maiore] Vulc. MS. et Ed. pr. *maiori.* Voss. sec. *maiora.*

Dignas laudibus credidissent] Bened. Voss. *dignis.* quasi fuisset *dignis laudibus condidissent.* i. e. descripsissent illi, qui universitatem comprehenderunt. De hoc verbo *condere* vide ad L. I. p. 72, a. Nil tamen temere muto.

Quare etc. — Philosophorum] Desunt haec in Voss. utroque et Bened. nisi quod Voss. sec. habeat *qua* et Bened. *quare.*

Naturas et officia] Bened. Voss. sec. *nat. quo off.* Quidni *naturasque et off.* Vide ad Met. L. II. p. 128, a. et saepissime.

Eorum naturis, quae utriusque sunt] Voss. uterque Florent. Bened. *natura*, elegantius et clarius. Iungenda enim *eorum, quae sunt*

custodia, cuius cardinem (sic enim dixerim *κέντρον*) robustum et immobilem, genetrix atque altrix animantium omnium habet tellus: supernis omnibus, ut videri potest, aëris liquiditate, ad modum tegminis, septis et opertis. Ultra Deorum domus est, quod vocamus coelum: quod quidem divinis corporibus onustum videmus, ignibus pulcherrimis et perlucidis solis et lunae, et reliquorum
708. siderum, cum quibus fertur per orbem dierum noctiumque curriculis, agens stellarum choros intermino lapsu, finem nulla aevi defectione factura. Sed cum omne coelum ita revolvatur ut sphaera, eam tamen radicibus oportet teneri, quas divina machinatio verticibus affixit, ut in tornando artifex solet forcipe materiam comprehensam reciproco volumine rotundare. eos polos dicimus: a quibus, velut a cardinibus, directio quaedam profecta, axis est dictus, divisor et disterminator mundi, orbem terrae in medietate constituens. Verum hi vertices, quos immobiles diximus, ita sunt, ut supra caput alter appareat ex parte Boreae, qui septemtrionalis vocatur: alter Antarcticus humo tegitur, humidus et

sunt utriusque sc. Coeli et Terrae. Aristoteles tamen etiam *Φύσεων*.

CENTRUM] Bened. Voss. sec. *centron*. Bene; atque ita MSS. Voss. in Hygini Astron. L. I. c. 2 et 6. Nisi malis cum Aldo et Iunt. post. *κέντρον*.

INMOBILEM] Vett. edd. *incontingibilem*. Aristot. *ἀκινητόν*. COLV. Rom. *incontingibilem*. Bas. I. *mobilem*, male. In sphaera enim solum centrum non movetur. ELMENH. Male Edd. vett. praeter Ald. Iunt. post. Bas. sec. *incontingibilem*. Ald. *inmobile*. Frustra.

ANIMANTIUM] Abest Ed. Vulc. pr.

ULTRA DEORUM DOMUS E.] Id est, supra aërem. Vide Achillem Statium in Arati Phaenomena fol. 84. ELMENH. Mox Voss. sec. *coelum vocamus*.

CORPORIBUS ONUSTUM] Ed. Vic. *honustum*, ut placebat quoque Freinshemio ad Flor. Ind. V. *honerare*, distinguenti scilicet cum Servio ad Aeneid. I, 293 inter *honustus* ab *honore*, et *onustus* sive *oneratus*, sed prave. *Onustus* dicitur is, qui gravatur rebus, quas habet, sive bonis et laudabilibus, sive malis et turpibus.

IGNIBUS PULCHERR.] Voss. sec. *pulch. ignibus*. et statim pro *et reliq.*, *reliquorumque*.

INTERMINO LAPSU] Vett. edd. *intimo lapsu*. Aristot. vero: *μιᾷ περιαγωγῇ καὶ κύκλῳ συναναχορεύει πᾶσι τούτοις ἀπαύστως δι' αἰῶνος*. COLV. Ald. et Rom. *intimo lapsu*. male. ELMENH. Arist. *κινούμενος κίνησιν ἀΐδιον*. Statim pro *factura* Bened. *facturam*.

IPSUM TAMEN] Ald. *eam tamen*. cui videtur adstipulari Aristot. *στερεὰ μένοντα καὶ συνέχοντα τὴν σφαῖραν*. COLV. Recte Ald. Iunt. post. Vulc. etc. cum MSS. O. *eam t*. Vulc. Ed. pr. *ipsam*, quia reliquae Edd. priores habent *ipsum*.

DIURNA MACHINATIO] Legendum procul dubio *Divina*, ut et MS. cod. meus habet. Divina autem machinatio, hoc est *θεῖα μηχανὴ* nihil aliud est, quam Deus ipse. VULC. MSS. O. et Edd. *divina*, ut debent; praeter Bas. sec. Lugd. Colv. in quibus inepte *diurna*.

DISCRETIO QUAEDAM PROFECTA] Haec lectio e Vulcanii Codice profluxit, sive linea recta, ducta per mediam sphaeram. *εὐθεῖαν* vocat Aristot. Verum MSS. reliqui et Edd. vett. habent *directio*, quod revocari debet, sive directa linea, axis et divisor mundi. Alioquin bis idem dicit. Vox est architectis propria. In eadem re *dimensio* Hygin. Astron. c. 3. *Rectae lineae perducuntur*, *quae* dimensio *a compluribus Axis est adpellata*. Dein *profecto* Voss. sec. *profecti* Bened.

AXIS EST DICTUS] Vett. Edd. *axis est ductus*. *ἥν τινες ἄξονα καλοῦσι*. COLV. Vide Isidorum Hispal. Orig. L. III. c. 70. Chalcidium in Plat. Tim. fol. 146. ELMENH. Male Edd. ante Ald. cum Bas. pr. *ductus*.

DISTERMINATOR] Ita MSS. O. cum Edd. Iunt. post. Vulc. ac seqq. In reliquis edebatur *discriminator*; quod non displiceret, si MSS. addicerent. Passim *discrimen*, *discriminare*, *discernere* dicitur de limitibus, regionem vel quidquid aliud dividentibus et separantibus. At frequens in MSS. varietas. V. Heins. ad Claudian. L. I. in Ruf. vs. 175. *Odrysiis Asiam* disterminat *oris*. Eadem confusio mox: *Luna altitudinis aetherea principia* disterminans: ubi Edd. eaedem *discriminans*.

IN MEDIETATE] Bened. et Edd. Vulc. tert. *in medio*. minus bene et contra genium Appuleii. V. Ind.

ALTER AUTEM ANTARCTICUS HUMO TEGITUR] Achilles Statius in Aratum fol. 69. ELMENH.

Pro

et austrinis vaporibus mollis. Sed coelum ipsum, stellaeque coeligenae, omnisque siderea compago, Aether vocatur: non, ut quidam putant, quod ignitus sit et incensus: sed quod cursibus rapidis semper rotetur: Elementum, non unum ex quatuor quae nota sunt cunctis, sed longe aliud, numero quintum, ordine primum, genere divinum et inviolabile. Iam astrorum innumerabilis multitudo 703
partim labitur cum orbis inerrantis regione, quam circulo suo ambit Signifer, obli-

Pro *autem* in Voss. sec. est *auth.* In Florent. Bened. et Edd. ante Iunt. post. deest. quod malim, nisi cum Lipsio in marg. legas *tegatur*, ut ei contrarium sit *adpareat.* sed praestat hoc mutare. Variatio modorum frequens est, et distinctio post *vocatur* (Ed. Vic. *vocantur*) facit, ut coniunctio hic vim non habeat.

HUMIDIS ET AUSTRINIS VAP.] Flor. *humidus et A. v.* Vide Statium L. III. Thebaidos. ELMENH. Cum Florent. etiam Voss. sec. et Edd. Elm. Scriv. Flor. habent *humidus*, quod praefero. Ipse polus Antarcticus, est *humidus et mollis austrinis vaporibus.* Reliqui MSS. et Edd. *humidis*, licet perinde sit: et forsan melius Bened. habet *humo teg. humidis et austrinis vaporibus molli.* Ovid. Met. I, 65. de hac plaga: *contraria tellus Nubibus adsiduis, pluvioque madescit ab austro.*

STELLAEQUE COELIGERAE] *Coeligerae* in vett. edd. non erat, nec Aristot. aliter, quam: Οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων. Caelum potius stelligerum dicas, quam stellas caeligeras. Sed fortassis aliud quid reponendum. COLV. Colv. notat τὸ *coeligerae* in vett. edd. non extare. Lipsius legebat, *coeligenas*, quae lectio non male quadrat cum eo quod vocat Aristot. ἄστρων οὐσίαν, quo videtur innuere ex Aetheris substantia formata astra, ideoque sua perpetua circumactione optime Aetheris naturam referre, quem ipse dictum vult, διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορούμενον. VULC. At stellae potius caelo mixtae, earumque sedes: non ergo caeligerae. Fortasse rectius: *stellaeque caeligenae:* tanquam caelo genitae. Ita Venus caeligena apud Varr. IV. de ling. Lat. WOWER. *stellaeque coeligenae*] Sic recte Scaliger et Lips. In Flor. et Leid. est *s. coeligerae.* Aristot. ἄστρων οὐσίαν. Infra etiam vocat *ventos terrigenas.* Rom. et Aldus hanc vocem male omittunt. ELMENH. Egregie emendavit Lipsius, monente iam Vulcanio, ut in ultima eius Ed. quoque expressum est, Wow. quasi e suo sic correxit. *Stellae coeligenae* i. e. coelo genitae; quod merito receperunt seqq. Edd. licet in MSS. aeque ac Edd. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. sit *coeligerae.* A reliquis Edd. abest ea vox. E MS. Bened. notatum invenio *stellique coeligenae.*

AETHER] Florent. Voss. sec. *aethera* vitiose.

IGNITUS SIT ET INCENSUS] Vett. Edd. male, *intensus.* Aristot. οὐχ ὥς τινες διὰ τὸ πυρώδη οὖσαν, αἴθεσθαι. COLV. Rom. *igneus sit et intensus.* male. Basil. 2. *i. sit et succensus.* ELMENH. Edd. ante Vulcan. *igneus* contra MSS. *Signitus* Bened. Dein Edd. ante Iunt. post. *intensus.* male. *Succensus* MSS. Bened. Vulc. eiusque ac Wow. Edd.

ELEMENTUM VERO NON UNUM] Dele τὸ *vero*, auctoribus MSS. Florent. Voss. utroque, Bened. et Edd. Ald. Iunt. post. ac distingue *Elementum, non unum* scil. aether ille est. Prave vero τὸ *non* exsulat ab Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. In Voss. sec. *aelementum*, et ita in seqq.

QUINTUM ORDINE PRIMUM] Bened. *quintumque.* Voss. pr. *quinque.* Voss. sec. Bened. *primum ordine.* Pro *divinum* Voss. sec. *divinũm.*

ORBIS INERRANTI REGIONE etc.] Doctissimus vir Bon. Vulcanius legendum censet: *quam circulorum medius ambit signifer.* Sine controversia germana scriptura, *cum orbis inerrantis regione, quam circulo ambit signifer.* WOWER. Lege *o. inerrantis regione.* ELMENH. *inerrantis* Florent. Voss. pr. Ita statim *Orbis. qui inerrabilis dicitur.* et ita iam quasi e coniect. Wower. (forsan e Fulviano) Elm. Scriv. Flor.

CIRCULORUM] Mutila, meo iudicio, oratio. addendum enim *medius*, ut respondeat τῷ μέσος, quod est apud Aristotelem. ac tametsi id verisimili coniectura constare possit: malim tamen pro *circulorum* legere *circumlator*, hoc est, ut veteres Grammatici exponunt, περιφεράριος, quod aptissimum est signifero Epitheton, vel potius συνώνυμον, quid enim aliud est *Circumlator*, quam qui signa circumfert, hoc est Signifer? quem Aristot. vocat ζωοφόρον κύκλον, alii ζωδιακόν. Glossae veteres: *Signifer*, ζωδιακὸς, Σημειοφόρος. Idem enim sunt ζῴδια quod σημεῖα, quae Graeci poëtae τείρεα vocant, παρὰ τὸ εἴρειν, id est, ἀγγέλλειν τὰ μέλλοντα, quod futura pronuncient. VULC. Fulv. Ursinus de coniectura legit: *quam circum ambit Sign.* Ego minimum a literarum ductu devians malim: *quam in circulum ambit Sign.* In circulum, pro ad instar circuli, quam Appuleiane dicatur, sciunt omnes, nisi qui Appule-

obliqua complexione circumdatus, et signis duodecim illuminatus: partim errantibus stellis, quae neque priorum motus habent, nec sane inter se similes et aequales; sed affixae diversis globis, inordinatum, ut sic dixerim, ordinem servant: aliaeque ultra sunt, aliae citra stellae, quae propter naturam eiusmodi nullis creduntur erroribus vagae, et infinitos numero greges ducunt, et simplex aetheris dorsum alma et sacrata amoenitate lucis coronant. Septem vero Deorum nominibus illustres, totidem orbibus affixae sunt, et gradatim sibimet superlatae, ut superior inferiore sit maior, ac vicissim mutuis adhaesionibus nexae, complexu illius orbis, qui inerrabilis dicitur, continentur. Hic Phae-
710. nonis globus, quem appellamus Saturnum. post quem Phaethontis secundus est,

leium nesciunt. SCIOPP. *in Symb.* Flor. *quam circulorum a. s.* Wower. *quam circulo ambit s.* Fulvius *quam circum ambit signifer.* Vulc. *quam circumlator a. s.* Ald. et Rom. *q. circulorum a. s.* Scoppius *quam in circulum ambit signifer.* Ego legendum puto: *quam cingulo ambit signifer.* Vide Isidorum Hispal. Orig. L. III. c. 65. Plinium Nat. Hist. L. I. c. 4. Censorinum de Die Nat. c. 8. Eustathium in Hexaem. Basil. Hom. I. ELMENH. Wower. legit *quam circulo ambit signifer.* Elmenhorst. *quam cingulo ambit s.* huic inhaereo, et *cingulo ambire* intelligo circumdare instar cinguli, seu baltei. FLORID. Forte transponendus locus *partim labitur circulorum inerranti regione quam orbis ambit.* BURM. Pro *quam* Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *quem*, ut ad *orbem* referas; sed nil muta. Dein MSS. O. et Edd. vett. constanter praebent *circulorum*, unde Vulc. emendavit et edidit *circumlator*; sed in margine libri sui *circulariter.* Non male Sciopp. *in circulum.* Pro lectione Ursini *circumambit*, rectius videtur fore *circulo circumambit*, verum sequitur *circumdatus:* unde, ut etiam aliquid adferam, posses reponere *circulatim* vel potius *circuli vicem* i. e. instar circuli: ut noster saepissime. V. Ind. Not. Aristot. ὧν μέσος ὁ ζωοφόρος καλούμενος κύκλος. Is. Voss. coniecit *q. circum loro ambit s.* [*Circulo suo* dedi ex verissima, ni fallor, coniectura V. Cl. Lennepii. — I. B.]

NEC SANE] Voss. sec. Bened. *neque s.*

SIMILES ET AEQUALES] Scilicet *motus*; ut bene MSS. O. In Edd. ante Vulc. Ed. sec. *similem et aequalem* scil. *ordinem*, qui sequitur. Pro *sed* Bened. *et.*

INORDINATUM ORDINEM] Aldus et Rom. *inordinate ordinem.* Aristot. ἄτακτον τάξιν. ELMENH. Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *inordinate.* Ald. *inordinatae.* Vide ad Met. L. II. p. 111, b. Paullo ante *ornata ordinatio.*

SERVANT] Edd. Vulc. sec. Wow. *servent.*

QUAE PROPTER] Vitiosa dispunctio in excusis exemplaribus sententiam turbat. Proxime enim praecedens dictio *stellae* huc revocanda, et citra ullam distinctionis notam ita legendum, *Stellae quae propter* etc. clausa periodo post *citra.* VULC. Sic interpungo: *aliae citra. Stellae.* ut vox *stellae* pertineat ad sequentes *quae propter naturam* etc. FLORID. sine necessitate. Pro *aliae* Bened. *aliaeque.* et *qua* pro *quae.*

DEORUM ILLUSTRES] Adde vocem ex Romana Venetaque edit. et scribe, *Deorum nominibus illustres.* COLV. Cod. MS. legit *Deorum nominibus illustres.* quam lectionem Aldina etiam et Veneta editio agnoscit. et recte. Pendet enim alioqui sententia. VULC. *nominibus*] Haec vox ab Aldina Ed. male abest. ELMENH. Exstat, ut debet in MSS. et Edd. ceteris.

ET GRADATIM] Bened. Voss. sec. *ut grad.* male.

SUPERIOR] Scil. *orbis*, non *stella.* Vitiose *superiori* Bened.

ILLIUS ORBIS, QUI INERRABILIS DIC.] Sic bene Aristoteles: ὑπὸ τῆς τῶν ἀπλανῶν σφαίρας περιειλῆφθαι. COLV. Male *orbis* abest Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. quae habent *quae.* Pessime vero Floridi Ed. *inenarrabilis.* Fulv. Cod. *Innarrabilis.* supra *orbis inerrantis regio.* p. 743. *inerranti cursu feratur.* Bened. *est* pro *dicitur.*

CONTINENTUR] Voss. sec. Bened. *continetur.*

PHAENONIS] Firmicus Astron. L. II. c. 2. *Qui a nobis Saturnus dicitur, est Aegyptiis* φαίνων. Achilles Statius in Arati Phaenomena p. 89. ELMENH. Voss. sec. *fenonis.* Bened. *fetonis.* φαίνοντος Graece. Vide ad Met. L. I. p. 41, a.

POST QUEM] Voss. sec. *postquam.*

PHAETHONTIS] Sic lego ex Flor. et Rom. in quibus est *Phetontis.* Isidorus de natura rerum cap. 3. *Quintum a stella Iovis, quam Phaethonta dicunt.* Achilles Statius fol. 98. περὶ τῶν ὀνομάτων τῶν πλανήτων. Τὰ ὀνόματα τῶν πλανήτων διαφόρως ἐκλήθησαν, καὶ περὶ τοῦ χρόνου ἑκάστου διαφωνία πολλὰ γέγονε πολλοῖς. Αἰγυπτίοις γὰρ καὶ Ἕλλησι τοῦ

est, quem Iovem dicimus: et loco tertio Pyroeis, quam multi Herculis, plures Martis stellam vocant. Hanc sequitur Stilbon, cui quidam Apollinis, ceteri Mercurii nomen dederunt. Quintus Phosphorus, Iunonia, immo Veneris stella censetur. Deinde Solis est orbis: et ultima omnium, Luna, altitudinis aethereae principia disterminans, quae divinas et immortales vivacitates ignium pascens, ordinatis ac semper aequalibus invectionibus solvitur atque reparatur. Post eam vero partem, quae sancti aetheris finibus coercetur, cuius mensa ad- 711
pen-

τοῦ Κρόνου ὁ ἀστὴρ καίτοι ἀμαυρότατος ὢν Φαίνων λέγεται. ἀλλὰ παρ' Ἕλλησι μὲν κατὰ τὸ εὔφημον λέγεται οὕτω. Παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις νεμέσεως ἀστήρ. Δευτερος ὁ τοῦ Διὸς καθ' Ἕλληνας Φαέθων κατὰ δὲ Αἰγυπτίους Ὀσίριδος ἀστήρ. Τριτος ὁ τοῦ Ἄρεως παρὰ μὲν Ἕλλησι Πυρόεις· παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις Ἡρακλέους ἀστήρ. Τέταρτος ὁ τοῦ Ἑρμοῦ· δεδόσθω γὰρ νῦν τέταρτον αὐτὸν εἶναι· εἴρηται γὰρ, ὅτι ἡ ἀμφισβητία πολλὴ περὶ τῶν ἀστερων τούτων ἐστιν Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Ἡλίου. ὁ τοίνυν τοῦ Ἑρμοῦ ἀστὴρ καλεῖται παρὰ μὲν Ἕλλησι στίλβων, παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις Ἀπόλλωνος ἀστήρ. Πεμπτος ὁ τῆς Ἀφροδίτης παρὰ μὲν Ἕλλησιν Ἑωσφόρος. Elmenh. Edd. ante Ald. *Phetontis.* Reliquae *Phaetontis* usque ad Elmenh. qui recte cum Scriv. et Flor. *Phaëthontis* scil. *globus* reponi voluit. Nam MSS. Florent. *Phetontis* Voss. uterque Bened. *fetontis*, ut solet hoc nomen passim scribi in MSS.

Iovem] Ed. Vulc. pr. *Iovis* contra MSS.

Pyroeis] Ut apud Aristot. πυρόεις. Vet. edit. *Pyroentis*. Bas. post. *Pyro*. Colv. Firmicus, *Qui nobis Mars, illis* πυρόεις. Elmenh. Voss. sec. *Pyrois quam.* recte, ut alibi. Referendum enim ad sequens *stellam*. Vide me ad Veget. L. IV. c. 10. in Obs Misc. Vol. IX. T. 2. p. 224. et ad L. II. de Dogm. Plat. p. 606. Flor. *Pyroentis* Edd. Rom. Vic. Ven. Iunt. pr. Bas. pr. *Pyro* Bas. sec. Lugd. prave. *Pyrois* MSS. infra p. 742.

Stilbon] Plato Epinomide fol. 987. Chalcidius pag. 176. Elmenh.

Quidam] Ed. Vulc. tert. *quidem*.

Phosphorus] Isidorus de natura rerum cap. 3. Elmenh. Voss. sec. *fosforus* et passim *f.* pro *ph*.

Immo V.] Bened. *vel.* sed vide ad Met. L. VI. p. 429, b.

Disterminans] Ita, ut dixi supra, MSS. O. et Edd. Iunt. post. Vulc. sec. et seqq. In reliquis *discriminans*.

Vivacitates ignium] ἐκζωπυρήσεις. Ignis animatus. Infra: *Ignisque illi virtutis Dei vivacitate flammatur*. Plaut. Aulularia Sc. *Nunc defaecato* etc. *Nec causae quid quod te quisquam quaeritet. Nam si ignis vivet, tu extinguere extemplo.* Lucretius L. I. p. 33. *vivant labentes aetheris ignes.* L. III. p. 145. *Quod cupido adfixum cordi vivescit ut ignis.* Elmenh.

Reparatur] Male Edd. quaedam *reperatur*.

Post eam vero pars est] Hoc est, post Lunam statim sequitur pars Mundi Elementaris. Si vero legamus, ut Codex meus MS. habet *Post eam vero partem*, sententia pendet, nisi post sequentia illa verba, *quae sancti aetheris finibus coercetur*, adiiciamus haec, *natura elementaris existit.* plane ex mente Aristotelis, qui hoc aperte statuit. incorruptibili naturae Aetheris proximam esse naturam passioni alterationique obnoxiam. hoc est Elementarem. cuius quidem naturae Elementaris summum aetheri que maxime vicinum locum occupat τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν, ὃ λέγομεν πῦρ. ut Aristotelis verbis Meteor. L. I. cap. 4. utar; hoc est, calidum et siccum, quod vocamus ignem. Naturam itaque igneam sive φλογώδη rectius id appellaverimus, quam Ignem. — Veritus itaque Appuleius id quod Aetheri proximum est, Ignem appellare, Partem vocavit, Mundi scilicet. Vulc. *natura immutabilis regio et mortalis*] Movit hic locus nonnullis difficultatem, legentibus τὸ *natura* nominandi casu; atque ita statuentibus periodi notam post *immutabilis*. cumque in nonnullis Edd. pro *regio* legatur *origo*, sequentem dictionem *et* mutandam censent in *ei*. atque ita legunt: *Origo ei mortalis*. Hoc sensu: Naturam immutabilem hoc est aetheriam, originem suam habere a mortali natura. respectu nimirum eius quod paulo ante dixit Ap. divinas et immortales vivacitates ignium coelestium a Luna pasci. quod tamen, ut est adiectum ab Appuleio, ita est praeter mentem Aristotelis. Ego in verbis Appuleii nihil desidero, neque quicquam mutandum censeo. Sententia enim est planissima: Elementaris scilicet regionis supremam partem igneam, dispescere ac disterminare regionem sua natura immutabilem a mortali ac paene terrena. Naturam enim illam Aetheri substratam φθαρτὴν καὶ ἐπίκηρον vocat Arist. ob varias passiones alterationesque quibus est obnoxia, ut supra Aethera στοιχεῖον ἕτερον τῶν

pensaque distinximus, est et natura immutabilis regio, et mortalis, ac iam paene terrena: cuius primae sunt partes tenuiores et vaporatae. quippe cum finitimis aetheris attingantur ardoribus, quantum maximis parva, et quantum rapidis possunt pigriora contingi. Sed ex ea parte, quae curriculis finitimi inuritur Solis, se iaculari atque emicare et scintillare flammae quaedam ostensae oculis nostris videntur, quas Graeci Cometas, et Docidas, et Bothynos appellant, quas-

τεσσάρων, ἀκήρατον τε καὶ θεῖον. ubi τὸ ἀκήρατον Appuleius vertit *inviolabile*. hic τὸ ἐπίκηρον, *mortale*, sive σαθρόν. VULC. *cuius mensu appensuque distincta est natura immutabilis regio*] Cod. scriptus: *post eam vero partem* .... *cuius mensa appensaque distincta est natura*. Scribe: *naturae mutabilis regio*. Nemo hanc emendationem veram negabit, nisi qui Graeca verba, unde haec translata, non inspexit. μετὰ δὲ τὴν αἰθέριον καὶ θείαν φύσιν, ἥντινα τεταγμένην ἀποφαίνομεν, συνεχὴς ἐστιν ἡ δι᾽ ὅλων παθητήτε καὶ τρεπτὴ φθαρτήτε καὶ ἐπίκηρος. WOWER. Excerp. Batav. *c. mensu p. distincta est naturae m.* Lego: *c. m. a. q. distincta et n. aeris. Origo ei mortalis.* ELMENH. *cuius mensu appensuque distincta est naturae mutabilis regio, et mortalis, ac iam paene terrena*] Hoc est *cuius spatio, quod suspensum est in medio Aethere continetur pars illa Naturae, quae mutabilis est et mortalis, ac iam paene terrena.* nempe regio elementaris, quae sola secundum Aristotelem corruptibilis est et mutabilis. Mitto varias huius loci lectiones, huic, ut meliori, inhaereo, et certe magis cum Aristotelico textu congruit. FLORID. Emendatio est Wowerii vel Scaligeri. At Edd. cunctae habent *inmutabilis* et pleraeque *natura*. Vulcanii lectio omnino quadrat Aristotelis menti: unde patet Lipsii coniecturam esse falsissimam *natura immutabilis. Origo ei mortalis*; quia in Edd. Rom. et Bas. pr. est *origo*. et peior etiam Elmenhorstii. Inter aethera et regionem mortalem statuunt Arist. et App. aliam insuper partem, quae est etiam *inmutabilis*. Sine dubio peius hic est corruptus auctor. Recenseamus ergo MSS. lectionem; ac primo *post ea* habent uterque Voss. et Bened. et *partem* Florent. Fulv. Bened. Vulc. uterque Voss. Dein *mensa pensaque* (*appensaque* Fulv. *pnsaque* Bened.) *distinctum est et natura inmutabilis r.* iisdem est in Codd. Ex solo Voss. pr. enotatur *naturae mut.* Quare si non vere, at certe vero proxime lego *Post eam vero partem q. s. ac. f. c., cuius mensa adpensaque* (forsan tamen non damnandum *pensaque*) *distinximus*, *est et naturâ inmutabilis regio, et mortalis.* vel, si vis, *naturae inmutabilis r.* Res eodem redit. Scriptum erat *distinctimus*. hinc natus est error. Sensus est: Post aethera, cuius dimensiones et adpensiones ostendimus (per stellarum scil. orbes) est etiam regio, quae natura inmutabilis est, et alia, quae natura est mortalis. Sic clare Aristot. Μετὰ δὲ τὴν αἰθέριον καὶ θείαν φύσιν, ἥντινα τεταγμένην ἀποφαίνομεν, ἔτι δὲ ἄτρεπτόν τε καὶ ἀνετεροίωτον i. e. natura inmutabile etc. συνεχής ἐστιν ἡ παθητήτε καὶ τρεπτὴ etc. unde simul adparet, male a Vulcanio tentatam esse vocem Aristotelis τεταγμένην in τεταμένην.

AETHERIS ARD.] Edd. Ald. Iunt. post. *aethereis*. Pro *quantum* Bened. *qua tamen*: et pro *attingantur* Florent. Voss. pr. *attingatur*.

INURITUR] V. C. legit, *nutritur*. minus meo iudicio recte. VULC. Leid. et Bas. 2. *nutritur*. male. ELMENH. *quae curriculis finitimi inuritur solis*] Sic MSS. Florent. Voss. sec. In reliquis et Edd. ante Elmenh. *qua*. Dein *finit. curr.* Bened. *finitum* Ed. Vulc. tert. Licet Vulc. in prima Ed. dixisset se non probare τὸ *nutritur*, tamen exstat in eius Ed. sec. sed sequentia docent *inuritur* legendum esse.

EIACULARI] Lege *se eiaculari*. ELMENH. quod expressit Scriv. Nos cum MSS. Voss. sec. Bened. Vulc. eiusque Ed. sec. rescripsimus *se iaculari*. Sed utrumque saepissime occurrit. Ovid. Met. L. VII, 260. de sanguine: se*que* eiaculatus *in altum* Emicat, *et longe terebrata prosilit aura*. Lucan. L. II. 155. de homine: *hic* se *praecipiti* iaculatus *pondere*. Solin. p. 17. se *in profunda praecipitem* iaculata. Flor. L. I. cap. 14. § 4. *in confertissima* se *hostium tela* iaculatus. ubi vide Graev. et Duker. ac Bentl. ad Manil. V, 598. se*met* iaculata *profundo*. cf. et Plin. VIII, 27.

EMICARE] V. C. addit *et scintillare*. VULC. addunt MSS. O. ut edidit Vulc. Ed. sec. et seqq. Absunt a prioribus.

OSTENDERE SE OCULIS] Lege cum vetere meo Cod. *Ostensae oculis* etc. VULC. Schickeradus *ostentosae oculis*. Ald. et Rom. *ostendere se o.* Infra, *statim occidunt item ut se ostenderint*. ELMENH. *ostensae oculis* MSS. O. cum Vulc. et seqq. Antea edebatur *ostendere se*: sed tum hiat oratio. quare Wow. addit *et ostendere se*. Virisimilius est, *se* inventum in MSS. male a verbo *eiaculari* avulsum et huc inculcatum esse.

QUAS] Scriv. *quos*. Vide supra p. praec.

Non

quasque labi et fluere frequenter videmus, lucere facile, faciliusque restingui.
Exin inferioris aëris qualitas turbidior infunditur, cui permixtus est glacialis
rigor. sed superioris vicinia claritatis et propinqui caloris afflatu nitescit, ac
sinceriore interdum luce vestitur. Huius saepe mutabilis convertitur species:
cum sit natura vitiabili, et in nubes cogitur, et reciprocis flabris aperitur, et
nimbis vehementibus rumpitur, nivibus etiam et glacie inhorrescit, et praecipiti
grandine desuper verberatur: turbine, flatibus, Typhonumque conflictu fit pro-
cellosa: sed telis fulminum, et missilium coelestium iaculis ignescit. Aëri terra 712
con-

Non tamen ubivis hoc nostro auctori obtrudendum, etiam invitis libris. — I. B.]

COMETAS] Vide Isidor. Orig. L. III. c. 70. ELMENII.

DOCYDAS] Flor. et Leid. *Cydas.* male. Achilles Statius: *περὶ δὲ κομήτων καὶ δοκίδων ἐπραγματεύσαντο πολλοὶ, ὥσπερ καὶ Δημήτριος. εἰσὶ δὲ οὐκ ἐν οὐρανῷ ἀλλὰ ἐν τῷ ἀέρι. οἱ μὲν οὖν κάτω τὸ φῶς ἔχοντες, καὶ τὰς μαρμαρυγὰς κάτω νευσίσας καλοῦνται κομῆται. Οἱ δὲ ἄνω τὸ φῶς νενευκὸς ἔχοντες καλοῦνται λαμπάδες ὅτέτ. δὲ ἐπίμηκες ἔχουσι τὸ φῶς, καλοῦνται δοκίδες. ὁπότε δὲ ἰκματῶδες φῶς ὁρᾶται, καλεῖται ἶρις. ὅταν δὲ περὶ τὸν ἥλιον ἡ κύκλος ἐνίοτε καὶ δύο καὶ τρεῖς γίνονται.* ELMENII. Voss. uterque Bened. Vulc. *cidas.* Florent. *cydas.* prave: *δόκιδες* Aristot.

LUCERE FACILIUSQUE] Lego *L. facile faciliusque.* ELMENII. scilicet margini librorum adleverant id Lips. et Vulc. Recte.

EXIN] Ita MSS. Florent. Voss. sec. Bened. Edd. Iunt. post. Elm. Scriv. Flor. Reliqui *exinde.*

SUPERIORIS] Bened. *superior.* Voss. sec. a m. sec. *superiori.*

LUCE VESTITUR] Sic emendavi et male vulgari arbitratus sum, *luce vescitur.* Virgilius: *Laetior hic campos aether et lumine vestit Purpureo: solemque suum, sua sidera norunt.* Arnobius Lib. I. *Siderum Sol princeps cuius omnia luce vestiuntur atque animantur.* Tertullianus: *Aequalitas enim circumfusi aëris pari luce vestiens angulos.* Aristotelica e quibus hic totus locus: Ἑξῆς δὲ ταύτης ὁ ἀὴρ ὑποκέχυται, ζοφώδης ὢν καὶ παγετώδης τὴν φύσιν, ὑπὸ δὲ κινήσεως λαμπόμενος ἅμα καὶ διακαιόμενος, λαμπρότερόςτε γίνεται καὶ ἀλεεινός. COLV. Lucret. L. I. *Quam subito soleat sol ortus tempore tali convestire sua perfundens omnia luce.* Arnob. L. I. *Nunquid ipse siderum sol princeps, cuius omnia luce vestiuntur, atque animantur calore.* Sic enim istum locum interpungo. Scholiastes Horatii Vetus, in Carmine seculari *Calore solis animantur semina.* Lactant. L. I. cap. 12. *Sine Solis igneo calore neque nasci quicquam, neque augeri potest.* ELMENII. MSS. O. consentiunt. Ante Colv. edebatur *vescitur.* Sic contra *vestire umbra.*

NATURA VARIABILIS] MS. cod. habet *natura vitiabili.* Ita supra Aetherem, Inviolabilem vocavit, quem Aristot. *ἀκήρατον* dixit. VULC. *Nat. viciabili*] Malim ex scripto: *variabili.* WOWER. Florent. et Leid. et Bas. 2. *vitiabili*, vitiose. ELMENII. Primo Bened. inverso ordine *convertitur species mutabilis.* Dein cum Florent. et Vulc. etiam Voss. uterque et Bened. cum Edd. Iunt. post. Vulc. tert. *vitiabili*, quod, si me quidem audis, unice verum est; ne bis idem dicat. *Vitiabilis* est, quod ait Aristoteles *παθητῆς δυνάμεως*, et *saepe mutabilis* est, quod idem dicit *παντοδαπῶς ἀλλοιούμενος.* Prudent. Apoth. vs. 1050. de terra *Ne iam* vitiabilis *esset.* Is. Vossius quoque margini adlevit *vitiabili et.*

ET IN NUBES.] Ita MSS. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. Ante aberat τὸ *et* perperam.

IMBRIBUS] Bas. 2. marg. *nimbis.* Aristot. Καὶ ὄμβροι καταῤῥάσσουσι. COLV. V. C *nimbis* et quidem rectius. VULC. Minus bene Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. Colv. Scriv. Flor. *imbribus* contra MSS. et Edd. Ald. Iunt. post. etc. quia in Aristot. ὄμβροι. sed et hi *nimbi* dici queunt.

TYPHONISQUE CONFLICTU] Florent. et Leid. *Typhoniique c.* Fulvii liber *triformique c.* Tzetzes Chiliad. 8. hist. 171. Τυφῶν ἐστι καὶ δαίμων τις τῶν ἑκατογκεφάλων, Ὅνπερ φασὶ καὶ τῷ Διὶ πώποτε πολεμῆσαι. Νῦν δὲ σφοδρός τι ἄνεμος πυρώδης τὴν οὐσίαν Ἐξανασπῶν αὐτόπριμνα δένδρα καὶ καταρράπτων. ELMENII. *Triformi* Gr. BURM. Florent. Voss. sec. Bened. Vulc. Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. *typhoniique* vel *tyfoniique.* Lege *Typhonumque.* Aristot. πνοαί τε ἀνέμων καὶ τυφώνων. Sic in plur. alii quoque. Vide Lindenbrog. ad Ammian. Marc. L. XVII. c. 7. Typhones *atque presteres.*

SED T. F. ET MISSILIUM COELESTIUM] Malim *sed et.* Abest perperam *coelestium* ab Ed. Vulc. pr.

IN

coniungitur, eaque in se suscipit maria. Haec frequentatur animantibus, haec silvarum viriditate vestitur, haec fontium perennitate recreatur, haec fluminum frigidos lapsus, nunc erroribus terrenis vehit, modo profundo in mari confundit: eadem infinitis coloribus florum, altitudine montium, camporum aequore, nemorum opacitate variatur: sinuosis inflexa litoribus, distincta insulis, villulis urbibusque collucens, quas sapiens genus homo communibus usibus fabricatur. Nec sum nescius, plerosque huius operis auctores terrarum orbem ita divisisse: partem eius insulas esse, partem vero continentem vocari: nescii, omnem hanc terrenam immensitatem Atlantici maris ambitu coerceri, insulamque hanc unam esse cum insulis suis omnibus. Nam similes huic alias et alias minores cir-

IN SE] Exsulant a Florent. Edd. Ald. Iunt. post. Uncis incluſere Elm. et Scriv.

HAEC FREQ.] Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *sed.* Reliquae ante Vulcan. *et* contra MSS.

HAEC SILV. VIRID. VEST.] Non sunt in Rom. ELMENH. nec in Vic. Iunt. pr. Bas. pr. perperam.

HAEC FONTIUM] Ut supra, eaedem Edd. *sed* vel *et.*

RECREATUR] Bened. *redundatur* et *lapsos* pro *lapsus.*

ERRORIBUS TERRENIS] Ita malui, quam quod in vet. edit. est, *exterioribus terris.* Aristoteles: τοῖς μὲν ἀνὰ γῆν ἑλιττομένοις, τοῖς δὲ ἀνερευγομένοις εἰς θάλασσαν, quae nimiumquantum eleganter hic expressa. COLV. Ita MSS. O. Edd. Ald. Iunt. post. Colv. et seqq. Prave ceterae Edd. *exterioribus terris.* Fluviorum *errores terreni* sunt ἑλιττόμενοι ἀνὰ γῆν, qualis praesertim Maeander, qui apud Ovid. Epist. Deian. vs. 55. *toties terris* errat *in isdem Et* lapsas *in se saepe retorquet aquas.* ubi vid. N. Heinsius. Passim poëtae *errores* et *errare* fluvio adscribunt.

PROFUNDO IN MARI] Vetus codex, pro eo quod excusa exemplaria habent, *profundo in mari*, legit, *in maria.* VULC. Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *prof. in maria.*

INFINITIS COLORIBUS FLORET etc. VARIATUR] Edd. eaedem *infiniti coloris flores* etc. MS. Bened. *infinitis coloribus florum* etc. *variatuar* quod ut elegantius, vulgato praeferendum esse, monui ad Sueton. Ner. c. 31. Aristot. πεποίκιλται χλόαις μυρίαις. Sic Mart. Cap. 17. *multicoloribus notulis* variata *pictura.* nisi legendum ibi sit *variegata.* nam MSS. *varicata.* ut monui ad Met. L. XI. p. 785, b. V. Burm. ad Nemes. Ecl. 4. in f.

CAMPORUM AEQUALITATE] Vet. cod. *aequore*, id est ὁμαλότητι. VULC. Rom. Ald. et Bas. I. *i. aequalitate.* male. Vide Indicem. ELMENH. *camporum aequore* MSS. O. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. In Vulc. Edd. sec. et tert. *camporumque aequore.* priores *camporumque aequalitate*, e Glossa. *Aequor* dici de omni planitie, nemo nescit, et praesertim de campo. Vide Comment. ad Ovid. Met. XV, 266.

SAPIENS GENUS HOMO] Noster Afer adv. Gentes L. I. e contra *brutum genus* appellat homines. et L. II. *homo animal caecum, et ipsum se nesciens.* ELMENH. Male Bened. caret τῷ *genus*, (V. supra ad L. I. de Dogm. Plat. p. 578. Flor.) quod est accusat. κατὰ τὸ γένος. Virg. Aen. VIII, 113. *Qui genus?* ubi vide Heins. in Solino p. 25. leg. *hoc* genus *canes crescunt.* Cat. Burm. p. 495. genus *hoc arbos.*

COMMUNIBUS USIBUS FABRICAVIT] Basil. 2. *fabricatur.* alii *fabricatus est.* ELMENH. MS. Bened. *cois vel hominis f. usibus.* Voss. uterque etiam *communis.* Dein *fabricavit* Edd. O. ante Vulc. contra MSS. Alii *fabricatus est* teste Elmenh. *Fabricata* vitiose Ed. Vulc. sec. Met. L. VII. *prandium* fabricatur *opipare.* Florid. N. 10. fabricatum *semet sibi ampullam.* Arnob. L. V. p. 177. *ramum — humani speciem* fabricatur *in penis.* Sed *fabricare* usus est noster L. III. Met. p. 83. IX. p. 283. et sic variatur hoc verbum apud alios. Rectius tamen hic *fabricatur.* Non enim hoc fecit homo, sed quotidie facit.

VOCARI] Bened. Voss. uterque *vocare* scil. auctores.

PARTEM EI. INS. ESSE, PARTEM] Salmas. ad Solin. p. 1178. *partim eius insulas, partim.*

NESCII OMNES HANC] Locus ab interpunctione et mutatione unius literae vitiatus. Lege itaque cum interpunctione post *nescii*, hoc pacto, *nescii, omnem hanc terrenam* etc. VULC. *Omnem*] Sic recte Basil. 2. et Fulvius. alii, *omnes.* ELMENH. Edd. Ald. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. sec. *nescii omnes, hanc.* Sed *omnem* est in Edd. Vulc. tert. Wow. etc. et consentiunt MSS. mei cuncti, uti mox, ubi eadem confusio.

INSULAMQUE] Bened. *ansulamque.* Mox τὸ *suis* excidit Edd. Elm. Scriv. Flor. contra MSS. et Edd. ceteras.

ET ALIAS] Ed. Vulc. sec. *etsi al.* vitiose.

CIR-

circumfundit Oceanus, quae tamen merito videntur ignotae: cum ne hanc quidem, cuius cultores sumus, omnem peragrare possimus. Nam sicut hae insulae interfluuntur, quae sunt in nostro mari: ita illae in universo salo fretis latioribus ambiuntur. Elementorum inter se mutui nexus artis affinitatibus implicantur, et quinque coniuges copulae his ordinatae vicibus attinentur, ut adhaereant etiam gravioribus leviora. Aquam in se habet tellus: et aqua, ut
alii putant, vehit terram: aër ex aqua gignitur: ignis aëria densitate conflatur. 713.
Aether vicissim, ignesque illi immortalis Dei vivacitate flammantur. Huius divini ignis origine incensi, per totius mundi convexa illustribus facibus ignescunt. Superna quapropter Dii superi sedes habent, inferna ceterorum animantium terrena possident genera, per quae serpunt, et erumpunt, et scatent

CIRCUMFUNDIT] Edd. Vulc. pr. Wow. *circumfudit*. male.

OMNES PERAGRARE] Haud paullo rectius idem Fulvius legit: *omnem peragrare*. Omnem, id est, universam, totam. SCIOPP. *in Symb.* Bene Fulv. et Wow. ex ipsius Cod. cum Elmenh. et seqq. *omnem*, quomodo etiam margini adlevit Is. Vossius. Vide infra ad p. 735. Ed. Flor. Reliqui MSS. et Edd. *omnes*.

INTERFLUUNTUR] Ed. Vulc. pr. *interluuntur*. non male, sed contra MSS. O. Vide ad Met. L. VI. p. 401, b.

ITA ILLAE UNIVERSO SALO] V. C. *ita illae in universo salo*. per *universum salum* intelligit Mare Atlanticum. Dubitarim vero an legendum sit, in *obverso salo*, hoc est, posito sub nostro horizonte. ut significet *obversum* το ἀντίπορθμον, quod dixit Aristoteles. neque tamen assevero. Nam Apuleius in sua versione τὸ ἀντὶ ad similitudinem potius referre videtur. VULC. Vulcanius *obverso* sc. ἀντίπορθμον. ELMENH. *In* e suo Cod. addidit Vulc. cum seqq. et adstipulatur Florent. A reliquis et Edd. prioribus abest. Vulc. male coniecit *obverso:* sed et ipse non adseverat.

Ἡ δὲ σύμπασα etc.] Haec [*Aristotelis*] in Apuleio non leguntur, tam excuso quam manuscripto, non quod illa ab ipso praeterita esse credam, aut neglecta, (magnopere enim ad rem faciunt) sed quod scribae vitio sint omissa. VULC. Bene iudicat Vulc.

MUTUI NEXUS ARTIS AFF.] Bened. *mutuis nexibus et artis aff.*

QUINQUE CONIUGES] Vulgo *quinque iuges*. ELMENH. *Coniuges* hic *coniungentes* sonat, estque nomen adiectivum, quod refertur ad *copulae*, nisi malimus Elmenhorstianam lectionem respuere, et legere *quinqueiuges* (hoc est *quintuplices*) *copulae*, ut erat in vulgatis. FLORID. Perperam. Copulae hae tam arte connexae sunt, ut merito *coniuges* dicantur; neque etiam vulgo, sed in sola Ed. Vulc. tert. editur *iuges*. Ceterae omnes cum MSS. *coniuges*. Bened. *coniugales*.

ATTINENTUR] Leid. et Bas. 2. *aptantur*. ELMENH. MS. Vulc. sive Leid. et eius Edd. sec. tert. Wow. *aptantur*. Bened. *continentur*. e Glossa. Vide ad Met. L. III. p. 211, b.

ETIAM] Voss. sec. *et*.

IGNIS EX AËRIA DENSITATE] Dele τὸ *ex* auctoribus MSS. Florent. Voss. sec. Bened. Ed. Iunt. post. ante quam habent libri editi *aëris condensitate*. Bened. *aëri*. Mox pro *divini ignis* Bened. *d. generis*.

MUNDI CONVEXA] Aldus *M. connexa*, male. Vide notas ad Arnobium. ELMENH. Iunt. post. quoque *connexa*. Sed *convexa coeli* passim apud poëtas. Infra p. 733. *sphaerae convexa*.

IGNESCUNT SUPERNA] Locus corruptus. Quivis enim videre possit, discrepare inter se generibus, *incensi* quod praecessit, et *Superna*. Rectissime itaque Cod. meus MS. qui post *ignescunt* periodi notam ponit. atque ita deinceps legit, *Superna quapropter Dii superi sedes habent*. optimo sensu. Superna enim vocat, τὰ ἄνω, ut etiam Infima τὰ κάτω. quae superna (neque enim adiiciendum est, loca) Dii Superi (ad differentiam τῶν ὑποχθονίων) sedes habent, hoc est inhabitant. Neque est quod quenquam moveat adverbium *Quapropter*, non suo, ut alicui videri possit, loco positum. cum usitatius sit ab eo periodum ordiri. Familiaris enim Apuleio hic loquendi modus. VULC. Optime, et adsentiunt mei omnes praeter Bened. Vulgo erat prave *superna. Quapropter d. superas s. h.* Lipsius margini adlevit *ignescunt superne. Q.* Sed de secundo loco τοῦ *quapropter* vide ad L. II. de Dogm. Plat p. 611. Ed. Flor.

INFIMA CETERORUM ANIMANTIUM TERR. POSSID.] Cod. meus MS. adiicit *genera*. quod quidem sensum pleniorem reddit, praecipue si post *infima* subiungas notam interpunctionis. VULC. Idem Ms. *Inferna ceterorum*, quod prae illo placet. SCIOPP. *in Symb. Inferna* etc.] Totam

tent flumina, fontes et maria, quae meatus et lacunas et origines habent in gremio terrarum. Ipsarum vero insularum, quae sunt in nostro mari, digna memoratu Trinacria est, Euboea, Cypros atque Sardinia, Creta, Peloponnesos, Lesbos: minores autem aliae, ut naevuli quidam, per apertas ponti sunt spar-
714. sae regiones: aliae Cyclades dictae, quae frequentioribus molibus alluuntur. Ma-

hanc periodum depravatam recte emendavi. Wower. Et ego malim *inferna*, ut respondeat sono τοῦ *superna*. Dein *genera* exsulat ab Edd. ante Vulcan. sed agnoscunt MSS. O. at vero Wower. audacter eiiciens *terrena*, transposuit *genera possident*. Aristot. dixit ζῶα ἐφήμερα. *Terrena* videtur addidisse noster, quia omnia animantia terrae adtribuit, uti etiam *aves*, ut pluribus disserit de Deo Socratis.

Et erumpunt] Locus manifeste mutilus. Sensus enim ipse notat desiderari aliquid. Quo pacto enim haec inter se cohaereant, *Infima possident, et erumpunt?* etc. Lege itaque veteris mei exemplaris beneficio, *per quae serpunt et erumpunt, et scatent flumina, fontes, et maria.* ut τὰ *serpunt* ad flumina; τὸ *erumpunt* ad fontes; τὸ *scatent* ad maria referri possit. tametsi non ignoro Scaturigines proprie Fontium esse, Graecis πομφόλυγες. Vulc. f. legendum: *Et erumpunt flumina, scatent fontes et maria.* Vetus poëta apud M. Tul. Tusc. I. *fontes scatere herbis prata convestirier.* Brant. Lege cum Brantio *Erumpunt f. scatent fontes et maria.* Elmenh. Bened. *serpent.* Male et contra MSS. O. ab Edd. ante Vulcan. absunt *per quae serpunt.* Praeterea prave Vulc. Ed. sec. non habet *et* ante *erump.* nec ante *scatent* Edd. Ald. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. unde Wower. corrigebat *serpunt erumpunt et scatent.* sed bis *et* agnoscunt recte MSS. O. et Edd. ceterae.

Quae meatus] Notandum est quantam lucem, quantumque ornatum Apuleius hoc loco Aristoteli attulerit, non interpretem tantum, sed paraphrasten suo more agens. Vulc. MS. Vulc. *lacus*, male.

Origines habent] Voss. sec. *origenes.* Bened. *habet.*

Gremio terrarum] Edd. ante Iunt. post. *terrae.* contra MSS. O. Infra p. 729. *concutiant solida* terrarum. pag. 741. *tremoribus* terrarum.

Ipsarum vero etc.] Hic in Rom. cod. desiderantur versus 67. Elmenh. Tota haec descriptio Geographica usque ad verba *nebula constat* etc. deest Edd. Rom. Vic. Ven. Iunt. pr. Bas pr. Aldus egregium hoc supplementum primus adiecit, et tum Iunt. post. etc.

Dignae memoratu] Florent. Vulc. Voss. sec. *digna.* Bene, si ita distinguas *in n. mari, digna memoratu Trinacria est, Euboea* etc. Bened. *memoratque.* Pro *est* Lipsius legit *et.*

Cyprus] Bened. Voss. *Cypros.* Recte.

Peloponnesos] Bened. *Peloponnenses.* Voss. *Pelopennesos.* Edd. quaedam *Peloponnessos.* male.

Ut nebulae quidem] MS. cod. meus nunquam satis laudatus legit *ut nebuli quidam,* quem locum cum aliquando V. Cl. I. Lipsio collegae et amico meo ostendissem, facile mecum, non tam scribae quam aevi illius vitium animadvertit, quo promiscue litera B et V consonante utebantur. ut vel e Veteri illo Glossario satis constat, ubi Benenum pro Venenum, Bicani pro Vicani, Bomer pro Vomer reperies. In quo pronuntiationis vitio hodie adhuc haerent Hispani, praecipue Burgenses; apud quos interdum, non absque risu audivi sacrificum, ita haec Servatoris nostri verba pervertentem: *Qui mandoucatt mean carnen et vivitt meum sang'hinen, bibett in aeternoun.* Eodem itaque modo etiam hic scriptum est *Nebuli* pro *Nevuli;* elegantissima metaphora, a Naevis qui sunt cutis eminentiae, quos veteres ἀκροχορδόνας vocant: nonnulli Latine Verrucas, quas tamen veteres Graeci μυρμηκία vocant. De utrisque vide Aeginetam L. IV. c. 28. et Celsum L. V. c. 28. Vulc. Vulgo *nebulae* male. Elmenh. Edd. Ald. Iunt. Colv. *nebulae quidem.* MS. Bened. *nubulae quedam* et a m. sec. *nebulae.* Voss. uterque *nebuli quidem.* Vulc. *nebuli quidam,* atque ita quatuor Codd. Lislaei: unde optime Lips. Vulc. cum seqq. correxere *naevuli quidam,* quomodo in Cod. Florent. esse videtur. Vide Syll. Epist. Burm. T. I. p. 362, 672. Adde omnino Pontan. ad Macrob. L. II. Somn. Scip. c. 5. *In ipsis quasi* maculis *ubi habitatur.* Eodem modo loci editiores *verrucae* vocantur. Vide ad Gell. L. III, c. 7. Sic infra *tuberes* legit Pontanus, ubi vulgo *nubis admodum sparsae* e coniectura Wowerii, qui ideoque et hic *nebulae* male retinet. at vide eo loco.

Apertas ponti regiones] Sive patens maris aequor. Vitiose *opertas* Edd. Vulc. sec. Wow. sollemni variatione.

Quae frequentioribus maribus alluuntur] Vet. cod. meus habet, *molibus.* Putarim vero non incommode pro *frequentioribus* legi posse *ferventioribus* ut ferventiores motus vocet Decumanos fluctus, quibus Cyclades infestantur utpote in Aegeo mari sitae, quod quidem,

Maria maiora sunt, Oceanus et Atlanticum, quibus orbis nostri terminantur anfractus. Sed occiduarum partium mare per angustias oris artatum, in artissimos sinus funditur: et rursus a columnis Herculis refusum, in immensam latitudinem panditur, saepiusque coëuntibus terris, veluti quibusdam fretorum cervicibus, premitur, et idem rursus cedentibus terris, est immensum. Pri-

dem, ut meus Constantinus Porphyrogenneta describit, *βαρύπλουν ἐστι καὶ δυστέρατον, καὶ κύματα μακρα καὶ ὄρεσιν ἐοικότα ἀνεγεῖρον τοῖς πλέουσιν, εἴτε διὰ τὸ πυκνὸν τῶν νησων, εἴτε καὶ διὰ τὸ ῥεῦμα τοῦ πόντου τὸ καταβαῖνον εἰς Ἄβυδον καὶ προςρασσόμενον ταῖς νήσοις, μετὰ μεγάλου ῥοιζήματος.* Vel si retinemus lectionem *frequentioribus molibus*, per hoc ipsum intelligi potest *τὸ πυκνὸν τῶν νήσων.* ut metaphorice Insulas ipsas Moles maris vocet. Pomponii tamen Melae locus facit, ut commodissime legi posse putem, *frequentioribus motibus.* hoc est *aestibus marinis.* Ita enim ille L. III. c. 1. *Oceanus ingens et infinitum pelagus, et magnis aestibus concitum (ita enim motus eius appellant).* ut videatur Motus maris appellatio antiquior et notior esse, quam Aestus. VULC Lips. legit *motibus.* Ego non male crediderim legi posse, *ferventioribus maribus.* IDEM *in altera Ed. Frequentioribus molibus alluuntur*] Ita nonnulli MSS. Vulgo: *maribus alluuntur.* Malim ex aliis libris: *quae frequentioribus maris motibus alluuntur.* WOWER. Unde eas Cycladas dictas nonnulli putant, quod propter frequentes, quibus scatent, scopulos, nautae necesse habeant longo illas circuitu ambire, nec possint transire per medias. Sic autem intellige *frequentioribus molibus alluuntur*, non, quasi velit eas frequentioribus aquarum molibus seu fluctibus allui, sed quod, habentes ipsae frequentiores moles seu scopulos excurrentes, alluantur a mari. FLORID. Voss. pr. *quas freq.* Voss. uterque *frequentatioribus;* quod notaret, eas insulas magis ceteris frequentari incolis et advenis, si cum Vulcanio *molibus* explices de insulis ipsis, qui nunc potius intelligit *τὸ πυκνὸν* spissum insularum numerum. *Motibus* edidit Wow. Verum *molibus* habent MSS. O. ut edidere Vulc. Ed. sec. Elm. et sëqq. Antea edebatur *maribus.* Is. Vossius coniecit *maris meatibus. Ferventioribus molibus* de decumanis fluctibus, quod coniecit Vulc. eo defendi possit, quod hi saepe poëtis *montes* et *moles* dicuntur. Infra p. 730. *fluctuum currentium* mole. Apud Iustin. L. IV. init. pro *toto undarum onere* Heins. ad Val. Flacc. L. I, 285. legit *tota und. mole.* Sed tamen nihil recedens a MSS. malim cum Florido capere de scopulis, quibus frequentes sunt et scatent Cyclades; nec enim frequentioribus fluctibus illae, quam aliae insulae in medio mari sitae alluuntur. Prave vero MS. Bened. Edd. Bas. sec. Lugd. *abluuntur.* de more. Vide me ad Frontin. L. I. c. 4. §. 7. *alterum latus mare* adlueret. Restituendum id quoque Avieno Desc. Orb. vs. 1105. Abluit *aestus Persicus hanc.* immo vero *adluit*, ut editor Anglus iam emendavit vs. 881. *Caspinam late terram super* adluit *unda:* ubi idem, ut passim, error. cf. Drak. ad Liv. XXVI, 45.

ATLANTICUM] Voss. sec. *Athalanticum.* Bened. *Atlanticus.* male.

PER ANGUSTIAS ORIS] Aristot. *στενοπόρῳ στόματι* sive freto Gaditano. quod itidem sic vocatur a Floro L. II. c. 17. §. 7. *ad Gades et Oceani* ora *pervenit.* ubi vide Duker. et, quem laudat, Burm. ad Vellei. L. II. c. 101, et ad Serv. in Virg. Aen. II, 312.

IN SINUS] Voss. sec. *in sinos.* et cum Bened. statim *rursum.*

VELUTI] Ed. Vulc. tert. *velut.*

FRETORUM CERVICIBUS PROCEDENTIBUS] Locus elegantissimus turpissime foedatus. Cod. meus MS. pro *procedentibus* legit *premitur*, id est, *πιέζεται.* quod idem est atque *ἀναστομοῦται*, id est *artatur*, vel ut Mela ait *in artum cogitur.* Pulcherrima vero Metaphora Fretorum cervices *ἰσθμοὺς* vocat. quod nimirum pectus hominis circa collum et cervicem in arctum cogatur. *ἰσθμιον* enim significat *τὴν αὐχένα καὶ τράχηλον.* et ut annotat Hesychius *τὰ στενὰ μεταξὺ δύο θαλασσῶν* Verbo autem *πιέζεσθαι* hac significatione utitur etiam Procopius, de Syrtibus loquens Lib. *περὶ κτισμάτων Ἰουστινιανοῦ: Ταύτῃ*, inquit, *ἡ θάλασσα πεπιεσμένη, τῆς ἠπείρου ἐντὸς τὸν κόλπον ποιεῖται.* Non est autem *τὸ fretorum cervicibus* coniungendum cum *premitur*, sed cum praecedentibus, ut sit sensus: cum orae terrarum veluti iunctis fretorum cervicibus coëunt, mare premi, id est artari; cui opponitur *τὸ πλατύνεσθαι*, quod Appuleius vertit *Immensum est.* VULC. Optime et accedunt reliqui MSS. et Edd. seqq. In prioribus erat *cerv. procedentibus.* Sic Mela L. I. c. 1. *Propontis ubi se expandit; ubi iterum* pressit *Thracius Bosporus.* Forsan utrumque reliquit auctor. *Procedit terra* cum angustatur mare, in quod procurrit; ut contra *recedit* cum sinum facit. Passim ita apud Geographos, ut statim *cedentibus terris est immensum*, ubi Bened. et Voss. inverso

Primum igitur columnis navigantibus dextrum latus duobus sinibus maxi-
715. mis cingitur, quorum primus duas Syrtes habet, alter imparibus quidem
sinuatur figuris, sed in maxima divisus est maria: quorum unum Gallicum
dicitur, alterum Africum, quod quidem Aristoteles Sardiniense maluit dicere;
tertium, Adriaticum pelagus. His iungitur Siculum, et post Creticum, et,
indiscretis finibus, Pamphylium, Syrium, Aegyptium. Sed ante Aegaea et
Myrtoa sunt maria. His sane vicinus est Pontus, sinus amplissimus ma-
ris nostri, cuius extremus recessus in Maeotin senescit, et ex Hellesponti
fontibus concipitur, vestibulumque eius Propontis vocatur. Ab ortu solis
Ocea-

so ordine *c. est terris inm.* Pro *idem* Lips. *itidem.*

PRIMUM IGITUR COLUMNIS] Facit Aristoteles, ut scribam, *Primum igitur Columnas navigantibus dextrum latus duobus sinibus cingitur.* ait is enim: Πρῶτον μὲν οὖν λέγεται ἐγκεκολπῶσθαι ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὰς Ἡρακλείους στήλας. COLV. *dextros latus*] Talpa caecior sit, qui non videat legendum esse *dextrum.* neque quicquam muto in *Columnis.* hoc est, a Columnis Herculis dextrorsum navigantibus. VULC. Male Colvius reponit *columnas navigantibus.* Verba Aristotelis, quibus utitur εἰσπλέοντι τὰς Ἡρακλείους στήλας id non sonant, sed tantum *Columnas ingredientibus*, ab Oceano nempe in mare Mediterraneum, quod coïncidit cum expressa lectione. FLORID. *columnis navigantibus dextrum latus* i. e. iis, qui navigant a columnis. Si cum Colv. Wower. et Scriver. legas *columnas*, exponendum erit pro *praeternavigantibus.* Verum obscurissima tum reddetur oratio; debet enim intelligi solum de iis, qui ex Oceano mare Mediterraneum introëunt. quare si quid mutandum est, ne hi casus Ablat. et Dat. in eodem numero occurrant, malim *naviganti.* verum ita solent aliquando, licet minus eleganter, loqui auctores. Vide Wopkens. Misc. Obs. Vol. VIII. p. 34. Veget. L. III. c. 19. *In paludibus occupatis, in campis sparsis atque securis opportunum proelium infertur.* Habent autem Edd. ante Vulcan. *dextros*, atque ita MSS. Voss. unde Schikeradus in Epist. coniiciebat *columnas n. dextras.* Prave. *Dextro* Bened. Sed *dextrum* MSS. Vulc. Florent. cum Lips. Vulc. et seqq.

AFRICUM] Bened. *Africanum.*

SARDINIENSE] Σαρδώνιον. COLV.

PAMPHYLIUM] Ald. *Pamphylicum.* Arist. παμφύλιον. COLV. *Aegaea*] Eadem *Regia*, quod falsum esse, arguit Aristoteles. ID. *et indiscretis finibus Pamphylium, Syrium, Aegyptium. Sed ante Aegaea et Myrtoa sunt maria*] Non distincte satis hic locutus est auctor, nec dubito, quin sit corruptus. *A dextro latere*, et ait Aristot. τῇ μὲν, sunt *Pamph. Syr. et Aegypt. maria. A sinistro* vero *Aegaea et Myrtoa*, τῇ δέ. Nihil hic facit τὸ *ante.* Pro *et* quoque in MSS. Fulv. Bened. Voss. sec. *eo* sc. latere, ut edidere Elm. et Scriv. Pro *Aegaea* in Vulc. Voss. sec. est *regea* in Florent. Ed. Ald. *regia.* Forsan *sed altero Aegaea* etc. Latet certe tale quid. Ceterum *Pamphylium* MSS. Vulc. Voss. sec. Bened. Florent. Dein *Assyrium* MSS. iidem, ut et Fulv. et Voss. pr. Recte. Passim autem confunduntur, ut MSS. Apollodori L. III. p. 223. *Syri* saepissime *Assyrii* audiunt. Vide ad Iustin. L. I. et ad Sueton. Caes. c. 22. Dein τὸ *et* cum Florido edidi ante *Myrtoa*, auctoritate Cod. Bened. A reliquis MSS. et Edd. abest. [Nil muto. Antequam ad *Pamphylium* etc. venimus, occurrunt *Aegaeum* et *Myrtoum.* — I. B.]

HIS] Voss. sec. *is.*

HELLESPONTI FONTIBUS] Malim legere *faucibus*, respectu ad verbum quo Aristoteles utitur συνεστόμωται, quod et Budaeus vertit, *In fauces contracta est.* Pomp Mela: *Qua diffunditur, alia aliis locis cognomina acceptat, ubi primum se coarctat, Hellespontus vocatur: Propontis, ubi expandit.* quod eleganti Metaphora Appuleius *Vestibulum* vocat. Non celabo tamen etiam hoc, in MS. meo Cod. legi *Ex Hellesponti fonte.* rectius quam, *Ex fontibus.* VULC. In Graeco: συνεστόμωται. Rectius igitur erit: *ex Hellesponti faucibus.* quod etiam aliis notatum. WOWER. *H. fonte*] Ald. *H. fontibus.* alii *H. faucibus.* recte. ELMENH. Primo ante *ex H.* τὸ *et* abest a MSS. Bened. Voss. sec. Tum *Ilesponti* Bened. Tandem prave Elm. et seqq. receperunt coniecturam Vulcanii *faucibus* ex Aristotele; sed ille verbo συνεστόμωται non ita utitur; verum ait de ponto πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον συνεστόμωται τῇ καλουμένῃ Προποντίδι. quis autem ita loquitur *concipi e faucibus?* Male quoque Is. Vossius coniecit *Hellesponti freto.* Verum Edd. priores habent *fontibus.* at MSS. quod sciam omnes dant *fonte*, ut bene edidit Vulc. ac revocavi, ut passim loquuntur auctores. Initium ponti facit ab Hellesponto. Mela L. III.

Oceanus est, Indicum et Persicum mare conferens. Hinc patescunt finitima 716.
Rubri maris, quae per angustas longinquasque fauces in Hyrcanium et Caspium flectuntur simul: ultra quae profundae vastitatis esse maria creduntur. Deinde paulatim Scythicum et Hiberum freta, et rursum mare, per quod Gallicum sinum atque Gaditanas columnas circumvectus Oceanus, orbis nostri metas includit. Sed in altera parte orbis iacent insularum aggeres maximarum: Britanniae duae, Albion et Hibernia, iis, quas supra diximus, maiores. Verum hae in

L. III. c. 7. *Ganges multis* fontibus conceptus. Lucan. L. II. vs. 403. Fontibus *hic vastis immensos* concipit *amnes*. Curt. L. VI. c. 4. §. 5. *Velut* ex *alio* fonte conceptus editur. Statim recte sequitur *per angustas fauces*. αὐχένα. ubi Bened. *angustia*.

PROPONTIS] Bened. *Proponticus*. Voss. sec. *Propontius*.

FLECTUNTUR: SIMUL UTRAQUE] Et hoc male respondet Aristotelico textui. videtur hic Appuleius mare Caspium a finibus maris Rubri derivare, quod absurdissimum. Aristoteles vero tolerabilius ab Oceano Septentrionali; sed et ipse fallitur. cum nullo enim altero mari communicat mare Caspium, nisi forte subterraneis meatibus cum Ponto Euxino (quod nonnullos existimasse video, atque in his Aristotelem, teste Postello L. I. de Universitate.) At error ille de origine Caspii maris communis fuit Aristoteli cum veteribus omnibus Geographis, quibus Septentrionales plagae minus erant cognitae. Strabo L. II. ait terram nostram mari circumdatam, in se ab Oceano multos admittere sinus: maximos autem 4: de quibus is, qui Septentrionem spectat, Caspium vocatur mare, sive Hyrcanum. Persicus autem sinus et sinus Arabicus meridionali mari infunduntur. quartus magnitudine alios superans a Columnis Herculis oritur, estque mare Mediterraneum. Idem sentit de Caspio mari Plinius L. VI. cap. 13. FLORID. Locus depravatus cum a vitiosa distinctione, tum vero ab insigni corruptione duarum vocum, quae in unam coaluerant. Claude itaque periodum post *simul*. ut legas, *flectuntur simul*. deinde ita lege: *ultra quae* (maria scil. Hircanum et Caspium) *profundae* etc. ut *ultra quae* explicet illud Aristotelis τὸ δὲ ὑπὲρ ταύτην. aperto sensu. VULC. Optime, et confirmat Bened. si non fallunt excerpta.

SCYTHICUM ET HYBERNUM FRETUM] Ald. *Scy. et Hiberum fretum*. Aristoteles quidem: ὑπὲρ τοὺς Σκύθας καὶ Κελτικήν. COLV. MSS. O. *Hiberum* et Edd praeter Bas. sec. Lugd. Colv. qui dedere *Hybernum*. Intelligit Aristoteles mare, quod fluit iuxta Germaniae et Celticae oras, et videtur noster auctor per errorem Germanicum mare vocasse *Hiberum*, quod est proprie Hispanicum, ab Hibero flumine, inductus in eum per nomen *Celtiberiae*; nam de *Hibernia* non potest derivari, quia eam ipse statuit in alio orbe. Scalig. *Iberium*. Dein MSS. Bened. Voss. uterque *freta*. Recte. Vide ad L. I. de Dogm. Plat. p. 184, a.

GALLICUM SINUM] Male *sinum* abest MSS. Bened. Vulc. Voss. et Edd Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. Wow. Servavit hanc vocem recte Florent. cum Aldo, Vulc. sec. et seqq. Γαλατικὸν κόλπον Aristot. Statim Bened. Voss. sec. *circumventus*.

BRITANNICAE] Ita ex Aristotele refinxit Vulc. Ed. sec. et ex eo seqq. Verum priores cum MSS. omnibus *Britanniae*, quod mutari non debuit. Utraque enim insula dicta est Britannia. Hinc *Britanniae*, ut *Galliae*, *Hispaniae* Plinio L. IV. c. 16. Catullo bis Epig. 26 et 42.

ALBION ET IËRNA] Si Aristotelem sequamur, scribemus *Albium*. nam apud eum τὸ Ἀλβίον. Sed apud Stephanum est Ἀλβίων; apud Ptolemaeum Ἀλουίων. Iernam vero quam noster, et Aristoteles Stephanusque Ἰέρνην vocant, Ptolemaeus Ἰουερνίαν, Plinius Hiberniam appellant. COLV. Cod. MS. *et Lebeone et Hidera*. Super hoc loco ἐπέχω. Sunt qui hunc librum de Mundo Aristotelis esse negent, quod Hibernia eo tempore fuerit ignota. Sed an haec insula, quam Ἰέρνην hoc loco vocat Aristoteles, Ptolemaeus Ἰουερνίαν, Eustathius οὐερνίαν, eadem sit cum hac Appuleii ambigo. VULC. Sic Bas. et Aldus. Flor. *Labeon et Hibernia*. Leid. *Lebione et Hiderne*. Fulvii liber *A. et Hibernia*. Tzetzes Chil. 8. hist. 218. Ἰουερνία καὶ Ἀλουβίων. Eustathius in Dionysium p. 82. αἱ Βρεττανίδες δύο νῆσοι Οὐερνία καὶ Ἀλουίων, ἤτοι βερνία καὶ Ἀλβίων. ELMENH. Sic Hegesippus seu quiscunque auctor Britanniam novi orbis appellatione cohonestat. SCRIV. Voss. sec. *et Labeone*. Male, ut notum. Pro *Ierna* MS. Vulc. *Hidera*. Sed MSS. reliqui et Edd. Vulc. sec. tert. *Hibernia* verissime. Ἰέρνη enim Aristoteli aliisque (V. Ortel. Thes.) est *Hibernia*, Ierland, quomodo ea insula iam audit apud Caesar. L. V. B. G. c. 13. et Plin. L. IV. c. 16.

QUAS SUPRA DIXIMUS ESSE MAIORES] Cod. MS. *quas supra ea diximus esse maiores*. in

in Celtarum finibus sitae. Non minores vero ultra Indos, Taprobana, et Phebol: multaeque aliae orbis ad modum sparsae hanc nostram insulam, (id est,

utroque mihi videtur redundare *τὸ esse.* Neque enim supra ulla mentio Albii aut Iërnae facta est. ut sit sensus: Sed in altera parte orbis iacent Britanniae duae, insulae maiores iis quas supra diximus, hoc est, ut Aristoteles habet τῶν προειρημένων μείζους. VULC. Corrigo ex Aristotelis verbis: *iis, quas supra diximus maiores.* IDEM. *Albion et Ierna, quas supra diximus esse maiores. Verum* etc.] Ita haec nobis exhibuit postrema editio, quam emendatissimi libri expresserunt; quae tamen adeo corrupta sunt, ut aegre ea caperemus, nisi verba Graeca viam ostenderent, aut ipsi mediocri quadam sagacitate praediti verum indagaremus. Nulla autem hactenus mentio incidit Albii et Iernae insularum, quas tamen sese dixisse aliis maiores haec verba referunt. Illa vero quae sequuntur in Graeco exemplari ita concepta: τούτων δὲ οὐκ ἐλάττους ἥτε Ταπροβάνη καὶ ἡ Φεβὸλ καλουμένη. Qua ratione igitur minores Taprobana et Phebol. Minus recte etiam illa constant: *multaeque aliae urbes admodum sparsae.* De insulis enim loquitur, non de urbibus. Plane ergo absurde urbes pro insulis sparsas esse dixerit. Illa vero: *id est, hunc terrarum orbem,* inducenda, ut superflua et aliena. Interpretantur enim verba ista: *hanc nostram insulam.* Sed facilius erit, corrupta haec et depravata convincere, quam vera proponere. Certe verisimilia me protulisse crediderim, si ita rescribendum dixero: *Albion et Ierna, iis, quas supra diximus, maiores. Verum hae Celtarum in finibus sitae. Non minores vero ultra Indos Taprobana et Phebol, multaeque aliae nubis ad modum sparsae hanc nostram insulam, quam maximam diximus, ornamentis suis pingunt.* Verba Graeca: Ἀλβίον καὶ Ἰέρνη, τῶν προϊστορημένων μείζους, ὑπὲρ τοὺς Κέλτας κείμεναι. τούτων δὲ οὐκ ἐλάττους ἥτε Ταπροβάνη, πέραν Ἰνδῶν, λοξὴ πρὸς τὴν οἰκουμένην, καὶ ἡ Φεβὸλ καλουμένη οὐκ ὀλίγαι δὲ μικραὶ περὶ τὰς Βρεταννικὰς καὶ τὴν Ἰβηρίαν, κύκλῳ περιεστεφάνωνται τὴν οἰκουμένην ταύτην ἣν δὲ νῆσον εἰρήκαμεν. *Iis, quas supra diximus, maiores.* τῶν προϊστορημένων μείζους. Intelligit autem Trinacriam, Eubaeam, Cyprum, et alias, quarum meminerat. *Nubis ad modum sparsae.* Insulae adinstar nubium in mari sparsae adspicientium oculis apparent. Repetit eandem orationem, quam supra protulerat: *Creta, Peloponesus, Lesbus, minores autem aliae, ut nebulae quaedam per apertas Ponti sunt sparsae regiones.* Ita enim locus iste in omnibus fere libris conceptus, licet elegans et speciosa MS. lectio, quam eo loco secuti sumus. *Hanc nostram insulam quam maximam diximus:* τὴν οἰκουμένην ταύτην, ἣν δὴ νῆσον εἰρήκαμεν. Intelligit autem haec verba: *Omnem hanc terrenam immensitatem Atlantici maris ambitu coërceri, insulamque hanc unam esse cum insulis suis omnibus.* WOWER. Lege *diis maiores.* ELMENH. Voluisse credo Elmenh. *d.* sive *diximus iis mai.* ut est in Florent. sed malim tum invertere *iis maiores, quas s. d.* Verum bene emendarunt Vulc. et Wow. Sed ille in Ed. sec. edidit *iis quas supra Iërna diximus maiores.* quod non capio. Putem typothetarum errore, *Ierna* in textu relictum esse, quod correxerat in *Hibernia.*

CELTARUM] Bened. Voss. uterque *Celtorum.*

MINORES VERO] Putarim legendum, *Haud minores.* Aristot. οὐκ ἐλάττους. VULC. Puto legendum *Non minores vero ultra Indos, Taprobana et Phebol.* BRANT. Vulcanius *Haud minores vero.* Bene. ELMENH. Wower. quoque pro *sunt* fecit *non*, quia in MSS. et Edd. vett. non comparet *haud;* quae sane emendatio mihi praeplacet, quam cum Elmenh. et seqq. interponere *haud.*

TAPROBANA ET PHEBOL] V. Cod. *Bromanae atque Zoxae.* Zoxae corruptum videtur ab eo quod Aristoteles habet λοξή. Apud Stob. legitur Φοβεα καὶ εὔβοια. VULC. V. C. *Indros, Bromanae et Zoxae.* utrobique monstra vocabulorum. ID. *in Ed. An.* 1594. Leid. *Bromanae et Zoxae.* Flor. *Bromanae atque Oxae.* Fulvii liber *B. et Ose.* Forte legendum *Toprobana et Telos.* Isid. L. Orig. XIV. c. 6. *Toprobana insula Indiae subiacens ad Eurum. Telos insula est Indiae ferens omni tempore folia.* Vide Tzetzen Chil. 8. Hist. 213. ELMENH. *Taprobane et Phebol* ex Aristotele quidem Aldus et seqq. edidere. at quaenam sit illa *Phebol* ad Arabicum sinum iacens, non convenit inter eruditos. MSS. etiam Appulei eam non agnoscunt. Praeter iam laudatos Bened. Voss. habent *Bromanae atque Zonae:* quare non alienus sum a sententia Vulcanii et Salmas. ad Solin. p. 782. existimantium, vocem λοξὴ sive *inflexa* apud Aristotelem sumtam esse ab Appuleio pro nomine proprio, ut putarit λοξὴν etiam vocatam esse ab eo Φεβόλ. Ita enim Aristot. ἥτε Ταπροβάνη πέραν Ἰνδῶν, λοξὴ πρὸς τὴν οἰκουμένην, καὶ ἡ Φεβὸλ (Ψεβὼ leg. cum Salm.) καλουμένη. Scriptum ergo foret ab Appuleio *Taprobane atque Loxe.* Sic certe scimus, multa urbium epitheta apud Homerum, a posterioribus Geographis sumta esse pro

est, hunc terrarum orbem) quam maximam diximus, ornamentis suis pingunt, et continuatione, ut quibusdam sertis coronant. At enim huius terrae, quam nos colimus, latitudo quadraginta, prolixitas septuaginta millia stadiorum tenet. Sed in divisione terrarum orbis, Asiam et Europam, et cum his, vel sicut plures praeterea, Africam accepimus. Europa ab Herculis columna usque Ponticum et Hyrcanium mare, ac flumen Tanain fines habet: Asia ab iisdem angustiis Pontici maris usque ad angustias, quae inter Arabicum sinum et inte- 717.

pro nominibus propriis. Prave profecto ex Isidoro Elm. coniecit *Telos*.

Multaeque al. urbes admodum sp.] Ingeniose Schickeradus *m. a. u. nubis ad modum sparsae*. Elmenh. Schickeradi coniecturam tacite sibi vindicavit Wow. et in textum recepit Floridus. Hinc et Wow. retinet supra *minores aliae, ut nebulae quaedam per ponti regiones sparsae*. sed sine dubio ibi rectum est *naeuli quidam* et hic saltem tum etiam *nubium* debuerat dici. MSS. et Edd. vett. constanter habent *urbes*, vitiose. Edd. Wow. Elm. *urbis*. Scriv. vero edidit *uberis*. Credo eum intellexisse mamillae rotunditatem. Aristoteles enim ait κύκλῳ περιεστεφάνωνται τὴν οἰκουμένην: quod noster reddidit *continuatione, ut quibusdam sertis coronant*. Salm. ad Sol. p. 1111. Ed. vet. 782. Ed. ult. *Breves adm.* At Pontanus ad Macrob. L. II. Somn. Scip. c. 5. emendat *tuberes admodum*: ut maneat in metaphora, quia de maioribus insulis *aggeres* dixerat. Obstat tamen *admodum*, quod malim cum viris doctis in duas voces secare *ad modum*. Quare accedo adhuc Is. Vossio, qui margini adlevit *orbis* i. e. κύκλῳ. Praesertim si cum Wowerio deleas *hunc terrarum orbem*. ἐπέχω tamen. Est enim et in hoc quod displicet.

Hunc terrarum orbem, quam maximam diximus] Cod. MS. hoc pacto legit, *Hunc terrarum orbem quam maximum, ut diximus*, etc. quam lectionem magis probarim. aut si priorem retinere libet, τὸ *quam maximam diximus*, videtur transponendum esse atque ita legendum: *hanc nostram insulam, quam maximam diximus*, id est, *hunc terrarum orbem* etc. dixit enim supra, *Omnem hanc terrenam immensitatem Atlantici maris ambitu coërceri, insulamque hanc unam esse cum insulis suis omnibus*. Hic itaque universum orbem terrarum sive omnem hanc terrenam immensitatem *Insulam maximam* vocat. Vulc. *Hunc terrarum orbem*] Dele glossema. Elmenh. Cum Vulcanio Elm. edidit *orbem quam maximum, ut dix.* et sane ita videtur quoque esse in Florent. Certe Bened. habet *ut diximus*. Sed nihil opus est mutatione aut deletione, si cum Scriverio et aliis uncis illa includimus. Aristot. τὴν οἰκουμένην ταύτην, ἣν δὴ νῆσον εἰρήκαμεν, ut et auctor noster supra. *Idem* Voss. sec. pro *id est*.

Quam nos colimus] Bened. *qua nos colimus*. non ineleganter.

Quadraginta] Bened. *X*. prave.

Septuaginta millia] Bened. *XX*. Abest τὸ *millia* etiam a MSS. Florent. Voss. utroque, Vulc. et Ed. Ald. ut saepe solet in MSS. quia notabant modo littera *m*.

Praeterea Africam] Dele τὸ *praeterea* ex Florent. Elmenh. *Et cum his, sicut plures, Africam accepimus*] Sic quidem cum Florent. Edd. vett. Verum MSS. Voss. uterque, Vulc. Bened. cum Edd. Vulc. sec. Wow. *et cum his, vel sicut plures praeterea Afr. acc.* quod unice placet. Auctor ait se admisisse in divisione orbis Asiam et Europam, et in his comprehensam Africam, quasi tantum partem Europae, vel potius, sicut plures, praeter eas duas tertiam partem, Africam. Male vero Edd. Vulc. tert. Elm. Scriv. *et cum his praeterea sicut plures*. Abest *et* a Bened. *Accipimus* contra MSS. O. est in Edd. Ald. et Iunt. post. et Edd. ceteris ante Vulcan.

Ab Herculis Columnis usque Ponticum et Hyrcanium mare] MSS. Vulc. Voss. sec. et Edd. Vulc. Wow. Elm. Scriv. *ad H. columnas*. sed tum debebat interponi *et usque*. Habent *ab H. columnis* Edd. reliquae vulgares cum MSS. Bened. Voss. pr. At MS. Florent. et Ed. Ald. *ab H. columna*. Egregie. Nam alteram columnam statuerunt in Africa, alteram in Europa, de qua hic agit. Vide Melam L. I. c. 5. et omnino Curt. L. X. c. 1. *Cursum Gadis dirigere, ibi namque columnam Herculis esse fama vulgaverat*. Dein male *Pontum* Ed. Floridi. *Hyrcanum* Voss. sec. et Edd. Ald. Iunt. post. Sed supra quoque *Hyrcanium*.

Tanain] Sic MSS. et Edd. vett. non per *m*. Bened. *Tanaum*.

Pontici maris usque ad alias angustias] Haec videntur abundare. Elmenh. Supple *et Hyrcani* ex Aristotele. Florid. *Pontici maris* uncis inclusit Wow. et mihi quoque hae voces pro Glossa suspectae sunt. Nam si retineas, aeque addi debuisset *et Hyrcanii*; ut apud Aristotelem.

Ara-

terioris ambitum pelagi, iacet; constringiturque Oceani cingulo et societate
718. nostri maris. Sed alii alio modo, ut quidam ab exordio Tanais usque ad ora Nili, Asiae terminos metiuntur. Africam vero ab isthmo Rubri maris, vel ab ipsis fontibus Nili oriri putant, eiusque in Gaditanis locis fines esse. Sed ipsam Aegyptum plerique Asiae, plures Africae adiungunt: ut insularum situm, sunt

Arabicum sinum] Sic recte Aldus et Basil. I. In Flor. et Leid. est *Arabicum finem*, male. Elmenh. *Finem* quoque est in Bened. Voss. utroque et Edd. Vulc. Sed aliter Arist.

Iacet constringiturque] Si ita legas, tunc in illis *quae* etc. subintelligendum est τὸ *sunt*; nisi aliud quid lateat sub illo *finem*. At MS. Bened. et Ed. Wow. habent *iacent*; ut ad *angustias* referatur, et *constringiturque* more Appuleii per Polysyndeton construatur: quamvis clarius locutus esset, si *que* tum τῷ *Oceani* adiecisset. Sic Arist. μέχρι θατέρου Ἰσθμοῦ, ὃς μεταξὺ κεῖται τοῦ Ἀραβικοῦ κόλπου, καὶ τῆς ἔσω θαλάσσης περιεχόμενος ὑπό τε ταύτης καὶ τοῦ πέριξ Ὠκεανοῦ. Placet tamen mihi magis τὸ *iacet* sc. Asia in latitudinem: ubi hoc verbum est proprium. Lucan. IV, 674. *a medio confinis Syrtibus Hammon At qua* lata iacet *vasti plaga fervida regni.* ubi nil mutandum. Ovid. Her. Ep. XII. 28. *Ponti qua plaga laeva* iacet. Mela L. I. c. I. *Porrecta in occasum* (ita MS. quoque Dorvill.) *et* qua *sic* iacet *aliquanto quam ubi latissima est longior.* sic enim e MSS. leg. Vulgo *quia.* Vide Misc. Obs. Vol. VII. p. 430. Claud. L. II. in Rufin. 38. *Omnis* qua *mobile Ponti Aequor et Hadriacas tellus inter*iacet *undas.* ubi male Barthius vult *quae.* Prave vero hic Edd. nonnullae *iacet* legentes iungunt cum *quae* etc.

Et societate] Male exsulat τὸ *et* ab Edd. ante Vulc. sec. praeter Aldinam.

Usque ad ora Nili] Μέχρι Νείλου στομάτων. Colv. *usque* abest MSS. Bened. Vulc. Voss. sec.

Metiuntur] Sic recte edidere Ald. Iunt. post. et Florid. inter duo commata ponentes, *ut quidam* etc. *Nili*, atque ita MSS. Florent. Bened. Voss. sec. *ut* valet *sicut.* Vide Aristot. Aliae *metiantur*, post *modo* plenius distinguentes; uti τὸ *ut* notet *adeo ut.*

Ab Isthmo] Voss. sec. *a ismo.* Bened. *aismo*, suprascr. *p sinu.*

Putandum] Ita MSS. Vulc. Voss. uterque cum Edd. Vulc. Wow. In Bened. *putandum est.* Dicit auctor, perinde esse, sive Africae initium capias ab Isthmo Rubri maris, ut statuit Aristoteles; sive a Nili fontibus, ut alii, monente etiam Arist. *Putant* vero membranae Florent. et Edd. reliquae. Forsan fuit *Africa* (sic enim Voss. sec.) *oriri putatur.*

Ut insularum situs] Locus corruptus, cui neque a MS. codice meo remedium. qui hoc etiam pacto legit: *ut insularum situs sunt qui eam finitimis locis comprehendunt, et sunt qui in alia divisione eas habendas putent.* Utrobique male, meo quidem iudicio, hae tres dictiones cum praecedenti periodo coniunguntur, cum potius periodus claudenda sit post *adiungunt.* deinde ita legendum: *at insularum situs, sunt qui cum finitimis locis comprehendunt; et sunt qui in alia divisione eas censendas putent.* ut pro eo quod est MS. *eam*, legamus *cum.* hoc sensu. Diviso in tres partes Orbe, dubitatur a nonnullis de Aegypto, Asiaene an Africae sit adiungenda, quemadmodum et de insulis per maria diffusis, an ei parti orbis cui proximae iacent sint adscribendae, an vero in divisione orbis quartam partem obtinere debeant Insulae. Nam quod Arist. dixit καὶ τὰς νήσους οἱ μὲν ἐξαιρέτους ποιοῦσι vertit Appuleius, *In alia divisione habendas putent.* hoc est, peculiarem illis in divisione orbis partem dandam. Vulc. Ego, ut sensus constet, ita legerim: *adiungunt. At insularum situs sunt qui cum finitimis* etc. Id. *in Ed.* 1594. *Eas* lego. Brant. Nansius *q. eas amfinitimis l.* ut Festus *amptermini.* Elmenii. ridicule. *Adiungunt, ut insularum situs. Sunt, qui eam f. l. comprehendunt* est veterum Edd. lectio, in qua Vulc. iam vidit durissime *situs* connecti cum verbo *adiungunt*, et *eam* nihil habere, quo referatur, atque ut ille correxit, habet eius Ed. tert. Recepit Wow. *cum* et Vulcanii distinctionem, quae etiam recte exstat iam in Ed. Ald. Iunt. post. et prave post *situs* Edd. recentiores punctum posuere. Sed *ut* Wow. retinuit cum ceteris, ac MSS. Florent. Fulv. Vulc. Voss. pr. Sed delent τὸ *ut* Voss. sec. et Bened. Nimis vero audacter pro *eam*, quod constanter retinent MSS. *eas* e coniectura Brantii recepere Scriv. et Flor. Lipsius coniecerat *qui in finitimis.* Quidni? *adiungunt. Ut insularum situm, sunt qui eum f. l.* etc. ut πλεονάζει τὸ *eum* pro more nostri frequenti. Vide Casaubon. Init. Apol. in qua saepe ita occurrit, ut et Ind. Not. Apud alios saepissime hoc pronomen abundare, constare tibi pote-

sunt qui cum finitimis locis comprehendunt: et sunt, qui in alia divisione eas habendas putent. De mari satis dictum. Terreni vero casus ita se habent. Exhalationes duas physici esse dicunt, tenues et frequentes, vixque visibiles ad superiora minari; ex gremio telluris nebularum agmina halitu amnium fontiumque constare, matutinis temporibus crassiora. Harum altera arida est, atque fumo consimilis, quae terrenis eructationibus surgit: altera humida, et egelida.
hanc

cerit, Lector, e collectaneis ad Caesar. L. VIII. B. G. c. 3, comm. ad Suet. Aug. c. 67. *s* in *situs* adhaesit a seq. voce *sunt*, postquam omiserant addere *m*, vel lineolam super *u* pingere.

EAS HABENDAS] Aut scribendum est, *eum habendum*, aut emendandum, *insulas habendas*. enim Aristoteles: Καὶ τὰς νήσους, οἱ μεν, ἐξαιρέτους ποιοῦσιν οἱ δὲ, προσνέμουσι ταῖς γείτοσιν ἀεὶ μοίραις. COLV. Nequaquam mutandum est; satis enim patet, insulas intelligi.

PUTANT] Ut *comprehendunt*. Sed MSS. Vulc. Bened. Voss. sec. *putent*. Eleganti modorum variatione, de qua alias saepe. Vide Ind. Not.

TERRENAE VERO] Locus in omnibus Appuleii editionibus mutilus. Huic ex MS. codice meo ita subveni: *Terreni vero casus ita se habent. Exhalationes duas esse Physici dicunt* etc. VULC. *terreni vero casus*] τὸ *casus* male delet Flor. et Aldus. ELMENH. Male Edd. ante Vulcan. *terrenae* sine τῷ *casus*.

EXHALATIONES DUAS PHYSICI] MSS. Voss. uterque, Bened. *et elationes*, male. Edd. ante Vulcan. *Exh. quas duas*. Dein Voss. sec. *fassice*. Bened. *fasisce*. Abest *Physici* ab Ed. Aldina. Statim *et frequentes* desunt Ed. Vulc. pr.

AD SUPERNA MINARI] ἄγεσθαι, Fulvii liber *in mari*. Lipsius *animari*, male. ELMENH. Recte Lindenbrog. et Elm. exponunt ἄγεσθαι, *ut minare asinos*, *pecua*, habuimus; vel *tendere*, *efferri*: ut simul videatur hausisse auctor e Virg. Aen. L. I. vs. 162. *geminique* minantur *In coelum scopuli*. ubi vide Servium.

ET GREMIO TELLURIS] Lege *e gremio telluris*. ELMENH. Haec est altera exhalatio. Vide Arist. Contra MSS. O. edunt Elm. Scriv. Flor. *e gremio*. cur non potius *minari; ex gremio t.*? Pro *halitu* Voss. sec. *alitu*.

CONSIMILIS] Ita et MS. legit, manifesto procul dubio errore. addendum enim est *fumo*. ut exprimatur τὸ καπνῶδες, id est, fumo consimilis. qui nimirum sua sponte sursum fertur. quo respexit Appuleius cum dixit, *surgit*, hoc est sursum vergit. VULC. Nisi fallunt excerpta, τὸ *fumo* exstat in Florent. sed ceteri MSS. et Edd. priores non habent: unde Lipsius margini adlevit *animae consimilis*.

RELUCTATIONIBUS] Malim, *eructationibus*. Arist. Τούτων δὲ ἡ μὲν ξηρὰ καὶ καπνώδης ἀπὸ τῆς γῆς ἀποῤῥέουσα. COLV. Putarim legendum esse vel *Eructationibus* (nam et hoc verbo ἀνερεύγεσθαι utitur Aristoteles) vel *exhalationibus*. tametsi MS. codex expresse habeat *reluctationibus*. VULC. *retractationibus*] Non capio has retractationes. Emendandum censeo: *Quae terrenis eructationibus surgit*. WOWER. Vulc. Colv. et Wow. *t. eructationibus*. Bene. ELMENH. et in textum recepere Wower. Elm. et seqq. In MSS. O. et Edd. vett. est *reluctationibus*. An *effluctationibus* a flucto ἐπιῤῥέω Arist. ἀποῤῥέουσα ἀπὸ τῆς γῆς. Sed in *eructat*. acquiesco.

ET EGELIDA] Ald. *gelida*. Porro Aristoteles: ἡ δὲ νοτερὰ καὶ ἀτμώδης. Ovidius: *Et gelidum Borean, egelidumque Notum*. Egelidus, id est, parum gelidus, vel non gelidus. nam particulam E minuendi eam vim habere scribit in II Georg. Servius; ubi alias legi notat, *Plantis edurae coryli nascuntur*, — *id est, quasi non durae: ut paulo post, Enodes trunci, id est, sine nodis*. Nec nos movebit idem Grammaticus de hac sententia, contrarium dicens L. VIII. Aen. ad illud: *Ut procul egelido secretum flumine vidit*. Nam pro nobis etiam Catullus: *Iam ver egelidos refert tepores*. Et elegantissimus Medicorum Corn. Celsus L. IV. *Vinum austerum, meracum. per aestatem frigidum, per hiemem egelidum*. COLV. Colvius, cum Edd. omnes legant *gelida*, reposuit *Egelida*, id est, non gelida. At vero tametsi exhalatio, tam quae ex terra quam quae ex aqua sit calida respectu caloris attrahentis. tamen ea quae fit ex aqua respectu naturae ipsius aquae, gelida dici potest; certe multo magis quam quae fit e terra. Veterem itaque lectionem codicis mei fide comprobatam retineo. Cum vero exhalatio haec ex aqua sit ἀτμώδης, id est, vaporata, Appuleius maluit vertere *Gelidam*, quod nimirum Gelidum duas significationes habeat, ψυχροῦ videlicet sive frigidi, et τοῦ παγώδους, id est, quod facile condensetur et constipetur. quae utraque significatio optime convenit exhalationi quae fit ex aqua. Multo itaque rectius ἀτμώδη interpretemur *Geli-*

li-

719. hanc ex fluentis superioris vaporis natura ad se trahit. Et ex hac quidem nebulae, rores, pruinae, nubila, imbres, nix atque grando generantur: de illa superiore, quam diximus siccam, venti, animae, flammae et fulmina, atque aliae ignitorum telorum gignuntur plurimae species. Nebula constat aut ex ortu nubeculae, aut ex eius reliquiis. Est autem exhalatio vaporata et humore viduata, aëre crassior, nube subtilior, cui serenitas abolitionem infert. Nec aliud est serenitas, quam aër purgatus caligine, et perspicue sincerus. Ros vero nocturnus humor est, quem serenitas tenuiter spargit. Glaciem dicimus humorem,

lidam, quam, ut Budaeus, *roscidae exspirationis plenam*. Vulc. *Egelida*] ἀτμώδης. Ita Flor. et Colv. vulgo *gelida*. Vide Indicem. Elmenh. Voss. uterque etiam et Bened. cum Edd. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *egelida* i. e. parum *gelida*. Prave Vulc. e suo cod. cum Aldo et Wowerio dedit *gelida*, quod intricate explicat. τὸ *et* exsulat a Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor.

Effluentis] MS. cod. meus legit, *ex fluentis*, hoc est, ἐκ τῶν ναμάτων. vel ut Arist. ἐκ τῆς ὑγρᾶς φύσεως. apertissimo sensu, qui, si legas *effluentis*, nullus est. Vulc. *Ex fluentis* MSS. O. Male Edd. ante Vulcan. *effluentis*.

Vaporis] Si quis pro *vaporis* legere velit *caloris*, non repugnaro. Nam ut ait Arist. in Meteoris, δῆλον ὡς ἡ ἀτμὶς θερμοτέρα ὕδατος· ἔχει γὰρ τὸ ἀνάγον ἔτι πῦρ. Ita ut Calor Aeris dicatur ἀνάγειν, hoc est Trahere ad se τὴν ἀτμίδα. Vulc. Non opus hic ulla mutatione. *Vapor* enim et *fumus* includit calidum quid: unde passim *vapores* dicuntur calidissimae exhalationes. Vide Ind. Not.

Imbres] Bened. *et imbres*.

Generantur] Edd. Ald. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. *generatur*.

Siccam] Bened. *siccam venusque*.

Venti aquae flammae] Aldus, *verti*. male. Leidens. *a flamine*. Lego, *auram*, *flamina*. Elmenh. *Venti atque flamina*, *fulmina* etc.] Haec lectio est Scriverii, quam tacite recepit quoque Floridus, et desumta ex Aristotele, qui habet: ἄνεμοίτε καὶ πνευμάτων διαφοραὶ, βρονταίτε καὶ ἀστραπαὶ καὶ πρηστῆρες καὶ κεραυνοὶ etc. Ald. Iunt. Colv. Vulc. cum Wower. et Elmenh. *Venti*, *aquae*, *flammae*, *fulmina*; atque ita MSS. Florent. Bened. et Voss. uterque; nisi quod 3 posteriores dent *et fulmina*. Male pro *flammae* Elm. coniecit *flamina*. *Flammae* enim sunt πρηστῆρες. At quid huc faciunt *aquae*? Lege omnino cum Lipsio et Goesio *animae* i. e. πνεύματα, spiritus. Inepte autem *verti* est in MSS. Vulc. Voss. sec. Edd. Ald. Vulc. pr. Reposui itaque *Venti*, *Animae*, *Flammae*, *et Fulmina*. Vide infra p. 723. animis *Septemtrionis ac Zephyri temperati Etesiae*. Auson. in Precat. Cons. 7. *Apricas ventorum animas*.

Ignitorum] Bened. *ignipicorum*, et mox *atque ex ortu* pro *aut ex ortu*.

Exhalatio] Voss. sec. *exaltatio*. Bened. *ex altero*.

Et humore] Edd. ante Vulcan. contra MSS. carent τῷ *et*.

Abolitionem] Bened. Voss. sec. *obolitionem*. Mox pro *caligine* Bened. *caliginem*.

Quem serenitas tenuiter spargit] In vet. libro: *quem serenitas sudat*. Quod cum pereleganes visum; notare libuit. Ita Fulgentius I Mytholog. *Ubi guttas florulentae Mane rorat purpurae Humor algens*, *cum serenis Astra sudant noctibus*. Lepidi sane versus, sed deprehensi sub aperto furto, quod data occasione indicabo. Auctor poëmatii, cui index: Pervigilium Veneris: — *ipsa roris lucidi Noctis aura quem relinquit; spargit umentis aquas. Gutta praeceps orbe parvo sustinet casus suos. In pudorem florulentae prodiderunt purpurae: Humor ille, quem serenis astra rorant noctibus, Mane virgineas papillas solvit humenti peplo*. Tota oratio elegans et lepida de humore noctis. Rectius autem scribi existimarim: *In sudore florulentae prodierunt purpurae*. Rosas appellat florulentas purpuras, easque uvidas noctis sudore ait. Manifesta vero Fulgentii imitatio. Non puto illustrius exstare testimonium, quod auctoritatem astruat huic poëmatio. Et miror sane inter tot eruditos huius carminis interpretes neminem hoc observasse; quos nollem poëmatis natalem aevo Augusti transscripsisse. Non recipit tam molles et deliciosas elegantias. Sed non flectam ad aliena institutum. In Fulgentio legendum: *Humor algens*, *quam serenis*. Et in Pervigilio: — *ipsa roris*, *lucidae Noctis aura*, *quem relinquit*, *spargit humentes aquas*. Neque enim assentior corrigenti: *cum reliquit*. Ipsa Dione spargit humorem roris, quem relinquit aura lucidae noctis. Nam, ut Appuleius: *Ros nocturnus humor*, *quem serenitas spar-*

rem, sereno rigore concretum. Huic est pruina consimilis, si mollitia roris matutinis frigoribus incanuit. Ergo aër actus in nubem nubilum denset, et ea crassitudo aquarum foetu se gravidat. Imber exprimitur, cum inter se urguentur nubium densitates, totque diversitatibus pluviae cadunt, quot modis aër nubilis conditionibus cogitur. raritas enim nubium stillicidia dispergit: quae, con-

spargit. Aristoteles Meteorolog. L. II. c. 60. Inde Alcmani Lyrico: *δρόσος ἀέρος θυγάτηρ καὶ σελήνης*. ut refert Plutarchus, et ex eo Macrobius Saturn. L. VII. c. 6. Sed longius recessi a consueto more et instituto, quod accurate in his servare constitui. WOWER. Inverse Voss. sec. *ten. seren*. Edd. Vic. Iunt. pr. *spergit*. Eleganter sane MS. *sudat*, si fides Wowerio. Vide Munker. ad Fulgent. I, 15. *arbores quae succinum* sudant. et ita Virg. Ecl. VIII, 55. Claudian. Cons. Olyb. vs. 221, 251. et alii poëtae.

SERENO RIGORE CONCRETUM] Malim: *frigore*. WOWER. *Frigore* vulgatum fuerat ante Vulcan. quae vox statim sequitur. MSS. O. *rigore*, ut bene reposuit Vulc.

MOLLITIA] Cum Vulcan. Wower. et Elmenh. e MSS. Florent. Vulc. Bened. Voss. sec. sic edidi. Vulgo *mollities*. Ita in Apolog. p. 522. *Rudi* mollitia. p. 526. *tanta* mollitia *animi*. De Dogm. Plat. L. I. p. 589. *Pulmonum* mollitia. Plura vide ad Caesar. L. VII. B. G. c. 77. *Animi est ista* mollitia.

INCANUIT] Bened. *incaruit*.

DENSET] Se denset, densetur. Lucretius L. I. *Nec tali ratione potest denserier aër*. Virgil. Georg. I. — *Iupiter humidus austris Denset, erant quae rara modo, et quae densa relaxat*. Notandum verbum, Densere. quod saepius apud eumdem Virgil. et locus Aristotelis: *Ὄμβρος δὲ γίνεται μὲν κατ᾽ ἐκπιεσμὸν νέφους εὖ μάλα πεπαχυσμένου*: id est, Densentis. COLV.

ERGO SI AER A. I. N. N. DENSET, ET EA CRASSITUDO A. FOETUS GRAVIDAT, IMBER EXPRIMITUR. Q.] Primo *si* non comparet in ullo Cod. nec. Ed. ante Bas. sec. Dein *foetus gravidat* solus habet Florent. unde sic edidere Elm. Scriv. Flor. In MSS. reliquis est *foetu gravidat* praeter Vulc. Cod. qui cum Edd. ceteris habet *foetu gravidatur*. Nam certe crassitudo non *gravidat foetus*, sed ipsa fit *gravida foetu*. Legendum omnino est, et distinguendum *Ergo aër* etc. *foetu se gravidat*. *Imber exprimitur*, *quum* etc. Et sic clare Arist. *Νέφος* etc. *γόνιμον ὕδατος· Ὄμβρος δὲ* etc. Nam male *imber exprimitur* iungunt praecedentibus: quod non fit, cum nubes gravidantur aquis; sed cum iam gravidatae nubes inter se urguentur et colliduntur. Frustra autem margini *densat* adlevit Lipsius. Vide (praeter Colv. et Comm. ad Lucan. p. 266, 331.) Lambin. etc. ad Lucret. L. I. vs. 391. *quia* se condenseat *aër*. atque ita MSS. aliquot Veget. L. IV, c. 3. et Septim. de B. Troi. L. III. c. 5.

IMBER EXPRIMITUR] Vide Isidorum de Natura rerum, cap. 33 et 34. ELMENH.

URGUENTUR] Ita Ed. Scriv. bene. Al. *urgentur*.

AËR NUBIUM CONDITIONIBUS] Modius rescribit, *nub.. coitionibus*. Ego malim, *conflictionibus*, et ab Aristotele iuvari putem: cuius verba iamiam dedi; post quae consequenter additur: *Διαφορὰς δὲ ἴσχει τοσάσδε, ὅσας καὶ ἡ τοῦ νέφους θλίψις*. Sed certissima elegantissimi Lipsii coniectura, *conlisionibus*, Aristotelisque auctoritate etiam nixa. COLV. MS. cod. habet *nubili conditionibus coagitatur*. Posset quidem ex coniectura Lipsii, quam adfert in Notis uberioribus Colvius noster, legi *collisionibus*. quod exprimit vocem *θλίψις*: sed eam antea explicavit Appuleius, inquiens, *cum inter se urgentur*, quod idem est atque *colliduntur*. Cum itaque dixit Appuleius, *nubili conditionibus*, respexit ad ipsam nubili naturam et constitutionem, raram videlicet vel densam; non autem ad collisionem, cuius antea fecerat mentionem. et plenius explicatur per verbum *coagitatur*. quod multo est ad sensum Aristotelis accommodatius, exprimendae videlicet *θλίψει*, quam *cogitur*. ut in omnibus Edd. legitur. VULC. *aër nubili conditionibus coagitatur*] Sic edidit Vulcanius. at in MS. Fulvii legitur: *aër nubilis conditionibus cogitur*. cum in vulgatis sit: *nubium conditionibus cogitur*. Unde suspicatur Fulvius legendum: *nubium coitionibus cogitur*. quomodo Virg. *in nubila cogitur*. Vid. Arnob. L. I. SCIOPP. *in Symb*. In scripto Fulvii: *nubilis conditionibus cogitur*. Vulgo: *nubium*. Fortasse legendum: *nubium coitionibus cogitur*. quod et Fulvius reposuit. WOWER. Sententia clamat rescribendum *q. m. a. n. coitionibus c.* Homero *νεφεληγερέτα* Iupiter appellatus. ROALD. *Nubium coitionibus cogitur*] Sic lego cum Fulvio et Modio. Flor. *nubilis conditionibus cogitur*. Leid. et Bas. 2. *nubili conditionibus coagitatur*. alii *nubium collisionibus*. Virg. 5. Aeneid. *in nubem cogitur aër*. Iob. cap.

concretae vehementius, effundunt agmina largiora, et eas aquas, quas imbres vocamus. a quibus hoc differunt nimbi, quod pluvia iugis est: nimbus autem quanto repentinus est, tanto vehementior: et quanto improvisior praecipitatio
720. eius est, tanto breviore casu restringitur. Nives autem colligi iactatione densarum nubium constat: nam priusquam in aquam defluant, fractae ac discissae spumas agitationibus suis faciunt, et mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit. Haec, victis nubibus, crebrior ad terram venit. Eam tempestatem nos nin-

cap. 38. *Subito aër cogetur in nubes.* Vide Collectanea ad Arnob. p. 23. Elmenh. Coniecturam Ursini Modiique cum Elmenh. amplexus est Florid. At primo *nubium* est in nullo MS. nec Ed. vet. Sed *nubilis* praeter laudatos ab aliis, Voss. pr. *nubili* Bened. Voss. sec. cum Edd vett. Vulc. pr. sec. et Scriv. Dein *conditionibus*, quod habent Edd. vett. et Scriv., cum aliis servant etiam Bened. et Voss. sec. unde si quid mutandum hic foret, facile coniici possit cum Lipsio et Scaligero, quodque expressit Vulc. Ed. sec. tert. ac Wow. *conlisionibus* i. e. θλίψεσι Aristotelis: immo sic, quasi esset in Voss. pr. enotavit Is. Vossius. Colvii quoque *conflictionibus* propius accederet, quam *coitionibus.* At nulla mutatione opus fuerat; rescribo enim e MSS. *nubilis conditionibus*, sive varia nubium constitutione. Tandem minus bene sui solius codicis auctoritate Vulc. eumque secuti Wow. et Scriv. ediderunt *coagitatur*, pro *cogitur*: quod est in MSS. et Edd. ceteris. Recte, pro densatur. Vide Elmenh. Lucan. L. III, 59. *medium Borea nubes cogente sub axem.* Solin. p. 63. *aëre nebuloso et* coacto. et passim. Nostro p. 721. *In unum* coacti aëris *flumen.* p. 724. *Nubes* coactas conlidit.

Quae] Bened. *nubes quae.*

Effundunt agm. larg.] Illud etiam monebo, Appuleium suo more hoc loco Aristoteli aliquid, quod desiderari videbatur, addere. Cum enim Aristoteles Pluviam tantum statuat et imbrem; Appuleius tertium genus facit Nimbum, qui ut Pluvia et Imbre praeceps magis et repentinus est, atque improvisior, ita breviore, ut ipse loquitur, casu restinguitur. ut *brevitas* hic ad tempus referatur, ut apud Horatium *Breve lilium* dicitur, id est, exiguo tempore florens. Ego tamen non male crediderim haec discrimina ita poni posse, ut Pluvia sit βροχετὸς, Imber ὑετὸς, Nimbus ὄμβρος. Vulc. Edd. Elm. Scriv. Flor. male *affundunt.* Mox pro *hoc differunt* Fulvian. *eo diff.*

Quod Pluvia iugis e.] Crediderim legendum *a quibus hoc differunt Nimbi, quod Imber, Pluvia iugis est.* Vulc. non male.

Quanto repentinior] V. C. *quanto repentinus*, pro, *quanto magis repentinus.* Vulc. Veterum Edd. lectionem *quanto repentinior*, male revocarunt Scriv. et Flor. nam MSS. O. cum Vulcan. Wower. Elmenh. habent *repentinus*, Appuleii more, qui solet τὸ *magis* omittere. Adi ad Flor. N. 16. Sic cum *tanto* et *quanto* saepius. L. VIII. Met. p. 237. Tanto *illo quidem* fidentius, quanto *crederet ferri vulnera similia futura prosectu dentium.* Flor. N. 23. Quanto *orationi modificabor*, tanto *a vobis in maius tolletur.* Apol. p. 405. Quanto *contumeliae* insolens, *multo tanto ex animo laborat.* Hoc ipso libro p. 739. Quanto finitima *sunt ei*, tanto amplius *de deo carpere.* Solin. p. 25. quanto *quis anteit.* sic etiam MSS. Leid. 9.

Quod improvisior praecipitatio est] Bene Vulcanius, nisi quod addendum ex MS. *improvisior eius praecipitatio.* Sciopp. *in Symb.* MSS. Fulv. et Florent. cum Vulc. Ed. tert. et seqq. addunt *eius*, quod abest ab Ed. Vulc. sec. Sed Codd. Bened. Voss. uterque Vulc. *inprovisior praecipitatio eius est*; atque ita Iunt. post. Reliquae Edd. male *inprovisior et praecipitatior.*

Discissae] Voss. sec. *discisae* de more. Intelliguntur autem nubes ipsae, ut patet ex Aristotele.

Et mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit] MS. cod. legit *gelatu summo rigore frigore inhorrescunt.* Ego legendum putarim, *et mox gelatae, summo rigore frigoris inhorrescunt.* Proprie autem admodum et eleganter utitur hoc verbo *Inhorrescunt.* quod Graeci φρίσσειν. quo Homerus frequenter utitur, ut: λήϊον στάχυσι φρίσσει, ἄνθρωπος θριξὶ, θάλασσα κύμασι, μάχη ἔγχεσι, et Virg. *seges horret aristis.* Significat autem proprie φρίσσειν sive *horrere*, ut definiunt Graeci, πύκνωσίν τινα ὀρθωτικὴν κατὰ ἡσύχιον κίνησιν, id est, densitatem quamdam erectivam cum leni motu coniunctam. Vulc. Uti Vulc. legit, est in Voss. pr at in Ed. sec. ac tert. Vulc. omisit *frigoris*, quomodo sine hac voce diserte legitur in Bened. ac Voss. sec. Verum modo locutus erat de *nubibus*; hic de ipsis *nivibus* debet intelligi. quare sine dubio ea vox debet intercedere. Praeterea quo-

ningorem vocamus. Grandinare vero tunc dicis, cum aqua nubem lapidoso pondere et festinante perrumpit: eademque vi et ad pernicitatem incita, et, cedente aëris mollitie, praecipitata, indignatione vehementi humum verberat. Haec

quomodocunque legas, inest his Soloecismus. Quo enim pertinet *Haec?* cum praecedat *nives* et *humor*. Hoc videns Wow. tacite edidit *mox gelatus earum h. r. fr. inhorrescit, ac v. n.* etc. Nimis interpolate. Cod. Florent. accedit vulgatis. Arist. ἐργάζεται δὲ ἡ συμπῆξις τοῦ ἐνόντος ὑγροῦ τὴν ψυχρότητα. Quare legendum mihi omnino videtur *et mox gelata ex humido rigore inhorrescit. Haec* etc. Sic omnia sana et facillima, ac cum Aristotele convenientia. *Frigore* vel *frigoris* est glossa τοῦ *rigore*, ut supra. Corrupta vox *umido*, ut solent librarii scribere pro *humido*, ansam depravationi dedit. Dein pro *victis n.* Lipsius margini adlevit *victis* sed frustra. *Victis* idem est, quod supra *fractis*, *discissis*, *fissis*. Ita non raro *navis vinci hieme* dicitur, quae dissolvitur. Adi Cl. Burm. ad Ovid. Ep. XIX. vs. 183 *Et te labratae* vincuntur *ab aequore puppes*. quomodo saepe Lucanus. Vide Ind. et L. V, 597. *solvit* victis *compagibus alnus*. Immo et de aliis pro *diruptus*. ut L. V, 616. *quam celsa cacumina pessum Tellus* victa *dedit*. L. VIII, 857. de Sepulcris *Effudere suas* victis *compagibus urnas*. [An *hinc v. n.?* — I. B.]

Eam tempestatem] Hic iterum desunt in Romano versus 74. Elmenh. usque ad *inpulsibus quatit* omnia desunt Edd. primis, Iunt. pr. Bas. pr. Aldus primus partim, partim Iunt. Ed. post. addidere.

Nigrorem vocamus] In Aldina Appuleii edit. legitur *Nigorem*, quod praeteriit in suis notis Colvius, credens, uti arbitror, corruptum id a *Nigrorem*. quod in aliis omnibus excusis Appuleii exemplaribus ita legitur. Cod. vero meus MS. nunquam satis laudatus, legit *Ningorem*. e qua dictione sciolus aliquis *n* literam expunxit, et *Nigorem* fecit. Ex hac alius quispiam (ex Anaxagorae schola ſortassis, qui, ut testatur in Paradoxis Cicero, Nivem nigram esse dicebat) *Nigrorem* effecit. vel quod Nigredinem tempestati (ita enim eam vocat Appuleius) convenientem putaret. Vera itaque lectio est, *Ningorem*. unde et *Ningidus*: ut ea sit differentia Nivis et Ningoris, quae Pluviae et Imbris. Glossarium vetus interpretatur νιφετὸν Nimbum, quem Appuleius supra definivit, Repentinum, praecipitem et brevem imbrem; et νίφει Ninguit. Recte etiam Hesychius qui discrimen aliquod statuere videtur inter χιόνα et νιφετὸν, cum νιφετὸν interpretatur τὴν χιόνος καταφοράν: Ex glossario autem veteri colligere possumus, Nimbum tam de pluvia, quam de nive dici solitum. Vulc. *Ninguorem*] Sic vertit νιφετὸν Aristotelis. *Ninguor* porro et verbum *ninguo*, et adiectivum *ninguidus*, quo saepius utitur Ausonius, fluunt ab antiquo genitivo *ninguis*, quod olim usurpatum fuisse pro *nivis* testatur Priscianus L. VI. Florid. Egregie reposuit Vulc. cum seqq. *ninguorem* ut est in MSS. O. immo a Vossio suprascriptum *ninguorem*, quae scil. emendatio est Scaligeri, ut edidere Scriv. et Flor. quem vide et Gifan. ad Lucret. Pier. ac Cerd. ad Virg. L. III. Georg. vs. 367. Edd. Ald. Iunt. post. *nigorem*.

Tunc dicimus] Voss. sec. *tum*. A Scriv. et Florido est *dicimus*. In MSS. et Edd. ceteris *dicis*. scil. tu Faustine, et alii vulgo. Ald. *discis*. An ſim *dicas?* alibi sic in hoc libro.

Eademque vi et ad pernicitatem incitatur] Sic tacite edidit Floridus. At MSS. et Edd. O. corrupte *incitat*. Bened. *eadem vero que ad vi pernic. incitat*. Latet quid. Lipsius legit *incitata*; quod non displicet: nisi malis mecum *eademque se vi incitat*. Sic *aestus et vis aquae se incitant*. [Haud dubie legendum *incita*: quod verbum, ut antiquum et Lucretianum, placere Appuleio debuit. — I. B.]

Cedente aëris molli cura: pr. ind. veh. humana verb.] Miror interdum nonnullos qui in castigando Appuleio multum operae posuisse videri possint, quam plurimos eius locos ita corruptos, ut nullus ex iis sensus elici possit, ita praeterire perinde ac si ne per somnium quidem de eorum integritate dubitassent. Inter quos etiam hunc pono, quem in morbo cubare ne animadverterunt quidem. quem tamen satis prodit sensus alienatio. Quid enim est *aëris mollis cura?* aut quomodo τὸ *humana* congruere possit cum *praecipitatam?* Pro *molli cura* itaque lege *mollitura*, nisi haec vox nimium insolens videtur: aut cum vet. Cod. meo, *mollitie*. deinde pro *humana* lege *humum*. atque ita integrum Appuleio sensum, facili admodum curatione, reddideris. Vulc. *aëris mollitie*] Bas. 2. *aëris mollitia*. Flor. et Aldus *aëris molli cura*. Unde Vulc. *aëris mollitura*, Lipsius *aëris mollicina* legunt. Sed ista ingeniositate nihil hic opus, cum lib. I. de habitudine Platonis dicat, *pulmonum excipitur mollitie*. Elmenh. *mollitie* praeter Cod. Vulc. clare habet Bened. ut cum Vulcanio edidere seqq. vel *mollitia*, ut supra. Voss. *molli curae*. Scalig. *molli natura*, melius quam aut Lips. *mollicina* aut Vulc. *mollitura*. Quid si *mollitia*, *terrae praecipitatam*, i. e. in ter-

Haec satis erunt de iis, quae udis elementis aquosisque contingunt. Verum aliae sunt passiones, cum impulsu frigidioris aëris venti generantur. Nec enim aliud est, nisi multum et vehemens in unum coacti aëris flumen. Hunc spiritum dicimus: licet spiritus ille etiam nominetur, qui animalia omnia extrinsecus vitalia tractus sui vitali et foecunda ope vegetat. Siccos et superiores mundi flatus ventos nominamus: auras vero, humidos spiritus. Sed ventorum binae sunt species. Qui facti e telluris halitu constant, Terrigenae nuncupantur: at illi qui excutiuntur e sinibus, Encolpiae Graece sunt nominati. Con-

terram. Vide ad Lucan. L. IV, 647. *sternique vetabere* terrae. ut lego iam cum Cortio, et ad L. V, 360. *procumbite* terrae. adde Cl. Burm. ad Ovid. Am. III, 2, 25. Immo noster L. IX. Met. terrae *prosternitur*. Alibi *terrae iacere*, *concidere* etc. Donec tamen quid certius e MSS. affulgeat, *mollitie* retineo.

HUMUM VERBERAT] Aldus *humana verb.* inepte. ELMENH. *Praecipitata indignatione veh. humum verberat*] Haec Lipsii est coniectura in marg. libri sui, quam, nescio unde, tacitus admisit Floridus. MSS. et Edd. reliquae habent *praecipitatam*, nisi quod in Bened. sit *praecipitatum*. Pro *humum* MSS. Voss. sec. Vulc. et Edd. ante ipsum *humana*. Sed Bened. *reverberat humum*. Unde suspicor, auctorem scripsisse *terrae praecipitatam indignatione veh. humus reverberat*. Eleganter sane. Certe nequaquam *humus* potest dici *praecipitata*, sed grando; quod miror non vidisse Vulcanium. Grandinem autem *reverberat* i. e. resilire facit humus, quasi *indignata*, se ea feriri. ut Virg. *Pontem* indignatus *Araxes*. et L. II. Ge. 163. Indignatum *magnis stridoribus aequor*. Lucan. X, 319. de Nilo *Obsistere cautes* Indignaris *aquis*. Si *humum* retineas, posset legi *terrae praecipitata cum inclinatione veh. humum verberat*. nam *inclinatione* est in Bened. et sic Arist. καταφορὰ ταχυτέρα. Immo ita si legas posses *humana* retinere, sive quascunque humanas res, me tamen non suffragante. Vel sic tamen mallem *humo reverberatur*. Ita *terrae resultare* Met. L. III. p. 213, b. Nec movere debet locutio: terrae *praecipitatam* humus *reverberat*. sic enim p. 748. *tremoribus* terrarum *dissiluisse* humum.

HAEC SATIS ERUNT] Bened. *hoc satis erit.* Voss. sec. *haec sati erit.* Ald. *haec sat erunt.*

QUI CUM INPULSU] In V. C. non legitur τὸ *qui.* et omnino παρέλκει. nam si legatur, sensum turbat, qui alioqui est planus. VULC. Recte deest *qui* in MSS. O. et Edd. post Vulcan.

SPIRITUS ILLE NOM.] Lege, *licet spiritus etiam ille nominetur.* VULC. τὸ *etiam* perperam ante deerat, sed comparet in MSS.

ANIMALIA O. EXTRINSECUS] Lego, *intrinsecus.* ELMENH. Malim *intrinsecus*, quod etiam video Elmenhorstio placuisse. FLORID. Pessime: nec etiam bene Lipsius adlevit margini *vitalis tactus sui et foec. ope.* Auctor dicit, spiritum vegetare omnia illa animalia, quae *extrinsecus* spiritum trahendo vivunt, ope vitali *tractus* sui: nam *trahendo spiritum* vivimus; unde passim *trahere ducere spiritum.* Arist. πνεῦμα describit ἐν φυτοῖς καὶ ζώοις καὶ διὰ πάντων διήκουσαν, extrinsecus pervadentem per omnia ἔμψυχον καὶ γόνιμον οὐσίαν i. e. vitalem et foecundam facultatem. *Vitalia* posset videri apud nostrum παρέλκειν, ut *extrinsecus* referas ad *vegetat*, sed non puto. Voss. *extrins. omn.* Bened. non male *vegetet.*

SICCOS ETIAM SUPERIORES] Lege, *siccos et superiores.* VULC. ut habent MSS. In Edd. ante Vulcan. *etiam*, unde Lips. adlevit *superioris.* Frustra. Pro *flatus* Ed. Vulc. tert. vitiose *status.*

Q. FACTI E TELLURIS HABITU] Legendum omnino *halitu*, etiam non monentibus membranis veteribus. hoc est, Exhalationibus terrenis recta sursum tendentibus. quos quidem ventos eleganti allusione ad γηγενεῖς illos Gigantes, Terrigenas vocat Appuleius, quos Arist. ἀπογείους etc. VULC. f. *Q. fartim e telluris habitu conflant.* BRANT. Brant. *q. fartim e tell. h. conflant.* Bene. ELMENH. *Conflant* non male; sed prius non mutandum. Inepte ante Vulcan. edebatur *habitu* contra MSS. et sensum Aristot. οἱ ἐκ τῆς νενοτισμένης γῆς πνέοντες.

TERRIGENAE] ἀπόγειοι. COLV. Sequentia *At illi* etc. usque ad *vocitantur* desunt in Edd. Vett. Primus addidit editor Iunt. post.

ENCOLPIAE DE RECESSU SUNT NOMINATI] Emendo locum corruptum e MS. cod. meo, *Encolpiae Graece sunt nominati.* Ἐγκολπίαι vero quo pacto concipiantur, eleganter describit Seneca Nat. Quaest. L. III. cap. 8. *Quicquid*, inquiens, *ex se paludes et flumina emittunt (id autem multum est et assiduum) per diem, Solis alimentum est. nocte autem exhauritur; sed montibus inclusum in unam regionem colligitur. Cum il-*

Consimiles his haberi oportet eos, qui de fluminibus, lacubus et stagnis, vel ruptis nubibus per aperta coeli manare adsolent, rursumque in crassam nu- 721.
bium speciem conglobantur, qui Ecnephiae appellantur: vel cum imber effusus conciet flabra, quae Exhydriae Atticorum lingua vocitantur. Nunc nomi-

illam implevit, et iam non se capit, sed exprimitur aliquo, et in unam partem procedit, hic ventus est. (Encolpias scilicet.) *Itaque eo incumbit quo liberior exitus invitat, et loci laxitas in quam concervata incurrant.* VULC. *Encolpiae*] Flor. *Encolpie.* Leid. *Enetele.* male. Achilles Statius in Aratum p. 102. 'Αναξίμανδρος τοίνυν ῥύσιν ἀέρος τὸν ἄνεμον εἶπε. τινὲς δὲ ἀναθυμίασιν ἀέρος. ἄλλοι δὲ διαφέρειν ἄνεμον λέγουσιν αὔρας· ἄνεμον γὰρ εἶναι ῥύσιν ἀέρος. αὔρας δὲ ἀναθυμίασιν γῆς, καὶ τοὺς μὲν ἐκ νεφῶν λέγουσιν εἶναι ἀνέμους, καὶ καλεῖσθαι 'Εκνεφίας· τοὺς δὲ ἀπὸ γῆς φερομένους ἀπογείους· τοὺς δὲ ἀπὸ ποταμῶν ἐνυδρίους· τοὺς δὲ ἀπὸ κόλπω κολπίας ἀπὸ δὲ ὀρῶν ὀρίας ἢ ὀρεστίας. ELMENH. Ante Vulcan. hic legebatur *Encolpiae de recessu sunt nominati.* Verum recte *ta Graece sunt* reposuit in Ed. tert. et eam sequentes, ut habent MSS. O. In Vulc. Ed. sec. et Wow. abest *sunt.* sed *Encolpiae* non est in MSS. At ENHNIΔE in duobus Voss. ENHTIAE Vulc. *Enetele* in Bened. Hinc suspicor, omissa et transposita esse quaedam. Nempe ut simpliciter hic exciderit e MSS. vox Latina, qua ἐγκολπίους verterit auctor, sicut ἀπογείους vertit *ferrigenas*; ac subintelligendum sit e priore *nuncupantur*: immo hinc forsan natum illud *de recessu.* Deinde legendum *Ecnephiae Graece sunt nominati*, sive ἐκνηφίαι, ponendumque post *conglobantur*, ubi de coniectura Vulcanii Edd. Flor. ex Aristotele supplerunt, *qui Ecnephiae adpellantur*, et Wow. *qui Ecnephiae dicuntur.* Sed coniecturam meam puto verissimam.

QUI RUPTIS NUBIBUS] Haec omnia usque ad *Nunc nomina* etc. nequaquam satis integra vel sana videntur: nec mederi quidquam possumus. Sed pro iis en tibi Aristotelem: Οἱ δὲ κατὰ ῥῆξιν νέφους γινόμενοι καὶ ἀνάλυσιν τοῦ πάχους πρὸς ἑαυτοὺς ποιούμενοι, ἐκνεφίαι καλοῦνται μεθ' ὕδατος δὲ ἐκραγέντες ἀθρόως, ἐξυδρίαι λέγονται. Ad quae proculdubio hoc loco noster respexit, et inde fortassis restitui potest. Quod qui faciet, non parvam a me inibit gratiam. COLV. *vel rupt. nub.* recte MSS. cum Vulcan. et seqq. Abest ab Ed. Wow. tamen *vel.* Male. Alii enim sunt venti, qui e fluminibus et lacubus, alii, qui ruptis nubibus flant; ut recte distinguitur ab Aristotele. Melius Edd. priores habebant *qui r. n.* Pro quo idcirco minus bene etiam Lipsius margini adlevit *perruptis.*

APERTA COELI] Prave Edd. ante Vulcan. *operta. Aperta coeli* sunt inania coeli, coelum liberum: ut passim apud poëtas. Ovid. Art. Am. I, 247. Met. VI, 693. et adpositè ad hunc locum Fast. I, 681. *coelum ventis aperite serenis.* supra: apertas *ponti regiones.*

IN CRASSAM NUBIUM SPECIEM CONGLOBANTUR] Videtur aliquid desiderari hoc loco in versione Appuleii. Pendet enim omnino mutila sententia: neque explicavit aut vertit Appuleius nomen venti quem Arist. vocat ἐκνεφίαν, nisi forte a librario sit omissum. Censuerim itaque, post *conglobantur* addendum esse, *qui Ecnephiae vocantur.* ut sint ἐκνεφίαι venti nubibus excussi. Seneca Nat. Quaest. L. V. c. 12. *Sunt*, inquit, *quaedam genera ventorum, quae ruptae nubes et in pronum solutae emittunt. Hos Graeci ventos* ἐκνεφίας *vocant.* VULC. ἐκνεφίας ventos designat Appuleius, ut Graeca verba et Seneca Nat. Quaest. L. V. c. 12. ostendunt. Fortasse exciderunt illa: *qui ecnephiae dicuntur.* WOWER. Recte Vulcanius auget ex Aristotele hunc locum. ELMENH. Haec non habentur apud Aristotelem, vel ei contraria sunt: ἀνάλυσιν τοῦ πάχους πρὸς ἑαυτοὺς ποιούμενοι i. e. resolutionem densitatis (sc. nubium) inter se facientes. Noster videtur innuere, ventos hosce ruptis nubibus evolare, sed ipsos dein se rursus conglobare in nubium speciem. Bened. habet *incursum.* Ceterum, ut dixi, hic iam supplendum e MSS. *Ecnephiae Graece sunt nominati.*

CUM IMBER EFF.] Leid. *cum in vere fusus.* male. ELMENH.

EXHYDRIAE] Vet. cod. meus EXOPIA. corrupte. nisi alius quispiam ex his litterarum vestigiis, quae videntur innuere ἐξόρια, aliud quippiam εὐθυβόλως divinet. Budaeus vertit *Aquatores.* Sunt vero Exhydriae, flatus qui cum aqua tumultuose profusa inhorrentes et fragosi feruntur. Nos Graecam vocem retinemus, dum Latina illa ἀνάλογος non suppetit. VULC. Flor. *Exopia.* male. ELMENH. Bened. et Voss. sec. quoque *Exopia.* Voss. pr. *Exopta.* Edd. Lugd. Bas. tert. *Exhedriae.* Sed ἐξυδρίαι apud Aristot. Verum ille non addit eos ita vocatos *Atticorum lingua.* Quid si legamus *Exuriae* vel *Exoriae* ab οὖρον urina, unde et *Orion* sive *Urion*, de quo vide Munker. ad Hygin. F. 195. Tzetz. ad Hes. ἔργ. 199. Schol. Hom. Catal. vs. 3. Interpr. ad Stephan. de Urb. V. υρια.

ATTICA CUM LINGUA] Talpa sit qui non videat primo statim occursu, legendum *Atticorum lin-*

mina exsequemur, regionesque ventorum. Euros Oriens, Boreas Septemtrio, Occidens Zephyros, Austros medius dies mittit. Hos quatuor ventos alii plures interfluunt. nam quamvis Eurus sit ventus Orientis, idem tamen a parte Caecias accipit nomen, cum eum Oriens aestivo effundit. Apeliotes autem vo-

lingua. VULC. Male et contra MSS. ante Vulcan. edebatur *Attica cum lingua:* quod natum ex Ed. Iunt. post. *Atticocum:* sed ibi inter errata correctum *Atticorum.*

EUROS ORIENS etc.] Vide Isidorum Orig. L. XIII. c. 11. de Nat. Rerum c. 37. Plin. Nat. Hist. L. II. c. 47. Nicetam in Thes. Orthod. fidei L. I. c. 28. ELMENH. Bened. *Eurus.* et mox *Zephyrus.*

HOS QUATUOR VENTOS etc.] Haec usque ad *inpulsibus quatit* primus e Codd. edidit Aldus.

VENTOS ALII PLURES INTERFLUUNT] Vet. cod. *interfluant.* Ego legendum putarim *Interflant:* hoc est, inter hos flant. id est, ex horum quatuor lateribus. VULC. Seneca quoque de ventis *fluere* dixit. Legit tamen lib. scriptus: *interflant.* WOWER. Retinui lectionem codd. Aldini et Flor. quoniam et Seneca de ventis *fluere* dixit. Et Lucret. L. I. p. 9. *nec ratione fluunt alia.* Arnob. contra Gentes L. VI. p. 116. *Omnes ventos aeris esse fluorem pulsi.* Varro apud Servium ad VI. Aen. fol. 361. *Nihil enim venti, ut docti dixerunt, nisi aër multus fluens transversus.* Vide Isidorum Hispal. de Nat. Rer. c. 36. Augustin. de Genesi ad literam imperf. c. 4. alii legunt *interflant.* ELMENH. Abest *plures* a Bened. *Interfluant* Voss. sec. cum Vulcan. qui inde emendavit *interflant*, quod est in Fulviano, unde eum sequuntur Wow. Scriv. Flor. Verum cum membranae Florent. Bened. Voss. pr. servent *interfluunt*, id restitui cum Elmenh. quem vide. Lucan. L. VIII, 247. *Aura* fluens. ubi vid. Burm. Apud Serv. de Metris p. 1822. *Tremulum mare* mellislua *nitet* aura. In MS. vetust. Leid. *molliflua.* nihili est *aura melliflua.* Vitruv. I, 6. *Ventus est aëris fluens unda.* VIII, 2. *Recipiunt* aëris *ruentis* undas. ibid. undas *crescentes* ventorum. Festus: *confluges loca dicuntur in quae undique* confluunt venti. Ubi non opus Dacierii mutatione *conflant.* Ioseph. Iscan. de B. Troi. III, 175. *lene* fluentes *Arcessit* Zephyros. Hinc et *affusi venti* apud Sil. It. XVII, 219. *Liquidus Favonius* apud Claudian. Cons. Prob. et Olyb. vs. 273. Plura vide apud Dalec. et Hard. ad Plin. L. XI, c. 42. *quoniam ventus haud aliud intelligatur, quam* fluctus *aëris.* contra MSS. Hard. *fluxus.* Immo noster paullo ante ventum describit *aëris in unum coacti* flumen. et mox: *ventum oriens* effluit. Habet et hoc a Graecis. Sic Ael. H. An. L. III. c. 13. ἄνεμον κατόπιν ῥέοντα.

APARCTIAS INCIPIT NOMINARI] Ita habent omnia exemplaria, tam excusa, quam manuscriptum. Legendum tamen omnino est pro *Aparctias*, *Caecias.* quod et Aristotelis verbis et veritati est consentaneum. Aparctias enim, ut vox ipsa indicat, a Septentrione flat. Caeciam tamen Aristoteles a nonnullis Thraciam appellari ait. VULC. Ita fere omnes MSS. quos videre contigit, sed mendose. Verba Graeca: καικίας μὲν λέγεται, ὁ ἀπὸ τοῦ παρὰ τὰς θερινὰς ἀνατολὰς τόπου πνέων ἄνεμος. Quare legendum est: *Caecias.* At fortasse scripserat: *Thrascias*, si vulgarem lectionem intueamur. nam et Caeciam Thrasciam appellari eodem auctore discimus. Sed verba Graeca, quae adduximus, monstrant praeterea scribendum: *cum eum oriens aestivus emittit.* non, *aestivo emittitur.* WOWER. Flor. *accipitur A. n.* Leid. *A. accipit nomen.* Lege cum Vulcanio *Caecias i. n.* ELMENH. Repone *Caecias.* Aristoteles: τῶν γε μὴν εὔρων, καικίας μὲν λέγεται etc. FLORID. *Caecias* debuisse scribere auctorem, patet ex Aristotele et rei veritate. Vide Plin. L. II, c. 47. Veget. V, 8. Gell. II, 22. aliosque. In sec. et tert. Edd. nomen delevit Vulc. Licet vulgo apud Aristotelem habeatur, *Thrasciam*, de quo ut et *Aparctia* infra loquitur recte auctor, etiam vocari *Caeciam*; demonstrare tamen debuerat Wow. vice versa *Caeciam* etiam dictum *Thrasciam:* sed praeterea corruptus est ibi Aristoteles, et cum Salmasio pro καικίαν omnino legendum κερκίαν. Vide omnino Vitruv. I, 6. et Veget. V, 8. Non potuit tamen errare auctor, qui tam clara Aristotelis verba ante oculos habuit. MSS. ergo consulamus. Voss. sec. cum Florent. *Apartias accipitur nomen.* Fulv. Vulc. *Ap. accipit nomen.* Bened. *Aparartias accipit nomen.* Voss. pr. *Caecias accipit nomen:* verissime, si non potius primum sit coniectura Is. Vossii, quam scriptura codicis eius. Salmas. Exerc. Plin. p. 888. emendavit *habet Caecias nomen.* Verum vide, num verior sit mea, MSS. litterarum ductibus insistentis coniectura, de qua vix dubito *A parte Caecias accipit* (vel *capit*, ut Caes. L. I. B. G. c. 13) *nomen.* Sic infra in MSS *Et is* Septemtrio *habet cognomentum.* vulgo *Septemtrionis.* Immo p. 734. κόσμος *Graece nomen accepit.* et paullo infra: *procella a Graecis* πρηστὴρ *nomen accepit.* Caeciam Vegetius vocavit *Euroboreum:* ut nos e MSS. verissime emendavimus L. V. c. 8.

O,

vocatur, cum meridianis portis procreatur. Eurus est, quando hiemali ortu emittitur: Zephyrus vero, quem Romana lingua Favonium novit: hic cum de

ORIENS AESTIBUS EMITTIT] MS. cod. legit, *aestivo.* Ego legendum censeo *ortus aestivus aestivo.* ut frequenter *u* pro *b* et *b* pro *u* consonante ponitur. Et omnino exemplar Aldinum Appuleii ita legit *aestivus emittit.* MS. cod. *aestivo effundat.* Caeciam vero Hesych. ita dictum vult ἀπὸ τοῦ καύκου (lege καίκου) ποταμοῦ. VULC. Variant hic vehementer MSS. et Edd. Ac primo *aestibus* habent Edd. Bas. sec. Lugd. Colv. unde *aestivus* cum Lipsio, Is. Vossio emendat Vulc. et seqq. Et sane ita legas quoque in Bened. et Edd. Ald. ac Iunt. post. Sed Florent. Voss. uterque, Vulc. Fulv. dant *aestivo.* Verissime, per ἔλλειψιν τοῦ *tempore*: quod et vidit ibidem Salmas. Sic enim defective loquebantur *verno*, *aestivo*, *autumno*, *hiberno.* Adi omnino Gronov. Obs. L. III, c. 24. Mart. Cap. p. 222. *quamvis* verno *etiam serpentibus occultantur.* Vide etiam ad Veget. L. III, c. 2. Burm. ad Lucan. X, 229. *nec tumet* hiberno. ut in MSS. multis. Pro *efflat* autem habent Fulv. Voss. sec. Bened. Vulc. *effundat* cum Ed. Elm. *emittit* Voss. pr. et Edd. vett. ac Wow. *emittatur* Vulc. Ed. sec. *amittat* Ed. tert. Sed *effluat* Florent. membranae, unde *efflat* Salmas. cum Edd. Scriv. ac Flor. Verum male. Vel enim cum plerisque MSS. *effundit* est scribendum (nam *at* corruptum est ex seq. voce *Apel.* ut statim videbimus) ut apud Lucan. L. IX, 417. *nam cum communiter istae* effundant *Zephyrum.* vel potius hoc verbum aeque ac cetera hic Glossae sunt verioris *effluit.* quo lusisse videtur ad vocis Etymologiam. Eurus enim ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων dicitur infra. Et *effluere* cum accusativo invenias apud Claudian. Cons. Prob. et Olyb. vs. 52. *Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis* Effluxere *decus.* pro *effudere.* ut et apud alios. V. Burm. ad Catal. p. 10. Effluas *dulcem liquorem.* Totus ergo locus ita legendus e MSS. *A parte Caecias accipit nomen; cum eum oriens aestivo effluit.*

APELIOTES] Flor. et Leid. *Elyontes*, male. Isidorus de Nat. Rer. c. 37. *Apeliotes ab ortu solis intonat, et est temperatus.* Achilles Statius p. 202. καὶ ὁ μὲν ἀπὸ ἀνατολῶν πνέων καλεῖται ἀπηλιώτης. Catullus Epig. 23. ad Furium. Tzetzes Chiliad. 8. hist 215. ELMENH. Voss. sec. Bened. cum Florent. *aeliontes* vel *clientes*, quia *ap* abierat in *at* praecedentis verbi. vitiose.

MERIDIANIS EX MONTIBUS] V. C. *meridianis montibus.* Ego putarim legendum, *motibus*, vel potius, *ortibus.* VULC. Graece: Ἀπηλιώτης δὲ ὁ ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς ἰσημερινάς. Satis apparet emendandum: *Apeliotes vocatur, cum meridianis exortibus procreatur.* WOWER. *Aequidianis exortibus*] Haec lectio est a Scaligero. Vulc. *meridianis motibus.* Flor. Leid. et Aldus: *meridianis ex montibus.* Wower. *meridianis exortibus.* ELMENH. Mendosus locus. Arist. Ἀπηλιώτης δὲ ὁ ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς ἰσημερινὰς (ἀνατολὰς τόπου) *Apeliotes ille est qui flat ab ortu Aequinoctiali.* Appuleius ipse infra: *Eurus igitur Aequinoctialis Orientis est ventus* etc. *Idem* ἀπηλιώτης *a Graecis, Subsolanus a nostris solet dici.* Repone ergo cum Scaligero *cum aequidianis exortibus.* FLORID. *cum meridianis ex montibus procreatur* constans fere, sed ineptissima plurimorum MSS. est lectio. Primo cum Scaligero faciunt Voss. Ed. Vulc. sec. tert. ac Floridus. Salmas. vero l. c. p. 889. legit *medianis exortibus.* sive mediis inter solstitiales et hibernos ortus. Ego tamen hic nihil temere mutandum puto, et *meridianos* capio pro *aequinoctiales* sive *aequidianos.* Sed quid fiet prodigiosis illis *montibus.* Lipsius margini adlevit *meridianae axis motibus.* Singularis est Cod. Bened. scriptura, quae viam ducit ad veram lectionem *cum meridianis procreatur.* Legendum enim *cum merid. portis procreatur.* quae vox hinc exciderat in sequentem versum *hiemali ortu emittitur*, ut ibi legendum videbimus. *Montibus* intrusum a librariis, cum hic excidisset *portis.* Sic passim enim loquuntur veteres de quatuor mundi cardinibus. Stat. L. I. Theb. 158. porta *vergens prospectat Hibera.* L. VII, 36. *Arctoae labentem vertice* portae. Lactant. Phoen. init. *Est locus in primo felix Oriente remotus: Qua patet aeterni maxima* porta *poli.* sic etiam Ed. Ven. a. 1509. et Bern. non *ianua celsa.* quibus locis consule I. F. Gronov. Barth. et N. Heins. Auson. Ecl. *autumni referat* portas. et in Ephemeride: *Mane iam clarum reserat* fenestras. Apud Liv. L. XXXVI. c. 17. *usque ad ortus solis.* MS. *portus.* An *portas?* Sic *utraque solis domus* Ovid. Ep. 9, 16. ubi vide.

HIEMALIS ORTUS PORTIS EMITTITUR] Mira est locutio *portae ortus*: nec etiam profecta ab Appuleio, ut docent membranae Florent. legentes *hiemali ortu*, ut edidere Elm. Scriv. Flor. retinentes tamen *portis*: prave. Nam, ut supra vidimus, e superiore versu huc delapsum est τὸ *portis.* Satis est *hiemali ortu emittitur.* Ed. Ald. *partis.* Bened. *hiema.* Mox pro *quem* Ed. Scriv. *quam.*

FAVONIUM NOVIT] Ald. *Favonium nominat.* Lac-

de aestivis occiduis partibus surgit, Iapygis cieri nomine solet. At ille, qui
722. prior est aequinoctiali plagae, Notus. et Aquilo, qui septem stellarum regione generatur, et huic vicinus est Aparctias. Hic prior est indidem ad diem medium; Thrascias et Argestes sunt in Indiam flantes. Austrorum in nominibus illa

Lactantius in L. II. Theb. Statii: *Quem Graeci Zephyrum; nos Favonium vocamus. Nos Aquilonem; illi Borean dicunt. Illi Curum* (lege *Corum*) *nos Africum vocamus.* Vide Isidorum de Nat. Rer. c. 37. Elmenh. MSS. O. quod sciam habent *novit.* ut et Edd. Vulc. sec. tert. Wow. Elm. quos miror non secutos esse Scriverium et Floridum prave revocantes Edd. vett. scripturam *nominat.*

Hic cum de aest. occ.] Florent. et Edd. ante Vulcan. carent τῷ *hic.* Perperam vero *de* contra MSS. O. et Edd. omisit Floridus.

Iapygis cieri nomine] Ald. *efferri*, forte *censeri.* Elmenh. Omissa hic quaedam existimo, quae comparent apud Aristotelem. Ventus enim hic etiam *Argestes* et *Olympias* dictus. Mox auctor quoque eum *Argestem* nominat: quare forsan et hic illud nomen excidit. Nusquam enim patet, ab auctore nostro *Argesten* ab *Iapyge* esse distinctum, ut perperam censet Salmas. Exc. Plin. p. 882. Immo iuvat coniecturam meam Bened. *et Iapygis.* Voss. sec. *Iapyis.* Ceterum Edd. ante Vulcan. habent *efferri.* Prave. Frustra quoque Elm. coniicit *censeri:* ut enim *vocare* pro *nominare* ponitur, ita etiam *ciere* et *citare.* Noster p. 752. *pluribus nominibus* cietur. V. Salmas. ad Solin. p. 891. Banem. ad Lact. L. IV, c. 1. *hominum vocabulo* cieri.

At ille qui prior] Putarim legendum *propior.* Ita postea, *Huic propiores.* Vulc. Hic locus corruptissimus est ad haec usque verba *Austrorum in nominibus.* eaque de causa omisi eum in interpretatione. Verum absque manuscriptorum Codd. ope restituere nequeo. quod possum, en tibi Aristotelis textum affero, qui locum hunc optime supplere posset. Ζέφυρος δὲ ὁ ἀπὸ τῆς ἰσημερινῆς· λὶψ δὲ ὁ ἀπὸ τῆς χειμερινῆς· καὶ τῶν βορέων ἰδίως, ὁ μὲν ἑξῆς τῷ καικία, καλεῖται βορέας· ἀπαρκτίας δὲ, ὁ ἐφεξῆς ἀπὸ τοῦ πόλου κατὰ τὸ μεσημβρινὸν πνέων· θρασκίας δὲ, ὁ ἑξῆς πνέων τῷ ἀργέστῃ ὃν ἔνιοι καικίαν καλοῦσι. Florid. Recte locus hic mire corruptus videtur restitui non posse, nisi meliorum MSS. ope: quia quaedam omissa sunt. Adi Aristot. et Salmas. ad Solin. p. 892. *At ille qui prior est* etc. cum Scriverio expressi, auctoribus MSS. O. et Edd. ante Vulcan. qui e coniectura cum Lipsio praetulit *propior.* Locum tamen sic legendum puto *At propior est Aequinoctiali plagae* Corus; *et Aquilo* (scil. ex contraria parte) *qui VII. st. reg. generatur.* Nam aequinoctiales plagas possident ipsi *Notus* et *Aparctias*, sibi invicem oppositi, ut et *Libonotus* sive *Corus* et *Aquilo.* Vide omnino Veget. d. L. *A sinistra parte* Λιβονότος *i. e. Corus* etc. Statim Favorin. *Caurus est adversus Aquiloni.* Hinc oppositi etiam Columellae L. XI, c. 2. *frigidus dies*, *Aquilone vel Coro.* Non autem Aristotelis mentem cepisse videtur App. Aristoteles enim non loquitur de *Coro*, sed *Africo*, qui Gr. λὶψ flans ab occidente hiberno contra Caeciam. Verum et alii Africum et Corum confundunt, alii Corum statuunt eumdem, qui alias Argestes, Iapyx et Olympias dicitur.

Generatur, et h. vicinus est Aparctias] Bened. *generantur et huic vicinorum* etc. Voss. sec. *Apartias.* *Et* delet Salmasius.

Huic propiores] Ald. *huic propior est. Hic propior est* vel *proprior* exaratur in MSS. Vulc. Voss. utroque. At in Bened. *hic prior est.* Florent. *hic propior* cum Elm. Scriv. Flor. *Huic propiores* Vulc. pr. Wow. *huic proprior* Vulc. tert.

Ad idem diem medium] Lege, *ad diem medium.* παρέλκει enim τὸ *idem.* neque in MS. cod. legitur. Appuleius Aldinus legit, *ad idem medium.* ex *diem* transpositione literarum factum est, *idem.* Vulc. *Ad idem d. medium* est in Voss. sec. Sed reliqui MSS. dant cum Vulcan. sec. *ad diem medium.* Vide seqq. Tum pro *Thrascias* Ald. *Thracias* Bened. *tertius* ut vulgo rupte legitur in Philarg. ad Virg. Ge. IV, 298. Florent. Voss. sec. *Thracius.* Pro *Argestes* Bened. Voss. sec. *Ergastes.* ut in MSS. Vitruvii.

Indidem flantes in omnibus austrorum] Locus mirum in modum depravatus. Aldinum exemplar pro *indidem* legit *Indiam*, foediore errore. MS. cod. meus, *Indidem flantes nominibus.* Vera et genuina lectio est, si post *indidem flantes* claudas periodum, deinde ita legas, *Austrorum in nominibus illa observata diversitas.* ita enim legit cod. meus, non, ut alii, *observanda.* quo sensu quid potest esse manifestius? Nam Trascias et Argestes *indidem* hoc est Medium diem versus flant. Nunc varias Austri appellationes subiungit. Vulc. Flor. *Tracius et Argastas sunt in Indiam*, male. Isidorus: *Corus qui et Argestes a sinistra parte Favonii aspirans: eo flante in Oriente nubila sunt, in India serena.* Elmenh. Pro *indidem* Bened. *ibidem.* Sed membranae Florent. cum Aldo *Indiam*, sine du-

illa est observanda diversitas. namque cum de abscondito polo flatus adveniunt, Notus est: Euronotus, ille, qui inter Notum atque Eurum medius effringit; ex alio latere Libonotus ex duobus unum facit. Excursores venti habentur, 723
qui directo spirant; reflabri, reciproco; ut Caecias putatur esse. Et quidam hiemales habentur, ut Noti: Etesiae frequentiores sunt aestate, animis Septemtrio-

dubio vere. Sic enim hic locus omnino cum Salmasio Plin. Exerc. p. 882. legendum puto e MSS. *Hic prior est indidem ad diem medium*, sc. Aparctias; *Thrascias et Argestes sunt in Indiam flantes.* Vide et Vitruv. I, 6. Perperam prius legerat Vulc. *Hic propior ad diem m. Thrascias et A. g. sunt indidem flantes.* Non enim *indidem* notat *medium diem versus:* (quod etiam non verum est de iis ventis. nam Aparctias solus in medium diem sive notum flat) sed *indidem* notat *ex eodem loco* ex Septentrionalibus sc. partibus. Vide ad Met. L. I. p. 83, a. Favorin. apud Gell. L. I, c. 22. *Oritur enim Sol non* indidem *semper.* Infra p. 728. *flatu incendia* indidem *suspirant.* Vide Isidor. de Nat. Rer. c. 37 cit. ab Elmenh.

AUSTRORUM IN NOMINIBUS] Aldus, *in omnibus.* male. ELMENH. Sic recte Vulc. e suo codice rescripsit, cui reliqui MSS. et Edd. seqq. consentiunt. Ineptissime ante edebatur *flantes in omnibus Austr.* Lipsius margini adlevit *in nominibus auctorum* etc. *diversitas.* Sed *Austrorum* est verissimum. τῶν Νότων etc. etiam Arist.

OBSERVANDA] MSS. Voss. sec. Vulc. *observata.*

NOTUS EST] Omisit Appuleius in sua versione illud Aristotelis ἀντίπαλος τῷ ἀπαρκτίᾳ, prudens credo ac sciens, ne a se ipse dissentiat. Nam supra, quem Aristoteles vocavit Caeciam, Appuleius vertit (nisi vitium fuerit librarii, ut ibi monui) Aparctiam. Cum itaque ibi fecerit Aparctiam, eum quem Oriens aestivus emittit, non poterat nunc, nisi ipse sibi contradicens, facere Notum ἀντίπαλον τῷ ἀπαρκτίᾳ. Aparctiam enim, ut dixi, statuit loco Caeciae. Adeo ut videatur Appuleius in his ventorum appellationibus et regionibus ab Aristotele dissensisse. VULC.

EURONOTUS] Bened. *Euranotus.*

EFFRINGIT] i. e. *se erumpit.* Bened. *exsurgit* e Glossa. Sil. It. L. I. vs. 647. de fluctu *Vestras* effringet *in urbes*, ubi vide, et ad Lucan. L. I. vs. 113.

EX ALIO LATERE LIBONOTUS] Ald. *Libs, Notus.* Vide Tzetz. Chil. 8. Hist. 215. ELMENH. Prave Aldus. Iunt. pr. *ex alto latere L.* Edd. Bas. sec. Lugd. Colv. *ex altero.* Bened. Voss. sec. *Libinotus.*

QUI DIRECTO SPIRITU PRO FLABRIS RECIPROCIS CAECIAS PUTATUR ESSE] Ald. exemplar legit, *directis.* vet. cod. *directo spiritum.* et in omnibus Edd. continue haec citra ullam dispunctionem leguntur. manifesto errore. Cum enim Aristoteles aliam ventorum distinctionem faciat, alios esse dicens εὐθυπνόους, alios vero ἀνακαμψιπνόους: Appuleius τοὺς εὐθυπνόους vertit *directo spirantes.* ita enim legendum censeo in Appuleio *qui directo* (vel alioqui *directi*) *spirant.* atque ibi claudendum esse sensum: ut *directo* sit κατ' εὐθεῖαν. deinde ita legendum, *Pro flabris reciprocis*, hoc est, ex flabris reciprocis (ita enim vertit Appuleius τὰ ἀνακαμψιπνόους, Budaeus *Reflexos* et *refractos.*) *Caecias esse putatur.* Sunt ἀνακαμψίπνοοι, qui in sua se reflectunt primordia. Hoc etiam monebo, apud Hesychium corrupte legi, Ἀνακαμψίπλοος ὁ Καικίας καλούμενος. pro ἀνακαμψίπνοος. Ἀνακάμψαι vero est ἀναστρέψαι. Caecias vero, ut ait Seneca, apud Latinos sine nomine est. VULC. Verba Graeca: τῶν δὲ ἀνέμων οἱ μέν εἰσιν εὐθύπνοοι, οἱ δὲ ἀνακαμψίπνοοι, καθάπερ ὁ καικίας λεγόμενος. Distinguit ventos in εὐθυπνόους καὶ ἀνακαμψιπνόους. Εὐθύπνοοι Appuleio, qui directo spiritu feruntur, Ἀνακαμψίπνοοι, qui reciproco. At ἀνακαμψιπνόους vertit reflabros, non reciproca flabra. Plana sententia, si rescribas: *Excursores venti habentur, qui directo spiritu, reflabri reciproco, ut Caecias p. e.* WOWER. Wowerus et excerpta Batav. *qui d. s. reflabri qui reciproco ut Caecias p. e.* Ego lego, *qui e directo spirant. Porro flabris reciprocis ut Caecias p. e.* ELMENH. Sic habent Edd. vett. nisi quod Ald. et Iunt. post. *directis.* et Vulc. sec. tert. *putantur* vitiose. At Scriv. et Florid. ediderunt *q. d. spirant; reflabri, reciproci, ut C. putatur esse.* Nimis interpolate. nam MSS. O. vulgatis consentiunt, excepto quod in Cod. Vulc. sit *directo spiritum* (fallit enim Elmenh.). Cum Wowerio faciunt Is. Vossius et Lindenbrog. qui tamen addunt inter *reflabri reciproco* τὸ *qui.* ac Scalig. qui interponit *aut.* Verisimillima mihi coniectura videtur Salmasii, qui p. 889. Exerc. Plin. emendat ex Aristotele *q. d. spiritu proflant: flabris reciprocis Caec. p. e.* De verbo *proflare* vide ad Met. L. VIII. p. 545, b. *Caeras* Bened.

EQUIDEM HIEMALES] Nunc ventos distinguit, a variis temporibus anni quibus spirant. Putarim

trionis ac Zephyri temperati; sed veris Ornithiae venti appellantur Aquilonum genus ex aëre prosati, minori nisu, nec iugi perseverantia spiritus perferentes. At enim procellosus flatus Cataegis dicitur, quem praefractum possumus dicere, ven-

tim vero τὸ *ut* παρέλκειν atque ita legendum esse: *Et quidem hyemales habentur Noti.* Vulc. Malim *et quidam hyemales.* Florid. Lipsius cum Vulcan. maiit *et quidem.* Vide ad Met. L. III. p. 226, b. Rectius Florid. *et quidam.* Arist. καὶ οἱ μέν.

Ut Noti] Sic et Aristot. Minus bene Vulc. et Wow. delent τὸ *ut.*

Ornithiae verni] MS. cod. meus pro *Verni* legit *venti.* quae lectio mihi occasionem dedit accuratius paulo in hunc locum, atque adeo in Aristotelis ipsius textum inquirendi, qui ita habet: ἐαρινοί τινες ὄντες ἄνεμοι, hoc est, verni quidam existentes venti. Cum tamen Aristot. Lib. Meteor. II. ubi περὶ ὀρνιθίων ἀνέμων agit, dicat eos spirare μετὰ τὰς χειμερινὰς τροπὰς id est, post conversiones brumales, atque hoc tantum inter hos et Etesias discriminis statuit, quod Ornithiae εἰσιν ἐτησίαι ἀσθενεῖς, ἐλάττους τε καὶ ὀψιαίτεροι τῶν ἐτησίων πνέουσι. Ad quem Aristotelis locum videtur respexisse Appuleius, imo vero verbatim eum vertisse. Nam illud ἀσθενεῖς vertit *Minore nisu.* ἐλάττους vero, *Nec iugi perseverantia.* ita ut τὸ ἔλαττον ad tempus sit referendum. Rectissime itaque Cod. meus MS. pro *verni* legit *venti.* et in Aristotele pro ἐαρινοὶ legendum contenderim ἀέριοι quod Appuleius vertit *Aëre prosati*, id est progeniti, elegantissima metaphora, non ut omnes Edd. habent *prolati.* etc. — Neque tamen sum nescius ὀρνιθίας aliqua etiam ratione ex sententia Aristotelis ἐαρινοὺς dici posse, non quod ipso vere, sed sub ver. spirent. Incipiunt enim spirare, ut Aristoteles in Meteoris scribit, septuagesimo post conversionem brumalem die. ἀερίους vero eos vocavit Arist ad differentiam τῶν ἀπογαίων ἀνέμων, quos Appuleius *Terrigenas* vocavit. Eadem itaque ratione Ornithiae vocari possint *Aërigenae.* quos Appul. vocavit *Aëre prosatos.* At si legamus *Ornithiae verni*, legendum etiam erit, *vere prosati.* Vulc. Flor. *Atnitiae*, male. Columella de Re Rust. L. II. c. 2. *Venti septentrionales, qui vocantur Ornithiae.* Elmenh. Neque minus hic locus est corruptus, sed ex MSS. et Aristotele facile corrigendus, cuius Graecis vulgo haec non respondent: οἱ δὲ θέρους ὡς οἱ Ἐτησίαι μίξιν ἔχοντες τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ Ζεφύρων. οἱ δὲ Ὀρνιθίαι καλούμενοι ἐαρινοί τινες ὄντες ἄνεμοι, βορέαι εἰσὶ τῷ γένει. Hinc primo patet perperam in Ed. Vulc. tert. edi *tempestate autumni* pro *aestate anni*, ut est in MSS. Bened. Vulc. sed *aestate annis* Florent. Voss. sec. Edd. Ald. Iunt. post. dein pro *tempestate veris* Bened. *tempestates v.* Florent. *tempestatis veris.* Pro *venti* vero, quod est in MSS. O. legitur *verni* in Edd. ante Vulcan. qui et ἐάρινοι apud Aristot. corrigit in ἀέριοι. sed perperam. Omnino legendum *Etesiae sunt frequentiores aestate, animis Septemtrionis ac Zephyri temperati; sed veris Ornithiae venti adpellantur.* atque ita ibid. Salmas. nisi quod male rationem non habeat τοῦ *s* in *tempestatis* (unde feci *temperati; sed*), et *sunt* exhibeat pro *adpellantur.* *Animae* de ventis non raro dicitur. Quis nescit *animas Thracias* ex Horatio L. IV. O. 12. V. supra h. l. p. 719. unde et passim pro *flatu* oris. ut Flor. N. 3. Vide Zinzerl. Prom. Crit. c. 15. *Ornithiae* venti sunt *Septemtrionales*, sed *vere* flant. quare frustra se fatigarunt in his viri docti. V. Vulc. Wower. de Polym. c. XI. p. 108. Plin. L. II. c. 47. Ceterum Voss. sec. *Ethaesiae.* Pro *Ornithiae* MSS. Vulc. Voss. Florent. *Atnitiae.* Bened. *Aenitiae.*

Ex aëre prosati] Male et contra MSS. in Edd. ante Vulcan. *prolati.* Init. L. de dogm. Plat. *conceptu prosatum.* et passim. Pro *minori* Bened. *minore.*

Nec iugi perseverantia spiritus perferentes] MS. *perseverantes.* Alius: *proserentes.* Wower. Voss. sec. *iungi.* Ald. *spiritu.* Bened. *proferentes.* Male. De vi τοῦ *perferre* adi me ad Met. L. VI. p. 398.

Cataegis] Florent. *Catagis.* Gregorius Nyssaeus in Psalmos tractat. I. cap. 8. p. 283. Καταιγὶς λέγεται βίαιος ἄνεμος, οὐκ ἐπ' εὐθείας προσπίπτων ἀλλὰ περὶ ἑαυτὸν ἐνειλούμενος δι' ὀξείας στροφάλιγγος, ὃς ἐπειδὰν ἐμπέσοι ποτὲ βίαιος τῷ ὕδατι καθάπερ τινος πέτρας ἐγκαταβληθείσης μεγάλης ὑποκλεισθεῖσα τῷ βάρει ἡ θάλαττα σχίζεται κατ' ἀνάγκην τῇ βίᾳ τοῦ πνεύματος, ὁπούπερ ἂν ἐνσκήψῃ βρίσας ὁ ἄνεμος τῆς τοῦ βάρους ἐμπτώσεως ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπὶ τὸ ἄνω τὸ ὕδωρ ἀναπτυούσης. Hesychius in καταιγίς. Elmenh. Habet haec Elm. a Lindenbrogio. Ceterum male cum Florent. Bened. Vulc. Voss. sec. *catagis.*

Praefractum] Videtur Apul. deducere nomen καταιγίς ἀπὸ τοῦ κατάγνυμι. Eustathius καταιγίδα, ut et αἰγίδα ab ἀΐσσω. καταιγὶς alioqui proprie est, quod Latinis *procella* Virg. *Creberque procellis Africus.* Legendum vero est continue *quem Praefractum possumus dicere*, per

ventus, qui de superiore coeli parte submissus, inferiora repentinis impulsibus quatiat. Turbo autem dicitur, qui repentinis flabris prosilit, atque universa perturbat. Vortex ille est, vel, uti dicitur, Dine, cum torquetur humus arida, et ab infimo erigitur ad summum. Anaphysemata Graeci vocant eos spiritus, qui de fundo vel hiatibus terrae explosi ad superna meare solent. Hi 724
cum

per parenthesin, cui subiungitur definitio Procellae. Ventus qui etc. VULC. Prave enim post τὸ dicere vulgo distinguunt. Nam pergit cum Aristotele ventum Cataegida describere. Male *praefinctum* Bened.

SUBMISSUS] Prave Ed. Flor. *inmissus*. Pro *inferiora* Bened. *in inf.*

IMPULSIBUS QUATIAT] Ald. *delationibus*. Voss. sec. *quatiatur*. Bened. *quatitur*. Edd. Vulc. sec. tert. Scriv. Flor. *quatit*.

TURBO AUTEM D.] Sic MSS. O. In Edd. ante Bas. sec. *T. enim*. In reliquis ante Vulcan. abes. τὸ *autem*.

FLABRIS] Ed. Vulc. pr. *flatibus*, negligenter.

VORTEX] MS. cod. legit *vertex*. et recte. Fl. Sospater Instit. Gram. *Vertex*, inquit, *a vertendo dicitur*; *vortex a vorando*. (quod tamen non probo) et vult Plinius Verticem immanem vim impetus habere, ut, *Ingens a vertice pontus*: vorticem vero, circumactionem undae esse, ut *Rapidus vorat aequore vortex*: Vortex enim est ἴλιγξ ὕδατος. VULC. Florent. Bened *vortex*. Alibi de hisce latius egi. Puto vero iam veteres non distinxisse, et pro lubitu scripsisse de rotatione aquae, flammae, venti. Magisque inclino in *vortex*, si agitur de rotatione quacunque ex his. *Verticem* contra solum adhibuisse puto, nunquam vero *vorticem*, si intelligatur capitis vel aliarum rerum summitas. Certe in MSS. semper variatur *vertex* et *vortex*, si res est de rotatione, nunquam vero si occurrit de summitate. tum semper *vertex*.

VEL, UTI] Male Edd. Elm. Scriv. et MSS. quidam *veluti*.

DICITUR PINEA] Cod. MS. pro *Pinea* legit *Pineas*. Utrobique monstrum vocabuli est. quod me non parum torsit. donec tantum omnia tentanti, venit in mentem genuina lectio. Neque enim dubitarim, quin ita legendum sit, *vel, uti Graece dicitur, Dine*. Quid enim aliud est δίνη, quam vertex? Quemadmodum enim vertex dicitur a vertendo, ut supra diximus, ita δίνη, ἀπὸ τοῦ δινεῖν, i. e. στρέφειν. Ac tametsi quispiam contendere velit δίνην proprie vorticem significare, ea videlicet significatione quam antea attulimus, ut ad aquam referatur (unde ποταμὸς Homero frequenter δινήεις dicitur, id est, vorticosus) nihilo tamen minus etiam de vento qui circum agitur et torquetur in orbem, dicitur δίνη. Ita apud Aristophanem συστροφαὶ ἀνέμων explicantur δῖναι φλυκταινώδεις. Unde etiam elegans illud et salsum in Nebulis scomma in Socratem, ubi quendam δῖνον αἰθέριον, ἀντὶ διὸς in infima aëris regione regnantem facit, alludens ad vocem δίνην. Vocatur autem est vertex sive vortex δίνη metaphorice a similitudine δίνου i. e. torni. a violenta scilicet illa et strepera torni circumactione. Sed in his longior fortasse sum, quam par est. finem itaque faciam, ubi ea quae dixi fide veteris illius nunquam satis laudati Glossarii, confirmaro. Turbo, ait, ῥόμβος, πρηστὴρ, καὶ συστροφὴ ἀνέμων, ἴλιγξ. Idem, ῥόμβος tornus. quibus omnibus maiorem lucem addit auctor vetus Etymologiarum Graecarum; qui ita habet: Δινεύοι, id est, ἀναστρέφοιτο. ὅθεν καὶ συστροφαὶ δῖναι λέγονται. Ambigi itaque amplius non potest quin et δίνη de ventorum perinde ac de undarum procella dicatur. et ita omnino, ut dixi, hic Appuleii locus sit castigandus. Utitur vero etiam Epicurus in suis Meteoris voce δίνης pro circumactione, dicens, κατὰ τὴν τοῦ ὅλου οὐρανοῦ δίνην. VULC. *Dine* recte Vulc. MSS. et vulgati legunt, *velut dicitur Pynea* vel *Pyneas*. ELMENH. Prave Ed. Scriv. *Dyne*. At Arist. habet Λαίλαψ καὶ στρόβιλος. et Edd. vett. item Wow. *Pinea*. MSS. Florent. Fulv. Vulc. Voss. uterque *Pineas*. Bened. *pisnis*. Quare aliud quid latere puto.

AB INFIMO] MS. Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *ab imo*.

EXPLOSI AD SUPERNA MARIS SOLENT DEVENIRE] MS. cod. habet, *expelli ad superiora maris solent*. Nam illud *Devenire* glossema merum esse verbum ipsum satis indicat. VULC. Fortasse rectius *ad superna aeris*. WOWER *de profundo hiatibus terrae explosi ad superna aëris solent evadere*] Haec lectio debetur Elmenhorstio, quam partim e MS. partim e coniectura effinxit. Primo *profundo* exstat in solo Florent. Reliqui cum prioribus Edd. *fundo* rectius. Arist. ἐκ βύθου τινὸς ἢ ῥήγματος. Dein *explosi* vere MSS. O. et Edd. ante Vulcan. qui e coniectura, non vero e Codice, ut ex ipsius verbis crederes, cum Wowerio dedit *expelli*, existimans alioquin deesse verbum: quod statim videbimus. *Maris* constanter est in

cum maiore vi torti sunt, fit procella terrestris, a Graecis Prester nomen accepit. Sed cum tormentum illud ire pergit, densasque et tumidas nubes prae se agit, coactasque collidit, fit sonitus, et intonat coelum: non secus ac si commotum ventis mare cum ingenti fragore undas litoribus impingat.

At Favorinus, non ignobilis sapiens, haec de ventis refert: *Quatuor mundi plagas imparem numerum habere ventorum; eo quod ortus et occasus mutentur terna vice sum solis accessu, meridies et arctos iisdem semper regionibus sunt*

in MSS. et Edd. vett. *Aeris* coniectura est Wow. ac Lipsii. Dein pro *evadere* quod habet solus Florent. est ante Vulcan. *devenire*: at nec hoc, nec illud exstat in MSS. aliis. Arist. tantum ἀνωφερόμενον. Lege igitur *ad superna meare solent.* De nubibus in L. de Deo Socr. p. 681. *humilius* meant. de avibus L. XI. *aves coelo* meantes. et passim. *Meatus aëris* infra p. 727.

Fit procella] Adde ex cod. meo MS. *terrestris.* ut *terrestris* sit quod Aristoteles vocat χθόνιον, ad differentiam πρηστῆρος οὐρανίου. alioqui ἀπόγαιος ἄνεμος, quem et χθόνιον possimus dicere, significat etiam eum qui apud Aristot. L. II. Meteor. non longe a loco unde spirare incipit, procedit, quale facit τὸ βόρειον πνεῦμα. Vulc. Male exsulat *terrestris* Edd. ante Vulcan. contra MSS. et Aristotelem.

Et a graecis nomen accepit] τὸ *accepit* male omittit Flor. Theophr. de igne fol. 423. ἐκ δὲ αὐτοῦ ἀέρος καὶ τοῖς νέφεσι συστροφαὶ καὶ θλίψεις· βίαιαι δὴ ἀεὶ φοραὶ, δι᾽ ὧν δὴ οἱ πρηστῆρες καὶ κεραυνοὶ γίνονται, καὶ ὅσους δὴ τρόπους ἄλλους τεθεωρήκαμεν. Elmenh. Recte *et* carent MSS. Voss. Bened. Vide supra ad p. 721. Voss. sec. *praster.*

Tormentum illud ire pergit] Sive ipsa procella, quasi tormento excussa. Verum MSS. Voss. Bened. *tormento*; et pro *illud ire* Bened. *illis ve* quasi fuerit *tormento elisa ire p.* Vide de hac confusione ad Caesar. L. III. B. Civ. c. 51. *telum tormentumve missum.* De verbo *ire* in hac re vide ad Lucan. L. I. vs. 229.

Nubes presse agit] Aldina editio habet, *Praesagit.* Ex quo quisquis non oscitabunde auctores legit, facile colligat, legendum esse *Prae se agit*, id est, ante se. Vulc. Inepte Edd. ante Iunt. post. *praesagit.* Iunt post. etc. usque ad Vulcan. *presse agit.* et ita Voss. sec. ac Vulc. Coniecit Lipsius *pressu agit.* βιαίως Arist. Absunt a Bened. *densasque* etc. *agit.*

Inpingat] Sic Vulc. e suo cod. et seqq. Bened. Voss. uterque *inpingit.* Contra MSS. in Edd. vett. item Wow. *illidat.* Sed praecedit *collidit.*

Favorinus, non ignobilis sapiens] Apud Gellium L. II. c. 22. nec putem aliud eius super hac re extitisse scriptum: sed haec omnia quae posthac de ventis disseruntur e Noctibus Atticis petita ab ipso Apuleio, aut potius a studioso quodam ad marginem olim adiecta, post ab aliis in contextum admissa. Sed et Favorinus hic ab Aristotele quaedam mutuatus est. quod, qui conferet videbit. Colv. Haec in Aristotele non leguntur; ut neque in Apuleio, sed a sciolo aliquo inserta existimo ex Agellii Noct. Att. L. II. c. 22. desumta. Cum tamen in vett. etiam membranis exstent, ea nequaquam praetermittenda putavi. Pauca etiam in quibus ab editis exemplaribus dissentiunt annotabo. Vulc. Tolle glossema 21 versuum, qui hic transcripti verbatim ex Agellio Noct. Att. L. II. c. 22. Ea omnia iure ignorat Aristoteles et princeps editio. Elmenh. Bene monuerunt VV. DD. tum ad Gellium, tum hic, a studioso quodam haec Appuleii margini adlita, dein in textum adsumta esse: non vero ab ipso Appuleio ut censet Salmas. p. 887. Non enim pertinent ad Aristotelis versionem, neque agnoscunt Edd. vett. ante Aldum, ut nec Wow. nec Scriv. Cum Florido itaque alio charactere exprimi iussi. *At* non comparet in Edd. ante Vulc. sec. contra MSS. *Faborinus* Voss. sec.

Quatuor mundi plagas] Vetus cod. meus legit *Tres*, et quidem recte. Sciolus mutavit in *quatuor.* Innuit vero tres caeli partes: ortum scilicet, Aequinoctialem, Solstitialem, et Brumalem, iisque oppositos occasus. Imparem vero numerum vocat qui ex hisce tribus plagis spirant. ab aliis, Meridie videlicet et Septentrione. quod ab illis plures venti variis nominibus praediti spirent. A Meridie vero, et Septentrione, singuli. Vulc. Vulcanius *tres mundi*, bene. Elmenh.

Mutentur — sunt] Nota rursus modorum varietatem, et adi ad L. III. de Dogm. Plat. p. 610. Bened. *mutantur* et *sint.* Voss. sec. *mutentur* et *sint.* Pro *terna* Bened. *terrena.*

Iisdem semper regionibus] Dele τὸ *semper* ex Florent. Elmenh. Apud Gell. *statu perpetuo*

sunt notatae. Ortus quippe accepimus, aequinoctialem, solstitialem, brumalem: quibus occasus redduntur eadem intervallorum ratione conversa. Eurus igitur aequinoctialis Orientis est ventus, nec invenuste nominis eius fictus est, quasi ἀπὸ τῆς ἑώας ῥέων. Idem ἀπηλιώτης a Graecis, Subsolanus a nostris solet dici. Sed qui ab aestivae et solstitialis orientis meta venit, Βορέας *Graece, Latine Aquilo nominatur. hinc αἰθρηγενέτην, quod sit alias serenus, Homerus ait:* Βορέαν *vero ἀπὸ τῆς βοῆς, quod non sine clamore soleat intonare. Tertium ventum, qui ab Oriente hiberno venit, Graeci εὐρόνοτον vocant. Item* 725. *occidui sunt tres, Caurus, qui Graece ἀργέστης vocatur, is est adversus Aquiloni: item Favonius, Graece ζέφυρος, Euro contrarius. Tertius Africus, λίψ, Vulturno reflat. Meridies vero, quoniam eadem semper regione signatur, uno Austro, id est, νότῳ flatur: Septemtrio item uno, et is Septemtrio habet cog-*

tuo manent. Voss. sec. *semper per.* Ald. *easdem per regiones.* pag. seq. *eadem semper regione signatur.*

Meridies et arctos] Voss. *meridie dies.* Bened. *meridici.* Si quid mutandum malim *Arctoë* pro ἄρκτοι sive *Arcti.* Gell. *meridies et Septemtriones.* de hac terminatione vide ad Lucan. L. II. vs. 593. L. III. vs. 180. Munker. ad Hygin. Astron. L. II. c. 2. *Histoë* ut etiam Cod. Voss. Sic in Nepote *hemerodromoe.* ubi consule Comm.

Solstitialem] Voss. sec. Bened. *et solst.* Mox *redduntur* abest Bened.

Ratione conversa] Ita Vulc. et seqq. ex ipsius Cod. *Conversi* Edd. priores, sc. *occasus* praeter Aldinam, in qua ut et Florent. Voss. sec. Bened. est *conversae:* adeo ut aliud quid latere videatur. Forsan *plagae* subaudiri possis, ut *Centauro magna* etc.

Igitur] Ed. Iunt. post. caret.

Orientis est] Lege ex V. cod. *Orientis ventus est*, ut sit *orientis* dictum pro, ortus. Vulc. *Ventus* excidit male contra MSS. ab Edd. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv.

Invenuste] Bened. *invenustate.* Pro *quasi* Voss. sec. *quis.*

Ἀπὸ τῆς ἑῶος ῥῶν] Lege ῥέων. Vulc. Floridus tacite e Gellio edidit ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων. Sed Edd. reliquae habent ἑῶας vel ἑῶος cum Florent. At Bened. εσωας. Voss. uterque ἑῶας. Bene. ἑῶα Graecis simpliciter dicitur tractus Orientalis. Vide Stephanum. Graecis caret Aldus.

Idem] Aldus *qui.*

Ἀπηλιώτης] Versus antiqui de Ventis apud Isidorum de Nat. Rer. c. 37. *A Subsolanus flat rectus solis ab ortu, Graecus Apelioten apto quem nomine dicunt.* Elmenh. Ἀφηλιώτης MSS. et Edd. praeter Floridum, qui e Gellio reposuit π, cum tamen optimus Gellii Cod. Reg. etiam habeat φ, quasi ἀφ' ἡλίου et sic quoque MS. Perizon. apud Veget. L. V. c. 8. Supra tamen MSS. et Edd. *Aphel. tes:* ut et Arist. ἀπηλιώτης: quia et ἥλιος dicitur: item Theophrasto et Isidoro de Rer. Nat. c. 37. aliisque. Aldus prave ἀπελιώτης. Voss. MS. ἀφηλειώτης.

Βορέας] Ibid. *Hinc laevus boreas glaciali turbine mugit, Frigidus hic aquilo nostris vocitatur in oris.* Elmenh.

Aestiva et solstitiali orientis meta] Ita rursus e Gellio Floridus. At MSS. et Edd. vett. *solstitialis.* Bene, si *aestivae* legas, *plagae* subintelligens.

Hinc αἰθρηγενέτην] Scribo, *hunc* αἰθρηγενέτην, etc. Gellius: *Eumque propterea quidam dicunt* αἰθρηγενέτην *ab Homero appellatum.* *Hinc*, ut apud Gellium *propterea.* Sed MSS. Florent. Voss. sec. Edd. Ald. Iunt. post. Elm. Flor. *hunc.* Tum Voss. sec. *acteergeneten.*

Boream] MSS. Voss. sec. Bened. *borean.* Lege βορέαν, Graece; ut supra.

Tertium ventum] Apud Gellium: *Tertius ventus, qui ab oriente hyberno spirat Vulturum Romani vocant. eum plerique Graeci mixto nomine, quod inter Notum et Eurum sit,* εὐρόνοτον. Colv.

Occidui sunt tres] Ita cum Gellio Codd. Florent. Fulv. Voss. utroque et Edd. Elm. Flor. In Bened. *sunt vis.* Ald. *sunt ut.* Male etiam numero carent Edd. reliquae.

Ἀργέστης] Florent. ἀργάστης. Elmenh. Voss. sec. *ergastes.*

Favonius Graece Ζέφυρος] Voss. uterque *Favonium.* Iidem ut et Bened. carent τῷ *Graece.*

Λίψ] Versus antiqui: *Huic dextram tangit dictus Lips Attide lingua Africus.* Elmenh. Edd. usque ad Elmenh. *id est* λίψ. Sed nullus codex agnoscit τὰ *id est.* Voss. sec. *Lybs.* Bened. *Libis.*

Septentrio item uno] Dele glossema ex mem-

cognomentum: qui tamen Graeca lingua ἀπαρκτίας dictus est. Horum nomina plerique commutant de loco vel similitudine aliqua: ut Galli Circium adpellant a turbine eius et vertice: Apuli Iapyga eum ex Iapyge sinu, id est, ex ipso Gargano venientem. Hunc Caurum esse, manifestum. nam et ex occiduo venit, et Virgilius eius sic meminit:

Illam inter caedes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens undis et Iapyge ferri.

Est etiam Caecias ventus, quem Aristoteles ad se trahere nubes ait. et est adagium de eo tale:

κακὰ
Ἕλκων ἐφ' αὑτὸν ὡς ὁ Καικίας νέφος.

Sunt

membranis Florentinis. Elmenh. Ineptissime; licet desint etiam in utroque Voss. Tunc enim diceretur auster septemtrionis habere cognomentum, quo quid absurdius? Gellius item dicit: *Septemtriones autem habent ob eamdem caussam unum* etc. Bened. tamen modo dat quoque *et bis Septemtrio habet cognomentum.* Pro *Septemtrionis* etiam Voss. sec. et Florent. *Septemtrio.* Recte. Sic supra p. 721. *Idem tamen Caecias accipit nomen.* ubi vide. Immo in versu apud Isidorum: *Hinc nomen nostra e lingua* Septemtrio *finxit.* Ex repetito hoc nominativo lacuna in MSS. nata.

Qui tamen etc. — pepcellit] Desunt haec quoque in Ed. Aldina.

Ἀπαρκτίας] Flor. lytarkeile. Inepte. Versus antiqui: *Primus Aparctias alto qui spirat ab axe, Huic nomen nostra e lingua Septentrio finxit* Plinius L. II. c. 47. Elmenh. Florent. Lιταρκειαε. Voss. απαρκειαρ.

Plerique] Bened. *plurimi.*

Adpellant] Male hoc verbum exsulat Edd. praeter Elmenh. et Florid. Agnoscunt id MSS. Florent. Voss. uterque Bened.

Iapygaeum] Vulgo, *Iapyga.* Vide Puteanum Cent. I. Ep. 16. Elmenh. *Apuli vero Iapygeum*] Sic Florid. Cum Elmenhorstius e MS. Florent. ediderat *Apuli Iapygeum vero.* Abest τὸ *vero* a ceteris MSS. et Edd. At *Iapuageum* habent quoque Vossiani. Sed Bened. cum Edd. vett. et Gellio *Iapygem.* Nusquam dicitur hic ventus *Iapygeus.* Vulc. e suo cod. exhibuit *Iapyga.* Salmas. p. 887. legit *Iapygem eum.* Quidni *Iapyga eum?* Horat. L. I. O. 3, 4. *Obstrictis aliis praeter* Iapyga. et aliis.

Ex Iapyge sinu] Vere ibid. correxit Salmas. *ex Iapygiae sinu.* quomodo liquide exstat in Vossianis; immo iam in Ed. Iunt. post. Quo pacto Garganus dicatur *Iapygiae sinus* a nostro, vide Gronov. ad Gell. *Iapygiae ipsius ore proficiscentem quasi finibus* etc. ubi Puteanus legit e nostro *sinubus* Centur. I, 16. at vide de Gelliano loco ibi comment. et Serv. ad Virg. Aen. VIII, vs. 710.

Venientem] Bened. *veniente.*

Manifestum est] Abest verbum substantivum a Bened. Voss. utroque. Bene.

Illam etc.] Hi versus non videntur in Bened. Voss. utroque. Male *illum* Edd. praeter Iunt. post. et Florid. Agitur enim de Cleopatra apud Virgil. L. VIII. vs. 709. ubi hoc vitium monuit Heinsius.

Est etiam Caecias] Flor. *caelias.* male. Elmenh. Voss. quoque prave *caelias.* Bened. *et Caec.* Carent Bened. Voss. *est.*

Aristoteles etc. — ait] Voss. praeponit *ait τοῖς ad se* etc.

Κακὰ] Vox haec finem facit Iambici versus etiam apud Gellium. Male eam delevit Elm. Editores vett. sequenti versui adiungunt, sic: κακ' ἐφ' ἑαυτὸν vel κακὰ ἐφ' αὑτὸν ut est in Iunt. post. Sed Voss. uterque, Bened. κακὸν, unde patet versus alicuius Iambici finem esse.

Ἕλκων ἐφ' ἑαυτὸν] Sic rescripsi ex Aristotelis Meteor. L. V. c. 6. In Leidensi est ἕλκων νεφέλητον ὠοκυκέκιας νέφος. Theophrastus de Ventis fol. 410. ὁ μὲν γὰρ καικίας μόνος ἐφ' ἑαυτὸν ἄγει τὰ νέφη καθάπερ καὶ ἡ παροιμία λέγει· ἕλκων ἐφ' ἑαυτὸν ὥστε καικίας νέφη. Cur autem solus *Caecias* nubes ad se attrahat, docet Aristoteles Problem. sect. 26. fol. 458 et 461. Elmenh. Abest ἕλκων a Voss. et Bened. Legendum ex Aristotele et MS. Regio Gelliano ἕλκων ἐφ' αὑτὸν, ut fecit Salmas. ibid.

ὡς ὁ Καικίας νέφος] Voss. sec. ωοωκεκίας νεφ. Apud Gell. et Aristot. quoque ὡς ὁ, at in Plutarcho ὥστε: unde Vulc. Ed. sec. ὥστ' ὁ. Perperam Elm. ὥσπερ ὁ. Accedo potius Salmasio legenti quadrisyllabe ὡς Καϊκίας, dictus

Sunt Etesiae et Prodromi spirantes ex omni parte, eo tempore aestatis, quo Canis oritur. Cato autem in libris Originum, non Circium, sed Cercium dicit. Is ventus Cercius, cum loquare, buccam implet: armatum hominem et plaustrum oneratum percellit.

Nunc de nubium praestigiis referam. Quando perfracta nubecula patefecerit 726.
coelum, ignescunt penetrabiles spiritus, emicatque lux clara; hoc dicitur coruscare: et ordine quidem prius tonare oportet, postea coruscare. Quippe ubi nubes adflictu ignem, ut ignifera saxa adtrita inter se, dant, obtutus velocius il-

cus enim a *Caïco.* Vide Salmas. et Vulcan. supra ad p. 721. Ed. Flor. Immo sic diserte in MS. Regio apud Gell. ubi Cl. Vir I. Gronov. non debuerat ὁ rursus inserere. Dein νέφη Ed. Vulc. pr. cum Plutarcho et Salmas. sed aliter MSS. nostri et Gelliani. Refingendum ergo: —— Κακὰ ῞Ελκων ἐφ᾽ αὑτὸν ὡς Καϊκίας νέφος.

Quo canis oritur] Florent. Voss. *quod de cane.* Bened. Vulc. *quo de cane.* An *quod cum cane oritur?* ἐπέχω. Gellius: *quum canis oritur.*

In libris originum] Sic MSS. O. cum Gellio, Vulc. et seqq. *Origenum* Voss. sec. Ante edebatur *in originibus.*

Cercium] Voss. Bened. *Caercium*, et mox *Caercius.* Graece Κερκίας. Vide Salmas.

Is ventus cercius] Dele τὸ *Cercius* ex Florentino. Elmenh.

Cum loquare] Verba Catonis apud Gellium. Colv. Voss. *locare.* Bened. *collocare.*

Buccam] Voss. *bucam.* Prave Florid. *bucculam* contra MSS. et Gellium.

armatum hominem, plaustrum] Male Florid. *et armatum.* Sed *et plaustrum* MSS. Florent. Bened. cum Elmenh. ac Florid. At nec in Vossianis, nec apud Gellium.

Praestigiis] Vett. edd. *praesagiis.* post: *Eorum quae huiusmodi praestigias nostris inferunt oculis.* Hic iterum Aristotelem sequi incipit. Colv. Rom. et Ald. *praesagiis*, male. Aristoteles φάσματα dicit. Elmenh. Quidam *praesagiis.* male. Noster eodem sensu infra hac voce utitur, quae quidem recte exprimit Aristotelis φάσματα, sic legendum. non φαντάσματα. Florid. Iunt. post. *praestrigiis*, et mox: *quae eiusmodi* praestrigias *inferunt oculis:* ubi vulgo quoque *praestigias.* In sing. *praestigia* est apud Quinctil. IV. Inst. Or. I. Sed *praestrigias* ubique legi vult Ill. N. Heinsius ad Prudentium in Add. p. 148. V. et apud Menk. in Misc. Nov. Lips. V. 3. p. 2. Nec aliter MSS. plerique *praestrigiatrices* apud Mart. Capell. p. 167.

Illa perfracta nubecula] τὸ *illa* non est in Flor. Rom. et Aldus *profecta n.* male. Elmenh. τὸ *illa* tacite eiecit Floridus. nec certe scio, quo hic opus sit; nisi iungenda haec sint praecedentibus, quae interrupta sunt per Favorini insititia verba. In Edd. ante Iunt. post. legas *illa profecta.* sed MSS. reliqui *illa perfracta.* Fuitne *illisu perfracta?* unde forsan in praecedentibus *illidat* natum pro *impingat.* [Inepte Ed. Bip. *perfecta nub.* — I. B.]

Penetrabiles] Edd. ante Iunt. post. *penetrales.* Active Virg. Ge. I, 93. penetrabile *frigus.* L. V. Met. p. 147. *sono* penetrabili. De Dogm. Plat. L. I. p. 580. penetrabili *cogitatione.* Mart. Cap. L. VI. init. penetrabile *monstrat acumen.* ubi etiam contra metrum in aliquot MSS. optimis *penetrale.* Contra p. 302. *in* penetralibus *virginis.* MSS. aliquot *penetrabilibus.*

Et ordine etc. — coruscare] Absunt Bened. Ed. Vulc. pr.

Prius tonare] Voss. sec. *tonare prius.*

Ubi nubes adflictu] Vetus codex habet *adflictae*, hoc est, collisae. Vulc. Variant libri. Sunt qui habent: *quippe ubi nubes affulsit, ut ignifera.* Alii: *q. u. nubes afflictrix et ignifera saxa attrita inter se.* Plana omnia, si distinctionem nostram admiseris. Wower. In libris MSS. magna hic varietas. Flor. et Leid. *Q. u. n. afflictrix ut ignifera s. a. i. sese dat.* alii, *ubi nubes affulsit.* Rom. et Ald. *quippe ut ignis fertur ad saxa attrita.* Nos probavimus Vulcanii emendationem. Vide Isidor. de Nat. Rer. c. 30. Elmenh. *ubi nubes adflictu ignem, ut ignifera saxa adtrita inter se, dant*] Sic locus cum Wowerio et Scaligero distinguendus, si *ignifera* retinemus: male vulgo post *adtrita* ponitur comma, vel iunguntur *adtrita inter se dant.* constructio est: *nubes dant ignem adflictu, ut* etc. Salm. ad Solin. p. 804. legit: *afflictu, ceu ignifera saxa adtritu ignem ex se dat.* Vitiose autem in Edd. ante Iunt. post. legas simpliciter *ut ignis fertur ad saxa attrita.* MSS. Florent.

illustriora contingit: auditus dum ad aures venit, seriore sensu concipitur. ita et prius coruscare coelum creditur, et mox tonare. tum quia ignes pernicitate sui claricantes, dicto citius nostrae visioni convibrant, sonus, aëre verberato, alterius indicio sentitur. Flamma vero illa, quam nubium adflictus excussit, si robustiore fuerit incendio, impetu devehitur in terras, et fulminis habet nomen, atque formidinem. Presteras vero nominamus, cum flammarum in illis minus fuerit. Sed si ignitum non fuerit fulmen, Typhon vocatur. Sceptos generale omnibus, quae de nubibus cadunt, nomen est. Atque ut breviter compre-

Voss. uterque Bened. *ubi nubes afflictrix*, *ut ignifera.* Fulvianorum lectionem vide apud Wower. Vulc. *ubi nubes adflictae ut ignifera.* Edd. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *aaflictu ignem ut ferro.* Quare, licet *ignifera* non damnem plane, videtur potius legendum *ubi nubes adflictae*, *ut ignes ferro* etc. vel si vis *adflictu*, sed tunc post *adtrita* est distinguendum. Solin. c. 25. *dentes elephanti arbori adfligunt utrosque.* ubi verbum hoc in MSS. O. est, nec mutandum. Statim: *quam nubium* adflictus *excussit.* Uti passim 4tae Decl. nomina amat noster. *Ignis* scriptum de more pro *ignes.* Dein *inter sese* bene Fulv. et Florent. Iidem cum Vossianis habent *dat*; ut cum *afflictrix* respondeat, sed una nubes *afflictrix* non dat ignem, at plures *afflictae* inter se.

SAXA ATTRITA] Vet. cod. legit, *ut ignifera saxa attrita.* hoc est, saxa quae in se habent venas ignis, ut loquitur Virg. *et silicis venis abstrusum excuderet ignem.* VULC. Eustathius Homil. I. in hexaem. *Ex ferro et lapidibus ignis per frictionem solet excuti.* ELMENH.

ILLUSTRIORA] E Scaligeri emendatione. Vulc. Ed. tert. *illustrior.* Notat *contingit* hic percipit. Vide ad init. L. II. de Dogm. Plat.

AD AURES] Edd. Vulc. sec. Wow. *in aures.*

SERIORE SENSU CONCIPITUR] Plin. L. II, c. 54. ELMENH.

ET PRIUS] Ed. Vic. *ut pr.* Abest *et* a Fulv. Bened. Voss. sec. Ed. Iunt. post.

TUM QUIA] Voss. sec. *tunc quod.* Fulv. *tum quod.*

CLARICANTES] Recepi in textum lectionem cod. Fulviani Florent. et Leid. In Rom. Ald. et Bas. 1. legitur *coruscantes.* In Basil. 2. *clariscantes.* ELMENH. MSS. Florent. Bened. Vulc. Voss. pr. Ed. Floridi et Salm. ad Solin. p. 804. *claricantes.* MS. Fulv. *clarissantes.* si Wowerio in Var. Lect. credas. Edd. Vulc. et Elmenh. *clariscantes.* Voss. sec. et Edd. reliquae *coruscantes.* Fabri Thesaurus *clarescentes.*

VISIONI CONVIBRANT] Rom. et Ald. *v. occurrunt.* Vide Isidorum L. IX. c. 13. ELMENH. Bened. *visione.* Pro *convibrant* Scriv. et Flor. contra MSS. O. revocarunt lectionem, quae erat ante Vulcan. *occurrunt.*

SONUS VERO VERBERATI AËRIS SERIUS INDICIO S.] Locus male habitus, et corruptus, cui ita medere codicis mei ope: *Sonus vero verberato aëre*, *id est*, *alterius indicio sentitur.* ut sit sensus: Coruscationes sive fulgura statim, et per se oculorum nostrorum obtutum ferire, sive, ut Appuleius loquitur, convibrare; Sonum vero, qui excitatur, ut auribus nostris allabatur, aëris vehiculo egere, ideoque serius, sensu aurium tonitru, quam fulgur sensu oculorum percipi. VULC. Leid. et Florent. *alterius i.* lege *seriore i.* ELMENH. Certe praecessit de fulmine *dicto citius*, et sic supra obponit *velocius* et *seriore sensu.* Quare non displiceret *sonus aëris verberati*, *sed serius*, *indicio sentitur.* Istud *id est alterius* nimis quam friget. Edd. Vulc. Wow. *hoc est.* Lectionem quam e suo cod. concepit Vulc. reliqui post eum secuti sunt. MSS. autem Vulc. Vossiani et Bened. habent *sonus aëre verberato alterius indicio.*

NUBIUM ADFLICTUS] Edd. ante Iunt. post. *conflictus.*

FORMIDINEM INFERT] Sic recte Florent. et Ald. ELMENH. Pro quo Edd. primae, item Iunt. pr. Bas. pr. rursus dant *habet.* Sed MSS. et Edd. reliquae nihil: videturque id elegantius; ut unum verbum duabus significationibus ponatur, quod fit sexcenties. *Habere* enim etiam illud dicitur res, quod parit et praebet. Sic Vellei. L. II. c. 76. *Adventus Antonii habuit belli metum.* Ita *habere suspicionem*, *studium* pro parere. Vide Burm. ad Petron. c. 15. et quos laudat Wopkens. Misc. Obs. Vol. VIII. T. 1. p. 45.

PRESTERAS] Plinius L. II. c. 48. Et Nicetas de fide orthod. L. I. c. 28. ELMENH. Voss. sec. *praestentes.* Bened. *praestans.*

NON FUERIT] Voss. sec. *non erit.*

TYPHON] Plin. L. II. c. 48. ELMENH. Scribe, *Typhona.* FLORID. quia nempe male Edd. Elm. Scriv. *vocant.*

DE NUBIBUS] Voss. sec. *e nub.* τὸ *nomen est* in Bened. Voss. sec. ponuntur ante *omnibus.*

At-

prehendam cuncta generis eiusdem; eorum, quae eiusmodi praestigias meras in-
ferunt oculis, alia sunt, quae speciem tantum spectaculi pariunt; alia, quae ni-
hil ab eo, quod ostenderunt, mentiuntur. Fallunt imagine Irides et Arcus, et
talia: vere videntur Cometae, fulgores, et similia pleraque. Irin vulgo arcum 727.
esse aiunt, quando imago solis vel lunae humidam et cavam nubem densamque
ad instar speculi colorat, et medietatem orbis eius secat. Rhabdos autem ge-
neris eiusdem, ad virgae rigorem per longum colorata nubecula dicitur. Haly-
sis est catena quaedam luminis clarioris, per solis ambitum in se revertens.
Hanc et Irida illud interest, quod Iris multicolora est, et semicirculo figurata
pro-

Atque ut etc.] Haec usque ad *pleraque* desunt Edd. ante Iunt. post.

Cnncta generis eiusdem; eorum, quae etc.] Bened. *cetera.* Abest τὸ *eiusdem* a Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. iungentes *cuncta generis eorum.* quod non displicet; sed tum post *oculis* plenius distinguendum est. Mox *huiusmodi* Ed. Vulc. pr.

Praestigias summis] Vet. cod. *praestigia summis in oc.* neutro genere usurpans *praestigia.* Vulc. Florent. Vulc. *praestigia.* Iunt. post. *praestigias.* Vide supra. *Summis* est e Vulc. Cod. Ante edebatur, ut et a Wower. *nostris.* sed MSS. Florent. Bened. Voss. uterque *meris:* unde malim *meras* i. e. solas. L. I. Met. p. 16. *Nugae merae.* et passim.

Fallunt imaginem] Ludit Appul. copia verborum. quod enim Graeci dicunt παραλογίζεσθαι, id antea *Praestigias summis oculis inferre*, nunc *Failere imagine* dixit. atque ita in V. cod. legitur, *Fallunt imagine Irides*, hoc est specie sui. Ovid. *Spectantia lumina fallit.* Vulc. Recte quoque Florent. et Voss. pr. *imagine*, ut reposuit e suo cod. Vulcanius. *Irides* etiam Florent. Ante Vulcan. edebatur *Iris et arcus.* At Voss. uterque *Iridis:* immo Bened. *fallit imaginem Iridis arcus Italia:* unde legam lubens *f. imagine Iridis arcus, item alia*, ut Rhabdos, Halysis, Selas etc. quae sequuntur. Non enim *imaginem fallunt*, sed mentiuntur, et imagine fallunt oculos. *Irides et arcus* posset stare per ἓν διὰ δυοῖν. Mox pro *vere* Bened. *que.*

Arcum esse aiunt] Flor. *Arcus.* Isidorus c. 31. Elmenh. Edd. ante Iunt. post. *arquum.* ut saepe. V. Heins. ad Ovid. Met. X. 590. Voss. uterque quoque *arcus.*

Imago Solis vel Lunae] V. cod. *imago Solis, vel imago Lunae.* quae repetitio vocis *imago* non est otiosa. Vulc. Bened. Voss. sec. repetunt etiam τὸ *imago.*

Cavam nubem] Iunt. post. *canam*, ut et Florid. in Interpretatione. Male. *Cava nubes* est tenuis, non *densa*, quae hic describitur. Vide de Deo Socr. p. 681. Ed. Flor. Sed passim *cava nubes* et *cava nubila* apud poëtas. Sic *cavi amnes* apud Auson. Cupid. vs. 69. sunt vani et inanes.

Colorat et med.] Male Florent. Vulc. Voss. sec. Bened. *coloratae* vel *colorate.* F. *colorat ac.*

Orbis eius] Vulc. Ed. pr. *orbis sui.* Male.

Per longum] Abest *per* MSS. Vulc. Voss. pr. et Edd. Vulc. Wow.

Halysis] Videtur legendum, *Hallos.* Nam ex Aristotele haec omnia, qui sic scribit: Ῥάβδος δέ ἐστιν ἴριδος ἔμφασις ἐνθεῖα. ἅλλως δέ ἐστιν ἔμφασις λαμπρότητος ἄστρου περιαύγους. διαφέρει δὲ ἴριδος, ὅτι ἡ μὲν ἶρις ἐξεναντίας φαίνεται ἡλίου τε καὶ σελήνης, ἡ δὲ ἅλλως κύκλῳ παντὸς ἄστρου. Colv. Flor. *Alypsis.* Lege ἅλως etc. Vide Nicetam in Thes. Orthod. Fidei L. I. c. 25. Achillem Statium in Aratum fol. 102. Elmenh. Mendose legisse videtur Appuleius apud Aristotelem hoc loco ἅλυσις, quod *catenam* significat, pro ἅλως, quod *aream.* quo nomine Meteorum hoc censetur, non autem nomine *catenae.* Reposui in interpretatione *Halo.* Graecum enim nomen hoc sensu civitate donatum est a Latinis Philosophis. Florid. Edd. primae *Alysis.* Florent. Bened. Voss. *Alypsis.* Male vero Colv. et Elm. volunt legi *Hallos* vel ἅλως, et edidit *Halos* Wower. ex Aristotele. Id enim non *cat[e]nam* notat, sed *aream:* ut Latini vocant eam coronam, ambientem solis circulum. Vide Vulcan. Nihil verius est, quam Appuleium incidisse in corruptum Aristotelis codicem, in quo pro ἅλως scribebatur ἅλυσις.

Inter hanc interest etc.] Haec usque ad *discolori* exsulant rursus ab Edd. ante Iunt. post. Abest τὸ *inter* a Florent. et Voss. utroque. Bene. Vide ad L. II. de Dogm. Plat. p. 607. Bened. et Voss. sec. tantum *est* pro *interest.*

Multicolora] Sic diserte Florent. Vulc. Bened. Voss. uterque et Edd. Vulc. Vulgo *multicolor* ut L. XI. Met. multicolor *vestis.* V. Heins. et Burm. ad Ovid. L. XI. Met. vs. 610. nec bene etiam Wow. *multicoloria*, quod formavit instar *colorius*, *discolorius* et *versicolorius:* de quibus vide Burm. ad Nemes. Ecl. IV in f. Sed

proculque a sole et luna: Catena clarior est, astrumque ambit orbe incolumi, corona non discolori. Selas autem Graeci vocant, incensi aëris lucem. Horum pleraque iaculari credas, alia labi, stare alia. Iaculatio igitur tunc fieri putatur, cum aëris meatu atque impulsu generatus ignis celeritatem sui cursumque rapidae festinationis ostendit. Stativa lux est, quam Sterigmon illi vocant, sine cursu iugi, sed prolixa lux, stellaeque fluor ignitusque liquor; qui, cum latius quatitur, Cometes vocatur. Sed plerumque luces istae repentino ortae,
728. visae statim occidunt: et item ut se ostenderint, aliquantisper manent. Sunt et

decolorus, *discolorus*, *unicolorus*, *versicolorus* apud Prudentium. Vide Heins. in Hamartig. vs. 821. Hoc ipsum *multicolorus* Prudent. Cathem. III, 104. *prata* multicolora. et Servii MSS. ad Aen. V, 609, bene. Statim rursus *discolora* Florent. Vulc. Bened. et Voss. uterque. In Edd. vulgo *discolore*. Elm. in textu *discolor*, sed in notis ait: *discolora*] Vulgo, *discolore*.

ET SEMICIRCULO] Abest copula a Bened.

PROCUL A SOLE ATQUE LUNA] Bened. *proculque a S. et L.* Recte. Vossiani *procul qua S. et Luna.* Ed. Vulc. pr. etiam *et L.* Pro *Catena clarior* Bened. *hoc c. clariae.*

SELAS] Graece Iunt. post. *σέλας.*

STARE ALIA] Edd. ante Iunt. post. *alia stare.*

CUM MEATU CINERIS] Lege ex Aristotelico textu, *cum meatu aëris.* FLORID. *cum meatu aëris atque inpulsu* e suo Cod. edidit Vulc. Ed. tert. item Wow. cum Florido. In Edd. ante Iunt. post. *cum meatu aquae inpulsae.* Iunt. post. *cum meatu aëris inpulsae.* Hanc sequentes *cum meatu aëris inpulsi.* Ed. Vulc. sec. *cum m. aeris atque inpulsis.* Edd. Elm. Scriv. *cum m. cineris atque inpulsu*, scil. in MSS. Florent. Fulv. exaratur *cum cineris meatu atque inpulsu.* Bened. *cum cineris meatu atque inpulsa.* Sed Voss. *cineris meatu atque inpulsae.* at istud *cineris* est ineptissimum. Aristot. *πυρὸς ἐκ παρατρίψεως ἐν ἀέρι φερομένου ταχέως.* Lege igitur *cum aëris meatu atque inpulsu.* nisi *inpulsa* substantivum sit pro *inpulsione*, ut *repulsa.* *Meatus maris* de aestu dicitur apud Mel. III, 1. et Solin. p. 33. V. me ad Veget. L. V. c. 12. in Obs. Misc.

GENERATUS IGNIS] Bened. *generatur.* Mox Voss. uterque, Florent. *celeritate sui cursum rap. f.* pro vulgari *celeritatem sui cursumque r. f.*

STATIVA] Bened. *stativuro.* Pro *sterigmon* Iunt. post *στηριγμόν.*

SINE CURSU IUGI, SED PROL.] Lips. *iugis et prol.*

STELLAEQUE FLUOR, IGNITUSQUE LIQUOR. QUICUNQUE L. PANDITUR, C. V.] Locus corruptus, et a depravata distinctione laborans. Vet. cod. ita legit: *Sed prolixa lux stellae, quae effluerit ignitus liquor, qui cum latius quatitur, Cometes vocatur.* Seneca Nat. Quaest. L. I. c. 15. *Horum ignis in exitu sparsus est. hoc est in extremis partibus.* VULC. *stellaeque fluor, et ignitus liquor*] Ita recte Edd. vett., nisi quod cum MSS. *ignitusque* habent, et Edd. Elm. Scriv. Flor. cum Codd. Florent. Voss. Bened. pro quo prave e suo Cod. Vulcan. Wower. habent *stellae, qua effluerit ignitus liquor.* *Fluor stellae* est *ἄστρου ῥύσις.* Sic *lactis fluor* Nemes. Ecl. III. in f. ubi vide Barth. et in Add. *Fluor sanguinis* Arnob. L. V, 160. Noster Apol. p. 426. *Imagines iugi fluore a corporibus manantes.* Hinc Manil. I, 746. *Cum vaga dispersi fluitarunt lumina currus:* ubi male Bentlei. *fragmina.* Hic illic lumina vaga currus in varia fragmenta dispersi fluorem ediderunt, et visa sunt.

LIQUOR, QUI CUM L. QUATITUR] Ita bene Vulc. legit distinxitque e suo Cod. eique accedunt MSS. O. et Edd. seqq. Vulgo erat, *liquor. Quicumque l. panditur.* Lipsius etiam *qui cum* legendum viderat. *Panditur* male retinuit Wow. invitis MSS. O. *Quati* enim dicuntur motae faces etc. ut crescant lumine. Vide Heins. ad Ovid. Met. IV, 756. et passim. Hoc metaphorice transtulit ad cometen. Aristotelis *πλατυνομένη* expressit satis per adverbium *latius.*

VOCATUR] Voss. sec. *vocantur.*

REPENTINO ORTAE] Hanc scripturam praetuli confirmatam MSS. O praeter solum Florent. e quo Elm. cum seqq. rescripsit *repentino ortu visae.* Metuit librarius, ne vox *repentino* careret substantivo. Sed est adverbium, quo noster ipse alibi utitur. De adverbiis exeuntibus in *o* adi ad Met. V. Ind. Not. *Rarissimo.*

ET ITEM UT SE OSTENDERINT] Haec verba videntur abundare. ELMENH. Desunt ab Edd. quae praecedunt, Iunt. poster. usque ad *diceremus.* sed male. Verum hoc modo transponenda sunt verba *statim occidunt, ut se ostenderint, et item aliquantisper manent.* [Vide quid Aristot. dicat: Πολλάκις δὲ τῶν σελάων, τὰ μὲν ἐπιμένει πλείονα χρόνον τὰ δὲ παραχρῆμα σβέννυται. Duo genera constituuntur, alterum diutius manentium, alterum statim evanescentium. Propius

et alia eiusmodi imaginum genera, quas Graeci Faces, et Docidas, et Pithos, et Bothynos, ad eorum similitudinem, unde dicta sunt, nominant. et quaedam vespertina sunt notiora. raro de Septemtrione vel Meridie videas. nihil horum quippe loci vel temporis in nascendo idem potuit obtingere. De aëre tantum ha-

pius ad Aristotelem accedunt Appuleiana, si cum Oudendorpio transponas: quam tamen ne sic quidem omnia congruant, nihil equidem mutem, donec e MSS. certius quid adferatur. — I. B.]

Genera] Deesse quid hic videtur, et ab Appuleio scriptum, *Sunt et alia genera imaginum, quas* etc. nam Aristoteles: Πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι φαντασμάτων ἰδέαι θεωροῦνται, λαμπάδες τε καλούμεναι etc. Colv. Locus corruptus et mutilus. MS. cod. habet, *aliquantesper manent sine ulla imaginum genera.* Aeque corrupte. Filum verborum Aristotelis nos ad veram lectionem ducit. Cum enim Aristoteles in iis verbis παραχρῆμα σβέννυνται sententiam claudat, deinde novam sententiam ordiens dicat πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι φαντασμάτων ἰδέαι θεωροῦνται, corrigenda procul dubio est Codicis MS. lectio hoc pacto: *aliquantisper manent. Sunt vero et alia imaginum genera.* quae nimirum recenset: quod et Colvius vidit. Vulc. In Edd. vett. sola vox *genera* comparebat. At in Florent. *et sine ullo ei. im. genere.* Benec. *et sine ulla ei. imagine genera.* Voss. uterque *et sine ulla ei. imaginum genera:* unde Is. Vossius legebat *ut sunt illa ei. im. genera.* Cur non *et sunt illa ei. im. g.?*

Docidas] Seneca Latino nomine Trabes vocat, πίθους vero (ita enim in Appuleio legendum) Pithias. Vulc. Wow. *Pythos.* male. Voss. sec. *Phitus.*

Ad eor. similitudinem] Voss. Bened. *similitudine.*

Nominant raro] Locus Appuleii hiulcus et mutilus. neque enim reddit verba illa Aristotelis καὶ τὰ μὲν τούτων, ἑσπέρια. τὰ δὲ ἑῷα. quae ex MS. cod. ita supple: *Et quaedam vespertina sunt notiora.* Putarim legendum, *Et quidem vespertina sunt notiora.* ita ut brevitatis causa alteram partem omiserit, nimirum matutina non ita esse nota. Per hoc autem Vespertina sunt notiora: videtur Appul. interpretari voluisse illa Aristotelis τὰ δὲ ἀμφιφαῆ θεωρεῖται. pro quo legendum omnino censuerim, τὰ δὲ ἑσπερινὰ ἀμφιφαῆ θεωρεῖται, cui opponit τὸ σπανίως, quod sequitur. — Videtur autem Arist. per ἑσπέρια et ἑῷα potius intellexisse quae ad occasum et Orientem apparent. et raro ad Meridiem vel Septentrionem videri. In quo videtur Appul. ab Aristotele dissentire. Et omnino pro eo quod est in omnibus Appuleii Edd. *raro de Septentrione vel Meridie videas:* MS. cod. meus legit, *paria de Sept. vel Mer.* Vulc. Leg. *parca*, vel *rara.* Id. *in Ed. A.* 1594. Florent. et Leid. *paria autem.* Elmenh. *et quaedam vesp. s. notiora: raro autem de* tacite e Florent. edidit Elm. quum Vulc. et Wow. exhibuerant *et quidem v. s. not.: raro de.* Sed *et quaedam* habent MSS. O. In nullo vero aliorum adparet *autem.* At pro *raro* Florent. Voss. Vulc. Ed. Iunt. post. *paria.* Bened. *patria.* Aristot. σπανίως δὲ βόρεια καὶ νότια θεωρεῖται. Quare si *paria* legas, omnino dissentit noster ab illo. Ego legerem potius *rariora* vel *parum autem.* Ceterum illa *et q. v. s. notiora* desunt Edd. ante Vulcan.

Nihil horum quippe **] Hic etiam tale quid deest; ut, *immobile esse, pristinis libris proditum est.* quemadmodum loquitur supra Metam. L. IX. nam proculdubio Aristotelica illa interpretari volebat: Οὐδέποτε γάρ τι τούτων ἀεὶ φανερὸν ἱστόρηται κατεστηριγμένον. Colv. Pendet plane mutila sententia. Colvius Appuleii castigator δεύτατος, in Notis suis tale quid deesse autumat: *Immobile esse pristinis libris proditum est*, ubi quid per pristinos libros intelligendum sit, ipse sibi sit Oedipus. Ego simpliciter verterim, id quod Aristoteles ait, οὐδέποτε γάρ τι τούτων ἀεὶ φανερὸν ἱστόρηται κατεστηριγμένον, *Nunquam enim quicquam horum perpetuo conspicuum obstinuisse in historiis legimus.* Vetus cod. hanc lacunam ita supplet: *Nihil horum quippe loci vel temporis in nascendo idem potuit obtingere.* quae etiam ipsa corrupta et mutila videntur. Sensus est: Non diu uno in loco haerentia unquam visa. Subiungit deinde MS. cod. *de re tantum habuimus quod diceremus.* lege, *De Aëre tantum* etc. Respondet enim illis verbis Aristotelis, τὰ μὲν τοίνυν ἀέρια, τοιαῦτα. Vulc. *potuit obtingere*] Rectius fortassis *obtinere* vel *obstinere.* Aristotelis verba ita habent οὐδέποτε γάρ τι τούτων etc. Id. *in Ed. A.* 1594. Adde ex Graeco: *semper conspicuum stetisse memoriae proditum.* Wower. Nesciebant scilicet Colv. et Wow. iam in Ed. Iunt. post. editum esse *temporis in nascendo idem potuit obtingere.* Vulc. vero cum seqq. consentientibus etiam MSS. Florent. Voss. Bened. exhibuit *loci vel temporis* etc. Recte tamen censet, ea etiam corrupta esse. Forsan pro-

habuimus, quod diceremus. Sed non aquarum modo tellus in se fontes habet, verum spiritu et igni foecunda est. Nam quibusdam sub terris occulti sunt spiritus, et flantes incendia indidem suspirant: ut Lipare, ut Aetna, ut Vesuvius etiam noster solet. Illi etiam ignes, qui terrae secretariis continentur, praetereuntes aquas vaporant, et produnt longinquitatem flammae, quum tepidiores aquas reddunt, vicinia ferventiores. Opposito incendio aquae uruntur: ut

pro *potuit* legendum modo *patuit*. Quippe patuit, nihil horum obtingere idem loci vel temporis; cum nascitur.

DE AËRE TANTUM HABUIMUS QUOD DICEREMUS] Haec quoque exsulant ab Edd. vett. nisi quod iam addita sint in egregia illa Ed. Iunt. post. quod latuit quoque Vulcanium; qui ideo haec, ut priora, se primum restituere credit e suo Cod. in quo, ut et Voss. ac Bened. male est *re* pro *aëre*. MSS. O. haec agnoscunt.

AQUARUM MODO] Bened. *aquonarum m.* Edd. ante Iunt. post. *tantummodo*.

FONTES HAB.] Voss. *fontis*. Edd. ante Iunt. post. *hab. font.*

QUIDAM SUB TERRA OCCULTI SUNT SPIRITUS] Ita Edd. vett. At Voss. sec. *quibusdam sub terra*. Florent. Vulc. Voss. pr. Bened. Fulv. *quibusdam subter*, ut tacite Vulc. et seqq. edidere, male. Nam *quibusdam* nihil habet, quo referatur. Lego *quibusdam sub terris*. *αἱ μὲν ὑπὸ γῆν.* Seneca Nat. Quaest. L. V. c. 14. *sub terris* de eadem re. *Terrae* rursus in plurali pro tellure. ut supra.

FLANTES] Voss. Bened. *flant*. Recte Is. Voss. *flatu*.

SUSPIRANT] Cod. Fulv. *inspirant*. Vulc. infra malit frustra *suscitant*.

UT LIPARIS, UT AETNA, UT VES.] Flor. v. L. *euuta*, male. Papias: *Liparis insula Siciliae, sicut Aetna*. Claudianus de Consul. Honorii L. III. *Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis*. Vide Plinium L. II. cap. 10. L. XXX. cap. 8 et 9. Plinium Nepotem L. VI. Epist. Epistola: *Petis ut tibi avunculi mei*, etc. ELMENH. Hic locus etiam foede habitus est a librariis et Editoribus. In Edd. primis, item Iunt. pr. Ald. Bas. pr. non comparent. In ceteris ante Elmenh. *ut Lipara*, *ut Aetna* etc. nisi quod in Ed. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. sit *Lipare*; ut solet Graeca declinatione *Λιπάρη* dici a poëtis Virgilio, Silio Italico, Claudiano etc. Rectius ergo hoc quam *Liparis* ut edidere Elm. Scriv. et Flor. auctoritate Papiae, minus idonei ad hanc rem. *Liparis* alias est fluvius Ciliciae. Sed MSS. Florent. *Lipara exuta ut Aetna*. Bened. *Lipara exutia Erbra*. Voss. pr. *Lipara civita etna*. Voss. sec. *Liparacunta aetna*, nec ambigo, quin etiam alii codd. habeant similia. Aristot. *ὥσπερ Λιπάρα τε καὶ Αἴτνη, καὶ τὰ ἐν Αἰόλου νήσοις.* Quare absque ullo dubio lege *ut Liparae cunctae, ut Aetna*. Uno nomine Aeoliae insulae passim vocantur *Liparae*. Vide Geographos et me ad Frontin. L. IV. 1, 33. Virg. Aen. VIII, 417. *Aeoliam Liparen*. Sequentia vero, *ut Vesuvius etiam noster solet* e marginali glossa ab Italo quodam adtexta, in textum intrusa sunt: nam nec sunt apud Aristotelem, qui e Stagira Macedo quum fuerit, nec interpres eius Appuleius, e Madaura Afer talia scribere potuerunt: quod miror, nemini interpretum suboluisse. Vulc. Cod. *Vesevus:* ut alii vel *Vesvius*, *Vesbius*. Vide ad Frontin. p. 81, 82. [*Vesuvius noster* recte, ut puto, dicitur a scriptore Latino, et in provincia Romana habitante. Liparae et Aetnae ab Aristotele memoratis Vesuvium Latinorum addidit App. — I. B.]

PRAETEREUNTES AQUAS VAPORANT ET PRODUCUNT] Postrema editio Bas. *Praetereunt. aq. vap. et produnt longinquitatem flammae, cum tep. a. redd. viciniam cum ferventiores*. Veriorem scripturam elige ex Aristotelicis istis: *ἔνιαι δὲ ὑπὸ γῆν οὖσαι πλησίον πηγαίων ὑδάτων θερμαίνουσι ταῦτα καὶ τὰ μὲν χλιαρὰ τῶν ναμάτων ἀνιᾶσι· τὰ δὲ, ὑπέρζεστα, τὰ δέ εὖ ἔχοντα κράσεως.* COLV. Basileensis Ed. uti notavit Colvius, rectius haec distinguit, MS. cod. ita legit *et produnt longinquitatem flammae, cum tepidiores aquas reddunt; Viciniam, cum ferventiores*. VULC. *cum tepidiores aquas reddunt: viciniam, cum ferventiores, opposito incendio aqua uruntur*] Et hanc Vulcanii emendatam lectionem in MS. Fulvius reperit, non tamen deest liber, in quo legas: *Cum tepidiores incendio aquae currunt*. SCIOPP. *in Symb.* *produnt longinquitatem flammae; quum tepidiores aquas reddunt*] Sic hic locus iam constituitur in Edd. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. et MSS. O. nisi quod pro *aquas* habeant *quas* Voss. et Bened. et *aquas reddunt* cum seqq. usque ad *Opposito* ignorent Vulc. atque unus Fulv. Male. Olim et a Colvio editum quoque *producunt*. *Longinquitate enim flammae tepidiores*

ut Phlegethontis amnis, quem poëtae sciunt in fabulis Inferorum. At enim illos quis non admirandos spiritus arbitretur, cum ex his animadvertat accidere, ut eorum religione lymphantes, alii sine cibo potuque sint, pars vero praesagiis effantes futura? quod in oraculis Delphicis ceterisque est. Vidi et ipse 729.
apud Hierapolin Phrygiae, non adeo ardui montis vicinum latus nativi oris hiatu reseratum, et tenuis neque editae marginis ambitu circumdatum: sive illa, ut

res (Vic. *tepidiore*) *aq. reddunt.* quod tamen eodem redit. modo legas *prodeunt.* Hoc enim elegantius, et MSS. volunt.

Vicinia ferventiores] Hic quoque Iunt. post. Bas. sec. Lugd. cum MS. Vulc. eiusque Edd. et Wow. Florid. dant *viciniam cum ferv.* Sed et Voss. sec. *viciniam.* quia tamen Florent. et Bened. servant *vicinia ferv.* ita retinui cum Edd. prioribus et Elm. scriv. *aquas, ferventiores flammae vicinia:* quae tepidiores sunt longinquitate, quam eo ostendunt ignes; si ferventiores aquae sunt, patet ignes esse propinquiores; si tepidiores, patet ignes esse longinquiores et procul remotos.

Opposito in terrenio etc. — Inferorum] Haec in Ed. Aldi demum sequuntur post *percellere.* Non sunt quoque in Aristotele. *Opposito* abest ab uno Fulv. *Oppositiones* Vulc. Cod. *Opposito* expedit Florid. *caecum cursibus:* sed male. Notat enim *vicinum, iunctum.* unde forsan rectius Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. habent *apposito.* Al. *adposito.* Sed ubique haec praepositiones hoc sensu variantur in MSS. et noster *ob* crebo sic utitur; ut *ob os, occurrere,* pro adcurrere, ad os. Malim tamen ego *adpositus* scribi de vicino simpliciter, *obpositus,* quando vicinam adversitatem vel occursum denotat, vel munimentum aut praesepimen. ut in Festo leg. V. *Plutei.* e MSS. De hac varietate vide quae laudo ad Hirt. B. Afr. c. 59. et Front. III, 5, 8. *civitatem litori* adpositam. ubi eadem varietas, ut et infra p. 743. adpositi *sunt torrentium cursus.* cf. Sil. It. V, 474.

Uruntur] Vitiose Ed. Flor. *utuntur.* sed explicat *consumuntur.* MS Fulv. *currunt.*

Quem patefiunt in fabulis Inf.] Vulgo et in MS. legitur; *quem poëtae sciunt* Fulvii vetus est coniectura: *quem petescunt in fabulis.* Sciopp. *in Symb.* Alii libri: *patescunt.* Sunt, qui emendent: *patefaciunt.* Scribe ex vulgata: *quem poëtae fingunt.* Wower. *poëtae sciunt in fabulis*] Sic Flor. Leid. Rom. Ald. et Bas. 2. Fulviusque inepte legunt, *patescunt in f.* Minutius Felix: *Et tamen admonentur hominum doctissimorum libris et carminibus poëtarum illius ignei fluminis: et de Stygia palude, saepius ambientis ardoris* Elmenh. Sic cum Florent. habent MSS. Fulv. Voss. et Edd. pleraeque, non male. *Fabulas* Edd. ante Iunt. post. *Patefiunt* prave Vulc. Ed. sec. et *patescunt* Vulc. tert. e suo Cod. *q. p. fingunt* edidit Wow. Alii *patefaciunt.* Fulv. *petescunt.* In Bened. *p. scurat.* An *scribunt?*

At enim illos] Hic iterum desunt in Romano versus 16. Elmenh. *At enim* etc. — *percellere*] Haec omnia desiderantur in Edd. Aldina prioribus.

Ex his] Voss. *his.*

Eorum religione] Emendem, *Deorum religione.* Colv. Ego delendum censeo comma quod est post *lymphantes,* et τὸ *eorum* referendum ad *alii,* quod idem est atque id quod postea sequitur, *pars.* Notandum vero, Religionem hic accipi pro metu et formidine non Deorum, sed spirituum qui occulti, ut supra dixit, sub terra flantes incendia indidem *suscitant.* ita enim malim legere, quam *suspirant.* Vulc. *eorum religione lymphantes* scil. *spirituum.* Male Colv. *deorum* et Wow. *eorum alii.* Vulc. *lymphantes alii.* Frustra. In genere dicit *lymphantium* ἐνθουσιασμένων religione spirituum, alios esse etc. Et sic explicandus Aristoteles: immo licet *lymphantes alios, alios sine potu* intelligas, vel sic semel *alios* potest subintelligi. Vide Ind. Not.

Ceterisque est] Bened. Voss. *est cet.*

Vidi et ipse] Hic App. exspatiatur et inserit verbis Aristotelis, qui tantum ἀναιρεῖ τὰ ἐν Φρυγίᾳ. illa quae ad Hierapolin pertinent, usque ad *atqui.*

Hierapolin] Stephanus de Urbibus: Ἱεράπολις μεταξὺ Φρυγίας καὶ Λυδίας πόλις. Elmenh. Edd. ante Vulcan. *Hierapolin.*

V. latus hiatu reseratum] Lege ex veteri meo cod. *Vicinum latus nativi oris hiatu res.* Haec vero cum Appuleius ipse se apud Hierapolim vidisse testetur, latius persequitur quam Aristoteles, ad haec verba usque, *adire et percellere,* ubi ad Aristotelem redit. Vulc. *nativi oris hiatu*] Sic Bas. 2. Leid. *nativioris hiatu.* Flor. et Ald. *navi oris hiatu.* male. Elmenh. Voss. sec. *lacu.* Desunt *nativi oris* in Edd. ante Vulcan. nisi quod Aldus det *nativioris,* ut est in 2 Voss. et Flor. pr. *nativi oris* Bened. Sed *nativi oris* exstat in Fulv. et Vulc. Codd. ut hinc omnes ediderunt. Additur vero

ea

ut poëtae volunt, Ditis spiracula dicenda sunt, seu mortiferos anhelitus eos credi prior ratio est. Proxima quaeque animalia, et in alvum prona atque proiecta, venenati spiritus contagione corripiunt, et vertice circumacta interimunt. Antistites denique ipsos semiviros esse, qui audeant propius accedere, ad superna semper sua ora tollentes. Adeo illis cognita est vis mali ad inferiora, aë-

esse in Vulc. Edd. sec. tert. Wow. *esset* Vulc. pr. sed contra MSS. In Fulviano *hiatus esse raptum.*

SIVE ILLA] Florent. *sive ut illa u. p.* male. ELMENH. Bened. *sine ulla.* Ed. Ald. *sine ut illa.* Edd. Vulc. Wow. *seu illa.*

DITIS SPIRACULA] Plautus Trinummo: Scena *Minus quindecim*, etc. *Acherontis ostium in nostro est agro. Primum omnium olim terra cum proscinditur, In quinto quoque sulco moriuntur boves.* Vide Turneb. Advers. L. XXVI., c. 28. ELMENH.

EOS CREDI PRIOR RATIO EST. PROXIMA QUAEQUE ANIMALIS, etc.] Vett. cod. periodum claudit post *credi.* Deinde novam sententiam ita orditur, *Prior ratio est, proxima quaeque animalia* etc. atque ita etiam habet Aldina editio, et sic omnino legendum *animalia*, non, ut alii libri habent, *animalis.* In reliquis malim lectionem vulgarem retinere. ut sit sensus: priorem rationem, hoc est potiorem sententiam esse, mortiferos anhelitus ex eo specu emitti; non autem ibi esse spiracula Ditis. VULC. τῷ *prior* Is. Vossius, ex emendatione Scaligeri, adscripsit *propior.* Sed *prior* est potior, melior. Male ante τὸ *prior* distinguit Aldus. Edd. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. *animalis.* Sed MSS. et Edd. seqq. *animalia.* Vide seqq.

IN ALVUM PRONA] Bene, nec inepte tamen Bened. *in alimentum prona.*

VERTICE CIRCUMACTA] Flor. v. *circumactas* σκοτοδινιῶντα. ELMENH. Voss. sec. etiam *circumactas:* quasi *animales* praecessisset. sed tum *proximas quasque* et *pronas* ac *proiectas* debuit scribi. Eo certe facit sequens *inferiores.* Alibi quoque et hoc ipso libro *animales* in fem. gen. extulit auctor. Vide Ind. Not. Voss. pr. *circumactus.* Bened. *interiunt* pro *interimunt.*

ANT. DEN. IPSOS SEMIVIVOS ESSE] Num *Antist. deniq. ips. in vivis esse:* id est vivere adhuc? an potius, *Antistites semiviros* scribas, et Deum matris emasculatos illos sacerdotes intelligas? Varro Eumenidibus: *Nunc semiviri teretem comam volantem iactant tibi Galli.* COLV. Ita omnes Edd. et vet. etiam cod. corrupte procul dubio. Legendum enim omnino *semiviros* (ut et Colvius emendavit) hoc est Eviratos. Sacerdotes enim Cybeles intelligit, Gloss. vetus *Evirati* ἀπόκοποι. et aliud Gloss. ἀπόκοπος *Castratus* qui aliis vocabulis σπάδωνες, τομίαι, et εὐνοῦχοι vocantur. VULC. *Semiviros* Colv. et probo Plinio: *Simili modo Hierapoli in Asia Matris magnae tantum sacerdoti innoxium.* BRANT. Colvius et Vulcanius *semiviros* legunt, et capiunt de ministris matris magnae. Recte. Ammianus Marcell. L. 23. p. 269. *In his pagis hiatus quoque conspicitur terrae, unde halitus lethalis exsurgens, quodcunque animal proxime steterit odore gravi consumit. Quae lues oriens a profundo quodam puteo, cum os eius excesserit latum, antequam sublimis vagaretur, terras circumsitas inhabitabiles acerbitate fecisset. Cuius simile foramen apud Hierapolim Phrygiae antehac, ut asserunt nonnulli, videbatur: unde emergens itidem noxius spiritus perseveranti odore quicquid prope venerat, corrumpebat, absque spadonibus solis: quod qua causa eveniat rationibus Physicis permittatur.* Vide Plinium Nat. Hist. L. I. c. 93. ELMENH. Emendaverat etiam ad marginem Lindenbrog. se ipse citans ad Amm. Marcell. L. XXIII. c. 6. Vide et Harduin. ad Plin. L. II. c. 93. Gallos istos, Cybeles sacerdotes, cum aliis *semiviros* noster in Metam. quoque vocat. Vulgo et in MSS. erat *semivivos.* Dein *aiunt* post *semiviros esse* inseruit Vulc. cum seqq. contra MSS. et male. Nam subintelligendum ex praecedentibus *vidi ipse.*

AD SUPERNASEM PER SUA ORA TOLLENTES] Forte, *ad superna semper sua ora toll.* quod verisimile videtur nam ne una littera mutata: et ea quae sequuntur id comprobare videntur. COLV. Post *tollentes* plene est distinguendum. Sic: *tollentes. Adeo illis* etc.

ET INFERIORA] Forte, *etiam inferior*, vel *inferiore*, vel, *inferioris.* COLV. Verbum *est* periodum claudens loco suo motum, et literae aliquot mutatae sententiam turbant. cui ita ope mei codicis MS. subveni: *adeo illis cognita est vis mali ad inferiora aëris noxii crassitate densa.* Nam quod Colvius pro *et inferiora* autumat legendum *etiam inferior*, vel *inferiore* vel *inferioris:* frustra est. neque enim cum subsequenti verbo *est* recte cohaerere possunt. nisi ita, ut ex vet. codice emendavi, legantur. Ponendum itaque est post *densa* comma. et deinceps ita legendum: *inferiores quoque facilius adire atque percellere.* ut sit sensus: quo quis pe-

aëris noxii crassitate densa, inferiores quoque facilius adire atque percellere. Saepe accidit, ut nativi spiritus per terrae concavas partes errantes concuterent solida terrarum; saepius, ut spiritus, crescente violentia, et insinuantes se tel-

penitius hiatum illum ingreditur, eo magis venenati illius spiritus contagione, ex imo exhalantis, iniici ac laedi. VULC. Florent. *cognitu e. v. m. ut i. aeris noxii.* Forte *a. c. e. i. vis mali ad interiora a. c. d.* ELMENH. Haec usque ad illa verba: *atqui saepe accidit*, parum sana sunt. Sic verti in interpretatione, quasi scriptum sit: *adeo illis cognitum est vim mali ad inferiora aëris noxii crassitate delapsam, inferiores quoque facilius adire atque percellere.* ex qua lectione commodus sensus elicitur. FLORID. *adeo illis cognita est vis mali et inferior aëris noxia crassitate densa est, inferiores quoque adire* etc.] Haec corrupta est lectio ante Vulcan. qui emendavit, ut sequentes edidere: *adeo illis cognita est vis mali ad inferiora aëris noxii crassitate densa; inferiores quoque facilius ad.* Verum ne sic quidem intelligo. Lipsius solum deleri vult *et.* In Edd. *noxia* retinuere Vulc. et Wow. Quod ad MSStos, Vulcanii codici accedit Bened. pro *adeo* Voss. uterque *ad eos* dein *cognitus* iidem. Voss. etiam *ad inferiora*, sed Florent. *ut inferiora.* MSS. O. dant *noxii*, et hic *est* ab illis exsulat. Pro *quoque* in Bened. *quosque:* dein *facilius* addunt vere MSS. cuncti. Emendandum videtur *adeo illis cognita est vis mali*, *ad inferiora aëris noxii crassitate* densati, *inferiores* (sc. animales vel res), *facilius adire:* Constructio est *mali densati ad inferiora, crassitate a. n.* et *vis cognita adire* Hellenismus est pro *cognitum est, vim adire.* Vide ad Met. L. IX. p. 642, b. [*Quoque* haud dubie retinendum est. Respondent sibi invicem *ad inferiora* — *inferiores quoque* sc. homines, quod facile e praecedentibus intelligitur. Clar. Lennep. legendum putat *Adeo illis cognita est vis magis ad inferiora aëris noxii crassitate densa* etc. ut iungantur in constructione *vis aëris magis noxii ad inferiora.* — I. B.]

ATQUE PERCELL.] Edd. ante Vulcan. praeter Ald. *et perc.*

ATQUE SAEPIUS ACCIDIT, UT STATIM SPIRITUS] Primam hanc dictionem *Atque* non agnoscit Aldina editio. et omnino est supervacua aut certe pro ea legendum *Atqui.* Pro *statim* vero sunt qui legendum putarint *Stativi.* quid autem magis contrarium est *Erranti* (subiungit enim statim, *per concavas terrae partes errantes*) quam *stativum*? Vetus codex meus ita legit: *Saepe accidit ut nativi spiritus*, etc. Explicat vero τὸ *nativi* illud Aristotelis συγγενές. VULC. Non opus erat τὸ *atque* mutari in *atqui*; idem enim notat. Vide ad Caesar. IV. B. G. 25. Sed rectius deleas auctoritate MSS. O. et Ed. Aldinae, uti nec agnoscunt Vulc. sec. et Wow.

NATIVI SPIRITUS] Sic recte MSS. O. cum Vulc. et seqq. Lipsius *stativi.* Edd. ante Vulcan. *statim.* Pro *concavas* Bened. *concavavas.*

CONTINERENT SOLIDA TERRARUM] Scripserim, *concuterent sol. terr.* Enim Aristoteles: Πολλάκις δὲ καὶ συγγενὲς πνεῦμα εὔκρατον ἐν γῇ παρεξωσθὲν εἰς μυχίους σύριγγας αὐτῆς, ἔξεδρον γενόμενον ἐκ τῶν οἰκείων τόπων, πολλὰ μέρη συνεκράδανε. πολλάκις δὲ πολὺ γενόμενον ἔξωθεν ἐγκατειλήφθη τοῖς ταύτης κοιλώμασι, καὶ ἀποκλεισθὲν ἐξόδου μετὰ βίας αὐτὴν συνετίναξε ζητοῦν ἔξοδον ἑαυτῷ, καὶ ἀπειργάσατο πάθος τοῦτο, ὃ καλεῖν εἰώθαμεν σεισμόν. COLV. Ita omnes edd. corrupte. Legendum enim omnino ex V. cod. *concuterent:* quod et iuvenis eruditissimus P. Colvius animadvertit. Est enim συντινάσσειν *concutere.* unde et apud Sophoclem τινάκτωρ γαίης Neptunus dicitur, qui Homero ἐνοσίχθων et ἐνοσίγαιος. Ita Seneca: *Si mundus concutitur, et partes eius solidissimae labant.* VULC. *concutiant*] Leid. *concuterent.* Rom. et Ald. *continerent*, male. ELMENH. Quod ex ingenio correxit Colvius, confirmatur a MSS. O. quare recepit Vulc. etc. Elm. et seqq. *concutiant*, quia mox *moveant* in Florentino invenit. at ibi quoque MSS. reliqui *moverent.*

UT SPIRITUS CRESCENTE VIOLENTIA] Vide Ammianum Marcellinum L. XVII. p. 106. docte de terrae pulsibus disserentem. Theologi ad θεομηνίαν sive indicia Dei irati hos referunt, ut observat Nicetas in Thes. de Orthod. fide L. I. c. 26. ELMENH. Male Voss. et Bened. *spiritu.*

ET INSINUANTE SE] Lege ex cod. MS. *insinuantes*, et quidem recte. Respondet enim hoc illi quod sequitur, *nec invenientes exitum.* quod idem est atque quod Seneca ait, *cum illi cursus interdictus est.* Invicta enim res est spiritus ut idem ille eleganter ait, quandiu non impeditur, placide fluit: cum offenditur et retinetur, insanit et moras suas arripit, non aliter quam ille Poëtae *Pontem indignatus Araxes.* VULC. *Insinuantes se* MSS. ut debent item Aldus cum Lipsio, Vulcan. et seqq. *Insinuante*, quod in aliis est, e typothetarum errore natum.

 Ho-

telluris angustiis, nec invenientes exitum, terram moverent. Horum motuum tam varia sunt nomina, quam diversi esse videntur. Namque obliquis lateribus
730. proxima quaeque iactantes, et acutis angulis mobiles, Epiclintae Graece appellantur; sed qui subsiliunt, excutientes onera et recuperantes, directis angulis mobiles, Brastae vocitantur: illi autem, qui abstrudere videntur, Chasmatiae dic-

Horum motuum] Desunt in Aldo versus 7. Elmenh. immo in Edd. omnibus ante Iunt. post. *mutuum* Voss. sec. *harum mortium* Bened.

Sunt nomina, quam diversi esse videntur] Haec lectio est Codicis Florent. quam tacite recepit Elm. et seqq. omnino vere; sed monitum lectorem oportuit. A reliquis MSS. et Edd. absunt *sunt* et *esse videntur*.

Nam qui lateribus proxima etc.] Mutilus plane est sensus si legas *qui*, ut pleraeque Edd. Codex MS. etiam in vitio est: ita enim legit: *Iamque albiquis lateribus*. Lege meo periculo, *Namque obliquis lateribus*, etc. Hoc enim est id ipsum quod Aristoteles dicit εἰς πλάγια σείοντες. Seneca Natur. Quaest. L. VI. c. 21. hoc Genus Terrae motus vocat *Inclinationem*, alludens ad Graecam appellationem ἐπικλίντου *quum*, inquit, *Terra mutat in latera, navigii more*. Quam vero Seneca Inclinationem vocat, alii ἐκτιναγμὸν dixerunt. Vulc. Egregie; confirmaturque haec lectio a Florent. nam MSS. Voss. Bened. corrupte quoque *iamque albiquis l.* Ante *namque qui l.* Arist. εἰς πλάγια σείοντες κατ' ὀξείας γωνίας.

Epiclintae] Sic emendavi, Aristotelem secutus. Vulgaverant passim, *Epeditae*. Colv. Ita ex Aristotele legendum videtur. alioqui MS. cod. meus legit, *epidetae*; quod corruptum videtur ex *Epicletae*, et hoc ex *Epiclintae*. Vulgata typis exemplaria pleraque habent *Epiditae*. In Aldina vero Ed. tota haec periodus cuius initium, *Horum motuum* etc. ad haec usque *Rhectae sunt nominati*, non legitur. Vulc. Sic ex Aristot. reposuit Vulcanius. In Leid. et Flor. est *Epidete*. Elmenh. Colvio emendatio debetur, non Vulcanio, qui sibi tacite eam adscripsit. Bened. Voss. et Edd. priores *Epeditae*. Aristot. ἐπικλίνται. Vide de his et seqq. Amm. Marcell. L. XVII. c. 7. ex eodem hoc Aristotelis loco, et ibi Comment.

Sed qui subsiliunt] Ita MSS. Voss. Bened. et Edd. vett. Eiecit Vulc. cum Wower. τὸ *sed* auctoritate sui codicis. Elm. vero cum seqq. e Florent. reposuit *et qui*. Malim tum *at qui*. nam *Brastae* opponuntur *Epiclintis*.

Excutientes onera et recuperantes] Adde ex MS. cod. *directis angulis mobiles*. Hoc enim respondet verbis Aristotelis Κατ' ὀρθὰς γωνίας. Vulc. Graece: οἱ δὲ ἄνω ῥιπτοῦντες, καὶ κάτω κατ' ὀρθὰς γωνίας βράσται. Aptius ad mentem Graeci auctoris: *Excutientes onera, et reciprocantes*. Quid quaeso exactius exprimeret ῥιπτοῦντες ἄνω καὶ κάτω? Quid rectius definiret βράστας, cum terra succutitur, et sursum ac deorsum movetur. Nam et βράσται κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τῶν ἀναζεόντων ὑδάτων. Wower. Is. Vossius quoque coniecit *reciprocantes*. sed MSS. et Edd. vett. item Vulc. pr. sec. *recuperantes* vel *reciperantes*. quod retinere malim. *Excutientes onera et recuperantes* sive ad se recipientes *onera directis angulis:* nam quae directe succussa sunt, directe etiam recidunt. Ceterum *directis angulis* legas in MSS. Florent. Voss. utroque, item Vulc. ac Bened. qui addunt cum Vulcan. et seqq. τὸ *mobiles*. Mihi id verbi potius videtur e praecedentibus *acutis ang. mobiles* repetitum. Ab Edd. vero prioribus absunt *dir. ang. mob.*

Brastae vocantur] Ammianus: *Brasmatiae humum intus suscitantes sursum propellunt immanissimas moles*. Elmenh. Bened. *Biustae adpellantur*. Vulc. MS. *Braestae vocitantur*. Edd. Elm. Scriv. Flor. *vocitantur*.

Illi autem] Sic Elm. et seqq. e Florent. A reliquis MSS. et Edd. exsulat *autem*.

Qui abstrudere videntur] Vet. cod. meus adiicit, *Extimati edictis*. Ego continue ita legendum censuerim: *Illi qui abstrudere videntur extima telluris*. Vulc. Terrae motus speciem, quam his verbis descripsit: οἱ δὲ συνιζήσεις ποιοῦντες εἰς τὰ κοῖλα, χασματίαι, Apuleius, aut alioqui scriba aliquis omisit. Idem. Ut semel impune quod sentiam dicam, nullus inter omnes Latinae linguae auctores, qui maiorem correctorum intemperantiam passus. Nemo fere imperitorum adolescentum repertus est, quin raptus praepostera curiositate, et praecocis iudicii fervore plures notas illi inussit, quam quisquam deditiorum in ergastulo tulit. Hanc ferimus ociosae iuventutis effrenem lasciviam. Nonnullis vero, qui aerumnis commentariorum, notarum, quaestionum Apuleium onerarunt, saepius obrepsisse somnus videtur. Equidem facile esset vel ingentia volumina arguendis illorum erroribus condere, et quod solet, stili ubertate ad illorum contemtum uti. Sed nunquam candor meus permiserit, ut aliorum reprehensione gloriam aucupari sustineam. Hic autem Appu-le-

dicti; quorum impulsu dissilit tellus, Rhectae sunt nominati. His passionibus contingit, ut quaedam terrae exspirent halitus, aliae vomant saxa, nonnullae coenum. sunt, quae fontes pariunt insolentibus locis, peregrinorum fluminum sulcantes vias. Ostae sunt motus, quibus solum quatitur: Palmatiae vero adpellantur, quorum pavitatione illa, quae trepidant, sine inclinationis periculo nutabunt, cum directi tamen rigoris statum retinent. Mycetias vocatur tetri rudoris inquietudo terrena. Audiuntur mugitus, interioribus gemitibus expressis, cum

leii locus eminet inter illos, qui negligentiam censorum experti sunt. Usque adeo, ut incuriose ab Appuleio praetermissam horum verborum interpretationem adserere non dubitarim: *οἱ δὲ συνιζήσεις ποιοῦντες εἰς τὰ κοῖλα, χασματίαι.* Cum tamen haec minime ab eo omissa, indicio esse poterat lectio Cod. MS. licet monstruosa sit et corrupta: *Illi qui abstrudere videntur extimati edictis.* Haec secutus vestigia vere restituo: *Illi qui abstrudere videntur Chasmatiae dicti: quorum impulsu dissilit tellus, Rhectae sunt nominati.* Wower. *Chasmatiae dicti*] Sic Scaliger. In Leidensi et Florent. est, *Extimatie.* Schikeradus *extima Ditis.* inepte. Ammianus: Chasmatiae, qui grandiore motu patefactis subito voratrinis terrarum partes absorbent. Suidas *Σεισμός· πνεύματος εἰς τὰ κοιλώματα τῆς γῆς ἐγκατειρχθέντος. εἶναι δὲ αὐτῶν τοὺς μὲν χασματίας, τοὺς δὲ βρασματίας.* Heraclides Ponticus in allegor. Hom. p. 110. *τὸ γάρ τοι σεισμῶν διαφέροντα τοῖς παθήμασιν οἱ φυσικοὶ λέγουσιν εἶναι ἴσα κατά τινας ἰδίους χαρακτῆρας ὀνομάτων ἐπιγράφουσιν αὐτοῖς βρασματίαν τινὰ καὶ κλιματίαν προσαγορεύοντες.* Elmenh. Verissime Wower. ex Aristotele aliisque (vide Elmenh.) emendavit et recepit Scaliger sive Vulc. Ed. tert. *Chasmatiae dicti* aberant ab Edd. prioribus ut et MS. Voss. sec. Bened. *existimatie dicti sunt.* Voss. pr. *extimatiaedutis.* Videtur tamen casus verbi *abstrudere* deesse. Pro *tellus* Florent. *terra.*

Rhectae nominari] Lege, *nominati. ῥῆκται καλοῦνται.* Colv. *Sunt nominati* bene emendavit Vulc. e MSS. In Voss. sec. *recte sunt nom.*

Passionibus] Bened. *nominatis.*

Nonnullae cavum] Ex Aristotele videtur scribendum, *caenum.* scribit enim; *τούτων δὲ, οἱ μὲν καὶ πνεῦμα προσαναβάλλουσι· οἱ δὲ πέτρας· οἱ δὲ πηλόν.* Sed non aliter in Veneta Aldinaque editione. Colv. Vet. cod. *cenum.* ut et Aldina editio habet *πηλὸν* scilicet, hoc est limum terrae, unde *πηλογόνοι* Callimacho Gigantes Terrigenae, quae appellatio omnibus hominibus proprie convenit, ratione *πρωτοπλάστου* illius Adam. Vulc. Consentiunt MSS. O. et bene coniecit Colv. In Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *etiam.* Iunt. post. *canum.* Bas. sec. Lugd. *cavum.*

Sulcantes] Recte, ut et Vet. cod. non *saltantes* ut Aldina editio. Vulc. Aldus, *saltantes*, male. Elmenh. imo omnes Edd. ante Iunt. poster.

Isti sunt motus] Quisquis non oscitabundus Apuleium cum Aristotele contulerit, facile deprehenderit legendum esse, *Ostae sunt motus.* cum Aristoteles aperte dicat *οὓς καλοῦσιν ὤστας.* Sed et MS. cod. ita legit. In Apuleio autem mutila est Ostarum definitio, vitio scribarum fortasse. Omissa est enim differentia qua a reliquis Terrae motus speciebus distinguuntur, *ἀνατρέποντες* scilicet *κατὰ μίαν πρόωσιν.* Vulc. Flor. et Aldus *Isti*, male. Elmenh. Mei omnes et Edd. vett. *Isti.* Sed bene Vulc. qui hic omissa esse *una propulsione*, aut quid simile recte suspicatur.

Palmatiae] Bened. Voss. *palmitiae* male.

Pavitatione] Bened. *pavitione* et *imperio* pro *periculo.*

Nutabunt] Ita MSS. Florent. Bened. Voss. uterque et Ed. Elm. Vulgo *nutant.*

Retinent] Et hoc malui ex MSS. iisdem, quam *retineant.*

Mycetias] Voss. sec. *Micetyas.* Alii MSS. et Edd. vett. de more *Micetias* *Μυκητίας* Arist.

M. vocatur tetri odoris inq. t.] Verba Graeca: *γίνονται δὲ καὶ μυκητίαι σεισμοὶ, σείοντες τὴν γῆν μετὰ βρόμου.* At quomodo *βρόμον* odorem dixeris. Vere emendabis: *Mycetias vocatur tetri rudoris inquietudo terrena. Audiuntur mugitus.* Plerisque latinis scriptoribus haec terrae motus species, seu ut Seneca, tremoris praecursor, mugitus appellatur. Appuleio autem rudor, mugitus. Florid. *voce hominis tuba rudore torvior.* Wower. *M. voc. tetri rudoris*] Sic vere illustris Scaliger. In vulgatis et MSS. est *M. voc. tetri odoris.* Ammianus Marcellinus: *Mycematiae sonitu audiuntur minatorio, cum dissolutis elementa compagibus, ultro adsiliunt vel relabuntur considentibus terris. Tunc enim necesse est velut taurinis reboare mugitibus fragores fremitusque terrenos.*

cum spiritus invalidus ad terram movendam per aperta telluris inventis itineribus discurrit. His talibus marina sunt paria, cum fluctuum currentium mole nunc
731. progressibus litora, nunc recursibus sinus caesi quatiuntur. Sentitur etiam coeli marisque cognatio, cum menstruis cursibus Lunae decrementa et accessus fretorum atque aestuum deprehenduntur. Verum enimvero, ut possum, de universitate quod sentio, breviter absolvam: Elementorum inter se tanta concordia est,

Elmenh. Coniectura Wowerii recepta est in Vulc. Ed. tert. et seqq. quare Elm. eam, ut solet, Scaligero adscribit. Mihi illud *odoris* quod est in MSS. et Edd. vett. non adeo displicet. Spiritus enim terram moventes plerumque se exserunt cum *Odore tetro.* Aristoteles tamen dicit *μετὰ βρόμου.* *Rudoris* etiam margini adlevit Is. Vossius

Per aperta telluris inventis itineribus progreditur] Pro eo quod in Appuleio est *progreditur*, quaedam exemplaria habent *fertur*, et quidem rectius. MS. codex neutrum habet. perperam tamen. Vulc. *τὸ itineribus* male delet Vulcanius. Elmenh. nempe typothetarum errore non adparet ea vox in Ed. Vulc. tert. Abest *progreditur* a MSS. Vulc. Voss. sec. In Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. legas *fertur.* Rectius. Male enim capiunt de spiritibus exeuntibus. Diserte Aristoteles describit *μυκήματα γῆς*, quae invalida se exserere nequeunt, sed terrae visceribus inclusa et in se revoluta *κόπτονται μετὰ ῥοθίου βίας.* quare perplacet Codicis Bened. *discurrit.* Forsan etiam hic scribendum *per operta telluris* sive terrae *secretaria*, ut supra dixit.

Marina sunt paria] Bened. *sunt freta marina p.* male.

Fluctuum currentium mole] Ita MSS. O. cum Edd. Vulc. Reliquae *concurrentinm.*

Sinus caeli] Vett. Edd. *sinus caesi.* Pro altera illa lectione magis stat Aristoteles: *Χάσματά τε γὰρ γίνεται θαλάσσης, καὶ ἀναχωρήματα πολλάκις, καὶ κυμάτων ἐπίδρομαι, ποτὲ μὲν, ἀντανακοπὴν ἔχουσαι· ποτὲ δὲ, πρόωσιν μόνην, ὥσπερ ἱστορεῖται περὶ Ἑλίκην τε καὶ Βοῦραν.* Colv. Aristoteles per *ἀντανακοπὴν* intelligit vim illam qua undarum moles in recursu sinum aliquem littoris secum abripit et vertit, quod explicare voluit Appuleius cum addit, *Sinus caesi* (ita enim omnino cum vet. meo cod. legendum est, non caeli, ut habent vulgata exemplaria) hoc est incisi. hoc enim sibi vult ratio nominis *ἀντανακοπῆς.* Vulc. De recprocatione fluctuum maris, quam *λιμνοθάλασσαν* vocat Strabo. Ideoque emendo *s. coeruli q.* epitheto maris poëtis frequentissimo. Roald. Vitiose *cinus* Ed. Vic. et Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *coeli:* quam vocem ideo delere voluit Lipsius. sed *caesi* MSS. et reliquae Edd. Bene.

Marisque] Bened. vitiose *anarantque.*

Lunae decrementa] Delendum est comma positum post *decrementa.* et ponendum post *Lunae.* Neque enim *τὸ decrementa* referendum est ad Lunam, sed ad freta atque aestus. MS. cod. pro *decrementa* legit *detrimenta.* Vulc. Sic Romanus, Aldus et Basil. I. Florent. Leid. et Basil. *detrimenta* legunt. Elmenh. Non damno *decrementa*, sed MSS. O. et Edd. Vulc. *detrimenta.* Vide ad Met. L. XI. init. ubi etiam MSS. plerique *detrim.* pro *decrem.* Contra inverso modo Manil. L. I, 535. *modum qua crescat, quove recedat.*

Deprehenduntur] Voss. uterque *deprehendunt.* Bened. *deprehenditur.*

Accessus fretorum atque aestuum] Causam fluxus et refluxus maris ad periodos et revolutiones Lunae referunt Aristoteles de Mundo. Basilius Magnus Homilia 6. in Hexaemer. Philostratus de Vita Apollonii L. V. c. I. Strabo Geogr. L. III. fol. 119, 120. Solinus cap. 28. Agellius L. XIV. c. I. et Philippus Presbyter in Iobum L. III. fol. 173. Sed vera causa huius effectus in mari non est luna sola; sed sol et luna insimul, ut docte Felix Accorombonus in Aristot. de Mundo fol. 455. et seq. observat. Crescunt autem et decrescunt (non ut Orosius L. VI. *contra paganos* inepte putat) per 7 dies, sed per 6 horas aquae, et diminuuntur bis in die naturali; quanquam accidentia aliqua saepius variant fluxus et refluxus maris: universaliter scilicet ratione siderum; particulariter ob situs locorum. Ita in capite rubri maris crescit mare horis quatuor, et decrescit horis octo. In India vero contra naturam luna decrescente augescunt flumina, ut notant Aloïsius Cadomustus *navigat. in incogn. insulas* L. II. fol. 50. et Ludovicus Patritius Indicarum rerum L. IV. c. I. Elmenh.

Ut quatenus possum brev. abs.] Florent. caret *τῷ quatenus.* ut iungantur *ut possum.* Sane non ineleganter. Vide ad Met. L. X. p. 734. *ut potui.*

Elementorum] Voss. sec. *aelement.*

El-

est, aëris, maris, atque terrae, ut admirari minus deceat, si illis eadem incommoda soleant ac secunda contingere, particulatim quidem rebus ortus atque obitus adferens, universitatem vero a fine atque initio vindicans. Et quibusdam mirum videri solet, quod, cum ex diversis atque inter se pugnantibus elementis mundi natura conflata sit, aridis atque fluxis, glacialibus et ignitis; tanto rerum divortio nondum sit eius mortalitas dissoluta. Quibus illud simile satisfaciet, cum in urbe ex diversis et contrariis corporata rerum inaequalium multitudo concordat. Sunt enim pariter dites et egentes, adolescens aetas permixta senioribus, ignavi cum fortibus, pessimi optimis congregati. Aut profecto quod res est fateantur, hanc esse civilis rationis admirandam temperantiam, cum quidem de pluribus una sit facta, et similis sui tota, cum dissimilia membra sint, imago, receptrixque naturarum ad diversa tendentium, et fortunarum per varias fines exitusque pergentium; et, ut res est, contrariorum per se natura flecti- 732.
tur,

El inter se tanta discordia est] Nae ille Elementorum Philosophiae rudis fuit, qui ex summa Elementorum concordia, discordiam fecit. Neque enim ullo modo legendum est *discordia*, sed *concordia*. hoc est, affinitas et amica conspiratio. Vulc. Male Edd. ante Vulcan. *discordia* contra MSS. et mentem auctoris.

Est, id est] Desunt Voss. pr. *Id est* bene carent Voss. uterque, Bened. et Edd. ante Aldum.

Eadem] Carent hac voce Edd. ante Iunt. post.

Ac secunda] Sic MSS. Fulv. Voss. uterque: *ac sidera* Bened. Vulgo *atque sec.*

Ortus] Voss. sec. a m. sec. *vitam.*

Afferentes] Bened. *offerentes.* Vulc. Ed. pr. *asserentes.* Verum, ita si scripsit auctor, et statim *vindicantes*, inpingit in Soloecismum. Debuit enim dicere *afferentia* et *vindicantia* scil. commoda et incommoda, ad quae sive τῶν παθῶν ὁμοιότητας refert Aristoteles, vel *afferens* et *vindicans* scil. concordia; quod malim. Sic statim *adolescens* abiit in *adolescentes.* Miror neminem interpretum id animadvertisse. Omnia enim per Anacoluthon, Soloecismo simile, defendere velle, nimis quam facile et auctoribus indignum est; licet non negem, id apud nostrum aliquoties usu venire.

Fine atque] Lege *a fine atque.* Vulc. consentiunt MSS.

Conflata] Bened. *afflata.*

Mortalitas] Inepte Ed. Florid. *inmort.*

Quibus] Voss. sec. *q'ui.*

Et contrariis] Abest Ed. Vulc. pr.

Dites] Sic constanter MSS. cum Vulcan. et seqq. Edd. vett. et Wow. *divites*, ut alibi.

Adulescentum aetas] Vulgo legebatur, *adulescentes aetas.* Rectius MSS. *adulescens aetas.* Sciopp. *in Symb.* Quare illud bene reposuit Elmenh. uti exstat, praeterquam in Fulv. etiam in MSS. Florent. Voss. utroque, Vulc. Bened. et Edd. Vic. Ven. sive per *o.* quod degeneravit in Edd. Rom Iunt. Ald. in *adolescentes*, et hinc Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. Wow. *adolescentum.* Plane Appuleianum est *adolescens aetas.* Vide ad L. I. de Dogm. Plat. p. 567. Ed. Flor. *Pubescentes primitiae.*

Ignavi cum fortibus, pessimi optimis congr.] Sic habent MSS. Florent. Bened. Voss. Ed. Vic. non *fortioribus*, ut in ceteris usque ad Elmenh. *cum opt.* habent Edd. O.

Aut profecto] Male Edd. Iunt. Ald. *haud prof.*

Quod res est] Inducit haec Romanus. Elmenh. Item Vic. Iunt. pr. Ab iisdem statim desunt *ut res est.* Vide ad Met. L. II. p. 169, b.

Quidem] Voss. Bened. *quidam.*

De pluribus] Sic MSS. Florent. Bened. Voss. pr. Vulc. Edd. Vulc. Wow. Reliquae *plurimis.*

Similis sui tota] Addit Bened. *imago* bene. Aristot. ὁμοῖα διάθεσις ἐξ ἀνομοίων. Sed ponenda est *imago* post verbum *sint.* Vide sequentia.

Dissimilia membra] Edd. ante Iunt. post. *m. diss.*

Cum receptrix sit] Ita Elm. Scriv. Flor. e Florentino. In Voss. utroque *cum receptrixque sit.* Ed. Iunt. post. modo *receptrix.* Scilicet *imago* corruptum est in τὸ *cum*, et e Bened. qui tamen agnoscit *sit*, legendum *similis sui tota*, *cum dissimilia sint membra*, *imago receptrixque naturarum.* Aristoteles pergit διάθεσιν ὑποδεχομένη καὶ πᾶσαν φύσιν καὶ τύχην.

Ad diversa tendentium] Voss. sec. *ac.* Posset deleri praepositio. Vide ad Flor. N. 24. *vobis diversa tendentibus.*

Varios fines] Voss. uterque, Bened. *varias*

tur, et ex dissonis fit unus idemque consensus. Sic mare et femineum secus iunguntur, ac diversus utriusque sexus ex dissimilibus simile animal facit: artes denique ipsae, naturam imitantes, ex imparibus paria faciunt. Pictura namque ex discordibus pigmentorum coloribus, atris, albis, luteis et puniceis, confusione modica temperatis, imagines iis, quae imitatur, similes facit. Ipsa etiam musica, quae de longis et brevibus, acutis et gravioribus sonis constat, tamque diversis et dissonis vocibus, harmoniam consonam reddit. Grammaticorum artes vide, quaeso, ut ex diversis collectae sint literis: ex quibus aliae sunt in-

f. Recte. Vide ad L. I. de Dogm. Plat. p. 572. Ed. Flor. *Indistinctam finem.*

DISSONIS] Vitiose Ed. Vulc. tert. *dissoni.*

CONSENSUS] Malim: *concentus.* WOWER. Vulgo, *consensus*, male. ELMENH. At MSS. O. et Edd. vett. *consensus.* Six mox *nec discordante concentu* Elm. et seqq. At MSS. et Edd. priores constanter *consensu.* Nihil ego in talibus muto sine MStorum ope; licet *concentus* praeferam, si MSS. addicant. ut p. 743. *unus concentus* etc.

SIC MAS ET FAEMINA SECUM IUNGUNTUR] MS. codex legit, *Sic mare et faemineum secus iunguntur.* ἀρχαϊκῶς pro *Masculus et faemineus sexus*, etc. Notum enim est illud *Vesta, Ceres, et Iuno, secus muliebre sorores.* VULC. Secus, pro sexu dici non ignorant antiquarii. Sed haud scio, an satis latine dicamus, *Mare secus* pro Masculino sexu. Manuscriptus quidem legit *Mar. et faemineus sexus iungitur.* SCIOPP. *in Symb.* Praetuli simplicia [*mas et faemina*] coactae elegantiae. WOWER. *Sic mare et foemineum secus*] Ita Bas. 2. et Leid. MS. Florent. legit *sic mas et foemineus sexus.* Rom. Aldus et Bas. 1. *sic mas et foemina secum*, male. Vide Indicem. ELMENH. *Secus* pro *sexu* iam dixit L. I. de Phil. Mor. *Et optimis disciplinis communi praeceptorum magisterio docebuntur non virile secus modo, verum etiam foeminarum.* At *mare* adiectivum neutrius generis, pro *masculo* (si modo lectio haec sincera sit) Appuleianam licentiam sapit, neque enim alibi temere reperias. FLORID. Certe *secus virile, secus muliebre* saepe occurrunt. Adi ad L. II. de Dogm. Plat. p. 627. et prave Wow. emendationem Vulcanii spernens praefert *mas et femina coniung.* cum in prioribus Edd. esset *mas et femina secum iung.* praeterquam quod Iunt. post. non agnoscat verbum. Bened. *maris et femininum sexus iungitur.* Voss. *mare et femininum sexus iungitur.* Florent. *mar* (non *mas*, ut ait Elm.) *et femineus secus iungitur.* *Mas* accipi adiective a Poëtis certum est: unde *marem vitellum* dixit Horat. II. S. 4, 14. Noster *maribus animis* L. III. Met. p. 76. V. ad Sueton. Aug. c. 44. Si cui id tamen durius videtur, legat *maris et femineum secus iunguntur:* ut *secus maris* pro virili sexu ponatur. *Femineus* et *femininus* confunduntur quoque Met. L. VII. p. 460, a.

ARTES DENIQUE] Sic recte Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Vulgo *artesque.*

FACIUNT] Voss. *facerent.*

PICTURA NAMQUE] Adi Platonem in Epinom. fol. 975 ELMENH. τὸ *namque* etiam e Florentino inseruit Elm. Scriv. Flor. In ceteris nusquam adparet.

DISCORDIBUS] Voss. sec. *dicordibus.*

ATRIS ALBIS] Voss. *atrisque ab his.* Bened. *atrisque albis.* Forsan *atrisque et albis*, vel, *atris atque albis.*

IMAGINES IIS, QUAE IMITATUR, SIMILES FACIT] Voss. uterque *imaginibus iisque imitatur, simile facit.* Florent. Bened. *imagines iis, quae imitatur, simile facit.* Elmenh. *iisque.* Scriv. Flor. *iis quos.* Perperam. Pictura facit imagines similes iis, quae imitatur, scil. omnibus rebus, quas imitandas sibi proponit, animatas et inanimatas. τὰς εἰκόνας τοῖς προηγουμένοις συμφώνους ut diserte Aristot. *Imitantur* Ed. Vulc. pr.

IPSA ETIAM MUSICA] Sic recte Vulc. cum MSS. plerisque et Edd. seqq. Voss. *etiam ipsa M.* Ald. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *ipsaque.* Vic. Iunt. pr. *ipsasque.* perperam.

BREVIBUS] Bened. *brevioribus.* in quo statim deest *sonis.*

TAMQUE] Sic Elm. et seqq. bene e Florent. Al. *tam.*

GRAMMATICORUM ARTES] Bened. *Grammatica ars.*

VIDE QUAESO] Sic MSS. O. sed ante Vulcan. edebatur *unde q.*

QUAM EX D. COLLECTAE SINT LITT.] Sic Vulc. e suo Cod. et seqq. cum vulgo exhiberetur *cum.* At longe elegantius Florent. Bened. Voss. uterque, Edd. Ald. Iunt. post. *ut.* Frequens est *vide, ut.* Quis nescit illud? Adspicis ut *veniant ad candida tecta columbae.* Horat. I. O. 9. Vides ut *alta stet nive candidum.* V. illic no-

insonae, semisonantes aliae, pars sonantes; et tamen mutuis se auxiliis adiuvantes syllabas pariunt, et de syllabis voces. Hoc Heraclitus sententiarum suarum nubilis ad hunc modum est prosecutus: *Συνάψειας οὖλα καὶ οὐχὶ οὖλα, συμφερομενον καὶ διαφερόμενον, συνᾷδον καὶ διᾷδον, καὶ ἐκ πάντων ἓν, καὶ ἐξ ενὸς πάντα.* Sic totius mundi suorum instantia initiorum inter se impares con-

notata. In Bened. *collecta sit* quia habet *ars.* Voss. sec. tamen etiam *collecta.*

SUNT INSONAE] Sive mutae. Voss. sec. Edd. ante Vulcan. *sint.* Bened. *unisonae.* prave.

SEMISONANTES ALIAE] Edd. ante Iunt. post. *al. sem.*

PARS SONANTES] Haec perperam desunt Edd. ante Iunt. post.

HAE TAMEN MUTUIS] Agit de literis, nec dubito quin elegantius sit hoc manuscripti: *pars sonantes: et tamen mut.* SCIOPP. *in Symb. Et tamen* habent Florent. Bened. Voss. Fulv. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. *Hae tamen* legit Vulc. *at tamen* Wow. *et* carent Edd. priores. In Bened. *tam.*

HOC HERACLITUS] Desunt in Rom. et Aldo versus 4. ELMENH. Usque ad *πάντα* desunt Edd. ante Iunt. post. *Heraclites* Voss. Bened.

SENTENTIARUM NOBILIS AUCTOR] MS. cod. ita legit: *Hoc Heraclitus sententiarum suarum mobilis, ad hunc modum* etc. Ego vero pro *suarum*, legendum censuerim *obscurarum.* ut referatur ad id quod habet Aristoteles *τῷ σκοτεινῷ.* VULC. Cur quaeso Heraclitus auctor sententiarum Nihil tale ex Graecis elicias. MS. Hoc Heraclitus sententiarum suarum mobilis ad hunc modum. Lege: *Hoc Heraclitus sententiarum suarum modulis ad hunc modum.* WOWER. Scriveriana editio habet: *sententiarum suarum nubilus.* Scribe *nubilis:* nubila sententiarum sunt earum obscuritates. Consentanea lectio est Aristoteli, qui Heraclitum appellat *σκοτεινὸν obscurum.* FLORID. Lege *sent. nubilus.* Simile mendum in Seneca consol. ad Marciam cap. 17. *Videbis ubi Athenarum potentia fracta, ubi tot millia captivorum ille excisis in infinitam altitudinem saxis* nobilis *carcer incluserat.* Mihi non inconcinne legendum videtur *nubilus carcer.* Muretus coniecit *nobilis c.* cum veteres libri haberent partim *nablius*, partim *noblius.* Vide et Gruteri animadversiones et Lipsii, qui *nativus* legit. Fortassis Lib. de Constant. Sapientis cap. 18. *fronte anili* leg. *fronte nubila.* MS. Lips. *fronte hauli* f. *sub frontis imo latentium.* SCRIVERIUS *in schedula ipsius Editioni adsuta.* Edd. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. sec Wow. *sententiarum nobilis auctor.* Verum *suarum* exstat in MSS. O. et eorum nullus agnoscit *τὸ auctor.* Goesius margini adlevit *sententiarum nubilus auctor.* Passim enim de obscuritate Heracliti queruntur vett. Consule Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 800 etc. immo et hic Aristoteli audit *σκοτεινὸς Ἡράκλειτος*: cui propius insistens legebat Scriverius *sententiarum suarum nubilus.* De his enim et similibus adiectivis cum genitivo constructis vide ad Met. L. I. p. 67, a. At hic in MSS. Fulv. Vulc. Florent. Voss. Bened. est *mobilis:* unde Wow. cum Edd. Vulc. sec. tert. Elm. fecit *modulis.* Floridus vero edidit *nebulis*, sed in notis scribit *nubilis*, quod interim secutus sum quamvis ipsam MStorum lectionem fere praeferam. *Mobilis sententiarum*, quia levi vocis inversione, vel alia solum praepositione verbo praefixa, invertit et mutat facile sententias: quale est ipsum, quod subiungit, exemplum, et sine dubio haustum ex Heracliti *περὶ Φυσεως*, ut et illa quae citantur paulo infra. Forsan et altius haeret ulcus; nam *prosecutus* non exstat in Bened. Voss. sec.

Συναψειας] Flor. legit: CΥΝΑΑΠψΙΔΙCΟΛΑΚΑΙΟΤ ΧΟΛΑψΙΝ ΦΙΕΜΕΝΟΝΑ ΙΑΦeΙΡΕΜeΝΟΝ eΤΝΑΛΟΝΑΙΑ ΛΟΝΑΙ KeΓΑΝΓΟΝeΝΚΑΓeze ΝΟCΕΙΤΑΝΤΑΙ. Leid. CΥΝΑΛπψΙΔΙCΟΛΑΚΑΙΟΤ ΧΟΛΑψΙΝΑλe ΝΟΠΑΙΑ ΦeΙΡeΑΙΡ ΝΟΝCΥΝΑ ΛΟΝΑΙΚe ΤΑΝΤΑΝeΝΚΙ Ieze ΕΝΟCΕΙ ΤΑΝΤΑΝΓΑΤ. *οὐδὲν ὑγιές.* ELMENH. Pro *οὖλα* male Wow. *οὗλα.* Ceterum expresserunt haec omnia, ut leguntur apud Aristotelem. Sed in MSS. Florent. Bened. Voss. sec. Vulc. scribitur sine copula *συμφερόμενον διαφερόμενον, συνᾷδον διᾷδον.* et pro *παντα* in Bened. *ει ταντα* Voss. sec. *ει ταυταυ.* Quid lateat vide. Verbum credo *ἐργασεις*, vel simile quid. Pro *ἓν* male Edd. aliquot et Colv. *ἦν.*

TOTIUS MUNDI SUA INSTANTIA, INITIORUM] Vitiata distinctio sensum turbat. continue enim citra ullum comma haec legenda sunt; ut et Aldina editio legit, et MS. cod. qui tamen rectius pro *sua*, habet *suorum.* VULC. *suorum instantia initiorum* Edd. Vulc. et seqq. At MSS. Florent. Bened. Voss. *sua* cum Edd. prioribus, ut *sua instantia* pertineat ad *naturam.* Lipsius coniecit *substantia.* sed tum malim *substantiam et initiorum inter se inpares conventus* vel *per initior.* atque ita Aristot. *τὴν τοῦ ὅλου σύστασιν διὰ τῆς τῶν ἐναντιωτάτων ἀρχῶν κράσεως μία διεκόσμησεν ἁρμονία.* Statim *libera elem. substantia.*

Nec

conventus, pari nec discordante consensu natura, veluti musicam, temperavit. Namque humidis arida, glacialibus flammida, velocibus pigra, directis obliqua
733. confudit, unumque ex omnibus, et ex uno omnia, iuxta Heraclitum, constituit: terramque humore, et coelum solis orbe et lunae globo, ceterisque orientium et conditorum siderum facibus ornavit, una illa parte mixta, quam quidem cunctis constat implicatam, dum inconfusa, dum libera elementorum substantia, ignis, aquae, aëris, terrae, ex quibus huius sphaerae convexa, et disparibus qualitatibus naturae conflata, adacta est fateri concordiam, et ex ea salutem operi machinatam. Principiorum igitur consensus sibi concordiam peperit: perseverantiam vero amicitiae inter se elementis dedit specierum ipsarum aequa

NEC] Sic MSS. In Edd. ante Vulcan. *non.*

DISCORDANTE CONSENSU] Lego *D. concentu.* Chalcidius in Platonis Timaeum p. 72. *Si de fidium varietate, et de eo, qui ex diversis vocibus sonisque nascitur, concentu tractatus habeatur.* Macrobius Saturn. L. I. p. 156. *Vides quam multorum vocibus chorus constet, una tamen ex omnibus redditur. Aliqua est illis acuta, aliqua gravis, aliqua media. Accedunt viris faeminae: interponitur fistula. ita singulorum illic latent voces omnium apparent, et fit concentus ex dissonis.* ELMENH. Ex Elmenhorstii coniectura edidere Scriv. et Flor. V. supra.

NAMQUE UVIDIS ARIDA EST] Coniectura olim fuit Fulvii: *Namque humidis arida.* Sed desiit esse coniectura, postquam scripti codicis accessit consensus. SCIOPP. *in Symb.* Abest *namque* a MSS. Florent. Bened. Voss. male Vulc. *uvidis:* quia scilicet Codex eius habuit *umidis*, ut est in Voss. sec. Sed *humidis* Voss. pr. Bened. Florent. Fulv. ut ante Wower. et ceteros iam Ursinus legit. In Edd. prioribus *liquidis.* Aristot. ξηρὸν γὰρ ὑγρῷ.

GLACIALIBUS] Ita e Florent. Elm. Scriv. Flor. In reliquis MSS. et Edd. *et gl.*

DIRECTIS] Bened. *et dir.*

CONFUDIT] Florent. Bened. Voss. sec. Edd. Elm. Scriv. *confundit.*

TERRAMQUE HUMORE, COELUM etc.] Haec usque ad *machinatam* omnia desunt Edd. ante Iunt. post. Pro *humore* vero Edd. ante Elmenh. dant *mare atque.* Sed MSS. Bened. Voss. pr. *emere atque.* Voss. sec. *emere et.* Florent. vero *humore et*: atque ita rescribendum. *Umore* fuerat, unde alii fecere *mare*, alii *emere.*

ET CONDITORUM] Abest copula a Bened.

DUM CONFUSA, DUM LIBERA] Mendosus videtur locus. Melius quadrabit cum Aristotele si legas *dum inconfusa ac libera*, etc. hanc lectionem in interpretatione secutus sum FLORID. Certe sensus et Aristoteles exigunt, ut sic rescribamus, vel *dum non confusa.* ἄμικτα.

SUBSTANTIA] Bened. *subera.*

CONFLATA] Supple *sunt*, et refer ad *convexa*, atque interpunge. FLORID.

ADACTA EST FATERI CONCORDIA] Mendis plusculis infectus hic locus. quas eluere tentabam sic, *conata est facere concordia*: vel, *adacta est facere conc.* Certe simile quid reponi suadet Aristoteles: καὶ μιᾷ διαλαβοῦσα σφαίρας ἐπιφανείᾳ, τάςτε ἐναντιωτάτας ἐν αὐτῷ φύσεις ἀλλήλαις ἀναγκάσασα ὁμολογῆσαι καὶ ἐκ τούτων μηχανησαμένη τῷ παντὶ σωτηρίαν. COLV. Vet. codex ponit distinctionem post *conflata*, et pro *concordia* legit *concordiam.* ut sit *Fateri concordiam* τὸ ὁμολογῆσαι. non, *facere concordia.* quod ne Latine quidem satis dicitur, nec ad sensum apposite. Neque enim Natura coacta est facere illa, ut ita dicam, concordia, sed quod illa ita a Natura subacta, concordiam quandam et consensum inter sese profiteantur et prae se ferant. VULC. Male MSS. Bened. Voss. et Edd. ante Vulcan. *concordia.* Minus bene Colv. tentabat *facere concordia.* Habet *concordiam* Florent. cum Vulc. MS.

ET EX EA SALUTEM OPERI MACHINATAM] Haec referenda sunt ad partem illam, *quam quidem cunctis constat implicatam*, et illud *machinatam* regi verbo *constat*, intelligendum est. Sic loco huic intricatissimo et obscurissimo facilitas aliqua et lux afferetur. FLORID. Male. *Est machinata* scil. substantia elementorum. at substantia ipsa non machinata est salutem; sed illa adacta est per Naturam sive διὰ πάντων διήκουσαν δύναμιν, et illam partem mixtam, seu Mundi animam, concordare, et fateri salutem sic esse *machinatam.* Nam, ut ait Arist. illa δύναμις coëgit elementa concordia esse, et ex illis machinata est salutem omnibus. Recte ergo *machinatam* passive e Cod. Florent. rescripsit Elm. cum Scriv. et Flor. Perperam vero Lipsius margini adlevit *ex eo:* nam *concordia* innuitur.

PEPERIT] Carent hoc verbo Edd. Ald. Iunt. post. ELE-

aequa partitio, et dum in nullo alia ab alia vincitur, modo vel potestate. Aequalis quippe omnium diversitas, gravissimorum, levissimorum, ferventium, frigidorum, docente ratione naturae, diversis licet rebus, aequalitatem deferre concordiam, 734
concordiam omniparentis mundi amoenitatem aeternitatemque reperisse. Quid enim mundo praestantius? Lauda, quam potes, speciem; portio a te laudabitur mundi: admirare, quam voles, temperantiam, ordinationem, figuram; hic et per hunc illud quodcunque est, invenietur esse laudandum. Nam quid, oro te, ornatum atque ordinatum videri potest, quod non ab ipsius exemplo imitatura sit ratio? unde *κοσμος* Graece nomen accepit. Euntibus sole atque luna, ce-

ELEMENTIS] Exsulat a Florent. male.

IPSARUM] Iunt. post. *ipsa*.

AEQUA PART.] A Vic. Iunt. pr. Bas. pr. abest *aequa*.

ET DUM IN NULLO] Sive *et quia*: atque ita MSS. Florent. Bened. Voss. sec. Edd. primae, item Iunt. pr. Bas. pr. Elm. etc. Ab Edd. Aldi usque ad Wower. exsulat *τὸ et*.

MODO VEL POTESTATE AEQUALIS] Vitiose omnino in omnibus Edd. etiam Aldina, ita legitur. Claudenda enim est periodus post vocem *potestate*: deinde nova periodus ordienda, *Aequalis quippe omnium diversitas*, etc. sensu apertissimo. Aequalem enim diversitatem vocat, quam Aristoteles *τὴν ἴσην ἀντίστασιν*. quod tamen apud Stobaeum legitur, nec male, *ἀντίτασιν*. VULC. Recte. ut et seqq. edidere.

LEVISSIMORUM FERV. FRIGIDORUM] Edd. ante Iunt. post. *et lev. f. et fr.* Forsan fuerat *est*, quod hic intelligi debet.

AEQUALITATEM DEFERRE] Ald. *differre*. Num, *adferre?* COLV. Locus partim a vitiosa dispunctione perplexus, tum etiam mutilus. Delendum itaque est comma positum post *deferre*; quod nec Aldina Ed. habet, neque Cod. MS. deinde *τὸ concordiam* bis est ponendum, idque vel cum coniunctione *vero*, vel absque illa. quemadmodum et in Aristotele bis est positum vocabulum *ὁμονοίας*. ut sit sensus: Aequalitatem rebus etiam inter se diversis adferre concordiam. Concordia vero Mundi aeternitatem sustentari. VULC. Aldus, *differre*, male. ELMENH. Recte vidit Vulc. hic aliquid deesse, et bis ideo legit *concordiam*: quod verissimum puto. Aequalitas rebus defert concordiam. Concordia reperit amoenitatem etc. mundi. Aristot. *Φύσεως διδασκούσης ὅτι τὸ ἴσον σωστικόν πως ἐστιν ὁμονοίας, ἡ δὲ ὁμόνοια τοῦ πάντων γενετῆρος* etc. *κόσμου*. Floridus in Interpretatione supplet *et eam*: sed nemo per talem ellipsin loquitur. Repetita vox millies desideratur in MSS. ut saepe iam vidimus. sic statim *ordinantur menses, menses texunt annos*, secundo loco a MSS. et Edd. abest *menses*. Male vero Voss. sec. Bened. Edd. Ald. Iunt. post. *differre*. Quod Colvius coniecit *adferre*, perinde est, sed MSS. sequendi.

OMNIA PARENTIS] Scribendum, *omnia parientis*: vel, *omnium parentis*. *τοῦ πάντων γενετῆρος*. COLV. Ita et MS. codex. Lege vel, *omnium parentis*. vel composita dictione, *omniparentis*, idest, *παντόκου*. VULC. *Omniparentis*] Sic recte Colvius. MSS. et editi *omnia parientis*. Vide Indicem. ELMENH. MSS. et Edd. vett. usque ad Elmenh. *omnia parentis*. sed hic et seqq. bene receperunt Vulcanii et Lipsii emendationem *omniparentis*; licet dupliciter erret Elmenh. Colvio adscribens, quod est Vulcanii, et MSS. ac Edd. dans scripturam, quae est Colvii coniectura. Eadem corruptio in MSS. supra Met. L. XI. p. 777, a. *Omniparentis Deae*.

LAUDA, QUAM PUTES SP.] MS. *quam putas*. Mihi videtur; *quam potes*. sicut paulle post: *Admirare quam voles temperantiam*. SCIOPP. *in Symb.* Omnes scripti: *quam potes speciem*. WOWER. *Putas* Margar. Poet. f. *potes*. BRANT. Wowerus et Scoppius *quam potes*, recte. ELMENH. Fulv. Voss. sec. Bened. cum Marg. Poët. *q. putas*. Florent. Vulc. Edd. usque ad Wower. *putes*. Lipsius quoque margini adlevit *potes*, notans in vet. esse *pot.* An *pote* vel *potis?* ut Met. L. I. p. 43, b. ubi vide, et alibi. Temere Wow. ait in MSS. esse *potes*: cum in nullo adhucdum inveniatur. [Ovid. Trist. III, 3, 57. Quam potes, *extenua forti mala corde ferendo*. Plura vide apud Heins. ad Rem. Am. vs. 325. — I. B.]

ADMIRARE] Flor. *admiror*, male. ELMENH. Accedunt Voss.

PER HUNC] Immo vero *per hanc*. scil. *temperantiam, ordinationem, figuram*, ut adscripsit margini Lipsius. Marg. Poët. *hic per hoc aliud quodcumque est inv. laudandus*.

INVENIETUR] Edd. Vic. Iunt. pr. *invenitur*.

IMITATURA] Minus bene Lipsius *imitata*. Bened. *mutuata*.

 CE-

ceteraque luce siderea per easdem vias, custoditis temporum vicibus, nec ullius erroris interiectione confusis, digeruntur tempora, et rursus incipiunt. Quam pulchraeque et foecundae horae procreantur, nunc aestivos vapores revolventes, nunc pruinas hiemis circumferentes! dierum etiam noctiumque curriculis ordiuntur menses, menses texunt annos, anni seriem conficiunt seculorum. Et hic quidem mundus magnitudine immensus, cursibus rapidus, splendore perlucidus, valenti habitudine, pubertate iuvenali. Hic animalium caussa. Nantium atque
735. terrestrium, pennigerarumque cunctarum distinxit genera, species separavit, fi-

CETERAQUE LUCE SIDERA] MS. cod. *ceteraque luce siderea*, rectissime. hoc est: reliquis astris; quae et Lucretius, *Flammantia lumina caeli* vocat. VULC. Vitiose nempe in sola Colv. Ed. est *sidera*.

VICIBUS] Voss. sec. *vicinibus*. Bened. *vicissitudinibus*. Bene.

ERRORIS] Edd. Rom. Vic. Ven. Iunt. pr. Bas. pr. *temporis*. et eaedem Edd. et Ald. *confusus*.

AT QUAM PULCRE ET] Sic reposuimus. male vulgo, *Atque pulcre*. Adstipulatur Aristoteles: Τις δὲ γένοιτ' ἂν ἀψεύδεια τοίαδε, ἥν τινα φυλάττουσιν αἱ καλαὶ καὶ γόνιμοι τῶν ὅλων ὧραι, θέρη τε καὶ χειμῶνας ἐπάγουσαι τεταγμένως, ἡμέρας τε καὶ νύκτας, εἰς μηνὸς ἀποτέλεσμα καὶ ἐνιαυτοῦ. COLV. Vet. cod. *Quam pulchrae et foecundae Horae procreantur*. Rectius ita, quam per adverbia. Propria enim haec sunt Horarum epitheta, quibus Graeca illa Aristotelis exprimuntur, καλαὶ καὶ γόνιμοι τῶν ὅλων, quae et a Graecis poëtis καλλίκομοι et εὐπλόκαμοι vocantur. VULC. *At quam* emendavit Colv. pro *atque*, quod erat in vulgatis. Sed *at* nullus habet Cod. quare eiecere bene Vulc Wow. et Elm. qui e Florent. edidit *quam pulchraeque et foecundae horae*. Recte. Saepe *que et* iungitur more Graeco. Vide Ind. Not. Prave etiam Edd. vett. *pulchre et foecunde*. Voss. uterque et Bened. *quae pulchrae*. Dein *fecundiores* Bened. *facundae orae* Voss. sec. ridicule.

VAPORES REVOLVENTES] Rom. *vap. resolventes*, bene ELMENH. Elmenhorst. magis probat lectionem Rom. cod. *resolventes*. Ego eius sententiae non accedo. Placet *revolventes*, et interpretor *revolutionibus suis annuis reducentes*. firmat meam opinionem quod sequitur, *nunc pruinas hyemis circumferentes*. Sed comprobat omnino textus Aristotelicus τίς δὲ γένοιτ' ἂν ἀψεύδεια τοίαδε, ἥντινα φυλάττουσιν αἱ καλαὶ καὶ γόνιμοι τῶν ὅλων ὧραι, θέρη τε καὶ χειμῶνας ἐπάγουσαι τεταγμένως etc. FLORID. Bene. licet Edd. ante Ald. habeant *resolventes*. *Revolvi* dicitur, quod ad idem devenit, unde ortum fuerat. Supra p. 708. *Coelum* revolvatur *ut sphaera*. Adi omnino Heins. ad Ovid. Met. X, 63. Revoluta*que rursus eodem est*. Hinc *revolvere fila* de Parcis. Vide eumdem L. II. Met. 654.

ORDIUNTUR MENSES, TEXUNT ANNOS, ANNI etc.] Omnino legendum, *ordiuntur menses, menses texunt annos, anni* etc. ratio facile patebit attendenti. FLORID. Recte, et coniecerat sic iam Lipsius. A MSS. et Edd. abest semel *menses*. ut supra *concordiam*.

ET HIC QUIDEM] Voss. et Edd. ante Vulcan. *et quidem hic*.

PUBERTATE IUVENILI] Disertim habet Fulvianus codex: *pub. iuvenali*. quod scires ab illis interpolatum, quibus iudicium plusquam iuvenale. Est enim proba in Latio vox, *Iuvenalis*, ut alibi doceo. SCIOPP. *in Symb. Pub. iuvenali*] Ita MSS. Vulgo *p. iuvenili*. minus recte. Vide Indicem et de la Cerdam ad Virgilii Ecl. VI. fol. 117. ELMENH. In *iuvenali* consentiunt MSS. Florent. Fulv. Vulc. Vossiani, Bened. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Vide ad Met. L. X. 723, a.

HIC ANIMALIUM] Bas. 2. *hic causa animalium*. Forte, *Hic cuncta animal.* vel, *hic autem animal.* COLV. Vetus Cod. *iuvenali causa*. vitiosa dispunctione. Ponendum enim est punctum post *iuvenali*. Deinde ita legendum, *Causa hic animalium*, posito commate post hanc vocem, cui ut generi subiungit species, *Natantium* (vet. c. *nantium*) terrestrium, et pennigerorum. VULC. Tolle illud *causa*, quod sensum inpeditum reddit. Non habet illud Aristoteles. FLORID. Non ausim τὸ *caussa* proscribere, nam exstat in MSS. Florent. Edd. Ald. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Elm. Scriv. *Hic caussa* etc. et in MSS. Voss. Vulc. et Bened. *caussa hic* etc., nec cum Colvio reponere *cuncta* vel *autem*: sed legere malim cum Vulcanio *Hic* (scil. Mundus) *caussa animalium. Nantium* etc. ut prius genus ponat, tum species, vel cum Scriverio *Hinc caussa animalium. N.* quod tamen non opus est. Ceterum *natantium* exstat in Edd. ante Elmenh. contra MSS. qui omnes habent *nantium*.

PENNIGERORUM, CUNCTORUMQUE DIST. GENERA:

fixitque leges vivendi atque moriendi. Ex hoc animantia vitales spiritus ducunt. Illinc statis cursibus temporum eventus, qui admirationi esse solent, cum vel inter se ventorum proelia ciuntur, vel dissectis nubibus fulminat coelum, et tempestates inter se serenae hibernaeque confligunt, micant ignes, imbres rumpuntur: et rursus, placatis omnibus, amoena laetitia mundi reseratur. Videas et

RA: IN SPECIES SEPERAVIT] Coniunctio *que* posita loco non suo, sententiam turbat. Lege, *pennigerorumque cunctorum distinxit genera, species separavit.* Praepositio enim *in*, quae in Edd. omnibus legitur, plane est supervacanea, neque eam agnoscit Codex MS. VULC. Abest *que* a Voss. sec. Bened. At MSS. Florent. Vulc. Voss. pr. *pennigerarumque cunctarum* cum Ed. Elmenh. Voss. sec. *pennigerarum c.* Bened. *pennigerarum.* Verissime. *Animales* sumsit genere feminino, ut noster aliquoties: quod non ceperunt Editores. Vid. ad Met. L. II. p. 152. *tantiliula animalis.* Dein bene Vulc. *in species seperavit*, quod ante cum vulgabatur, emendavit cum seqq. et MSS.

VITALIS SPIRITUS DICUNT] Lege cum veteri cod. meo, et cum editione Aldina, *vitales spiritus ducunt.* VULC. Bene. nam prave in Edd. Bas. sec. Lugd. Colv. est *dicunt.*

ILLIS STATUTIS CURSIBUS] Corruptus hic locus, cui illa Aristotelis respondent: *τούτων καὶ αἱ παράδοξοι νεοχμώσεις τεταγμένως, ἀποτελοῦνται.* COLV. MS. codex legit, *illi statis* etc. Ego vero ita omnino legendum censeo: *Ex hoc illi statis cursibus*, etc. VULC. *Illinc statis cursibus*] Sic egregie restituit e MS. Florentino Elm. cum seqq. cui accedit in τῷ *illinc* Bened. quomodo iam coniecit Lipsius: cum vulgo legeretur *illis.* Voss. uterque, Vulc. *illi:* unde Vulc. et Wow. edunt *ex hoc illi.* Dein *statis* bene restituit Vulc. auctoritate sui codicis, quod confirmatur a Florent. et Vossianis. In Bened. et Edd. vett. *statutis*, more solito. Vide ad de Deo Socr. p. 666. Ed. Flor. *stato cursu.*

VENTORUM PROELIA CIENTUR] Ita reposuit Aldus, cum in prioribus Edd. tantum esset *concutiuntur*, male. Sed Voss. sec. Bened. *vent. pr. sciuntur.* Florent. Voss. pr. Bened. *v. pr. ciuntur.* Verissime. *Cire* quarta coniugatione extulit noster. Adi ad Met. L. VIII. p. 524, b. Hinc videmus, unde illud *concutiuntur* in Edd. primis natum. *Ciere proelia* obvium. Vide Drakenb. ad Silium L. XIV, 31. Gronov. Obs. IV, 6.

DISIECTIS NUBIBUS] Vett. Edd. *directis.* Sed potius legerim, *dissectis nubibus.* Sed eleganter restituere accepimus V. C. Erricum Memmium Plauti locum Amphitruone: *Ita mihi videntur omnia, mare, terra, coelum consecui.* quem edunt passim, *coelum sonsequi.* COLV. MS. cod. *vel disiectis nubibus fulminat coelum, et tempestates* etc. neque vero incommode legi posset, *disectis nubibus.* pro quo aliae Edd. inepte habent, *directis.* VULC. Sic Aldus. Roman. *directis n.* Leidens. *diiectis n.* Fulvii liber, *diductis.* Colvius *dissectis*, recte. ELMENH. *Dissectis* tacite edidit Floridus, et placet, licet MSS. plerique et Edd. ceterae dent *disiectis.* Vulc. Voss. sec. *diiectis.* Fulv. *diductis* e Glossa. Edd. vett. usque ad Aldum *directis.* Vulc. non male *disectis.* Supra: *victis, ruptis nubibus.* Vide ad Met. L. VIII. p. 582, a.

FULMINAT COELUM] Sic MSS. O. cum Vulcan. et seqq. Male priores Edd. *fulmina.* Sic saepe *tonat* et *intonat coelum.* Scalig. *fulmina cadunt.*

INDE RUMPUNTUR] Legendum omnino, *imbres rumpuntur*, quod respondet illis Aristotelis, *ῥηγνυμένων δὲ χειμώνων ἐξαισίων.* VULC. *Imbres* vet. ed. Ego lego, *undae.* BRANT. MS. *erumpunt.* WOWER. Recte Wower. *imbres erumpunt.* ELMENH. Mavult Wowerius *erumpunt*, cui accedit Elmenh. Ego nihil muto. Expressit haec Aristot. *ῥηγνυμένων δὲ χειμώνων ἐξαισίων.* FLORID. Edd. ante Iunt. post. item MSS. Voss. Bened. *micant imbres, ignes rumpuntur.* Iunt. post. cum seqq. ad Vulcan. *micant ignes, inde rumpuntur.* Hinc Brantius *undae r.* Stewech. ad Arnob. p. 97. coniiciebat *dimicant imbres, ignes se erumpunt:* de qua locutione alibi. Sed cur tum non potius *se rumpunt?* (ut apud Virgil. L. I. Georg. 444. *Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese Diversi* rumpunt *radii.*) vel *erumpunt*, quod est in Fulv. ac probat Elm. ut paullo post, supra p. 713, et passim. Sed nil muta. Virg. Ge. III, 428. *Amnes* rumpuntur *fontibus.* V. Burm. ad Gratii Cyneg. vs. 432. *Rumpuntur imbres*, cum subita vis aquae nubibus erumpens in partes ac stillas diversa diffunditur. Ita *abruptae procellae* Virg. L. III. Ge. vs. 259. Immo noster p. 746. *Abruptis imbribus.* Herod. L. III, 13. *ὄμβρων μεγίστων καταῤῥαγέντων.* et L. I, 87. *χειμῶνα καταῤῥαγῆναι.* Aelian. VII. H. An. 8. *ἐπιῤῥαγέντος ὑετοῦ.* si sana praepositio. cf. Parthen. c. 6.

VI-

et viridantibus comis caesariatam esse terram, et scatebris fontium manantem, et aquarum agminibus concipientem, parientem atque educantem, nec occasibus fatigari, nec seculis anilitari, excussam erumpentibus semper tam pigris quam moventibus faecibus, aquarum saepe alluvionibus mersam, flammarum per partes voracitate consumtam. quae tamen illi cum regionaliter videantur esse pestifera, ad omnem salutaria sunt, et ad redintegrationem eius valent. et cum mo-

VIRIDANTIBUS COMIS CAESARIATAM] Φυτοῖς κομῶσαν παντοδαποῖς. COLV.

ET SCATEBRIS] Exsulat τὸ *et* a Bened.

MANANTEM] Ed. Vulc. sec. *manentem*. Male.

ET AQUARUM AGMINA CONCIPIENTEM]. Vet. cod. *et aquarum agminibus concientem*. minus recte. VULC. *Agminibus* habent MSS. O. Sed *agmina* Edd. Wow. et Vett. ante Vulcan. Pro *concipientem*, quod est in MSS. Florent. Bened. habent *concientem* MSS. Vulc. Voss. pr. et alius, teste Lindenbrogio, atque ita Edd. Vulc. sec. Elm. In Voss. sec. est *concietem*. Ed. Vulc. tert. *inientem*. Is. Voss. *incientem*. Sed *concipientem* sine dubio verum est, ut ex additis patet. Sed puto excidisse vocem *foetus*, quae nunc subaudienda est. Forsan *agmine foetus*. De aquarum *agminibus* vide ad Met. L. IV. p. 248, a. De tellure sic fere mox *Imbribus madefacta ad educandos suos foetus opimatur*. Aristot. νάμασίτε περιβλύζουσα i. e. scatebris fontium manans καὶ περιοχουμένη i. e. trita ζώοις κατὰ καιρὸν ἐκφύουσάτε πάντα: ubi Voss. adscripsit περιοδρουμένη.

OCCASIBUS FAT.] Fulv. *occasionibus*, probante Scioppio [v. not. seq.] non me.

NEC SECULIS DEBILITARI EXCUSSAM] Bas. 1. Ven. *nec secundis excussam*. Ald. Bas. 2. *nec seculis debilitati excussam*. Aristot. τὴν ἀγήρω φύσιν ὁμοίως τηρεῖ. COLV. Vet. cod. *nec s. anhelitari*. Edd. nonnullae corrupte legunt *secundis* pro *seculis*. nam hoc respondet Aristoteli ἀγήρω φύσιν τηρεῖ. VULC. MS. quidam: *Nec occasionibus fatigari, nec saeculis hamilitari*. Illud *occasionibus* non displicet, cum Appuleium, iudicio meo, resipiat. Alterum autem *hamilitari* non placebit; nisi ex alio MS. corrigatur *Anilitari*. *Anilitari* pro senescere ab *Anilitas*, id est senectus, ut Catullus loquitur: sicut a *debilitas* est *debilitari*. SCIOPP. *in Symb.* forte an *nec feturis debilitari exhaustam*. BRANT. *nec seculis anilitari*] Hanc vocem postliminio ex membranis Flor. et Leid. Appuleio reddidi. In vulgatis legitur, *secundis* vel *seculis debilitari*, male. Vide Indicem. ELMENH. Interpungo post *anilitari*, et lego *excussam erumpentibus semper tam pigris quam moventibus flatibus*, non autem *foetibus*. *Flatus pigri* sunt illi spiritus, quorum non satis magna vis est ut terram succutiant: *moventes* contra παραφραστικῶς sic haec exponit Aristot καίτοι καὶ σεισμοῖς τινασσομένη. de foetibus autem terrae nulla hoc loco apud eumdem Aristot. mentio. *Anilitari* porro ab *anu* dicitur, ut *senescere* a *sene*. Catullus dixit *Cana senilitas*. FLORID. Inepte *secundis* Edd. ante Aldum. Nec opus etiam Brantii coniectura. Dein *debilitati* vel *debilitari* corrupte Edd. ad Elmenh. usque, qui recte recepit cum seqq. *anilitari*, ut emendavit Sciopp. (in Symb. et Epist. Corp. T. II p. 51. Ed. Burm) e MS. Fulvii, quod egregie confirmatur a Florentino, in quo *anilitari* cum Glossa *veterascere*. Bened. *adnubilari*. Voss. *anhilitari*. Recte autem post hanc vocem distinctionem poni iussit Florid. cum vulgo post *excussam* demum interpungebatur.

FOETIBUS] Pigros et moventes foetus vocat flatus remissos vel violentos. quod vero nonnullae Edd. pro *foetibus* legunt, *fecibus*, plane ἄτοπον. VULC. *Flatibus* temere reposuit Florid. cum vulgo et in MSS. scribatur *foetibus*. Prave. nam quod habent Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *faecibus* sive *fecibus*, nollem a Vulcanio ut ἄτοπον proscriptum esse. Nam eleganter spiritus noxios, et minus puri aëris etc. sub terra reconditos et aliquando erumpentes, terramque moventes, *faecem* vocat; ut Martialis *faecem diei* dicit pluviam, imbrem etc. Vide Gronov. Obs. II, 7. et ita *faeculenta nubecula* de Deo Socr. p. 6''1.

MERSAM] Leid. *mensam*, male. ELMENH. Accedit Bened.

CUM] Abest Ed. Vulc. pr.

ILLI] Carent Edd. ante Ald. *Illa* Ed. Vulc. sec.

AD OMNEM SALUTARIA SUNT] Lego, *ad omnia salutaria sunt*. Aristoteles: ταῦτα δὲ πάντα ἔοικεν αὐτῇ πρὸς ἀγαθοῦ γινόμενα, τὴν δι' αἰῶνος σωτηρίαν παρέχειν. COLV. Frustra est Colvius, qui legendum censet, *ad omnia salutaria sunt* Neque enim τὸ *ad omnem* referendum est ad illud Aristotelis ταῦτα δὲ πάντα ἔοικεν etc. ut ipse autumat (refertur enim hoc ad varios illos antea commemoratos admirabiles eventus) sed ad illud quod paulo superius dixit Aristoteles, εἰς ὁμόνοιαν ἄγει τὸ πᾶν. quod vertit Appuleius, *amoena laetitia mundi reseratur*: mundum interpretatus id quod ille dixit τὸ πᾶν. No-

movetur, profecto spirat illos spiritus: quibus clausis, et effugia quaerentibus, movebatur. Imbribus etiam madefacta, non solum ad educandos foetus suos opimatur, verum etiam pestifera a contagione proluitur. Flabris autem, spi- 736.
rantium aurarum graviores et minus puri aëris spiritus digeruntur atque purgantur. Tepores frigus glaciale mitificant, et brumalis austeritas terrestrium viscerum venas remittit: et pars gignentium, alia adolescentium, cetera occidentium vices sustinent: sorsque nascentium, obitorum loco pullulat, et occidentium numerus, nascentibus locum pandit. Restat, quod caput est sermonis huius, ut super mundi rectore verba faciamus. indigens quippe orationis huius videbatur ratio, nisi de mundo disputantes, etsi minus curiose, at quoquo modo possemus,

Notior vero est haec significatio *Omnis*, pro *toto*, quam ut exemplis egeat. Hor. *Non omnis moriar, multaque pars mei, Vitabit Libitinam.* Vulc. *Omnis* Colv. Ego *ad omne.* ut supra Asino. Brant. τὸ πᾶν. Leid. *ad omnem* sc. regionem vel terram. Colv. *ad omnes.* Elmenh. Cave cum Lipsio, Brantio, Elmenh. Scriv. Flor. hic reponas *ad omne*, licet accedat Florent. Hoc non vult App. De sola terra loquitur. Multo minus Colvio credas. Vide Vulcan. *Omnis* passim pro *toto*, et contra. Lucan. VIII, 268. *Non* omnis *in arvis Emathiis cecidi.* Vide supra p. 712

Redintegrationem] Forte *reintegrationem.* Elmenh.

Cum movetur] Flor. *Moventur.* Bas. 1. *movebatur.* Lego *moverint.* Elmenh. Florent. *moventur.* sc. partes terrae, et Bened. sed subscripto puncto sub *n.* Voss. *commoventur.* sed nil muta. V seqq.

Movebatur] Voss. uterque *movebantur.*

Opimatur] Florent. Voss. sec. Vulc. *opinatur.* Bened. *computatur.* Inepte.

Imbribus pestifera contagione proluitur] Aristot. καθαιρομένης τε ὄμβροις ἀποκλύζεται πάντα τα νοσώδη. Hinc patet recte Lipsium corrigere *a contagione.* De verbo *proluere.* V. ad Met. L I p. 49, b.

Purgantur] Bened. Florent. Voss. uterque *purgant.*

Spirantium aurarum graviores spiritus] In Edd. male ponitur comma post *graviores*, cum rectius ponendum fuisset post *autem.* neque enim, meo iudicio, τὸ *spirantium aurarum* referendum est ad *Flabris* (aliud enim sunt Flabra, hoc est, validi venti, aliud Aurae, ut cuivis notum est) sed ad id quod sequitur *graviores et minus puri* (hoc est impuri) *aëris spiritus.* ut sit sensus: ventos discutere (hoc enim vult significatum Appuleius per *Differre*) atque purgare impuros spiritus qui ex stagnis et lacubus exhalantur. quod magis simile vero est; quam ventis subterranea terrae loca purgari, quorum pestifera contagio potius imbribus abluitur ut Appuleii verbis insistam. Vulc. Recte.

Et brumalis austeritas terrestrium V.] Vett. Edd. *et brumalis austros favonius ac terrae terrestriumque viscerum.* Aristot. Καὶ μὴν, αἱ φλόγες μὲν, τὸ παγετῶδες πιαίνουσιν· οἱ πάγοι δὲ τὰς φλόγας ἀνιᾶσι. Colv. Videri possit alicui Appuleius legisse τὰς φλέβας ἀνιᾶσι. Sed meo iudicio usurpavit continens pro contento. atque ita Venas vertit, flammas sive ignes qui in visceribus terrae veluti venis versantur. φλέβες enim dicuntur παρὰ τὸ δι' αὐτῶν βαίνεσθαι τὸ φλογῶδες, ut annotavit Eustachius. Vulc. Sed quis *venas* pro flammis dicentem unquam intelligat. Pro *austeritas* MS. Fulv. *austricitas.* Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *austros favonius ac terrae t.* Ald. *austeritas favonius ac terrae terrestriumque v.* Pro *viscerum* Ed. Vulc. pr. *venarum*, vitiose. Suspicor legendum esse: *brumalis austeritas vapores terrae, ac tostorum viscerum venas remittit.* *Tosta* scilicet nimio calore, quem remittit bruma. Ardore solis passim *torrere* dicitur terra; unde *aestas torrida*, et *torrens Sirius* frequenter apud poëtas. *Remittere*, quod est proprie laxare et dissolvere, καταχρηστικῶς usus est pro lenire, et deminuere: qui sensus dari potest quoque hisce *remittere animum*, *curas* et similibus. Sic *remittere frigus*, *ventus se* passim dicitur, cum minuitur. Alioquin magis proprium est ut calor *remittat* frigus, et gelu, quam contra. De *Vaporibus* vide ad Met. L. X. p. 682, a. [Cl. Lennep. minima sane mutatione emendat *terrestrium viscerum ignes.* aliquid utique latet, quo calor significetur. — I. B.]

Sorsque] Ita Florent. Voss. sec. Bened. Elm. Scriv. Flor. Ante *et sors.*

Pullulat] Edd. ante Iunt. post. *pullulant.*

Indigens quippe videbatur oratio de mundo disputantibus] Vett. Edd. *Indigens quippe orationis huius videbatur de mundo reputantes.*

 Sed

mus, de eo diceremus. De rectore quippe omnium, non, ut ait ille, silere melius est, sed vel parum dicere. Vetus opinio est, atque cogitationes omnium hominum penitus insedit, Deum esse, originis et haberi auctorem, Deumque ipsum salutem esse et perseverantiam earum, quas effecerit, rerum. Neque ulla res est tam praestantibus viribus, quae viduata Dei auxilio, sui natura contenta

Sed scribo totum locum, *Indig. q. videbitur oratio de M. disputantibus; ni, etsi minus curiose*, etc. Aristot. Πλημμελὲς γὰρ περὶ κόσμου λέγοντας, εἰ καὶ μὴ δι᾽ ἀκριβείας, ἀλλ᾽ οὖνγε ὡς εἰς τυπώδη μάθησιν, τὸ τοῦ κόσμου κυριώτατον παραλιπεῖν. COLV. Locus tam in hac editione quam in aliis omnibus corruptus et mutilus. MS. cod. meus ita habet: *Indigens quippe orationis huius videbatur rationi si de mundo reputantes, etsi minus curiose, at quomodo possemus diceremus.* Ego ex sententia verborum Aristot. ita legendum censeo, *Indigens quippe orationis huius videbatur ratio, nisi de mundo reputantes, de mundi rectore, etsi minus curiose* etc. Inserui itaque haec verba, *de mundi rectore*, pro iis quae habet Aristot. τὸ τοῦ κόσμου κυριώτατον παραλιπεῖν. VULC. *in Ed. A.* 1594. *Indigens quippe videbatur oratio*] Ita correximus secuti ex parte vulgarem, ex parte scriptam lectionem. WOWER. *indigens quippe videtur oratio de mundo disputantibus, ni, etsi minus curiose, at quoquomodo possumus dicamus*] Ita tacite hunc locum edidit Floridus, *ni* substituens de coniectura Colvii, et cetera, ut dederat Elmenh. In Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *Ind. q. orationis huius videbatur de M. reputantes, ut etsi m. c. at quom. possemus disseremus.* Aldus vero, Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. Elm. Scriv. *Ind. q. videbitur oratio de M. disputantibus, ut etsi m. c. at quom.* (Elm. Scriv. *quoquom.*) *possumus* (Ald. Iunt. post. *possemus*) *disseramus*, vel *disseremus* vel *dicamus*, ut Elm. et Scriv. Verum Wow. edidit *Ind. q. videbatur oratio, nisi de M. disputantes, etsi m. c. at quom. possemus diceremus.* Nunc MSS. consulamus. Florent. *Ind. q. videbitur oratio, nisi de M. disputantes, etsi m. c. at quoquom. possemus, dicamus.* Fulv. *Ind. q. orationis huius videbatur ratio, nisi de M. disputantes etsi* etc. *diceremus.* unde et e vulgatis Wow. suam lectionem fabricavit. Voss. sec. et Bened. *Ind. q. orationis huius videbatur ratio, nisi de M. reputantes etsi m. c. at quoquom. possemus diceremus.* Voss. pr. *Ind. q. orationis huius videbatur ratio, nisi de M. disputantes, etsi m. c., at q. possemus, disseramus.* Unde liquido patet, esse legendum *Indigens quippe orationis huius videbatur ratio, nisi de M. disputantes,* (vel *reputantes*) *etsi m. c. at quoquo m. possemus, de eo diceremus.* scil. *rectore*, qui inmediate praecedit et sequitur. *Quoquo modo* restituendum etiam Sept. de B. Tr. V, 6. et Solin. p. 21. *Aspernantur* — quoquomodo *tecta.*

VETUS OPINIO EST, etc.] Sic recte haec a nobis distincta. nam Arist. ἀρχαῖος μὲν οὖν τις λόγος καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἐκ θεοῦ τὰ πάντα etc. COLV.

ATQUE IN COGITATIONES OMN. HOM. PENITUS INCIDIT] Lege cum MS. cod. meo *v. o. e. atque cogitationes omnium hominum penitus insedit.* Inhaerere enim, penitusque infixam esse animis omnium hominum hanc de Deo opinionem affirmat. VULC. Rom. et Ald. *incidit*, male. ELMENH. Recte Vulc. atque exhibuerunt ita seqq. Vulcanii codici accedunt Fulv. Florent. Voss. sec. In Voss. pr. *cogitationes incidit.* Bened. *cogitationi insede.* Edd. priores *in cogitationes incidit.* Cicero *insidere in animo, in mente*, et alii. Cum 4to casu talia solet construere noster. Vide ad Met. L. VIII. p. 555, a. Abest *penitus* male a Florent. Cicero pro L. Manil. c. 3. *Macula* penitus *insedit.* Lipsius legit *insidit.*

DEUM ESSE, ORIGINIS NON HABERE AUCTOREM] Vet. cod. *Deum esse, originis haberi auctorem.* quod ita adiectione unius coniunctionis copulativae *et* emendandum censuerim: *Deum esse originis, et haberi auctorem.* hoc est, Deum et esse, et censeri originis omnium rerum auctorem; quod et respondet verbis Aristotelis, ὡς ἐκ θεοῦ τὰ πάντα, καὶ διὰ θεοῦ ἡμῖν συνέστηκεν. VULC. *Deum essentiae orig.*] Florent. *Deum esse originis, et h.* Vide Iohannem Grammaticum contra Proclum de Mundi aeternitate fol. 79 et 81. cap. 17. L. VII. ELMENH. Ed. Wow. *Deum essentia originis haberi auctorem.* Vulc. sec. *Deum essentiae* etc. Sed Elm. et seqq. edidere ut correxerat Vulc. atque ita Florent. Bened. Vulc. et Voss. uterque; nisi quod tres posteriores copula careant: nec aliter citat I. Grammaticus, quem ex indicio Lindenbrogii citat Elm. Malim tamen distinguere *Deum esse, originis et haberi auctorem.* Lipsius coniecit ex isto *non* sic: *Deum esse, eumque originis hab. auctorem.* Voss. sec. *origenis.* ut alibi.

DEUMQUE IPSUM SALUTEM ESSE] Edd. ante Vulcan. *deumque esse salutem.* Sed Vulcanii codici adscribunt ceteri omnes.

VIDUATA DEI AUXILIO] Aristot. ἐρημωθεῖσα τῆς ἐκ τούτου sc. θεοῦ σωτηρίας. Carent τῷ *Dei* MSS. Florent. Bened. Vossiani.

SUI NATURA CONTENTA S.] Lego *futura c. sit.*

tenta sit. Hanc opinionem vates secuti, profiteri ausi sunt, omnia Iove plena 737.
esse; cuius praesentiam non iam cogitatio sola, sed oculi et aures et sensibilis substantia comprehendit. At haec composita est potestati Dei, non autem essentiae conveniens oratio. Sospitator quidem ille et genitor est omnium, qui ad complendum mundum nati factique sunt: non tamen ut corporei laboris officio orbem istum manibus suis instruxerit, sed qui quadam infatigabili providentia, et procul posita cuncta contingat, et maximis intervallis disiuncta circumplectatur. Nec ambigitur, cum praestantem atque sublimem sedem tenere, et poëtarum laudibus nomen eius consulum ac regum nuncupationibus praedicari, et in arduis arcibus habere solium consecratum. Denique propiores quosque de potestate eius amplius trahere. corpora illa coelestia, quanto finitima sunt ei, tanto amplius de Deo capere: multoque minus, quae ab illis sunt secunda, et ad haec usque terrena, 738.
pro intervallorum modo indulgentiarum Dei ad nos usque beneficia pervenire. Sed

cum

sit. Elmenh. Αὐτάρκης καθ' ἑαυτὴν Aristot. Bened. *contexta.* Voss. sec. *contempta.* Nescio quid velit Elmenh.

Omnia Iove plena esse] Vide Arati Phaenomena, et quae veteres critici observant ad Virgil. Ecl. 3. vs. 60. Elmenh. Bened. *anima* male. Abest *esse* Edd. ante Vulcan. contra MSS.

Non iam] Bened. *non animam.*

Sola] Voss. sec. a m. pr. *mola.* Statim pro *substantia* Bened. *subera.*

Ad haec comp. est potestati D. conv. or.] Potius ita legerim: *At haec composita est potestati Dei, non vero essentiae conveniens oratio.* Omissum enim erat illud Aristotelis, οὐ μὴν τῇ γε οὐσίᾳ Vulc. Voss. sec. Vulc. Bened. Edd. ante Vulcan. *ad haec.* Bened. caret τῷ *est.* Voss. sec. Bened. *potestate.* Τὰ *non autem essentiae* quasi e Voss. pr. enotarat Vossius. Verum videtur voluisse innuere, ex Aristotele esse addenda, ut fecit Vulc. cum Wower. et seqq. nam a MSS. ceterisque Edd. absunt.

Sospitator quidem ille genitor] Lege ex Aristotele, *sosp. q. ille et genitor.* Vulc. Bened. *sosp. quod ille gen.* Carent etiam τῷ *et* Voss. sec. Vulc. et Edd. ante Vulcan. sed agnoscere videntur Florent. et Voss. pr. ac margini adlevit Lipsius.

Qui ad c. m. nati factique sunt] Sic MSS. O. et Edd. ante Elmenh. qui cum Scriver. et Florido edidit, ut coniecit ad marginem Lipsius, *quae ad c. m. nata factaque s.* et videtur rectius; sed aliud quid latet.

Corporei] Bened. Voss. sec. *corpore.*

Procul posita, cuncta c.] Expunge comma quod est post *posita.* ut sit sensus: Deum sua providentia contingere cuncta, etiam longissime remota. Vulc. Bened. *pr. porta.*

Contingat] Bened. Voss. duo *contingit* cum Edd. ante Ald.

Intervallis] Voss. sec. *intervalilis.*

Complectatur] Venet. Bas. 1. *circumplectitur.* Colv. Imo omnes ante Ald. Bene. Vide ad Met. L. VIII. p. 521, a. *cadaver circumplexus.* Bened. Voss. uterque *disiunctam complectitur.*

Atque sublim.] *Ac s.* Voss. sec.

Consulum] Quia Graeci Iovem vocant ὕπατον: quo nomine illi solent consulem dicere. At Iupiter nusquam Latine vocatur *Consul*, sed *Summus*, *Pater*, *Rex* etc.

Praedicari] Bened. *praedicare.*

Et in ard. arc. sol.] Lege cum Vet. cod. *et in ard. arc. habere sol.* Vulc. Abest nempe *habere* Edd. Ald. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *habrem* Bened.

Quosque] Ed. Vulc. pr. *quosdam.*

Illa coelestia quanto] Edd. ante Vulcan. *coel. illa.* Istud *et* ante *quanto* per Polysyndeton inseruit primus Elm. e MS. Florent. Reliqui MSS. et Edd. carent. Pro *sinit s. ei* Bened. *eius.*

Capere] Vet. cod. *carpere.* multo significantius, ut explicet vim verbi ἀπολαύειν, quod idem est ac καρποῦσθαι, id est, fructum utilitatemque percipere. Vulc. Aldus *capere*, minus bene. Elmenh. MSS. Florent. Voss. Vulc. cum eius Edd. item Elm. Scriv. Flor. *carpere.* Sed Bened. cum Edd. reliquis *capere.* De hac confusione vide ad Met. L. I. p. 58, a. et alibi.

Multoque minus] Sic rursus e Florent. restituerunt Elm. Scriv. Flor. quod dant etiam Voss. sec Ald. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. A reliquis MSS. et Edd. abest *que.*

Ab illis] Fulv. *ab illo.* Male. *Corporibus* subintelligit.

Pro int. modo] Bened. *per int. os.*

Indulgentiam Dei ad n. u. beneficiaque p.] Vet. cod. legit, *indulgentiarum Dei ad nos*

us-

cum credamus, Deum per omnia permeare, et ad nos, et ultra potestatem sui nominis tendere; quantum abest vel imminet, tantum existimandum est eum amplius minusve rebus utilitatis dare. Quam rem rectius est atque honestius sic arbitrari, summam illam potestatem, sacratam coeli penetralibus, et illis qui longissime separentur, et proximis, una et eadem ratione, et per se et per alios opem salutis afferre, neque penetrantem atque adeuntem specialiter singula, nec inde-co-

usque beneficia pervenire, ut significet, Beneficia quidem Dei etiam ad nos pervenire, indulgentius tamen, hoc est *δαψιλέστερον*, ad eos qui eius solio sunt propinquiores. VULC. Consentiunt MSS. O. cum Edd. Vulc. et seqq. Abest *que* etiam a Iunt. post.

CREDAMUS D. PER OMNIA PERMEARE] Seneca de consol. ad Helviam cap. 8. *Deus potens divinus spiritus per omnia maxima minima aequali intentione diffusus.* Vide Notata ad Minucium Felicem. ELMENH. Bened. Voss. sec. *permanere.* Voss. pr. *permanare.* Non male.

ET AD NOS, ET ULTRA POTESTATEM SUI NOMINIS TENDERE] MS. cod. *et ad nos et ad ultra* etc. Malim vero pro *nominis*, legere *numinis.* Est enim Deus, ut ait Philo, *ἀπὸ τῶν μέσων ἐπὶ τὰ πέρατα, καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων ἐπὶ τὰ μέσα ταθείς.* VULC. Florent. Voss. pr. cum Vulc. cod. et Edd. eius item Elm. Scriv. *ad nos et ad ultra:* ut solent, noster inprimis, duas praepositiones iungere; ut *incoram*, *inante*, *circumsecus*, *propalam* etc. Plura similia vide apud I. G. Vossium Anal. L. IV. c. 23. Sed Salmas. ad Solin. p. 721. hinc corrigit *ad ultera*, *πρὸς τὰ ἔξω.*

POTESTATEM SUI NOMINIS] Lege: *numinis.* WOWER. Lipsius quoque cum Vulcan. legi voluit *numinis:* quomodo Wower. etiam edidit. Sed contra MSS. O. et auctoris stylum. Vide ad Met. L. IV. p. 303, a. *Veneris absentis nomen propitiatur.*

INMINET] Bened. *nominet.*

QUAM REM RECTIUS ATQUE HON. etc.] Rom. Venet. *Quoniam tamen rectius et honestius sic arb.* Bas. I. *Quoniam rectius et honest. sit arb.* Scripserim ego, *Quam ob rem rectius est atque honestius, sic arbitrari*, etc. Et post ubi scribitur, **est proximus** nihil putarim deesse; sed scribendum, *Et illis qui longissimis separantur et proximis.* Quae omnia Aristoteles si non vera, saltem verisimilia facit. ait enim: Κρεῖττον οὖν ὑπολαβεῖν ὃ καὶ πρέπον ἐστὶ καὶ θεῷ μάλιστα ἁρμόζον, ὡς ἡ ἐν οὐρανῷ δύναμις ἱδρυμένη, καὶ τοῖς πλεῖστον ἀφεστηκόσιν, ὡς ἔνιγε εἰπεῖν, καὶ σύμπασιν αἴτιος γίνεται σωτηρίας etc. COLV. Ita et MS. cod. sed legendum omnino *Quamobrem* etc. et ponenda nota distinctionis post *arbitrari.* VULC. *Quare rectius*] Rom. *quoniam r.* Leid. et Flor. *quam rem r.* male. ELMENH. *Quam rem r. e. atque honestius, sic arb.* constans est lectio MSS. Florent. Fulv. Vulc. Voss. Bened. Edd. Ald. Iunt. post. Bas. sec. Lugd. etc. usque ad Vulcan. cuius elegantiam cum non perciperent editores, eam corruperunt. Edd. Rom. Vic. Ven. *quoniam tamen rect.* etc. Edd. Iunt. pr. Bas. pr. *quoniam rect.* Ed. Vulc. tert. cum Lipsio, Elm. Scriv. Flor. *quare.* Sed *quam rem* sequente infinitivo, qui dependet a verbo personali, ponitur pro *quam ob rem*, et quasi pleonastice ponitur. Ita saepe *quod*, *hoc* etc. Vide me ad Caesar. L. III. B. Civ. c. 17. et c. 68. Quod *cum esset animadversum*, coniunctum esse *flumini.* Pro *est atque* Edd. vett. item Aldi *et.* Pro *sic* Ald. Bas. pr. *sit.*

ET ILLIS Q. L. SEP. *EST PROXIMIS* UNA ET EAD. RAT. PER SE] Non est quod quemquam torqueant asterisci *ἔλλειψιν* notantes. *παρέλκει* potius litera *s* in *est.* Lege itaque ex vet. cod. fide in hunc modum: *et illis qui longissime separentur, et proximis, una eademque ratione, et per se, et per alios op. sal. adferre.* neque enim otiosa est repetitio haec coniunctionis *et.* quo pacto enim cum per se, tum per alios ministros universitatem regat, postea latius declarabit. Quid autem Colvium moverit, ut pro *qui longissime separantur*, legendum censuerit, *longissimis*, causam non video. Apertissimo enim sensu dicit, potestatem divini numinis tam iis qui longissime ab eo separantur, quam iis qui proximi sunt, opem salutis adferre. Hoc tamen inter utrosque esse discriminis, quod proximis sibi, per se; remotioribus, per alios salutem adferat. VULC. Voss. uterque cum Vulc. cod. bene *separentur.* Male Colv. *longissimis*; sed vere idem *et proximis* emendavit, consentientibus MSS. O. pro *est prox.* quod invexerat Aldus. Cum prius ederetur *et una et eadem r.* Vulc. e suo codice reposuit *una eademque*, accedente Florentino; sed MSS. Bened. Voss. retinent cum Edd. prioribus *una et ead.* Dein per polysyndeton *et per se*, ut exhibuit primus Vulc. cum seqq., agnoscunt MSS. O.

NEQUE PEN.] Bened. Voss. sec. *nec p.*

Co-

core attrectantem cominus cuncta. Talis quippe humilitas deiecti et minus sublimis officii, ne in homine quidem convenit ei, qui sit paululum conſcientiae celsioris. Militiae principes, et curiae proceres, et urbium ac domorum rectores, dico nunquam commissuros esse, ut id suis manibus factum velint, quod sit curae levioris fusciorisque. Nihilo enim sequius possunt facere dominorum im-

COMINUS] Voss. sec. comminus.

DEIECTI EST] Ita MSS. Florent. Edd. Ald. Iunt. post. etc. Colv. Elm. Flor. sed est exsulat a MSS. et Edd. reliquis; nisi quod Scriv. det. *deiecta est*. Nihil opus est.

MINUS SUBLIMIS OFFICII] Bened. Voss. duo *officio*. Ed. Scriv. *officiis*.

NEC CUM HOMINE QUIDEM CONVENIT] Lego *ne homini quidem c. ei*. ELMENH. MSS O. cum Vulcan. et Wower. *ne cum homine quidem conv*. In Edd. prioribus de more *nec*. Sed MS. Florent. addit *ei* (Voss. sec. quoque *et* vel *ei* post *sit* interponit uti et Vulc. cod.) Rectius. V. Burm. ad Lucan. L. II. vs. 172. Sept. de B. Tr. L. I, 10. *sibi cum Menelai matrimonio convenire*. Sic MSS. sed vide Wopkens. Misc. Obs. Nov. V. I. T. 2. p. 7. Terent. Ad. I, 134. *Haec fratri mecum non conveniunt*. ubi vide Donat. Audacter vero Elm. et seqq. legunt *ne homini q. c. ei, qui*. Totum locum sic lego: *T. q. humilitas deiecti, et minus sublimis officio ne in homine q. convenit ei, q. In homine* pro inter homines, in humano genere. Supra *sapiens genus homo* p. 712. ubi vide.

QUI SIT] Vet. cod. *qui sit ei* etc. ex quo legendum putarim, *si sit ei* etc. VULC. Ed. Vic. *fit*.

CONSCIENTIAE] Bened. *conscienentiae* Lips. *consistentiae*. i. e. status. Sed recte interpretatur Floridus: *qui sciat se esse sublimiorem*.

PROCERES] Bened. *principes*. Pro *ac dom*. Ald. *sic d*.

QUOD SIT CURAE LEVIORIS] MS. ut Vulcanii, ita et Fulvii habet: *levioris fuscioris quoque*. Quae quidem lectio dubium non est, quin aliquid mostelli alat, quod doctorum curiositatem mereatur. SCIOPP. *in Symb*. corrupte. MS. *curae levioris, fuscioris quoque possint nihil obsequiis facere*. Mendosa et haec, quae tamen ad vera viam muniunt. Puto enim emendandum: *levioris faciliorisque, quae nihilo sequius possint facere Dominorum imperio ministeria servorum*. Nempe ardua et difficilia sua opera principes et proceres administrant; levia et facilia ministerio servorum. Si retinere libet: *fuscioris*. pro turpi et abiecto capiendum erit. minus tamen apte. WOWER. Totum hunc locum sic lego: *Quod sit curae levioris, fuscioris: quodque possint nihilo sequius facere dominorum imperia; ministeria servulorum*, nisi illud *levioris* sit glossema. Aut nisi ita ut aliquid desit *curae levioris, opera [illegible]*, aut *curae fuscioris*. Mox: *quem ab omni fuscitate ac perturbatione vident liberum*. BRANT.

NIHIL ENIM POSSUNT AEQUIUS FACERE] Bas. 2. *fuscioris quoque possint nihil obsequiis facere*. Neutra lectio absque mendo est, quod iam mihi tollere non datur. Tentabam aliquando, *Nihil enim possunt ex aequo facere*. COLV. Frustra est Colvius emendans, *Nihil enim possunt ex aequo facere*, etc. Basileensis Ed. ita legit: *fuscioris quoque possint nihil obsequiis facere*. a qua lectione in eo tantum discrepat MS. cod. meus quod pro *obsequiis* legat *obsequius*. Ego in dictione *quoque* syllabas transpositas esse crediderim; et ultimam eius syllabam, *que* scilicet, coniungendam esse dictioni praecedenti *fuscioris*, et legendum esse, *quod sit curae levioris fuscioris- que*. ut per leves curas intelligat minutas: per *fusciores* (forte *turpiores*) res minime decoras. Fuscum enim Latinis est, quod Graecis φαιὸν. quod et turpe et deforme significat: a qua voce Graeca videtur fluxisse vox Hispanica Feo; id est, turpis et deformis, ater. ut cum de muliere deformi dicunt, *Es fea como la noche*. quemadmodum itaque hac significatione Feo, sive τὸ φαιὸν opponitur candido, et per consequens, pulchro: ita Appuleius fortasse Fuscam curam, opponit splendidae, et quae sit digna rege. Deinde putarim priorem illius dictionis *quoque* syllabam, *quo* scilicet, coniungendam esse cum seqq. atque ita legendum: *quo* id est, qua re, *possint nihil sequius* (id est alienius a decoro, vel indecentius) *facere dominorum imperia, ministeria servulorum*, quam nimirum si utrobique ratio officii sive decori violetur. *Sequius* deducit Appul. a *secus*. Ita alibi Sexum sequiorem vocat muliebrem, id est deteriorem. *Secius* vero deducit idem Appul. a *Sero*, ut et Plaut. Amph. *Si forte paulo quam veniam secius*. VULC. Edd. priores vulgo *c. levioris. Nihil enim possint* (vel *possunt*) *aequius f. d. imperia ministeria s*. Sed Iunt. post. Bas. sec. Lugd. *c. l. fuscioris quoque possint nihil obsequiis f. d. imperia m. s*. In Ed. Vulc. tert. sine τῷ *curae* legas *l. fuscioris que quae nihilo possint facere d. imperio ministeria s*. corrupte et Typothetarum vitio. E MSS. meis Voss. cum Cod. Vulc. consentiunt, quibus accedit Fulv. nisi quod ille habeat *obsequiis*. Florent.

imperia ministeria servulorum. Exemplo, quale sit istud, intellige. Cambyses,
739. et Xerxes, et Darius, potentissimi reges fuerunt. horum praepotentiam, quam ex opibus collegerant, lenocinium vitae effecerat celsiorem, cum eorum alter apud Susam et Ecbatanas, ut in fano quodam sacratus, nulli temere notitiam oris sui panderet; sed circumseptus admirabili regia, cuius tecta fulgerent eboris nive, argenti luce, flammis ex auro, vel electri claritate: limina vero alia prae aliis erant. interiores fores exteriores ianuae munibant, portaeque ferratae, et

c. l. fuscioris quoque. Nihil enim obsequius possunt f. d. imperia m. s. Bened. *c. levior fuscioris quoque possint nihil obsequiis vel nihilo segnius f. d. imperia ministerio s.* Unde non dubito, quin legi debeat *c. levioris*, *fusciorisque*, *quoniam* (vel *quom* sive *cum*) *possunt nihilo sequius facere dom. imperia ministeria serv.* vel potius simpliciter, quia saepe *que* abiit in *quoque*, et contra, legendum *c. l. fusciorisque. Nihilo enim sequius possunt f. d. imperia m. s.* quod praefero. Nam miror, interpretes nullam rationem habuisse τοῦ *enim*, et non considerasse *imperia* esse in MSS. et Edd. vett. Sensus est: *Quoniam ministrantes servi aeque possunt facere dominorum imperia in rebus vilioribus.* De *sequius* vide ad Met. L. IX. p. 649, b. et alibi: immo *nihilo sequius* legendum iam vidit Lipsius. *Fuscum* posuit auctor pro turpi, sordido. Sic de Dogm. Plat. p. 610 *Animas* fusciores *inpelli cupidine corporum.* cf. et Brant. Metaphora desumta a fusco colore, qui ingratus et sordidus.

Exemplum quale sit istud intellige] Vet. cod. *Exemplo quale sit istud intelligi.* cui lectioni ut constet sententia, adde, *potest*. Vulc. Non male. At Edd. ante Aldin *exemplo ut intelligi possit.* Ald. etc. usque ad Vulcan. *Exemplum quale sit istud intellige.* Sed MSS. O. *exemplo.* Bened. *exemplo et.* An *Exemplo, et q. sit istud intelligi quit?* Sic *flecti non quit* Plin. L. VIII. c. 30. in MSS. et Solin. p. 37, bis. item p. 29. *ut hauriri etiam a sitientibus non* queat. quod perperam interpolavit Salm.

Xerxes] Voss. sec. *Xerses.*

Horum praepotentia, q. ex op. coll. len. vit. eff. celsioris] Ita Edd. quas vidi omnes, ut etiam cod. MS. qui in eo tantum discrepat, quod pro *celsioris* legat *celsiorem.* Ex quo colligo legendum etiam esse *horum praepotentiam.* ut sit sensus: Lenocinium vitae effecisse eorum praepotentiam celsiorem, hoc est augustiorem. et addidisse illorum potentiae plus maiestatis et venerationis. Lenocinium autem vitae, proprie admodum atque eleganter vocat, id quod Aristoteles appellat πρόσχημα. Vulc. Optime emendavit Vulc. et exhibuere seqq ac confirmat Cod. Bened. cum in Edd. prioribus ac MSS. reliquis sit *praepotentia*, Sed *celsiorem* habent MSS. O. pro *celsioris*, quod erat ante Vulcan. *effecerant* Voss. sec.

Quam ex op. collegerant] Bened. *quod* Voss. sec. *colligerant.*

Susam et Ecbatanas] Cleomedes L. II. pag. 73. Elmenh. Bened. *Susamna cuatanas* Voss. sec. *Susam ecuatanas. u* rursus pro *b.* In singulari *Susa* occurrit quoque apud Iustin. L. XI. c. 14. et in MSS. plurimis Curtii. L. V. c. 2. §. 8. Capi ita quoque quoque posset Lucan. L. VIII. vs. 425. Sed omnes auctores, quod sciam, *Ecbatana* vel Ἀγβάτανα (ut MS. Herod. Florent. L. I. c. 98 et 110. v. Gronov. et Wess.) in plurali, non *Ecbatanas* dicunt.

Notitiam oris] Ita emendavi. Scribebatur ante *not. moris.* Pro me Aristot. παντὶ ἀόρατος. Colv. Corrupte in Edd. omnibus legebatur *notitiam moris*, quod nequaquam respondebat cum τῷ, ἀόρατος. Notitiam oris, hoc est vultus sui, pandere, est, videndi sui copiam facere. Recte itaque Colvius ita emendavit. ut et MS. cod. meus legit. Vulc. Rom. et Ald. *not. moris*, male. Elmenh. Consentiunt MSS. O.

Circumseptus adm. regia] Voss. *circums. adm: a regia.*

Tecta fulgerent] Bened. *tectum fulgeriem.*

Flammis ex auro vel el. claritate] Praetuli lectionem scriptam: *Flamma auri vel electri claritate.* Wower. Wowerio et MS. Friv. accedunt seqq. et MS. Florent. At MSS. reliqui et Edd. priores *flammis ex auro*; ut *nivem* det ebori, *lucem* argento, *flammam* auro, et *claritatem* electro.

Lumina] Rescribendum, *Limina.* Colv. Lege *Limina* πυλεῶνες. tametsi πυλεῶν et πυλὼν Ianuam quoque significet. Vulc. Rom. et Ald. *Lumina*, male. Elmenh. MSS. Florent. Voss. *limina*, recte.

Inter. for. exter. ian. imminebant] Quis non animadvertit Soloecismum? dicendum enim erat. Inferioribus foribus exteriores fores imminebant. Sed ne hoc quidem vult Aristoteles. Imminent enim quae vicina, imo proxima ac paene contigua sunt: at haec πρόθυρα, ut inquit Aristoteles, erant συχνοῖς εἰργόμενα σταδίοις ἀπ' ἀλλήλων, hoc est, ut vertit Budaeus, mul-

et muri adamantina firmitate. Ante fores viri fortes stipatoresque regalium laterum tutelam pervigili custodia per vices sortium sustinebant. Erant inter eos et diversa officia. in comitatu regio armigeri quidam, at ex rinsecus singuli custodes locorum erant, et ianitores, et atrienses. Sed inter eos aures regiae, et imperatoris oculi quidam homines vocabantur. Per quae officiorum genera rex ille ab hominibus Deus esse credebatur: cum omnia, quaecunque ibi gererentur, ille Otacustarum relatione discebat. Dispensatores pecuniae, quaestores vectigalium, tribunos aerarios habebat. Alios et alios praefecerat ceteris urbibus.

multorum stadiorum interstitiis dimensae inter se, ac diremptae. Lege itaque pro *imminebant*, ut est in omnibus Edd., *muniebant*, hoc est, concludebant et arcebant ab aditu sive ingressu, utrumque enim hoc significatur per εἱργόμενα. Nam εἴργω significat et κωλύω, id est, prohibeo et arceo, et ἐγκλείω. Sic Horatius *Inclusam Danaën turris ahenea, Robustaeque fores, et vigilum canum Tristes excubiae munierant satis Nocturnis ab adulteris.* VULC. Bas. 1. et Ald. *imminebant*, male. ELMENH. Bene correxit Vulc. cum seqq. et MSS. O. Ed. Vulc. tert. corrupte *mimiebant.* MS. Florent. *munibant*, ut saepe App. Vide ad Met. L. VIII. p. 247, b. Statim pro *firmitate* Fulv. *firmamenta.*

VIRI FORTES] Vide Lindenbrogium ad Catalecta veterum poëtarum p. 292. ELMENH. Sed verba *viri fortes* male exsulant in textu Ed. Elm.

TUTELA PERVIGILI CUSTODIAM SUSTINEBANT] MSS. Florent. Voss. *custodia.* Recte ergo MSS. Fulv. Bened. *tutelam perv. custodia sustinebant.* quod multum praefero. *Tenere vigiliam* tamen dixit noster L. II. Metam. p. 164. hui. Ed.

ET DIVERSA OFFICIA] Male abest *et* Edd. Iunt. Ald. etc. Colv. Wow. Recte autem *diversa* edidit Scriv. cum Florido. Sic enim MSS. Florent. Fulv. Vulc. Voss. Bened. quod passim corruptum in *divisus.* Vide ad Lucan. L. III. vs. 275. et L. X. vs. 483.

ARMIGERI] Voss. sec. Florent. Bened. Fulv. *armiger*, male. δορυφόροι Aristot.

AT EXTRINSECUS] Edd. Ald. Iunt. post. *et* Bened. *intrinsecus.* Verissime. Supra iam descripsit eos, qui ante fores et ἔξω stabant. Nunc intra limina singula, qui erant, nominat et ἑκάστου περιβόλου φύλακας, ut ait Aristot.

SED INTER EOS] Ald. Iunt. post. *Sed et inter eos.*

AURES REGIAE ET IMPERATORIS OCULI] Haec non ita in Aristotele. Sed de his Iul. Pollux Lib. II. c. 37. Ἐκαλοῦντο δέ τινες ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως. οἱ τὰ λεγόμενα διαγγέλλοντες, καὶ τὰ ὁρώμενα. ἀπὸ δὲ τούτων τὸ ὠτακουστεῖν πεποίηται. COLV. Ita vertit Appuleius τὸ ὠτακουσταὶ, qui a veteribus dicti sunt Auricularii. Notum est illud, Regibus longas esse aures. Adiungit vero Appuleius Auribus regiis, etiam eos qui oculi Imperatoris dicebantur; quales Oculos describit Philostratus De vita Apollonii, sub finem Libri IV. διαλεγόμενον δὲ, inquiens, καὶ σιωπῶντα, καὶ καθήμενον, καὶ βαδίζοντα, καὶ ὅ, τι φάγοι, καὶ παρ' ὅτου, καὶ εἰ ἔθυσεν, ἢ μὴ ἔθυσε περιήθρει πᾶσιν ὀφθαλμοῖς, ὁπόσοις ἡ ἀρχὴ βλέπει. VULC. Xenoph. Cyrop. L. VIII. p. 209. βασιλέως ὀφθαλμοὶ καὶ ὦτα. et Suidas in ὀφθαλμὸς βασιλέως. ubi vide. Voss. sec. *imperatores*, male.

PER QUAE] Bened. caret *quae.*

AB HOMINIBUS DEUS ESSE] Bened. Voss. pr. *ab omnibus.* Voss. sec. *d. e. ab omnibus.*

QUAECUNQUE IBI GERERENTUR] Vet. cod. *egererentur*, hoc est dicerentur, effutirentur. VULC. Voss. pr. *quaque ubi ger.* Voss. sec. *quaque ubi egerentur quae.* Bened. *quoque ubique agerenturque.* Vulc. *quaeque ubi egerentur.* Florent. *ubicumque ibi egererentur quae.* istud *quae* addunt etiam Ald. Iunt. post. *Egererentur* recepit Vulc. et Elm. edidit *ubi quaque egererentur.* An *ubicumque agerentur quae*, sive *aliqua*, vel simile quid? An *quae agerenturque gererenturque?* nam istud *quae* non est de nihilo.

OTACUSTARUM] Vett. Edd. excepta Ald. *praedictorum.* Arist. Καὶ ὠτακουσταὶ λεγόμενοι. Adde quae iam ex Polluce supra descripsimus. COLV. *Otacustarum delatione*] Vet. cod. *relatione.* et quidem rectius. Delatio enim in vitio ponitur, et Delator est κατήγορος. Otacustae vero non erant Delatores vel διάβολοι hoc est, Criminatores: sed iussu regis, ad eum referebant quae audissent. VULC. *Otac. relatione*] Sic Flor. et Aldus. Rom. Bas. 2. *praedictorum r.* Leid. *gustarum relatione*, male. ELMENH. *Delatione*, qua voce caret Ald. habent Edd. ante Vulcan. Sed contra MSS. O. et mentem Appuleii, ut bene vidit Vulc. *Praedictorum* habent Edd. ante Ald. *Otagistarum* Voss. sec. Vulc. *dicebat* pro *discebat* Voss. sec.

CETERIS URBIBUS] Malim *certis urb.* cum Lipsio.

bus. Alii venatibus agendis provinciam nacti, pars domibus et muneribus praefecti putabantur, et ceteri perpetuis magnisque curis, observationi singularum rerum oppositi erant. Sed per omne Asiaticum regnum, quod ab occidente Hellespontus terminabat, ab ortu gens inchoabat Indorum, Duces ac Satrapae ubique dispositi, et permixta locis omnibus mancipia regalia. Ex eo numero erant excursores diurni, atque nocturni exploratores, ac nuncii et specu-

Domibus et muneribus] Emendo, *donis et muneribus.* Arist. δώρων τε ἀποδεκτῆρες. Colv. Legendum omnino *donis et muneribus.* accipiendis scilicet, nomine Magni regis. nam ita eos vocat Aristot. ἀποδεκτῆρας. Neque enim quisquam eum adibat, qui non ut Deo donarium aliquod adferret: quem adhuc morem servat Scytharum Imperator: cui vectigalis, proh pudor, etiam noster κοίρανος. Inter Donum vero et Munus hoc discrimen ponunt Grammatici, quod illud sit dantis, hoc, accipientis. Theologi Scholastici Dona vocant quae voluntarie donantur: Munera quae pro aliquo munere vel mercede offeruntur. Vulc. Non male Colv. Vulc. cum Lipsio et seqq. MSS. tamen omnes cum Edd. vett. *domibus:* ut suspicer, *domus* κατ' ἐξοχὴν sumtas pro Gazophylaciis, ubi res, quae muneri solebant donari, servabantur: nisi exciderit vox aliqua.

Putabantur] Florent. *et put.*

Observatione sing. rer. app. erant] Lege *observationi* etc. ut constet ratio syntaxeos. Vulc. recte, consentientibus MSS. O. Male Elm. et seqq. *et observ.* Ablativus est *curis.* Dein *adpositi* habent Edd. O. praeter Ald. Iunt. et Vulc. sec. tert. contra cunctos MSS. qui habent *oppositi* scil. contra eos qui novas res quaerebant, vel quoscumque fraudatores, aut etiam hostes. De distinctione horum compositorum in custodiae vel praesidiorum significatione adi me ad Lucan. L. I. vs. 461. et ad Sueton. Tib. c. 22. ubi monui, τὸ *oppositi* quod est in MSS. hic non esse mutandum.

Sed omne etc. Indorum] Desunt haec Edd. primis, item Iunt. pr. Bas. pr. Aldus primus e MSS. edidit.

Atticum regnum] Legendum omnino ex Aristotele *Asiaticum regnum:* quod et εὐστοχώτατος Iustus Lipsius, priusquam ego Appuleium accurate cum Aristotele conferre coepissem, animadverterat, meque monuerat. Budaeus vertit, *Tum autem universum Asiae imperium Hellesponto esse terminatum.* E qua versione, quod scilicet Budaeus addat *Tum*, respectu ad tempus illud quo reges de quibus agit, Asiae imperabant, quo et Appul. respicere videtur, vertens *terminabat:* is qui non ita pridem novum Aristotelem Graecolatinum edidit, margini huius loci adscripsit, *Sed omne antiquum regnum.* quam quidem lectionem nequaquam improbaverim. plenior tamen mihi illius sensus futurus videtur, si legamus *Antiquum Asiae regnum*, ut Aristotelis verba ἀρχὴν τῆς Ἀσίας exprimamus. cuius quidem regni fines tametsi fuerint propagati, vetus tamen Asia ut tertia Orbis terrarum pars, iisdem semper, quibus a Geographis circumscripta erat, terminis, clauditur. Vulc. Mendosum. quid si *Persicum?* longe recedit a literis. Quid si *Medicum?* longius a veritate. Quid si *Asiaticum?* proxime accedit ad veritatem. Quid si *Asicum?* Iam pura puta veritas est. Brant. *Sed omne Asiaticum regnum ab occ. Hellesp. terminabat, ab ortu gens inchoabat Indorum. Duces* etc.] *Asiaticum* e coniectura Lipsii et Aristotele receperunt Edd. Vulc et seqq. cum ante exhiberetur *Atticum*, ut est in MSS. vel *Acticum*, quod dant MSS. Voss. sec. Bened. Adiectivi *Asicus* velim exemplum det Brantius. Miror vero non vidisse viros doctos, hic quaedam deësse. Non enim auctor hic agit Geographum; quando mirifice inter enumerationem ministrorum et curatorum huius regni interponeret ex abrupto hanc Geographicam descriptionem. Aristoteles τὴν δὲ σύμπασαν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας περατουμένην Ἑλλησπόντῳ μὲν ἐκ τῶν πρὸς Ἑσπέραν μερῶν, Ἰνδῷ δὲ (sic enim lego non Ἰνδῶν) ἐκ τῶν πρὸς ἕω διειλήφεσαν κατὰ ἔθνη στρατηγοὶ καὶ σατράπαι. Forsan ergo *sed omne*, *qua totum regnum ab Occidente Hellespontus terminabat*, *ab Ortu gens inchoabat Indorum*, *curabant duces ac satrapae.* Certe similis scriptura esse debet, nisi ineptissime scripserit App. Pro *Indorum* Bened. *Indeorum.* [Non sollicitandum est *Asiaticum*, cum apud Aristot. sit ἀρχὴν τῆς Ἀσίας, et ipsae Varr. Lectt. *Atticum*, *Acticum* ex *Asiaticum* depravatae videantur. In reliquis secuti sumus coniecturam, quam mecum humanissime communicavit Clar. Lennep. Sic sane insertis tantum *per* et *quod* locus est planissimus. — I. B.]

Satrapae] Bened. *saturpes.* Voss. sec. *satrapes.* quasi a nominat. sing. *satraps.* Vide Voss. de Anal. L. II. c. 3. Ante *permixta* Bened. caret copula.

Excursores diurni] Ita MSS. O. Vulgo an-

cularum incensores assidui. Tum horum per vices incensae faces, ex omnibus regni sublimibus locis, in uno die imperatori significabant, quod erat scitu opus.

ante Vulcan. *et cursores.* non male. Aristot. ἡμεροδρόμοι: ut apud alios et Nepot. Milt. c. 4. ubi vide. Inepte Floridus τὸ *diurni* iungit sequenti *exploratores.* sine dubio auctor exprimere voluit vim vocis Graecae.

NUNCII etc. — HORUM] Exsulant haec ab Edd. ante Ald.

ET NUNTII SPECULARUM INCENSORES] Correxeram, forte bene, *spec. inscensores:* vel *inspectores.* Φρυκτωρῶντ. ἐποπτῆρες. COLV. Vet. cod. *Speculatorum*, minus recte. Speculae, Homero σκοπιαὶ, sunt loca eminentiora, in quibus speculatores sunt dispositi, qui ea quae vel oculis vel voce acceperunt, eadem etiam ratione aliis transmittunt atque significant. Cicer. in Verrem, *Non enim sicut ante consuetudo erat, praedonum adventum significabat ignis e specula sublatus aut tumulo.* [etc.] Pro *incensores* vero, quod est in Appuleio, Colvio magis arridet *Inscensores* vel *Inspectores*, respectu ad vocem ἐποπτῆρες. quae vox tametsi quidem significet Inspectorem; parum tamen profuerit Φρυκτωρίας inspicere, nisi eas incendendi curam gerat. Appul. itaque vertens τὸ ἐποπτῆρας *incensores*, respexit ad speculatorum curam et munus. Et omnino ἐποπτὴρ significat etiam ἐπιμελητὴν id est, Curatorem, ut et ἔφορος et ἐπίσκοπος ἔφοροι Atheniensium noti. ἐπίσκοποι Indorum, non item. quos Arrianus Lib. de rebus Indicis describit, οὗτοι, inquiens, ἐφορῶσι τὰ γινόμενα, κατὰ τὴν χώρην, καὶ κατὰ τὰς πόλιας. etc. VULC. MS. *nuncii speculatores in censores assidui.* Alios MS. *Hac* (id est, *ac*) *nuncii specularum in. assidui. tum bonum per vices.* etc. SCIOPP. *in Symb.* Colv. legit, *Inscensores* vel *Inspectores*, quia in Graeco Φρυκτωριῶν τε ἐποπτῆρες. Sed neque Appuleius semper Aristotelem sequitur, et vero hic optime, *incensores*, quadrat; fumo enim et flammis speculatores signa dabant. Adi Lips. de militia Romana Lib. V. BRANT. Aristoteli Φρυκτωριῶν ἐποπτῆρες, unde *Inspectores* potius legendum crediderim quam *Incensores.* FLO ID. Malim *nuncii et spec.* Aristot. καὶ σκόποι καὶ ἀγγελιαφόροι καὶ φύλακες, Φρυκτωριῶντε καὶ ἐποπτῆρες. Iuvat nonnihil Voss sec. qui habet *as nuncus.* Fulv. alter *hac nuncii.* V. Sciopp. In Florent. Voss. Bened Vulc. Ald. *speculatorum.* unde Scaliger et Voss. in Etymol. V. *spectio* legunt *speculatoriorum.* Probo, quomodo et *speculatorium navigium.* Dein *Incensoris* Ald *Inscensores* Lips. cum Colvio. Sed rectius *incensores* defendunt Vulc. et Brant. quia illi in speculis faces accendebant, et fumo flammisque signum dabant. Vide Casaubon. apud Elmenh. infra. Posses alias legere *incessores.* sed nil muta.

HORUM] Fulv. unus *bonum.*

IN ENSAE FACES EX OMNIBUS R. SUBL. L.] De hac re erudite Isaacus Casaubonus in Epist. ad virum praestantissimum Ionannem Wittea Lubecensem, Illustrissimi Principis Meckelnburgensis Consiliarium intimum, quam ob elegantiam eximiam, et argumenti similitudinem integram hic apponam. Πυρσεία et Φρυκτωρία *Graeci vocant rationem significandi per faces e speculis sublatas. Ea usi sunt veteres plurimum, in bellis praesertim. Occasio enim ut in omni vita plurimum potest, tum in bello maxime. Igitur ne perirent occasiones bene gerendae,* πυρσεία*v excogitarunt antiqui, et speculas in altis quibusque montibus eo fine aedificarunt, quarum adhuc in montibus Helvetiis nonnullas licet observare.* Πυρσείας *antiquissima et simplicissima ratio fuit, ut sublatis facibus daretur eius rei signum, de qua convenerat. Non enim aliud poterant initio significare, quam id de quo initio convenisset inter dantem signum, et observantem. Postea excogitatae sunt aliae rationes solertiores atque adeo mirabiles. Nam qui literas calamo scriberent, quidvis per faces significabant. Auctores huius inventi commemorat Polybius Lib.* 10. *ubi etiam rationes eorum explicantur. Sed non probat Polybius omni ex parte, quod ante ipsius tempora aliis fuerat eo in genere inventum. Itaque vir ingeniosus hanc novam* πυρσείας *rationem excogitavit.*

Qui facibus uti volent in speculis ad signum dandum cuiuscunque rei, quam significari aliis erit necesse, habeto in suis speculis quisque literas descriptas in 5 tabellis hoc modo:

Lorica appensa tabellis.

a	*f*	*l*	*q*	*x*
b	*g*	*m*	*r*	*y*
c	*h*	*n*	*s*	*z*
d	*i*	*o*	*t*	
e	*k*	*p*	*v*	

Tabella haec debet statui in speculae loco tali eius, qui dat signum, quam eius qui observaturus est: atque hoc inprimis videndum est ut speculae [illegible]

 ii-

opus. Igitur regnum illud ita componi oportet cum mundi aula, ut inter se comparantur summus atque exsuperantissimus Divûm, et homo ignavus et pessimus. Quod si cui viro, vel cuilibet regi indecorum est per semetipsum procurare omnia quae proficiant; multo magis Deo inconveniens erit. Quare sic putandum est, eum maxime maiestatem retinere, si ipse in alto residens, eas potestates per omnes partes mundi orbisque dispendat, quae sint penes Solem ac

sibi ex adverso quam optime respondeant. Praeterea qui faces observat, iubetur à Polybio dioptram habere (id est mathematici instrumenti genus, quo oculorum acies missa per canalem tutius dirigitur ad metam propositam). Huius praecipuus usus est, ut qui observat signum, dinoscat probe, ab utro angulo dextro an sinistro loricae oppositae literarum signum detur. Nunc explicemus modum. Fingamus in aliqua urbe proditos esse a praesidii sui parte. Id ut procul significent, ita faciendum. Scribendum igitur quam brevissime id fieri poterit, quod velis, puta:

Centum milites defecerunt.
vel,
Proditionem quidam moliuntur.

Ante omnia qui parat dare signum, et qui accepturus est, attendere sibi faciet, facibus toties sublatis, donec alter signum dederit suae attentionis. Id signum est facium ex adverso elatio.

Postquam attendere caepit, qui signum exspectat, indicanda est illi tabula, in qua prima litera est eius, quod indicaturus est, puta C, quod est in prima tabula vel P, quod est in tabula tertia. Ergo accedes ad loricae angulum sinistrum, et ut C designes semel ab loricae laeva parte facem tollas ut P, ter facem moveas super loricam elatam. Sic de caeteris. Qui signum aucupatur, indicatam sibi tabellam adnotat, ut mox monstratam in ea literam quaerat. Tertio superest, ut litera quaerenda in tabella significetur. Qui dat signum venit ad loricae dextrum angulum, et quota est litera indicanda in sua tabella, tot facit πυρσείας *sive facis elevationes puta ut C indicet 3. et P 5.*

Qui excipit signum datum, facile intelligit, quae litera sibi indicetur, eamque diligenter annotat, scribitque in tabula parata in eum usum atque simili modo itur, et omnes literas, donec omnibus indicatis reperiatur scriptum in tabella excipientis id quod ab initio erat propositum. Haec Polybiana ratio est, melior sane inventis aliorum, quae tamen valde sunt elegantia. Ea ad Polybium nos ante multos annos exposuimus, et quae ibi sunt mire involuta et depravata evolvimus. Si Deo O. M. sic olim videbitur, ut eum eximium scriptorem edamus, habebis id a me, vir nobilissime et amicissime, meae in te fidei et amoris testimonium. Hactenus Casaubonus. Elmenh.

Significabant] Bened. *significant.*

Scitu opus] Ita habent MSS. Bened. Voss. et Edd. Ald. Iunt. post. Scriv. Flor. ut in Apol. p. 466. scitu *quidem necessarius.* Florent. Vulc. et Edd. pleraque *scito* cum Brod. Misc. VI, 6. *cito* Edd. ante Ald.

Ita componi] Deëst MSS. Vulc. Voss. Bened. et Ed. Vulc. tert. τὸ *ita.*

Ut comparantur] Sic MSS. O. et Edd. Vulc. Elm. Scriv. Flor. pro sicuti, veluti. Male Edd. reliquae *comparentur.*

Regi] Bened. Voss. Vulc *rei.*

Procurare omnia et perficere] Bened. Voss. pr. *quae perficere.* Voss. sec. *quae proficere.* Fulv. *quae perficiat.* Florent. et Ed. Elm. *quae proficiunt.* Lege *quae proficiant*, seu prodesse possent.

Deo] Voss. *de eo.* Pro *quare* Bened. *quare non.*

Maiestatem retinere] Vet. cod. *maiestatemque retinere*, ita ut videatur aliquid desiderari. Legendum fortasse, *dignitatem maiestatemque.* ut respondeat Aristoteli σεμνότερον δὲ καὶ πρεπωδέστερον. Vulc. Voss. sec. quoque *maiestatemque.* Pro *si ipse* Bened. *subse.*

Si ipse in alto resideat loco] Vet. cod. *si ipse in alto resideat altissimo.* Legendum forte, *si ipse in solio res. altissimo.* Vulc. Vulgo, *in loco resideat altissimo.* Confer Maximum Tyrium dissert. I. p. 15. Elmenh. *In alto residens eas potestates*] Ita Elm. et seqq. rescripsere e Florent. et adspirat Fulv. *in alto residens loco eas p.* cum ante Vulcan. ederetur *in alto resideat loco, eas autem p.* et Edd. Vulc. Wow. *in loco resideat altissimo; eas autem.* MSS. Voss. Bened. *in alto residat altissimo; eas autem p.* De *residere* tertiae coniug. Vide Ind. Not.

Per omnes Mundi partes orbisque dispenset] Vet. cod. *per omnes partes Mundi orbisque disp.* ut per Mundum intelligat caelum, per Orbem, terram. Vulc. Sic Ald. et seqq. cum Scriver. Sed MSS. et Edd. primae cum aliis part. m. Pro *dispenset* MSS. O. *dispendet.*

Rec-

ac Lunam, cunctumque coelum. Horum enim cura salutem terrenorum om- 41.
nium gubernari. Nec multis ei opus est, nec partitis hominum conservitiis:
quibus, propter ignaviam, appositum est pluribus indigere. An non eiusmodi
compendio machinatores fabricarum, astutia unius conversionis multa et varia
pariter administrant? en! etiam illi, qui in ligneolis hominum figuris gestus
movent, quando filum membri, quod agitare volent, traxerint, torquebitur
cervix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad omne ministerium praesto
erunt, nec invenuste totus videbitur vivere. Haud secus etiam coelestis po-
testas, cum initium sciente et salutifera opera moverit; ab imo ad secundum,
et

Recte. Sic *dispendere curam.* Colum. L. VIII. c. 2. Sed alterum frequentius.

PENES] Rom. *pares.* inepte. ELMENH. imo omnes ante Ald. Mox pro *cunctumque.* Voss. *cunctique.*

HORUM ENIM CURA] Malim, *horum cum cura sal.* Aristotel. *αἴτιόν τε γίνεσθαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς σωτηρίας.* COLV. Malim legere, *Harum enim cura*, id est, Harum potestatum opera ac ministerio. VULC.

GUBERNARI] Scil. putandum est. Atque ita MSS. Florent. Vulc. Bened. Voss. uterque. Edd. Elm. Scriv. Flor. In aliis *gubernat.*

EI OPUS EST] Non adparet in MSS. Vulc. Voss. Bened. τὸ *ei*, et uncis inclusere Elm. Scriv. Male. Aristot. *αὐτῷ δεῖ.*

NEC PARTICEPS HOMINUM CONSERVATIONE] MS. cod. meus legit *nec partitis hominum conversationem.* utrobique sensus turbatus est, imo nullus. qui tamen, meo iudicio, erit integer, si continue ita legamus: *Nec multis ei opus est, nec partitis* (adderem libens, *operis*) *ad hominum conservationem.* ad differentiam scilicet hominum, qui ad aliquid perficiendum, multarum operarum sive manuum adminiculis egent, quod eleganter Aristoteles per *πολυχειρίαν* expressit. VULC. MS. *nec partitis omnium conservationem.* Scio Apuleium scripsisse: *nec partitis hominum conservitiis.* WOWER. Wowerii coniecturam recepere Vulc. Ed. tert. sive Scal. et seqq. Edd. vett. *nec particeps h. conversatione.* ut et Bas. sec. Lugd. Colv. etc. sed *conservatione.* Lipsius coniiciebat *nec partiri se hominum conversatione.* Quod maxime placet. Hoc est in L. de Deo Socr. p. 761. *Nunquam se Deum cum homine communicare*, et *a contrectatione hominum se removere* alibi. Quomodo *partiari concubitus* nunc cum hoc, nunc cum illo. V. Pric. ad Met. L. IX. Ita *addicti partes secanto* creditores in Lege Xvirali significat, eum *partiarias operas* singulis praestare debere: non eius *membra secanda*, ut inepte Gellius et alii. V. Taylor. ad L. Xviralem.

AN NON] Bened. Voss. Edd. Vett. usque ad Bas. sec. *at non.*

MULTA ET VARIA PARITER] Fulv. *multa paria et varia.* Bened. etiam *paria.*

ETIAM ILLI] Optime Voss. Bened. *En! etiam illi.* V. ad Lucan.

QUI IN LIGNEOLIS HOM. FIG.] Turnebus Advers. L. II. c. 18. ELMENH.

QUOD AGITARE SOLET] MSS. Florent. Vulc. Voss. *solent.* Edd. Rom. Ald. Iunt. post *quod agitare solent*, unde omnino legendum cum Lipsio *volent.* Non enim semper idem eiusdem membri filum agitari solet, sed nunc hoc, nunc illud pro variis gestium faciendorum rationibus. Nimis a litterarum ductu recedit Bentlei. legens *agitare volunt.* ad Horat. L. II. S. 7. vs. 82. *Duceris, ut nervis alienis mobile signum.* ubi plura, ut et hic apud Vulcan. de *νευροσπάστοις.*

AD OMNE MINISTERIUM] Ita rescripsit cum seqq. Elm. cum in Florent. sit *atque omne m.* τὸ *omne* exsulat ab Edd. ceteris et MSS. Sed Voss. *atque.* An *ad quodque* vel *quodcumque?*

COELESTIS] Voss. sec. *coelesti.*

CUM INITIUM SCIENTIA ET SALUTIFERA OPERA MOVERIT] Vet. cod. pro *scientia* legit *sciente.* Ego legerim *ciente*, ut *cientem operam* vocet, impulsum, sive primam et *προκαταρκτικὴν* motus totius universi causam atque originem. quod Aristoteles paulo post vocabit *ἔνδοσιν*, dicens *καίτοι πρώτης οἷον ἐνδόσεως ἐς κίνησιν μιᾶς γενομένης.* VULC. MS. *initium scientiae et sal. o. m.* Forte: *scienti ac salutif.* SCIOPP. *in Symb.* Corruptus mihi videtur hic locus. quid enim sit illud *initium scientiae?* Et certe Aristot. nihil habet huic affine. Lege igitur cum Schoppio *cum initium scienti et salutif. a opera moverit* plano sensu, quem in interpretatione expressi. FLORID. Edd. ante Vulcan. *scientia*, atque ita Bened. Prave vero Elm. et Scriv. e MSS. Fulv. et Florent. *scientiae* sine sensu. Rectius longe Lips. et Sciopp. monuere legendum *scienti ac sal.* et edidit Wower. cum Florid. *scienti et.* Immo clare MSS. Vulc. Voss. *sciente*, ut iam edidit Vulc. qui non inepte insuper coniecit *ciente.*

AB UNO AD SECUNDUM] Rectius vet. cod. *ab imo*, vel ut Graeci loquuntur, *τῷ κατωτάτῳ.* VULC. Bened. et Edd. ante Vulcan. *ac uno.*

ut

et deinceps ad proximum, et usque ad supremum, attactu continuo vim suae maiestatis insinuat: et aliud alio commovetur, motusque unius alteri movendi se originem tradit. Mundo equidem consentiunt, non una, sed diversa via, et plerumque contraria. Et prima remissione ad motum data, simplicique inchoato principio, impulsibus mutuis, ut supra dictum est, moventur quidem omnia; sed ita, ut, si quis sphaeram et quadratum et cylindrum et alias figuras per
742. proclive simul iaciat, deferentur quidem omnia, sed non eodem genere moventur. Nec illud dissimile exemplum videri oportet, si quis pariter patefacto gremio, animales simul abire patiatur, volucrum, natatilium, atque terrestrium

ET DEINCEPS AD PROPRIUM] Patet vel leviter attendenti legendum esse *ad proximum*, id est, ad illud quod post secundum sequitur. FLORID. Ediderat iam e suo Cod. Vulc. cum Wower. Ante edebatur *ad tertium*. Sed MSS. Florent. Fulv. Voss. Bened. *ad proprium:* ut dant Elm. ac Scriv. Vitiose. vel enim *proximum* retinendum est, vel *propius* reponendum.

SUPREMUM] Bened. *summum*.

ATTACTU] Male Ed. Vulc. pr. *attractu*.

ET ALIUD] Sic bene e Florent. Elm. et seqq. A ceteris abest τὸ *et*.

MOTUSQUE UNUS ALT.] Mendose. nec enim unus motus alteri motui tradit originem se movendi, cum motus se non moveat. Legendum ergo cum MS. *motusque unius alteri*. SCIOPP. *in Symb.* Omnino corrigendum ex MS. *motusque unius*. WOWER. Recte. Accedunt Florent. et Edd. seqq.

MUNDO EQUIDEM CONSENTIUNT] Aristoteles καὶ αὐτὸ πάλιν ἐκίνησεν ἄλλο, σὺν κόσμῳ. Budaeus, *rursus ipsum quoque aliud movet cum mundo*. Vide an potius τὸ σὺν κόσμῳ vertendum sit εὐκόσμως vel κατὰ κόσμον. hoc est, ordinato et consentaneo motu. VULC. Hoc quid sibi velit, non intelligo. quid si: *Movendo equidem*, vel *Mutuo equidem*. Lucret. *Consentire inter se et fungi mutua posse.* SCIOPP. *in Symb.* Alii *mutuo e. c.* bene. ELMENH. Certe si *mundo* scripserit App. ut est in MSS. O. non intellexit Aristotelicum σὺν κόσμῳ, quod notat ordinate, decenter, ut notat Vulc. Scioppii coniecturam *mutuo* non male receperunt Elm. Scriv. Flor. Verum malim Appuleio adscribere τὸ *mundo*.

SED PRIMA REMISSIORE ADMODUM DATA] Certum meo animo, scribere: *Et prima remissione ad motum data.* enim ex Aristotele, paene ad verbum: Καὶ τοὶ τῆς πρώτης οἷον ἐνδύσεως εἰς κίνησιν μίαν γενομένης. COLV. Aldina Ed. legit *sed prima remissione*, etc. atque ita etiam MS. cod. meus. tametsi non incommode legi posset, *emissione*, hoc est, veluti signo dato *ad motum*. ita enim omnino legendum est; non autem ut Edd. omnes et MS. etiam cod. habet *admodum*. quod etiam recte emendavit Colvius, et verba ipsa Aristotelis εἰς κίνησιν, id clamant. VULC. Florent. et Basil. *remissione admodum*, male. ELMENH. Egregie emendavi Colv. ex Aristot. Et certe *remissione* exstat in MSS. O. item Edd. Ald. Iunt. post. Priores *remissiore*. Frustra Vulc. et seqq. *emissione:* cum primum quasi laxatur et remittitur unum, hoc, et per consequens cetera omnia moventur. *Ad motum* confirmatur MSS. Bened. et Voss. pr.

INCHOATO] Fulv. *incoacto*, obvia variatione.

AUT QUADRATUM] Sensus ipse docet legendum, *et quadratum*. VULC. consentiunt MSS. O.

PER PROCLIVE SIMUL IACIAT] Ita MSS. O. In Edd. ante Vulcan. *in*. Male. Vide ad Met. L. VIII. p. 565, b. Per *puteum praecipitat*. Bened. *similis*.

DEFERENTUR] Bened. *differuntur*.

SI QUIS PARITER] Duae priores voces male exsulant ab Ed. Vulc. sec. et Wower. ut etiam *pariter* a Wower.

ANIMALIUM MULTITUDINEM] Flor. *animalis simul a.* male. ELMENH. *terrestrium greges*] τὸ *greges* adieci ex Florentino. IDEM. Comparet etiam τὸ *greges* in Fulviano, et recte addidit Elm. cum seqq. Abest a reliquis MSS. et Edd. male. Verum miror, Elmenh. non vidisse, tum ex eodem Cod. Florent. vocem *multitudinem* abundare, quam adiecerunt librarii, videntes tale quid defici, cum *greges* exciderat. Sed MSS. Florent. Voss. uterque, Bened. dant *animalis* i. e. animales, exclusa voce *multitudinem*. Rectissime. In genere prius dicit *animales:* tum per species suo more dividit in volucrum, nantium et terrestrium greges. *Animales* autem pro *animalia* frequens est nostro. Adi ad Met. L. II. p. 152, a. *Tantillula* animalis. quod et supra hoc libro vidimus.

NATATILIUM] Vulc. e suo cod. solo, cum seqq. rescripsit *nantium*, ut supra p. 735. *animalium nantium* (ubi alii *natantium*) *pennigerarumque* e MSS. At Fulv. Voss. pr. et Edd. vett. exhibent *natatilium*. Quin et Florent. Voss. sec. Bened. Iunt. post. *nantilium*. quare *natatilium*

trium greges. enimvero ad suum locum quaeque, duce natura, properabunt: pars aquam repetent; illae inter cicures atque agrestes legibus et institutis suis naturali lege aggregabuntur; ibunt per aëris vias praepetes, quibus hoc natura largita est. Atque ab uno sinu abeundi facultas concessa omnibus fuerat. Sic na-

lium praefero. Prudent. περὶ στεφ. in Rom. vs. 332. *Feras*, *volucres*, *reptiles*, natatiles. Vide Glossas. Infra p. 752. *Animalium agrestium et cicurum* pinnatarum *et pedestrium et* aquatilium.

Ad suum locum] Ultima vox abest Florent. Voss. utroque, Bened. forsan recte. Saepissime *locum* irrepsisse passim vidimus.

Pars aquam repetens] Aldus *repentes*, quod non reiiciendum Elmenh. Sed MSS. O. *repetens*. Vulc. Ed. pr. *repetentes*. Lege *repetent*, ut statim *aggregabuntur*, *ibunt*. Nam quae aquam repetunt, non aggregantur agrestibus. Uti tres nominavit species, ita earum, sc. *pisces*, pars aquam repetent; illae sc. *terrestres*, aggregabuntur cicuribus et agrestibus, *praepetes* ibunt per aëra. *Pars* cum plurali, ut apud optimos quosque. Vide ad Caesar. p. 116, 944. Supra h. l. p. 732. *Pars sonantes syllabas pariunt*. p. 736. *pars vices sustinent*. Pro *illa* dein Bened. *illam*. Legendum scilicet *illae* vel *aliae* animales.

Illa inter agros legibus et inst. s. nat. lege aggr.] Qui *parum scite profecto, ut alia nonnulla* (utor eorum verbis) haec ab Appuleio versa notarunt, aequiores huic interpretum Graecorum (vere dixerim) Coryphaeo fuisse vellem, et tam hoc loco, quam aliis, scribarum potius inscitiam aut alioqui temporum iniuriam suspectam habuisse, quam Appuleii ipsius eruditionem et Graeca convertendi peritiam in dubium vocasse, nedum censorio obelisco fixisse, Aristarchicumque in morem damnasse. Libet exclamare: *Quae veterum haec tanta est damnandi scripta libido? Sit satis, audacter carpere scripta hodie*. Sed videamus an inscitae huic, si diis placet, Appuleii versioni medicinam aliquam facere possimus. MS. cod. meus ita legit: *illa, inter cicures atque agrestes legib. et institutis*, etc. Per *illa*, significat Appul. τὰ χερσαῖα sive terrestria animantia, quae distinguit in duas species τῶν ἀγρίων scilicet, et τῶν χειροήθων. Quid hic aliud egit Appul. quam quod ipse se studio facere solere alibi testatur, nimirum in Graecis auctoribus Latine convertendis, *in omnibus aut omissa anquirere, aut defecta supplere*. quod quidem dum facit, tantum abest, ut inscitiae sit damnandus, ut potius summam non solum eruditionis, verum etiam diligentiae laudem mereatur. Vulc. Optime emendavit Vulc. adsentientibus MSS. O. et Edd. seqq.

Institutis suis naturali lege aggr.] In MS. desunt illa *naturali lege*. et glossam sapiunt. Sciopp. *in Symb*. In plerisque antiquis libris illa: *naturali lege*, desunt. et sane glossema resipiunt. Wower. Dele Glossema cum Florent. et Leid. MSS. Elmenh. Desunt quoque in MSS. Bened. Voss. utroque, Vulc. quare expungendum esse bene iudicarunt Sciopp. Wow. Elm.

Ibunt] Elegantius hic deest copula, ut supra. *Et* addunt e Florent. Cod. Elm. Scriv. Flor.

Aëris vias] Malim *aërias vias*. cum Ed. Vulc. pr. Vide ad Met. L. I. p. 92, b. et alibi.

Quibus haec nat.] Melius vet. cod. *quibus hoc nat*. Sciopp. *in Symb*. Accedunt MSS. Florent. Voss. sec. Bened. cum Edd. Wow. Elm. etc.

Atque uno sinu] Marg. Bas. 2. *atque ubi simul:* id est simul atque, statim ubi. Colv. sed neque sic quidem sensus constabit. Lege itaque in hunc modum: *atque ab uno sinu abeundi fac. conc. fuerat omnibus*. hoc sensu: Tametsi varia haec animantium genera ex uno sinu, sive ut supra dixit, gremio emissa sint, singula tamen ad naturalem ac proprium sibi locum ferri. Vulc. Legitur in marg. Bas. 2. *atque ubi simul*, id est, simul atque. Lego *unose*, et τὸ *simul* eius glossema est. Nonius Marcellus: *Unose id est simul*. Pacuvius Iliona: *Occidisti, ut multa paucis verba unose enunciem*. Brant. Haec ignorat Rom. Edit. Basil. legit, *atque ubi simul*. Leid. *atque in una ab humero sinu*. Unde non male doctiss. Brantius, *atque unose abeundi*, cuius notas vide. Elmenh. Imo ridicule Brantius. Elm. Scriv. Flor. haec ita ediderunt: *atque ut ab uno sinu abeundi facultas concessa omnibus fuerit*, pro, simulac data iis fuerit facultas, ut exponit Floridus. Wow. vero cum Vulcanio *est. Atqui ab uno sinu* etc. *fuerat*. hoc sensu: Varias quaeque ibunt vias, licet uno sinu emissa sint animalia. Sed tum deberet praeteritum, non futurum praecedere. In Ed. Vulc. tert. ac MS. Bened. legitur *est. atque una ab uno sinu* etc. *fuerat*. Ald. Iunt. post. Lugd. Colv. habent *atque uno sinu* etc. *fuerit*. MS. Florent. *atque ut uno s. fuerit*. Voss. *atqui una ab humero sinu* etc. *fuerit*. unde Is. Vossius legit *atque ab unico sinu fuerit*, ut *atque* notet *simulac*. Sic sane apud Solin. c. 32. p. 43. *quae atque inventa et oblata est, eadem die*

 taci

natura mundi est constituta. Nam cum coelum omne simplici circumactu volvatur, nocte dieque distinctum, diversis mensurarum aequalitatibus separatum, quamvis una sphaera omnia concluserit; incrementis tamen globi sui, decisioneque luminis menstrua tempora Luna significat, et coeli spatium Sol annua reversione collustrat, eiusque comites amoenus lucifer, et communis Cyllenius stella. Etenim Pyrois Mavortium sidus circuli sui biennio conficit spatia: Iovis clarum fulgensque, sexies eadem multiplicat cursibus suis tempora, quae Sa-

neci datur: ut quidem est in MSS. plerisque et Edd. et Salm. ait, ita supra auctorem locutum esse. At p. 31. *atque* ponitur pro *aeque ac.* in Leid. pr. est *quae ut* i. e. simulac. quomodo edidit Delrius. in Voss. 4. et Huls. *quae qua* etc. sc. die. Prave ibi Ald. Delr. Grosl. contra MSS. et Edd. *statim* ante *neci* intrusere. Sed praeter hunc Solini locum nusquam *atque* hoc sensu me legere memini. Saepe autem pro *statim* occurrere aiunt, non pro *simulac.* Vide ad Met. L. I. p. 60. Forte igitur potius legendum: *largita est. Atqui una ub uno* vel *libero sinu* etc. *fuerit* sive fuisset, non *fuerat.* Lipsius etiam *atqui* adlevit. Immo *atque* saepe idem valet, quod *atqui.* V. Ind. Not. Pro *facultas* Aldus vitiose *incultas.* Ante Aldum omnia haec deerant.

MUNDI] Prave Edd. ante Ald. *vivendi.*

COELUM OMNE] Voss. Edd. ante Vulcan. *om. coel.*

SIMPLICI CIRCUMACTU] Bened. Voss. *simpliciter cum actu.*

NOCTE DIEQUE] Bened. Voss. uterque *n. diuque.* Recte. Vide ad Met. L. IX. p. 648, b. *noctu diuque.*

DIV. MENS. AEQUALITATIBUS] Locus mihi vehementer suspectus. Neque enim satis cum Aristotelis verbis convenit, qui sic habet: ἀλλοῖαι πάντων διέξοδοι γίνονται. neque Budaeus mihi satis ea explicare videtur, vertens, *aliae atque aliae permutationes fiunt.* Per διεξόδους enim significat Aristoteles varios orbium caelestium decursus. Quo fit ut ego commodioris alicuius sensus ex Appuleii verbis eliciendi causâ, pro *aequalitatibus* legendum putem *qualitatibus.* VULC.

DECISIONEQUE LUMINIS] Male Edd. primae et Iunt. pr. Bas. pr. *densioneque lumina*, omissa voce *tempora.* Bened. *declivisione luminis:* quasi fuerit *declinatione.* Abest *que* etiam a Voss. sec. Sed nil muta. *Decisio* pro decremento adhibuit a *caedo. Decisio* enim proprie ἀποκοπὴ, ut in Glossis.

COMMUNIS CYLLENIUS STELLA] Lego, *Comis Cyll. stel.* Compendium, *cois.* quod peperit errorem. COLV. MS. cod. expresse legit, *communis.* quod vide an hoc loco significet συνεργόν. certe Munifices συνεργοὺς interpretatur Iulius Firmicus Ἀστρονομικῶν L. II. c. 4. Vide etiam an *communis* dicatur ab Appuleio Mercurius, ut explicet id quod Aristoteles dixit ἰσόδρομον. Habet enim hoc commune cum Iove Mercurius, quod aequale propemodum cum eo curriculum conficiat. tametsi scholiastes Arati Mercurium spacio sex mensium et sex dierum curriculum suum peragere scribat. VULC. Flor. *communes C. s.* In Rom. est *communis*, unde legendum puto, *comis Cyllenius stella.* Lactantius ad Lib. I. Thebaidos Statii: *Benefica stella Mercurii, maleficarum temperat flammas.* ELMENH. Ed. Vulc. sec. tert. e typographi errore *communi.* Bened. *comminus.* Florid. cum Colv. et Elmenh. *comis.* At *communis* retineo; non quod communis cum Iove, sed quod est cunctis comis et beneficus. Vide Graev. ad Cicer. Off. L. III. c. 5. et Comm. ad Nep. Milt. in f. *mira communitas.* Schol. ad Epit. Aur. Vict. c. 18. *communem se adfatu.* Aliter explicat hunc nostri locum Tollius, aiens *communem* dici, quia eius vis restringebatur a vicino planeta, sive bono sive noxio, ex Servio ad L. I. Georg. *in quos coeli orbes erret Cyllenius ignis.* et Ioh. Sarisb. L. II. c. 19.

ETENIM PRIORIBUS MAVORTIUM SIDUS] Aldina Ed. legit *Etenim prioris* etc. utrobique foedo errore. Legendum enim omnino, *Pyrois.* de quo Appul. ipse supra: *Et loco tertio Pyrois, quem multi Herculis, plures Martis stellam vocant.* VULC. Rom. et Bas. 1. *prioribus.* Aldus, *prioris*, insulse. ELMENH. Vere Lips. et Vulc. cum seqq. *Pyrois.* et accedunt MSS. O.

CIRCULI SUI IN BIENNIO] Praepositio *in* παρέλκει. VULC. Edd. ante Ald. *circulis in bienn.* Hinc male Ald. et seqq. usque ad Vulcan. *circuli sui in bien.* τὸ *in* est in nullo MS.

EADEM] Male *eodem* contra MSS. et Edd. Floridus. Iungendum *sexies eadem tempora* i. e. 12.

MULTIPLICATIS CURSIBUS] Legendum omnino ne sensus pendeat, *multiplicat.* Peragit enim Iupiter curriculum suum, annis bis sex, hoc est duodecim. VULC. Edd. ante Vulcan. *multiplicatis*, sine sensu.

Sa-

Saturnus sublimior triginta spatiis annorum circumerrat. Verum inter haec una 743.
mundi conversio, unusque reversionis est orbis, et unus concentus, atque unus stellarum chorus ex diversis occasibus ortibusque. Hoc ornamentum et monile rectissime *οσμ.* Graeca lingua significatur. At enim ut in choris, cum dux carminis hymno praecinit, concinentium vulgus virorum et feminarum mixtis gravibus et acutis clamoribus unam harmoniam resonant: sic divina mens mundanas varietates, ad instar unius concentionis, revelat. Nam cum coelum confixum vaporatis et radiantibus stellis, inerranti cursu feratur, et reciprocis itineribus astra consurgant: Sol quidem omnituens ortu suo diem pandit, occasu noc-

SATURNUS] Bened. *satis.*

CIRCUMERRAT] MS. *circumiectat.* quid si, *circumvectat*, pro circumvectatur, circumvehitur? cuiusmodi loquendi modum in verisimilibus annotavimus. SCIOPP. *in Symb.* MS. Florent. *circumierat.* Nil muta. Passim *errare* de stellis, unde πλανηταὶ dicti: et saepe ita supra.

UNUSQUE REVERSIONIS EST] Desunt Edd. ante Aldum.

STELLARUM CHORUS] Sic recte. Aristotel. Ἁρμονίᾳ συνᾳδόντων καὶ χορευόντων κατὰ τὸν οὐρανόν. Collegi hanc in rem exempla aliquot supra, ad lib. VI. Metam. COLV. *atq. un. stellarum chorus: ex div. occ. ort. hoc ornamento*] Vitiosa distinctio sententiam turbat. Delendum itaque est colon post *chorus*; et continuo ita legendum: claudenda vero periodus post *ortibusque.* ut sit sensus, ex diversis ortibus et occasibus, una caeli conversione circumactis, unum quendam effici stellarum concentum ac chorum. quae vero sequuntur ita lege: *Hoc ornamentum et veluti monile rect.* κόσμον *Gr. ling. significat.* Recte vero Appul. *velut monile* dixit. Monile enim est ὅρμος. ὅρμος vero περιτραχήλιος κόσμος. VULC. MS. *hoc ornamentum et monile rectissime* etc. Placet, nisi quod velut nova periodus ab prioribus puncto est distinguenda. SCIOPP. *in Symb. Hoc ornamentum et monile rectissime* κόσμος *Graeca lingua significat*] Ita lib. scriptus. In aliis vero haec verba desunt. praeferunt aliquid glossematii. WOWER. Pro glossemate haec suspecta habent Scal. Wow. Elm. et Scriv. κόσμος abest ab Edd. ante Ald. Sed Edd. ante Wower. *ornamento et ut monile.* atque ita MSS. Bened. Voss. sec. Vulc. Sed alteram lectionem e MS. Fulvii Sciopp. et Wow. atque e Florent. Elm. dedere cum seqq. Voss. sec. κόσμος *recte.* Si Appuleiana sunt, lege vel κόσμον, cum Vulcan. ut *Graeca lingua* sit Nominativus, vel potius *significatur:* sed κόσμον non vocari hoc ornamentum et chorum stellarum, sed τὸ σύμπαν testatur Arist. immo habuimus iam supra de Mundo *Unde* κόσμος *Graece nomen accepit.* Adeoque vel desunt quaedam, vel totum est Glossema. Stoici tamen κόσμον tripliciter sumserunt, et in his αὐτὴν δὲ τὴν διακόσμησιν τῶν ἀστέρων κόσμον εἶναι λέγουσιν. teste Diog. Laërt. in V. Zenonis L. VII. §. 138.

UT IN CHOREIS] Vet. cod. *choris.* quod melius convenit cum *hymno*, quod sequitur. VULC. Accedunt MSS. O. Sic p. 748. *Praecentor in choris.*

DUX CARMINIS HYMNO PRAECINIT] Dele τὸ *hymno.* WOWER. τὸ *hymno* abest a Florentino. ELMENH. Non abest a Florent. nisi decipiant me excerpta. Wowerii coniecturam iuvat vehementer, quod in Vossiano scribatur *carmini.* Aristot. tantum ἐν χόρῳ κορυφαίου κατάρξαντος. *Dux* ergo *chori*, non *carminis.* unde passim *ducere chorum.* Quare malim ego quoque vel *carminis* delere, vel scribere *carmini*, deleto τῷ *hymno.*

ET FEMINARUM] Abest copula Ed. Vulc. sec. et Wow.

UNAM HARMONIAM] Voss. sec. *unarmoniam.* Bened. *un. harmoniam.*

CONCENTIONIS] Edd. Ald. Iunt. post. *contentionis.*

REVELAT] Vet. cod. *relevat:* neutrum mihi arridet. neque tamen libet indulgere coniecturae. VULC. Io. Isacius [Pontanus] *elevat*, legit. Festus: *Evelatum, eventilatum. Unde velabra, quibus frumentum ventilatur.* Propert. L. III. el. 13. *Ut mihi praetextae pudor exvelatus amictu.* BRANT. Vulc. et seqq. *relevat* cum MSS. Florent. Vulc. Bened. Voss. Non placet tamen. Sed in Edd. prioribus *revelat* i. e. aperit, atque cognoscit, et exponit. Vide Init. huius libri. Passim *revelare arcana.*

NAM CUM COELUM CONFIXUM] Male Edd. ante Ald. *Nam coelum confixit ut.* Ceterum haec non sunt in Aristotele.

SOL] Ed. Vulc. tert. *sed.*

S. QUIDEM CONTUENS ORTU SUO] Propius ad Aristotelicam sententiam accedit lectio Bas. 2. et Ald. *Sol quidem omnituenti suo*, si quidem ea omnino recta: πορεύεται δὲ δίττας πορείας, ὁ παμφαὴς ἥλιος τῇ μὲν, ἡμέραν καὶ νύκτα διορί-

noctem reducit, conditusque vel relatus per plagas mundi, quatuor temporum vices mutat. hinc tempestivi imbres, et spiritus haud infoecundi. hinc alimenta rebus iis, quas accidere Deus his mundi partibus voluit. His adpositi sunt tor-

ῥίζων, ἀνατολῇ καὶ δύσει. Colv. Lege cum MS. cod. meo, *omnituens*, hoc est παμφαής. Ita Orpheus: εὔδιε, παμφαὴς, κόσμου τὸ περίδρομον ὄμμα. Vulc. Bas. 2. et Ald. *Sol quidem omnituenti suo.* Lego *omnituens ortu suo.* Iuvant verba Aristotelis quae Colvius exhibet: ὁ παμφαὴς ἥλιος. Brant. *S. q. omnituens*] Sic Bas. 2. Flor. et Ald. *S. q. omnituenti.* Rom. *s. q. contuens ortu s.* Aristotelis παμφαὴς ἥλιος. Ovid. L. II. Met. fab 1. *Sol oculis iuvenem, quibus aspicit omnia, vidit.* Elmenh. MSS. O. *omnituens ortu suo d. p.* et Vulc. cum seqq. praeter Scriver. qui coniecturam e lectione Aldi, Iunt. post Bas sec. Lugd. *omnituenti suo* natam expressit. sed falso. Non enim *ortu* suo omnia tuetur sol, sed toto suo cursu, adeoque oriens, medius et occidens. Edd. vett. *contuens* male. Vide Burm. ad Valer. Flacc. L. V, 247. de Sole: Omnituens: *tua nunc terris, tua lumina toto Sparge mari.*

Hinc tempestivi imbres et spiritus, aut infecundi] Vet. cod. legit, *Hinc tempestivi imbris est spiritus aut secundi.* nihilo rectius quam vulgatae Edd. imo vero etiam corruptius. Ego distinctionis unius transpositione, et unius literae adiectione ita commode legi posse censuerim: *hinc tempestivi imbres, et spiritus haud infecundi.* Spiritus sive ventos fecundos vocat, ob varias utilitates quas rebus humanis adferunt. Nam ut eleganter describit Seneca Lib. Nat. Quaest. V. c. 18. *Venti primum non sinunt aëra pigrescere* [etc.] Et paulo post: *Quid quod fruges percipi non possent, nisi flatu supervacua et mista servandis ventilarentur* [etc.] Qua de causa non immerito Homerus ventos aptissimo Epitheto ornavit, quum eos vocavit ζαχρηεῖς, quod nimirum sunt ἄγαν χρειώδεις, et ad frugum maturitatem foecunditatemque excitandam necessarii. Eadem fere ratione supra vocavit Aristoteles νέφος γόνιμον ὕδατος, quod Appul. vertit, *aquarum foetu gravidatur.* Vulc. MS. *haud.* quod et Vulcanius de coniectura reposuerat. Sciopp. *in Symb.* Quidam *H. t. i. et sp. aut inf.* male. Aristot. γίνονται δὲ ὑετοὶ κατὰ καιρὸν, καὶ ἄνεμοι, καὶ δρόσοι Florid. His usque ad *voluit* carent Edd. ante Aldum, item Bas. pr. uti ea semper primis adhaeret. Dein Edd. Ald. Iunt. *aut insecundi.* MSS. Bened. Voss. pr. Edd. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. Scriv. *aut infoecundi.* Sed cum Vulcan. et seqq. *haud infoecundi* habent Florent. et Fulv. Rectissime.

Hinc alimenta nobis subpetunt earum rerum, quas accidere D. his mundi partibus voluit] Leid. et Flor. *h. al. rebus esse, earum quas.* Alii, *h. elementa nobis s. a. e.* Elmenh. Ita quidem edidit Aldus cum seqq. nisi quod *accedere* rescripsit Vulc. et ceteri. Verum de humanis alimentis mox demum sequitur. Et longe aliter haec se habent in Aristotele scil. τάτε πάθη τὰ ἐν τῷ περιεχοντι συμβαίνοντα διὰ τὴν πρώτην καὶ ἀρχαιόγονον αἰτίαν i. e. passiones in aëre accidentes ex prima et primordiali caussa. Longe etiam aliud quid suadent MSS. et Vulc. quidem *hinc alimenta rebus esse earum, quas accid.* Florent. *h. al. nobis earum, quas accedere.* Bened. *hinc alimenta nobis esse earum, quae accedere.* Voss. pr. *hinc alim. nobis esse earum rerum, quas accidere.* Voss. sec. *hinc alim nobis esse earumque accidere.* Dein post *mundi* addunt *mediis* MSS. Fulv. Voss. uterque et Bened. cum Ed. Scriv. Ergone simpliciter rescribendum? *Hinc alimenta reberis esse tempestatum, quas accidere D his mundi mediis partibus voluit.* Certe tale quid latet. *Reberis* tu Faustine. *Tempestates accidentes mediis Mundi partibus* sunt πάθη συμβαίνοντα ἐν τῷ περιέχοντι. Melius qui coniecerit, ei cedam. Satis mihi fuit, corruptionem loci et medicinae rationem indicasse. [Paulo aliter haec Aristotelem secutus edenda putavi. Intelligit autem μετέωρα. Iudicent eruditi. — I. B.]

His oppositi sunt] Vet. cod. *adopositi.* forte *appositi.* hoc est convenientes et consentanei. Vulc. MS. *his adpositi s.* Sciopp. *in Symb.* Ex MS. *oppositi.* Wower. *Adpositi sunt*] sive adiuncti, adiecti qui continuo sequuntur. Aristot. ἕπονται δὲ τούτοις. Est autem haec coniectura Vulcanii, quam confirmat Florent. et omnes secuti sunt. Ipse tamen edidit ex suo cod. *adopositi*, ut et exaratur in utroque Voss. Verum haec lectio nata est e varia lectione τῶν *ad* et *ob*: ut *adoptetere* Met. L. VII. p. 453, a, Nisi etiam talia decomposita amaverit auctor; ut etiam praepositiones eiusdem significationis iunxit: ut vidimus supra in *adultra.* Sed *adpositi* ait esse in Fulv. quoque Sciopp. at Wow *oppositi.* Cui credemus? Habent *oppositi* Edd. ante Vulcan. *adoppoti* Bened. Vide supra p. 728. *Adposito* vel *opposito incendio.*

Tor-

correntium curſus, et tumores undarum, emicationesque ſilvarum, frugalis ma-
turitas, foetus animalium, educationes etiam atque obitus ſingulorum. Cum igi- 744.
tur rex omnium et pater, quem tantummodo animae oculis noſtrae cogitationes
vident, machinam omnem iugiter per circuitum ſuis legibus terminatam, claram
et ſideribus relucentem, ſpeciesque innumeras modo propalam, ſaepe contectas,
ab uno, ut ſupra dixi, principio agitari iubet; ſimile iſtuc eſſe bellicis rebus
hinc liceat arbitrari. Nam cum tuba bellicum cecinit, milites clangore incenſi,
alius accingitur gladio; alius clypeum capit; ille lorica ſe induit; hic galea ca-
put, vel crura ocreis involvit; ille equum temperat frenis, et loris iugales ad
con-

TORRENTIUM] Bened. *torrentum.*

HUMORES UNDARUM] Ita habent Edd. quas vidi, omnes, atque adeo ipſe etiam MS. cod. ſed legendum omnino *tumores*, hoc eſt ἀνοιδήσεις, ut vocat Ariſtoteles. Neque enim aliud ſunt οἰδήσεις, quam ἐπάρματα, Elevationes ſeu Extumeſcentiae. Virgilius: *Unde tremor terris, qua vi maria alta tumeſcant Obicibus ruptis, rurſusque in ſeipſa reſidant.* VULC. *Tumores und.*] Sic Baſ. 2. et Vulcanius. Flor. Leid. et Rom. *humores u.* male. Vide Indicem. ELMENH. Recte Vulcanium ſecuti ſunt ceteri praeter Wower. qui cum MSS. O. et Edd. prioribus retinet *humores*; frigide et inepte. Intelligit auctor τὰς τῆς θαλάσσης ἀνοιδήσεις. Claud. in Rufin. L. I. vs. 72. *Invicata quies pelagi, cum flamine fracto, Durat adhuc, ſaevitque* tumor. Lucan. L. X. vs. 326. de Nilo: *veri primum dant ſigna* tumoris. Noſter ipſe L. XI. Met. *turbido fluctuum* tumore *poſito.* et paſſim *tumere*, *tumidum* de mari et fluviis dici quis neſcit?

EMICATIONESQUE SYLVARUM] Δένδρων ἐκφύσεις. COLV.

FOETUS] Prave Voſſ. *fletus.*

EDUCATIONES] Voſſ. ſec. Bened. *educ. etiam* bene.

ANIMAE OCULIS] Ita MSS. O. cum Vulcan. Elm. etc. Edd. priores *mentis.*

MACH. OMNEM] Bened. *m. omne.* Scriv. uncis incluſit *omnem.*

ET SIDERIBUS RELUCENTEM] Sic Voſſ. In Edd. ante Vulcan. *ſideribus et relucentem*, niſi quod in Vicent. non ſit *et.* MSS. Vulc. Florent. Bened. cum Edd. Vulc. etc. *et rel. ſideribus.*

PROPALAM SAEPE CONFECTAS] Num potius, *conſpectas?* ut videtur velle Ariſtoteles: ποτὲ μὲν ἀφανιζομένη, ποτὲ δὲ φαινομένη, μυρίας ἰδέας ἀναφαίνουσα τε καὶ πάλιν ἀποκρύπτουσα ἐκ μιᾶς ἀρχῆς. COLV. Colvius ambigit an recrius legi poſſit *conſpectas.* at hoc idem eſt, quod *propalam.* quo pacto itaque his verbis explicetur differentia quam ſtatuit Ariſtoteles, dicens ποτὲ μὲν ἀφανιζομένη, ποτὲ δὲ φαινομένη, MS. cod. pro *confectas* legit *conſectas.* ſed ne hoc quidem ſatis ad mentem Ariſtotelis, quo fit ut potius legendum cenſeam *contectas:* ut reſpondeat illi ἀφανιζομένη. ponenda tamen eſt maioris perſpicuitatis cauſa nota diſtinctionis poſt *propalam*, ut etiam poſt *contectas.* Pro hac mea emendatione facit ipſe Appul. idem fere quod hic aliis verbis ſignificans. Ait enim, *curaque omnibus occulta, vis nullis oculis obvia, niſi quibus mens ſuae lucis aciem intendit.* Occultam hic vocat quam ſupra *contectam.* naturam hic ἀόρατον. ἀφανῆ, quam ſupra ἀφανιζομένην. VULC. Lege et diſtingue: *modo propalam, ſaepe contectas.* WOWER. Flor. et Baſ. 2. *conſectas.* Ald. et Rom. *conſpectas*, lego *contectas.* ELMENH. Edd. ante Vulcan. *confectas.* ſed ille et Wower. invexere *contectas*, quod videtur confirmari a Bened. At Florent. Vulc. Voſſ. uterque *conſeptas:* unde Elm. et iam ante Lindenbrog. immo Voſſ. L. IV. de Anal. c. 23. coniiciunt *conſeptas:* quod non diſplicet. Sic Flor. N. 9. quidam: *conſeptus veſtibus.*

AGITARI IUBET] Pendet ſententia a prima periodi voce *cum* etc. quae ut ſit plena, ſubaudiendum, vel potius ſubiungendum eſt, poſt *iubet*, *agitatur.* ut ſit ſenſus: Cum igitur Rex etc. machinam agitari iubet, agitatur; tota ſcilicet ipſa, et varii in ea diverſorum inter ſe motuum orbes. quod ipſum ſtatim aptiſſimis ſimilitudinibus explicat. VULC. Hinc Ed. Vulc. tertiae contra MSS. O. inſertum eſt *agitatur*, quod uncis incluſere Elm. et Scriv. Sed recte nemo adſenſum praebuit. Senſus enim eſt: Cum Deus ita mundum agitari iubet, ſimile iſtud eſt rei militari, ubi primo ducis motu et imperio agitantur. Porro *iſtuc* habent MSS. Bened. Voſſ. ſec. recte pro iſtoc: ut alibi *iſthaec*, *iſthunc.* Vide ad Met. L. I. p. 15, b. In reliquis *iſtud.*

ILLE CRURA] Melius MS. *vel crura o. i.* SCIOPP. *in Symb.* Melius manu exaratus: *vel crura.* WOWER. Accedunt MSS. Florent. Fulv. Bened. Voſſ. Recte.

ILLE EQUUM] Florent. Bened. Voſſ. ſec. *et eq.* Melius foret *aut.*

concordiam copulat; et protinus unusquisque competens capessit officium. Velites excursionem adornant, ordinibus principes curant, equites cornibus praesunt, ceteri negotia, quae nacti sunt, agitant: cum interea unius ducis imperio tantus exercitus paret, quem praefecerit, penes quem est summa rerum. Non aliter divinarum et humanarum rerum status regitur, quando uno moderamine contenta omnia, pensum sui operis agnoscunt; curaque omnibus occulta, vis nullis oculis obvia, nisi quibus mens suae lucis aciem intendit. Nec tamen hoc

LORIS IUGALES AD CONCORDIAM COP.] τὸ *loris* male omittit Leid. et Florent. ELMENH. Carent tamen etiam Bened. Voss. quod meretur adtentionem. In quadrigis enim *iugales* ζύγιοι equi a *funalibus* σειραίοις, qui sunt in lateribus, distinguuntur. Adi praeter alios Rutgers. L. I. Var. Lect. c. 10. Verum huc id trahi non debet: praesertim cum Aristoteles modo loquatur de συνωρίδι sive biga. *Lora* autem, quibus equorum colla ad iugum vinciebantur, vocabantur *Lepadna*. De iis et *iugalibus* vide Scheffer. de Re Vehic. L. I. c. 11. Ceterum *iugales* saepissime sumtum a poëtis simpliciter pro equis: unde omnes Solis equi *iugales* vocantur Claudiano Init. Cons. Prob. et Olybr.

CAPESSIT] Florent. *capessat.*

VELITES EXECUTIONE ADORNANT] Bas. 1. Rom. *milites*. Margar. Poët. *velites executionem adornant*. Quod certe melius. COLV. Vet. cod. pro *executione* legit *excutionem*. quae lectio facit ut non incommodo sensu censeam legi posse: *Velites excursionem adornant*, posita hic nota distinctionis. deinde ita legendum, *ordines principes curant*, hoc est, aciem instruunt, manifesto sensu. VULC. *equites ordinibus praesunt*] Legendum omnino meo quidem iudicio *cornibus*, non *ordinibus*. IDEM. *Eq. cornibus praesunt*] Legebat Lipsius *ordinibus praesunt*. et restitutum ibat *praeeunt*. Scriptam lectionem magis probo. Equites in cornibus locatos olim, atque etiam nunc locari quis nescit? FLORID. Male primo *milites* dant Edd. ante Aldum contra MSS. O. et Margar. Poët. atque Aristotelem. Levis armaturae milites quosque intelligit. Vide Veget. Dein *executionem* etiam Rom. Vic. Ven. Marg. Poët. cum MSS. Florent. Voss. *excutionem* MS. Vulc. cum eius Ed. sec. ac Scriv. Edd. Iunt. Ald. etc. Colv. *executione adornant ordines*. omnino male, ut vidit Vulc. qui vulgatam lectionem *excursionem adornant* propinavit; et, ni excerpta fallunt, exstat in Bened. ἐκτρέχει ὁ ψιλὸς Arist. Alii solent dicere *procursionem*. Sed ita fere *excursus inopinatus cohortium* Frontino L. II, 2, 22. et *excursationes* apud Val. Max. L. II. c. 3. §. 3. Lipsius adlevit *excussionem*. Forsan reliquit App. *exculcationem*, de qua et *exculcatoribus levis armaturae* adi me ad Veget. L. II, 15. et init. huius Lib. Hinc *adornent* Voss. sec. et *ordinibus principes curant* habent MSS. O. certe Vossiani, Bened. et Edd. Vulc. sec. ac Wow. Omnino recte et ex more Appuleii, qui passim *curare* cum Dativo construit. Vide Ind. Not. Bened. *princeps*. *Ordinibus* etiam ex eo confirmatur, quod pro *cornibus* in Florent. Vossianis et Edd. ante Vulcan. ut et Scriv. legatur quoque *ordinibus*, sed ibi *cornibus* bene MSS. Vulc. et Bened. ὁ δὲ ἵππευς ἐπὶ κέρας Arist. *Praesunt* ergo hic nihil notat, nisi curam primariam gerunt (adeoque non mutandum cum Lipsio in *praeeunt*) et idem quod *curant*, quod in re militari verbum est proprium. Vide Cort. ad Sallust. Iug. c. 46. *In postremo Marius cum equitibus* curabat.

NACTI SUNT, AGITANT] Voss. uterque *nota sunt agitant*. Bened. *nota agitant*.

TANTUS EXERCITUS] Sic Florent. Voss. sec. Bened. Fulv. et Marg. Poët. cum Edd. Elm. Flor. Reliquae Edd. *cunctus*.

PARET QUEM PR.] Scribe ex V. *ei quem pr.* WOWER. Wowerium ceteri sequuntur. A reliquis MSS. et Edd. abest *ei*. Sicut etiam non opus est. Pronomen enim hoc millies subauditur. ut statim *praefecerit*, *penes quem* scil. *is*.

QUEM PRAEF. REX: PENES QUEM EST S. R.] Vet. cod. *quem praef. penes quem est s. r.* sive rex ille sit scilicet, sive imperator, sive strategus, aut praetor. VULC. Recte expungunt Membr. Flor. τὸ *rex*. ELMENH. Vocem *Rex* ignorant probati Codd. et certe videtur expungenda ut inutilis. FLORID. Bene omiserunt Vulc. in Ed. sec. et Wow. uncis inclusere Elm. et Scriv. sic: (*rex*) *praefec.* quo ordine Edd. vett. etiam. Abest vero etiam a Fulv. Voss. Bened. omnino bene, vide Vulcan.

REGITUR] Bened. *vel regitur*. Florent. *agitur*. Bene.

CONTENTA] Hic accipio non pro περιεχομένων, sed ita ut explicet illud Aristotelis ὀτρυνομένων μιᾷ ῥοπῇ. ut significet *contenta*, impulsa, συντεινόμενα. VULC.

OMNIBUS] Recte Ald. Reliqui, *omnes*. COLV. Nempe Rom. Vic. Ven. Bas. sec. Lugd. vel *omnis*. Pro *suae lucis ac.* Voss. *ac s. l.*

NEC TAMEN etc.] Ante hanc periodum inseruntur quaedam alia in Aldino exemplari, nempe: *Ceterum ea quae vel caelo oculis advertimus*, *et*

hoc vel illi ad moliendum, vel nobis ad intelligendum obest. De inferiore licet imagine capiamus exempla. Anima in homine non videtur: et tamen fa- 745.
teantur omnes necesse est, huius opera omnia, quae per hominem praeclara fiunt, provenire; neque animae ipsius qualitatem ac figuram oculis occurrere, sed momentis ab ea gestarum rerum intelligi, qualis et quanta sit. Omne quippe humanae vitae praesidium ingenio eius est paratum: cultus agrorum, usus frugum, artificum sollertia, proventus artium, commoditates vitae humanae. Quid de legibus dicam, quae ad mansuefaciendos homines sunt inventae? quid de civilibus institutis ac moribus, qui nunc populorum otiosis conventibus frequen-

et aërem ficti ex aqua etiam illa ficti credenda sunt, cuius tutela Mundi huius et cura est. Quae quid sibi velint, nescio: tamen etiam in Margarita Poëtica citantur ex hoc libello. Colv. *aciem intendit*] Aldina editio, post haec verba subiicit: *Ceterum ea quae vel caelo oculis advertimus et aërem ficti ex aqua etiam illa ficti credenda sunt, cuius tutela mundi huius et cura est:* quae quia neque in Aristotele, neque in aliis Appuleii Edd. ut neque in MS. cod. meo leguntur, praetereunda censeo, neque in iis castigandis operam ponendam. Vulc. Post hoc verbum Aldus legit: *Ceterum* [etc.] quae in MSS. et Rom. codice non comparent, et omnino glossam olent. Elmenh. Non est glossema, sed post *manifestus* pag. seq. verba illa debent poni, ut fecere Iunt. post. et seqq. et inter eos ipsi Colv. Vulc. et Elm. quod miror ab iis non animadversum; uti sunt eo loco in MSS. et Marg. Poët.

Illi] Bened. *illis*, et ante *intellig.* caret τῷ *ad.*

Capiamus] Voss. sec. *capimus.*

Anima in homine non videtur] Vide Platonem de Legib. L. X. fol. 898. et Annotata in Minucium Felicem. Elmenh.

Huius opera omnia, quae p. h. pr. fiunt, prov.] Vitiosa etiam hic distinctio tam in Aldina, quam aliis Edd. incommodum sensum facit. Ita enim omnino interpungenda haec, *huius opera*, (hoc est, operatione) *omnia quae per hominem*, etc. Vulc. Pro *fiunt* Bened. Voss. sec. *sunt.*

Neque animae ipsius] Voss. sec. *ne ipsius animae.*

Momentis] Forte, *monumentis* nam Aristot. ἀόρατος οὖσα, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὁρᾶται. Colv. *momentis ab ea gestarum*] Vet. cod. legit *gestorum:* forte legendum, *momentis rerum ab ea gestarum.* hoc est, pondere, magnitudine atque excellentia; eleganti metaphora a rebus quae ad libram appenduntur pondereque aestimantur. Momentum enim est ῥοπὴ, sive incrementum in libra. Quod vero Colvius pro *momentis*, emendare conatur, *monumentis*, frustra est. Vulc. *mom. ab ea gestarum rerum*] Sic membranae Flor. quod etiam in mentem venit Vulcanio. In vulgatis est, *momentis ab ea gestarum*, male. Elmenh. *Momentum* saepe notat pondus et qualitatem rei. V. ad Flor. II, 15. *Mom. rerum ab ea gestarum* ediderat iam Wow. et Elmenhorstium ac membranas Florent. secuti sunt Scriv. Flor. Bened. etiam *ab ea rerum gestarum.* Vulc. Voss. sec. *gestarum* tantum, et Edd. vett. *gestorum.*

Ingenio] Voss. sec. *ingenium.*

Usus frugum] Ita Elm. et seqq. e Florent. Ante *ususque.*

Commoditas vitae] Vet. cod. *commoditates:* quo fit ut et id quod praecedit, *proventus*, etiam pluraliter existimem accipiendum. illud vero, *artificum solertia* glossema esse τοῦ *proventus artium.* vel alioqui τὸ *solertia*, ablativo casu legendum esse, et citra notam distinctionis. Vulc. Mihi id non opus videtur. *Commoditates* malui sine copula cum MSS. O. et Edd. ante Elmenh. qui cum seqq. hic *que* addit. Videtur tamen ita in Florent. esse. Edd. ante Vulcan. *commoditas.*

Quae ad mansuefaciendos hom. sunt inventae] Ita MSS. O. vel *inventae sunt.* Edd. Vic. Ven. *inventaeque sunt.*

Qui nunc populorum non otiosis conventibus freq.] Vet. cod. *q. n. p. otiosis* etc. expuncto τῷ *non.* Ego putarim legendum *negotiosis conventibus*, ut significentur ἔνδημοι πράξεις. Vulc. Censuerim legendum, *nunc asp. bellorum inquietantur, nunc pac. mitig. quiete*, etc. Proprie vero atque eleganter, Exasperatos bellis animos, pace mitigari ait, ita Virgilius, *Aspera tum positis mitescent secula bellis.* Idem. Omnes fere Edd. *non ociosis.* Scriptus: *negociosis.* Aliquot Edd. antiquae: *populorum accitis convent.* unde fortasse rescribendum: *populorum exitiosis conv.* Sed totus locus mutilus. Sententia haec videtur: civilia instituta et mores, qui nunc populorum negociosis conventibus frequentantur, nunc asperitate bellorum efferantur, et rursus quiete mitigantur. Wower. Bas. *populorum non o. c. f.* Aldus et Rom. *p. accitis c. f.* Wower. *populorum exitiosis c. f.* Vulcanius, *p. negotiosis c. inquietantur.* Distingue, *qui nunc populorum o. c. inquietantur asperitate bellorum, et paca-*

tis

quentantur; et, asperitate bellorum pacata, mitigantur quiete? Nisi forte tam iniustus rerum aestimator potest esse, qui haec eadem de Deo neget, quem videat esse viribus exsuperantissimum, augustissima specie, immortalis aevi, genitorem virtutum, ipsamque virtutem. Unde nihil mirum est, si mortales oculi eius non capiunt aspectum, quando divinorum operum vestigiis sit perspicuus atque manifestus. Ceterum ea, quae vel coelo accidere oculis advertimus, et in terra
746. fieri et in aqua; etiam illa fieri a Deo credenda sunt, cuius tutela mundi huius

ta. Elmenh. Paraphrastice exponit Aristotelica *εὔδημοι πράξεις, ὑπερόριος πόλεμος, εἰρήνη.* Sed quomodo haec legenda sunt? Primo offendit τὸ *otiosis*, quod habent MSS. O. nisi quod Wow. dicat in uno esse *negotiosis*, ut edidit ipse et coniecit Vulc. Sed Edd. ante Iunt. poster. dant *accitis.* at ipsa cum Edd. seqq. usque ad Vulc. habet *non otiosis.* Dein *asperitates b. pacata* est in solo Florent. et Edd. Ald. Elm. Flor. Reliqui MSS. et Edd. praebent *asperitate b. et pacata;* excepto tamen, quod Iunt. post. Wow. et Scriv. etiam careant *et.* Vulcanius de coniectura addidit *inquietantur*, unde temere aliam lectionem finxit Elm. Peius etiam Lipsius coniecit *Quid? nunc pop. non otiosis conv. frequentamur, asperitate b. et p. mitigamur q.* Recte quidem Vulc. et Elm. viderunt, deësse hic verbum, quod contrarium sit τῷ *mitigantur.* Sed non hoc est *inquietari.* Lege potius *Qui n. populorum otiosis conventibus frequentantur, efferantur asperitate bellorum, et pacata mitigantur quiete.* Sic videmus, recte *otiosos conventus* dici posse, qui sunt in pace et otio; quamquam non displicet ex Aristotele et MS. si Wowerio fides, τὸ *negotiosis. Mores, animos efferari* frequens est. Adposite Livius L. I. c. 19. *Quippe efferatos militia animos*, mitigandum *ferocem populum armorum desuetudine ratus.* Sept. de B. Tr. I, 14. *Et effera morum inpatientia.* Opposuit *efferari* et *sedari* auctor L. VI. Met. Imout hic L. IX. opponit *nullis precibus* mitigari *militem, magisque in suam perniciem advertit* efferari. Adfinitas litterarum in *frequentantur, efferantur*, exclusit alterum. [Transponendo *et* aliquis efficitur sensus. Temporibus Appuleii summa pax erat. Huc respexit auctor. Recte itaque *otiosis.* Dein si non vera, certe veri simillima est coniectura Clar. Lennepii: *asperitatibus bellorum pacata mitigatis quiete.* — I. B.]

Nisi forte iniustus] Vet. cod. *iam iniustus.* lege, *tam iniustus*, etc. Vulc. Codd. O. mei *tam.*

Viribus exsuperantissimum] Vulgo, *v. exsuperantissimis.* Elmenh. Bened. *omnibus.* Idem et Voss. Vulc. eiusque ac Wow. Scriv. Edd. *exsuperantissimis*, non vero ita est vulgo, ut putabat Elm.

Augustissima sp.] Edd. ante Ald. *augustissimum.*

Imm. aevi genitorem, virtutum ipsam v.] Vitiose haec in omnibus Edd. distincta leguntur: dubium enim esse non potest, quin hoc pacto sint legenda: *immortalis aevi*, id est, *ζωῇ δ' ἀθανάτου, genitorem virtutum, ipsamque virtutem.* quibus verbis illud Aristotelis *ἀρετῇ δὲ κρατίστου* eleganter suo more amplificavit Apul. Vulc. Optime. Habent *ipsamque* MSS. O. Absunt autem 3 posteriores voces Edd. ante Ald.

Eius non capiunt adspectum] Ita Florent. Vulc. Bened. codd. In Edd. ante Vulcan. *n. c. adspectum eius.* Wow. *n. c. eius adsp.* et sic Voss.

Vestigiis] Carent Edd. ante Ald.

Manifestus] Additur in Aldina prave *est:* unde patet ea, quae hic poni debuerant, in eius editione vitiose supra esse excusa.

Ceterum etc. usque ad potestate] Desunt in Edd. vett. ante Ald. in cuius editione usque ad *cura est*, ut diximus, supra inserta sunt. Reliqua a *de quo* usque ad *potestate* etiam in eius Ed. non inveniuntur. Primus Philomathes in Ed. Iunt. post. exhibuit.

Accidere] Exsulat ab Ed. Ald.

Advertimus] Flor. *avertimus*, male. Elmenh. item Voss. sec.

Ut aerem fieri ex aqua] Iterum desunt in Rom. et Aldo versus 13. Elmenh. Restitue meo periculo, *et in aëre fieri, et in aqua.* Aristoteles hic *τὰ γὰρ πάθη, καὶ τὰ δι' ἀέρος ἅπαντα, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ τὰ ἐν ὕδατι, θεοῦ λέγοιτ' ἂν ὄντως ἔργα εἶναι.* ubi de generatione aëris ex aqua ne verbum quidem. Florid. Inepte sane Iunt. post. etc. item Colv. Vulc. Wow. edidere *ut aërem fieri ex aqua.* MSS. O. cum Edd. Elm. Scriv. *et aërem fieri ex aqua.* Ald. *et aërem ficti ex aqua.* At legendum *et in terra f. et aqua:* nam *vel coelo* iam praecessit, et hoc respondet Aristotelicis *πάθη τὰ δ' ἀέρος* et sequuntur *τὰ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἐν ὕδατι.*

Etiam illa fieri a Deo credenda sunt] Sic edidere e MS. Florentino Elm. Scriv. Flor. cum a Iunt. post. et seqq. exhibitum sit *Dei etiam illa cred. sunt:* quomodo habent MSS. Bened. Vulc. Voss. *etiam illa fieri cred.* Ald. Aristot. *θεοῦ λέγοιτ' ἂν ὄντως ἔργα εἶναι.*

Cuius tutela mundi huius et cura est] Voss.

ſus et cura est. de quo Empedocles prudenter his verbis sensit:

> Πάνθ' ὅσατ' ἦν, ὅσατ' ἐστὶν, ἠδ' ὅσσα τε ἔσται ὀπίσσω
> Δένδρεά τ' ἐβλάστησε καὶ ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες,
> Θῆρες τ', οἰωνοί τε, καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς.

Phidian illum, quem fictorem probum fuisse tradit memoria, vidi ipse in clypeo Minervae, quae arcibus Atheniensibus praesidet, oris sui similitudinem colligasse; ita, ut si quis olim artificis voluisset exinde imaginem separare, soluta compage, simulacri totius incolumitas interiret. Ad hoc instar mundi salutem tuetur Deus, aptam et revinctam sui numinis potestate. Huius locum quaerimus,

Voss. pr. *quin ni de verum cui t.* etc. Voss. sec. *quinni de verum eius cui t.* Bened. *quinni di verum eius t. mundi est. Hui.* etc. An legendum *Dei etiam illa cred. sunt; quidni? Dei verum eius, cui tutela m.* etc.? *Quidni* ita saepe interserit App. Vide ad Met. L. XI. p. 810, b.

De quo Empedocles] Vide Aristotelem Physic. L. II. c. 4. Elmenh.

Πάνθ' ὅσατ' ἦν] Sic etiam hic versus primus est apud Aristotelem: quem idem Metaphysic. L. II. c. 4. paullo aliter citat, adque materiam qua de agit accommodat. Colv. ὅσα τ' ἦν desunt Voss. séc. Edd. Iunt. post. Bas.

Δένδρεα τ' ἐβλάστησε] Minus bene Vulc. Ed. sec. δένδρα τ' ἐβλάστησεν.

Ὑδατοθρέμμονες] Edd. Vulc. sec. tert. Wow. per τ. MS. Voss. etiam habet ρ pro θ. Ceterum vertit hos versus Vulc. Ed. pr. hoc modo: *Quae fuerant, quae sunt, et quae ventura trahuntur Omnia produxit; stirpes, hominesque ferasque, Et volucres, et qui pascuntur in aequore pisces.*

Phidiam illum probum etc.] Tzetzes Chiliad. 8. hist. 192. Pausanias lib. 7. Arnobius L. VI. adv. gentes. Elmenh. Recte Voss. uterque *Phidian.*

Quem fictorem probum] Sic MS. Bened. cum Edd. Wow. Scriv. Flor. Dederat e Codice suo Vulc. *probum quem fictorem*: ut videtur esse etiam in Florent. cum Ed. Elmenh. In Voss. scribitur *q̃m fictorum probum*: ut sit dictum ac *nigrae lanarum*. Vide Voss. de Constr. c. 10. et Burm. ad Quinctil. L. I. Inst. Or. c. 4. *necessariae literarum*. In Edd. prioribus *quoniam*.

Vide] Sic habent MSS. O. cum Edd. Iunt. post. Vulc. et Elm. Reliquae Edd. *vidi*, et forsan rectius ut p. 729. Vidi *et ipse apud Hierapolin.*

Oris similitudinem] *Oris sui similitudinem* τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι. Colv. Vet. cod. legit *oris sub.* at legendum omnino *oris sui* etc. hoc est, vultus sive faciei suae imaginem. Vulc. Leid. *oris subsimilitudinem.* Vera lectio: *oris sui similitudinem.* Cicero Tusc. Quaest. I. *Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervae, cum inscribere non liceret.* Elmenh. Recte *oris sui sim.* rescripsit Elm. cum seqq. Bened. *oris multitudine.* Reliqui MSS. et Edd. carent τῷ *sui.*

Si quis olim artificum vol. ex. imag.] Vet. cod. legit, *artificis*, et quidem rectissime. Phidiae scilicet artificis, vel significis, velut Appul. eum vocat, *fictoris* imaginem. Vulc. Elm. et seqq. edidere *artificis.* Reliqui *artificum.* sed Aristot. modo εἴ τις βούλοιτο.

Simulac totius] *Simulac* hoc loco nova significatione usurpare videtur Appul. pro, *pariter etiam.* Vulc. Vulgati inepte *simulac totius.* Elmenh. MSS. O. et Edd. vett. cum Elmenh. etc. *simulacri.* In Colvii Ed. sine dubio typothetarum culpa prius *simulac* editum, quod miror retentum a Vulc. et Wow. sine sensu, quem dare frustra vult Vulc.

Apta et revincta numinis sui potestate] Alludit omnino Appul. his verbis ad illud Aristotelis, quo dixit Phidiam τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι, hoc est oris sui similitudinem colligasse clypeo Minervae. Persistens itaque in hac Aristotelis comparatione, dicit, Deum tueri salutem mundi *apta* (malim *arcta*) *et revincta* hoc est colligata numinis sui potestate. Vet. cod. legit, *aptam et revictam numinis sui potestatem.* minus meo iudicio recte. non tamen male etiam hoc pacto legere possimus, *aptam et revinctam numinis sui potestate.* Vulc. et hanc Vulcanii coniecturam bene reposuere Scriv. Flor. In MSS. et Edd. ceteris est *apta et revincta*, unde forsan rectius *apti et revincti* sc. mundi, reponeremus. Non vero recte idem Vulc. malebat *arcta.* Nam *aptus* notat arcte connexus, et ita noster saepissime. Vide Flor. N. 15. *Cithara baltheo celato* apta. Tollius ad hunc locum notat: „ *V. Fest. V. Apex. Catull.* „ *aptis sarcinulis. Ennius: vinclis apta silet* „ *canis. pro eodem* aptatus *dixit Petronius, nisi* „ *quis et ibi* aptus *legere velit: veluti lecto fu-* „ [illegible] *aptatus.*" Pro *numinis* Bened. [illegible].

mus; qui neque finitimus est terrae contagionibus, neque tamen medius in aëre
turbido, verum in mundano fastigio, quem Graeci *οὐρανὸν* recte vocant, ut qui
sit altitudinis finis. etiam iidem illa ratione *ὄλυμπον* nominant; quem ab omni
747. fuscitate ac perturbatione vident liberum. Neque enim caliginem nubium reci-
pit, vel pruinas vel nives sustinet, nec pulsatur ventis, nec imbribus caeditur.
Haec enim nec Olympo, qui est celsitudinis summae, contingere, poëta his
verbis cecinit:

> *Οὔλυμπον δ' ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ*
> *Ἔμμεναι, οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ*

Δεύ-

ET TERRAE CONTAGIONIBUS] Edd. veteres, *cum rerum contag.* Aristotel. *πλὴν οὔτε μέσος ὢν, ἔνθα ἡ γῆ τε καὶ ὁ θολερὸς οὗτος τόπος.* COLV. Vet. cod. ita legit *H. l. q. qui neque fimus est terrae contagionibus.* in qua lectione recte omissa est coniunctio *et*, quae omnino in vulgatis Edd. sensum turbat, sed pro *fimus* legendum omnino censuerim *finitimus.* sensu plano. VULC. MS. *qui neque tamen medius finitimus est terrae contagionibus.* Unde (quod et Vulcanio placere video) suspicer legendum: *qui neque finitimus est terrae contagionibus, neque tamen medius i. a. t.* Sensu claro promptoque. Edita lectio non usque adeo sana est. SCIOPP. *in Symb.* Flor. *neque infimus est.* alii *q. n. confinis est.* Rom. *qui neque infimus est, cum rerum contagionibus, neque in aëre turbido.* ELMENH. Vulcanii coniecturam recepere seqq. et confirmat eam vehementer MS. Fulv. In Edd. ante Ald. legas *qui neque infimus est cum rerum contagionibus.* Ald. et seqq. *qui n. infimus est et terrae cont.* MSS. Florent. Bened. Voss. uterque, Ed. Elm. carent *τῷ qui.* Dein *infimus* iidem habent Codd. *et* carent Florent. Voss. pr. *in* Bened. *est* Voss. sec. Putem locum peius corruptum esse, legendumque *Qui neque infimus est rerum, nec finitimus terrae cont. neque tamen medius:* alii librarii has, alii illas voces omiserunt; sicut *medius* deëst quoque in Edd. ante Ald. Alioquin malim *neque confinis est terrarum cont. Terrae* pro tellure ut supra.

QUEM GR. *τὸν γ' οὐρανὸν*, ID EST CAELUM R. V.] Illud *τὸν γ'* abundat, et quod sequitur, *id est caelum*, merum glossema est. ut neque in MS. codice legitur. Nam id quod statim subiungit Appul. ut qui sit altitudinis finis, explicat etymon vocis *οὐρανὸς*, quod nimirum sit *ὅρος τῶν ἄνω* ex Aristotelis veriloquio. quae quidem etymi explicatio Voci Caeli nequaquam convenit. VULC. Recte Vulc. et seqq. confirmantibus MSS. Florent. Bened. Voss. utroque, Fulv. In Edd. prioribus *τὸν οὐρανὸν id est coelum.* Colv. *τὸν γ'* etc. Bened. *vinum.* Voss. sec. *uranon.*

UT QUI SIT ALT. FINIS] Fulv. *et ut q. s. a. f. pervideatur.* Florent. quoque addit *pervideatur.* Aristot. *ἐτύμως ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄνω.* Forsan *finis, nec pervideatur.* Sic enim passim de coelo summo auctor. Is enim corporis oculis non cernitur, sed mentis acie investigatur. Vide de Deo Socr. et init. huius Lib.

ET IIDEM] Lege cum Florent. Fulv. Voss. utroque *etiam iidem.*

ILLA RATIONE] Sic Fulv. Florent. Bened. Voss. non *ea.* Bened. *rationem.*

RAT. EUM NOMINANT] Mutila oratio. Ductus vero verborum Aristotelis et sententia ipsa evincit legendum esse *eum ὄλυμπον nominant.* cuius etymi rationem explicat Arist. quod sit *ὁλολαμπὴς*, hoc est, omni sui parte nitens; imo vero etiam *ἀειλαμπὴς, ὡς τὰς ἀναθυμιάσεις μὴ προσδεχόμενος*, ut supra diximus. VULC. *eum ὄλυμπον*] Sic Vulc. et seqq. ex Aristotele. sed ultimam vocem non agnoscunt MSS. aut Edd. vett. *Eum* exsulat a Fulv. et Florent. Scilicet pro *eum* scribendum est *ὄλυμπον* cum Lipsio. Pro Graeca voce omissa substituerunt *eum* librarii. Pro *quem* cum eodem etiam malim *quod* i. e. quia.

RECIPIT] Bened. *recepit.*

VEL NIVES] Sic e Florent. Elm. Scriv. Flor. Reliqui MSS. et Edd. *et nives.* In Bened. *et nubes* male.

HAEC ENIM DE OLYMPO Q. E. C. SUMMAE PO.] Vet. cod. *Haec enim nec Olympo qui est celsitudinis summae, contingere poëta* etc. Haec enim quae recensuit effecta *τῶν ἀναθυμιάσεων* Olympo non accidunt, teste Homero VULC. *contingere*] Male haec vox abest a Rom. et Aldino codice. ELMENH. Optime reposuit Vulc. cum seqq. e MS. suo, cui accedunt omnes, nisi quod in Bened. sit *Olymtum* non male pro *eo evadere.* Edd. priores *de Olympo* sine verbo *contingere.*

HIS VERBIS] Ed. Vulc. sec. caret *his.*

Ἕδος] Vitiose *ὅδος* Edd. Vulc. tert. Elm. Flor. V. Odyss. ζ vs. 41. Graecos hos versus primus edidit Iunt. post. et sunt in MSS. aeque

ac

Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἀναδέδρομεν αἴγλη.

Hanc opinionem communis mos et hominum observationes secutae, affirmant, superiora esse Deo tradita. Namque habitus orantium sic est, ut manibus extensis in coelum precemur. Romanus etiam poëta sic sensit:

Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iovem.

Unde illa, quae videntur, suntque omnibus praestantiora, easdem sublimitates regionum tenent, astra coelestia, et mundi lumina. ac merito illis licet ordine perpetuo frui, nec diversis etsi spatiis temporibusve observantissimam legem suorum

ac Aristotele. Latinos habet Vulc. Ed. pr. hoc modo: *Ad firmam illa Deum sedem discessit Olympum, Qui nunquam quatitur ventis, nunquam madet imbre, Urgeturve nive, at late sese explicat aethra Nube carens, nitido semper splendore coruscans.* Sed in Edd. prioribus non hi versus legebantur, sed ex Iliad. K. Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι id est *Sors Iovis aula poli enubis super aethere facta.* qui versus hic quidem in Aristot. sed non in MSS. Appuleii.

Πέπταται] Edd. Iunt. post. Colv. Vulc. sec. tert. Wow. Elm. πέτταται i. e. volat, ut exponit Floridus, cum tamen edat π, quod est a πετάννυμαι panditur, *explicat se* ut bene vertit Vulc.

Ἀναδέδρομεν] Vitiose Wow. ἀνάδρομεν.

Hominum] MS. Vulc. *omnium.*

Habitus orantium sic est, ut man. ext. in coelum precemur] Recte MS. *man. extensis precemur.* Melius quoque fuerit: *habitus orantium hic est.* Sciopp. *in Symb.* τὸ *in* delet liber Fulvii. Horat. *Caelo supinas si tuleris manus.* Elmenh. Sed et *coelum* abest a Fulv. si Scioppio fides. τὸ *in* exsulat a Voss. utroque. Aristot. ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανόν. Mox pro *sensit* Bened. *sentit.*

Sublimen candens] Vulg. *sublime candens*, ut etiam passim apud Ciceronem legitur. Sed secuti sumus correctionem principis eruditorum Ios. Scaligeri, qui ita, ut exprimi curavimus, in veteribus libris esse testatur; et ex Propertio notat: *At nullo teritur dominae sublimine amor*, *qui Restat.* Eleganter igitur Ennius Caelum, sublimen candens vocat, quae dictio a Limine composita. unde et suam notionem accipere debet. Colv. Ios. Scaliger coniectaneis in Varronem, ait in veteribus Appuleii membranis legi *sublimen*, quod vult significare Limen superius, aut superlimen; quod Gloss. vetus vocat ὑπέρθυρον. Meus cod. MS. expresse habet *sublime candens.* Vulc. Ald. et Rom. *Aspice licet sublime tuens.* Scaliger *h. sublimen c.* male. Elmenh. Vere edidere Bas. sec. Lugd. Wow. Vulc. Ed. sec. Elm. etc. *aspice hoc sublime candens.* cum in Ed. Iunt. post. expressum esset *hoc sublime condens.* Edd. priores inepte *A. licet sublime tuens.* Scimus enim, notissimum esse versum Ennii in Thyeste, ut docet Festus. Verum Colv. et Vulc. ed. tert. exhibent *sublimen* ex Scaligeri emendatione, ad Varr. p. 235. qui sic esse in vett. libris ait. Et sane exstat ita in Bened. Est in Vossianis *sub lumine cadens.* At diserte Florent. et Vulc. habent *sublime* ut MSS. O. Festi, Probi, Ciceronis multis locis. Consule Davis. ad L. II. de N. D. c. 2. Immo si *sublimen* hic esset quasi *superius limen* Festus non debuit explicare per τὰ *in altitudinem elatum.* Quid? quod si suspicio Lambini probari posset, non esse hunc Trochaïcum versum, sed Jambicum hoc modo: — *Adspice hoc* | *Sublime candens, quem invocant omnes Iovem*, lege metrica necessario deberet esse *sublime:* quod omnino retinendum. Passim *coeli sublimia* occurrunt.

Invocant] Festus et Probus cum Euripide habent *vocant.* Sed eos e Cicerone et nostro corrige potius; licet saepe coelum ipsum ζεὺς et *Iuppiter* nominetur.

Praestantiora] Edd. ante Ald. *praestantia.*

Easdem] Florent. *eadem.* Ed. Vulc. pr. *eiusdem.*

Illis licet ordine] MSS. Bened. Voss. *il. or. lic.* Edd. aliquot *lic. il. or.*

Diversis ea in spatiis temporibusque obs.] MS. quidam: *diversis et insperatus observ.* Alius vero codex: *diversis spaciis temporum.* quod placet. Sciopp. *in Symb. Diversis spatiis temporum* edidit quoque cum seqq. Elm. auctoritate cod. Florentini. Bened. solum *diversis temporibus.* Voss. sec. *diversis et in spatiis temporibus.* Edd. vett. *div. ea in spatiis temporibusve* usque ad Wower. qui exclusit *in.* Lege potius *nec diversis etsi spatiis temporibusve.*

rum aliquando itinerum mentiuntur. Terrena omnia mutationes et conversiones, postremo interitus habent. Namque immodicis tremoribus terrarum dissiluisse
748. humum, et interceptas urbes cum populis, saepe cognovimus. Audivimus etiam, abruptis imbribus prolutas esse totas regiones. Illas etiam, quae prius fuerint continentes, hospitibus atque advenis fluctibus insulatas; alias, desidia maris, pedestri accessu pervias factas. Quid? qui ventis et procellis civitates eversas esse meminerunt? quid? cum incendia de nubibus emicarunt, cum Orientis regiones Phaethontis ruina, ut quidam putant, conflagratae perierunt? In Occidentis plagis scaturigines ignis quaedam ac proluviones easdem strages dederunt.

Sic

METIUNTUR] Legendum omnino est *mentiuntur* apertissimo sensu; Astra in summa diversitate spatiorum et temporum, nunquam mentiri legem suorum itinerum, hoc est, perpetuo observare unum atque eundem sui cursus tenorem. VULC. Optime, invitis licet MSS. ut quisque facile videt, et ideo a seqq. uno animo recepta est ista Vulcanii emendatio. Bened. *metit.* Sed male Edd. Vulc. Wow. *observatissimam.* Construendum est *legem observantissimam suorum itin.* ut *observantissimus aequi* etc.

MUTATIONES ET CONVERSIONES] Augustinus de Civit. Dei Lib. IV. c. 2. ELMENH. Caret copula Bened.

NAMQUE IMMODICIS etc.] Locus hic totus usque ad, *In quo periculi vertice* etc. citatur B. Augustino L. IV. c. 2. de Civit. Dei e quo meliores aliquot vulgatis lectiones hausimus, quas etiam exprimi iussimus. Sic hic pro *dissiluisse humum*, male Edd. aliae *dissoluisse humum* hactenus habuerunt. COLV. Haec usque ad *occupati* desunt Edd. ante Iunt. poster. etiam ab Aldina; cum tamen agnoscant MSS. O. et Augustinus magnam huius loci partem ex Appuleii libro de Mundo citaverit.

DISSILUISSE] Inepte Edd. ante Colv. *dissolvisse* contra MSS. et Augustin. Passim *dissilire* humus dicitur vel tremore terrae, vel vi aquarum et tempestatum.

AUDIVIMUS] Edd. Vulc. Wow. ex eius cod. *audimus.* male. Mox pro *esse totas* Voss. *t. esse.*

ILLAS ENIM] Legendum omnino, *Illas etiam*, etc. VULC. Recte, consentientibus MSS. et August. Bened. *illa.*

ADVENIS FLUCTIBUS] Eleganter, ex eod August. Vulgo ante, *adversis fluctibus.* COLV. Vet. cod. legit *adversis fluctibus*, minus meo iudicio recte. *Insulatas* vero vertens Appul. quas Aristoteles ait τεθαλαττομένας innuit non mari obrutas, sed a continente abruptas, et mari cinctas. VULC. Eleganter ex Augustino correxit Colv. ut habent MSS. Bened. Florent. *Adveris* Voss.

ALIAS] Malim legere, *insulas desidia maris*, etc. sensu non incommodo, et ad mentem Aristotelis quam proxime accedente. ut nimirum intelligamus continentes insulatas, insulas continenti adiectas. VULC. Frustra, licet *insulas* habeat Ed. Vulc. tert. Sed MSS. O. cum Augustino *alias.*

ACCESSU] Ed. Iunt. post. *accessa.* male. Dicitur pro *accessui.* Vide ad Met. L. I. p. 23. *Ingressu stabulum.*

QUID? QUI VENTIS ET PROCELLIS etc. MEMINERUNT] Voss. sec. *quid? quae v. ac procellis.* Bened. vero *Quid ventis et procellis* etc. *enumeremus.* quod sane multo est elegantius. Suet. Aug. c. 51. *Ne* enumerem, *quot et quos diversarum partium* etc. vide me ib. c. 70. Augustin. tantum *ventis ac procellis eversas esse civit.*

EMICARUNT] Bened. *emicarent* et *Phetontis* pro *Phaetontis*, Voss. *fetontis.*

SCATURIGINES AC PROLUV.] Subaudiendum vel addendum potius, *ignis e terra.* Nam ut in Oriente Φλόγες ἐξ οὐρανοῦ, ita in Occidente Φλόγες ἐκ γῆς has incendiorum strages dederunt. Posterius hoc mirum videri non debet. Nam ut supra dixit Arist. ἐμπεριέχει καὶ πολλὰς ἡ γῆ ἐν αὑτῇ καθάπερ ὕδατος, οὕτω καὶ πνεύματος καὶ πυρὸς πηγάς, hoc est, ut vertit Appul. *Non aquarum modo Tellus in se fontes habet, verum spiritu et igni foecunda est:* [etc.] VULC. Vulcanius ex ingenio addit, *s. q. et pr. ignis e terra*, non male. ELMENH. Agit auctor de igne e terra emanante, cuius progressum saepe exprimunt auctores vocibus, quae propriae sunt aquae; unde *pluere ignes* dicuntur, et *flammae undare.* V. ad Lucan. L. II. vs. 58. Ill. Bouh. ad Petron. de B. Civ. vs 122. Immo statim sequitur *torrentis vice* et *flammarum flumina.* Verum semper tamen additur vox, qua pateat de igne agi. unde merito suspicatus est Vulc. quid deësse, licet MSS. et Augustinus in vulgatis consentiant. Ego simpliciter malim *scaturigines ignis* etc. quae vocula ob praecedentium litterarum viciniam excidere potuit. Eleganter et adposite Herodianus L. I. c. 14. πυρὸς ποθὲν ἐκ τοῦ σεισμοῦ διαῤῥυέντος. ubi male T. Faber διαῤῥαγ.

PER

Sic ex Aetnae verticibus quondam effusis crateribus, per declivia, incendio divino,
torrentis vice, flammarum flumina cucurrerunt. In quo periculi vertice egregium
pietatis meritum fuisse cognovimus. Namque eos, qui principio fragoris territi, 749.
sensum tamen clementiae misericordiaeque retinebant, et grandaevos parentes ereptos
volucri clade suis cervicibus sustinebant; illa flammarum fluenta divino separata
discidio, quasi duo flumina ex uno fonte manantia, locum illum ambire maluerunt
obsidione innocenti, in quo inerant boni bauli, religiosis sarcinis occupati. Postremo, quod est in triremi gubernator, in curru rector, praecentor in choris,
lex in urbe, dux in exercitu, hoc est in mundo Deus; nisi quod ceteris aerumnosum, et multiplex, et curarum innumerabilium videtur esse hoc ipsum, alicuius
officii principem fieri; Deo vero nec tristis, nec onerosa est imperii sui cura.
Namque nobis circumfert et regit cunctas formas naturasque, quas diversis regionibus commovet, ut est lex civitatis semel promulgata, perpetuis observationum
ra-

PER DECLIVIA, INCENDIO DIVINO, TORRENTIS VICE] Sic hic locus ex eodem D. August. restitutus. Vulgabatur, *Divino modo per declivia currentis vice.* Sed etiam iamdudum Canterus noster, *torrentis vice*, legendum coniecit. COLV. Flor. *divino modio.* Basil. *divino modo.* Lego *i. diuturno* vel *diurno*. ELMENH. D. August. L. 4. de Civ. Dei habet *divino.* nihil itaque muto. *Divinum incendium Aetnae* recte dixit. Ut enim Poëtarum figmenta praeteream, de Vulcani et Cyclopum in illo monte fornacibus, aliquid semper divini hisce Naturae prodigiis inesse credidit antiquitas, et horrendas eiusmodi clades plerumque esse θεοπέμπτους. FLORID. Statim rursus *divino separata discidio.* Cur non utrobique emendemus *in odio divino*, sive ex Deorum odio incendio orto? Bened. Voss. *divino modio per declivia* vel *inodio.* Eo ordine etiam Vulc. Quod coniecit Elmenh. ut et Lipsius *incendio diuturno* vel *diurno*, non placet.

TORRENTIS VICE] Sic recte Canter. L. I. Var. Lect. c. 3. cum Colv. et seqq. ex August. et consentiunt membranae Florent. Vulc. In MSS. reliquis et Edd. prioribus inepte *currentis v.*

FLAMM. FLUMINA] Deëst ultima vox in Bened.

Eos etc.] Nota hic rursus Anacoluthon, et vide ad Met. L. IV. p. 242, b. Nisi potius cum Barthio ad Claudian. Epigr. 25. voces *locum illum*, ut glossam expungamus.

ET GRANDAEVOS] Bened. caret copula.

EREPTOS VOLUCRI CLADE] Num *lubrica clade?* COLV. frustra, et minus bene. *Clades volucris* dicitur incendium Aetnae, quod celerrime proruit et accedit, ut proxima quaeque corripiat. Sic *volucre coeli curriculum* in principio huius lib. et in f. *volucer currus.* ut omne, quidquid celeriter agitur, *volucre* vocatur. Adi Sanct. in Min. L. IV. c. 2. Burm. ad Phaedr. F. 5. vs. 8. Heins. ad Ovid. L. II. Art. 45. et V. Met. 301. Broukhus. ad Tib. IV, 1, 209. Ceterum de hoc Catanaeorum fratrum facto V. Cluver. in Sic. p. 121. et Nummos Paretae.

DIVINO SEPARATA DISSIDIO] Vet. cod. MS. legit *discidio*, et quidem rectissime, a verbo *Discindo.* Nam hoc optime respondet illi quod Aristoteles dicit ὁ τοῦ πυρὸς ποταμὸς ἐξεσχίσθη, quod et Budaeus eadem ratione vertit, *flumen ipsum ita se scidit.* VULC. Vulgo *dissidio*, male. ELMENH. Ante Vulcan. *discidio* iam ediderat Iunt. post. ut est recte in MSS. O. et Edd. seqq. Male *dissidio* Edd. Bas. sec. Lugd Colv. Vide ad Met. L. X. p. 735, a. *Catervae* discidium.

INERANT BON. BAI.] Malim, *in quo erant bon. ba.* Adi Aristotelem. COLV. Non displicet emendatio Colvii, qui legit, *in hoc erant*, scilicet, ambitu flammarum. VULC. Colvius, *in quo erant b. b.* Quod non displicet. ELMENH. Et ego malim cum Colvio *in quo* (*non in hoc*, ut ait Vulc.) *inerant.* Barth. l. supra cit. coniecit *erucrant* pro *eruperant.*

DUX IN URBE, DUX IN EX.] Scribendum, *lex in ur. d. i. e.* ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δὲ ἡγεμών. Aristoteles. COLV. Ita et MS. cod. qui sub finem multum a priori integritate discedit. Legendum enim omnino ex Aristotele, *Lex in urbe.* et quae sequuntur hoc ipsum satis declarant: *ut est Lex civitatis semel promulgata.* VULC. Uti Colv. Lips. Vulc. ex Aristotele, et communi sensu emendarunt, exstat in Florent. et suprascriptum est in Bened. Ceteri MSS. et Edd. priores *dux.*

AERUMNOSUM] MS. unus pro *aerumnosum*, habet, *criminosum:* alter: *curiosum.* SCIOPP. *in Symb.* Fulvii libri, *Criminosum*, vel, *curiosum*, male. In Aristotele est, καματηρόν. ELMENH.

FORMAS NATURA, QUAS DIVERSIS REG. COMMOVENS] Sententia haeret inperfecta, quo fit ut te-

rationibus fixa, ipsa quidem immutabilis, at eius arbitrio parentium mentes agitantur, nutuque eius et dominatione flectuntur: et scitis eius magistratus tribunalia,
750. principia milites frequentabunt, recuperatores iudiciis praesidebunt: decuriones, et quibus est ius dicendae sententiae, ad consessum publicum commeabunt: et alius ad Minutiam frumentatum venit: et aliis in iudiciis dies dicitur: reus purgan-

tale aliquid adiiciendum putem, *ipsa manet immota.* ut respondeat illi quod dixit Arist. ἐν ἀκινήτῳ γὰρ ἱδρυμένος. Vulc. *in Ed. A.* 1594. Lego, *quasi diversis.* Vulcan. *commovet ipsa manens immota.* Bene. Elmenh. Non bene cohaeret hic locus. Reponit Vulcanius, *quas diversis regionibus commovet ipsa manens immota: ut est lex* etc. quod melius quadrat. Secutus sum Vulcanii emendationem in interpretatione. Florid. Hiulca oratio, quare Lipsius coniecit *naturasque.* Wow. cum Vulcanio edidit *commovet.* MSS. Vulc. Bened. Voss. *natura formas.* Non displicet mihi Lipsii coniectura. Haud agitur de Natura, sed de Deo regente naturas. Arist. ἐν ἀκινήτῳ δὲ ἱδρυμένος πάντα κινεῖ καὶ περιάγει, ὅπου βούλεται καὶ ὅπως ἐν διαφόροις τε ἰδέαις καὶ φύσεσιν. p. 751. *vis per* naturas omnium speciesque *et genera digesta.* V. et ad de Deo Socr. p. 668. Ed. Flor. Seneca L. IV. de Benef. *auctorem rerum et* naturarum. quod male mutat Acidal. ad Velleii finem. [Ingeniose coniecit Clar. Lennep. legendum *Nam quietus nobis circumfert* vel *Namque immotus ipse circumfert.* Praeclaro sensu. Tale quid requiri etiam Vulc. et Elm. viderunt. In textum tamen admittere id non ausim. I. B.]

Ac eius arbitrio] Lege *at eius arb.* Vulc. Edd. ante Vulcan. *ac*, male et contra MSS. Dein *parens* Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *parentum* MSS. Florent. Vulc. Edd. Ald. etc. Colv. Vulc. pr. sec. Wow. sed *parentium* dant bene Bened. Voss. cum Edd. seqq. sive subiectorum. Vide ad L. I. de Dogm. Plat. sub f.

Et ut in scitis eius] Emendo, *et ut ex scitis eius*, hoc est, ex eius iussu et placitis. Florid. Quod in Ed. quadam invenisse videtur Floridus, *et ut in scitis eius*, unde habeat nescio. Sed *et scitis eius* bene habent MSS. Bened. Voss. Vulc. cum Edd. ante Elmenh. Sed MSS. Fulv. Florent. *et ut scitis* i. e. quasi, vel sicuti legis placitis. Verum istud *ut* satis abundat.

Principia milites frequentabunt] In quibus iis ab Imperatore, aut Tribuno ius reddebatur. Quintilianus Declamat. cui titulus Miles Marianus: *Sed neque hoc Roma parens, nec signa militaria, aquilaeque victrices, nec tua, summe Imperator, divina virtus sinat, ut tua quoque sententia quisquam vir et Romanus et miles nimium pudicus sit, apud quem ante principia agendum est.* Latius etiam de hoc, si bene memini, Lipsius noster ad Annales Taciti scripsit. Colv. Vide Lipsium ad L. I. Hist. Taciti p. 15. et Indicem nostrum. Elmenh. Bened. *principes*, male. Notissimum est, quae sint *principia* in exercitu.

Recuperatores] Bened. *imperatores.* De iudicibus privatarum rerum qui *recuperatores* dicti, vide Lipsium ad Taciti Ann. L. I. c. 74. Torrent. ad Suet. Ner. c. 17.

Decuriones et quibus est i.] Sic recte MSS. et Edd. ante Vulc. Ed. sec. in quam et seqq. inrepsit prave *etiam.* Distinguit auctor cum Aristotele *Decuriones* ab aliis, sive senatoribus, sive quibuscunque ius esset dicendae sententiae, praesertim in municipiis: ubi proprie erant Decuriones Aristot. vocat βουλευτὰς καὶ ἐκκλησιαστάς. Et sic L. X. Met. p. 690.

Ad consensum publ.] Lego, *ad consessum publ.* Aristot. βουλευταὶ δὲ καὶ ἐκκλησιασταὶ εἰς συνέδρια τὰ προσήκοντα. Colv. Ita et MS. cod. Legendum vero est omnino ex Aristotele *consessum*, quod respondet τῷ, εἰς συνέδρια. Vulc. Recte Vulcanius. alii *consensum p.* male. Aristot. εἰς συνεδρίαν. Elmenh. MSS. et Edd. vett. *consensum*, male.

Et alius] Abest copula a Bened. Bene.

Ad Minutiam frumentatum] Quod Aristoteles ex Atheniensium moribus: καὶ ὁ μὲν τις εἰς τὸ πρυτανεῖον βαδίζει σιτησόμενος. De Minutia frumentaria monuerunt dudum viri docti. Colv. Inscriptio antiqua: procurator minutiae proc. alimentorum per traspadum. Histriam, etc. Vide Lampridium in Antonino pag. 128. Lipsium Elect. L. I. c. 8. Elmenh. [Nihil monuit Oud. Verum d'Orleans ad Tacit. Ann. L. III. p. 405. legendum putat vel *ad Minutium* vel *ad Numiciam*, ut intelligat vel Minutium Augurinum praefectum annonae, cui statua data est a P. R. quod ad vilitatem summam frumentum redegisset; pro quovis diribitore frumenti; vel *Numiciam viam* de qua Horat. I. Epist. 18, vs. 20. ubi vid. Lamb. Sed et ibi iam e MSS. legitur *Minuti.* ut et apud Cicer. L. IX. ad Att. Ep. 6. *via Minutia* memoratur. Vide praeterea Lipsium ab Elmenh. cit. e quo et Colvii notam suam aliquam conflavit Floridus. — I. B.]

Reus ita purgandi se necessitate etc.] Scri-

gandi se necessitate, insectandi studio accusator venit: ille moriturus ad supplicii locum ducitur: hic ad convivii repotia et vespertinus comessator adventat. Sunt et publicarum epularum apparatus, et lectisternia Deorum, et dies festi, ludi scenici, ludique Circenses. Diis sacrificatur, Geniis ministratur, obitis 751.
libatione profunditur, aliusque alio fungitur munere: parentque ;omnes iussis le-

Scribe: *Reus ita purgandi se necessitate, ut sectandi studio accusator venit. ille moriturus*, etc. Colv. Vidit acumen Lipsii sensum huius loci non constare; atque ita in vere ;ἐξαιρέτοις suis Electis eum in hunc modum emendavit *r. i. p. s. n. ut sectandi studio accusator venit. Ille moriturus ad supplicium ducitur*, etc. Cod. meus MS. legit *reus purgandi se*, etc. neque agnoscit τὸ *ita*, quod in vulgatis exemplaribus Apuleianis legitur; et omnino, meo quidem iudicio, παρέλκει, quemadmodum etiam τὸ *ut*, illi respondens. quod ego corruptum esse crediderim ab *in*, et coniungendum cum τὸ *sectandi*. ut hoc pacto legamus: *reus purgandi se necessitate, insectandi studio accusator venit.* Et certe ipse loquendi modus postulat ut legamus, *insectandi studio*, non vero, *sectandi*. Neque enim tam accusator in iudicium venit, sectandi rei, quam insectandi causa. διώκειν enim est Insectari et Accusare. ut Demost. διώκω γραφήν: et Isocrates Διώκω σε ἱεροσυλίας. Unde et διώκων Actorem, διωκόμενος sive Φεύγων Reum significat. Neque vero incommode etiam legi posse censuerim, *Reus it purgandi se nec.* etc. Vulc. MS. *reus ita purgandi s. n. ut sectandi studio a. v.* Id quod Colvius quoque opportune monuit. Sciopp. *in Symb.* Vulgo ut et ante Vulcan. editur *reus ita*, et sic MS. Fulv. Sed bene abest τὸ *ita* a MSS. Florent. Vulc. Bened. Voss. et Edd. Vulc. Wow. Dein *ut sectandi* Edd. vett. cum MS. Fulv. Optime vero emendavit Vulc. *insectandi*: atque ita MSS. Florent. Vulc. Bened. Voss. et Ed. Vulc. tert. Aliae minus bene *ut insectandi.* Nihil opus est istis fulcris *ita ut*, quae nata sunt, cum *insectandi* fuerat corruptum. *Insectari* reum proprie dicitur accusator. Dein reliqua sunt e correctione Lipsii ac Colvii, quam confirmant MSS. Fulv. Florent. Bened. Vulgo erat *accusatur. Venit.*

Hic ad convivii repotia et vespertinus comissator adv.] Laudat paullo aliter Ios. Scaliger ad V. Manil. sic: *Hic ad convivium, et repotia vespertinus comes satur adv.* Colv. Ego nihil mutaverim. Expunxerim tantum e textu particulam *et*, legerimque *hic ad convivii repotia vespertinus comessator adventat*; ut sit sensus, hunc, qui pridie vesperi laute epulatus fuerit et comessatus, mane redire ad repetitionem convivii, dictum *repotia a repotando.* Florid. MS. Bened. *ad convivium et repotia*, ut citat Scal. Sed in Apol. *repotia coenae.* V. Heins. Advers. L. IV. c. 7. Voss. sec. *convivii crepotia.* Dein *et vespertinus* habent MSS. et Edd. praeter Scalig. d. l. Wower. ac Florid. quod praefero, nisi malis *etiam.* Tum Edd. vett. *comissator*. Sed aliter MSS. ut reposuit Elm. De *Repotiis* vide Vulcan. ad h. l. in Ed. pr. et Iuret. ad Symmach. L. VII. c. 19. *Post* repotia.

Et dies festi] Seneca L. I. de Tranq. vitae: *Legum conditores festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publice cogerentur, tamquam necessarium laboribus interponentes temperamentum.* Per hos dies festos publice passim agebantur Epulae, agebantur Ludi. Livius L. XXIV. *Per lasciviam ac iocum ita ludibundi Beneventum rediere; ut ab epulis per celebrem festumque diem actis, non ex acie reverti viderentur.* et L. XXXIX. *Non est res qua erubescam pater, si die festo inter aequales largiore vino sum usus.* Polybius apud Suidam: Μαξων δ' ἐξ αὐτομόλου διασαφήσαντος ὅτι ἑορτὴν ἄγουσι πάνδημον, καὶ τοῖς σιτίοις λιτοῖς χρῶνται διὰ τὴν σπάνιν, τῷ δὲ οἴνῳ δαψιλεῖ, ἐπολιόρκει. In hos saepius invecti veteres patres. D. Augustinus L. de Pastoribus: *Et festa ista, quae celebrantur per universas civitates in laetitia convivantium, et publicis mensis se ipsos, ut putant, iucundantium, revera magis prudentium, ite, celebrate.* B. Ambrosius Epist. Lib. IV. *Vides quemadmodum convivia gentiles adornent, festa adnuntient; sed ea piis mentibus infestiora sunt: quia iis plerique decipiuntur, dulcibus inescantur epulis, capiuntur saltantium choris.* Hinc intelligendus Scaevola, dum scribit, certum pondus argenti festorum dierum nomine praestari cuiquam solere. L. XIX. in fi. D. de Annu. legat. nam ad sumptus Ludorum, Epularumque omnino eum respexisse, verisimile est. Sed et eo fortassis etiam pertinet locus Modestini: *Annuam pecuniam ad ludos civitati reliquit, quibus praesidere heredes voluit.* L. VI. tit. eod. Et hinc etiam clarum, quid apud Ulpianum esse possit, alibi *Festos dies celebrare.* L. XXVII. D. ad Municipal. Sed haec fortassis notari commodius alibi poterant. Colv.

Libatione profunditur] Malim legere. *libat. perfunditur.* Colv. *alius lib. prof.*] MS. cod. meus legit, *obiis libatione prof.* Aristot. καὶ χοαὶ κεκμηκότων. Κεκμηκότες sive καμόντες vocantur κατ' εὐφημισμὸν, οἱ τεθνηκότες, quod

legum et communis imperii. Videasque illam civitatem pariter spirantem Panchaeis odoribus, et graveolentibus coenis: resonantem hymnis et carminibus et canticis, eandem etiam lamentis et ploratibus eiulantem. Ad hunc modum res agi et in mundo aestimemus. Lex illa vergens ad aequitatis tenorem sit Deus, nul-

quod nimirum *θάνατος* sit *λυσιμελής*. Graecis etiam vocantur eadem ratione *οἰχόμενοι* et *ἐποιχόμενοι, οἱ θανόντες. οἴχεσθαι* enim significat *τὸ ἀπελθεῖν καὶ θανεῖν, καὶ ἀφανίζεσθαι.* Unde et Lat. *decedere* et *obire* pro mori, et *obitus* pro morte, perquam usitate. Videtur itaque Appul. ad imitationem Graecorum *obios* vocare *τοὺς οἰχομένους*: Quod quidem vocabulum, ut est Latinis auribus insolens, ita ego huic meae coniecturae aequos opto Lectores. Erunt fortasse qui pro *obiis* legendum putent *obbis*, atque eo vasis genere mortuis libationem profundi solere censeant. sed frustra. Nam si ita legamus, nullum erit vocabulum quod respondeat *τῷ, κεκμηκότων.* Quo fit ut omnino ita legendum existimem: *obiis libatio profunditur.* VULC. tametsi fortasse rectius *Obitis.* qua voce utitur etiam Appul. Lib. de Philosophia, p. 54. lin. 28. *Sed neque obiti causa lamentationes suscipiendae sunt.* IDEM *in Ed. A.* 1594. *Obiis*] Ita MSS. Leid. et Flor. in vulgatis, *obitis.* ELMENH. Sic Elmenhorstius legit, interpretaturque *obiis*, *mortuis.* Alii eodem sensu legunt *obitis.* Quidquid sit, vocabulum hoc Appuleio peculiare est, nec apud alium quemquam auctorem memini me legisse. Colvius habet, *alius libatione profunditur*, quod etiam immutandum censet, legendumque *perfunditur*, pro *profunditur.* At certe non est haec Appuleii mens. De mortuis omnino intelligendus est locus hic. Exprimit enim haec Aristotelis verba, *καὶ χοαὶ κεκμηκότων*, et sic optime consentit cum veteri more libandi mortuis. FLORID. *Obiis* constans est MSS. lectio, pro qua Edd. ante Vulcan. habent *alius*, ut et Scriv. Hinc Lips. *aliis.* *Obii* vero pro mortuis, qui hic intelliguntur, sive *Divi manes*, poni nusquam credam. Multo minus hic legendum *obbis.* Omnino accedo Vulcanio, Wower. G. I. Vossio de Anal. L. IV. c. 13. legentibus *obitis*, ut habet MS. Bened. nisi excerpta fallunt. Supra p. 736. *Obitorum loco.* Glossae *Obitus τετελεσμένος.* Dein *libatio* Edd. Vulc. tert. Elm. Flor. cum G. I. Vossio, sed contra MSS. O. et Edd. ceteras. Nec enim ipsa libatio profunditur, sed libatione seu in libando effunditur merum. Hinc *vino*, *mero libare* in Metam. et passim. Multo deterius Colvius *alius libatione perf.* Intelligit *χοὰς* et Inferias, quae fiunt mortuis seu Divis Manibus. *Profunditur* ergo impersonaliter, ut *Diis sacrificatur*, *Geniis ministratur*, *obitis libatione profunditur.*

OMNES] Abest Bened.

VIDEASQUE ILLAM CIVIT.] Eleganter expressit versus Graecos, itidem elegantissimos, et ex Aristotele dignos hic etiam adscribi: Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει, Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων. COLV.

PANCHAEIS] Rom. et Ald. male hanc vocem inducunt. ELMENH. imo omnes ante Iunt. post. male. Vide Vulc. h. l. et Heins. ad Ovid. Met. X, 307. Lactant. de Phoenice vs. 81. *odores Quos aut* Pygmaeae gentes, *aut India carpit.* ubi scribe *Panchaeae:* Pygmaei enim licet a quibusdam in India collocentur, nusquam traduntur herbas legere odoriferas.

GRATE OLENTIBUS COENIS] Vet. cod. *graveolentibus*, *βαρυόδμοις.* ita enim potius vocandae coenae, ob carnium assarum nidorem, quam *ἡδύοδμοι.* VULC. Vulgo: *grateolentibus.* Quid si legamus: *graveolentibus scaenis.* Opponit enim Panchaeos odores et unguenta ingrata, ut hymnos et ploratus. WOWER. Aldus, *grate olentibus*, male. ELMENH. MSS. O. cum Vulcan. et seqq. *graveolentibus βαρυόδμοις.* Sil. It. VI, 18. *tractae foeda* gravitate *volucres.* ubi vide. et XIV, 435. *Fax nidore* gravi *foedavit comminus auras.* Sed Aldus etc. dederant *grateolentibus.* Scriv. cum Wower. malunt *graveolentibus scaenis*, sive adparatibus, ut obponantur odores Panchaei et *graveolentes scaenae* (sed quid per eas *scaenas* intelligant, nescio) sicut *hymni* obponuntur *lamentis.* Expressit auctor sensum versuum Sophoclis apud Aristotelem, quos citavit supra Colv.

RESONANTEM] Edd. ante Vulcan. contra MSS. *et res.*

EIULANTEM] Ed. Vic. *eiulentem.* Fulv. *ululantem:* quae verba commutantur quoque L. IV. Met. ululabili *cum plangore.*

ET AD HUNC MODUM, etc.] *τὸ Et παρέλκει.* Lege *Ad hunc modum*, etc. VULC. Delent *et* MSS. Vulc. et Florent. Sed pro *res agi in M.* vere Bened. Vossiani *ad h. m. res agi et in M.* sive, etiam. Aristoteles quoque inserit *καί.*

LEX EADEM VERGENS AD AEQUITATIS TENOREM] Ita emendavi sequutus filum verborum Arist. *νόμος ἰσοκλινής.* Nam in omnibus Edd. corrupte, ut et in V. C. legitur *vel gens*, et *τὸ reducenda* merum est glossema. VULC. Sic recte Scalig. In Aldo, Flor. et Rom. est, *lex illa vel gens*, insulse. ELMENH. *sit*] Addidi *Deus* ex Arist. *ὁ θεὸς*, atque ita plena est sententia. VULC.

lex

nulla indigens correctione mutabili. Quippe sicut mundi universitas regitur, dum speculatur ad omnia rector eius, atque immutabiliter incumbit, spargiturque vis illa seminibus inclusa per naturas omnium speciesque et genera digesta: sic faciles vitium lapsus, et palmarum ardua, persicorum rubor, levitas mali gignitur, et dulcitas fici, et quae infelicia propter infoecunditatem vocamus, tamen utilia sunt alio pacto: Platani, ut ait poeta, umbras potantibus ministrantes, et acuta pinus, et rasiles buxi, et odora laurus, cupressorum odoratius lignum. Tandem omnium animalium agrestium, et cicurum, pinnatarum, 52.
et pedestrium, et aquatilium natura gignitur, nutritur, absumitur, parens coelestibus institutis. *παν γαρ ερπετον την γην νεμεται*, ut Heraclitus ait. Et cum sit

lex illa vergens ad aequitatis tenorem sit Deus. N.] Arist. *νομος μεν γαρ ἡμῖν ἰσοκλινὴς ὁ θεὸς.* Ex quo egregie sic restituit Vulc. et expressit in Ed. tert. non autem Scal. cum ante ineptissime legeretur *lex illa vel gens ad aequit. t. reducenda sit, n.* Cic. L. I. de Nat. D. c. 15. *Legis perpetuae et aeternae vim, quae quasi dux vitae etc. Iovem dicit esse.* In Edd. Vulc. pr. sec. Wow. retentum *reducenda*. Istud *vel gens* habent MSS. O sed *reducenda* agnoscit nullus, et *sit Deus* diserte habent Florent. Voss. uterque Bened. Lipsius adscripserat *vel mens* et in vet. Cod. addi *deus* notarat. Pro *illa* Vulcanii Cod. eo probante, *eadem*. Tum *terrorem* pro *ten.* Bened.

Correctione] Bened. *corruptione*. Voss. *correctio.* corrup e. *διόρθωσιν* Arist.

Quippe sicut mundi] Lego *Q. sic mundi.* Elmenh.

Spargiturque] Bened. *sp. quoque*. Elm. in Erratis legendum monet *spargitur*.

Inclusa] Bened. Voss. *inclausa*.

Vitium] Prave Ed. Vic. *vicium*. Elm. *virium* sed in Erratis correxit.

Pers. robur] Legendum omnino, *rubor*, qui convenit Persicis. Vulc. Bened. *P. bobus*. at Voss. sec. *robus*. quod notandum. Adiective *robum* vett. nominarunt, quod rufum est. Hinc bovem rustici adpellarunt *robum*. V. Festum.

Levitas mali] Legendum ex MS. *Lenitas mali gignitur et dulcitas fici. Lenia* sunt, quae Virgilius *mitia poma* dixit, id est, non acerba aut immatura. Sciopp. *in Symb.* MS. *lenitas mali.* Lenitas, maturitas. Wower. Wow. et Scopp. *lenitas mali.* Lenia poma, *mitia* Virgilio. Elmenh. Velim exemplum. Revocavi potius *levitas*, quod habent MSS. mei O. et Edd. vett. sive *laevitas*. Sic *levia pruna*, *poma* saepe. Ab externis laudat, ut cetera praecedentia. [At *dulcitas fici*, quod sequitur, non ad externa pertinet, et *lenitas mali* bene dicitur, ut *vini lenitas* apud Plin. et passim. *Levitas* tamen sine MStorum auctoritate loco movendum non putavi. — I. B.]

Et dulcitas fici] Ita e Florent. et Fulv. recte Elm. etc. In MSS. reliquis et Edd. Vulc. Wow. tantum *dulcitas fici*. Prave Edd. vett. modo *sic*, quam voculam retinuit Wow.

Platani, ut ait poëta] *Ὡς φησιν ὁ ποιητὴς, τάτε, ἄκαρπα μὲν, ἄλλας δὲ παρεχόμενα χρείας, πλάτανοι καὶ πίτυες, καὶ πύξοι, Κλήθρη τ᾽, αἴγειρός τε, καὶ εὐώδης κυπάρισσος.* Colv. Vide Plin. Nat. Hist. L. XII. c. 1. Virg. L. IV. Georg. Elmenh.

Umbras] Bened. *umbra*.

Et acuta pinus] Haec usque ad *Heraclitus ait* desunt Edd. ante Iunt. post. Copulam *et* adieci e Florent. Voss. Bened.

Et rasiles buxi] Sic iidem MSS. ut et Elm. etc. A prioribus abest *et*.

Et odora l.] Ita Florent. cum Elm. etc. Alii carent *et*.

Tandem] Voss. Florent. Vulc. *tamen*.

Cicurum] Ed. Colv. *sic*. male.

Pennatarum] Repone vel hic *pennatorum*, vel supra *animantium* loco *animalium*. alias soloecissaret Appul. Florid. Stultissime, et miror iam ante Floridum *pennatorum* reposuisse Scriverium. *Animales* enim feminino genere saepe noster adhibuit. ut iam saepius monuimus. V. Ind. Not. Bened. *pumatarum*. Voss. *pinnatarum*. Florent. Edd. Elm. etc. *pennatarum*. dein *pedestrum* Voss.

Et aquatilium] Ita Elm. et seqq. e Florent. A reliquis abest *et*. Wow. *pinn. pedestr. et aquatilium.*

Πᾶν γὰρ ἑρπετὸν] In Leidensi est ΠΑΝΤΑ ΕΤΕΡRETω MOSSARRINA ΜΕΡΗ *esse teros sabγει.* In Floren. a *Manu* ΠΑΝΤΑ ΕΤPRE ΓωMOSSARRINA ΜΕΡΡΗΕSSE ΤΟΝΟSSΑΗΤΤΙ. Quod puto vix Apollinem Delphicum explanare posse, si in lucem rediret ex Orci cancellis. Elmenh. *πᾶν γὰρ ἑρπετὸν τὴν γῆν νέμεται, ut Heraclitus ait*] Sic plane Aristo-

sit unus, pluribus nominibus cietur, propter specierum multitudinem, quarum diversitate fit multiformis. videlicet a iuvando Iuppiter dicitur, *Δία* quem et *Ζῆνα* Graeci, quod vitae nostrae auctor sit, rectissime appellant; Saturnium etiam, filium *κρόνου*, quasi *χρονου*, id est, quendam incoepta ab origine, inter-

toteles. Sed Ed. Iunt. post. *πᾶν τὸ ἑρπ.* quo certe proxime accedere MSS. videntur. Verum illi hic plura et longe alia habent. De Florent. et Vulc. (in quo additur etiam *mensa*) vide Elmenh. Bened. *mensa* ΠΑΝΤΑ ΕΤΕΡουΕΓΟΑ ss ΛΟCCARRINA MePe *ee tonos Sabyti*, *ut H. a.* Voss. sec. *mensa* ΠΑΝΤΑ ΕΤΕΡRΕΤωMOccAR-RINA MePe *ẽe tonos sabyti*, *ut H. a.* Is. Vossius quasi e Codice adscripsit *νοῦς ἅπαντα εὐεργετῶν ὡς ἂν τινα μέρη σώματος ἀϊδίου*, *ut Her. ait*. Ut de Deo intelligatur. Quo facit quod statim sequitur *et cum sit unus*, etiam apud Aristot. Sicut quoque inceperat hanc orationem ab eo *Lex illa sit Deus* etc. Quaerendum, an similia inter Heracliti sint fragmenta.

Unus pluribus nominibus] Bened. *unius plurimis hoĩ nom.* Florent. *plurimis* quoque.

Propter specierum multitudinem] Florent. Voss. Bened. *spec. multitudine.*

Et a iuvando Iup. dicitur, quem Ζῆνα Graeci] Corrupta haec sunt. Edd. ante Vulcan. *a iuvandis suis.* Fulv. *idem a iuvando.* Vulc. *et a iuvando Iupiter deos quem* etc. Florent. *vis id est a iuvando I. dios, quem* etc. Bened. *vis i. adiuvando I. dios, quem* etc. Voss. uterque *vis id est adiuvando I. dios, quem.* Lego igitur *videlicet ab iuvando Iupiter, Δία quem et Ζῆνα* etc. Arist. *καλοῦσι δὲ αὐτὸν καὶ ζῆνα καὶ Δία* etc. *ὡσανεὶ λέγοιμεν, δι' ὃν ζῶμεν.* ut lego cum Is. Vossio. Ut autem obiter hoc observem, patet ex eo loco Aristotelis, quantum erret Vulcanius, cum cap. 2. pro *διὰ θεὸν* i. e. *per deum*, voluit legi *διὰ θεοῦ* quasi alterum non significaret *per* sed semper *propter*. Verum tu, lector, consule omnino Rev. et Doct. Viri, mihique amicissimi et familiaris I. Alberti Observ. in Euang. Ioannis VI, 57. *κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμέ.* et Observ. Misc. Vol. III. p. 99. iisque quae ibi laudantur, adde Long. Past. L. II. p. 36. *διὰ τοῦτον καὶ ποταμοὶ ῥέουσι.* Apollodor. L. II. p. 88. Ed. Gal. *δι' Ἀθηνᾶν ἡ Μέδουσα ἐκαρατομήθη.* ubi vide T. Fabri et ita capiendum L. II. p. 128. nec mutandum cum Fabr. aut Gal. et rursus L. III. p. 196. *τὴν διὰ τῶν ψήφων μαντικήν.* MS. *διὰ τὴν ψῆφον.*

Rectissime appellant] In MS. cod. haec adduntur: *Saturnum etiam κρόνου, quasi χρόνον quendam inceptum ab origine, interminum ad finem Tempus appellant.* quae Arist. ita: *Κρόνου δὲ καὶ χρόνου λέγεται, διήκων ἐξ αἰῶνος ἀτέρμονος εἰς ἕτερον αἰῶνα.* utrobique minus, meo iudicio, recte. Nam et hic malim legere *κρόνιος δὲ καὶ χρόνιος*, quae sunt appellationes Iovis, et illic, *Saturnium etiam, κρόνιον, quasi χρόνιον quendam* etc. *τοῦ κρόνου* nimirum, *ἤ τοι τοῦ χρόνου*, ut ait Photius Patriarcha, *ἕκαστα διακρίναντος, καὶ τῶν γεννηθέντων ἐκ τῆς πρὸς ἄλληλα μίξεως ζωογονοῦντος.* Atqui nominis *κρόνου* etymon Scholiastes in Hesiodi Theogonia deducit *ἀπὸ τοῦ κερᾶν, καὶ κιρνᾶν ἕκαστα τῶν γεννεθλιωμάτων, καὶ μίξαι τὸ θῆλυ τῷ ἄρρενι.* Quod vero in MS. cod. legitur, *inceptum ab origine*, malim legere *ob inceptum* etc. Vulc. Valde haec depravata. Fulvianus Cod. quem sequendum putavi: *Sat. etiam illi κρόνον, quasi χρόνον, quendam inceptum ab origine terminum finem tempusque appellant. Dicitur et Fulgurator.* Lego: *quendam inceptum, ab origine, terminum ob finem.* Iovem nempe et Saturnum appellant, qui Graecis *κρόνος*, quasi *χρόνος*, id est, tempus; quendam inceptum, scilicet ab origine (supra enim omnis essentiae originis caussas Deo tribuit) terminum, ob finem. Wower. Vide Theophylum ad Autolycum L. III. fol. 274. Annotat. ad Arnobium L. III. fol. 76. Elmenh. Haec usque ad *dicitur et* primus edidit e suo cod. Vulcanius, sed corruptissime; quae licet etiam ceteri Codd. agnoscant, sanare mihi non datum est. Videamus tamen an quid adferre possimus. Certe falsissimum est Iovem dictum fuisse *Saturnum* seu *κρόνον* vel *χρόνον.* quod neque dicit Arist. sed *κρόνου* seu *χρόνου* scil. *παῖδα* (vide Lactant. L. I. c. 10 et 12.) quae male tentat Vulc. Forsan hinc etiam noster scripsit *Saturnium etiam, filium* Κρόνου seu Χρόνου.

Quemdam inceptum etc.] MS. *Saturnumque etiam illi κρόνον q. χ. id est, quendam inceptum ab origine, terminum, finem, tempusque appellant. dicitur et fulgurator* etc. Inceptus, us, quarti ordinis more Lucretiano. Sciopp. *in Symb.* Flor. et Fulvii liber, *i. a. o. terminum finem tempusque appellant. dicitur et Fulgurator.* Wower. *quendam i. ab origine terminum ob finem.* Quem vide et Alcinoum cap. 14. Elmenh. Non omni ex parte sanus videtur hic locus. Emendare dum vult Wowerus ab Aristotelis mente recedit. Aristoteles aliter et sensu clariore habet *κρόνου δὲ, καὶ χρόνου λέγεται, διήκων ἐξ αἰῶνος ἀτέρμονος εἰς ἕτερον αἰῶνα. Saturni vero*, seu

terminum ad finem. Dicitur et Fulgurator, et Tonitrualis, et Fulminator, etiam
Imbricitor, et item Serenator. et plures eum Frugiferum vocant, multi Urbis
custodem, alii Hospitalem, Amicalemque; et omnium officiorum nominibus ad-
pellant. Est et Militaris, et Triumphator, et Propagator, et Tropaeophorus; 753.
et multo plura eiusmodi apud haruspices et Romanos veteres invenies. Orpheus
vero, hanc effari potestatem volens, his de eo verbis canit:

Ζεὺς

seu Temporis (filius) *dicitur* (Iupiter) *nimirum ab aevo interminato, ad alterum aevum pertinens.* Ex quo loco hoc saltem infero, vocem *inceptum*, quae est apud Appuleium, sic intelligendam esse, ut particula *in* negativa sit, significetque *non coeptum*. Hoc observato, praefixisque voci *Tempus* duobus punctis, sensum elicui in interpretatione, qualem potui, et prout locus ipse Appuleii tulit. FLORID. MSS. Vulc. Bened. Voss. *quemdam inceptum ab origine, interminum ad finem, Tempus adpellant.* De substantivo *inceptus* 4tae decl. ut capit Sciopp. vide Comm. ad Nepot. Iphicr. c. 2. *retardavit* Inceptus. et hinc Wow. edidit *id est Tempus, quemdam inceptum ab origine, terminum ob finem adpellant.* Veterem lectionem retinuere Elm. et seqq. nisi quod *id est* admiserint post χρόνον. Ego me non expedio, nec capio ita Iovem esse dictum; aut quae vis lateat in voce χρόνου vel *temporis*, ut significet *inceptum*. quia habet *originem*; et *terminum*, quia habet *finem*. Is enim sensus loci tum erit, si Fulv. correctionem admittas. Vide, num legi possit: *rectissime adpellant, Saturnium etiam, filium* κρόνου *quasi* χρόνου *id est quemdam inceptum ab origine, interminum ad finem* vel *origine intermina ad finem. Interminus* usus est auctor pro *interminatus*, sine termino, aliquoties. V. supra p. 708. Nec dubito, quin illud *Tempus adpellant* sit Glossatoris marginalis prava interpretatio, quae in textum irrepserit. sic enim modo Arist. κρόνου δὲ καὶ χρόνου λέγεται, διήκων ἐξ αἰῶνος ἀτέρμονος εἰς ἕτερον αἰῶνα. ἀστραπαῖος etc. [Insuper emenda *incoepta* (i. e. non coepta) *ab origine.* ἐξ αἰῶνος ἀτέρμονος. — I. B.]

DICITUR ET] Ita Florent. Fulv. Edd. Elm. Scriv. Flor. A MSS. et Edd. ceteris absunt.

TONITRUALIS ET FULMINATOR] De his consule Lilium Gyraldum Hist. Deorum Syntag. 1. fol. 73 et seq. ELMENH.

ET IAM IMBRICITOR] Lege, *etiam imbricitor.* COLV. Legendum omnino, *etiam*. VULC. Lege: *etiam*. WOWER. Carent his Edd. ante Ald. *Spiritus austri imbricitor* Ennio L. XVII. Ann.

ET ITEM SERENATOR] Hic contra MSS. Bened. Vulc. Voss. habent Edd. Aldi, Iunt post. etc. Colv. Vulc. *et item dicitur Seren.* Minus bene. Edd. primae *et idem dicitur Seren.*

AMICALEMQUE] Bas. 1. *amicabilemque.* Glossarium vetus: Φιλικὸς, *Amicabilis.* Plautus: *Mihi date operam amicabilem.* Sidonius Apollinaris L. I. Epist. *Qui in cum licet stimulis inimicabilibus excitentur; scamnis tamen amicabilibus deputantur.* B. Augustinus L. XIX. de Civit. Dei: *Interdicat amicabilem societatem, vel interdicat affectum omnium humanarum necessitudinum.* ubi etiam est cum legas, *amicalem.* COLV. Quidam libri *amicabilem*, sed retineo, *amicalem*, id est φιλικὸν. BRANT. Recte: nam omnia loca a Colvio citata, praeter Glossarii, suspecta sunt. Adi Fabri Thes. Hic certe MSS. *amicalem* iubent retineri; nec secus MSS. Serv. ad Aen. VI, 499. *notis vocibus amicalibus.* ubi miror Burmannum scribentem, *amicalis* carere auctoritate, et praeferentem *amicabilibus.* Arist. μειλίχιον, et ita saepe Graeci. Xenoph. Hist. L. VII. p. 425. Anton. Lib. T. 6. MSS. Florent. Bened. Voss. carent copula, quod praefero.

ADPELLANTES. MILITARIS ET TRIUMPHATOR] MS. *Est militaris et triumphator et propagator et tropaeoforos.* SCIOPP. *in Symb.* Scribo ex MS. *appellant. Est militaris, est triumph.* WOWER. atque ita Bened. Voss. Sed aliter Sciopp. Vulcanius e suo cod. ediderat *appellantes. Milit. et Triumph.* Elm. cum seqq. edidit *adpellant. Est et Milit. et Triumph.* Sed Florent. habet *adpellant. Milit. id est Triumph.* Lego *adpellant. Est et Militaris, est et Triumph.* Prave Edd. vett. *adpellantes.* Ceterum illa *militaris* etc. *tropaeophorus* carent Edd. ante Vulcan.

ET PROPAGATOR] Voss. sec. *at pr.* Voss. pr. *est pr.*

ET TROPAEOPHORUS] Sic Florent. Fulv. Edd. Wow. Elm. etc. A ceteris MSS. et Edd. Vulc. deest τὸ *et*. Fulv. *tropaeoforos.* Voss. sec. *tropaeoforus.* Aristot. hic et alii Graeci τροπαιοῦχος. sed respexit App. ad etymon *Iovis Feretrii.*

ET MULTO] Abest copula a Wow. Ed.

INVENIES] MSS. Vulc. Bened. Voss. cum Edd. Vulc. *inveneris.*

ORPHEUS etc.] Orphei versus recitat Eusebius, sed integriores, quam hic extant. Vide eum de praeparat. Euangel. L. III. fol. 61. ELMENH. Inepte Ed. Flor. *Orphaeus.* A Bened. exsulat *effari.*

DE EO] Scil. Iove. Sed Bened. et Voss. *de deo.*

Ζεὺς

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀργικέραυνος,
Ζεὺς κεφαλὴ, Ζεὺς μέσσα· Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς πνοιὴ πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὁρμή,
Ζεὺς πόντου ῥίζα, Ζεὺς ἥλιος, ἠδὲ σελήνη.
Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς ἀρχὸς ἁπάντων, ἀρχιγένεθλος,
Πάντας γὰρ κρύψας αὖτις φάος ἐς πολύγηθες
Ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων.

754. Fatum autem Graeci εἱμαρμένην, a tractu quodam causarum invicem se continentium, volunt dici decretum. idem πεπρωμένην dicunt, quod omnia in hoc statu rerum definita sint, nec sit in hoc mundo aliquid interminatum. idem fatum μοῖραν vocant, quod ex partibus constet. hinc νέμεσιν, quod unicuique adtributio sua sit adscripta. Adrastea, eademque ineffugibilis necessitas ultionis. Sed

Ζεὺς πρῶτος] Apud Euseb. III. προπ. εὐαγ. iidem illi versus leguntur. Latini autem in scripto nullo extant. WOWER. *in Var. Lect.* Versus hos habet et Eusebius de praep. Euang. L. III. Latina versio in MS. nulla est. SCIOPP. *in Symb.*

ὕστατος ἀρχικέραυνος] Voss. ὕστηρος vitiose. Scribe vero ἀργικέραυνος i. e. gaudens albicante fulmine ex Eusebio, et Homero. [Uti ex Proclo editum quoque ab Henr. Stephano in Poësi Philos. sed ἀρχικ. est in MS. Stobaei, ex quo versus hi editi sunt in Obs. Misc. Vol. VII. p. 190. — I. B.]

ἔπλετο] Male Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. ἔμπλετο.

ἀρχιγένεθλος] Sic legendum non ἀρχικέραυνος: frustra enim repeteretur quod iam supra dictum. Euseb. legit, Ζεὺς ἀρχὴ πάντων ἠδὲ τελευτή. *Iupiter principium et finis omnium.* FLORID. MSS. et Edd. praeter Florid. habent ἀρχικέραυνος. Voss. ἀτικέραυνος. Immo ἀρχιγένεθλος est quoque apud Aristot. quin in antiqua versione, quae hic additur in Edd. vett. sed non comparet in MSS., redditur *rei omnis Iupiter ortus.* et Vulc. vertit *princepsque et originis auctor:* cuius versio ab eo inde ceteris Edd. adhaesit. Neutram admisi, ut non Appuleianam: quod et fecit Scriv. Porro forsan et hic ἠδὲ τελευτή foret rectius.

FATUM AUTEM GRAECI εἱμαρμένην] Cicer. L. I. de Divin. et Firmicus Astron. L. I. c. 3. ELMENH. Sic bene Floridus edidit, ut habent MSS. O. In Edd. usque ad Iunt. post. *Fatum quod G.* Iunt. post. et seqq. *fatum autem quod G.* Sed bene uncis inclusere iam τὸ *quod* Elm. et Scriv. Non habet haec vocula verbum, quo referri possit, nec est in MSS.

Εἱμαρμένην TRACTU] Legendum omnino *a tractu*, etc. hoc est a serie et connexione quadam causarum inter se. quam quidem connexionem et cohaerentiam Graeci εἱρμὸν vocant. a qua voce rectius deducit Appul. εἱμαρμένην, quam alii a μερίζω, μερῶ, μέμαρκα, μέμαρμαι. obiecto vero μ, et pleonasmo literae ἰῶτα εἵμαρμαι. VULC. MSS. O. cum Vulcan. et seqq. *a tractu.* In prioribus non est τὸ *a.*

CAUSSARUM INVICEM] Ita Vulc. Ed. tert. Elm. Scriv. Flor. Sed MSS. Vulc. Bened. Voss. et Edd. priores cum Wower. *inv. causs.*

DICI DECRETUM] Suspecta haec mihi pro glossemate. Lipsius inductus superiore *quod*, legebat *dici, decretum id est* πεπρωμένην *dicunt.* pro *dec. idem.* Certe saepe τὸ *id est* in MSS. abiit in *idem.* Florent. πεπρωμένη. Voss. Edd. vett. *pepromenen.*

IDEM FATUM] Boxhorn. ad Suet. Tib. in f. *eidem.* Malim cum Salm. *iidem;* semper enim pro *iidem.*

Μοῖραν] Florent. *meran.* Voss. *moeran.* Statim pro *hinc* Voss. Florent. *hic.*

HINC νέμεσιν] Florent. et Fulvii liber, *hic* ἔννομον. Rom. *Emiomon.* Bisciola L VI. cap. 16. Hor. Subsec. ELMENH. Sic optime ex Aristot. Aldus et seqq. correxere. MS. Fulv. ἔννεμιν, Florent. Vulc. ἔννομον. Voss. sec. *ennomon.* Bened. *enomon.* Edd. primae *Emionon* et *Emiomon.* Sed inquirendum, an νέμεσις a νέμω, etiam aliis dicta sit ἔννομος.

AC PACTI EADEM RERUM etc.] Itane hic plana omnia, ut neminem offendant? At certe fefellit hoc loco turpiter ineptum (quisquis ille fuit) scribam, Graeca vox Latinis literis exarata fortassis (nam in meo Cod. MS. idem quod in vulgatis Edd. monstrum errati exstat) hoc pac-

Sed tria fata ſunt: numerus cum ratione temporis faciens, ſi poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinem temporis referas. Nam quod in fuſo perfectum eſt, praeteriti temporis habet ſpeciem, et quod torquetur in digitis, momenti praeſentis indicat ſpatia, et quod nondum ex colo tractum eſt, ſubactumque cura digitorum, id futuri et conſequentis ſeculi poſteriora videtur oſtendere. Haec illis conditio ex nominum eorundem proprietate contingit. ut ſit Atropos praete- 755.

pacto: ADPACTIA. ubi litera Graeca Rho, P Latinum prae ſe fert; Sigma vero: quod hac fere nota C, veteres notabant, prae ſe fert Latinum C. Legit itaque ille, *ac pacti eadem* pro, *adrastea eadem*. Nam ita omnino legendum eſſe, vel ipſa Ariſtotelis verba evincunt: quo magis miror hoc aliorum ἀγχινοίαν fugiſſe. Ἀδράστειαν vero alii ſynonymon faciunt cum Nemeſi; alii epitheton. Strabo Adraſteam dictam fuiſſe Nemeſin auctor eſt, ab Adraſto qui illi primus fanum dicavit. cui rei probandae adfert [illegible] Antimachi: Ἔστι δέ τις Νέμεσις, μεγάλη θεὸς, ἣ τάδε πάντα πρὸς μακάρων ἔλαχε. βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος Ἄδρηστος, ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο, Ἔνθα τετίμηταί τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται. Alii hunc Adraſtum Antimachi, tanquam auctorem nominis Adraſteae non agnoſcunt. ſed dictam volunt Nemeſin Ἀδράστειαν, διὰ τὸ τῆς θείας δίκης ἀναπόδραστον, ἤτοι ἄφυκτον. quod Appul. optime explicat, definiens Adraſteam, Ineffugibilem neceſſitatem ultionis. μηδὲν γὰρ αὐτὴν ἀποδιδράσκει. VULC. Fulv. liber et Rom. *ac pacti eademque ineffabilis*, male. Proclus in Platonis Theol. L. IV. c. 6. ELMENH. *Adrastea* egregie emendavit Vulc. quod merito omnes ſecuti ſunt; cum antea edebatur ſine ſenſu ut eſt in MSS. Fulv. Voſſ. pr. Vulc. *ac pacti*. Bened. *pacti*. Sed *Adrastea* confirmari videtur a Florentino. Alioquin malim *Adrastia* ſcribere. Nam hoc perinde eſt. Graece enim Ἀδράστεια et Ἀδραστία, ut in multis aliis. *Adrastia* etiam Amm. Marcell. L. XIV. c. 11. ubi V. Lindenbr. Dein pro *eadem rerum*, quod eſt in prioribus Edd. Vulcanius et Wow. exhibent *eadem quasi*; ſed MSS. O. *eademque*, ut recte Elm. et ſeqq. repoſuere, quamvis tacite.

TRIA FATA] Ovid. Metam. L. II. fab. 12. L. VIII. f. 9. triplices deas et ſorores vocat. ELMENH. ſive tres Parcae. Vide ad Lucan. L. VII. vs. 7[illegible]. Markl. ad Stat. Silv. V, 3, [illegible]. Morell. Spec. Rei Num. p. 66. Gronov. ad Gell. III, 16. *Fatis tribus*. I. Spon. Diſſert. de urna Sepulcrali p. 20. etc. Burm. ad Ovid. Triſt. III, 7. Comm. ad Auſon. Gryph. vs. 19. *Tria fata*. Miſc. Lipſ. Nov. Vol. III. p. 1. Diſs. 3. Marm. Ver. p. 1[illegible]. ibique Maff. Salm. ad Solin. p. 788. Phaedr. L. IV. F. 10. Propert. II, 1, 18. Claudian. I. in Ruf. 176. *Stamina fatorum*.

NUMERUS CUM RAT. etc.] Boxhorn. ad Sueton. Tib. in f. legit, *numerus cum ratione temporis faciens si p. earum*. τὸ *temporis* abeſt a Bened.

TORQUETUR IN DIGITIS] Praepoſitio *in* videtur παρέλκειν: Nam quod hic dicit *Torqueri digitis*; id paulo poſt dicitur, *Subacti cura digitorum*. VULC. In MS. deeſt vox *torquetur*. Eleganius. SCIOPP. *in Symb*. Antiquus Cod. ignorat vocem: *torquetur*. Haud ineleganter. WOWER. τὸ *torquetur* male Fulvii liber omittit. Id paulo poſt dicit, *subacti cura digitorum*. V[illegible] [illegible]: Tres Parcae, ex quibus una Lacheſis, altera Clotho, tertia Atropos. Una earum dicitur tenere filum, altera [illegible], tertia rumpere. Vide Biſciolam Horar. Subſic. L. XV. cap. 6. ELMENH. Male excidit vocem *torquetur* e Cod. Fulv. *In* abundat more Appuleii, ut et monuit Vulc. licet videatur vere praepoſitionem delere. Sed vide ad Met. L. X. p. 7[illegible], 2. et ſaepiſſime. *Torquere* autem verbum in hac re proprium, ut mox *trahere*. Ovid. Met. L. XII. vs. 475. *Stamina pollice torque*. Tibull. I, 7, 84. *ducit inops tremula stamina torta manu*.

QUOD NONDUM COLO TRACTUM EST] Legendum omnino, *ex colo tractum* vel *colo extractum est*. VULC. Bene, confirmantibus MSS. Bened. Voſſ. In Florent. *et colo*. Voſſ. ſec. *tractus*.

HAEC] Bened. *nec*.

EX NOMINUM EORUNDEM PROPR.] Voſſ. *et*. Dein Florent. Vulc. Voſſ. *n. eiusdem*. Bened. *n. [illegible]*. An *eiusdem* Scil. conditionis.

UT SIT ATROPOS etc.] Ratio nominis Atropos eiuſque proprietas explicata ab Ariſtotele his verbis ἐπεὶ τὰ παρελθόντα πάντα ἄτρεπτά ἐστιν in Apuleio eſt praetermiſſa, haec nimirum: Omnia enim praeterita revocari, infectaque fieri nequeunt. VULC. Auctiora habet Ms. *praeteriti temporis fatum, quod ne quidem Deus faciet infectum: futuri temporis Lacheſis, a fine cognominata*. SCIOPP. *in Symb*. Verba Graeca: μία τῶν μοιρῶν Ἄτροπος, ἐπεὶ τὰ παρελθόντα πάντα, ἄτρεπτά ἐστι, κατὰ δὲ τὸ μέλλον λάχεσις. Supplebis igitur et emendabis ex ſcripto Fulvii: *Atropos praeteriti temporis fatum, quod ne quidem Deus faciet infectum; futuri temporis Lacheſis, a fine cognominata*. Non ergo [illegible]

teriti temporis fatum, quod ne Deus quidem faciet infectum: futuri temporis Lachesis a fine cognominata, quod etiam illis, quae futura sunt, finem suum Deus dederit. Clotho praesentis temporis habet curam, ut ipsis actionibus sua-
756. deat, ne cura sollers rebus omnibus desit. *Deum* vero *ire per omnes terrasque —*, non frustra arbitrabitur, qui audiet Platonis haec verba. *** Deus namque, sicut vetus inquit sermo, et vera continet ratio, principia, et fines, et media rerum omnium penetrat atque illustrat, et curru volucri superfertur. Eundem Deum ultrix Necessitas semper et ubique comitatur, eorum, qui a sacra lege discesserint, vindex futura. quam faciet ille mitificam, qui statim a tenero et ipsis incunabulis intellexit, extimuit, eique se totum dedit atque permisit.

Appuleio ratio nominis Atropos, sed verius amissa. Wower. *fatum, quod ne Deus quidem*] A vulgatis male haec absunt. Vide Notas in Minutium. Elmenh. Optime Wow. cum Scioppio et seqq. haec restituit e MS. Fulv. quae prave deërant Edd. ante Wower. Accedunt Fulviano Voss. Florent. Bened. sed is caret voce *Deus*. Viderat Vulc. ex Aristotele deësse rationem nominis τῆς *Atropos*. sed cum hisce careret ipsius codex, sanare locum non potuit.

Lachesis] Voss. sec. *Lacessis*. Pro *clotho* Bened. *clato*. Pro *suadeat* Ald. *suadeas*. Pro *rebus omnibus* Ed. Flor. *omnibus rebus*.

Terrasque tractusque maris] Bened. Vulc. et Edd. ante Scriver. tantum habent *terras:* sed Florent. Voss. *terrasque:* unde liquet, auctorem ob oculos habuisse locum Virg. L. IV. Ge. vs. 221. *Deum namque ire per omnes Terrasque tractusque maris, coelumque profundum.* quare vel totus ille versus admittendus, vel tantum *per omnes terrasque* cum MSS. qua copula satis patet illum versum innui. Scriv. et Flor. tantum addidere illa *tractusque maris*.

Sicut vetus, inquit, continet ratio] Si haec sana essent, satis pateret, Graeca Platonis verba hic non desiderari, sed auctorem ita vertisse Aristotelica, quasi ille esset Platonis locus. At male sic Aristotelis mentem cepisset. Nam Platonis verba videntur ταῦτα δὲ πάντα ἐστὶν οὐκ ἄλλό τι πλὴν ὁ θεός. Hinc passim Platonici et Stoici *Iupiter est, quodcumque vides*; ut similia supra habuimus. Sed perperam se habent vulgata, et τὰ *haec verba* abunde declarant, Graeca Platonis verba ab Appuleio adscripta fuisse. Pro iis, quae vulgo leguntur, in Aristotele est ὥσπερ ὁ παλαιὸς λόγος i. e. *sicut vetus est sermo*, vel *verbum*. In Edd. etiam ante Elmenh. et seqq. editur *inquit sicut et vera continet ratio*. et Vulc. vel Sciopp. aut Wow. de nulla suorum codicum varietate monent. In Florent. legitur *vetus inquit sicut continet ratio*. Bened. *vetus inquit continet ratio*. Elmenhorstianae lectioni *sicut vetus, inquit, continet ratio*, accedunt Vossiani. Videtur emendandum *vetus sicut inquit sermo et vera continet ratio*. vel: *vetus inquit sermo, sicut et vera continet ratio*. nam de nihilo esse nequit istud *et vera* in aliquot Codd. et Edd. antiquis.

Et fines] Ita Voss. Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. A reliquis MSS. et Edd. abest copula.

Penetrat] Voss. *penitrata*. Bened. *penetrata*.

Atque illustrat et c.] Wow. edidit contra MSS. *lustrat*. Edd. ante Elmenh. *illustrando c*. Sed *illustrata c*. Bened. Voss. *illustrat et* optime Vulc. Florent. Fulv.

Cursu volucri] Lege cum MS. codice, *curru volucri*, πτερόεντι. Vulc. Bene Vulcanium secuti sunt Wow. etc. nam habent *curru* MSS. O. praeter Fulv. Nihil crebrius hac permutatione. V. ad Flor. N. 10. De Iovis curru alato multi multa habent. Vide Comment. ad Tibull. IV, 130. *Iupiter ipse levi vectus per inania* curru.

Ultrix Necessitas] Aristoteli Δίκη. ubi vid. Vulcan. et sic Sophocl. Elec. 470. Δίκα δίκαια φερομένα χεροῖν κράτη. Sed Horatio saepe ἀνάγκη *Necessitas*. ut L. III. O. 1, 14. *Aequa lege* Necessitas. Adi Torrent. ad L. I. O. 35, 17. *Te semper anteit saeva* Necessitas *Clavos trabales et cuneos manu Gestans aëna*. Ceterum in Codd. Voss. et Bened. legitur *semper ultrix N. semper et ubique c*.

Faciet ille mitificam] Aristot. ἧς ὁ εὐδαιμονήσειν μέλλων. Edd. ante Iunt. post. *ille facit*. Inepte Ed. Flor. *mirificam*. De τῷ *mitificus* vide ad Sil. It. XII, 473.

Extimuit] Edd. ante Iunt. post. *et timuit*. Iunt. post. etc. Colv. Vulc. Wow. *et extimuit:* sed *et* nullus agnoscit codex, quare bene delevit Elm. etc.

Eique] Male Vulc. Ed. tert. *atque*.

APPULEII MADAURENSIS

PRO SE

APUD CLAUDIUM MAXIMUM

A P O L O G I A

SIVE

D E M A G I A

L I B E R.

INDEX CODD. MSS.

[In castiganda Appuleii Apologia ad manum habui septem MStorum excerpta:

MSS. Florentinorum, de quibus, et Lindenbrogii collatione, vide ad Florid. init. His accesserunt:

MSS. Fulvianus et *Bembinus*, de quibus vide ad Florid. init.

MS. Lipsianus citatus a Colvio, et cuius varias lectiones in marg. Vulcanianae Ed. hic illic notavit Is. Vossius. Eiusdem Cod. excerpta Oudendorpius margini Editionis Casaubon. adnotavit, quae exemplari Colvianae Editionis e Bibl. Reg. Gall. adlita fuerant a Viro quodam Docto a. 1597, unde ea descripsit Vir Celeb.

MS. Pithoeanus, cuius Excerpta ex eodem exemplari ibidem descripsit Oudend.

MS. D'Orvillianus, saec. XIII. in parvo 4to, ab ipso Oudendorpio collatus.

Reliquos MStos, quorum variae lectiones ad nos non venerunt, recensebimus ad calcem huius Edit., ubi de MStis et Edd. Appuleii breviter dicemus. In permultis autem libris scriptis, qui reliqua auctoris opera continent, desideratur Apologia. Sed illud in primis fatale accidit luculentissimo huic libello, quod Oudendorpius morte occupatus eum aliis castigandum reliquerit. Hoc enim loco Doctissimi Viri manus desiit, et quae sequuntur ea meae qualicunque operae debentur. — I. B.]

Apologia] D. Augustinus de Civitate Dei L. VIII. scribit Appuleium apud iudices Christianos de Magicis artibus accusatum fuisse. Scilicet tunc has Apologias scripsit, aut potius hisce sese ante tribunal defendit. Sed etiam idem ibidem D. Augustinus arbitrari nos facit, non duas Apologias separatim, sed unam duntaxat continua oratione a nostro conscriptam fuisse. Ait enim: *Huius autem Philosophi Platonici copiosissima extat oratio, qua crimen artium Magicarum a se alienum esse defendit.* Quod iam mihi valde fit verisimile. Et, bene consideres, series ipsius orationis id quoque convincere videri possit. Colv. In emendando elegantissimo isto libro, usi sumus veteri edit. Romana, quae omnium prima Anno MCCCCLXIX. cusa est. ea nobis ad manum semper manuscriptorum loco fuit. Eius ope mendas ex tantulo scripto plurimas et gravissimas sustulimus: ut qui eorum negligentiam excusem nescio, qui hoc ipsum ante nos professi, tam leviter collatione illius

libri sint defuncti. Nos contra eam editionem, ut omnium minime correctorum manus expertam, et proinde minus corruptam, per omnia secuti sumus: nisi ea manifeste vitiosa esset. Nam et ipsa, praeterquam quod Graeca fere non habuit, graves nec paucas mendas continet: quas nos, Dei virtute, plerasque omnes sagaci coniectura abstersimus. Eiusmodi est quod falsam ἐπιγραφὴν, quae orationem unicam, et ut ICti loquuntur, actum legitimum, qui necessario continuus esse debet, male dispescebat, emendavimus, quaeque vitio separabantur, coniunximus, et in pristinam integritatem restituimus. Auctoris non esse eam sectionem, nemo sanus in controversiam vocare potest. Nam quare, obsecro, in scribendo orationem divisisset, quam uno tenore apud Procos. pronuntiasset? quo exemplo? aut quam ob caussam? an quia liber longior erat futurus? nugae, quasi non multae hodie extent et Graecorum oratorum et Romanorum longiores. Deinde quis non videt, totum orationis contextum una propositione contineri, uno epilogo claudi? Non ergo auctoris erat illa τομή, quam propterea iure merito sustulimus; praesertim cum auctoritate summi viri Aurelii Augustini factum nostrum tueri possimus: qui *orationem copiosis imam* hunc libellum appellat. Nimirum eius aetate nondum exortum erat istud ingeniosorum hominum genus, qui partim ignorantia, partim περιεργίᾳ intolerabili, in bonos auctores pridem grassantur. Eiusmodi hominibus partitionem hanc acceptam ferre debemus: qui etiam Floridorum librum primum in duos non minore flagitio tribuerunt. non enim quatuor, sed tres solum libri Floridorum ab Appuleio sunt relicti. Male etiam iidem Philosophica huius auctoris scripta digesserunt: cum enim tres libri hi, De dogmate Platonis, de Philosophia, et Περὶ ἑρμηνείας unum opus sint, et corpus unum debeant efficere, hodie aliter eduntur, non secus ac si separati sint, et libri singulares. Atqui ita ut diximus, rem habere, testis ipse Appul. qui non procul a libri de Dogmate Platonis principio ita scribit, de Platone loquens: *Quoniam treis partes Philosophiae congruere inter sa primus obtinuit, nos quoque separatim dicemus de singulis, a naturali philosophia facientes exordium.* Pollicetur se tres libros scripturum de totidem philosophiae partibus, ex disciplina Platonica. Quaere ab iis qui nobis concinnarunt hactenus editiones Appuleii, ubi illi tres libri sint: negabunt, opinor, integrum opus ad nos pervenisse. id vero pervenit, hodieque extat. tres illos sane libros quin habeamus nemo negabit. Primus est ille ipse, qui τὸν φυσικὸν τόπον complectitur: secundus is, cui *de Philosophia* hodie index est, in quo ὁ ἠθικὸς τόπος continetur. Eius initium, *Moralis philosophiae caput est.* Tertium noli dubitare eum esse, qui postremum locum obtinere solet in vulgatis Edd. et περὶ ἑρμηνείας inscribitur. nam eo complexus auctor τὸν λογικὸν τόπον. Principium ita habet, *Studium Sapientiae quod Philosophiam vocamus, plerisque videtur tres species habere, Naturalem, Moralem, et de qua nunc dicere proposui Rationalem.* Sed redeo ad Romanam editionem; ex qua scire volo lectorem plerasque omnes esse emendationes promtas, quarum ratio hoc libro non reddetur. Porro quis ille fuerit qui primus tantum flagitium admiserit, et tot monstra nobis post illam editionem protulerit, pro certo compertum non habemus. Puto tamen Bernardum Philomathem Pisanum fuisse, qui eam editionem curavit quae anno M.DXXII. Florentiae prodiit: quod ex illius gemina epistola ei editioni praefixa facile quis intelligat. Illi tamen viro, utcunque de caeteris merito, Graeca non pauca, quae primus ex suis libris descripsit et edidit, debemus. Casaubonus. *A. M. P. pro se apud Cl. Virum Claudium Maximum Procons. de Magia oratio.*] Sic Romana et Aldina editio; Florentinae membranae titulum talem exhibent, *Apulei Platonici Madaurensis pro se apud Cl. Maximum Procons. de Magia Liber:* quasi illam orationem scripsisset, non coram Iudicibus pronunciasset Appuleius. In omnibus autem editis et manu exaratis Codd. in duo membra separatim illa dividitur. Omnino male, ut eruditi viri iam pridem demonstrarunt, et satis liquet ex B. Augustino, qui *copiosissimam et disertissimam orationem* eam appellat de Civit. Dei L. VIII. c. 19. Elmenh. Hanc Apologiam perperam editiones multae in duas dispescunt: quod temere et absurde factum revincunt cum D. Augustinus, qui Lib. VIII. de Civitate Dei unius tantum meminit, quam *copiosissimam orationem* vocat, tum ipse huius orationis tenor, qui a principio ad finem est uniformis, et peroratio, quae est unica: quod sane non sic se haberet, si duae essent orationes. Idcirco eam uno titulo, atque uno tenore excudi curavimus post Isaac. Casaubonum, Scipionem Gentilem, et Ioannem Priceum, quorum opera praecipue in enucleandis, quae in ea occurrunt, difficultatibus, usi sumus. Florid. *Appuleii Madaurensis pro se apud Claud. Maximum Apologia sive de magia Liber.*] Hunc titulum concepi ex MSS. in quibus tamen vox *Apologia* non exstat, uti nec in Ed. Bip. sed eam non omittendam putavi, quia hoc titulo citari solet hic liber. Librum autem potius hanc Apologiam, quam orationem fuisse appellandam monuit Scip. Gent. in Append. hui. Ed. p. 486. ut Ciceronis Verrinae, *Libri:* et consentiunt in eo MSS. O. e quibus Pith. *Apulei Platonici Madaurensis pro se apud Claudium de Maximum liber incipit.* Lips. Liber *Apul. Plat. Mad. de Magia incipit apud Claudium Maximum*

Certus equidem eram, proque vero obtinebam, Maxime Claudi, quique in consilio estis, Sicinium Aemilianum, senem notissimae temeritatis, accusationem mei, prius apud te coeptam, quam apud se cogitatam, penuria criminum, solis conviciis impleturum. Quippe insimulari quivis innocens potest: revinci, nisi nocens, non potest. Quo ego uno praecipue confisus, gratulor medius fidius, quod mihi copia et facultas, te iudice, obtigit, purgandae apud imperitos philosophiae, et probandi mei. Quamquam istae calumniae, ut prima specie graves P. 400. Ed. Flor.

mum Marinum. Coll. Voss. *Liber de Magia Incipit apud Claudium Maximum Maurinum.* D'Orvill. *Incipit primus liber Apulei Platonici Philosophi de Magia.* De reliquis MSS. vide notitiam Codicum et Edd. Appuleii. Edd. Ald. Vic. Iunt. Basil. *L. Apuleii* (Vic. Iunt. Bas. *Madaurensis Platonici*) *Apologiae sive defensionis Magiae* (Ald. *Mageiae*) *ad* (Ald. *apud*) *Claudium Maximum Procons. Oratio prima* (addunt, Vic. *pro se.* Iunt. Bas. *pro se ipso.*) Vulc. Edd. *L. Apul. Apologia Prima.* sed in textu non est divisa. Si quis tamen cum Elmenh. *orationem* appellare malit, auctoritate Augustini l. cit. et Epist. 5. ei non valde refragabor: tanti enim res non est. *Pro se* addunt MSS. et Edd. permultae, ac potuit sane alius cuiusdam Apologiam scripsisse Appuleius. Quae in Edd. ante Vulcan. item Elmenh. Florid. et Bip. adduntur *apud Claud. Max.* etc. ea librariorum additamentum puto: confirmantur tamen a MSS plerisque, quare et ego illa retinui.

Maxime Claudi] Maximus Claudius is videtur esse, quem philosophum M. Antoninus Philosophus audivisse scribitur a Iul. Capitol. in eius vitae cap. 3. monente Latino Latinio in Bibl. Sacra et Profan. Meminit eius ipse M. Antoninus in L. I. de vita sua §. 15. In MS. Pith. simpliciter conspicitur *A.*

Consilio] Alii, *concilio*, male. *Consilium* συνέδριον, sive consessus. *concilium* συναγωγή, coetus amplior, ut erudite notat Wowerus ad Sidonium pag. 403. Elmenh. MSS. Pith. D'Orv. Coll. Voss. cum plerisque Edd. recte *consilio.* Cic. pro Quintio c. 10. *Quaeso, C. Aquilli, vosque, qui estis* in consilio. vid. Ern. in Cl. Cic. et VV. DD. ad Lat. Pacat. Paneg. c. 1. cf. Act. Apost. 25, 12. et Pric. ad h. l. cuius commentarium in Apol. partim in Append. Appul. exhibebimus, partim textui subiiciemus. De confusione τῶν *consilium* et *concilium.* vid. Gronov. et Drakenb. ad Liv. XLIV, 2.

Sicinium Aemilianum] Ed. Vic. *Scinium Aem.* Ven. *Scin. Aem.* MS. D'Orv. *Siccin. Aem.* ut et infra.

Notissimae] In malam partem. ut Cic. Phil. XI, 5. *multos secum habuit* notos *et insignes latrones.* Gell. I, 5. notissimae *saltatriculae.* Drakenb. *in marg.* cf. Pric. ad h. l. et Ern. in Cl. Cic.

Accusationem mei] Edd. Rom. Vic. Ven. *actionem m.* Per se non male, ut *reus agi* dicitur, qui accusatur. Sed tum, puto, alio verbo, forensi magis, usus esset auctor: *actionem institutam, editam, inlatam, motam*, vel sim. Infra quoque ubique *accusatio* non *actio* occurrit. p. 405. Ed. Flor. *his ipsis verbis* accusationem mei *ingressus est.* p. 402. *proprio nomine* accusationem *sustinere.* p. 418. *An vos potius calumniosi, qui etiam haec in* accusatione. Dein MS. Bemb. *accus. nostri*, et infra *probandi nostri.* Sed ubique hic sing. num. utitur auctor: *Quo ego confisus* etc.

Coeptam — cogitatam] Ed. Ven. *coepte.* MS. Bemb. *cognitam.* Male. *cogitare* est, meditari.

Conviciis impleturum] Edd. Ven. Iunt. Bas. pr. *convitiis.* Ven. Vic. *impleturi.*

Revinci] Prorsus hoc damnat Chr. Crusius Probabil. Crit. Lips. A. 1753. et pro eo legi vult *re convinci.* Imo, Appuleianum est *revincere* pro *convincere.* cf. Oudend. ad Met. L. VIII. p. 536, b. et multus est in hoc verbo noster auctor. Infra p. 561. *illud etiam — falso obiectum* revincam. p. 494. *neque testimonio aliquo, neque argumento* revincar. cf. et p. 479, 506, 515, 528, et alibi passim. Neque tamen solus Appul. sic locutus est. Liv. quoque L. VI. c. 26. *Crimina* revicta *rebus, verbis confutare.* Gell. L. VI. c. 2. *in culpa et in maleficio* revicti *sunt.* ubi cf. Gronov. Tertull. Apolog. cap. 1. *quam iniquitatem idem titulus et onerat et* revincit. eod. cap. extr. *quod* revinceris *ignorare.* vid. et cap. 3. extr. et passim apud illum auctorem. Cuncta haec *revinci nisi noc. n. pot.* desunt in MS. Lips.

Confisus] MS. Pith. *confiso.* Mox Edd. Vic. Ven. *obtigis.*

Purgandae] In membranis *purgandum.* Colv. *purgandum*, membranae. f. *purgandi.* Brant. Pith. Lips. Coll. Voss. *purgandum.* Sed in ceteris MSS. videtur esse *purgandae*, ut exstat in Edd. O.

Probandi mei] Bemb. ut supra, *pr. nostri.* Pith. *pr. unde.*

ves, ita ad difficultatem defensionis repentinae fuere. Nam, ut meministi, dies abhinc quintus an sextus est, cum me causam pro uxore mea Pudentilla adversus Granios agere aggressum, de composito, nec opinantem, patroni eius incessere maledictis, et insimulare magicorum maleficiorum, ac denique necis Pon-
401. tiani privigni mei, coepere. Quae ego cum intelligerem, non tam crimina iudicio, quam obiectamenta iurgio prolata, ultro eos ad accusandum crebris flagitationibus provocavi. Ibi vero Aemilianus, cum te quoque acrius motum, et ex verbis rem factam videret, quaerere occepit ex diffidentia latibulum aliquod temeritati. Igitur, Pontianum fratris sui filium qui paulo prius occisum a me clamitarat, postquam ad subscribendum compellitur, illico oblitus est de morte cog-

AD DIFFICULTATEM DEFENSIONIS] Quia, nempe, non satis mihi reliquerunt spatii, ad cogitandum: ut recte interpretatur Floridus. Male Scip. Gent. vid. eius et Pric. notas in Append.

ABHINC] Coll. Voss. *adhinc*.

QUINTUS AN SEXTUS] MS. D'Orv. *aut*. ex glossa. Cic. ad Div. VII, 9. *Cn. Octavius* an *Cn. Cornelius quidam est*. Aur. Vict. de Vir. Ill. cap. 73. *aurum*, *dolo* an *scelere Caepionis*, *partum*. Tac. Ann. I, 13. *Tiberius*, *casu* an *manibus eius impeditus*, *prociderat*. et saepe. cf. Mercer. ad Septim. de B. Troi. I, 19. Contra p. 404. infra, pro *maculae aut inhon*. MS. Pith. *m. an inh*. Sed non nisi in re dubia locum habet; quod ibi secus est.

GRANIOS] Ita MSS. et Edd. pleraeque. At Vulc. pr. *Cravios*. sec. cum Wower. Elmenh. *Gravios*. Male. *Graniorum* nomen non infrequens apud Romanos fuit. Notus est Q. Granius praeco, ex Cicerone. Haud ignobilis quoque scriptor fuit Granius Flaccus, Caesaris aequalis; (v. Heins. ad Brisson. de V. S.) cuius meminit etiam Arnob. L. III. p. 118.

AGGRESSUM] MS. Pith. *aggressus sum*.

PATRONI EIUS] Si rectum est quod modo praecessit, *adversus Granios*, nimirum hic scribendum, *p. eorum*. CASAUB. Casaub. *eorum*. Graniorum nempe. Ego vulgatos Codd. sequendos puto. τὸ *eius* commode non rettuleris quam ad Aemilianum. PRIC. *Aemiliani*, qui forte in illo iudicio aderant. Casaubonus reponebat *eorum*, intelligens Graniorum patronos. At quae sequuntur priorem lectionem et sensum firmant. FLORID. Ad *Aemilianum* esse referendum τὸ *eius* monuerat iam Scip. Gent. quem vide. MSS. Pith. *patronis eius*. Lips. et Coll. Voss. *patronem eius*. In Bemb. deest *eius*.

MALEFICIORUM] Edd. Vic. Ven. *maleficorum*. D'Orv. Cod. statim Pontiani nomen per *c* scribit.

CRIMINA IUDICIO] MS. Fulv. si Scioppio fides, *indicio*. ICti eum, qui crimen nunciat vel defert, *indicium profiteri* dicunt. Sed rectum est *iudicio*. vid. seqq. Margo Bas. pr. *iudico*. MS. D'Orv. *iudicis quam oblectamenta iurgio probata video*. Pro *ultro* Pith. male *ultra*.

AD ACCUSANDUM] MS. D'Orv. *ad accusandam ab hiis flag. provocari*.

ACRIUS] Pith. *alicus*.

REM FACTAM] Fulvius malebat: *rem fictam*. SCIOPP. *in Symb*. In suam Ed. audacter id, quasi e MS. Fulv. recepit Wow. Groslot. in marg. coniecit *fractam*. Nil mutandum. Respondent haec superioribus: *non tam crimina iudicio, quam obiectamenta iurgio prolata*. et est sensus: Quum iam flagitationibus Appuleii videret Aemilianus, iam non *verbis* velitandum amplius esse, sed *rem* esse factam, non intra *iurgium* obiectamenta sua posse contineri, sed tamquam crimina, in *iudicium* deductum iri, quaerere occepit etc. *Rem* hic valere *litem* monuit iam Pric. quem vide. *Verba* autem de iurgiis dixit etiam Terent. And. II, 4. extr. ubi cf. Ruhnken. et Hec. III, 1, 33. ibique Donat. Possis etiam h. l. *ex verbis rem factam* ita explicare, ut nostrates dicunt: *en dat het van woorden tot daden gekomen was*.

OCCEPIT] MSS. D'Orv. *accepit*. Pith. *incepit*, ex interpretatione. Frequens verbum *occipere* apud nostrum et alios. vid. Oudend. ad Met. L. I. p. 22, b.

TEMERITATI] D'Orv. *tenendum*.

IGITUR PONTIANUM] Edd. Vic. Ven. Iunt. pr. Bas. pr. *Ig. Pontiani*.

QUUM PAULO PRIUS OCC. A ME CLAMITARET] Ita emendavimus vulgatam lectionem, *quem p. p. o. a me clamitarat*. quae ferri non potest: est enim prorsus ἀσύντακτος et incohaerens. Rom. Ed. *Igitur Pontiani*. caetera ut reliquae. CASAUB. Casauboni emendationem expresserunt Sc. Gent. Pric. Flor. sed sine libris auctoribus. Nam in MSS. O. est *clamitarat* et *quem*: nisi quod in Pith. sit *qui*. Verissime. Ex compendiosa scriptura, in *quem* facilius corrumpi potuit τὸ *qui*, quam τὸ *quum*, quod paullo aliter in MSS. scribitur.

POST-

cognati adolescentis, subito tacens tanti criminis descriptionem. Tamen ne omnino desistere videretur, calumniam Magiae, quae facilius infamatur, quam probatur, eam solum sibi delegit ad accusandum. Ac ne id quidem de professo audet; verum postera die dat libellum, nomine privigni mei Sicinii Pudentis, admo-

POSTQUAM] MS. Pith. Edd. Bas. pr. sec. *priusquam.*

COMPELLITUR] MS. D'Orv. *compellere.* Post *oblitus* non comparet *est* in Edd. Vic. Ven.

TANTI CRIMINIS DESCRIPTIONEM] An *inscriptionem* legendum, vel *subscriptionem?* horum utrumque accusantis est, *describere* tantum dicentis vel orantis. Isidor. de different. Malim *subscriptionem.* Infra: *et quanto tandem gravius habetur, quod in iudicio subscribitur, quam quod in Epistola scribitur.* Doctissimus et amicissimus Ioannes Bourdelotius (saepius inter quisquilias has advocandus mihi) censet acquiescendum vulgata lectione. Criminis *descriptionem*, ut alibi, *scenam*, *apparatum.* PRIC.

ILLICO OBLITUS EST *de morte adolescentis, subito tacens tanti criminis descriptionem. Tamen ne omnino desistere videretur, calumniam magiae* etc. — EAM SOLUM etc.] Haec est vulgo edita lectio, in qua nihil est quod offendat, praeter MStos fluctuantes. Primo enim pro *tacens* in MSS. Florent. Pith. Lips. est *tacere.* pro *descriptionem* in Florent. *descriptione.* Exsulat *ne* a Pith. Dein in cod. Pith. et D'Orv. pro *calumniam* est *calumniae.* Elm. et Scriv. exhibuere Florentini Cod. lectionem, quam fateor me non assequi. Infinit. *tacere* forsan inde ortus est, quod ratio locutionis *oblitus est de morte* (scil. se locutum esse, vel sim. quid) ignorabatur: sane optimus Cod. D'Orvill. servat *tacens*; in quo acquiescendum puto. Dein *calumniam Magiae — eam* exquisita est loquendi ratio, plus semel apud nostrum obvia, quam librariis (exstat in Edd. O. et MSS. praeter D'Orv. et Pith.) adscribere non ausim. *Desistere*, etiam absolute positum, verbum iuris est, de eo, qui accusationi in totum renunciat. *Calumnia* tamen maluisse videtur Oudend. qui margini Ed. Pric. adscripsit sibi in mentem venisse *oblitus est de morte adolescentis. Subito tacere ne tanti criminis descriptionem tamen, nec omnino desistere videretur calumnia Magiae*, etc. Sed *tantum crimen* haud dubie est necis Pontiani: eius autem descriptionem omnino tacere videri debebat, si Magiae calumniam *solum* sibi deligeret ad accusandum.

QUAE FACILIUS INFAMATUR] L. *qua.* BURM. Male. OUDEND. Burm. ad Petron. cap. 62. citans h. l. obiter monuit leg. esse *qua*, non *quae.* et sic sane loquitur Seneca Ep. 99. *Hi sunt qui nobis obiiciunt nimium rigorem et* infamant *praecepta nostra* duritia. quum idem Ep. 22. habeat: *non est quod quisquam illos apud te* temeritati infamet. quemadmodum Aur. Vict. de V. Ill. c. 78. impudicitiae infamatus *est.* Insolentior constructio huius verbi est apud Amm. Marc. L. XXVIII. c. 1. §. 48 *Eumenius et Abienus* infamati in *Fausianam feminam non obscuram. Infamare Magiam* tamen recte dici posse videtur, pro, intendere alicui crimen Magiae, quemadmodum *probare Magiam* h. l. et infra p. 450. aliquem convincere crimine Magiae.

EAM SOLAM etc.] Possit videri *iam* scribendum. Sed nihil debet mutari. Est enim ἑλληνισμὸς familiaris huic scriptori, apud quem saepe reperias eam dictionem παρέλκουσαν. Infra: *quod animi partem rationalem, quae longe sanctissima est, eam violet.* Tolle *eam:* sententiae nihil detraxeris. Ita autem Graeci, Herodotus praesertim et Pausanias, atque e recentioribus Agathias, etsi id proprie Hebraeorum dialecti esse certum est. CASAUB. V. Ind. Not. MS. D'Orv. *ad accusandam.* non male: sed alterum Appuleianum magis. Dein Ed. Ven. *deligit.*

AC NE ID QUIDEM] Edd. Vulc. Wow. *ac ne quidem.* contra MSS. licet ita etiam locutus sit Cic. ad Att. II, 16. *Ego illud* ne quidem *contemnam.* item Petron. cap. 11. sed noster nusquam; et admodum rara sunt exempla.

POSTERA DIE] Coll. Voss. *postea die.*

DAT LIBELLUM] Per libellos accusatores crimina deferebant, denuntiabant. Noster infra Apol. II. *Ubi illud libelli vestri atrox principium, nomine privigni mei formatum?* Horum mentio in L. Mariti D. ad L. Iul. de Adult. L. Libellorum, de Accusat. Iuvenalis Sat. 6. *Nulla fere caussa est, in qua non femina litem Moverit. accusat Manilia, si rea non est. Componunt ipsae per se, formantque libellos.* Ambrosius de obitu Valentiniani Imp. *Et cum post aliquot dies accusatoris legeretur libellus, calumniam pronuntiaturus, accusatum libere, donec praefectus cognosceret; obversari iussit.* His subscribere cogebatur accusator, eoque profiteri sese talis, aut talis criminis reum postulasse; ut, si falso quem accusaret, haec subscriptio temeritatis falsitatisque eum coargueret, multaque debita afficeret. De quo multi loci in iure nostro. Sed de eo ante omnes vide doctorem nostrum I. Cuiacium Observ. L. I. c. 20. COLV. Infra: *ubi illud libelli vestri atrox principium, nomine privigni mei formatum.* ELMENH.

402. modum pueri: et adscribit se ei adsistere, novo more per alium lacessendi; scilicet ut, obtentu eius aetatulae, ipse insimulationis falsae non plecteretur. Quod tu cum solertissime animadvertisses, et idcirco eum denuo iussisses proprio nomine accusationem delatam sustinere; pollicitus ita facturum, ne sic quidem quitus est, ut cominus ageret, percelli, sed iam adversum te contumaciter eminus calumniis velitatur. Ita toties ab accusandi periculo profugus, in adsistendi venia

nia

Adscribit] Coll. Voss. *scribit*. Male. V. Scip. Gent.

Novo more etc.] At Impp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius postea constituerunt, eos qui accusationem aliorum nominibus praesumpsissent, delatorum numero esse ducendos et plectendos. L. VIII. C. de Calumniatoribus. Colv. Ed. Ven. *lacessandi*.

Scilicet ut obtentu] Placuit haec distinctio prae vulgata *novo more per alium lacessendi scilicet: ut obt*. Casaub. Vulc. distinxerat post *scilicet*. Reliquae Edd. O. τὸ *scilicet* melius iungunt sequentibus.

Aetatulae] Edd. Vic. Ven. *aetatis*. Sed saepius hoc diminutivo usus est noster. ut Met. L. I. p. 9. Pric. L. VII. p. 138. L. X. p. 232, 233. L. XI. p. 248.

Plecteretur] Poena talionis. V. Vultei. de Iudic. II, 4. p. 215. Drakenb. *in marg*.

Quod tu cum] Hoc ordine exstant haec in MSS. Bemb. D'Orv. Coll. Voss. cum Ed. Iunt. post. Vulgo *Quod cum tu*. In Pith. non est *tu*, uti nec in Edd. Ven. et Bas. pr. In Coll. Voss. et Ed. Rom. *animadv. sollertissime*.

Idcirco eum] Coll. Voss. *idcirco cum*.

Quietus est] Malim scripturam Basil. I. *quitus est*. In MS. erat *q̄ntus est*. Sic infra Apol. II. *Sola virginitas, cum semel accepta, reddi nequitur*. Non aliter Plautus, Lucretius, Terentius, Gellius, aliique veteres. Prisc. L. VIII. Diomed. L. I. apud quem versus Attii ita legendi: *Nam neque Pretio, neque amicitia, neque vi impelli, neque prece quita sum*. Colv. *ne sic q. quitus est*] Sic Rom. Ed. cur mutarunt homines ἄμουσοι? Vulgo enim *quietus* est. Terentius [Hec. IV, 1, 57.] *forma in tenebris nosci non quita est*. Utitur et alibi Lucius noster. Casaub. Id est compelli ad adcusandum non potuit. Perperam alii, *Quietus*, ut amicus noster eruditissimus hic notat, illud Terentianum allegans: *Forma in tenebris nosci non quita est*. Unde *nequitur* recte dixeris. Priscianus in Dionysio de situ orbis: *His nasci linum, qui tacto adcensus ab igni Nequitur*. Scip. Gent. *ubi ut com. propellis*] τὸ *ubi* non est in Flor. — Flor. *percellis*, recte. Elmenh. *ne sic quidem quitus est. Ubi ut cominus ageret propellis etiam*] Haec est vulgaris lectio, minime sana. Pro *quitus est* in MS. Pith. exstat *Quintius est*, in Lips. *q̄ntus est*. Edd. Ald. Colv. Vulc. habent *quietus est*. praeëunte Iunt. post. Sed in vocabulo tam vulgari non tam facile errassent librarii: imo, hoc est contra mentem auctoris; si modo de bene locum perpendas. Melius itaque in reliquis Edd. *quitus est*, quod et Lexica iam pluribus exemplis probant. Verum cur, quaeso, Aemilianus non potuit accusationem proprio suo nomine sustinere? at vero, omnino potuit, sed non ausus est. Dein bis idem dicitur: nam *eum iubere proprio nomine accusationem sustinere*, et, *propellere ut cominus agat*, prorsus sunt ταυτόλογα. Porro τὸ *ubi* in nullo est MS. nec in Ed. Elm. qui post *etiam* addidit *et* e Florent. Totum locum, ne littera quidem mutata, sic lego: *ne sic quidem quitus est, ut cominus ageret, percelli, sed iam adversum te* etc. Prima littera τοῦ *set* (ut scribitur in MSS.) male iuncta fuerat τῷ *percelli*: hinc corruptus locus. Pro *etiam*, in MS. D'Orv. *et*: unde Oudend. margini adlevit *ut cominus ageret percellis, at adversum te*. Sed maior distinctio post *quitus est*, quae locum turbat, omnino tollenda. Gruter. Suspic. Ineditarum L. XX. c. 10. *ne sic quitus est tibi ut com. ag. propelli*. Male. nam *ubi*, unde ille fecit *tibi*, contra MSS. irrepsit. Tandem vulgares Edd. *propellis*. MS. D'Orv. *perpellis*. Florent. cum Edd. Iunt. post. et Scriv. *percellis*. Infra p. 420. *Coelitem Venerem — nullis ad turpitudinem stimulis vel illecebris sectatores suos* percellentem.

Contumaciter] MS. Cod. *contumacie*. Colv. Codex scriptus, *contumacie*, f. *contumacibus*. Brant. Non male. sed absque MStorum auctoritate, non video, cur vulgatum *contumaciter* mutemus.

Toties] Edd. Vic. Iunt. Bas. *totiens*.

In assistendi venia] Narrat Appul. adversarium suum Sicinium Aemilianum primariae caussae diffidentem, ne periculum incideret, quod in accusando ex subscriptione subeundum erat, latibulum quaesisse. Libellum enim postera die, nomine pueri porrexisse, inibi adscripsisse se pupillo accusanti tantum adsistere. quorum verborum sententia mihi quidem (nescio an tibi quoque) postulare videtur, legerem: *in assistendi umbra perseveravit*. Constitutum autem ab Impp. Arcadio et Honorio, ut in caussis criminalibus inscriptiones praeponerentur L. *in Caussis*

sis

nia perseveravit. Igitur et priusquam causa ageretur, facile intellectu cuivis
fuit, qualisnam accusatio futura esset, cuius qui fuerat auctor et machinator,
idem fieri professor timeret: ac praesertim Sicinius Aemilianus; qui, si quip- 403.
piam veri in me explorasset, nunquam profecto tam cunctanter hominem ex-
traneum tot tantorumque criminum postulasset; qui avunculi sui testamentum,
quod verum sciebat, pro falso infamarit, tanta quidem pervicacia, ut cum Lol-
lius Urbicus V. C. *verum videri, et ratum esse debere*, de consilio consularium
vi-

tis C. de accus. et inscriptionibus. L. *momentariae* C. unde vi. L. unic. C. de abigeis. L. *libellorum* ff. eod. tit. epistola D. Traiani ad Plinium, de Christianis cohibendis. eo videlicet, ut alterutram partem digna legum tenere possit auctoritas. dicta L. *in caussis*, et L. *si cui* ff. de accusationibus; neque inpunita sit mentiendi licentia, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. L. *accusationis* C. de accusationibus. Stewech. *ab accusandi periculo profugus*, id est, ab accusando, in quo erat periculum. Sic statim eleganter vel breviter, *in assistendi venia perseveravit.* ἀντὶ τοῦ in assistendo, ubi spes veniae. Hoc moneo, quia reperti sunt tam corrupti palati homines, quibus vulgata lectio non saperet, ac legi vellent, *in assistendi umbra.* o acumen. Casaub. Fulvius: *in ass. vice.* Et mox: *de consilio clarissimorum virorum.* Sciopp. *in Symb.* Ideo autem dixit veniam, quia officii necessitas et tutoris fides excusata esse debet, ut ait Tryphoninus noster, quare nec legatum sibi testamento relictum, quod falsi vel inofficiosi adcusat, placet eum perdere, nec repelli a bonorum possessione contra tabulas, si libertum patris pupilli sui nomine capitis adcusaverit. L. *tutorem* ff. *de his quib. ut indign.* L. ult. ff. *de postul.* Non male tamen in quibusdam MSS. *In adsistendi vice*, legi putem: id est, munere et partibus fungi adsistentis perseveravit. Scip. Gent. MStos, in quibus sit *vice*, ego non novi, nisi unum Fulv. e quo illud adnotavit Wow. sed videtur potius esse mera coniectura Fulvii, quem minime sequor. Manifeste sibi opponuntur *periculum* et *venia*: quare non audiendus quoque Gruter. Susp. Ined. XX. 10. aiens probabiliter Stewechium emendasse *umbra*.

Cuius qui *fuerat professor et machinator, idem fieri* auctor tim.] Nemini suspectus locus, quem fidenter tamen mendosum dico. Scribo, *Cuius qui fuerat auctor et machinator, idem fieri professor timeret.* Supra: *Ac ne id quidem de professo audet.* Certissima emendatio nostra. Pric. *cuius qui fuerat auctor* etc.] Sic lege cum Priceo. Emendationis ratio, quod Aemilianum instigatorem quidem, auctorem ac suasorem fuisse accusationis Appuleii legimus; at eam nunquam ausum suo nomine profiteri. Florid. Recte transpositione locum sanavit Pric. qui tamen textum mutare non ausus est, quod primus in sua Ed. fecit Floridus, et ex eo Editor Bip.

Veri in me] Bas. 1. *vori in me.* Colv. quod probo. id est pravi. Brant. Sed alterum tam planum est, ut non videam, quare illi praeferamus lectionem, quae probabiliter ex typothetarum errore nata est. Pro *qui si* Coll. Voss. *qui.*

Contanter] Flor. *cunctanter.* et sic semper. Elmenh. Ms. D'Orv. *cunct.* cum Edd. Iunt. post. Elm. Scriv. Flor. Bip. V. Ind. Not.

Infamarit] Male in omnibus libris *infamaret.* Casaub. Florent. *infamarit.* male. Elmenh. imo bene, ut ipse edidit Elm. cum Vulc. Ed. sec. Cas. Wow. Pric. Scriv. Flor. Reliquae Edd. cum MSS. Pith. D'Orv. *infamaret.* Bas. pr. *infamarat.* ut adhaesit etiam Vulc.

Pertinacia] Rom. ed. *pervicacia.* Casaub. Accedunt Vic. Vulc. Wow. Vid. Oudend. ad Met. L. V. p. 379, b. ubi absque MStorum auctoritate id probat quoque V. Cel. et edidit Ruhnken. Accedit autem h. l. quod *pervicacia* est vocabulum forense, quo eius significatur obstinatio animi, qui, gemino iudicio superatus, rursus provocat. V. Brisson. de V. S. Noster de Deo Socr. p. 670. Ed. Flor. *pervicaci audacia, pertinaci spe*, distinguere videtur: sed utrumque in bonam et malam partem adhibetur.

Cum Lollius Urbicus V. C.] MS. D'Orv. *tū Lellius U. V. C.* Edd. Vic. Ven. *Lolius.* male. Vid. Inscriptio vetus apud Casaub. infra. In Ed. Ald. pro *V. C.* est *Vir Consularis.* Sed *V. C.* valet *Vir Clarissimus*; quo titulo magistratus maiores in provinciis passim insigniuntur. Vid. Brisson. de Form. III, 26. Videtur autem is esse Lollius Urbicus, quem, legatum Antonini Pii, Brittannos vicisse, testatur Capitol. in Anton. Pio cap. 5. Diversus ab illo Lollius Urbicus, qui temporibus Macrini et Heliogabali vixit, et historiam sui temporis scripsit. vid. Lamprid. in Diadumeno cap. 9.

Debere de] Coll. Voss. *debente.*

De consilio consularium virorum pronunciavit] Solemne in pronuncianda sententia D. C. S. id est, Val. Probo interprete, *De consi-*

virorum pronunciasset, contra clarissimam vocem iuraverit vecordissimus iste tamen, illud testamentum fictum esse: adeo ut aegre Lollius Urbicus ab eius pernicie temperarit. Quam quidem vocem, et tua aequitate et mea innocentia fretus, spero in hoc quoque iudicio erupturam. Quippe qui sciens innocentem criminatur: eo sane facilius, quod iam, ut dixi, mentiens apud praefectum urbi

lii sententia. Livius L. XLV. *Silentio per praeconem facto, quae sibi* ex consilii sententia *visa essent, pronuntiavit.* Huc allusit Sep. Tertullianus Lib. de Pudicitia: *Lusit igitur et de suo spiritu, et de virtute domini, si, quod de consilio eorum pronuntiaverat, rescidit.* Colv. *consularium*] sive, qui in consilium adhibebantur. Drakenb. Quia in senatoribus aliqui erant consulares, propterea totum consilium non potest vocari *consulares:* quod voluit Floridus. Videtur id sensisse quoque Lips. qui (fortasse e suo Cod. nam Coll. Voss. ita habet) legi malebat *consiliarium:* quam vocem, pro *consiliariorum* defendunt Bynkershoek. Obs. I, 25. et Duker. de Latin. Vet. Iurisc. p. 372. Vid. Heins. ad Brisson. de V. S. in V. Sed de *consilio consiliarium*, non videtur esse ab auctore. Fulv. Groslot. et Salm. coniecere *Clarissimorum;* uti passim Senatores vocantur. Eandem vocem, ter intra tam breve spatium repetitam, non tulisset quoque App. Nil contra MSS. mutandum. *Consulares* sub Imperatoribus vocabantur, qui provinciis Augusti praeerant, quamvis non semper Consules fuissent. Vid. Salm. ad Scriptt. Hist. Aug. T. I. p. 198. 375. T. II. p. 346. et Wagneri Ind. II. in Ammian. Marcell.

Contra clarissima voce] Sic nos emendavimus corruptam lectionem omnium librorum, *contra clarissimam vocem.* Enimvero ea scriptura manifesto falsa: ista enim *clarissima vox* vox Aemiliani est non Lollii Urbici. quod ex sequentibus clarum. Elegantissime autem Appuleius hominem eum χαρακτερίζει quem Theophrastus ἀπονενοημένον vocat: quod malam caussam tanta confidentia tueatur; quod iuret tam facile, imo peieret: quod alta et clara voce vociferetur, eadem Theophrastus. Casaub. Casaubonum deinceps Editores secure sunt secuti. Si quid tamen video, unice vera est scripta et vetus lectio, *contra Clarissimam vocem* i. e. contra sententiam, quam pronunciaverat *Vir Clarissimus*, magistratus iudicium gubernans: nam sic demum intelligi possunt seqq. *quam quidem vocem* etc. Ubi tamen vid. Florid.

Ab eius pernicie temperarit] Referendum hoc ad poenam illorum, qui iudicibus convicium faciunt, eorumque sententias reprehendunt, qui infamia notantur. L. 42. ff. de Iniur. L. 8. ff. de Appellat. Paullus Sentent. L. V. c. 35. arbitrio principis hoc delictum vindicari scribit. Colv. D'Orv. *temperaret.* MS. Pith. *eger temp.*

Quam quidem vocem] Contumeliosam illam, qua vecordissimus Aemilianus decretum Lollii Urbici insectatus erat, qua etiam, aut eius simili, auguratur App. eundem Aemilianum pro sua solita temeritate excepturum Maximi iudicium, quod ipsi procul dubio futurum etiam est adversum. Florid. Male, ut supra diximus.

Et tua] MS. D'Orv. *ut tua.*

M. innoc. fretus subit hoc quoque iud.] Ita V. C. Sciopp. *in Symb.* MS. Pith. *m. inn. fr. subis hoc q. i.* D'Orv. *m. inn. fr. hoc quoque violicio.*

Erupturam] Scribo et distinguo, *erupturum: quippe, qui sciens innocentem criminatur. Erumpere vocem*, dictum ἐνεργητικῶς, ut apud Terent. *erumpere gaudium:* apud Ciceron. *erumpere stomachum in aliquem.* Qui non animadverterant, in superiore loco legendum *clarissima voce*, eos ne istum quidem recte accipere potuisse certum est. Hoc ait: sperare se fore, ut Aemilianus isto quoque iudicio victus, idem vecordiae specimen edat, ac fecit superiore illo. Id prius iudicium Romae, non in provincia fuit celebratum, apud tribunal Q. Lollii Urbici praefecti Urbis: de quo vetus lapis extat Romae: Apollini. Q. Lollius Urbicus. Praef. Urb. Casaub. Rursus hic revocanda vetus et scripta lectio, quam cum Casaub. mutarunt Vulc. Wow. Flor. *Erumpere* elegans est h. l. verbum. In caussa tam manifesta, poterat iudex statim pronunciare, sed vocem eius aliquamdiu reprimebant legitimae ac necessariae iudiciorum morae. Vox autem repressa proprie dicitur *erumpere.* De persona in *quippe qui* intelligenda dubitari nequit.

Criminatur] Coll. Voss. *criminaturi.*

Apud praefectum urbis] Nam is de falsis testamentis cognoscere solitus. Scaevola IC. *Filia quae de inofficioso agere instituit et transegit, postea cum heredibus, stipulatione interposita, et subiecta doli clausula, apud praefectum de falso testamento egit, nec probavit.* L. 135. de Verbor. Obligat. Colv. *praefectum Urbi*] Sic exquisitius MS. Pith. et Ed. Iunt. post. In reliquis *pr. Urbis.* ut semper variatur, quemadmodum in *praef. praetorii* et *praetorio.* Apud Ammian. Marcell. semper est *praef. Urbi:* in Historiae Augustae scriptt. utrumque passim.

Nam-

bi in amplissima causa convictus est. Namque peccatum semel, ut bonus quis-
que postea sollicitius cavet, ita qui ingenio malus est, confidentius integrat; ac
iam de cetero, quo saepius, eo apertius delinquit. Pudor enim, veluti vestis,
quanto obsoletior est, tanto incuriosius habetur. Et ideo necessarium arbitror. 404.
pro integritate pudoris mei, priusquam ad rem aggrediar, maledicta omnia refu-
tare. Sustineo enim non modo meam, verum etiam philosophiae defensionem,
cuius magnitudo vel minimam reprehensionem pro maximo crimine adspernatur.
Propter quod paulo prius patroni Aemiliani multa in me proprie conficta, et
alia communiter in philosophos sueta ab imperitis, mercenaria loquacitate effu-
tie-

Namque peccatum] Suetonius de Nerone c. 27. *Paulatim invalescentibus vitiis, iocularia et latebras omisit, nullaque dissimulandi cura ad maiora palam erupit.* Elmenh.

Sollicitius] Male MS. Lips. Edd. Vulc. pr. Wow. *sollicitus.*

Ingenio malo] Maiorem emphasin habet, quod est in D'Orv. *ingenio malus.* Sic noster Metam. L. XI. p. 808. *Exilis ingenie.*

Integrat] R. *iterat.* Lips. Utitur saepe verbo *iterare* noster, V. Ind. sed et *integrare* est in L. II. Met. p. 133. *voluptatem* integrantes. p. 166. *iterum cachinnum* integrant. L. VII. p. 453. *Martiae cohortis facies* integraretur.

Obsoletior] Pith. *absolentior.* D'Orv. *obsolentior.* Statim *tanto* deest Lips. et Coll. Voss.

Necessarium] Bas. pr. *necessariam.*

Ad rem aggrediar] *Aggredi rem* dicitur, qui meditatur de re incipienda, ut Melae Praef. *Orbis situm dicere* aggredior. *Aggredi ad rem* qui iam incipit: Plaut. Asin. III, 3, 91. *Quin* ad *hunc Philenium* aggredimur. Cic. de Or. II, 44. *cum* aggredior *ancipitem causam et gravem* ad *animos iudicum pertractandos.* Noster infra p. 263. Ed. Scriv. [446. Flor.] Aggredior *iam* ad *ipsum crimen.* p. 275. [466.] *Ut sit mihi tempus* aggredi ad *cetera.* Drakenb. Male in MS. Lips. deest *ad*, ut declarant loca auctoris infra, cit. a Drakenb.

Non modo meam] Edd. Vic. Ven. *n. m. minimam.*

Proximam crimini] Vet. lib. *proximo crimine.* Unde Lipsio scribere visum, *pro summo crimine.* Colv. In vet. cod. erat: *proximo crimine.* Id quod rectum, pro *obvio* atque *manifesto.* Sic infra, *proxima humanitate*, Claudium Maximum alloquens: *Ne tu, Claudi Maxime, nimis patiens vir es, et oppido proxima humanitate.* Vanus ergo conatus V. Cl. Iusti Lipsii rescribentis, *pro summo crimine.* I. Meursius. *pro maximo crimine*] Sic reposui ex Flor. 2. Vulgo, *proximam crimini.* Elmenh. Meursius *Proximo crimine*, ut infra: *Proxima humanitate.* Lipsius *Pro summo crimine*, remote nimis. Pric. *Proximo crimine* exstat in MSS. D'Orv. Lips. Pith. Fux. Coll. Voss. (nisi quod in D'Orv. sit *crimen*) et Ed. Iunt. post. probante Meursio. Sed recte *pro maximo crimine* e 2. Florent. edidit Elm. cum Scriv. Flor. Bip. ut legendum esse margini adscripsit Oud. et obiter notavit ad Caesar. L. III. de B. G. cap 29. Reliquae Edd. *proximam crimini.* bene, si MSS. addicerent. Phaedr. I, 10, 5. *Negabat illa se esse* culpae proximam. ubi cf. Scheff. et Burm. sic *affinis culpae* apud Ciceron. et *confinis crimini* noster infra p. 484.

Propter quod] Quidam, *propterea quod*, male. Tertullianus de Testimonio animae: *Et conrecumbentibus sortem suam exprobrare non possis; debes adulari propter quod laetius vivis.* Colv. Nescio ubi Colv. invenerit *propterea quod.* Sensus sane id videtur postulare: nam quomodo cum Florido explicari hic possit *qua de caussa*, non video. Interim, quod sciam, MSS. et Edd. nihil variant. *Propter quod* dictum videtur pro *propterea quod*, ut *praeter quod* pro *praeterquam quod*, (vid. Ind.) Exemplum tamen frustra quaesivi: nam in Tertulliani loco, quem Colv. citat, legitur *propter quos lautius vivis.*

Prius] MS. D'Orv. *primus.*

Multa in me proprie conficta etc.] V. C. *In me perperam conficta*, sed perperam: recte enim *proprie* et *communiter* inter se opponi, sciunt qui Ciceronem et Livium tritos habent. Sciopp. *in Symb.* Alii, *perperam conficta.* Perperam. Elmenh. Liv. XXXV, 48. *Nunc* communiter *Romanorum, nunc* proprie *Quintii.*

In philosophos sueta] scil. *confingi.* Verissimam hanc lectionem dedimus e MSS. Florent. 2. Bemb. Pith. D'Orv. Lips. quemadmodum legi oportere monitum a Salm. in marg. a V. D. in Obs. Misc. Vol. II. p. 186. (qui etiam hic proponit *conficta*, quae vox tum priori loco eiicienda) et ab Oudend. ad Suet. Aug. 23. Expressit hanc lectionem iam egregia illa Ed. Iunt. post. Sed quia in reliquis Edd. legitur *in phil. ficta;* hinc in errorem inducti VV. DD. varie locum tentarunt; qui unice MStorum ope fuerat restituendus. Vlitio ad Grat. Cyneg. 379. in mentem venit *dicta;* Crusio Prob. Crit. p. 53. *iacta*, quam con-

tierunt. Quae etsi possunt, ab his utiliter blatterata ob mercedem, et auctoramento impudentiae depensa haberi, iam concesso quodam more rabulis id genus, quo ferinae solent linguae suae virus alieno dolori locare; tamen vel mea cau-

coniecturam occupaverat iam alius V. D. in Obs. Misc. l. c. qui eam pluribus adstruit. De τῷ *suetus* passive usurpato vid. Oudend. ad Suet. l. c. et supra ad Met. L. VI. p. 442, b. ubi illud pari modo in MSS. quibusdam fuerat corruptum. Arnob. L. I. pag. 3. *Animalia terris sueta, atque in aquis degentia.*

Effutierunt] Sic optime in MS. Vulg. *effuderunt.* Supra L. I. Florid. *Prius de se et Apolline quaedam deliramenta barbare effutivit.* Colv. Roman. *effuderunt.* eadem mox, *utiliter blatterata:* hoc est, conducibiliter caussae quam tuebantur, et sui quaestus gratia: non serio neque ex animi sententia. Casaub. Edd. ante Colv. *effuderunt.* MS. D'Orv. *effunderunt.* Sed Colv. cum reliquis recte dedit *effutierunt.* *Effutire* est dicere vel proferre ea quae dicenda vel proferenda non erant. cf. Ter. Phorm. V, 1, 18.

Etsi possunt] Male Vic. Ven. *e. possis.*

Futiliter blaterata] Sic reposui, male ratus vulgo esse, *utiliter bl.* Colv. Flor. 2. et Rom. *utiliter bl.* quod retinet Casaub. Elmenh. Scriv. revocavit lectionem vulgatam ante Colv. *utiliter*, quam et MSS. agnoscunt, et probare videtur Casaub. qui edidit tamen *futiliter.* Sed v. seqq. In D'Orv. a m. pr. deest *blatterata.*

Ob mercedem et auct. inpud. deprehensa haberi] Nescio quid hic vocabuli *deprehensa.* Festus: *Deprehensa dicitur genus militaris animadversionis, castigatione maior, ignominia minor.* Quod quomodo huc trahendum aeque nescio. Forte mutanda saltem distinctio. Acidalius. h. e. pro manifesto falsis et satis revictis. Quid si tamen scribamus, *ob mercedem et auctoramenta impudentiae depensa*, pro, repensa. Casaub. Fulvius coniiciebat: *depensa.* Sciopp. *in Symb.* Rectius visum: *depensa.* Wower. *Deprehensa haberi* id est quasi manifesto falsa, vel *depensa* cum Casaubono legendum. Acidalius annotat ex Festo: *Deprehensa dicitur genus militaris animadversionis* etc. Sed quomodo huc trahendum, ignorare se dicit. Scip. Gent. *in Append.* Fulv. et Casaub. *depensa hab.* Elmenh. Locus qua a verbis vitiosus, qua ab interpunctione. Scribe: *Futiliter blatterata ob mercedem et auctoramenta, impudentiae depensa haberi.* omnino sic legenda haec et distinguenda. *Impudentiae depensa*, ut apud Marc. Capell. *Iurgiis pendere.* *Indocta rabidum quem videre secula, Iurgiis caninos blatteratus pendere.* Pric. *Quae etsi possunt ab his utiliter blatterata ob mercedem, et auctoramento impudentiae depensa, haberi*] Ita legendum e MSS. i. e. blatterata a patronis Aemiliani in suam ipsorum utilitatem, ob mercedem, qua se ad me accusandum obstrinxerunt. *Auctoramento impudentiae depensa* i. e. persoluta. Quod autem habetur blatteratum ob mercedem, et auctoramento impudentiae depensum, id ut frivolum praetermitti potest; attamen Appuleio vel sua caussa paucis refellenda videbantur. Probavit hanc lectionem Oudend. noster ad Caesar. de B. G. I, 44. quem vide etiam ad nostri Met. IX. p. 667, a. imo, edidit iam Scriv. sed alia, minus bona, ni fallor, distinctione: *quae etsi possunt ab his utiliter, blatterata ob mercedem, et auctoramento impudentiae, depensa haberi.* Videamus iam de singulis. *Utiliter* a Colvio mutatum esse in *futiliter* supra iam vidimus. *Auctoramenta impudentiae deprehensa* est in Edd. excepta Scriver. omnibus, nisi quod in Iunt. post. sit *auctoramento*, adstipulantibus MSS. Florent. Pith. Lips. Coll. Voss. et probantibus Salmas. forsan e Fux. Cod. et Gronov. ad Arrian. VII. 6. Pro *deprehensa* extat *depensa* iam in Ed. Vic. et ex coni. Fulvii in Ed. Wow. addicentibus MSS. Bemb. et D'Orv. *Utiliter* i. e. in suam utilitatem. Noster de Dogm. Plat. L. I. p. 586. Ed. Flor. *cum impedimentum istud utiliter provenerit, res illa Felicitas nominatur.* Ovid. Her. Ep. 1. vs. 67. Utilius *starent etiam nunc moenia Troiae.* id. Fast. III. vs. 464. Utiliter *nobis perfidus ille fuit.* *Auctoramentum impudentiae* dicitur, ut *auctoramentum sceleris* Met. L. IX. p. 617. ubi adi Oudend.

Rabulis] Male item vulgo: *fabulis.* Colv. Marcian. Cap. L. VI. *forensis fabulationis.* vides indubie scribend. *rabulationis.* Cicero Oratore: *Declamatorem aliquem de Ludo, aut rabulam de foro.* Pric. MSS. Florent. Bemb. D'Orv. Coll. Voss. cum Edd. ante Colv. male *fabulis.*

Quo ferinae solent linguae] Sic vere Ald. Rom. et Flor. *quo ferme solent.* in Subide. Infra: *Viperae ritu niveo denticulo atrum venenum inspirare.* Elmenh. D'Orv. *quod.* MSS. Florent. Lips. Edd. Vic. Vulc. Wow. Scriv. *ferme.* At ceteri MSS. cum Edd. reliquis *ferinae.* quod sine haesitatione recepi. De adiect. *ferinus* cf. Oud. ad Met. L. IV. p. 273, a. Vulc. in marg. coniecit *viperae;* quia infra est: *Viperae ritu niveo denticulo atrum venenum inspirare.* Sed tum leg. *viperinae.* At *ferinam linguam* intelligit viperinam, cui proprium est virus. Sil. It.

causa paucis refellenda sunt, ne is, qui sedulo laboro, ut ne quid maculae aut
inhonestamenti in me admittam, videar cuipiam, si quid ex frivolis praeteriero,
id agnovisse potius, quam contemsisse. Est enim pudentis animi et verecundi,
ut mea opinio fert, vel falsas vituperationes gravari: cum etiam hi, qui sibi
delicti alicuius conscii sunt, tamen cum male audiunt, impendio commoveantur, et obirascantur; quamquam, exinde ut malefacere coeperunt, consueverint 405.
male audire. Quod si a ceteris silentium est, tamen ipsi sibimet conscii sunt,
posse se merito increpari. Enimvero bonus et innoxius quisque rudes et imperitas aures ad male audiendum habens, et laudis adsuetudine contumeliae insolens,

It. XI, 559. *tumet ingenio fraternaque corda Non tarde agnoscas et* virus *futile* linguae. ubi et verbum *tumere* ostendit, metaphoram esse desumtam a vipera. Ceterum *ferum* de serpente dixit id. Sil. VI. vs. 268. ferum *diducit in iras.*

Alieno dolori locare] Male Florid. interpretatur: *aliis, ut dolorem suum ulciscantur.* Est enim *dolori alieno*, dictum pro, in dolorem sive perniciem aliorum. MS. D'Orv. *dolore.* quasi sit ablat. pretii. Belg. *ten koste van.*

Tamen] Sic MSS. O. cum Edd. Vic. Elm. Scriv. In reliquis *attamen;* ut Met. L. VI. p. 424. Licet *tu — Domine fili* etc. — Attamen *modestiae meae memor.*

Mea caussa] L. *ea c.* Lips. Imo, vide totius loci contextum.

Aut inhonestamenti] MS. Pith. *an inhon.* cf. supra ad p. 400.

Admittant] Rom. *admittam.* recte. Elmenh. Edd. Vulc. et Wow. *admittant* contra MSS. et sensum.

Videar cuipiam] Pith. et Coll. Voss. *videam.* D'Orv. *quidpiam*, ut mox *id* abundet. sed nil muto. Peius in eod. Cod. *si quis ex fr.*

Agnovisse] Sic idem vet. lib. Vulgo est, *ignovisse.* Sed num, *ignovisse*, id est, ignorasse? Colv. De verbo *ignoscere* cum 4to casu v. Burm. ad Prop. L. II. el. 2. v. 56. et sic habent l. l. Edd. ante Colv. sed *agnovisse* habent MSS. et flagitat sensus, ut satis patet ex similibus locis apud Pric.

Prudentis animi] Amplector istam lectionem prae altera, *Pudentis.* Pric. Cum Pricaeo faciunt margo Basil. Vulc. Ed. tert. et Floridus. Sed in MSS. et Edd. ceteris est *pudentis*, quod mutandum non est: *Verecundus* et *pudens* eleganter iunguntur. Cic. ad Div. II, 6. Verecundius *a te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem. Grave est enim homini* pudenti, *petere* etc. Ovid. Trist. L. IV. el. 4. vs. 50. *Nostra* verecundo *vota* pudore *carent.* Immo plane ut hic noster, Cic. Verr. III. c. 41. *Habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati* pudentes *ac viri boni difficillime possunt.*

Vel falsa vituperatione gravari] Florent. *vel falsas vituperationes gravari.* Sic Lucanus: *Romanos odere omnes, Dominosque gravantur.* Elmenh. Lego: *Falsas vituperationes g.* et sic optimi authores loquuntur. Similiter Graeci, qui βαρύνεσθαι, μεταβάτως ponunt. Pric. Recte, et probat id, cum Florentinis et MS. Pith. Oud. ad Suet. Tib. c. 50, vel *falsam vituperationem*, sed in plurali est in MSS. et edidit iam Scriv. De hac constructione verbi *gravari* adi Oud. ad Suet. l. c. et ad Met. L. V. p. 341, a. add. Amm. Marc. XXVI. c. ult. §. 17. *marini fremitus velut* gravati repulsam *versa vice consurgunt.* In Ed. Ven. Bas. 1. est *falsa opinione.* In D'Orv. mox deest *qui.*

Ut malefacere] Vulgatum ubique ante, *ubi malefacere.* Colv. Sed MSS. cum Edd. Colv. et seqq. *ut. Exinde ut* frequens apud nostrum. Adi Stewech. ad Met. L. I. p. 75, a.

Consueverint] MS. D'Orv. *consueverunt.* Sed v. ad Flor. N. 1.

Posse se] τὸ *se* ob praecedentem syllabam excidit in MS. Lips. Ed. Ven. *consciis.*

Quisque rudes et imperitas aures] MS. cod. *quisse rudes et imparatas aures:* Bas. 1. et 2. *rudis et imperitus.* Ald. *rudes et imperitas.* quam sequuti sumus. Colv. Rectum est illud a Manuscripto *imparatas aures.* quod cur mutaretur, caussae nihil erat. *Imparatus* pro Rudi et Imperito eo aevo accipiebatur: et invenire est apud Arnobium nostrum non semel, annotavimusque id iam olim in Critico. Meurs. *Quisque* deest Edd. Vic. Ven. Bas. In Vic. Iunt. Ald. Bas. Cas. Pric. *rudis.* Vic. *auris.* Al. *aures* vel *aureis. Imparatas* ex Cod. Lips. edidit Scriv. sed *imperitas* revocavit Florid. et ex eo Ed. Bip. Eadem varietas in Iustin. L. XXXI. c. 2. *Virum ad prospicienda cavendaque pericula* peritum. ubi nunc ex MSS. editur *paratum*, cum *peritus ad* ne Latinum quidem esse putent VV. DD. Sane qui dixerit *peritus ad litteras*, vel sim. eum male Latine dixisse, non dubium est. Sed *peritus ad pericula cavenda*, pro, peritus eorum, quae faciunt ad pericula ca-

lens, multo tanto ex animo laborat, ea sibi immerito dici, quae ipse possit aliis vere obiectare. Quod si forte inepta videbor et oppido frivola velle defendere, illis debet ea res vitio verti, quibus turpe est etiam haec obiectasse: non mihi culpae dari, cui honestum erit etiam haec diluisse. Audisti ergo paulo prius, in principio accusationis ita dici: *Accusamus apud te philosophum formosum, et tam Graece, quam Latine* (proh nefas!) *disertissimum.* Nisi fallor enim, his ipsis verbis accusationem mei ingressus est Tannonius Pudens, homo vere ille quidem non disertissimus. Quod utinam tam gravia formae et facundiae crimina vere mihi opprobrasset! non difficile ei respondissem, quod Homericus Alexander Hectori:

Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικύδεα δῶρα,
Ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσιν, ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο.

406. Haec ego de forma respondissem: praeterea, licere etiam philosophis, esse vultu li-

cavenda, recte defendi posse existimo. Valet tùm *peritus* idem quod *expertus.* Cic. pro Font. c. 15. *Virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem*, ad *usum ac disciplinam* peritum, *ad consilia prudentem* etc. Est igitur *imperitus* h. l. inexpertus, inadsuetus, plane ut Liv. VI, 18. dixit: *animum inexpertum ad contumeliam. Imperitus* quoque melius iungitur τῷ *rudis* quam *imparatus.* Noster Flor. N. 7. *rudes, sordidi, imperiti.* Quare unius Cod. auctoritate vulgarem lectionem non mutavi.

Quanto contum. ins. multo tanto] Paucioribus vulg. *contumeliae insolens, multo tamen,* Colv. Vocem *quanto* delent Flor. et Rom. — Flor. *multo tanta.* male. Elmenh. *Quanto* deest MSS. Florent. D'Orv. Edd. Vic. Iunt. Ald. Bas. Bene. ut solet App. Adi ad Met. L. VI. init. L. VII. p. 474. L. X. p. 717. e quibus locis, et ibi notatis, patet, male easdem Edd. cum MS. D'Orv. habere *multo tamen.* MS. Florent. *multo tanta.* Pith. *assuetum tanto contum.* De ellipsi τοῦ *magis* vel *potius* omnia nota sunt.

Ea sibi — quae] Pith. *ei s. — quam.*

Vorti] Sic Scriv. Al. *verti.*

Etiam haec diluisse] MS. *hoc diluisse.* Colv. Pith. *ita h. d.* MS. Lips. *et h. d.* Coll. Voss. *hoc dil.*

Audisti ergo] Pith. Coll. Voss. *aud. igitur.*

Proh nefas] Edd. Vulc. Wow. *Pro n.* sed reliquae cum MSS. *proh n.*

Tannonius Pudens] Coll. Voss. *Tanon.* Marg. Bas. pr. *Prudens.* sed *Pudens* MSS. et Edd. O. hic et infra.

Quidem disertissimus] M. Ven. Rom. *quidem non disert.* Colv. Restituimus negationem ex Ed. Rom. Ea vera lectio et ex Apuleii mente, qui etiam infra Tannonio eidem infantiam obiicit: de eo enim sunt haec, *sed eloqui propter infantiam causidicus summus nequiret.* Mox, *At ego illi contra iustius exprobaverim, quod qui eloquentiae patrocinium vulgo profiteatur, etiam honesta dictu sordide blatteret, ac saepe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omnino obmutescat.* Casaub. *non disertissimus*] Sic omnes libri MSS. Recte. et infantiam eius infra ridet saepius. V. D. *in marg. Ed. Colv. e Bibl. Reg.* Casaubonum secuti sunt reliqui.

Quod utinam] Quemadmodum *quod* abundat in *quod si, quod ubi*, etc. (Vide ad Met. L. III. p. 201, b. Burm. ad Virg. Aen. II, 141. Perizon. ad Sanct. Min. IV, 5, 9.) ita etiam in *quod utinam.* Cic. ad Div. XIV, 4. Quod utinam *minus vitae cupidi fuissemus!* Plura dabit Cort. ad Sallust. Iug. c. 14. add. e nostro Flor. N. 18. Quod utinam *pro amplitudine auditorii prolixa oratio suppeteret.* N. 23. Quod utinam *sicuti cygno cantum indulsit, ita huic quoque vocem tribuisset.* Perperam igitur in MS. D'Orv. est *qui utinam*, quamvis probante Latino Latinio. Edd. Vic. Ven. *qui si etiam.*

Facundiae crimina non mihi opprobrasset] Ita V. C. Sciopp. *in Symb.* Male.

Alexander] MS. *Alexandro.*

οὔτοι] Ita leg. cum Scriv. vulgo οὔτι.

δῶρα] Ed. Ven. δωρ.

ὅσσα κεν] Ed. Iunt. post. ὅσσα καὶ. et mox αὖ τις. Ceterum in Edd. Ald. et MS. D'Orv. Graeca desunt. Versionem Latinam addunt Edd. ante Scriver. cum Bip. huiusmodi: *Munera deum gloriosissima nequaquam aspernanda* (Pith. Lips. cum Ed. Ald. *aspernunda*): *quae tamen ab ipsis tribui sueta, multis volentibus non obtingunt* (Pith. *obtingent*). Sed et in Iunt. post. iam deest versio, quam nec ego Appuleianam puto.

Licere] Edd. Vic. Ven. *licet.*

Philosophis] Edd. ante Elmenh. excepta Iunt. post. *philosophos.* Sed *philosophis* est etiam in MSS. quare id omnino est retinendum. De usu-

liberali: Pythagoram, qui primum sese philosophum nuncuparit, eum sui seculi excellentissima forma fuisse: item Zenonem illum antiquum Velia oriundum, qui primus omnium dictionem sollertissimo artificio ambifariam dissolverit, eum quoque Zenonem longe decorissimum fuisse, ut Plato autumat. Itemque multos

tos

utraque constructione v. Heins. ad Ovid. Her. Ep. XIV. vs. 64. qui etiam h. l. monet legendum esse *philosophus*, et Oudend. ad Caes. de B. G. VI, 35. de B. Civ. III, init.

SESE PHILOSOPHUM NUNCUPARIT] Vulg. *esse se phil. nunc.* Meminit Diog. Laërt. L. I. in princ. et L. VIII. Augustin. de Civit. Dei L. XVIII. c. 25. et c. 27. Ambrosius L. III. de Virginib. COLV. Clem. Alexandrin. L. I. Stromat. fol. 129. πυθαγόρας ὁ Φερεκύδους γνώριμος φιλόσοφον ἑαυτὸν πρῶτος ἀνηγόρευσεν. ELMENH. MSS. Pith. *esse se.* Florent. *se esse.* Lips. et D'Orv. simpliciter *esse.* Sed bene correxit Colv. seu potius Lips. ad oram Bas. pr.

VELIA] Corrigit Lipsius, *Elea.* Zeno *Eleates.* COLV. Errat vir ille doctissimus cui ait Colvius placere ut *Elea* scribatur. quasi non idem sint Ἐλέα et *Velia.* CASAUB. Fulvius: *Elea.* SCIOPP. *in Symb.* Sic Florent. 2. quod inscite Lipsius et Fulvius convertunt in *Alia.* Vide Andreae Schotti Observ. L. V. c. 15. ELMENH. Pueriliter magnus vir hoc loco lapsus est, qui *Elea* reponit; quod Zeno Eleates esset. quasi non idem sit Velia, et Elea. Servius in L. VI. Aeneid. *Velia dicta est a paludibus, quibus cingitur, quas Graeci ἕλη dicunt. Fuit ergo Helia, sed accepit Digamma, et facta Velia, ut Enetus, Venetus.* Plura huius generis legas apud Dionysium in Antiquitatibus Romanis, et Terentianum Maurum de Syllabis: et nos exposuimus in libris de Antiquis Italiae linguis. Sic Andalusia hodie provincia Hispaniae, quae Vandalusia olim, utpote a Vandalis dicta, teste Sancio Hist. Hispaniae L. I. c. 7. SCIP. GENT. Vulc. Edd. sec. et tert. *Elea.* Sed reliquae Edd. cum MSS. *Velia.* De *Elea* sive *Velia* Lucaniae urbe cf. Simson. Chron. ad ann. 3470.

PRIMUS OMNIUM DICTIONEM] τὸ *dictionem* male abest a Florentinis. Hic enim primus Dialecticam invenit, ut ait Laërtius in eius vita. ELMENH. Floridus interpretatur: *qui primus ingeniosissima arte divisit orationem in duas partes;* Rhetoricam scil. et Dialecticam: Zenonem enim Φασὶν εὑρετὴν εἶναι διαλεκτικῆς, teste Suida, quocum faciunt alii, citati ab Harles. ad Fabr. Bibl. Gr. L. II. c. 24. §. 29. Verum *ambifariam* non est *in duas partes*, sed, *in utramque partem.* ut in Flor. N. 18. *anceps argumentum ambifariam proponere.* Dein *dictio* non potest dici divisa esse in Rhetoricam et Dialecticam. Quare melius, ni fallor, verba *dictionem sollertissimo artificio ambifariam dissolvere* interpreteris: de dictione, sive sententia aliqua, in utramque partem sollertissime et captiose disputare; qua in re Sophistis facem praetulit Zeno: unde et Dialectices inventoris nomen meruit. Vid. omnino Harles. l. c. Hinc ἀμφοτερόγλωσσον eum vocat Timon apud Diog. Laërt. IX, 25. Haec igitur auctoris mens: sed in verbis latet quid. Nam nec in Ed. Iunt. post. nec in MSS. comparet τὸ *dictionem:* unde Oudend. in marg. pro *omnium* conicit *orationem.* An *omnium dictionem — dissolverit;* vel, propius ad MSS. *omnia — dissolverit?* ut prius *omnia* mutatum sit in *omnium*, et tunc intrusum *dictionem* ad fulciendum sensum. Cic. de Or. II, 38. Dialectici *reperiunt ea, quae ipsi non possint* dissolvere. Non muto tamen *dictionem*, de cuius vocis significatione vide Burm. ad Petron. 6. cf. Ern. in Cl. Cic. MSS. D'Orv. Pith. Lips. cum Ed. Iunt. post. *dissolveret.* Male, *Pythagoram, qui — nuncuparit: Zenonem, qui dissolverit.*

EUM QUOQUE] In MS. D'Orv. deest *quoque:* pro quo Schottus Obs. V, 15. perperam reponi voluit *inquam*, quae vox locum habet in geminatione cum emphasi: ut apud Ciceron. Phil. II, 26. *bona (miserum me! consumtis enim lacrimis, tamen infixus animo haeret dolor) bona*, inquam, *Cn. Pompeii Magni voci acerbissimae subiecta praeconis.* cf. de Fin. II, 22. ubi vero nulla est emphasis, et perspicuitatis tantum gratia, e superioribus aliquid repetitur, apud bonos auctores semper *igitur* locum habet: ut apud Ciceron. saepius. Noster Flor. N. 7. *Alexandro illi, — cum* igitur *Alexandrum:* vel simpliciter pronomen *is, ea, id.* vide Oudend. ad Flor. l. c. quam Appuleiani stili proprietatem ignorabat Schottus ibid. quum *cum quoque Zenonem* glossema putaret.

UT PLATO AUTUMAT] Scribo, *et Plato autumat.* Locus Platonis in Parmenide, initio libri. COLV. Recte *ut* non *et*, quod quibusdam placet: qui non vident et praecedentia et sequentia pendere a verbo *respondissem.* *Autumat* est λέγει, ut recte vertitur in Glossario. Zenonem Plato vocat εὐμήκη καὶ χαρίεντα ἰδεῖν. CASAUB. *Et Plato* Colv. Ego, *et Platonem autumant.* BRANT. Ita emendavit Casaubonus noster quum antea *et Plato* legeretur. Est autem, *Autumat* λέγει, ut in veteri glossario: et docet Gellius adversus Nigidium L. XV. c. 3. Forte aliquid in hoc loco Appulei deest; suspicabarque legen-

dum,

tos philosophos ab ore honestissimos memoriae prodi, qui gratiam corporis morum honestamentis ornaverunt. Sed haec defensio, ut dixi, aliquammultum a me remota est: cui, praeter formae mediocritatem, continuatio etiam literati laboris omnem gratiam corpore deterget, habitudinem tenuat, succum exsorbet,
407. colorem obliterat, vigorem debilitat. Capillus ipse, quem isti aperto mendacio ad lenocinium decoris promissum dixere, — vides, quam sit amoenus ac delicatus, — horrore implexus atque impeditus, stuppeo tomento adsimilis, et inaequaliter

dum, *et Parmenidem, ut Plato autumat.* eos enim ambos in dicto libro Plato coniungit, commendatque pariter a forma, dicens Parmenidem *καλὸν καὶ ἀγαθὸν τὴν ὄψιν*, id est, *aspectu decorum*, ut Ficinus vertit, ad haec Appuleii forte respiciens, quem ut bonum Platonicum optimus ipse lectitavit. Scip. Gent. *Ut* praebent recte MSS. nisi quod in D'Orv. prorsus desit. Pessime Brant. qui ignorasse videtur locum Platonis in Parmenide, e quo tamen non ausim cum Scip. Gent. suspicari Parmenidis nomen hic excidisse.

Gratiam corporis] D'Orv. *corporum.* sed eleganter singulari num. ponitur membrum, quod pluribus, sed singulis adscribitur; in quo tamen saepius corruptus est App. noster. V. Oudend. ad Met. L. II, 109, a.

Aliquammultum] Ven. Rom. *tamen quam multum.* Ald. *aliquo multum.* Notavimus alibi supra. Colv. Edd. Vic. Ven. Rom. *tamen quam m.* Ald. et Iunt. post. *aliquo m.* sed recte MSS. cum reliquis Edd. *aliquam multum.* Adi Oudend. ad Met. L. I. p. 74, b.

Continuatio literati laboris] Pallor enim consanguineus studiorum. Martianus Capella de nuptiis Philologiae L. I. pag. 13. *An vero quisquam est qui Philologiae se asserat pervigilia laborata, et lucubrationum perennium nescire pallorem.* Theodosius Imp. Novella 1. de authoritate cod. Theodosiani: *Saepe nostra clementia dubitavit, quae causa faceret, ut in tanto lucubrationum tristi pallore vix unus aut alter receperit soliditatem perfectae doctrinae.* Elmenh.

Deterget] Pith. *detegit.* Lips. D'Orv. *detergit.* Eadem varietas Met. L. IV. p. 313. ubi adi Oudend.

Exsorbet] Sic recte Scriv. Al. *exorbet.*

Capillus quem isti etc.] Notant Apuleium ob promissum capillitium. E contra Christiani eos reprehendebant, qui tonsorem diligebant. Vincentius Speculo Histor. L. XII. cap. 17. ex actis Tiburtii Martyris: *Torquatus, diu est, quod se Christianum esse mentitus est. Credas hunc Christianum esse qui in lenocinio suo moliendo capicio fimbrias obmittit, qui tonsorem diligit, qui sic molliter gestit, qui fluxum gressum improbo nisu distendit, qui viros negligenter agit, foeminas libenter intuetur.* Elmenh.

Quam non sit] Particulam *non* male omittunt Florentini MSS. Elmenh. Omittunt eam quoque MSS. Pith. Lips. probante V. D. in Obs. Misc. Vol. II. p. 187. vel, *vide quam sit am.* per ironiam: ut infra p. 472. vide, *quam ipsi sese revincant.* Sed p. 536. vides, *quam similia contendam.* quare id mutatum nolim. Sed *non* MStorum auctoritate eiiciendum. Pro eo in D'Orv. est *nam.* Ironiam amat noster. Vide Ind.

Ac delicatus] MS. Lips. *et dedic.*

Horrore implexus etc.] Putabam emendari posse, *implexus, atque impeditus, stuppeo tornamento ass*; voce derivata a tornando. Cic. *Id ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius.* sequitur mox: *ab ineunte aevo unis studiis literarum ex summis viribus deditus*, energiam habiturum videtur *et summis.* Stewech. Mavult doctissimus Scaliger *horr. impexus.* Ego nihil mutarim. Sic in Glossario veteri alibi: *Implexibarbus*, et *Implexa barba*, *Σπανοπώγων.* Colv. Gloss. *Implexa barba*, *δασυπώγων*: non *σπανοπώγων* ut quidam. sunt qui scribant *horrore impexus.* Sic in Glossario, *Impexa ἀκτενιστὸς, Φρικτή.* et ita lego in alio eiusdem libri loco *Horridus ἀκτενιστὸς, Φρικτός.* ubi vulgati libri valde corrupte *σιαυτο Φρικτός.* Sed magis placet lectio omnium librorum *implexus.* Utraque voce usus Agathias elegantissimus scriptor, in eadem sententia, *οἱ πλόκαμοι τῶν Τούρκων τε καὶ βαρβάρων ἀπέκτητοι καὶ αὐχμηροὶ, καὶ ῥυπῶντες, καὶ ἐνέρσει ἀπρεπῶς ἀναπεπλεγμένοι.* Casaub. Alii *horrore impexus a. i.* Synesius in Encomio calvitii fol. 64. *Ἀναστὰς ἕωθεν καὶ τοὺς θεοὺς προσειπὼν, ὅπερ εἴωθα ἐπεμελούμην τῆς κόμης· καὶ γὰρ ἐτύγχανον μαλακώτερον σῶμα ἔχων· ἡ δὲ ἠμέλητο ἐκ πλείονος· πάνυ γοῦν συνέστραπτο καὶ συνεπέπλεκτο τὰ πολλὰ αὐτῆς οἷα τῶν οἴων τὰ περὶ τοῖς σκέλεσιν αἰωρούμενα· πολὺ δὲ ταῦτα σκληρότερα, ὡς ἂν ἐκ λεπτοτέρων συμπεπλεγμένα, τῶν τριχῶν. ἦν οὖν ὀφθῆναι τε ἀγρία ἡ κόμη καὶ βαρεῖα. μόλι δὲ διελύετο. καὶ τὰ πολλὰ αὐτῆς ἀπεσπᾶτο καὶ διετείνετο.* Elmenh. Male in quibusdam libris *Impexus* legitur. Tibullus L. 1. el. 3. *Tisyphoneque implexa feros pro crinibus angues.* Glossae: *Implexa barba. Δασυπώγων.* Sic apud Marcian. Capellam: *Crines tortuosi et nexiles,* quos

liter hirtus, et globosus, et congestus; prorsum inenodabilis diutina incuria, non modo comendi, sed saltem expediendi et discriminandi. Satis, ut puto, crinium crimen, quod illi quasi capitale intenderunt, refutatum est. De eloquen-

quos infra eod. loco vocat *implexum capillitium.* Pric. Recte MSS. *implexus*, uti saepe hanc vocem passive usurpat App. V. Oud. ad Met. L. II. p. 85, a. L. X. p. 699, b. et Intpp. h. l. quibus add. Auct. Consol. ad Liv. vs. 223. *Salice* implexum, *muscoque et arundine crinem.*

Stuppeo tormento] Funi e stuppa torto, tento. Auctor Priapeiorum: *Totamque hanc sine fraude, quantacunque est, Tormento, citharaque tensiorem, Ad costam tibi septimam recondam.* Funem torquere enim est σχοῖνον πλέκειν, ut bene notatum a doctissimo Scaligero. Propertius: *Dignior obliquo funem qui torqueat ocno.* Horatius: *Tortum digna sequi potius, quam ducere funem.* Colv. Mihi videbatur frigidius, ut capillus capitis funi (id enim est *tormentum*) assimilaretur: legebam igitur *tomento:* nihil tamen pronuntio. Rom. Cod. *stuppae t.* Casaub. Non probo amici nostri coniecturam, qui *Tomento* scribi mallet, quod, ut ait, frigidius sibi videretur, ut capillus funi (id enim est *tormentum*) adsimilaretur. Sed aperte Lucius ita vocat, quod implexus et globosus, et congestus et inenodabilis diutina incuria discriminandi et expediendi esset; his enim aliisque verbis eum depingit, quae tormento et funi potius conveniunt. Simillimus locus apud Iulianum in Misopogone adversus Antiochenas: ὑμεῖς δὲ φατὲ καὶ σχοινία δεῖν πλέκειν ἐνθένδε. καὶ ἕτοιμος παρέχειν ἔχω, ἣν μόνον ἕλκειν δυνηθείητε, καὶ μὴ τὰς ἀτρίπτους καὶ μαλακὰς ὑμῶν χεῖρας ἡ τραχύτης αὐτῶν δεινὰ ἐργάσηται. et mox dicit hircorum similem barbam. Quid quod ex crinibus mulierum, tormenta saepe in bello facta, legimus? Servius L. II. Aeneid. *Quum Galli Capitolium obsiderent, et deessent funes Romanis ad tormenta facienda.* et mox: *crines, unde tormenta facta.* Idem apud Caesar. de Bel. Gall. Pausan. L. VII. alios. Scip. Gent. Recte. Nec quidquam immutandum est. *Tormentum* hic funis est a *torquendo* sic dictus, quod ex stuppis intortis fiat, et intorquetur. Flor d. Edd. Rom. Vic. Ven. *stuppae.* quod non prorsus improbandum, ut sit genit. pro adiectivo. v. ad Met. L. II. p. 92, b. L. VI. p. 439, b. Flor. N. 34. Dein *tormento* habere videntur MSS. nisi quod Groslot. adnotavit e Put. *tomento:* uti coniecere Faber in Semestr. L. II. c. 15. Casaub. cum Lat. Latin. et Tit. ad Gratiani Cyneg. 26. atque edidere Vulc. et Elm. quod propugnant quoque Gruter. Suspic. Ined. XX, 10. Burman. ad Anthol. Lat. L. V. Ep. 6. et Gronov. Obs. L. IV. c. 22. aiens, *tormento* non nisi unum πλόκαμον sive sertum, aut suggestum sertorum recte comparari posse; uti et in Paulini carm. 14. de sertis crinibus usurpatur; quem locum et alia, quae *stuppeum vinculum*, atque adeo unum πλόκαμον spectant, in suam sententiam citat Pric. qui cum Colv. Scal. ad Catal. p. 187. et aliis, defendit *tormento.* Sed *tormenta* ita intorquentur, ut facile expediri possint: et Appuleii capillus prorsus erat *enodabilis*, et similis *tomento*, i. e. glomeri cannabis indiscriminatae. Imo *torti capilli* ad corporis cultum, feminarum et molliorum hominum, pertinebant. Ovid. Art. Am. II. vs. 304. *Torserit igne comam, torte capille, place.* vid. Burmann. ad Anthol. Lat. L. V. Ep. XLVI. Quare accedo Vulc. et Elm. *Tomentum* abiit quoque in *tormentum* in 2. MSS. et Edd. Sueton. Tib. c. 54. et in Plin. L. XIX. c. 1. et alibi saepius.

Prorsum] Sic MSS. Florent. D'Orv. Coll. Voss. cum Ed. Scriv. probante V. D. in Misc. Obs. l. supra cit. Vulgo *prorsus.* Sed *prorsum* dixit etiam noster Met. L. V. p. 319. et Flor. N. 18. fluctuantibus tamen utroque loco MSS.

Non modo comendi] V. C. *non modo ğenendi.* Sciopp. *in Symb.* *Comendi* est in Edd. O. Sed Pith. *conemdi.* et Wow. in Var. Lect. quasi e Fulv. Cod. *concernendi:* unde Crus. Prob. Crit. c. 9. conicit *concinnandi.* Sed *concinnare* simpliciter est, in ordinem componere: atque non satis id verbum differt ab *expediendo* et *discriminando*, quam ut ea sibi opponi recte possint. *Comere* vero, quod proprium est verbum de cura capillorum (v. Drakenb. ad Sil. It. VII. vs. 460.) notat non tantum capillos componere, sed et ornare, unde et *comere*, absolute, ornandi significationem accepit. V. Gronov. Diatr. Stat. c. 27. Auson. Epigr. I, 3. Come *serenatam duplici diademate frontem.* ubi cf. Viner. et Clar. Urb. 6. vs. 17. Quare cum MSS. reliquis in vulgata scriptura acquiesco.

Quasi ut capitale] Vulg. *quasi capitale.* Colv. Deleturus eram istorum alterutrum *quasi ut:* cum in mentem venit superioris loci Lib. de Deo Socr. quem in vetustioribus Codd. ita legimus: *Verbo subito sumta sententia est, quia de repentino oborta est. Quasi velut in materia lapidis temerario interiectu poni necesse est.* etiam ea forma satis placet. Acid. Vulgati, *quasi ut capitale:* quod probat Val. Acidalius, adfertque illum oratoris nostri locum lib. de Deo Socrat.

quentia vero, si qua mihi fuisset, neque mirum, neque invidiosum deberet videri, si ab ineunte aevo unis studiis literarum ex summis viribus deditus, omnibus aliis spretis voluptatibus, ad hoc aevi, haud sciam, anne super omnes homines impenso labore, diuque noctuque, cum despectu et dispendio bonae valetudinis, eam quaesissem. Sed nihil ab eloquentia metuant, quam ego, si quid omnino promovi, potius spero, quam praesto. Sane quidem, si verum est, quod Statium Caecilium in suis Poëmatibus scripsisse dicunt, Innocentiam
408. eloquentiam esse; ego vero profiteor ista ratione, ac prae me fero, nemini omnium de eloquentia concessurum. Quis enim me hoc quidem pacto eloquentior vivat? quippe qui nihil unquam cogitavi, quod eloqui non auderem. Eundem me aio facundissimum esse: nam omne peccatum semper nefas habui; eundem disertissimum: quod nullum meum factum, vel dictum exstet, de quo disserere publice non possim: ita ut iam de versibus dissertabo, quos a me factos qua-

erat. ut in vetustioribus Codd. legi ait: *Verbo sumpta sententia est, quia de repentino oborta est, quasi velut in materia lapides temerario interiectu poni necesse est.* Scip. Gent. *in App.* Locus ab Acid. cit. est Flor. N. 23. ubi Wow. perperam delevit *quasi*. Alterutrum abundat Appuleiano stilo. V. Oud. ad Met. L. I. p. 58, a. Verum h. l. illud *ut* fluxit ex emendatione Colv. quem secutus est Vulc. in Ed. pr. Quum autem MSS. et Edd. reliquae simpliciter agnoscant *quasi*; *ut* ab auctore profectum non videtur.

Intenderunt] D'Orv. *intendere.*

Refutatum est] MS. *refutat?* Colv. Coll. Voss. *refutatum* sine *est*. Pith. et D'Orv. *refutatur.*

Neque mir. neque inv. deberet] Pith. *nec mirum nec inv. deb.*

Si] Oudend. marg. Ed. Pric. adlevit, *qui.* sed in MSS. et Edd. O. est *si.*

Ex summis viribus] Stewechius, *Et summis viribus.* male. Vide Indicem. Elmenh. V. Oudend. ad Met. L. II. p. 169, b. et Ind. Cum Stewechio facit Gulielmius, teste Groslot. in marg.

Ad hoc aevi] Male Edd. Vic. Ven. *ad haec aevi.* MSS. Pith. Lips. *ad hoc ei.* Aldus *ad hoc veni*, et *ut*, pro, *haud.*

Omnes homines] In eodem, *omnes hos.* Colv. ut et Coll. Voss.

Cum despectu] Oud. in marg. *Forte: cum desp. etiam.*

Sed nihil] D'Orv. *sed mihi.*

Si quid] Idem cod. *si quidem.* Colv. Accedunt Coll. Voss. et Pith. Non male. ut *si quidem* notet, non *quandoquidem*, ut apud nostrum alibi, sed *si scilicet:* ut apud Terent. And. III, 1, 7. *Actum est*, si quidem *hic vera praedicat. Promovere*, sine casu sequente, est et apud Gell. N. A. V, 10. *quum — in studio quidem facundiae abunde* promovisset. Noster Florid. N. 3. *paullo largius in arte* promovisse. Restituendum id verbum quoque Sept. de B. Troi. I, 11. *contestandi magis gratia, quam aliquid ea oratione* promoturus. sic enim MS. Periz. in Bibl. Leid. vulgo *profuturus*. cf. Obs. Misc. Nov. T. I. p. 8.

Potius spero quam praesto] Cicero Philip. I, 4. *Nec enim sperabam id, nec praestare poteram.* malim e converso *N. e. praestabam id, nec sperare p.* Pric. Contra MSS. et Gell. XIII, 1. Oudend.

Sane] Idem *Savum.* Colv.

Statium Caecilium] Sic hic vocatur Comicus etiam a Sedigito apud Gellium L. XV. cap. 23. et Fulgent. de Prisco Serm. in Capularis. Colv.

Dicunt] MSS. Pith. Florent. Lips. *dicanto.* Edd. Vic. Ven. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *dicant.*

Ego vero] Deest *vero* MSS. Fulv. D'Orv. Pith. Edd. Vic. Ven.

Prae me fero] MSS. Lips. Pith. *praefero me.* D'Orv. *profero me.* In reliquis *prae me fero.* Recte. Ellipsis accusativi pronominis ante Infinitivum frequens est. V. Sanct. Min. L. III. c. 7.

Nihil unquam] Pith. a m. pr. *numquam cogitavi nihil.* ut duplex negatio, Graecorum more, vim habeat. Adi Oudend, ad Met. L. V. p. 334, a. Inttpp. ad Nep. Att. 11. ad Propert. II, 15, 5. Bentl. ad Terent. Andr. I, 2. extr. Duker. ad Flor. III, 17. Pro *auderem* Cod. Pith. *audes.*

Aio] Coll. Voss. *alio.* Ed. Iunt. post. *animo.* quae vox in MSS. sic scribitur *aīo.*

Facundissimum esse] τὸ *esse* adieci ex Florentinis. Elmenh. Accedunt d'Orv. Pith. Edd. ante Colv.

Exstet] Pith. *est.*

Dissertabo] Ed. Ven. *desirtabo.*

A

quasi pudendos protulerunt; cum quidem me animadvertisti cum risu illis succensentem, quod eos absone et indocte pronunciarent. Primo igitur legerunt e Ludicris meis epistolium de dentifricio, versibus scriptum ad quendam Calpurnianum: qui, cum adversum me eas literas promeret, invidit profecto cupiditate laedendi, si quid mihi ex illis fieret criminosum, id mihi secum esse commune. Nam petisse eum a me aliquid tersui dentium, versus testantur:

Calpurniane, salve properis versibus.
Misi, ut petisti, mundicinas dentium,

Ni-

A ME FACTOS] Id. lib. *anfactos.* COLV.
PROTULERUNT] D'Orv. *protulere.*
CUM QUIDEM] Ald. *tu quidem.* COLV. contra MSS. Eleganter Ed. Iunt. post. *cum equidem.* Adi Oudend. ad Met. L. I. p. 10, a. Post τὸ *quidem* deest *me* in Coll. Voss. et alia Codicis Lips. Coll.
ILLIS SUCCENSENTEM] V. C. *succenserem.* VIR DOCT. Pith. *succensentem*, deleto *illis*.
LEGERUNT] D'Orv. *legere:* ut supra, *intendere*, *protulere.*
E LUDICRIS] Ex his Nonius citat unum versiculum. VIR DOCT. V. Fragm. Appuleii.
DENTIFRICIO] Pith. *derifr.* D'Orv. *dentifrigio.*
CALPURNIANUM] Ita MSS. Sed Edd. Vic. Ven. Iunt. Bas. Colv. Vulc. Wow. *Calphurn.* Elm. hic *Calphurn.* sed infra *Calpurn.*
PROMERET] Ed. Ven. *promoret.*
NON VIDIT] Rom. Ven. alii, *invidit.* quod fortassis ita olim scriptum: et idem sit, quod *non vidit.* Ut Ius imminutum, id est integrum, apud Paulum L. 44. de Bonis libert. Charisius L. II. *Inauratae pro, non auratae.* Titinnius in Barathro: *Inauratae atque inlautae mulieris.* Similis sententia huic loco in Arnobii L. I. *Quale sit istud quod dicitur, calumniarum libidine non videtis.* COLV. Omnino placet mihi lectio quae in quibusdam libris reperitur, *invidit pr.* Digna vox eruditione Appuleii *invidere* pro non videre: ut *invisus* pro non viso etiam apud M. Tullium. Si quis propter huiusmodi voces fastidiendam putet huius eruditissimi scriptoris orationem, eum ego censeo quid sit Latine scire prorsus ignorare. Nam certum est optimos quosque Latinitatis auctores plerisque compositis cum *re* vel *in* vel *ex* multifariam uti solitos: quod et veteres critici pridem monuerunt: et nos ad Persium et Suetonium cis paucos menses, Deo faciente, ostendemus. CASAUB. *invidit prof.*] Sic recte Aldinus codex, quod Pithoeus Advers. L. II. c. 11. male novavit in *non vidit profecto.* ELMENH. Primus sic legend. monuit Fruterius. τὸ *In* est ἀρνητικόν. Miles. 5. *Post optimas dapes quidem introcessit, et cantavit invisus.* Fulgent. Mythol. *Ut invise vespertinus advenerat, ita crepuscula etiam incognitus discedebat.* Onomast. vetus *Invisus.* Ἀθέατος. Sic *imminutum* L. 44. D. *de bon. libert.* PRIC. MS. Pith. *nil vidit.* *Invidit* quod est in Edd. Rom. Ven. Ald. Iunt. post. Elm. Pric. Flor. probantibus Groslor. in marg. et Fruterio Veris. I, 17. e nullo Cod. notatum invenio. Meram tamen librariorum aberrationem esse vix putem. Adiectivi *invisus*, pro, non visus, exempla sunt bene multa; et sic ad eandem normam *inscriptum pecus* apud Varron. de R. R. II, 1. de eo, quod quis apud publicanos non est professus; *inprotectus* apud Amm. Marc. XXVI, 8. §. 10. *inpropugnatus* apud eund. XXVII, 12. §. 15. et alia similia adiectiva, aut, si malis, participia: sed verbi *invidere* pro, non videre, exemplum non inveni, et ex hoc solo loco illud citant Lexicographi. cf. infra ad p. 488. Sunt quidem in Appuleio plura ἅπαξ τῶν λεγόμενα v. Oud. ad Met. L. V. p. 380, b. sed sine scripti Codicis auctoritate talia non facile admittam. *Invidit* tamen h. l. servavi quia exstat in optimis Edd. antiquis, quarum Iunt. post. MStorum lectiones exhibere solet.
PETISSE] Florid. novavit in *petiisse.* Male. Met. L. VIII. p. 545. *petisset.* L. X. p. 703. *petissent.* cf. Flor. N. 15. de Dogm. Plat. p. 567. Ed. Flor. infra p. 505. bis. et mox *petisti.* cf. etiam ad Met. IX. p. 394, b. Floridum tamen sequuntur Edd. Altenb. et Bip. ut ubique fere: quare eas Edd. non memorabimus, nisi ubi a Florido recedant.
TERSUI DENTIUM] MS. D'Orv. corrupte *trisbi dentibus.* *Dentibus* habent quoque Pith. et Florent.
MISI UT PETISTI] Magnus error admissus erat in digerendis hisce versibus, quem sustulimus. ita enim absque dubio debent haec edi, ut sunt a nobis collocata [*Misi ut pet.* etc. *Nitelas oris ex Arab. frug.* (*nisi forte in eo reprehendendus* usque ad *pumicare gingivam.*) et tum *Tenuem* etc.] non ut in prioribus Edd. Proferendi huius epistolii occasio prima fuit, ut probaret petitu Calpurniani dentifricium se misisse: ergo illa verba *Misi ut petisti* male post parenthesin ponuntur. Iam vero ipsius parentheseos dedere occasionem illa verba, *ex Arabicis frugibus.* per-

 pe-

409. *Nitelas oris ex Arabicis frugibus*,

(Nisi forte in eo reprehendendus sum, quod Calpurniano pulvisculum ex Arabicis frugibus miserim: quem multo aequius erat, spurcissimo ritu Hiberorum, ut ait Catullus,

sua

peram igitur illi subiiciuntur. sed et alias confusa ista edebantur, quae iam planissima sunt. Casaub. Quos versus miror post tot examina tam confusos esse; imo Parenthesin ipsam quae praecipue in oculis Casaubono, etiamnum luxatam, nec invenisse limites suos. At vir egregius ille (quod iam alibi monuimus) non nisi levi opera heic defungi voluit; nos accuratius inspeximus: itaque nec mirum, nec invidiosum sit, si quod illum praeteriit, a nobis deprehensum est. Sed eccum versus ipsos, quos cum Parenthesi ita digerendos puto: *Calpurniane salve properis versibus*, *Misi ut petisti*, *mundicinas dentium*, *Nitelas oris ex Arabicis frugibus*: *Tenuem*, *candificum*, *nobilem pulvisculum*, *Complanatorem tumidulae gingivulae*, *Converritorem pridianae reliquiae*: *Ne qua visatur tetra labes sordium*, *Restrictis forte si labellis riseris. Quaeso quid habent versus isti re aut verbo pudendum? quid omnino quod Philosophus suum nolit videri?* (*nisi forte in eo reprehendendus sum*, *quod Calpurniano pulvisculum ex Arabicis frugibus miserim*, *quem multo aequius erat spurcissimo Iberorum ritu* (*ut ait Catullus*) —— *sua sibi urina Dentem*, *atque russam pumicare gingivam*. Doctos restitutioni nostrae non dubito applausuros. Pric. Recte monet Pricaeus [etc.] quod in hac editione fieri curavimus. Florid. Edd. ante Casaub. statim post primum versum collocant parenthesin *Nisi forte* etc. atque ita videtur esse in MSS. plerisque: nisi quod in Pith. τὰ *misi ut* parenthesi praeponantur, et tum post eam repetantur. Casauboni correctionem secuti sunt Scal. Sc. Gent. Wow. Elm. Scriv. Pric. in sua Ed. qui tamen aliam proposuit distinguendi rationem, quam Flor. secutus est. Sed quum ea nimis abeat a MSS. et Edd. vett. nos quoque Casaubonum sequimur. Ceterum versus hos male Martiali tribuit Cruq. ad Horat. L. II. O. 8. vs. 3. In MS. Lipsii hic incipit lacuna usque ad p. 430. Ed. Flor. *At tu me suis* etc. cf. tamen p. 413. ad illa *Num igitur etiam Solonem* etc.

Properis] MS. Fulv. *perperis*.

Misi ut petisti, mundicias dentium] Versus hic claudus: quem rectum facit Lipsius, legens, *Misi*, *ut petisti*, *mundicinas dentium*. Dousa vero: *Misi ut petisti*, *tibi munditias dentium*. At Fruterius: *Misi ut petivisti*, *munditias dentium*. En tibi triplicem lectionem, a tribus principibus Criticis Belgicae nostrae. Colv.

mundicinas] Vulgo *munditias*, contra modulum versus. Observare licet in scriptoribus eius aevi et deincipibus frequentem hunc τύπον. Sic *indicinam* alibi dixit hic idem: Tertullianus *iuridicinam* et *vestificinam*. Ammianus et Symmachus *causidicinam*, ne plura nunc commemorem. Casaub. Palmaria est emendatio Lipsii, quam secure amplector. Distinxit igitur auctor *mundicinas*, i. e. res quibus munditiae comparantur, ab ipsis *munditiis oris*. Neque etiam illud, quod tersui dentium miserat App. dentium *munditias* dicere potuit. *Mundicina* vox est efficta ad similitudinem τοῦ *medicina* et sim. De substantivis in *ina* vid. Oud. ad Met. L. VI. p. 395. Merito igitur Lipsii emendationem expressere Scal. Cas. et seqq. probante in marg. Salm. qui tamen ad Solin. p. 398. coniecit *munditias has* Edd. ante Casaub. cum MSS. *munditias*: quam lectionem quum versum pessum dare viderent Gruter. et Goes. coniecerunt, ille *petivisti*, hic *tibi munditias*, uti editum est a Scalig. in Catal. p. 214. et hinc in Collectione Pisaurensi poët. Latin. T. IV. p. 428.

Nitelas] Hac voce utitur Solinus, pro *nitore*, cap. 35. *nam praecipua viris gloria est in armorum nitela*. Item pro micis pulveris aurei, quae inter arenas reperiuntur, cap. 36. *depurgant in minium nitelas pulveris*. Florid. V. et Scip. Gent. Pium Annot. Post. c. 104. D'Orv. *Vitales*. Pith. *Nicelas*.

Arabicis frugibus] Doctiss. Salmasius legit *Rupibus*, accipitque de lapide Arabico, de quo Plinius et Dioscorides. Pric. Cinnamo aliisve aromatis, quae ex Arabia apportantur. Salmas. ad Solinum p. 165. legit, *Rupibus*, et intelligit de lapide Arabico seu Arabo, de quo Plinius L. 36. c. 2. *Arabus lapis ebori similis dentifriciis accommodatur crematus* etc. Florid. Eiusmodi emendationes, qualem huic loco adhibet Salm. ad Solin. p. 398, sine MStorum auctoritate admittendas non puto.

Spurcissimo ritu Iberorum] Illi enim urina dentes proluebant. Strabo Geographiae Lib. III. fol. 3. Elmenh. Pith. corrupte *spatiissimo irritu Hiheorum*. *Hiber*. MSS. et Edd. O. praeter Florid. qui usitatiorem scripturam, sine adspiratione, exhibuit. Sed in MSS. ubique fere variatur: et flumen Hiberus est etiam in vet. Inscript. apud Gruter. p. 690.

Rus-

— — — sua sibi urina
Dentem, atque russam pumicare gingivam.)
Tenuem, candificum, nobilem pulvisculum,
Complanatorem tumidulae gingivulae,
Converritorem pridianae reliquiae;
Ne quae visatur tetra labes sordium,
Restrictis forte si labellis riseris.

Quaeso quid habent isti versus re aut verbo pudendum? quid omnino, quod philosophus suum nolit videri? Vidi ego dudum vix risum quosdam tenentes, cum munditias oris videlicet orator ille aspere accusaret, et dentifricium tanta indignatione pronunciaret, quanta nemo quisquam venenum. Quidni? crimen 410.
haud contemnendum philosopho, nihil in se sordidum sinere, nihil uspiam corporis apertum immundum pati ac foetulentum; praesertim os, cuius in propatulo

RUSSAM] Marg. Bas. pr. *ruſſam*. Rom. *deneusam*. Ven. *deneusum*. Bas. 1. *ruſſam*. Sed *russam* etiam legitur in melioribus Libris Catulli. Fl. Sosipater L. I. *Russeum Grammatici non magis dicendum putant, quam Albeum, aut Prasineum; sed Russum, et Album, et Prasinum.* Tertullianus de corona militis: *Et nunc russatis sanguine suo.* Huc etiam adhibe, quae supra scripsi ad L. II. Metam. COLV. Lat. Latin. malebat *rufam*. Sed Gellius N. A. II, 26. Russus *color et ruber nihil a vocabulo* rufi *differunt*. licet alii distinguere videantur. cf. Burm. ad Anthol. Lat. L. V. Ep. 12. vs. 11.

DENTEM PUMICARE] Cura dentium probri loco olim habita. Hieronymus: *Videas plerosque rabido ore saevire, et dentibus pumicatis carpere Christianos.* Et in Sabinianum Diaconum: *Amiciris linteis, digitos oneras, dentes pulvere teris.* ELMENH.

TENUEM] Pius ad Plauti Bacch. I, 1. *mollem*. sine caussa.

TUMIDULAE] MS. Pith. *tumidlae*. vs. seq. D'Orv. *scurritorem*.

NEQUA] Scribe, *Ne qua:* vel, *Ne quae*. ut etiam visum eruditissimo Dousae fuit. COLV. Goes. *ne qua*, vel *ne quae*, ut expressit Scal. in Catal. et Collect. Pisaur. Perinde est *qua* et *quae*, sed hoc exigit metrum.

QUID OMNINO] MS. Pith. *quidem o.*

NOLIT] *Volunt* et ex emend. *vel* est in Pith. Pro *videri* in eod. *videre*.

VIDELICET] D'Orv. *viden'*.

ASPERE ACCUSARET] D'Orv. *asperet*. Grutero Suspic. Ined. XX, 10. in mentem venit *asper accusator*. male.

QUIDNI? CRIMEN] In Codd. Rom. et Ven. erat *Quidin*. Rescribo: *Quid? an crimen haud c. p.* MEURS. *Crimen haud contemnendum* dicitur crimen, sive accusatio criminis, a quo diligentissime cavendum est. cf. Ernesti in Cl. Cic. V. *contemnere*. *Quidni* (πῶς γὰρ οὔ) risum tenerent auditores, vel, tanta indignatione dentifricium pronunciarent accusatores: nam utroque modo explicari potest. Est enim crimen haud contemnendum philosopho etc. Ironice haec efferuntur. In *Quidni* consentiunt MSS. O. et Edd. exceptis Rom. Vic. Ven. et frequens est ea vox apud nostrum. V. ex. gr. Met. L. 10. p. 810.

NIHIL IN SE SORDIDUM] Ita Rom. alii *sordium*. Eadem Rom. statim *faeculentum*, non, *foetulentum*. CASAUB. *Sordium* habent Edd. Colv. Vulc. et Wow. quod e Florent. MS. praefert V. D. in Misc. Obs. Vol. II. p. 188. per se, recte; ut de Dogm. Plat. I. p. 213. *Abstergeas ea, quae* sordium *fuerint*. Sed bene alius ibid. V. D. monet sequentia adiectiva *apertum, immundum, foetulentum* postulare *sordidum:* ut est in MSS. Pith. D'Orv. Edd. Rom. Iunt. post. ceterisque, probante Salm. Pro *sinere* D'Orv. *cinere*, Pith. *sentire*.

APERTUM] Quod viderem de dentrificio disceptari, placuit verum esse, *nihil uspiam corporis asperum*. respexisse videtur ad eum versum de praecedentibus: *Camplanatorem tumidulae gingivulae*. Praeterea toto corpori levigando veteres studuisse, praeter Tibullum, Catullum, alios, testis mihi Arnobius non uno loco. et Martialis lib. II. *Splendida sit nolo, sordida nolo cutis*. STEWECH. *apertum*] id est: Non sinet philosophus, quamquam partem corporis, quae aperta et in propatulo posita sit; ut sunt, Manus, Os; immundam aut foetidam esse. Aliam huic loco mentem, emendatione quaerendam non arbitrer. COLV. Pro *immundum pati* Pith. *mundum pari*.

FECULENTUM] Flor. *foetulentum*. recte. ELMENH. *Faeculentum* est quod multum faecis continet,

tulo et conspicuo usus homini creberrimus: sive ille cuipiam osculum ferat, seu cum quiquam sermocinetur, sive in auditorio dissertet, sive in templo preces alleget. Omnem quippe hominis actum sermo praeit: qui, ut ait poëta praecipuus, e dentium muro proficiscitur. Dares nunc aliquem similiter grandiloquum: diceret suo more, cumprimis cui ulla fandi cura sit, impensius cetero corpore os colendum; quod esset animi vestibulum, et orationis ianua, et cogitationum comitium. Ego certe pro meo captu dixerim, nihil minus, quam oris illuviem, libero et liberali viro competere. Est enim ea pars hominis loco celsa, visu promta, usu foecunda. Nam quidem feris et pecudibus os humile, et deorsum ad pedes deiectum, vestigio et pabulo proximum, nunquam ferme nisi mortuis, aut ad morsum exasperatis, conspicitur: hominis vero nihil prius tacentis, nihil saepius loquentis, contemplere. Velim igitur censor meus Ae-
411. milianus respondeat, unquamne ipse soleat pedes lavare? vel, si id non negat, contendat maiorem curam munditiarum pedibus, quam dentibus impertiendam. Pla-

tinet, τρυγῶδες. cf. de Deo Socr. p. 681. Ed. Flor. Sed legendum est *foetulentus*, δυσῶδες, a *foetendo*, quemadmodum *foetor* saepe ori, et animae tribuitur. Eadem vox apud Arnob. L. VII. p. 225. *foetulenta viscera*. Per *c* tamen scribitur in MS. Pith. et Edd. Rom. Vic. Ven. Vulc. sec.

HOMINI] Pith. *hominis*. Perperam.

ILLE] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *illud*. haud invenuste, sed contra MSS. e quibus Pith. *illis*.

CUM QUIQUAM SERM.] Sic Rom. vulgati alii, *cum quidquam serm. Cum quiquam*, id est cum quoquam. Sic saepius Plautus. Cistell. *Sed tun' unquam cum* quiquam *viro consuevisti?* Mercat. *Quid tu refert*, quicum *istac venerit?* Persa: *Nec satis a* quiquam *homine accepi*. COLV. Vide et Voss. de Anal. IV, 6. Plaut. Sticho IV, 2, 47. Quicumvis *depugno multo facilius, quam cum fame*. i. e. *cum quivis*, et hoc pro, *quovis*. Male igitur, pro *cum quiquam*, quod est in Edd. Rom. Vulc. Wow. Sc. Gent. Elm. dederunt Pric. Scriv. Flor. *cum quoquam*, et Casaub. *cuiquam*. In MSS. Florent. D'Orv. Edd. ante Colv. excepta Rom. est *cum quicquam*; et hoc male. Singulis verbis additur, quod ei proprium est: *cum quiquam*, cum singulis hominibus, *sermocinamur, in auditorio dissertamus, in templo preces allegamus*.

ACTUM] MS. Pith. *auctum*.

POËTA PRAECIPUUS] Sic et Claudius Iurisconsultus Homerum indigetat: *Apud Graecos*, inquit, *exilio voluntario fortuiti casus luebantur, ut apud praecipuum poëtam scriptum est*. L. *aut facta* ff. de Poenis. SCIP. GENT. Propterea hanc notam hic exhibui, quia Vulc. in marg. Ed. Colv. malebat comma ante *praecipuus* poni, pro *praecipue*: quasi vero et aliunde sermo proficiscatur.

E DENTIUM MURO] Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. CASAUB. Flor. *dentium muro*. ELMENII. Accedunt Pith. et D'Orv. non male.

NUNC ALIQUEM] D'Orv. *nec aliquam*. mox pro *diceret* Ed. Vulc. tert. *disceret*.

SUO MORE] Placet Lipsio, *suo iure*. COLV. Distinctione prava laborabat hic locus. At Viro doctissimo cave assentiaris, qui *suo iure* voluit scribi. *Suo more*, valet, grandiloque, μεγαληγόρως, cui opponuntur mox illa, *pro meo captu*. CASAUB. Non placet Lipsii coniectura, *suo iure*. Infra heic, *nisi forte Crassus non in cubiculum reversus perrexit, sed suo more recta ad focum*. Turpil. Philopat. *Tuo more uti soles, videre aegre mihi id pati*. PRIC. Lipsio nemo adsensum praebuit. Ante Casaubon. comma positum erat post *cumprimis*. Pro *fandi cura* MS. Pith. *facti cā*.

CETERO CORPORE] Rom. *cetero corporis*. ELM. Rom. princeps Ed. *cetero corporis*. PRIC. Sed nihil variant MSS. Noster Met. L. V. p. 362. ceterum corpus *glabellum*. L. VI. p. 444. *ut sola facie prominente*, ceterum corpus *puellae* etc. L. IV. p. 261. Ceterum Lamachum *raptim repertamus*. ubi cf. Gruter.

NIHIL MINUS] Pith. *nihilo minus*.

USU FOECUNDA] MSS. Florent. D'Orv. Pith. *usu facunda*. facili errore. Respondent e seqq. *feris et hominibus os humile* etc. *conspicitur*, τοῖς *loco celsa*; deinde *hominis nihil prius tacentis contemplere*, τοῖς, *visu prompta*; tum *nihil saepius loquentis*, τοῖς, *usu foecunda*. Paullo ante quoque dixerat: *Os, cuius — usus homini creberrimus*.

CONTEMPLERE] Edd. Rom. Vic. Ven. *contempletur*. passive. ut *contemplarent*, active apud nostrum Flor. N. 7. ubi vide. Sed tum legendum foret *contemplatur*, ut paullo ante *conspicitur*. MS. D'Orv. *contemplare*, in reliquis *contemplere*. recte.

PLA-

Plane quidem, si quis, ita ut tu, Aemiliane, nunquam ferme os suum, nisi maledictis et calumniis, aperiat: censeo, ne ulla cura os percolat; neque ille exotico pulvere dentes emaculet, quos iustius carbone de rogo obteruerit; neque saltem communi aqua perluat. Quin, ei nocens lingua, mendaciorum et amaritudinum praeministra, semper in foetutinis et olenticetis suis iaceat. Nam quae, malum, ratio est, linguam mundam et lotam, vocem quam spurcam et tetram possidere? viperae ritu, niveo denticulo, atrum venenum inspirare? Ceterum qui sese sciat rationem promturum neque inutilem, neque iniucundam, eius

PLANE QUIDEM] Pith. *planum q.* D'Orv. *plane si quid.*

NEQUE ILLE EXOTICO PULV.] I. de Rhoer in Fer. Daventr. p. 228. ait, sensum poscere *neque ullo exot. pulv.* atque ita iam antea coniecerat Lat. Latin. Praecessit sane *neque ulla cura.* Melius igitur hoc, quam quod Gulielmio in mentem venit *n. illo exot. p.* Nihil tamen mutavi contra MSS. et Edd. quia minime otiosum est τὸ *ille. Ne ille dentes emaculet* etc. — *Ceterum* (i. e. sed, vel, contra) *qui sese sciat rationem promturum* etc. — *Eius merito os — praelavitur.*

DENTES] Al. *denteis.* Al. *dentis.* perpetua variatione, in hac Apol. Etiam apud alios scriptores, incerta prorsus est scriptura quarti casus *es*, *eis* et *is.*

IUSTIUS] Deest Ed. Vic. MSS. Pith. D'Orv.

OBTRIVERIT] Flor. 2. *obteruerit.* ELMENH. Quod expressi contra Edd. O. auctoribus Oudend. ad Sueton. Aug. c. 40. et ad nostri Met. L. VII. p. 570. ubi vide. et Heinsio in Advers. p. 556. cf. et ad nostri Flor. N. 3. p. 12, b. MS. D'Orv. *obiverit.*

COMMUNI AQUA] id est, spurca. ut apud Tertullian. BRANT. Melius Florid. *vulgari aqua. Neque saltem* i. e. *et ne — quidem.* Met. L. VII. p. 474. Nec *mihi misero statuta* saltem *cibaria praestabantur.*

PERLUAT, QUIN EI etc.] Interpretatur Floridus: *abluat*, *ne impediat*, *quominus ei* etc. quod significare posse τὸ *quin*, non credo. Hinc Scriv. fortasse reposuit *qui*, pro, *ut.* de quo vid. Gronov. ad Liv. I, 43. Senzerling. in Prom. Crit. I, 3. Sed nihil opus est mutatione: modo post *perluat* plenius distinguatur. *Quin* valet hic, ut solet, *imo vero*, *quin imo.*

FOETUTINIS] Mavult legere doctissimus Dousa noster, *foetudinis.* COLV. Dousa mavult *foetudinis*, quod ego confirmem auctoritate Claudiani Mamerci L. II. de statu animae cap. 9. *Cernas hinc alios situ foetudinarum turpium ex olenticetis suis ac tenebris cloacam ventris et oris inhalare sentinam.* ita enim eum locum emendans lego, cum vulgo legatur, *exolenti caecis suis*, *et*, *inalare* Vulgatam tamen Appuleii lectionem Nonius tuetur. BRANT. *foetutinis*] Sic rescripsi ex Flor. 2. Alii, *focculinis.* Dousa legit *foetudinis.* ineptissime. Agellius XIII, 19. *Tinitiones praerancidas et fecutinas.* in MSS. Bremensi et Palat. est *T. p. et foetudinas.* lege *t. p. et foetutinas.* ELMENH. Grut. in marg. *foeculiniis*, ut, *sterquiliniis*; sed *foetudinis* propugnat h. l. et apud Gell. idem Gruter. Suspic. Ined. XXII, 6. comparans Plautinum *fustitudina* Asin. I, 1. vs. 27. Possis comparare etiam *fodina*, *lapicidina* et sim. sed haec sunt a verbis, quae per *d* scribuntur, *tundo*, *fodio*, *caedo.* Malim *foetutinis* auctoritate MStorum, h. l. omnium, et Nonii v. *Moletrina: Moletrina a molendo, quod pistrinum dicimus, ut Furatrina* (sic leg. v. Colv. ad Met. L. VI. p. 404, b.) *et Foetutina.* Editum quoque *foetutinis* in Edit. Gellii Gronov. ubi variant MSS. quorum nonnulli habent *fecutinas:* unde *fecutinus* τρέγινος, in Dictionario agnoscit Calepinus.

OLENTICETIS] Repone *oleticetis.* locis oleto, hoc est, humano stercore plenis. FLORID. Paullus ex Festo: *Olentica, mali odoris loca.* hinc ficta vox *olenticetum* apud Claud. Mamerc. (v. Brant. supra) et nostrum: ut *senticetum* et sim. MS. Pith. *lentuciis.*

RATIO EST — LOTAM] MS. D'Orv. *ratione — lentam.*

VOCEM CONTRA SPURCAM] In Edd. O. ita editum reperimus. Sed pro *contra* in MS. D'Orv. est *quam:* quod recipiendum putavi. Positivo iungere *quam* amat noster. Met. L. IV. p. 65. Ed. Pric. *loro quam valido.* atque ita etiam alii scriptores. Vid. Oudend. ad Met. L. III. p. 181. add. Sept. de B. Troi. III, 26. *Renovato fletu quam miserabili.* id. VI, 15. *fletum edit quam miserabilem.* Illud *contra*, quod elegantius omissum fuerat ab auctore, interpretamenti caussa margini adlitum, postea exclusit *quam*, non intellectum librariis.

INSPIRARE] Venet. *perinspirare.* COLV.

RATIONEM] Forte verius, *orationem.* COLV. Malim *orationem.* sed alteram lectionem nonnihil confirmat similis locus de Dogm. Plat. *Homini promtuarium rectae rationis et suavissimae orationis os datum est.* CASAUB. Lat. Latin. quo-

eius merito os, ut bono potui poculum, praelavitur. Et quid ego de homine nato diutius? Bellua immanis crocodilus ille, qui in Nilo gignitur, ea quoque, uti comperior, purgandos sibi dentes innoxio hiatu praebet. Nam, quod est ore amplo, sed elingui, et plerumque in aqua recluso, multae hirudines den-
412. tibus implectuntur: eas illi, cum egressus in praeripia fluminis hiavit, una ex avi-

quoque malebat *orationem*, cum Stewech. (vid. not. seq.) Lips. Salm. et Groslot. in marg. sed editorum nemo adsensum praebuit. Tam late patet sane significatio vocis *ratio*, ut a MSS. stare h. l. tutius sit. vid. Lexica et Ern. in Cl. Cicer. qui observat apud Cic. de Inv. I, 12. *controversiam in scripto*, opponi ei, *quae est in ratione*, atque hanc Cic. ita definit, ut sit *Ratio, cum omnis quaestio non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit.* Utramque vocem coniungit noster Flor. N. 13. *Philosophi ratio et oratio tempore iugis est, et auditu venerabilis.* *Rationes* pro ratiocinatione, dixit etiam Terent. And. V, 3, 50. *Ne nimium modo Bonae tuae istae nos* rationes *Micio — subvortant.*

Praelabitur] Praeterierint licet hos scrupos praeclari viri nihilo secius tamen mihi statutum est eos tollere. Primum substituo: *orationem prompturum.* inde scribo, *os ut bono potui poculum praelavetur.* quod valet idem quod, *praelavabitur.* Multa apud antiquos verba diversimode inflexa. sic et *lavare*, et, tertia inflexione, *lavere* dicebant. Virgil. IV. Georg. *lavit improba teter ora cruor.* Ea forma id verbi usitatum Varroni, Plauto, Sallustio, et maioribus eorum fuisse, videre est apud Nonium Marcellum. Stewech. *Praelavitur*] Sic vere rescripsit verisimilibus suis iamdudum Fruterius. Vulgo est, *praelabitur.* Colv. Ex perpetua confusione litterarum *B* et *V* in bene multis MSS. et Edd. vett. vulgatum fuit *praelabitur.* quemadmodum *lavitur* in *labitur* corruptum fuerat apud Val. Flacc. IV, 229. ubi cf. Voss. De *lavere* et sim. 3ae coniugat. iam nota sunt omnia. Futuro hic nihil opus est, quare nec Stewechius audiendus, nec Rhoerius Fer. Daventr. p. 228. qui putabat excidisse syllabam *va*, quod iam ante eum in mentem venerat Latino Latinio. Veram lectionem *praelavitur*, servat distincte MS. Pith.

Quid ego] MS. Pith. *quid ago.* quia ἐλλειπτικῶς deest verbum, unde etiam pro statim sequente *nato*, MS. D'Orv. *narro.* male. v. ibi Casaub.

De homine nato] Graecum est περὶ ἀνθρώπου φύντος, vel πεφυκότος. Cicero pro eo dicere solet, *qui se hominem meminerit.* ea enim ἐνέργεια est Graecae locutionis, quam expressit ad verbum App. et hic et paulo post, *An tu ignoras nihil esse aspectabilius homini nato, quam formam suam.* Casaub. Alias non male Goes. in marg. coniecit *noto.*

Crocodilus] Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. per duplex *ll* scribunt. MS. D'Orv. *cocodrilus*; forte pro, *corcodilus*: de qua scriptura docte disputat Gud. ad Phaedr. I, 25.

Uti] D'Orv. Pith. *ut.*

Multae arundines dent. impl.] Quis locum hunc de mendo habeat suspectum? tamen legendum aio, *multae hirudines d. impl.* Aelianus: ὁ γοῦν κροκόδειλος νήχεται ἅμα καὶ κέχηνεν· ἐμπίπτουσιν οὖν αἱ βδέλλαι ἐς αὐτὸν, καὶ λυποῦσιν. Confirmat Plinius, cuius verba sunt, *Hunc saturum cibo piscium, et semper esculento ore.* nam quomodo *esculentum os* appellabitur, cui arundines implexae? Idem ex Aristotele colligas, qui ait trochilos edere purgamenta ista dentium crocodili, quod et Plinius innuit, et apertius scribit Aelianus: non enim sane tantula avis arundinibus vescitur. Casaub. Fulvius, *hirudines*, legit ex Herodoto in Euterpe. Sciopp. *in Symb.* Eruditissimus amicus noster, *Hirundines*, legendum ait: idque ex Aeliano, Aristotele, Plinio docet. Fulvius *Hirundine* ex Herodoto in Euterpe. Quibus libenter adsentior, nisi quod verbum *Implectuntur*, nonnihil molestum est: quod arundinibus, potius quam avibus, convenit. Haec autem tota res, et Appuleii narratio mirifice illustratur antiqui poëtae Philae versibus in Lib. de Animalibus: Ὁ δὲ κροκόδειλος νήχεται μὲν εὐτόνως Ἀνεὶς δὲ χανδὸν εἰς τὸ κῦμα τὸ στόμα Βδελλῶν φορητὸν ἐξ ἐκείνου συλλέγει. Διαβὰς δ' ἐκεῖθεν εἰς τὸν ὄχθον ἐκ πόρου, Πίπτει δὲ κατὰ γῆς καὶ βλέπει τὸν ἥλιον. Ἡ δὲ παραγυμνοῖ πρὸς τὸ φῶς, καὶ τὴν ζέσιν, Τοὺς τῶν γνάθων, κράτιστε, κολπώδεις τόπους. Ὄρνις δέ τις τροχίλος ὠνομασμένος Τὸ ῥάμφος αὐτῆς εὐφυῶς ἐπεισφέρων, Τὰς αἱμοποτίδας καὶ θλιβούσας ἐξάγει. Τούτου πρᾴως ἔχοντος εἰς τὸ συμφέρον Καὶ τήν γε κεφαλὴν ἀντὶ μισθιοῦ λαμβάνει Μηδὲν κακὸν παθοῦσαν ἐκ τοῦ θηρίου. Scip. Gent. *hirudines*! Casaubonus, *hirundines.* Flor. 2. *arundines.* Elm. Haeret Gent. in voce *implectuntur*, quasi scilicet *arundinibus* quam *hirundinibus* (ut is legit) convenientiore. Ex quo deprehendo hunc locum non intellegisse eum: nam neque de his nec illis impraesentiarum res est, sed de *hirudinibus*, ut correxit optime Casaubonus. De iis tamen quid ap-

avibus fluvialibus, — amica avis! — iniecto rostro sine noxae periculo exscalpit. Mitto haec.

aptius dici potuit quam *implecti?* neque audiendus qui Romani Cod. lectionem *amplectuntur* probat PRIC. *hirudines*] Sic omnino legendum est, non *arundines*, aut *hirundines*. Aelian. de Animal. II, 11. ὁ γοῦν κροκόδειλος [etc.] FLORID. Edd. vett. et MSS. constanter servant *arundines*, quam lectionem e coniectura Fulv. Urs. et Casaub. in *hirudines* mutarunt primus Scal. in Ed. Vulc. sec. dein Wow. Elm. Flor. Sed Scriv. antiquam lectionem revocavit. Et sane quoties crocodilus, cibi captandi gratia, os aperit, illud arundinibus, alga, similibusque sordibus fluvialibus repleatur necesse est; praesertim cum crocodilus in locis arundinosis degere amat: unde de ichneumone, crocodili perpetuo inimico, canit Nemesian. Cyneg. *Nos flumineas errare per umbras Malumus et placidis ichneumona quaerere ripis Inter* arundineas *segetes.* Verum arundinibus non vescitur trochilus: sed βδέλλαις, αἱμοποτίσι, *sanguisugis*, *hirudinibus*, (ἔχει δεῖπνον τὰς βδέλλας ait Ael.) aut reliquiis piscium, quos modo devoravit bellua. Solin. c. 32. *Trochilos avis parvula: ea* reduvias escarum *dum affectat*, *os belluae huiusce paulatim scalpit*, *et sensim scalpurrigine blandiente aditum sibi in usque fauces facit.* quod Plinius indicat L. VIII, 25. *Hunc saturum cibo piscium et semper esculento ore*, pro quo minus bene Gruter. in marg. legi malebat *foeculento ore*: ut supra eam vocem, sive melius *foetul.* habuimus. Facile autem *hirudines* potantium animalium gulis illabuntur: ut de elephanti proboscide refert Plin. VIII, 10. *Hirudinum* mentionem faciunt omnes, qui de Trochilo agunt, scriptores, Herod. II, 68, et qui deinde ex eo hauserunt. Deinde τὰ *ore plerumque in aqua recluso* suadent, ut de *hirudinibus* potius quam de *arundinibus* cogitemus. Scriptum fuerat in antiquissimis membranis *irudines*, de more: unde fecerunt *arundines*, sive, ut in libris manu, aut antiquissimis typis exaratis, scribitur *arũdines.* Quibus omnibus inducor, ut Fulvium et Casaubonum genuinam nobis putem dedisse lectionem: quemadmodum citat h. l. etiam Oudend. ad Met. L. IX. p. 605, a. Ridiculum errorem errarunt Scip. Gent. et Elm. quasi vero Casaub. de *hirundine*, ave, cogitasset.

IMPLECTUNTUR] Ver. Rom. *amplectuntur.* COLV. Non contemnenda est lectio Codd. Rom. et Ven. *dentibus amplectuntur*, quod passive accipiendum. Notum enim veteres haec talia promiscue extulisse, active et passive. MEURS. παθητικῶς. BRANT. V. Pric. supra. De verbis *complecti*, *amplecti* etc. passive sumtis adi Oudend. ad Met. L. X. p. 699, b. Eleganter tamen MS. D'Orv. *multas — implectitur.* MS. Pith. facit cum Edd. Rom. et Ven. Male. *Hirudines implectuntur* — quas trochilus *exscalpit.*

PRAERIPIA FLUMINIS] An *praerupta?* Aldhelmus de Castore, *Hospes praeruptis habitans in margine ripis.* Glossae: *Praerupta*, Ἀπόκρημνα, Ἀπεῤῥωγότα. Nolo tricari autem. γραφὴν veram *Praerupia* puto. Tertullian. contra Marcian. L. IV. cap. 38. *Sciens praeceps ituros homines*, *ipse illos in praerupium imposuit* (ita enim in MSS. legi monuit eruditissimus Franc. Iunius). Vox insolentior paullo est? Africana est. Firmat autem lectionem nostram non absimilis locus 4. Milesia: *Perrexit libenter* (Psyche) *non obsequium quidem illa functura*, *sed requiem malorum praecipitio fluvialis rupis habitura.* *Rupis fluvialis*, ut heic, *Fluminis praerupia.* PRIC. Pricaeus reponebat *praerupta*, vel potius, *praerupia*: at ego nihil hic mutandum censeo; tametsi id verbi nusquam, nisi hoc in loco, reperiatur. Audacissimus est talium formator noster Lucius. Per *praeripia* intelligo eas partes ripae, quae sunt ab ipso alveo fluvii paulo remotiores. FLORID. Servant *praeripia* MSS. et Edd. O. neque ego video, cur in *praerupia*, vocem multo minus h. l. convenientem, mutetur: quare tueor vulgatam lectionem cum Gronov. Obs. L. I. c. 19. qui comparat προαύλιον ab αὐλὴ, qualia sunt innumera. *Praeripia* scil. loca, intellige de loco, inter fluvium ipsum et praeruptam ripae marginem, medio, qui fluviali aqua modo perluitur, modo siccus relinquitur. Quemadmodum *praecordia* ex. gr. dicuntur membranae, quae cordi praetenduntur: ita *praeripia* loca, quae ripae praetenduntur. Inter *praeripia* et *praerupia* et *praerupta* dubii aliquantum haerere videntur Heins. ad Ovid. Met. XI. vs. 138. et Oudend. ad nostri Met VI. p. 402, a. Si quid mutandum, mihi magis placeret altera Pricaei coniectura *praerupta.* Caes. de B. Gall. VI, 7. *difficili transitu flumen*, ripis*que* praeruptis.

AVIBUS FLUVIALIBUS] *Avibus* glossematium puto. BRANT. Putabat id etiam Lat. Latin. Sed vide seqq. Salm. ad Solin. p. 317. citat: *una ex avibus fluviatilibus.* *Fluvialis* tamen legitur etiam Met. IV. p. 259. *ripa fluviali*. X. p. 736. *fluviales aquas eliquans.* VI. p. 403. *spiritus fluvialis.* *Avis fluvialis* h. l. est, quae fluvios, et fluviorum ripas accolit; ut obiter monuit B. Pius T. I. Fac. Crit. p. 576. Sed Salm. ad Solin. l. c. Appuleium negligentiae incusat, ut qui Trochilum fluvialem avem dicat; quasi deceptus fuerit auctor loco Aristot. VIII, 3. ubi inter πεζούς aves τροχίλον recenset: cum fluviatiles aves, ut anates et sim. dicantur ἔνυδροι et ποτάμιοι.

haec. Venio ad ceteros versus, ut illi vocant, amatorios: quos tamen tam dure et rustice legere, ut odium moverent. Sed quid ad magica maleficia, quod ego pueros Scribonii Laeti, amici mei, carmine laudavi? An ideo Magus, quia poëta? Quis unquam fando audivit tam similem suspicionem? tam aptam coniecturam? tam proximum argumentum? Fecit versus Appuleius: si malos, crimen est; nec tamen id philosophi, sed poëtae: si bonos, quid accusas? At enim ludicros et amatorios fecit. Num ergo haec sunt crimina mea, et nomine erratis, qui me Magiae detulistis? Fecere tamen et alii talia: et, si vos ignora-

μιοι, non πάρυδροι. Equidem auctori nostro, Graecae linguae et rerum naturalium peritissimo, hoc excidisse non puto; sed potius sensu, quo diximus, adhibuisse vocem credo. Met. L. IV. p. 402. *fluvialis rupes* dicitur, quae e ripa in fluvium procurrit.

AMICA AVIS] Sic MSS. Florent. 2. Pith. Fulv. et Edd. ante Vulcan. sec. qui in marg. coniecerat *amica eius*, quod primum comparet in Vulc. Ed. sec. et inde in Wow. Elm. Flor. Confirmatur sane haec lectio a MS. D'Orv. Multo tamen elegantior meo sensui est plerorumque MSS. et vetus lectio, ut, quasi per parenthesin, dicatur: *amica sane avis*, quae hoc officium immanissimae belluae praestet.

EXSCULPIT] Ald. *exscalpit*. De hac re vide Plin. H. N. COLV. Minus recte vulgo, *exsculpit*. Aristoteles: καθαίρει. CASAUB. Aldus: *exscalpit*. καθαίρει Arist. WOWER. Alii, *exculpit*, sed *excalpit* Aldus, καθαίρει Arist. ἐξάγει Philas. SC. GENT. *exscalpit*] Ita Bapt. Pius in Annott. Poster. cap. 199. et Aldus, alii, *exsculpit*. ELMENH. Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. Vulc. cum MSS. D'Orv. Pith. *exsculpit*. sed *exscalpit* Iunt. post. cum ceteris, probante Salm. in marg. Adi omnino Oudend. ad Met. L. IX. p. 605, a.

QUIA] Deest Pith. in quo mox *quis usquam*.

TAM APTAM CONIECTURAM] *t. apertam c.* Flor. ELMENH. MSS. Florent. lectionem exhibuit Scriv. ut notet, credo, tam aperte mera haec est coniectura. Antiquam lectionem, quam revocavit iam Florid. servandam putavi. *Coniectura apta* talis est, quam facimus ex argumentis, quae *ex se et intra se* apta *et connexa* (verba sunt Appul. de Dogm. Plat. p. 577. Ed. Flor.) *ita ex omni parte congruunt, ut ex se* apta *sint, sibique respondeant* (ibid. p. 600.) quod secus est in conclusione *Appul. poëta est: ergo Magus.* Ironice loquitur auctor, ut in seq. *tam proximum argumentum*. *Facere* autem *coniecturam*, quae vox frequens in iudiciis, dicimur de eo, quod non quidem manifeste probari, sed ex indiciis quibusdam et suspicionibus divinari aut ex argumentationis serie intelligi potest. Hinc opponuntur *hoc quidem manifestum erit* et *de ceteris ex hoc coniecturam facere debebitis* a Cicer. Verr. II. cap. 74. neque aliter noster Met. L. X. p. 692. *Veritatem criminum fidemque probationibus certis instrui, nec suspicionibus tantam* coniecturam *permitti placuit*. Quemadmodum App. iungit *suspicionem, coniecturam argumentum*; ita et Cic. in Verr. V. c. 9. *tantum in hoc crimine* suspicionis *esse affirmabo, ut iam ipsis iudicibus, sine mea* argumentatione, coniecturam *facere permittam?*

PROXIMUM ARGUMENTUM] Infra, *respondeat mihi Aemilianus quo proximo signo ad accusandum Magiae sit inductus*. CASAUB. Subaudi in omnibus his verbis, veritati. SC. GENT. Sine caussa alii haec mutila existimarunt. Notandum loquendi genus. Eadem Apologia: *Quo proximo signo ad accusandum magiae sit inductus*. Et deinde: *Nimis patiens vir es, et oppido proxima humanitate*. Ubi frustra substituunt: *maxima*. Adserenda vera scriptura apud Minutium Octavio: *Quid Maro? Nonne apertius, proximius, verius*. Mendosa enim haec esse sine caussa suspicatus sum. WOWER. *Veritati* subaudiri vult Gentilis, at quid vetat absolute capi? Tertullian. ad Nationes L. I. c. 12. *Si qua ergo literis vestris superioribus, sed idcirca magis proximis, quoniam illius aetatis fides adiacet* etc. *Proximum* est *promptum, obvium, manifestum*. PRIC. Add. Gronov. Obs. I, 23. eiusque filius Iac. Gronov. ad Minuc. Fel. c 19.

TAMEN ID] D'Orv. inverso ordine. Pith. *tantum id*.

SI BONOS] Elegantior haec est scriptura Cod. D'Orv. quam expressi. Vulgo *sin bonos*.

QUID] D'Orv. *quod*.

NUM ERGO H. S. CR. M. ET NOMINE ERRATIS] V. C. *errastis*. Fulvius: *Non ergo haec sunt crimina magica*. Fortassis autem legi debet: *et nonne errastis*. Mox Fulvius: *apud Graecos Teius quidem*. SCIOPP. *in Symb.* Scribe ex vet. *Non ergo haec sunt c. mea, et nomine errastis*. WOWER. Censeo rescribendum, *et numne errastis*. MEURS. Contra MSS. O. (excepto, ut videtur Fux.) et Edd. vett. *nonne* exhibent Edd. Pric. et Scriv. probantibus in marg. Salm. et Groslot. Veterem et scriptam lectionem unice veram puto; hoc sensu: *Num* accusandus eram, ut

tatis,) apud Graecos Teius quidam, et Lacedaemonius, et Cius, cum aliis in- 413.
numeris; etiam mulier Lesbia, lascive illa quidem, tantaque gratia, ut nobis in-

ut *poëta lascivus*, non ut *magus*, et num erratis *nomine* criminis, qui me Magiae detulistis? At fecere tamen et alii versus lascivos etc. Quare non opus est quoque cum Drakenb. in marg. pro *et* legere *an*. Pro *num* in D'Orv. est *nam*. Quemadmodum hic *num ergo* sic infra *Num igitur etiam Solonem*. et p. 459. *Num ergo propterea*.

Teius quidam] Additum est τὸ *quidam* ab auctore, ironice, respectu adversariorum, qui litterarum tam rudes erant, ut ne Anacreontis quidem nomen audivissent: unde etiam addidit *si vos ignoratis*. Alioqui non male legi posset *quidem* cum Fulv. et MS. D'Orv. (in Pith. *quidm̄*) quae particula interdum adhibetur in enumeratione, ut Gr. μὲν. Met. L. I. p. 24. *ut noritis qui sim, et cuiatis, et quo quaestu teneam — Aeginensis quidem sum*. ubi male Wow. malebat *quidam*. Interdum etiam usurpatur pro *nempe*. ut Plaut. Trin. V, 2, 10. *nequeo mirari satis Eum sororem despondisse suam in tam fortem familiam, Lysiteli quidem Philtonis filio*. Tandem possis etiam, inverso ordine, legere *Apud Graecos quidem Teius* — quoniam sequitur — *apud nos vero* etc. Quia tamen *quidem* sic saepe omittitur (V. Oud. ad Met. V. p. 341.) sequor vulgarem lectionem.

Lacedaemonius] Poterat Appuleius (si res tulisset) non tres, sed trecentos numerare, qui ἐρωτικὰ scripserunt apud Graecos: testis Liber XIII. Athenaei. Sed praecipuorum et notissimorum auctoritate se munivit; adiecit tamen *cum innumeris*. Ait vero, *Teius quidam, et Lacedaemonius, et Ceus*. *Teius* est Anacreon poëta, ex Teo, civitate Ioniae. Horatius: *Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teium*. *Ceus* autem Simonides est, vel nepos eius Bacchylides, qui et ipsi ἐρωτικὰ scripsere, et παρθενικὰ, ut ex Athenaeo, et Plutarcho lib. de Musica cognoscitur. *Lacedaemonius* autem quis? an Dionysodotus, cuius Paeanas memorat Athenaeus L. XV? Sc. Gent. Non satis apertum, quem intelligat hic Appuleius. Fortasse sit ille Dionysodotus, cuius Paeanas memorat Athen. L. XV. Florid. Imo est Alcman ille, quem Λακωνικὸν ποιητὴν vocat Plutarch. in Lycurgo p. 115. Ed. Bryan., quem etiam significari ab Aristide Or. in Bacchi laudem T. I. p. 53. ubi itidem memoratur Λακωνικὸς ποιητὴς, monet Fabric. vid. Harles. ad Bibl. Gr. II, 15, 10. Primum autem Alcmanem vulgasse τὰ ἐρωτικὰ μέλη testis est Archytas Harmonicus apud Athen. L. XIII. p. 600. cf. Fabr. B. Gr. l. c.

Ceus] Sic audacter emendavi, cum vulgari male putarem, *civis*. Simonidem intelligit. Ausonius *Cei*, *Musa Simonidei*. Vide Suidam et Cic. de Orat. Colv. *Cous*, lego, Brant. Rom. et Flor. *L. et civis*. male. Vide Maxim. Tyr. Dissert. VIII. Elmenh. Perperam ante Colv. erat *et civis*: unde melius ille, ex emendatione Lipsii marginali, cum seqq. dedit *et Ceus*. Quoniam tamen in MSS. O. et Edd. vett. est *et civis*; amplius emendandum putavi *et Cius*: ut solet rariores formas affectare noster auctor. Apud Graecos autem promiscue Κεῖος et Κῖος vocatur Simonides: licet haud semel hoc in illud corruperint VV. DD. Pindari Scholiastes ad Isthm. II. Callimachi fragmentum ita habet: οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω Τὴν μοῦσαν ὡς ὁ Κῖος Ὑλλίχου νέπους. pro quo a Bentleio et in Ernestina Callimachi edit. editum Κεῖος. Pari modo apud Plutarch. in Them. p. 252. ed. Bryan. MSS. 2. Bodlei. et Edd. Flor. et Ald. πρὸς Σιμωνίδην τὸν Κῖον. Recte. pro eo tamen Κεῖον legendum esse cum Xylandro, notavit Bryan. qui pessime utique in textu edidit Χῖον. Omnino enim distinguenda est *Ceos*, sive *Ceus*, sive *Cea* insula (Κέως), a *Chio*. vid. Menag. ad Diog. Laërt. VII, 164. Bayle Dict. Critique Art. Prodicus not. a. cit. a Dukero in Diss. de Simonide c. 3. itemque a *Co* (Κῶ) Apellis et Hippocratis patria. vid. Bayle l. c. Verheyk. ad Anton. Liber. init. et quos citat Burm. ad Propert. I, 2, 1. Male itaque in loco, quem tractamus, Groslot. coniecit *Chius*, Brant. *Cous*. Insula vero illa *Ceos*, *Ceus*, *Cea*, a Ptolemaeo V, 15. vocatur etiam Κία: quod tamen ibi suspectum est Pintiano, et Lennepio V. Cl. ad Ovid. Her. XX. vs. 221. qui omnino est adeundus; atque, ut ab Ἀλεξάνδρεια duae item sunt Latinorum formae *Alexandrea* et *Alexandria*, sic etiam *Cea* et *Cia* recte dici posse putat. Imo Liv. XXXI. 15. *Rhodii Ciam ab Aegina, inde per insulas Rhodum navigarunt*. de quo Liviano loco et de scriptura Κία cf. Schweigh. ad Polyb. XVI. c. 26. ubi eadem insula Κίος vocatur. Apud Herodotum quoque L. VIII. c. 1. et 47. legebatur olim Κῖοι, ubi nunc Κεῖοι. Tandem a tribus hisce insulis *Ceo*, *Co*, *Chio*, distingui adhuc debet *Cius*, urbs Bithyniae ad oram Propontidis (hodie *Ghio* sive *Ghemleik*) quam memorat Amm. Marcell. XXII, 8. et de ea cf. Schweigh. ad Polyb. XV, 21.

Etiam mulier] Ita MSS. Florent. D'Orv. Edd. Elm. Scriv. Flor. in reliquis *et mul*. Forsan *et etiam mul*. Met. X. p. 684. *causa omnis et origo — et etiam medela ipsa, et salus* etc. ubi cf. Oudend. Solet ex eiusmodi abundantia elegantiam captare noster. sic in seqq. *isti quoque*.

insolentiam linguae suae dulcedine carminum commendet: apud nos veró, Aedituus, et Portius, et Catulus, isti quoque cum aliis innumeris. At philosophi non fuere. Num igitur etiam, Solonem fuisse serium virum atque philosophum, negabis? cuius ille lascivissimus versus est:

Μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.

et quid tam petulans habent omnes versus mei, si cum isto uno contendantur? ut taceam scripta Diogenis Cynici, et Zenonis Stoicae sectae conditoris, id genus plurima. Recitem denuo, ut sciant, me eorum non pigere:

Et

Apud nos] Id est, Romanos. Sic se Afri vel Mauritani vocabant, vel ob civitatem omnibus communicatam ab Imp. Antonino: vel peculiariter, quia Madaurus, patria Apuleii, populi Romani colonia. Sc. Gent. Male Edd. Iunt. Ald. *apud vos*. L. de Mundo p. 728. Ed. Flor. *Vesuvius noster*. Infra tamen p. 541. *Romanorum maioribus*, non, *nostris*.

Aedituus] Ed. Ven. *Edituum*.

Ae. P. et Catullus] Flor. *ae. P. et Catulus*. male. vid. Agell. L. XIX. c. 11. [9.] Elmenh. Valerius Aedituus, Portius Licinius et Q. Catullus. Quos ita ordine A. Gellius numerat, eorumque versus refert, quibus mundius, venustius, limatius, pressius, Graecum Latinumve, nihil quicquam reperiri puto, inquit L. XIX. c. 9. Noct. Att. Sc. Gent. Lege *Catulus*. Vide Gell. XIX. 9. Pric. Florid. Recte Scriv. et Florid. edidere *Catulus*. ut est in MSS. Florent. D'Orv. Eius duo epigrammata amatoria servarunt Cicero de Nat. De. I, 28. et Gell. l. c. quem aut negligenter, aut in mala Ed. inspexere Elm. et Gent. Hic tamen e Plinii loco L. V. Epist. ad Aristonem, quem paullo post citat, et ubi inter amatorios poëtas refertur *Q. Catulus*, meliora ediscere potuerat. cf. Voss. de Histor. Lat. I, 9. *Catullus* infra demum memoratur.

Num igitur etiam] Rursus incipit MS. Lips. usque ad *Habes crimen*. atque in eo pro *igitur* est *ergo*. ut paullo ante *Num ergo* ubi v. In MS. D'Orv. mox exstat *etiam*.

Serium virum] MS Bemb. *severum verum* f. *severum virum*. Er. Putean. MSS. Florent. et Lips. *serium verum et*. Pith. *sive verum et*. In D'Orv. a m. pr. deest *virum atque*. Videtur in his latere *severum*, ut coniecit Er. Put. et edidit Scriv. Fortasse utrumque scripsit App. *serium et severum atque phil.* Nam frequentius quidem *serius* de rebus, *severus* de hominibus dicitur: non tamen hoc est perpetuum. Infra p. 420. *serius* opponitur *lascivo*. p. 556. *amicos* serios *aspernatur*. Amm. Marc. XXVI, 2. de Valentiniano: *voluntate praesentium secundissima, ut vir* serius, *rector pronunciatur imperii*. id. XXIX. 6. *vix resistente principe* serio, *quem ante docuimus*, *Marco*. ubi cf. Vales. Trebell. Pollio in Claud. cap. 12. *quod se gravem et* serium *contra milites ostenderat interemptus est*. Afran. in Privigno apud Non. n. 144. *Non ego te novi tristem servum serium*. leg. *tristem, severum, serium*. nam apud eund. Non. n. 455. legitur: *Severum: Afranius in Privigno*. sic *tristis* et *severus* iunguntur quoque a Nepote Epam. 2. ubi vid. Gebh. cf. Ter. Andr. V, 2, 16. *Severum* et *serium* coniunxit, sed alia ratione, Plaut. Poen. V, 3, 51. *Quod ego dixi per iocum Id eventurum esse et* severum *et* serium.

Μείρων] Versus hic in nulla edit. praeterquam in Basil. 2. Canterus noster Variar. Lect. L. II. c. 9. ex Plutarcho et Athenaeo correctiorem integrioremque proponit. Vide ipsum. Colv. Μηρῶν ἱμείρων Theodorus Canterus Var. Lect. L. II. c. 9. Elmenh. Extat versiculus prior in Plutarch. Ἐρωτικῷ. Athenaeus Deipnos. L. 14. καὶ γὰρ ὁ νομοθέτης Σόλων ἔφη Μηρῶν etc Αἰσχύλος τε καὶ Σοφοκλῆς ἀναφανδὸν ἔφρασαν; ὁ μὲν Μυρμιδόσιν; Σέβας δὲ μηρῶν ἁγνὸν οὐκ ἐπῃδέσω Ὦ δυσχάριστε τῶν πυκνῶν φιλημάτων. ὁ δ' ἐν Κολχίσι. Γανυμήδους τινὰ λόγον ποιούμενος; Μηροῖς ὑπαίθων τὴν Διὸς τυραννίδα. Legit Cl. Bourdelot. Μείρων εἶ μύρων, accipitque de osculis nectareis seu odoratis. Pric. Graeca desunt MS. D'Orv. et Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. et Ald. in qua legitur *Hic multa desiderantur*. Cunctas Edd. non inspexerat Colv. qui testatur, in sola Bas. sec. exstare hunc versum: exstat utique in Iunt. post. sed male μείρων εἰ μείρων etc. Recte Scal. cum seqq. μηρῶν ἱμείρων. Bourdelotii coniectura versum turbat, correpta prima in μύρον.

Tam] Deest Lips. Cod.

Conditoris. Id genus plurima] Quid si legamus, *conditoris, et id genus plurima*. *Recitem denuo*. Brant. Lego, *pluria*. Casaub. Casauboni correctionem expressere Scal. Pric. Wow. Sed Elm. cum seqq. revocavit antiquam lectionem, quam firmant MSS. 2. Florent. et D'Orv. *Pluria* recte et in primis ab antiquis scriptoribus, quos imitari affectat App. dici disputatur apud Gell. N. A. V, 21. Sed noster ubique di-

xit

Et Critias mea delicies sit: salva, Charine,

Pars

xit *plura.* vid. Flor. N. 9. et 18. de Deo Socr. p. 686. de Dogm. Plat. L. III. p. 634 de Mundo p. 753. infra p. 464, 472, 530, 544. Post *plurima* demum maximam distinctionem poni volebat Salm. in marg. Sane, si sequentibus iungenda haec, melius scriberetur *plurimos*, ut paullo infra *Recitem nunc alios.* Sed nec *plurima* sanum puto. Non enim tam in carminibus ipsis, quam in hominibus seriis et philosophis, qui ea scripserunt, versatur argumenti vis: quare dicere saltem debuisset auctor, *aliorumque id genus plurima.* Si quis autem Pith. Codicis scripturam *id genus plurium*, veram putet, ei non valde obloquar.

Et Critias mea deliciae, etc.] Distichon hoc ut in posteriori editione fuit, ita excudi iussimus. Rom. Venet. *Et tertias mea delicie stet salva Charine. Pax in amore meo vita tibi remanet.* In Basil. I. *Et Critias mea delitescet salve Charine, Pars in amore meo vita tibi remanet.* Legit V. C. P. Pithoeus: *Et Critias mea delicies, et salve Charine, Par in amore meo, vita, tibi remanet.* Lipsius vero: *Et Critias, mea delicies, sic salva Charine Pax in amore meo vita tibi remanet.* Sic Critias, mea delicies: sic Charine, vita mea, salva pax tibi manet in meo amore. Priorem versum etiam sic olim scripsit B. Pius: *Et Critias mea delicia stet salva Charine:* ut videre est apud eum Annot. Poster. cap. 199. Colv. *Et Critias mea delicia stet salva Charine, Par in amore meo*] Ita V. C. Fulvius: *delicies et salve Charine.* Idem mox: *Ne metuas, ne me ignis.* Itemque: *dum potiar, patiar.* Sciopp. *in Symb.* Mirum quam in primis versibus docti viri se torserunt. At nostrum ausim verum praestare: *Sic Critias, mea delicies, ut vita, Charine. Pars in amore meo salva tibi remanet. Ne metuas, nam me ignis et ignis torreat, ut vult. Hasce duas flammas, ut potior, patiar.* Nihil aptius, nihil venustius, quam qui duo pariter amaret, per alterius caput adiurare, ut alterum vere se amare probet. Ita, inquit, Critias mea delicies sit, ut tibi, o vita Charine, pars tua in meo amore salva remanet. Voces *vita* et *salva*, mutatis invicem locis, transposui, ut contentio geminarum illarum appellationum *delicies* et *vita* vividior esset, quae aliter languida et nulla pene est. Si cui tamen hoc audacius videbitur, per me hactenus suo quamque loco legat; dum fateatur sic poni venustius, et maiori cum energia. In 4to versu, non puto tam inscitum quemquam, ut non melius intelligat legi, *dum potiar, patiar;* non ob soni tantum suavitatem, sed locutionis ipsius concinnitatem. Acidal. Mira varietas in antiquis libris, quorum unus seq. versum ita legit: *Par in amore meo biga tibi remanet.* deinde, *potiar*, non, *potior.* Wower. Hi versus varie a librariis interpolati sunt, ut etiam Colvius notat. Flor. I. *Et Critias mea delitescet.* Flor. 2. *et C. mea stet salva Charine.* Romanus: *et Tertias mea delitiae.* Elmenh. *mea delicia*] Sensum huius Epigrammatis, ceteroquin obscurioris, de more illo amantium, quo duas amari vel metuebant vel minabantur, recte explicuit Scip. Gent. confer Ausonii Epigr. 89I. et quae habet Muretus ad Catull. Epigr. LXXII. Burmannus *ad Anthol. Lat. Ep.* 230. Mirum in modum primum hoc distichon depravarunt Editores, nimium a MStorum vestigiis abeuntes. Videamus primum varias lectiones. Pro *Critias* Ed. Vic. *Tertias.* Elm. *Critiae:* sed typothetae errore, nam correxit in Erratis. Ad *delicies* ducunt MSS. non *deliciae* (ut habent Edd. Vic. Iunt. post. Vulc. pr. Colv.) nec *delicia* (ut est in reliquis): praeterquam enim, quod diserte sic legitur in MS. Pith. inde etiam depravatum esse apparet, quod legitur in MSS. Florent. uno et Lips. itemque in Edd. Iunt. pr. Ald. Bas. *delitescet.* Primum comparet *delicies* in Ed. Cas. et emendarunt ita Salm. in marg. Fulv. Urs. P. Pithoeus, Lips. et Acid. In *stet salva* consentiunt MSS. O. praeterquam quod in iis, qui *delitescet* habent, vox *stet* non compareat, (excepto uno Florent. qui secundum Exc. Lindenbrog. utrumque servat); et quod Pith. habeat *et salva*, si fides Groslotio: nam in alia eiusdem Cod. Coll. est *stet salva. Salva* utique legitur etiam in MSS. Florent. Edd. Vic. Iunt. Ald. Bas. sec. Colv. Sed pro iis Scaliger, ad Prop. p. 321. in Catal. p. 205. et in Vulc. Ed. tert. dedit *delicia et sol alme.* quem deinde secuti sunt Elm. Scriv. Flor. Burm. in Anth. In Pisaurensi quoque Collectione prorsus hi versus exhibentur, ut in Catal. Scalig. Unde Pric. suum *et lux alme* habeat, nescio. In Vulc. pr. editum fuerat *meae deliciae sit salva Ch.* adversantibus metro et sensu. Melius edidit Cas. *et Cr. mea delicies sit salva Ch.* Ursin. et Salm. in marg. coniecere *delicies et salve Ch.* Sed tum addi debuisset *tu:* quod vidisse videtur Wow. unde ille dedit *delicia et tu salve Ch.* Verum τὸ *salve* posteriore producta respuit versus: quod animadvertens Groslot. in marg. notavit, sic ultimam in *responde* corripi a Martial. L. III. Ep. 4. sed ibi VV. DD. e MSS. iam legunt: *si quando veniet, tu respondeto poëta.* Denique Edd. Vic. Iunt. utr. Ald. Bas. pr. *Charinae* contra MSS.

Pars in amore meo, vita, tibi remanet.
414. *Ne metuas: nam me ignis et ignis torreat, ut vult;*
Hasce duas flammas, dum potior, patiar.
Hoc modo sim vobis, unus sibi quisque quod ipse est:
Hoc mihi vos eritis, quod duo sunt oculi.

Recitem nunc et alios, quos illi, quasi intemperatissimos, postremum legere:

Florea serta, meum mel, et haec tibi carmina dono.

Car-

Par in amore] Flor. 1. *pax i. a.* Flor. 2. *pars i. a.* vid. Scaliger ad Propert. p. 252. Elmenh. Corruptissimus hic versus omnino legi debet ita: *Par in amore meo viga tibi remanens. Viga* perperam scriptum pro *biga*. O Biga remanens par tibi in amore meo, quae scilicet non trahis dispar iugum, (quod Graeci dicunt ἑτεροζυγεῖν) in amore meo, sed aequo iugo me amas. Sic eadem metaphora dicitur infra (in Catal.) *triga sodalitii*. Scalig. *ad Catal.* p. 284. Haec Scaligeri verba schedis suis adscripsisse videtur Scriv. unde satis negligenter, quasi ipsius Scriverii, edita haec sunt ab eo qui curavit editionem Anecdotorum pag. 3. *Pars* cum uno Florent. habent MSS. Bemb. D'Orv. Edd. Iunt. Ald. Bas. Scriv. *Pax* MSS. Florent. alter, Lips. cum Edd. Rom. Vic. Ven. Colv. Vulc. pr. Cas. Pric. Wower. *Par* MSS. Fulv. Pith. Scal. in Catal. et in Ed. Vulc. tert. cum Elm. Flor. Habet igitur unumquodque librorum auctoritatem, qua se defendat. Videamus iam sensum. Floridus suam lectionem *Et Cr. mea delicia, et Sol alme Ch. Par* etc. interpretatur ita: *Critias est etiam mea voluptas, et, o Charine, pulcher Sol, similis vita tibi perdurat in amore meo.* Sed friget hoc modo illud *vita*: et qui alteram lectionem *Pars* vel *pax in amore meo vita tibi remanet*, praetulerunt, illi duntaxat ita distinguere debuissent, ut esset *vita* vocativus. Sed, ut diximus, *Sol alme* mera est coniectura, Scaligeri ni fallor, nullius Cod. auctoritate fulta. Propius ad MStos accedunt, qui legunt *Et Cr. mea delicies et salve Ch.* non sine sensu. sed hac lectione pessumdari versum iam observavimus. Melius itaque Casaub. *Et Cr. mea delicies sit salva, Ch. Pax* etc. neque tamen hoc satis bonum; nam tum scribi oportuerat *sit salvus*, et est tamen *salva* in MSS. O. Proxime insistens MStis equidem sic lego: *Et Cr. mea delicies sit: salva, Charine, Pars in amore meo, vita, tibi remanet.* i. e. sine quaeso, Charine, ut et Critias sit mea delicies: pars, quam tu in amore meo habes, tibi, o vita mea, nihilominus salva remanet: et tum bene sequitur *Ne metuas.* Nihil admisi absque MStorum auctoritate, praeter unum illud *sit*; quod tamen comparet iam in Ed. Iunt. post. haud dubie e MS. aut antiquiore Ed. et in Edd. Colv. Vulc. pr. Cas. atque ubi pro *delicies* librarius scripserat *delicia*, e superstite litera *s* sequenti verbo iuncta, facere potuit *stet. Vita*, amatorium et blandientis vocabulum, suo omnino loco (ante *tibi*) positum est. Simpliciter illud sic adhibuit etiam Prop. I, 2, 1. *Quid iuvat ornato procedere*, vita, *capillo.* II, 15, 27. *Tu quoties aliquid conabere*, vita, *memento.* Nimis audacter sane Scaligeri coniecturam *biga* admisit Scriv. hoc modo edens: *Et Cr. mea delicia et Sol alme Ch. Pars in amore meo, biga, tibi remanet.* satis obscure: nec multo clarior est Gruteri coniectura in Suspic. Ined. L. XX. c. 10. *et Cr. mea del. Si salva Ch. Pars* etc. Tandem pro *pax* Vulc. marg. adlevit *fax*. Acidalius nimis recedit a MSS. et recepta vulgo lectione.

Ne me ignis] Flor. *nam me ignis*. Elmenh. Recte. nam perperam et contra MSS. *ne me* est in Edd. Ven. Rom. Vulc. sec. tert. Elm. Wow. cum Scalig. in Catal.

Et ignis] Ven. Rom. *rignis*. Ald. *ignis*. Colv. Vs. seq. Ed. Vic. *Nasce* pro *hasce*.

Dum potior, patiar] Flor. *dum patiar, potiar*. Elmenh. Acidalii coniectura, supra ad vs. 1. firmatur MSto Lips. eamque expressit iam Scal. in Catal. Id. MS. *patiam* pro *patiar*. *Potior* verbum amatorium est. V. Burmann. ad Anthol. Lat. T. I. p. 273.

Sim] MS. Pith. *sum*. male.

Intemperatissimos] Ita MSS. cum Edd. Iunt. Ald. Bas. Vulc. Casaub. Wow. Recte. ut *temperata oratio* Cic. de Orat. II. In reliquis *intemperant*. ut infra p. 522. *apud omnes* intemperantissime *gloriatur*. sed recte ibi de eo, qui temperari vel temperare se nequit, ut *intemperans gloria* Cic. Tusc. Qu. II, 17. *Intemperatum* vero est, quod temperatum non est. cf. infra ad p. 445.

Legere] Additur in vet. cod. *versus*. Colv. e glossa.

Meum mel] Rom. edit. *munerum mel*. Unde forte corrigendum *merum mel*. Colv. D. Hieron. ille austerus, non inscius tamen harum formularum et nequitiarum, Ep. 11. ad Nepot. cap. 6.

Cre-

Carmina dono tibi, ſerta tuo genio:
Carmina, uti, Critia, lux haec optata canatur,
Quae bis ſepteno vere tibi remeat:
Serta autem, ut laeto tibi tempore tempora vernent,
Aetatis florem floribus ut decores.
Tu mihi da contra pro verno flore tuum ver,
Ut noſtra exſuperes munera muneribus.
Pro implexis ſertis, complexum corpore redde:
Proque roſis, oris ſavia purpurei.

Quod

Crebra munuſcula, et ſudariola, et faſciolas etc. — *et dulces literulas ſanctus amor non habet:* Mel meum, *Lumen meum, meum deſiderium, omnes delicias.* Fuit, quum in Appuleio noſtro legerem *Merum mel.* ut Lucret. in eadem re — *tota merum ſol.* Sed nunc diſplicet coniectura. Scip. Gent. Barthius Adverſ. 52, 12. intempeſtivo acumine, *Merum mel.* ſcilicet quia Genios mero colebant. Miles. 3. noſter *mea mellitula.* Plaut. Capteiv. *mea mulſa*, et ibid. *Corpuſculum mellitulum.* neque aliud ſolennius occurrit ὑποκόρισμα. Pric. Nihil hic debet mutari, et errarunt, qui ἀντὶ τοῦ *meum*, *merum mel* voluerunt legere. Eſt autem hic *meum mel*, ut ſaepiſſime apud Plautum, et hunc ipſum Appuleium Miles. L. V. *Mi mellite, mi marite, tuae Pſyches dulcis anima.* ita enim inibi ex v. c. lego. non ut alii *mellite mi marite.* Lindenbr. *merum mel* Colvius, et Scip. Gentilis, ſed qui poſtea reiecit. ut Lindenbr. ac Pric. et ſic male Barthium ad Rutil. L. I. 327. legere, et recte priores Edd. habere *meum mel* adnotavit Opitius in ſuo exemplari editionis Rutilii Barthianae. Burmann. *ad Anthol. Lat. Ep.* 229. Edd. Vulc. exhibent *merum* contra MSS. et male; ut evincunt ſeqq. *carmina tibi — ſerta Genio: carmina ut lux haec canatur — ſerta, ut tempora vernent.* neque *meri* aut *mellis* ulla amplius fit mentio: quod fieri debuerat, ſi h. l. legendum foret *merum, mel.* Sed Epigrammatis ſenſum non cepiſſe videntur VV. DD. ne Burmannus quidem.

Tibi] In MS. eſt *ter.* Colv. etiam Coll. Voſſ. In Pith. *tua.*

Serta] Ex eodem lib. ſcripſi: *facta tuo g.* Wower. *facta tuo genio*, carmina nempe, ex MS. Colvius [imo Wower.] ſed alterum praefero cum Pricaeo. Die enim natali lares coronare ſertis, et Genio ſacra facere moris erat; ut notum. vid. Cenſorin. de Die Nat. cap. 2. et quae ibi adnotavit Lindenbrog. et Marcilius ad Perſ. Sat. II. init. ubi hoc ipſo epigrammate id illuſtrat etc. Burmann. Male Wow. ut rurſus totus contextus evincit. v. ſupra, In MS. D'Orv. deeſt hic verſus a m. pr. De re vide Voſſ. de Theol. Gent. I. c. 11.

Uti Critia] MS. Lipſ. *utricia.* D'Orv. *victricia.* Edd. Rom. Ven. *uti Critias.* Scal. in Catal. et Groſlot. in marg. cum Burmanno *uti Critiae.* Bene in reliquis, *uti, Critia.*

Haec optata] Rectius, niſi quid iudicans fallor, *exoptata.* Brant. Non placet: nam ipſo natali Critiae haec ſcripſiſſe fingitur poëta. Ceterum neſcio unde Burm. ediderit *aptata.* neque enim operarum vitium videtur, nam et notae praefixum legitur.

Aptata canatur] In Petronii edit. Frelloniana Erhardi, et Wouwerii Pariſina *creatur.* in Patiſſoniana *conatur.* vitio forſan typothetae. Legendum puto *colatur.* quo verbo de ſolemnitate natalitia etiam utitur Martial. L. VIII. Ep. 39. *Sed natalitium diem colendum.* et L. X. Ep. 87. *Natalem colimus, tacete lites.* ſed recte in Appuleii codd. legitur *canatur*, et ſic edidit Scaliger. quod operae Patiſſonianae corruperunt. Burmann. Nihil variant LL.

Remeat] MS. Lipſ. *redeat. Remeare* verbum noſtro frequens. v. Ind.

Serta] Pith. *grata*, deleto *ut.* Perperam. In MS. Lipſ. deeſt totum hoc diſtichon.

Tu mihi da] Flor. 2. *tu mihi das.* Elmenh. Accedunt Lipſ. Pith. D'Orv. *Ver* nequitiae vocabulum eſt.

Verno flore] In eod. *vero flore.* Colv. *vero flore* in MS. eſſe teſtatur Colv. male. illuſtrant hunc locum notata Munckero ad Antonin. Liber. pag 334. Burmann. Non *vero* ſed *vere* ex Coll. Voſſ. quoque, et alia, eſt in MS. Lipſ.

Exuperes] Malim *exaeques.* gratiae paritatem ſubi mui circumiecta evincunt. Pric. male *excipere* alii, *exaeques* Pricaeus. Nihil muto. Omnia enim, quae a Critia petit, multis partibus potiora ſunt muneribus poëtae: neque ſertum, roſae, et ſimilia ſuaviis aequari, niſi ab inficeto poëta poſſunt. Burmann. Ultimo vs. quoque ſe exſuperari a Critia cupit.

Suavia] Edd. vett. et Vulc. Wow. Elm. cum Scalig. *ſavia.* Recte. v. Oudend. ad Met. p. 113, a. MS. D'Orv. *ſabia.* Bemb. *labia.*

Quod si animam inspires, dona et iam carmina nostra,

Ce-

INPLEXIS] *Plexis* Francius. BURMANN.

ANIMUM INSPIRES] Scribo *animam inspires.* Anima, spiritus quo calamus inflatur. Varro Eumenidibus: *Phrygio per ossa cornu liquida canit anima.* Noster Floridis: *Nondum quidem tam infessa anima sono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia.* Hinc iocus Plauti Mercatore: *Perii, animam nequeo vertere. nimis nihili tibicen siem.* COLV. Flor. 2. Rom. *animum.* ELMENH. Diu, et quidem attente inspexi haec, nec assequutus sum: sive *animum*, sive *animam*, legas, perobscura sunt. Per me indicta sunto, quae interpretes heic. PRIC. Supple *fistulae* aut *calamo.* Sensus huius distichi, obscuri satis, hic est, quantum arbitror: si nobis, versibus respondeas, et carmina rependas carminibus, nostra munera et nostri versus superabuntur procul dubio suavitate tuorum carminum. Unde *animam inspirare fistulae* aut *calamo* hic μεταφορικῶς ponitur pro *carmina scribere*, et *calamus* pro vena, ac stilo poëtico. Familiaris haec metaphora in Bucolicis. FLORID. *Quod si animum inspires, dona iam carmina.* Obscurissimum mihi videtur hoc ultimum distichon, neque satisfacit Scip. Gentilis, aut Pricaeus, qui ultima huius Epigrammatis, quae arguta semper debent esse, agnoscunt flaccida et iacentia. Dubius etiam haereo, *animam* legendum sit, an *animum.* Quum ab utraque lectione stent codices et editiones Appuleii, ac viri docti aequali fere numero. Si de lascivis illis osculis, quibus ipsam animam sugebant et inspirabant, de quibus modo ad Epigr. CCXIX. 15. vidimus, sit capiendum, certe *animam* praestare censerem. Ut legebat etiam Francius. Et hoc praeferre videtur Heinsius ad Claudian. Epithal. Pallad. et Celer. V. 132. quem vide. Haec *animarum mixtura* Petronio, μίξις τῶν ψυχῶν dicitur. Vide Pontan. ad Macrob. II. Sat. cap. 2. ubi *coitum osculi*, vocat auctor Epigrammatis ex Platone, infra edendi. Sic *inspirare animam* dixit Virgilius, etsi alia in re, Lib. VII. Aen. 351. *Vipeream inspirans animam.* Et Ovid. Lib. IV. Met. 497. *Inspirantque graves animas.* Ubi vide Patrui notas. Sed, si ita exponamus, non video quis locus sit *dulciloquo* illi *calamo*, ut odoratus etiam est Scip. Gentilis: et praeterea editiones antiquae Appuleii male distinguunt, *Quod si animum inspires, dona et iam carmina nostra, Cedent victa tuo dulciloquo calamo.* Itaque retinendum puto *animum* et Appuleium hic Critiam ut deum quemdam inducere ac rogare, ut quasi numine suo velit sibi inspirare animum et donare, id est dictare, carmina, ut Apollo credebatur vatibus. Virgil. VI. Aen. 11. — *magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates, aperitque futura.* Ita Propertius Cynthiam sibi pro Apolline ingenium facere, et carmina dictare dicit Lib. II. El. I. 3. *Non haec Calliope, non haec mihi dictat Apollo, Ingenium nobis ipsa puella facit.* Obscuritatem igitur loci huius tollemus, si ita explicetur: Si velis, o Critia, ipse tibi inspirare vim illam divinam carminum, quam poëtae alii ab Apolline et Musis petunt, tu vero tibi ipse praestare potes, dona mihi vicissim carmina pro meis carminibus, quae non minus cederit tuo calamo, id est venae poëtici leporis ac venustatis, quam serta et rosae non sunt comparanda cum comp'exu et mellitissimis tuis suaviis. Vel si capiendum sit, ut Poëtae Critias inspiret animum, quod certe per lasciva tum fieri vellet oscula, intelligenda haec verba, ac si carmina illa, quae postea faceret, non forent sua, sed inspirantis et quasi dictantis Critiae. Sed hoc durius priore interpretatione mihi videtur. Itaque eligant poëticarum elegantiarum arbitri. Certe haec ad mentem poëtae adcommodatiora videntur, quam quod emendat Salmasius ad Solin. Tom. I. pag. 117. Ed. Paris. *Quod si aulum inspires*, id est tibiam, et Critiam monaulon fuisse statuit, quod tamen dubito an verum sit et ut temerarium reiecit Patruus in notis ad Ovid. IV. Met. 497. melius enim Is. Vossius in notatis margini exemplaris sui, quod in Biblioth. Leidensi est, adscriptis, legebat etiam, *Quod si animam inspires.* modo *animam* capiamus de halitu osculorum, non vero de spiritu, quo calamus inflatur, ut perperam Colvius. Neque cum Delphinico Appuleii Interprete *animam inspirare fistulae* aut *calamo* exponendum est pro carmina scribere, ut calamus pro vena ac stilo poëtico ponatur. Nollem itaque istam Salmasii emendationem adprobasset Cuperus in Harpocrate pag. 144. aut Vossio oblocutus fuisset Th. Sellius Observ. cap. XV. in fin. BURMANN. Aliter emendandum censebat Piersonus, et quidem hoc modo: *Quod si Amor inspiret, dona et iam carmina. Nostra* etc. hac sententia: Quod si Amor tibi inspiret, dona mihi et iam carmina pro carminibus, tum carmina nostra cedent victa tuis. ut ante dixerat puerum *exsuperare* debere *munera muneribus.* *inspirare* de Diis frequens. et praecipue Amor eleganter dicitur *inspirare carmina.* — ποιητὴν δ' ἄρα Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν. ut vetus Tragicus cecinit. vid. Cl Valckenar. Epist. ad Rover. pag. 12. Haec vero Piersoni, iuvenis, dum viveret, supra vulgus eruditi et in Critica re sagacissimi, coniectura licet ingeniosa sit, nulla tamen codicum vel editionum veterum auctoritate nititur;

ut

Cedent victa tuo dulciloquo calamo.

Habes crimen meum, Maxime, quasi improbi comissatoris, de sertis et canticis compositum. Hic illud etiam reprehendi animadvertisti, quod cum aliis nominibus pueri vocentur, ego eos Charinum et Critiam appellitarim. Eadem igitur opera accusent C. Catullum, quod Lesbiam pro Clodia nominarit: et Ticidam similiter, quod quae Metella erat, Perillam scripserit: et Propertium, qui Cynthiam dicat, Hostiam dissimulet: et Tibullum, quod ei sit Plania in animo, De-

ut praeteream *inspiret* sic absolute poni, sine *carmina*, aut *mentem*, *animumve*, ut in loco Virgilii, forte sine exemplo esse. Id. *in Manz. Adnott. post T. II. Anth. Lat. p.* 747. Colvii coniecturam expressere Elm. Wow. Scriv. Flor. quos sequor. Neque enim audiendum puto Salm. ad Solin. p. 82. reponentem *quod si aulum inspires*, ut Graecam vocem adhibuerit auctor. *Anima* est spiritus. v. Colv. h. l. Oudend. ad Flor. N. 3. *inflexae* animae *sono*. Burm. ad Ovid. Met. IV. vs. 497. Inspirant*que graves* animas. *Anima* inspiratur *tibiae*, quae vox, vel sim. subauditur, et subaudiri potest propter sequens *calamo*. contra τὸ *animam* subauditur in illo Ovid. Met. I, 333. *Conchaeque sonaci* inspirare *iubet*. Ineptam sane propterea lectionem illam cum Salmas. l. c. pronunciandam non arbitror. Videtur tamen *animum* esse in MSS. In seqq. nil mutandum: licet pro *et iam* MSS. Lips. et Pith. habeant *nam et* (ex Coll. Voss. deest *et*); et Lipsius coniecerit *iam et carmina*. *Nostra Cedent* etc. quemadmodum edidit (deleto *et*) Scal. in Catal. Sana est vulgata lectio, totiusque epigrammatis sensus huiusmodi: Critia, dono tibi carmina et serta; illa peculiariter tibi, haec genio tuo: et carmina quidem, quibus natalem tuum celebrem; serta, quibus festo hoc die tempora cingas. Tu vero pro implexis sertis amabiles complexus redde; ut munera mea maiori tuo munere superes: quod si tum quoque fistulam inflare coeperis, quum munere tuo superaveris *dona* mea; *iam* quoque *carmina nostra* tuis cedere debebunt.

Cedent] MS. D'Orv. *cadent*. non male: si per versum liceret.

Calamo] Gruter. adscripsit *alloquio*, quasi offensus fuerit τῷ *loqui* in *dulciloquus*, de poëta. sine ratione tamen. Horat. IV, 15, 1. *Phoebus volentem proelia me* loqui *Victas et urbes increpuit* lyra. Burm. Catal. L. IV. Ep. 261. *Ut quemvis raperet mirifico ingenio Lenireique animum carmine* doctiloquo. Ibid. L. IV. Ep. 108. Doctiloquum *cupidus carminis ardor eras*. melius *erat*, forte et *doctiloqui*, ut emendavit Schrader. in Ep. Crit. praefixa T. II. Anth. Lat. p. LXXVII.

Crimen] Vulc. Groslot. et V. D. ad marg. Ed. Ald. legi malunt *carmen*, inducti fortasse sequenti verbo *compositum*. Sed *compositum crimen* dixit quoque Cic. Verr. III, 61. pro, ficto. ut apud Sallust. me legere memini *non sunt* composita *mea verba*. Adde, quod *componere* est verbum iuris. Sic *componere libellos* accusatorios Iuven. Sat. VI. 245. et *componere actiones* dicuntur ICti, qui formulas actionum excogitant. Vid. Ernest. in Cl. Cic. v. *componere*.

Quasi] Abest hoc a scripto libro. Colv.

Comissatoris] MS. D'Orv. Edd. Elm. Flor. per *e*. cf. Oud. ad Met. L. II. p. 150, b.

Quod] Pith. *quitum*.

Catullum] MSS. Florent. Pith. D'Orv. *Catulum*. male. Sic infra D'Orv. quoque *Tibulum*.

Quod] Pith. *quos*. D'Orv. *qui*, quod eodem redit; sed variavit auctor: *Catullum quod — Ticidam, quod — Propertium, qui — Tibullum, quod — Lucilium, quod — Mantuanus, qui.*

Lesbiam] Pith. *Lesbia — nominaret.*

Quod quae] Pith. *quique*.

Ticidam] Intelligit A. Ticidam poëtam, cuius hunc versiculum ex Hymenaeo citat Priscian. L. V. *Felix lectulе talibus sole amoribus*. ex quo, tamquam ex ungue leonem, agnoscas, quam lepidus, inquam, in hoc genere fuerit, ut merito summis poëtis ab Appuleio aggregatus. Sc. Gent. Crinitus et Gyraldus eum *Caium* aut *Cneium* vocant. Ut ut de praenomine sit, eius nomen vindicandum censeo Scholiast. Horatii ad Epod. 12. *Apud Ticiam poëtam introducitur Pyrrhia ancilla*, etc. Barthius *Licinium* tentavit Advers. 37. 22. Ego *Ticidam* scribo, eum ipsum nempe de quo heic Appuleius Pric. Ovid. Trist. II. vs. 433. *Quid referam* Ticidae, *quid Memmi carmen, apud quos Rebus abest nomen, nominibusque pudor? — Et quorum libris modo dissimulata* Perillae *Nomine, nunc legitur dicta* Metella *suo*. MS. Pith. *Metalia*. D'Orv. *Perilium*.

Dicat] Non est in Pith.

Hostiam] Est qui *Hostiliam* legit, hunc locum ad Propertium citans, sane non adversante Lapide, nobis proxime laudando. Pric. Quidam Propertii Interpres legit h. l. *Hostiliam*, fortasse melius. Florid. Vanam esse Passeratii coniec-

Delia in versu: equidem C. Lucilium, quamquam sit Iambicus, tamen improbarim, quod Gentilem et Macedonem pueros directis nominibus carmine suo prostituerit. Quanto modestius tandem Mantuanus poëta, qui itidem, ut ego, puerum

416

turam *Hostiliam*, arguunt doctae Bentleii notae ad Horat. II. O. 12, 13. et Burmanni ad Prop. init. quas vide.

PLANIA] Romanum magis videatur, *Planca*, vel, *Flavia*. COLV. Magis ex consuetudine linguae Rom. nescio an et ex veritate *Flavia* scripseris. CASAUB. Cod. Fulvii: *Plautia*. WOWER. Sed vulgarem scripturam secutus est Angelus Politianus in illo eruditissimo carmine, Nutricia, in quo hunc locum Appuleii ita elegantissimis numeris expressit: *Sed quamquam in primis docto Verona Catullo Gaudet vulnificos elegis qui miscet iambos, Et sub adoptivum resigit te, Clodia, nomen.* Et infra: — *ni blanda Propertius ora Solvat, et ambiguam faciat certamine palmam. Plania materiam teneri dat et Hostia cantus* etc. Et multo post: *Mitto et Cornifici lusus, Ticidaeque Perillam Et Cinnam obscurum, teque ore protervior Anser.* SC. GENT. Rom. et Flor. *Plania.* Fulv. *Plautia.* ELMENH. Casaubonus *Flavia* mavult, at nil mutes idcirco: *Plania* in lapidibus visitur, et in veteri epigrammate: *Aufidius genitor, genuit me Plania mater.* PRIC. Vulc. in marg. cum Colv. et Ayrmanno in vita Tibulli §. 73. p. 103. *Planca.* MS. Pith. *Platia.* Edd. Vulc. Elm. *Flavia.* Wow. Scriv. cum Vulp. in prol. ad Tibull. *Plautia.* Reliquae cum MSS. Florent. 2. et D'Orv. *Plania*, quod verum Deliae nomen tam hoc, quam aliis veterum locis, vindicavit Broukhus. ad Tibull. I, 1, 57.

EQUIDEM] MSS. D'Orv. Pith. cum Edd. Scriv. Flor. *et quidem.* crebra variatione. Praestat h. l. *equidem.* Accusent illi Catullum, Ticidam, et reliquos, qui fictis nominibus utuntur: *equidem* Lucilium improbarem potius, qui contra fecit.

C. LUCULLUM] Lipsius putat scribendum, *C. Lucilium*, eumdemque alibi mentionem facere Macedonis, vel Acedonis pueri. COLV. Putem verius, *C. Lucillium*, *quamquam sit satyricus.* adhuc tamen animi pendeo. CASAUB. Quid, si *C. Lucretium* rescribas? qui nominatur Plinio inter alios, qui amatoria luserunt. Locum supra adscripsi. SC. GENT. Flor. *Lucullum.* inepte. ELMENH. Gyraldus de Poët. Dial. X. (locum hunc adlegans) retinet *Lucullum*, de quo Cicero ad Atticum, et Fulgent. ad Chalcidium. PRIC. Poëtae Iambici C. Luculli nusquam mentionem factam inveni. At vero haud dubie legendum est (cum Lips. et Edd. Vulc. Wow. Elm. Scriv.) *C. Lucilium*, cuius nomen ob proxime praecedens *Tibullum*, in nomen, satis notum, similis terminationis, corruptum fuerat. Inter *Lucilium* et *Lucullum* fluctuant quoque MSS. apud Cic. de Orat. II, 70. Fuit autem Lucilius poëta Iambicus i. e. Satyricus. Sensus est: Quamquam C. Lucilii in perstringendis hominibus libertas (cf. Cic. ad Div. XII, 16. Gell. XVII, 21. extr.), utpote poëtae Satyrici, excusari aliquo modo posse videatur, tamen improbarim etc. MS. Pith. *Lucullus.* id. MS. *improbari.* Ed. Ven. *improbaverim.*

GENTILEM] Bas. 1. *Gen.* Rom. Ven. *Gentium.* COLV. Lege cum Rom. *Gentium.* Gentius et Macedo puerorum nomina, alterum, ut puto, Illyrici, alterum Macedonis. CASAUB. *Gentium*] Rectissime ita Rom. cod. et veteres alii MSS. vulgo *Gentilem.* Sed in servis gentilitia natura non subest, inquit Varro de lingua Latina. Notum, servorum nomina a nationibus tracta, ut Davus. Et sane Macedoniae Illyricum adhaeret, in quo Gentii nomen etiam regium fuit. SC. GENT. Nomina ab urbibus, gentibus, aut vendentibus tracta. Vide Varron. de L. Lat. Lib. VII. extr. Helladium apud Photium. Scholiast. Theocr. ad Eid. 5. Caeterum excusi Codd. heic variant, partim *Gentilem* exhibentes, partim *Gentium.* Et quidem vetus lapis *Gentilem* agnoscit: T. FULVIO GENTILI. A. GENTILIS F. H. S. E. at hoc servile nomen affirmem esse, ideoque non optime loco huic convenire: constat de altero clarius; en lapidem: HOSTILIAE, L. L. RILL. O. H. S. S. GENTIUS CONLIBERT. nec abludit Lemma veteris Epigrammatis, *De duabus meretriculis ex Illyrico* GENTIA *et* CHLOË etc. PRIC. *Gentium* praebent MSS. Lips. Pith. D'Orv. et Edd. pleraeque: Iunt. pr. cum Bas. pr. simpliciter *Gen.* sed Iunt. post. Ald. Bas. sec. Colv. Vulc. pr. Casaub. *Gentilem*, quod verum nomen pueri fuisse videtur. Sane ipse Lucil. in fragm. apud Donat. in Ter. Andr. V, 6, 12. *Nunc praetor tuus est, meu' si discesserit horno* Gentili.

MACEDONEM] Etiam hoc minime ingenuum. Inscriptio vetus: IPHYGENIA SUAVIS AVE. MACEDO HAVE. alia: M. S. VLPIAE. M. F. MACEDONIAE. VLP. MACEDONA. ET MAGN. SEMNUS FILII. — PRIC. Lips. marg. adscripsit *M. Acedonem.* Male. Lucil. fragm. ex L. VIII. apud Nonium cap. 2. n. 323. *Hic est* Macedo *si agron' longiu' flaccet.*

QUANTO] Pith. *quantum.* in quo mox *sese q* *Coryd.*

OPI-

rum amici sui Pollionis Bucolico ludicro laudans, et abstinens nominum, sese quidem Corydonem, puerum vero Alexin vocat? Sed Aemilianus, vir ultra Virgilianos upiliones et bubsequas rusticanus, agrestis quidem semper et barbarus, verum longe austerior, ut putat, Serranis et Curiis et Fabriciis, negat id genus versus Platonico philosopho competere. Etiamne, Aemiliane, si Platonis ipsius exemplo doceo factos? cuius nulla carmina exstant, nisi amoris elegia: nam cetera omnia, credo quod tam lepida non erant, igni deussit. Disce igitur versus Platonis philosophi in puerum Astera, si tamen tantus natu potes literas discere:

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς, ἀστὴρ ἐμὸς· εἴθε γενοίμην
Οὐρανὸς, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σε βλέπω.

[*Astra vides, utinam fiam, mi sidus, Olympus,* 417.
Ut multis sic te luminibus videam.]

Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος,
Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

[*Lu-*

OPILIONES ET BUBSEQUAS] Flor. et Rom. *upiliones et bubsequas.* Vide de la Cerdam ad Eclog. Virg. ELMENH. Pith. *apil. et bussequas.* D'Orv. *upil. et busequos.* Florent. *upil. et busequas.* Vide ad Met. L. VIII. p. 505, a.

SERRANIS] Rom. *Serranis.* Pro *Curiis* Pith. *Crotis.*

VERSUS] Non exstat in D'Orv. uti nec mox *ipsius.*

ELEGIA] Fuit cum mallem, *elogia.* Platonem vero adolescentem versibus amatoriis lepidissimis lusisse, etiam scribit Gell. L. XIX. cap. 11. et Diogenes ipsius vita. COLV. f. *elegidia.* BRANT. *elogia*] Rom. et Flor. *elegia.* ELMENH. ἐλεγεῖα ἐρωτικά. V. Gellium XIX, 9. PRIC. Colvii coniectura est in Edd. Vulc. sec. tert. non vero ab Elmenh. ut ex eius notula forte colligas. At *elegia* firmatur MSS. Edd. reliquis et loco Gellii N. A. XIX, 9. ἐλεγεῖα *quaedam erotica dulcia et venusta accinerunt. Elegeion*, vel *elegeon*, vel *elegion* dixit quoque Auson. Epigr. 94. vs. 2. *Zonae textum* elegeion *erit.* et plur. num. Parent. 29. vs. 2. *Debent quos cineri moesta* elegea *tuo.*

QUOD] Pith. *quo.*

ASTERA] D'Orv. a m. pr. *Distera.* Pith. *Astam.* Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *Astra.* Ald. Iunt. post. Bas. sec. *Astrea.*

εἰσάθρει] Ita Edd. Iunt. post. et Ald. quemadmodum editum quoque a Cel. Boschio in Anth. Gr. L. III. Epigr. 28. In reliquis vero Edd. εἰσαθρεῖς, ut est apud Diog. Laërt. quo ducit etiam versio Latina *Astra vides* etc. si tamen ea est ab Appuleio profecta, vide seqq. atque ita legerant etiam Grotius, et alius interpres apud Scip. Gent. quorum versiones vide infra, et citat Burm. ad Anthol. Lat. ad L. III. Epigr. 240. ubi vide plura, quae ad illustrandum hoc Epigramma faciunt. Ed. Scriv. corrupte εἰσαχαθρεῖς. In MSS. Pith. D'Orv. et Graeca et Latina desunt, uti et in Ed. Iunt. pr. si fides excerptis: nam ea Ed. ad manum non est.

ASTRA VIDES] Hi ut et seqq. versus latini non extant in membranis Flor. Vide Muretum ad Catullum pag. 22. ELMENH. Desunt Latina quoque in Ed. Iunt. post. neque comparent in MSS. Florent. Pith. et D'Orv. in quibus, praeter Florent. Graeca quoque desunt ubique; sed eo magis Latinam versionem addidissent librarii (quod a m. sec. factum in D'Orv.) si eam in suis exemplaribus invenissent: neque ab Appuleio profectam illam puto. Infra quoque Homericorum versuum interpretationem non addidit auctor; quod tamen aeque facere debuerat, si ad intelligentiam auditorum Graeca sibi vertenda esse existimasset. Haud dubie de sua versione verbo monuisset, neque addidisset *disce versus Platonis — si tamen tantus natu potes litteras discere.* quod eo sensu dictum, quo Cicero dixit in Pisonem (c. 30.) qui versum eius non intellexerat: *Quid nunc te, asine*, litteras *doceam.* Latina igitur edenda quidem, sed cancellis inclusa, curavi. Ceterum Grotius ita hoc distichon vertit: *Stella, vides coeli stellas, meus, o ego coelum si sim, quo te oculis pluribus adspiciam.* aliter alius v. not. seq.

UTINAM FIAM] Tale votum Anacreontis εἰς κόρην Ἐγὼ δ' ἔσοπτρον εἴην. et Ovidii, qui pulicem se gestiebat fieri. LINDENBROG. quae descripsit Elmenh. addens Dionys. Sophistae Epigr. in Anth. L. VII, 152. Εἴθ' ἄνεμος γενόμην, σὺ δέ γε στείχουσα παρ' αὐγὰς etc.

Ἀστὴρ πρὶν] Hi duo versiculi continenter

cum

[*Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aster,*
Hesperus a fato Manibus ecce nites.]

Item eiusdem Platonis in Alexin Phaedrumque pueros, coniuncto carmine:

Νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλὸς,
Ὦπται, καὶ πάντη πᾶς τις ἐπιστρέφεται.
Θυμὲ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτ' ἀνιήσεις
Ὕστερον; οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;

[*Dixerit hic tantum cum nil nisi pulcher Alexis*

Ex-

cum superioribus, tamquam unum epigramma leguntur Lib. III. Anthol. Priores illos duos sic latine conversos reperi in libro quodam Torquati Tassi, Italorum praecipui poëtae, παραφραστικῶς: *Te quoties pulchri spectantem sidera coeli, Stella, tuor, toties coelum aveo fieri; Pluribus ut quo oculis te spectem, hoc plura meum cor Hauriat.* Posteriores autem, in quibus Astera suum exorienti soli comparet Plato, materiam carminis elegantissimi dedisse videntur olim Q. Catulo: *Constiteram exorientem Auroram forte salutans, Quum subito a laevo Roscius exoritur. Pace mihi liceat, coelestes, dicere vestra; Mortali visus pulchrior esse Dea.* Sc. Gent. cf. Pric. Diversum esse hoc epigramma a praecedenti, arguit, inter alia, huius separati versio ab Ausonio Epigr. 144. Seiunctim quoque edita sunt in Anthol. Boschiana. Ed. Ven. Ἀστὴρ μὲν πρὶν ἔλ. ἐν ζ.

ἑῴος] Ed. Flor. ἑῷς. Diog. Laërt. ἑῶος.

Lucifer] Vertit Grotius: *Stella meus vivis fulgebas Lucifer ante, Nunc apud infernos Hesperus es populos.*

Eiusdem] MS. D'Orv. *equidem.*

In coniuncto carmine] Deest praepositio Edd. Vic. Ven. Elm. Scriv. Flor. melius; neque comparet in MSS. Florent. 2. et D'Orv. in quo pro *coniuncto* est *comico.* Comicum sane est τί μηνύεις κυσιν ὀστέον;

νῦν ὅτι μηδὲν] Recitat hos versus Laërtius L. III. p. 205. Elmenh. In Anthol. L. III. Tit. 32. Ep. 44. ita legitur: Νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλὸς, Ὦπται, καὶ πάντη πᾶσι περιβλέπεται. Θυμὲ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτ' ἀνιήσεις ὕστερον. Οὐχ' οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν. Ubi melius comma ponitur post καλὸς, quam quod in Appul. Edd. hactenus et apud Diog. Laërt. factum fuerat, tantum post ὦπται, ut καλὸς ὦπται notet *pulcher est adspectu*, eleganti Graeca locutione quidem, sed tum non est quo referas καὶ, quod, propter praecedens ὅτε, non potest habere vim τοῦ *statim:* licet ita intellexerit quicunque Latine hoc epigramma vertit *dixerit — et vertunt.* Ceterum in Edit. Appuleii Graeca haec, ut ut profecta sunt a Platone, edenda sunt, prout Appul. ea legit. Quum igitur in Edd. quod sciam O. exceptis Iunt. post. et Ald. pro πᾶσι περιβλέπεται legatur πᾶς τις ἐπιστρέφεται, quomodo in Diogene Laërtio legitur etiam, ita Platonis versum legisse Appuleium probabile est: nam et a MSS. Florent. confirmari illa lectio videtur. Ad haec verba, margini Ed. Bas. sec. opportune adscriptum video locum Iosephi de Mose L. II. c. 5. πρὸς δὲ κάλλος οὐδεὶς ἀφιλοτίμητος ἦν οὕτως, ὡς Μωυσῆν θεασάμενος μὴ ἐκπλαγῆναι τῆς εὐμορφίας· πολλοῖς τε συνέβαινε καθ' ὁδὸν φερομένῳ συντυγχάνουσιν ἐπιστρέφεσθαι μὲν ὑπὸ τῆς ὄψεως τοῦ παιδὸς, ἀφιέναι δὲ τὰ σπουδαζόμενα καὶ τῇ θεωρίᾳ προσασχολεῖν αὐτοῦ. Huic Iosephi loco addi potest Lucian. in Herc. c. 3. extr. ἐπέστραπται γε εἰς τοὺς ἀγομένους μειδιῶν: quem mecum communicavit doctiss. et amiciss. Geel. Item alius eiusdem auctoris a Scapula cit. ἐπιστρέφονται εἰς τοὐπίσω ὥσπερ οἱ δυσέρωτες. Ceterum corrupte pro ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι Edd. Bas. ἐὰν μονεὶ φατι. et Ποται pro ὦπται, Ed. Vic. πωται.

εἶφ'] Non esse pro εἶπε, sed pro εἶπα monuit Gatakerus Adv. Misc. Post. c. 43. Recte, ni fallor. Ipse imprudenter Alexidis pulchritudinem praedicaverat: unde et in seqq. θυμὸν suum, i. e. animi ardorem, qui in extollendo Alexide nimius fuerat, alloquitur. Aliter tamen intellexit interpres Latinus.

τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον] Proverbialem hanc locutionem, *canibus os* vel *offulam ostendere* pluribus exemplis illustrat Gataker. l. c.

ἀνιήσεις] Nunquam passivo sensu sumi verbum ἀνιῆσαι observat Gataker. neque exemplum inveni. Possit tamen defendi simili exemplo cognati verbi ἀνιάζειν quod passivo, sive neutro sensu, occurrit apud Hom. Il. φ. vs. 270. sed non opus est. Absolute ponitur, facile, neque invenuste, subintellecta persona, cui ea res molestiam creabit. Putabat tamen Gataker. melius legi: ἀνιήσει Σ' ὕστερον. et ἀνιήσῃ H. Stephan. ad Diog. Laërt. probante ibid. Casaub.

An-

Exſtitit, et vertunt quilibet in te oculos.
Cur, anime, os canibus monſtras, aficisque dolore
Poſtmodo? non Phaedrum ſic prius amiſimus?]

Et, ne plures commemorem, noviſſimum verſum eius de Dione Syracuſano ſi 418.
dixero, finem faciam:

Κεῖ·

Anime] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *animae*. In Iunt. poſt. et MSS. Florent. Pith. D'Orv. non comparent Latina: neque e Fulviano Cod. quidquam notatum video.

Aficisque dolore] Nollem virum linguae Latinae adeo peritum, tantum licentiae uſurpaſſe contra omnem analogiam. Par licentia ſeq. vs. in *amiſimus*. Sed, quantum video, diſertior Appuleius, quam ποιητικώτερος. Fuit autem ea ſecuritas ſupina multorum illis temporibus, ut obtemperare legi metricae non amplius curarent, quam amantes, ait poëta Siculus, πατρὸς μύζων καὶ μητρὸς ἀκούειν. vide quae paſſim habet carmina Spartianus. Casaub. Et hic, et in ſq. vs. *Amiſimus*, parum habuiſſe rationem ſyllabarum tenoris, et artis metricae videtur Appuleius. De qua licentia recentiorum maxime poëtarum vide quae doctiſſimi viri Caſaubonus ad in Pollionis XXX. tyrannis, et Giphanius in Catullum obſervarunt, qui et veteres huius rei incurioſos docet. Sed et Lipſius L. II. Elect. c. 21. de latentibus in opere Appuleii Mileſio verſibus, lege illa ſtrictiori ſolutis, more Varronis et Petronii. Sed auſim dicere Appuleium, non *Aficis*, ſed *abicis*, ſcripſiſſe, haud paulo elegantiori forma. Prudentius: *Perfida ſigna abicit, monumentaque triſtia longe ſpernit.* Item legendum: *Non Phaedrum ſic prius perdidimus.* qui non intellectus ἀρχαϊσμὸς errori cauſſam dedit, ut ſaepe alibi. Unum locum annotare ſufficiat. Apud Iulium Rufinianum Rhetorem in Libro de Schematis Dianoeae, recitatur Lucilii ille verſus, *Non tango, quod avarus homo eſt; quodque improbus mitto.* Vide ſis Ciceronem de Orat. et Quintil. L. IX. c. ult. ubi ſic concludit: *Quae in veteribus libris reperta mutare imperiti ſolent; et dum librariorum inſcitiam inſectari volunt, ſuam confitentur.* Quem locum imitatus eſt D. Hieronymus in Epiſt. 28. ad Licinnium de ſuis codicibus: *Si paragrammata repereris, vel minus aliqua deſcripta ſint, quae ſenſum legentis impediant, non mihi debes imputare, ſed tuis et imperitiae notariorum librariorumque incuriae: qui ſcribunt, non quod inveniunt, ſed quod intelligunt, et dum alienos errores emendare nituntur, oſtendunt ſuos.* Notent haec Critici noſtri. Sc. Gent. Elmenhorſtius reponit *angiſque dolore*, ſicque melius conſtat metri ratio et Latinitatis. nam quis unquam *aficis* dixit, pro *afficis*? Florid. Non primus Elm. repoſuit *angiſque* ſed Scal. in Vulc. Ed. ſec. et tert. cum Wow. Scriv. et Bip. In Edd. vett. *afficiſque*, adverſante metro, cui mederi volens Lipſ. coniecit *adigiſque dolere*. ſed *aficis*, exemplo τῶν *adice*, *ſubicit* et ſim. defendit Barth. ad Stat. Theb. VII, 4. De *adicit* et ſim. vide etiam Burmann. ad Anthol. Lat. L. I. Ep. 80. vs. 15. ibid. ad L. I. carm. 178. vs. 71. et vs. 352. Sed iniquiores in Appuleium fuere VV. DD. qui ei adſeruere vitia invenuſtae ſatis verſionis, quam Appuleii neque MSS. neque Ed. Iunt. poſt. adſcribunt, neque adſcribendam eſſe arbitror.

Phaedrum sic prius amisimus] Metricarum legum ac ſyllabarum quantitatis valde negligentem fuiſſe Appuleium oportet, qui vocem *amiſimus* in fine pentametri poſuerit. Gentilis metri cauſa legit: *Non Phaedrum ſic priu' perdidimus.* Elmenh. *Non Phaedro ſic prius excidimus?* Sed haec Latina diſticha non eſſe Appuleii facile crediderim. Florid. Edd. Vulc. ſec. tert. Wow. Elm. Scriv. Bip. *Phaedro — excidimus.*

Et] Exſulat in MSS. Pith. D'Orv.

Pluris] Bas. 1. *pleris*. quod fortean non ſpernendum. Colv. In Bas. eod. erat *pleris*. Scribo *pleros*. Ne pleroſque inquit, qui tales ſunt, commemorem, ultimum tantum dicam de Dione. Reſtitui vocem genuinam eiectam iniuria ſciolorum librariorum. Meurs. Iſti antiquata captandi ſtudio contra MSS. indulgendum non eſt. Vide alias de τῷ *plerus* Torrent. ad Sueton. Tiber. c. 75. Edd. Vic. Iunt. pr. cum Bas. pr. *pleris*. Ed. Iunt. poſt. *plureis*. MS. Pith. *pluris*.

Novissimum] Nemo eſt qui non videat emendandum: *notiſſimum*. Wower. Recte Wower. Alii: *noviſſimum verſum*. Elmenh. h. e. partem noviſſimam verſus etc. quam heic Diſticho expreſſam habes. Plato enim compoſuit Hexaſtichon, quod apud Laërtium extat, certiſſime iis inviſum, qui h. l. *notiſſimum* legebant, locumque optime ſe habentem aegrotare fecerunt: belle cum literis ageretur, ſi extra talium medicinam eſſent. Chirurgi ſunt, qui continuum ſolvunt, ubi nullum ulcus ſubeſt. Pric. Ne Elm. quidem in textum admittere auſus eſt. Pro *eius* MS. D'Orv. *ei*.

Syracusano] MS. Pith. *Syracoſano*. Formae ſunt *Syracuſius*, *Syracoſius*, *Syracuſanus*.

Κεῖται δ' εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι, τίμιος ἀστοῖς,
Ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.

[*Civibus ingenti in patria laudate iaces nunc,*
Qui insanum me animi reddis amore, Dion.]

Sed sumne ego ineptus, qui haec etiam in iudicio? an vos potius calumniosi, qui etiam haec in accusatione? quasi ullum specimen morum sit, versibus ludere. Catullum ita respondentem malevolis non legistis?

Nam castum esse decet pium poëtam
Ipsum, versiculos nihil necesse est.

Divus Hadrianus, cum Voconii amici sui poëtae tumulum versibus veneraretur, ita scripsit:

Lascivus versu, mente pudicus eras.

419. Quod nunquam ita dixisset, si forent lepidiora carmina argumentum impudicitiae habenda. Ipsius etiam divi Hadriani multa id genus legere me memini. Audesis igitur, Aemiliane, dicere, male id fieri, quod Imperator et Censor, Divus

Κεῖσαι] Graeca desunt MSS. Pith. D'Orv. Edd. Ald. Iunt. pr. In Iunt. post. deest primus distichi versus, cum versione Latina, quae in MS. D'Orv. a m. pr. non comparet quoque. Edd. Vic. Bas. pr. εὐρυχώρῳ. Scriv. εὐροχόρῳ.

Δίων] Edd. Vic. Bas. pr. Δίον. male.

Etiam haec in accusatione] MS. Pith. *haec etiam*; ut paulo ante: et *actione*. cf. ad init. Apol.

Ullum] MS. Pith. *illum*. quasi ἀρχαϊκῶς pro *illud*.

Nam castum esse etc.] MS. Pith. *N. esse c. docet p. p. in p̂ pium vers.* Pro *pium* Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. *pueri*. MS. D'Orv. *versiculo*.

Hadrianus] Spart. de Hadr. c. 14. *De suis dilectis multa versibus composuit, amatoria carmina scripsit.* MS. D'Orv. *Adrianus*. ut est in quibusdam inscriptionibus apud Gruterum et Reinesium. Sed frequentata est scriptura per *H.* Vid. VV. DD. ad Spart. Hadr. init.

Voconii] MS. D'Orv. *Voconi*. quemadmodum antiquitus, et Augustei aevi scriptores formabant genitivos nominum in *ius* et *ium*: observante Bentleio ad Terent. And. II, 1, 19.

Tumulum] MS. Pith. *cumulum versibus morsibus vener.*

Veneraretur] Flor. 2. *muneraretur*. Elmenh. malim *muneraretur*. Florid. 3. *Remuneratio dicendi*. Pric. Comparet *muneraretur* iam in Ed. Iunt. post. et e Florent. in Ed. Elm. atque hinc in Scriv. et Florid. *Munerari* tumulum, est munus ei dare, quod haud scio an satis bene dicatur. Locus Flor. N. 16. a Pric. cit. nihil huc facit. Verba sunt: *qua remuneratione dicendi gloriam tui facti aequiparem.* Sed verum est *veneraretur*, i. e. honoraret. Ovid. Trist. II, 79. Carmina *ne nostris sic* te venerantia *libris* etc. Dicitur autem *venerari* proprie de honore et cultu divino, et hinc de memoria defuncti, et sepulcro, utpote re sacra. Tacit. Agric. 46. *Sic patris, sic mariti* memoriam venerari. *ut omnia facta dictaque eius secum revolvant.*

Lepidiora] MS. Pith. *lepidicina*. An: *lepida et concinna?* quae coniungit auctor ad Herenn. IV, 23. lepida et concinna *cito satietate adficiunt aurium sensum.* Sed melius *lepidiora*.

Audesis] Rom. Ven. *audes is*. Unde fecimus, *Audesis*. Sic infra *Audesis Tannoni Pudens*. Comicum hoc, et millies in Plauto obvium. Colv. MS. Pith. *audeshii*. D'Orv. *audes*, exsulante in utroque, et Ed. Vic. *igitur*. *Audes* praebent etiam Edd. Iunt. utr. Ald. Bas. Sed *Audesis* vere Plautinum, atque adeo Appuleianum est.

Imperator et divus et censor] Flor. *Imp. et censor divus Hadr.* Elmenh. Libri alii: *Imp. et Censor, Divus Hadrianus.* quod ut verius sit (quod crediderim facile) scriptura ea, quam sequuti sumus, *Censoris* titulus tamen, tanquam augustior, post *Imperatoris* ponitur. Infra de Scipione, *Africano, Numantino, et praeterea Censorio.* Gellius de Catone L. VII. c. 3. *A Senatore, et Consulari, et Censorio viro.* Idem Lib. XIII. c. 22. *M. Cato, Consularis et Censorius.* neque temere hoc, imo neque quod *Censuram* iniit post *consulatum*; sed ex dignitate *Censurae*, quam κορυφὴν τιμῆς ἁπάσης, καὶ τελ-

vus Hadrianus fecit, et factum memoriae reliquit. Ceterum Maximum quidquam putas culpaturum, quod sciat Platonis exemplo a me factum? Cuius versus, quos nunc percensui, tanto sanctiores sunt, quanto apertiores, tanto pudicius compositi, quanto simplicius professi. Namque haec et id genus omnia dissimulare et occultare, peccantis; profiteri et promulgare, ludentis est. Quippe natura vox innocentiae, silentium maleficio distributa. Mitto enim dicere alta illa et divina Platonica, rarissimo cuique piorum gnara, ceterum omnibus profanis incognita: geminam esse Venerem Deam, proprio quamque amore et diversis

τρόπον τινα τῆς πολιτείας ἁπάσης ἐπιτελείωσιν Plutarchus vocat in Caton. mai. Plane Imperatoria potestas, etsi omnes alios, *Censoris* titulum tamen neutiquam complectebatur, ut videre est ex Dionis Lib. 53. Tandem collatus adulatione et corruptela temporum, quodammodo Imperatoris nomini coaluit. Zonaras Annal. Tom. 2. PRIC. Edd. Vic. Iunt. Ald. Bas. *Imp. et Divus, Censor Hadr.* Vulc. Wow. *Imp. Divus et Censor Hadr.* Colv. Cas. Pric. *Imp. et Divus et Cens. Hadr.* Sed cum Florent. MSS. quorum lectionem expressere Elm. Scriv. Flor. consentiunt plane Pith. et D'Orv. Recte. *Divi* nomen Impp. Romanis, qui in Deos relati erant, quasi praenomen adhaesit, ut paulo ante ab Appul. *Divus Hadrianus*, et sexcenties vocatur in Pandectis. V. Brisson. de V. S. v. *Divus.* Nomen est igitur *Divus Hadrianus:* dignitatis autem tituli *Imp. et Censor.* De Censoris titulo, Impp. Romanis tribui solito, vid. Spanhem. de Usu et Praest. Numism. T. II. p. 472. Fuit sane censura apud Romanos omnium dignitatum praestantissima. vide Casaub. ad Capitol. Pertin. c. 13. ubi propterea *Censorium funus*, pro magnificentissimo usurpatur. Ceterum observat Spanhem. l. c. Hadriano Censoris titulum in nummis et Inscriptionibus non tribui. Sed Appul. hunc titulum prae ceteris usurpavit, respectu severioris morum disciplinae in homine Censorio (cf. infra ad p. 421.), qui tamen amatoria scribere non dedignatus erat.

MAXIMUM] MS. Fulv. *maxime.* Pith. *maximus — depaturum.*

PUDICITIUS] Flor. 2. *pudicius.* recte. ELMENH. Correxerat etiam Lips. in marg. et expresserat iam Ed. Iunt. post. quod postea e Florent. MSS. cum Elm. exhibuere Scriv. et Flor. quum Ed. Bip. veterem lectionem revocaverit. *Pudicius* **ἀναλόγως** formatur a *pudice*, et est apud Plaut. in Most. IV, 3, 15. Amat quidem noster adiectiva in *us*, (v. Oud. ad Met. I. p. 45, a. et 49, b.) ut formare potuisset *pudicitus*, ad exemplum **τῶν**, *publicitus*, *humanitus* et sim. Sed talium adverbiorum comparativi in *itius* nondum vidi exemplum: et saepe videtur *pudicitior* male in MSS. scriptum inveniri, etiam in poëtis, ubi metri ratio illud respuit. cf. Burm. ad Anthol. Lat. L. V. Ep. 32. Pro *pudicius* pugnat quoque haud raro affectatum ab Appul. **ὁμοιοτέλευτον** in *pudicius — simplicius.*

NAMQUE ET ID GEN.] Flor. *namque haec et id gen.* ELMENH. Lege: *Namque id genus omnia* etc. aut (ut cusi recentiores quaedam) *Namque haec, et id genus omnia.* Infra: *Haec, et id genus ea quam merito tunc dici potuerint* etc. PRIC. Bene D'Orv. quoque *haec et id gen. o.* Vid. Oudend. ad Met. p. 771, b. Edd. Vic. Iunt. Ald. Bas. Colv. Vulc. Cas. Wow. Pric. non agnoscunt *haec.* Sed tum *et* ponendum fuisset post *omnia*; non recte tamen: nam statim sequitur *profiteri et promulgare*, non *et prof. et prom.* In Pith. *et occultare* deest.

PROFITERI — LUDENTIS] Pith. *profitentis.* D'Orv. *laudantis.*

DISTRIBUTA] Lat. Latin. *distribuitur.* Pro *Platonica* Pith. *Platonice.*

RARISSIMO — GNARA] V. C. *rarissime c. p. ignara.* SCIOPP. *in Symb.* Alii, *rarissime.* ELMENH. Petron. *Secreta quae etiam mystae vix omnes norunt.* PRIC. MS. Pith. quoque *rarissime — ignara.* male. *Rarissimus quisque piorum* et *omnes profani* sibi opponuntur, ut *incognita* et *gnara*, quod in sola Ed. Iunt. post. mutatum in *ignara.* cf. Petron. loc. a Pric. cit. Alta illa Platonica, rarissimo cuique piorum gnara, sunt **ἀπόῤῥητα**, qualia pleraeque philosophorum sectae, in primis Plato, habuere, et de quibus vide doctam Cel. Wyttenbachii notam ad Platon. Phaed. p. 137 seq.

GEMINAM] Vide Symposium. COLV. Plato in Convivio f. 181. **Μὴ ὀρθῶς δὲ αἰσχρὸν οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐρᾷν, καὶ ὁ ἔρως οὐ πᾶς ἐστι καλὸς, οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾷν, ὁ μὲν οὖν τῆς πανδήμου Ἀφροδίτης, ὡς ἀληθῶς πανδημός ἐστι. καὶ ἐξεργάζεται, ὅτι ἂν τύχῃ. καὶ οὗτος ἐστιν ὃν οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων ἐρῶσιν. ἐρῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι, πρῶτον μὲν οὐχ ἧττον γυναικῶν καὶ παίδων, ἔπειτα, ὧν καὶ ἐρῶσι. τῶν σωμάτων μᾶλλον ἢ τῶν ψυχῶν. ἔπειτα ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητοτάτων, πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον βλέποντες, ἀμελοῦντες δὲ τοῦ καλῶς, ἢ μή. ὅθεν δὴ ξυμ-**

sis amatoribus pollentes. Earum alteram vulgariam, quae sit praedita populari
420. amori, non modo humanis animis, verum etiam pecuinis et ferinis ad libidinem imperitare, ut immodico trucique perculsorum animalium serva corpora complexu vincientem: alteram vero coelitem Venerem, praeditam optimati amori, solis ho-

βαίνει αὐτοῖς ὅ, τι ἂν τύχωσι τοῦτο πράττειν, ὁμοίως μὲν ἀγαθὸν, ὁμοίως δὲ τοὐναντίον. ἔστι γὰρ καὶ ἀπὸ τοῦ θεοῦ νεωτέρας τε οὔσης πολὺ ἢ τῆς ἑτέρας καὶ μετεχούσης ἐν τῇ γενέσει καὶ θήλεος καὶ ἄῤῥενος· ὁ δὲ τῆς οὐρανίας πρῶτον μὲν, οὐ μετεχούσης θήλεος, ἀλλ' ἄῤῥενος μόνον (καὶ ἔστιν οὗτος ὁ τῶν παίδων ἔρως) ἔπειτα πρεσβυτέρας, ὕβρεως ἀμοίρου, ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν τρέπονται οἱ ἐκ τούτου ἔρωτος ἔπιπνοι, τὸ φύσει ἐῤῥωμενέστερον καὶ νοῦν μᾶλλον ἔχον ἀγαπῶντες. Himerius Sophista apud Photium fol. 607. πανδήμῳ δ' Ἀφροδίτῃ πρὸς τὴν οὐρανίαν οὐδέν κοινὸν· ἡ μὲν γὰρ βεβήλους καὶ οὐ καθαροὺς τὴν φύσιν γεννᾷ τοὺς ἔρωτας· τῇ δὲ χρήσει μὲν οἱ πόδες, χρυσᾶ δὲ τὰ τούτων καὶ βέλη. σκοποὶ δὲ αὐτοῖς ψυχαὶ νεοτελεῖς καὶ ἀκήρατοι. Elmenh.

Pollentis] Legerim, *pollentem.* Colv. Σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, *geminam Venerem pollentes quamque.* Est autem Rom. cod. scriptura *pollentis*, pro *pollenteis*, qua de re multa Priscianus. Casaub. Ed. Flor. *pollentes.* Pric. Scriv. *pollenteis*, reliquae *pollentis.* Colvii emendatione, quam proposuit etiam Lat. Latin. non indigemus: *nam geminam Venerem quamque pollentes* proba est constructio, ut *quisque* passim plurali iungitur. Adi Oudend. ad Met. p. 259, b. Pro *quamque* Edd. Vic. Ald. *quamquam.*

Percita p. amore] L. *quae sit praedita p. amori.* Non enim ipsa Dea amore percitur, sed amore alios percit, et percellit. Mansit ea vox in seqq. non tamen intellecta ab iis, qui casum h. l. alienum illi adstruxerunt. Sic enim leges: *Alteram vero Coelitem Venerem, praedita quae sit optimati amori.* dandi, inquam, casu, non auferendi. Neque est aliud *praedita*, quam *praefecta.* Eandem vocem eodem significatu Senecae alibi reddidi, de Tranquill. vitae c. 2. *Cum potentes imperio praediti, et consensu servientium validi.* Antea male fuerat *editi.* Sed noster saepissime usus, e quo dabo saltem unum de Deo Socratis: *Ac ubi vita edita remeandum est, eundem illum, qui nobis praeditus fuit.* Acidal. Doctissimus Acid. et hoc, ut mihi videtur, acute observavit, non *percita*, sed *praedita* legendum esse. Non enim, inquit, Dea amore percitur etc. Sc. Gent. *Praedita* legendum esse vidit quoque Meurs. ad Lycophr. Cass. vs. 112. sed praeclare, ni fallor, insuper emendavit Acid. *amori.* De τῷ *praeditus* pro *praefectus* vid. ad L. de Deo Socr p 133, b. cf. et p. 154, a.

Miror in mentem hoc non venisse Pricaeo, infra, ubi vide ad illud, *praedita quae sit optimati amore.*

Immodico] MSS. D'Orv. Pith. *immodica.*

Perculsorum] Divinatio nostra, *percitorum animantium fera corpora*, vel, *cernua corpora.* Colv. Scriptum erat *ut in modico tr.* nulla sententia. *Perculsorum* est οἰστροπλήγων. ut, *ingenti perculsus amore.* male, qui censent mutandum: sequitur statim: *illecebris sectatores suos percellentem.* Casaub. οἰστροπλήγων. Virgil. *Perculsus amore.* Horat. *amore perculsum gravi.* Pric. Amm. Marc. XXIV, 3. *Si qua foemina, cuius arboris* amore perculsa *sit, ignoretur.* Fortasse interpretationis caussa aut pro varia lect. adscriptum fuit *percit.* et hinc illud *percita* paulo supra, non suo loco, intrusum est. MS. Pith. *perculsorum.*

Serva] Male Colv. *fera c.* praecessit *imperitandi* vox, cui respondet τὸ *serva.* Utraque sententiae loci perquam concinna. Cephalus apud Platonem τῶν ἡδονῶν πάθος, λυττῶντα καὶ ἄγριον δεσπότην vocat. Meminit Theodoret. Serm. περὶ πρακτ. ἀρετῆς. Paria de Sophocle Plutarch. Tract. ὅτι οὐδὲ ζῆν etc. Ammian. Marc. L. XXV. Philostrat. de vita Apollon. I, 10. Pric. MSS. Pith. *sua*, D'Orv. *seva.* Colv. *fera.* male. Similiter de amore Ovid, Rem. Am. vs. 54. *Utile propositum, saevas extinguere flammas, Nec* servum *vitii pectus habere sui.* De adiectivo *servus* v. Heins ad Ovid. Am. I, 6. vs. 74.

Coelitem] MS. D'Orv. *coelicam.* quam vocem usurpat Stat. Silv. II, 3, 14. *Coelica tecta.* *Coeligenam* Venerem vocat Varro de L. L. IV, 10.

Praedita quae sit opt. amore] Flor. *praeditam.* Elmenh. Aperibo veram loci huius lectionem, nemini ex interpretibus tamen vel per somnium visam. Scribe *P. q. s. o. amori. Praedita* est *praefecta.* Libro de Philosophia: *Despondentibus eiusmodi nuptias publicae civitatis sapientibus, et magistratibus, sorte quadam ei negotio praeditis.* Et in de Deo Socr. (de Daemone custode loquens) *At ubi vita edita remeandum est, eundem illum qui nobis praeditus fuit, raptare et trahere veluti custodiam suam ad iudicium.* Plinius de Mercurio L. 16. *Deo tam ingenioso, totque praedito artibus.* Glossae Προέστηκεν ἀρχῆς, ἤτοι ἀξίας *Praeductus est*, lege, *Praeditus est.* Ibid. Προεστὼς, *praepositus, praeditus.* Glossae aliae: *Praeditus*, Γεν-

νη-

hominibus, et eorum paucis curare, nullis ad turpitudinem stimulis vel illecebris sectatores suos percellentem. Quippe eius amorem non amoenum et lascivum, sed

νηθεὶς, ἤτοι προαχθεὶς, κεχορηγημένος, ὠχυρωμένος. Gloss. Vindoc. MS. *Praeditus*, *probatus*, *antepositus*. Pric. Vidimus supra Acidalium iam emendasse *praed. opt. amori*. sed eius notae, quas nos primi in lucem protraximus, latuerunt Pricaeum. Ceterum in MSS. Florent. Pith. et D'Orv. est *praeditam*, quare, quoniam D'Orv. ignorat τὸ *sit*, lego: *praeditam optimati amori*. Supra dixit auctor *quae sit praed. pop. am.* quae verba hic quoque substituta sunt. Sed stilum variare amat App. cum optimo quoque scriptore.

Et eorum] Copula deest Pith. *Erum* D'Orv.

Paucis curare] Nihil mutandum, Plautus Trinummo: *Sed ego sum insipientior qui rebus curem publicis*. et in Truculento, *curare alienis rebus*. Vide Nonium. Sic paulo post: *aleo rebus meis curat*. Casaub. v. Ind.

Srimulis] Ed. Bas. pr. *similis*. unde de vera lectione monuit Lat. Latin.

Turpitudinem] Probo quod in aliis est *Turpidinem*. Sic in Eurysace Accius, *squalidinem*. Pric. Quinam sint illi *alii*, me latet.

Incometum] Mihi magis placet scriptura Basil. Cod. *incomitum*. Brant. Flor. 2. *incomitum*. male. Elmenh. Displicet τὸ *incomptum* Casaubono, *incorruptum* vero reponit. Quod pace eius liceat, dissentio etiam hic. In Codd. Rom. Ven. et Bas. exaratum fuit *incomitum*. Quod profecto rectum, et est ἀρχαϊσμὸς. *Comitum* pro *comtum*, ut *Teritum* pro *tritum*. Talia non pauca observavimus et notavimus olim ad Catonem de Re Rustica. Meurs. Praebent sane *incomitum* MSS. Florent. Pith. Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. Sed rectius in reliquis *incomptum* quod propugnat quoque I. Fr. Gronov. Syll. Epist. T. II. p. 528. Sic Met. L. V. p. 372. absente Venere dicitur esse *non voluptas ulla*, *non gratia*, *non lepos*, *sed* incompta *et agrestia et horrida cuncta*. Recte autem opponuntur sibi *amor amoenus* (de qua voce cf. Ind.) et *incomptus*, quemadmodum supra p. 407. Ed. Flor. *Capillus amoenus* ei, qui est *inenodabilis incuria comendi*. *Incorruptum*, quod malebant Casaub. et Salm. auctoritatem habet Bembini Cod. Est etiam, qui legat *incompositum*: quomodo *compositus* et *incomptus* opponuntur ab Arnob. L. II. p. 45. *quia numerosum et instructum* compositum*que sermonem aut ipse vos nostis efferre*, *aut* incomptus *cum fuerit*, *scire*.

Quippe eius amore etc.] Ne hic quidem ulla sententia nedum bona. Lege vero: *Quippe eius amorem non amoenum et lascivum*, *sed contra incorruptum et serium*, *pulchritudine honestatis*, *virtutis amorem amatoribus suis conciliare*. vere Platonica sententia. non dubium autem deesse vocem *amorem* ante *amatoribus*, quam restituimus. Nemo nescit, quam saepe factum, saepe fiat ab oscitantibus scribis, ut similium vocum vicinarum alteram omittant. Casaub. Valde turbat hic locus, et deesse vocem censet V. Cl. Is. Casaubonus. Ego sic restituendum autumo: *Quippe cum amorem non a.* etc. Haec est nimirum sententia Madaurensis istius philosophi. Eum (scil. amorem Veneris coelestis) amatoribus suis virtutis pulchritudine praeditis, et honestatis, non amorem amoenum ac lascivum conciliare, sed vero serium ac incomptum. Τὸ *honestatis* valet *ornatis*, ne quis genitivum esse putet nomini substantivi, ut loquuntur Grammatici. Meurs. Lego *honestatis et virtutis*. Brant. Flor. 2. *virtutes amat. s. c.* Elmenh. *q. eius amore non am. et l. sed c. inc. et ser. pulchritudine honestatis virtutis amat. suis conc.*] Haec est constans Edd. vett. ante Casaub. lectio, nisi quod Ald. et Iunt. post. habeant *virtutes*: quibus cum nullum inesse sensum probe videret Casaub. primum quidem legendum monuit *amorem*, ut edidere seqq. exceptis Sc. Gent. et Pric. qui, credo, MStorum auctoritatem desiderabant. Hanc autem iam habemus in MSS. Florent. et D'Orv. qui diserte praebent *amorem*: et, nisi ita legamus, nihil est quo referri possint adiectiva *amoenum*, *lascivum* etc. Non tamen cum Meursio leg. *cum amorem*; nam non de ipso amore, sed eius praeside Venere, sermo fuerat in praecedentibus. Quaeritur dein, utrum *honestatis* sit substantivum, an vero participium, quod vocant, verbi *honestare*. Illud si sit, quo tum referatur *virtutis*? quod tamen exstat in nonnullis MSS. et Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. Colv. Vulc. pr. Cas. Gent. Pric. Vidit id quoque Casaub. qui propterea inserendum putat *amorem*, ut revera editum in Edd. Vulc. sec. tert. et Wow. Sed quam frigide dictum, amorem conciliare virtutis amorem, pulchritudine virtutis. nam *honestas* et *virtus* non differunt, ut postea videbimus. Quod idem dicendum de coniectura Crusii Probab. Crit. cap. 9. rescribentis *virtutem*. Maluerunt itaque Elm. Scriv. Flor. servare lectionem Edd. Ald. et Iunt. post. *virtutes*, quam e MS. Florent. dedit Elm. adstipulantibus MS. d'Orv. et Salm. in marg. Non male. Xenoph. in Sympos. c. 8. §. 10. Εἰκάζοις δ' ἂν καὶ τοὺς ἔρωτας τὴν μὲν Πάνδημον τῶν σωμάτων ἐπιπέμπειν, τὴν δ' Οὐρανίαν, τῆς ψυχῆς τε καὶ τῆς φιλίας καὶ τῶν καλῶν ἔργων. ut sint vir-

sed contra incomptum et serium, pulchritudinem honestatis [virtutis] amatoribus suis conciliare: et, si quando decora corpora commendet, a contumelia eorum procul absterrere. Neque enim quidquam aliud in corporum forma diligendum, quam quod admoneat divinos animos eius pulchritudinis, quam prius ve-

virtutes, quae τὰ καλὰ ἔργα vocat Xenoph. Hanc vero lectionem improbat Gronovius Obs. I, 24. quem equidem non intelligo, aientem, *virtutes* corpora non esse, et de Socratica, h. e. casta παιδεραστίᾳ loqui auctorem. Nam de corporibus statim demum loquitur auctor: *Et si quando decora corpora commendet.* Imo *virtutes* per se non improbandum, *cum omnes rectae adfectiones virtutes appellentur.* ut ait Cic. Tusc. Qu. II, 18. Verum enimvero longe aliam rationem inierunt Salm. Epist. 80. Meurs. et Gronov. l. c. et in Epist. ad Salmas. l. supra cit. capientes *honestatis*, non ab *honestate*, sed a verbo *honestare*; quomodo sane *honor*, *honestus* et *honestare*, saepe usurpantur de pulchritudine, qualis scil. cadit in honestos homines: atque ita quidem ut Salmas. legat *honestatos virtutis amatores suos*; Gronov. *honestatos virtutis*, *amatoribus suis.* ut sit sensus: Amor ille incomptus et serius τὸν ἐρώμενον τῷ ἐραστῇ non formae bono, sed virtutis pulchritudine commendat, atque inter eum, qui hac honestatus sit, amatoremque, leno est. In tanta sententiarum diversitate certi quid statuere perquam difficile est. Sed parvi non facienda est lectio cod. Pith. *pulchritudinem*, quam equidem verissimam puto, ita quidem ut *virtutis* glossema esse τοῦ *honestatis* arbitrer, totumque locum sic legendum: *Quippe eius amorem non amoenum et lascivum, sed contra incomptum et serium pulchritudinem honestatis amatoribus suis conciliare.* i. e. φιλοκαλίαν ἐπιπέμπειν, φιλοκάλους ποιεῖν amatores suos, vel ἐγκελεύεσθαι πρὸς τὴν ἀρετὴν τοῖς ἀξίοις ἐπιμελείας ut de caelesti amore ait Plutarch. Erot. p. 751. *Honestatem* autem summam esse virtutem, omnes alias complectentem testatur locus Cic. de Fin. II, 18. *Habes undique expletam et perfectam, Torquate, formam* honestatis, *quae tota his quatuor virtutibus, quae a te quoque commemoratae sunt, continetur.* Bene igitur locum intellexit, quicunque supra scripsit *virtutis*, quae vox deinde, ut fieri solet, in textum irrepsit. Si tamen *virtutis* retinere malis, cum Brant possis inserere *et*, quod tamen mihi non perplacet. Lubet adscribere locum Ammiani Marcell. L. XXIX, 2. §. 16. *Ex adulescentia* virtutum pulchritudine *commendabilis praeminebat, vir quieti placidique consilii*, honestatem *lenium morum velut ad perpendiculum librans.*

CONCILIARE] D'Orv. *consil.*

ABSTERRERE] Ita libri omnes, nescio quam Latine. Scripsitne Ap. *abstinere*, aut *abhorrere?* ut infra, *Vitam suam procul ab huiusmodi criminibus abhorrere.* An fors *absterrere*, pro *pellere*, *fugare*, Lucretium sequutus: *Sed fugitare decet simulachra, et pabula amoris Absterrere sibi.* si hoc, pro *a contumelia*, lege *contumeliam.* PRIC. Intellige: Amorem Coelitis Veneris absterrere amatores suos: ut locum a Pricaei coniectura vindicat Gronov. Obs. l. c.

FORMA DILIGENDUM] Inverse Pith.

ADMONEAT] Flor. *commoneant.* ELMENH. Ducere eo videtur etiam MS. Pith. *ammoneant*, et probat V. D. in Obs. Misc. V. II. p. 188. adlegans Plaut. Rud. III, 4. *mearum absens miseriarum* commones. cui addere potuisset ipsum Appul. Met. XI. p. 810. *rursus sacrorum* commonet. et alibi. nam saepe utitur τῷ *commonere* noster. ut L. V. p. 342. L. VI. p. 436. L. IX. p. 624. sed saepius etiam τῷ *admonere*, cum genitivo. V. ad Met. II. p. 168, a. item IV. p. 259. *salutis communis* admonens. L. X. p. 683. *ne ruboris* admoneretur. VII. p. 490. *calcis illius* admonitus. Perperam autem plur. num. legitur in MSS. Florent. et Pith. est enim *quod* pronomen, non coniunctio.

QUAM PRIUS] Ἀναστροφή. Propert. *Quam prius abiunctos sedula lavit equos.* sic et in Copa Virg. *Quam potius.* Plaut. Trucul. *Diu quam.* Attici ἢ πρὶν pro πρὶν ἤ, ut notat Scalig. PRIC. Ex mente Platonis loquitur, qui existimabat immortales esse animos, et antequam corpora ingrederentur, apud Deum extitisse, et cognitionem rerum habuisse, quam in ipso corporum ingressu amitterent. unde cum quidpiam usu atque experientia discerent, illud eas non tam discere, quam recordari, et scientiam ipsam nihil aliud esse, quam reminiscentiam, affirmabat. FLORID. Recte Florid. Minus bene Pric. ut declarant seqq. *non tam amat sapiens, quam recordatur.* scil. eius pulchritudinis, quam prius veram et sinceram inter Deos vidit: secundum Socratis et Platonis placitum τὴν μάθησιν οὐκ ἄλλό τι ἢ ἀνάμνησιν τυγχάνειν οὖσαν. Plato in Phaed. cap. 22. ἠπιστάμεθα καὶ πρὶν γενέσθαι, καὶ εὐθὺς γενόμενοι, οὐ μόνον τὸ ἴσον — ἀλλὰ καὶ ξύμπαντα τὰ τοιαῦτα οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἴσου νῦν ὁ λόγος ἡμῖν μᾶλλόν τι ἢ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ κ. τ. λ. — ὥστε ἀναγκαῖον ἡμῖν εἶναι, τούτων ἁπάντων τὰς ἐπιστήμας πρὸ τοῦ γενέσθαι εἰληφέναι.

UT

veram et sinceram inter Deos videre. Quapropter, ut semper, eleganter Afranius hoc scriptum reliquit:

Amabit sapiens, cupient ceteri.

Tamen si verum velis, Aemiliane, vel si haec intelligere unquam potes; non 421.
tam amat sapiens, quam recordatur. Da igitur veniam Platoni philosopho versuum eius de amore, ne ego necesse habeam, contra sententiam Neoptolemi Enniani, pluribus philosophari: vel, si tu id non facis, ego me facile patiar in huiuscemodi versibus culpari cum Platone. Tibi autem, Maxime, habeo gratiam propensam, cum has quoque appendices defensionis meae, idcirco necessarias, quia accusationi rependuntur, tam attente audis: et ideo hoc etiam peto, quod mihi ante ipsa crimina superest, audias, ut adhuc fecisti, libenter et diligenter. Sequitur enim de Speculo longa illa et censoria oratio, de quo, pro rei atroci-
tate

UT SEMPER] Flor. *et semper.* ELMENH. Addicit Pith. cum Edd. Iunt. pr. Bas. pr. In D'Orv. deest *ut.* MS. Fux. *et.* .

RELIQUIT] Flor. *relinquat.* male. ELMENH. D'Orv. *relinquit.* Pith. *relinquatur.*

AMABIT SAPIENS, CUPIENT CETERI] Nonius Marcellus: *Cupido et amor idem significare videntur, et est diversitas. Cupido enim inconsideratae est necessitatis, amor iudicii. Afran. homines amabit sapiens, cupient ceteri.* BRANT. Vid. Xenoph. παιδ. 5. Marc. Capella: *Consociato sibi quodam puero renidente, qui nec Veneris voluptuariae filius erat, et tamen amor a sapientibus dicebatur.* PRIC. De differentia *Amorem* inter et *Cupidinem* fusius disputat Maxim. Tyr. Diss. XXVII. MSS. Pith. D'Orv. *amabis.*

ATTAMEN SI AUDIRE VERUM VELIS] Rescribe cum Florentino: *tamen si verum velis.* infra: *plane quidem si verum velis multi mirantur Aemiliane.* ELMENH. Ambobus Florent. MSS. adstipulantur D'Orv. et Pith. *Tamen* est in Edd. quibusdam antiquis, Elm. Scriv. Flor. cf. supra p. 404. *Etsi possunt — tamen.* Recte autem *audire* exsulare iussit Elm. qui cum Scriv. uncinis circumscripsit: sed eiecerat iam Philom. Pisanus in Ed. Iunt. post. Loco ab Elmenh. cit. qui est p. 555. Ed. Flor. adde p. 540. *Immo*, si verum velis, *uxor ad prolem* et . p. 489. *Immo enim*, si audire verum velis, *Aemiliane.* sed et ibi *audire* abest MSS. et Edd. Iunt. post. Bas. quare et ibi, et hic deleatur.

HAEC INTELLIGERE] Pith. *hoc interlegere.* et mox *amas.* tum paullo infra *versuum eiusdem.*

NEOPTOLEMI ENNIANI] Est apud Cic. Tusc. II. BRANT. Fuse hoc argumentum tractat Laelius Bisciola Horar. Subsic. Tom. I. Lib. III. c. 3. PRIC. add. Scip. Gent. MS. D'Orv. *Neoptolomi.* Pith. *Neoptolemi nam.*

ID NON FACIS] Edd. Scriv. Bip. *facies.*

HUIUSCEMODI] Vulgo *huiusmodi.* ELMENH. MSS. Florent. Pith. D'Orv. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. *huiuscemodi.* utrumque passim frequentatur nostro.

REPENDUNTUR] Ed. Vic. *rependentur.* Observa κακοζηλίαν in *propensam*, *adpendices*, *rependuntur.*

SUPEREST] *Superesse* quid hoc loco sit, aut quo sensu dictum, ignoro plane. Vide quid erui possit e Gellii I, 22. PRIC. Nodum in scirpo quaerere videtur V. D. Bene interpretatur Floridus: Quod mihi dicendum restat, antequam veniam ad ipsa crimina i. e. ad primariam accusationem.

CENSORIA ORATIO] V. C. *certatoria.* SCIOPP. *in Symb.* Fulvii liber *certatoria oratio.* ELMENH. Seneca III. Controv. 1. *Quamdiu citra iocos se continebat*, censoria *oratio erat.* id est, censoriae severitatis plena. Aliud est, *Censura speculi* Mart. L. VIII. Epigr. 52. In V. C. legi aiunt, *longa illa et certatoria oratio.* ferri haec locutio potest. Cicero *concertatorium et refractariolum dicendi genus vocat.* SC. GENT. MS. Pith. *cesoria.* *Censoria oratio* hic est, quae censoria severitate et exprobratione carpit. ut *virgula censoria* Quinct. I. O. I, 4. *quo quidem ita severe sunt usi veteres Grammatici, ut — versus —* censoria *quadam virgula notare — permiserint sibi.* Sic *censor*, *censura*, *censorius* aliquoties de severiore morum disciplina usurpantur. Capitol. in vit. Maxim. et Balb. c. 6. censoria *praefectura* i. e. severa. Spart. in Pesc. Nigr. c. 7. censura *erga milites.* Treb. Poll. 30 tyr. c. 8. *tam* censorius, *tam severus.* cf. ibid. c. 6. et 33. id. in Galien. c. 3. censuram *parentis eum ferre non posse.* quorum quaedam notata iam video a Santenio ad Prop. IV, 11, 41. Arnob. VII. p. 239. *consecrare turpissimas res eis, quas* censor *animus respuat.* Amm. Marc. XVIII, 1. *Numerium — accusatum ut furem, inusitato* censorio *vigore* (nescio an non melius *rigore*) *pro*

tate, paene diruptus est Pudens, clamitans: *Habet speculum philosophus, possidet speculum philosophus.* Ut igitur habere concedam, ne aliquid obiecisse te cre-
422. das, si negaro: non tamen ex eo accipi me necesse est exornari quoque ad speculum solere. Quid enim si choragium Thymelicum possiderem; num ex eo argumentarere etiam, uti me consuesse Tragoedi syrmate, histrionis crocota, [vel

tribunali palam admissis volentibus audiebat. Tertull. de Pall. 3. *censoriae intentionis — passivitas.* id. de Pudic. 16. *Si vis omnem notitiam Apostoli ebibere, ut intelligas, quanta securi* censurae *omnem silvam libidinum caedat.* et sic infra pag. 435. *philosophiae censura* opponitur *indulgentiae fortunae.* Alias *censorium* interdum dicitur de eo, quod censoria nota dignum est. cf. Ernesti Cl. Cic. Tandem peculiari notione *censorius* usurpatur apud Capitol. in Pertin. c. 15. cf. supra ad p. 419. quo sensu nescio an alibi occurrat: nisi quod Calepinus notet etiam: *Censoriae vestes, ἱμάτια τιματικὰ dicebantur, quibus Censores merito uti possent.*

Pene diruptus est Pudens] Ex his verbis confirmatur superior emendatio. Sc. Gent.

Aliquid] Bene interpretatur Florid. *crimen alicuius momenti.*

Negaro] Plene Ed. Vic. *negavero.*

Tamen] Pith. *enim.*

Accipi me necesse est] Haec est MStorum O. et Edd. ante Vulcan. vera lectio, cuius proprietatem h. l. perspexisse non videntur Vulc. et Wow. qui τὸ *me* hinc transtulerunt post *exornari quoque*, neque Elm. Scriv. Flor. qui illud ante *accipi* posuerunt, ut ita iungeretur τοῖς *exornari solere.* Latinissime dicitur *accipior exornari solere*; atque adeo non minus Latine *accipi me necesse est* etc. Frequentissima est haec loquendi ratio apud Latinos auctores. En insigniora aliquot exempla quae facile sexcentis aliis possent augeri. Noster de Dogm. Plat. L. III. p. 641. Ed. Flor. agnoscetur *particularis abdicativa non esse convertibilis.* Cic. ad Att. V, 18. *Bibulus* audiebatur *esse in Syria.* de Amic. 17. *quidam in parva pecunia* perspiciuntur, *quam sint leves.* Ovid. Am. L. II. El. 6. vs. 61. Colligor *ex ipso dominae placuisse sepulcro.* Amm. Marc. XIX. 12. *Parnasius — pulsus est in exsilium, saepe* auditus *antehac retulisse.* id. XX, 7. *accepta fide, quod redire* promitteretur *incolumis.* id. XXIII, 6 §. 63. *civitates tres solas habere* noscuntur. id. XXIV, 6. §. 15. ignoratus *ubique, dux esset an miles magis.* M. Anton. phil. in Ep. apud Spart. in Clod. Alb. 10. *mihi exanimis prope iam* nunciatus est. Lamprid. Heliog. 14. *quando eidem* nunciaretur *consobrinus occisus.*

Thymelicum] Ed. Vic. *Tim.* MS. D'Orv. *achim.* De choragio Thymelico vid. Rittershus. ad Salvian. comm. p. 62. et cf. Ind.

Uti me] Pith. *minime.* Schottus Nod. Cicer. IV, 10. citat *isti me.* haud dubie typothetae errore.

Tragoedi syrmate histrionis] Sic in Aldina ed. et Bas. II. aliquo saltem cum sensu legi visum. Romae est: *Gragidii syrmatae histrionis.* in Bas. I. *Tragidii Sirmati histr.* Aliquid aliud latet fortassis, quod necdum indagare potuimus. Certe perplexissimus hic totus locus est. Colv. Nihil planius ista lectione. Ait *tragoedi histrionis*, quia tragicorum histrionum ornamenta erant σύρματα, στατοί, ξύστιδες, et χρυσόπαστα, id genus *ἱμάτια* personis apta, quas ipsi sustinebant. Valerius in Phormione: *Quid hic cum tragicis versis et syrma facis?* Valerius Maxim. L. VII. *togam velut tragicam vestem in foro trahens.* Frustra igitur sunt, qui hic mendum suspectant. Qui etiam in eo gravissime errant, quod ex Luciani loco quodam male intellecto, mimorum centunculos cum ornamentis tragicis confundunt. Sed haec alterius loci. Casaub. Rom. *Gragidii s. h.* vide Casaubon. Ro. *crotalumve ad T. o.* Flor. 2. *crocota ad orgia.* male Elmenh. Salmas. ad Pall. Tertull. legit et distinguit *Tragoedi Syrmate, histrionis crocota, Mimi centunculo.* Casaubonus altera lectione nil planius agnoscit. Pric. Pro *Tragoedi* in quibusdam libris esse *Gragidii* obiter monet Schottus l. supra cit. et revera exstat ita non solum in Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. sed et in MSS. D'Orv. et Pith. *Gragidi.* Ed. Bas. pr. *Tragidiis.* Sed hae merae sunt librariorum aberrationes; uti et quod in Edd. Bas. legitur *syrmatae.* quod etiam Rutgers. infra coniecit *Thargeliis*, illud vix cuiquam placere posse putem. Recte autem Bourdelot. apud Pric. (cuius notam vide in Append. Appul.) distingui iussit post *syrmate*, quum antea poneretur comma post *histrionis:* nam licet *histrionem* tam tragoediae, quam comoediae actorem dici posse non negem, saepius tamen *pantomimi*, *histriones* et *mimi* iunguntur diversi a tragoedis, ut Arnob. L. IV. p. 151. Noster Flor. N. 18. *tragoedus vociferatur; funerepus periclitatur; praestigiator furatur;* histrio *gesticulatur.* ubi cf. Oudend. Tertull. de Spectac. 25. *Tragoedo vociferante — et inter effeminati histrionis modos.* Sueton. in Cal. c. 54. *quo minus et* tragoedo *pronuncianti concineret, et gestum* histrionis — *palam effingeret.* quem locum debeo Salmasio ad Vopisci Carin. cap. 19. docenti *histrionem* passim dici de παντομίμῳ et sal-

ta-

[vel ad Trieterica Orgia] mimi centunculo? Non opinor. Nam et contra plurimis rebus possessu careo, usu fruor. Quod si neque habere utendi argumentum est, neque non utendi non habere; et speculi non tam possessio culpatur, quam

tatore, ac distingui a Tragoedo. Erat etiam histrionum vilior conditio, viliores etiam mores (cf. infra p. 522. Elmenh. ad Arnob. L. VII. p. 239.); et eorum in primis erat feminarum gestus exprimere (vid. omnino Lactantii loca cit. ab Elmenh. l. c.): quare recte histrioni tribuitur *crocota*, quod feminei vestimenti genus est. vid. ad Met. L. VIII. p. 579, b. Nihilominus pro *crocota* in Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. legitur *crotalumve*, in reliquis *crotalove*, nisi quod Florid. Bourdelotii coniecturam expresserit *crotalo ut*. Nihil sane frequentius est quam in tali re, in primis ubi de Bacchi festis sermo est, *crotali* mentio: sed praecessit et sequitur vestimenti genus, *syrma* et *centunculus*; quare et hic vestimenti genus requiri videtur. Verum quod rem extra omnem dubitationem ponit, est, quod ducunt eo MSS. quorum quidem Florent. duo et D'Orv. diserte praebent *crocota*: quam adeo lectionem primus expressi, munitus auctoritate Salmasii ad Tertull. Pall. p. 324. Gronovii in Syllog. Epp. T. II. p. 529. Oudendorpii ad Met. L. VIII. p. 7?2.

Tragoedi syrmate histrionis, crotalove ad Tr. O. mimi c.] Mendosissimus certe locus. Primum in priori membro ludorum nomen requiri facile videbit is, qui in posteriori *Orgia* legerit. Deinde quid est, mimi *centunculus*. Aut cui is in Trietericis bono. In Romano ἀντὶ τοῦ *Tragoedi*, legitur *Gragidii*. Certe legendum est *Thargeliis*, et pro *mimi*, legendum *hinni*. Hoc enim vult. Thargeliis, quod celeberrimum Apollinis festum fuit, ludos scenicos in eius Dei honorem, itemque choros celebrabant. Choragorum, qui iis praeërant, munus erat, eos omnibus iis instruere, quibus ad apparatum opus erat: cum tamen iis ipse non uteretur. Hoc ergo dicit, quod Orator dicit: speculo me abuti obiicis, ideo quia domi habeo. Quod perinde est, ac si cum choragum scenicis vestibus instructum vides, eum Thargeliis in scena histrionem agere, aut in choris Crotalo, aut in Orgiis Nebride uti dicas. Neque enim necesse est, ut, si quid possideo, eo utar. Potest Socrates possidere Sicyonia, quibus tamen non induetur. Eleganter autem *hinni centunculum* τὴν νεβρίδα vocat, qua induti Bacchantes orgia celebrabant. De quo quia pleni sunt Graecorum commentarii, non est, quod hic pluribus mihi agendum sit. Totus igitur locus sic concipiendus est: *Quid enim, si choragium thymelicum possiderem, num ex eo argumentarere etiam, uti me consuesse Thargeliis syrmate histrionis, crotalove? ad Trieterica orgia, hinni centunculo?* Rutgers. *Tragoedi syrmate, histrionis crotalo ut ad Trieterica orgia* etc.] Sic, mutata solum interpunctione, et una littera, reponit Pricaeus Bourdelotio auctore, et melius quidem, ut censeo, quam erat prius, *tragoedi syrmate histrionis crotalove, ad Trieterica orgia, mimi centunculo.* Florid. Illa *ad Trieterica orgia*, itemque *aut* quod ante *mimi cent.* inseruit Cas. cum Pric. et Flor. penitus expungenda censet Salmas. l. supra cit. et Epist. 80. cum Gronovio Syll. Epp. T. II. p. 529. utpote glossamenti vice adposita τῷ *crotalo*, quod depravatum fuerat ab eo, qui quid esset *crocota* nesciebat. Malim utique hoc quam locum amplius interpolare; quod fecit Rutgers. Et sane in MSS. quorum excerpta ad nos venerunt τοῦ *Trieterica* ne vestigium quidem apparet; et Pith. quidem *croco orta argia num centuule* vel *centiute.* unde forsan simpliciter legendum *histr. crocota, atque mimi centunculo.* nam inter τὰ *crocota* et *mimi* vocabuli alicuius vestigia in MSS. adsunt. Antiquissimae tamen Edd. servant *Trieterica*, quod propterea penitus eiicere non ausim. Interim, quo minus putem τὰ *ad Trieterica orgia* pertinere ad τὰ *histrionis crocota* facit auctoris nostri consuetudo, quam fere ad fastidium usque affectat, periodum in paria membra partiendi, aut in longiore membro eam claudendi, quo numerosior fiat oratio. Quare aut a mala manu sunt ista *ad Trieterica orgia*, aut scripsisse Appuleium existimo *tragoedi syrmate, histrionis crocota, vel ad Trieterica orgia mimi centunculo.* *Crotalove* est in Edd. antiquissimis, unde detractam ultimam syllabam mutavi in *vel.* Bourdelotii coniecturam *ut ad Trieterica orgia, aut m. c.* expressit Flor.

Mimi] D'Orv. *omnuni.* Edd. Iunt. pr. Ald. *Mimmi.*

Centunculo] Nam histrionicae vestes e centonibus variis pannisque nihili et attritis olim conficiebantur. Lucianus Epistolis Saturnalitiis; Ὀλόχρυσον μὲν τὰ ἔξω, κατάῤῥαφον δὲ τὰ ἔνδον, ὥσπερ αἱ τραγικαὶ ἐσθῆτες, ἐκ ῥακῶν πάνυ εὐτελῶν συγκεκομέναι. Colv. Ed. Iunt. post. *centuculo.* Bas. pr. *centic.* Ald. *centumc.*

Possessu c. usu fr.] MS. Pith. *et poss. c. et usu fr.* Sed idem MS. pro *et contra* praebet *e contra*, ut marg. adlevit Salm. cf. Oudend. ad Met. L. II. p. 91, b.

Plurimis] D'Orv. *pluribus.*

quam inspectio: illud etiam doceas necesse est, quando et quibus praesentibus
423. in speculum inspexerim; quoniam, ut res est, maius piaculum decernis, speculum philosopho, quam Cereris mundum profano videre. Cedo nunc, etsi inspexisse me fateor, quod tandem crimen est imaginem suam nosse, eamque non uno loco conditam, sed, quoquo velis, parvo speculo promtam gestare? An tu ignoras, nihil esse adspectabilius homini nato, quam formam suam? Equidem scio, et filiorum cariores esse, qui similes videntur: et publicitus simulacrum suum cuique, quod videat, pro meritis praemio tribui. Aut quid sibi statuae et imagines variis artibus effigiatae volunt? nisi forte quod artificio elaboratum lau-

DOCEAS] Flor. 2. *docear*. ELMENH. atque ita cum ipso Elmenh. edidit Scriv. non male per se: sed sequitur *decernis*, et post, *An tu ignoras* etc. quare nil muto.

UT RES EST] Rom. *ubi res est*. Quod forte erat scribendum, *uti res est*. Sed de Deo Socratis: *Et perinde, ut res est, admirari, cur non etiam animum suum ratione excolant*. Plautus Merc. *Nunc si dico, ut res est, atque illam mihi me Emisse indico*. COLV. cf. de Mundo p. 731. Ed. Flor. et adi Oudend. ad Met. L. II. p. 169, b. a quo cit. Gronov. de Pec. Vet. L. III. c. 17. hunc quoque locum affert, qui tamen, vulgari sensu si capias, non satis planus est. Notat enim *ut res est*, vel, ut res nata, sive comparata est, vel, ut revera est. Credo εἰρωνικῶς h. l. intelligendum esse, quemadmodum apud Arnob. L. VII. p. 239. *Delectantur* (sc. Dii), ut res est, *stupidorum capitibus rasis: ubi respondet praecedenti nimirum: Mimis* nimirum *Dei gaudent*. Gruter. Suspic. Ined. XX, 12. suspicatur *ut ut res est*. quod non opus tamen: nam ita explicari quoque possit ipsum illud *ut res est*. Cic. ad Div. XVI, 18. *Sed ut est*. pro *utut est*. ubi vid. Graev. et Gronov. Obs. III, 6. extr. cf. Ernesti in Cl. Cic. sic *ubi* pro *ubiubi* apud Cic. Tusc. Qu. I, 29. quare de Deo Socr. p. 696. Ed. Flor. veterem lectionem *ut ista sunt* mutare non debueram: iubente quamvis Oudend. Pro *quoniam ut* MS. Pith. *quin non*.

MAIUS PIACULUM] Flor. *magis p*. ELMENH. Addicunt Pith. et D'Orv. neque prorsus damnandum. Multus omnino in hoc adverbio est noster.

CERERIS MUNDUM] Sic illa vocat, quae mystae Cereris Eleusiniae adservabant in cistis mysticis. Clemens Alexandrinus in Protreptico, οἷα δὲ καὶ αἱ κίσται αἱ μυστικαί· δεῖ γὰρ ἀπογυμνῶσαι τὰ ἅγια αὐτῶν, καὶ τὰ ἄῤῥητα ἐξειπεῖν. οὐ σησαμαῖ ταῦτα καὶ πυραμίδες, καὶ τολύπαι, καὶ πόπανα πολυόμφαλα, χόνδροί τε ἁλῶν, καὶ δράκων, etc. vide Arnobium Lib. V. CASAUB. vide quae dixi ad Minutium fol. 39. ELMENH. Ed. Vic. *Caeteris m*. MS. Pith. non *profano* sed *prothyno*. et pro *Cedo nunc* id. *credo non*.

ETSI INSPEX. M. F.] Ita Edd. ante Elmenh. qui tacite cum seqq. rescripsit *si et*, e vestigiis MS. Florent. in quo, ut et in Pith. deest *si*. Sequor reliquos MSS. et Edd. vett.

QUOD TAMEN] Flor. *quod tandem*. ELMENH. cum D'Orv. et Edd. Vic. Iunt. post. Elm. Scriv. Flor. Sed et *Tamen*, quod est in reliquis, corruptum ex eo, quod praecedit, *etsi*, defendi potest.

ADSPECTABILIUS] Pith. *inaspect.*

FILIORUM CARIORES ESSE etc.] Vide quos laudat Burman. ad Anthol. Lat. L. II. Ep. 125. vs. ult. Aristaenet. L. I. Ep. 19. τίκτει παιδίον — τῷ φύσαντι γνησίμως ἐξεικονισμένον τῇ φύσει. ἡ μὲν οὖν μήτηρ — ὑπερηγάπα τὸ βρέφος, στέργουσα διαφόρως, ὡς εὐπρεπὲς, ὡς ποθούμενον παιδίον, καὶ λίαν ἐμφερὲς ὡραιοτάτῳ πατρί. qui locus notabilis quoque, quia ibi φύσις de oris habitu occurrit, quo sensu φυὴν utique nondum se reperisse testatur Heynius ad Hom. Il. A. vs. 115.

PUBLICITUS] Pith. *publicito — quam videat*.

PRAEMIO] Flor. *praemia*. ELMENH.

AUT QUID etc.] Pith. *qui s. st. et im. v. tyribus eff. volet*. Pro *effigiatae* D'Orv. *effiage*.

NISI FORTE] Male acceptus locus. Ego sic restituo: *Si forte q. a. c. l. h., hoc a natura o. c. i. c.? cum sit ab ea vel m. m. e. f. e. s.* Confer cum vulgata lectione emendationem nostram, simul perpende totam πραγματείαν istam, dices nonnihil locum hunc debere nobis. PRIC. Formulam *nisi forte* nostro in hac Apol. familiarem sollicitare non debuerat V. D. Supra p. 409. *Quaeso quid habent isti versus — quod Philosophus suum nolit videri?* nisi forte *in eo reprehendendus sum*. infra p. 453. *Quid — competit ad amoris ardorem accendendum — res pelago quaesita?* Nisi forte *hoc vos ad mendacium induxit*. p. 500. *eam deformitatem — passum in cubiculo suo Quintianum?* nisi forte *Crassus non in cubiculum reversus periexit*. cf. et p. 511. (Belg. *of het moest misschien zijn, dat* etc.)

QUOD]

laudabile habetur, hoc natura oblatum culpabile iudicandum est; quum sit in ea vel magis miranda et facilitas, et similitudo? Quippe in omnibus manu faciundis imaginibus opera diutino sumitur, neque tamen similitudo aeque ut in speculis comparet: deest enim et luto vigor, et saxo color, et picturae rigor, et motus omnibus, qui praecipua fide similitudinem repraesentat. Quum in eo visitur imago mire relata, ut similis, ita mobilis, et ad omnem nutum hominis sui morigera; eadem semper contemplantibus aequaeva est, ab ineunte pueritia, ad obeuntem senectam: tot aetatis vices induit, tam varias habitudines corporis participat, tot vultus eiusdem laetantis vel dolentis imitatur. Enimvero quod luto

QUOD] Pith. *quidem*, et mox *laudabilis*.

NATURA OBLATUM] D'Orv. *ablatum*. Pricaei correctio necessaria non est. Imo melius h. l. omittitur *a*, ut respondeant sibi *quod artificio elaboratum laudabile* et *hoc natura oblatum culpabile*. Scimus talia affectare Appul. Cum praeposit. dixit de Dogm. Plat. L. I. p. 209 *compositi a natura*. ubi MS. Bemb. caret quoque *a*.

IN EA] Cum facilitas et similitudo vel magis sit miranda in ipsa natura, quam in artis operibus. Neque hic sequor Pricaeum, legentem *ab ea*.

FELICITAS] Venet. Ald. *facilitas*. COLV. Posteriores editt. *et felicitas*. Nos Romanam hic quoque probavimus: sequentia eam lectionem confirmant. CASAUB. Certe legendum ex Ald. Cod. *Et facilitas et sim*. Nam et facilius specula parari ait, utpote quae etiam ab ipsa natura offerantur, et verius exprimere imaginem, quam statuas aliaque simulacra manu facta, in quibus et magna arte opus sit, et multum operae insumatur. Nam sic statim sequitur: *Quippe in omnibus manu faciundis imaginibus opera diutino sumitur, neque tamen similitudo aeque ac in speculis compareat*. ACIDAL. Male et contra MSS. Edd. Bas. Colv. Vulc. pr. *felicitas*. de qua confusione vide quos citat Arntzen. ad Lat. Pacat. Paneg. cap. 21. §. 2.

FACIUNDIS] Ed. Bas. pr. operarum vitio *facundis*.

DIUTINO] Sic constanter Edd. ante Scalig. qui, quod marg. adleverant Groslot. et Vulc. in huius Ed. tert. exhibuit *diutina*, quem secure secuti sunt seqq. exceptis Gentile et Pricaeo. *Diutino* sane nusquam me legere memini: apud nostrum occurrit *diutule*, et *diutine*, non, *diutino*, quod tamen, quia h. l. cum Edd. vett. praebent MSS. (nisi quod in Pith. sit *durati-no*, in D'Orv. *diurno*) non ausim auctori abiudicare, qui amat adverbia in *o*. vid. Ind. cf. Colv. infra ad p. 483. ubi tamen MSS. et Edd. constanter *diutine*. Sed quidni recte dicatur *diutino* scil. *tempore*, ut plene extulit noster Met. L. V. p. 327. Sequens quoque adverb. *aeque* h. l. adverbium suadere videtur.

AEQUE AC IN] Rom. Ven. *a. uti in*. COLV. Accedunt MSS. Pith. D'Orv. *aeque ut in*. Bene. Infra p. 558. *Quis enim, vel* aeque ut *ego spernens* etc. de Deo Socr. p. 700. Flor. *Quippe non intelligit* aeque *divites spectari solere*, ut *eques mercamur*. p. 702. *ut, qui te volet nobilitare*, aeque *laudet*, ut *Accius* etc. Cic. pro domo c. 11. *Cn. Pompeium* aeque ut *unumquemque vestrum*.

QUI — REPRAESENTAT] MS. D'Orv. *quae — repraesentant*. quia mutavit ordinem auctor, neque ut *luto vigor*, *saxo color* etc. dixit quoque *omnibus motus*. Sed bene vulgo. Tum denique summa fide rei cuiusdam similitudo repraesentatur, quum res quemadmodum in speculo, ut similis, ita mobilis visitur: atqui hoc ars consequi nequit.

IMAGO MIRE RELATA] Unde et Catullus *imaginosum speculum* dicit Lucretius Lib. IV. *Quandoquidem speculum quodcunque obvertimus oris Res tibi respondent simili forma atque colore*. ELMENH.

HOMINIS SUI] Fulvius: *domini sui*. SCIOPP. *in Symb*. Scribendum arbitror: *domini sui*. WOWER. Recte Fulvius, et alii: *domini sui*. SC. GENT. Fulvius *domini sui*. ELMENH. Non placet mihi coniectura Fulvii, quam arripuit sibi Wow. *Hominis sui* i. e. hominis, cuius est imago, quam refert. Sic Flor. N. 7. *Alexander ut ubique imaginum* suus *esset*. i. e. se plane referens.

EADEM] MS. Pith. *eardem*, cum Ed. Vic.

AEQUAEVA EST] Flor. *aequa est*. ELMENH. Accedunt Pith. D'Orv.

OBEUNTEM] Pith. *ibeuntum*. et *paret* pro *participat*. *Participat* i. e. particeps fit, adsumit, recipit. cf. Oud. ad Met. I. p. 23, a.

VULTUS EQUIDEM] Ita Flor. A vulgatis τὸ *equidem* abest. ELMENH. Elmenhorstium secutus est Scriv. Sed si fides Lindenbrogii Excerptis in MSS. Florent. *equidem* non post *vultus*, sed inter τὰ *tam* et *varias habitudines* inseritur: quod magis placet. Abest tamen a reliquis LL. Mox pro *luto* MS. Pith. *luctu*.

 Lo

424 luto fictum, vel aere infusum, vel lapide incusum, vel cera inustum, vel pigmento illitum, vel alio quopiam humano artificio adsimulatum est, non multa intercapedine temporis dissimile redditur: et, ritu cadaveris, unum vultum et immobilem possidet. Tantum praestat artibus, ad imaginis similitudinem referundum, laevitas illa speculi fabra, et splendor opifex. Aut igitur unius Agesilai Lacedae-

LAPIDE INCISUM] Sic Ald. et Bas. II. Rom. *incussum.* Bas. I. *incusum.* COLV. Rom. et Flor. 2. *lapide incussum.* ELMENII. *Incisum lapide* vel est *incisum in lapide*, vel, *caedendo factum ex lapide*, ut *incidere faces* Virg. Ecl. 8. vs. 29. pro *caedendo facere.* Si vere ita scripserit auctor, posterius voluit, ut responderet haec periodi pars reliquis, *luto fictum* etc. Sed standum potius a MSS. in quibus *incussum*, legendumque *incusum*, cum Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. i. e. cudendo factum, caelamine cusum: quemadmodum et *excudere* et *procudere*, de quovis opere, tam artis, quam ingenii dicitur. Noster Flor. N. 7. iungit *aere duceret — coloribus delinearet — caelamine* excuderet. ubi vide. *Incusus*, *incisus* et *incussus* confusa quoque in MSS. Virg. Georg. I. vs. 275. *lapidem incusum.* Imo ex Persio II. 52. citatur quoque *Si tibi crateras argenti*, incusa*que pingui* Auro dona *feram.* plane ut h. l. Appul.

CERA INUSTUM] Pith. *c. iustum.* Encaustica pingendi ratio significatur. Plin. H. N. XXXV. c. 11. *Ceris pingere, ac picturam* inurere *quis primus excogitaverit, non constat.* vide etiam Pric.

ADSIMULATUM EST] Ita MSS. et Edd. vett. item Scriv. In reliquis per *i.* de quo dictum alibi. Adde iam Burmann. ad Claudian. II. in Rufin. vs. 81. et Burmann. sec. ad Lotich. p. 378. et in Add. p. 696.

INTERCAPEDINE] D'Orv. *intricapedine.* Pro *dissimile* Pith. *dissimilis.*

ET, RITU CADAVERIS] Gruter. Suspic. Ined. XX, 12. *aut r. c.* Meo sensui vulgatum rectius.

UNUM VULT. ET IMMOB.] Exsulat *unum* a MS. Pith. Alio ordine haec exstant in Edd. Elm. Scriv. Flor. ita: *unum et immob. vultum.* sed sine libris auctoribus.

IMAGINIS ARTIBUS] Num, *imagineis artibus* potius? COLV. Si quid iudico, luxatus est locus, et restituendus hoc modo: *Tantum praestat artibus, imaginis ad similitudinem referendum, laevitas illa s. f.* Miror haec hactenus satisfecisse tersissimis auribus magnorum criticorum. MEURS. vere Meursius. ELMENH. Perplexa haec. Colvius tentabat *imagineis artibus.* Meursius, *Tantum praestat artibus imagines ad similitudinem referendam.* Non videtur ex optima Latinitate illud *imagines ad similitudinem referre*, quid quod et vera communis lectio, luxata tantum. Sano omnia, citra vel unius apicis mutationem, scribens *Tantum praestat artibus ad imaginis similitudinem referendam* etc. *Artes* sunt, *aere infundere*, *lapide incidere*, *cera inurere*; de queis supra dictum. PRIC. *tantum praestat imaginis artibus ad similitudinem referendum*] Sic constanter MSS. et Edd. ante Scriver. qui cum Florido expressit Pricaei coniecturam, nisi quod ille dederit *referundum*, ut est in Ed. Iunt. post. et MSS. Florent. et passim effert gerundia noster auctor. Sane constructio illa *ad similitudinem referundum*, mutandum non fuerat: nam etsi bene monet Drakenb. ad Liv. XL, 49. gerundium participio non esse praeferendum, ubi libri hoc plures habeant, ita tamen sine libris auctoribus gerundium in participium non est mutandum, quoniam illius formae exempla apud optimos scriptores occurrunt. adi Oudend. ad Met. L. X. p. 708, a. add. Plin. H. N. L. VIII. cap. 40. de cane Titii Sabini: *ad* fidem *animalis* spectandum. Aur. Vict. de Vir. Ill. c. 10. ad recipiendum *in urbem* Tarquinios. ubi vide Arntzen. Porro locum transpositione correxit Pric. quem interim sequor, quia non satis mihi constat, an *artes imaginis* dicere potuerit auctor eas artes, quae in repraesentanda et effigianda hominis imagine versantur. Hoc sensu quoque Colv. seu potius Lips. in marg. Bas. pr. volebat *imagineis:* sed tunc a vulgata lectione standum crediderim. Alibi Lips. adlevit *referendis.*

LAEVITAS ILLA — SPLENDOR OPIFEX] Dubitabam de ultima voce, scilicet an eandem analogiam ferret, quam *Vultus*, *nodus artifex*, et similia. itaque legebam *Laevitas* etc. *splendorifera*, sic *lumen splendoriferum* carmine de iudicio Domini, quod in vulgatis Libris Tertulliani existimatur: *Solque cadit splendorifero qui lumine clarus.* nimirum lumine cuius splendor oculos ferit; quod etiam male speculo non tribueris, aut alii laevi corpori, splendentique. Doctissimus Bourdelotius quum sensum eius de hoc loco quaererem, aiebat ferre se vulgariam lectionem: *splendorem*que heic *opificem* dici; quod quasi *opifex* formam effigiet, quam acutam et ingeniosam expositionem merito promulgandam censui. PRIC. Arnob. L. II. p. 55 Opifices *manus*, *atque omni genere perfectionis artifices.*

AGESILAI] MS. D'Orv. *Hagesiali.*

STA-

daemonii sententia nobis sequenda est, qui se neque pingi, neque fingi unquam,
diffidens formae suae, passus est: aut si mos omnium ceterorum hominum reti-
nendus videtur, in statuis et imaginibus non repudiandis, cur existimes imagi-
nem suam cuique visendam potius in lapide, quam in argento? magis in tabu-
la, quam in speculo? An turpe arbitraris, formam suam spectaculo adsiduo ex-
plorare? An non Socrates philosophus ultro etiam suasisse fertur discipulis suis,
crebro ut semet in speculo contemplarentur? uti qui eorum foret pulchritudine 425.
sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus de-
decoraret; qui vero minus se commendabilem forma putaret, sedulo operam da-
ret, ut virtutis laude turpitudinem tegeret. Adeo vir omnium sapientissimus spe-
culo etiam ad disciplinam morum utebatur. Demosthenem vero, primarium di-
cendi artificem, quis est, qui non sciat, semper ante speculum, quasi ante ma-
gistrum, causas meditatum? ita ille summus orator, cum a Platone philosopho
facundiam hausisset, ab Eubulide dialectico argumentationes edidicisset, novis-
simam pronunciandi congruentiam ab speculo petivit. Utrum igitur putas maio-
rem curam decoris in adseveranda oratione suscipiendam rhetori iurganti, an phi- 426.
losopho obiurganti? apud iudices sorte ductos paulisper disceptanti, an apud
omnes homines semper disserenti? de finibus agrorum litiganti, an de finibus
bonorum et malorum docenti? Quid? quod nec ob haec debet tantummodo
philosophus speculum invisere. Nam saepe oportet non modo similitudinem
suam,

STATUIS — EXISTIMES] Ed. Vic. *statutis*. MS. D'Orv. *estimes*.

IN ARGENTO] Speculo argenteo, argentato. Florid. III. *Multum argenti in speculis, larcibus.* Super hoc locus Plauti Mostel. *Ut speculum tenuisti, metuo ne oleant argentum manus, Ne usquam argentum te accepisse suspicetur Philolaches.* Facit Paulus, L. *Cum auro ff.* Idem Celsus de Aur. arg. leg. COLV.

AN NON SOCRATES] De quo similiter Diogenes: Ἠξίου δὲ καὶ τοὺς νέους συνεχὲς κατοπτρίζεσθαι, ἵν' εἰ μὲν καλοὶ εἶεν, ἄξιοι γίγνοιντο. εἰ δ' αἰσχροὶ παιδείᾳ τὴν δυσείδειαν ἐπικαλύπτοιεν. COLV. Galenus in adhortatione ad artes fol. 3. Χρὴ τοίνυν τὸν νέον πειθόμενον τῷ παλαιῷ παραγγέλματι, τὴν ἑαυτοῦ μορφὴν ἐν κατόπτρῳ θεασάμενον εἰ μὲν καλὸς εἴη τὴν ὄψιν ἀσκῆσαι το·αύτην εἶναι καὶ τὴν ψυχήν, ἄτοπον ἡγησάμενον ἐν καλῷ σώματι ψυχὴν αἰσχρὰν οἰκεῖν· εἰ δ' αἰσχρὸς αὐτῷ φαίνοιτο τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν εἶναι, τόσῳ δὲ μᾶλλον ἐπιμεληθῆναι τῆς ψυχῆς. ELMENH. MS. D'Orv. *ac non S.*

UBI QUI EORUM] Flor. *ut qui eorum.* ELMENH. Lege *uti qui.* ACIDAL. MStis Florent. duobus accedunt Pith. et D'Orv. quemadmodum sexcenties *ut* abiit in *ubi*; quoniam scripserat auctor *uti* (vid. Ind.): atque ita margini adlevit Lips. et leg. esse bene monuit Acid. quod editum est iam a Scip. Gent. Pric. Scriv. Flor. imo iam a Casaub. quem tamen Wow. et Elm. non secuti sunt: etsi Elm. utique etiam MStorum auctoritatem habebat.

QUI VERO MINUS] MS. D'Orv. *quid v. m.* Mox Pith. *et virt. laudem turp. tingeret.* *Et*, loco τοῦ *ut* non displicet.

DEMOSTHENEM] Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *Demosthenen.*

ARTIFICEM] MS. Pith. *artificium.* Paulo post D'Orv. *fecundiam haus.* Pith. *facund. abusisset.*

EDIDICISSET] Ed. Ald. *didicisset.*

ADSEVERANDA] i. e. ad severitatem componenda. VULC. *in marg.* MS. Pith. *adsensanda.*

APUD IUD. SORTE DUCTOS] Vulgo, *a. i. forte d.* ELMENH. Non vulgo sed Ed. Vulc. sec.

AN APUD OMNES HOMINES SEMPER DISSERENTI?] Sic in Veneta Ed. correctissime lectum: in reliquis, *an apud omn. ho s. disserentes de finibus agrorum litiganti?* COLV. *Disserentis* est in Iunt. post. In Bas sec. *disserenteis.* MS. Pith. *disserenti semper.* non sine emphasi. Id. Cod. *de fin. angrorum.*

NEC OB HAEC] MS. Pith. *non ob h.* cum Salm. in marg. sed *nec* valet *ne quidem.* vide Oudend. ad Met. III. p. 187, a. MS. D'Orv. *ob hoc.* scil. similitudinem suam videre. sed et sanum est, *ob haec:* scil. mores emendare, ut Socrates praecepit, et pronunciandi congruentiam petere, cum Demosthene.

Si

suam, verum etiam similitudinis ipsius rationem considerare: Num, ut ait Epicurus, profectae a nobis imagines, velut quaedam exuviae, iugi fluore a corporibus manantes, cum laeve aliquid et solidum offenderunt, illisae reflectantur, et retro expressae contra versum respondeant: an, uti alii philosophi disputant,
427. radii nostri, seu mediis oculis proliquati, et lumini extrario mixti atque inuniti,
uti

SIMILITUDINIS IPSIUS RATIONEM] Ita ex margine Bas. II. correximus. ante, *similitudinem ips. rat.* COLV. Recte iam editum erat in Ed. Iunt. post. MS. D'Orv. *ipsius similit. r.* Malam priorum Edd. lectionem prae se fert MS. Pith.

NUM, UT] Hoc poscere visus ipsius orationis ordo et contextus, non quod vulgatum est, *Dum ut.* P. Pithoeus legit *Cum, ut.* COLV. Iterum genuinam lectionem praebet iam Ed. Iunt. post. MS. D'Orv. *nam*, deleto *ut.*

PROFECTAE A NOBIS IMAGINES etc.] Ita exprimit vocem Graecam Epicuri ἀπόῤῥοιαι: Lucretius *texturas* pro ea dixit: quia non solum fluunt de corporibus hae exuviae: sed etiam imaginem obiectu speculi generant et quasi texunt. Sic ille Lib. IV. *Et quamvis subito quovis in tempore, quamque Rem contra speculum ponas, apparet imago: Perpetuo fluere ut noscas e corpore summo Texturas rerum tenueis, tenueisque figuras.* Sed venit aliquando mihi in mentem Apuleium eo loco legisse *Exuvias* non *texturas:* itaque esse rescribendum. de quo iudicent docti viri. CASAUB. Lucretius eamdem Epicuri sententiam iisdem fere verbis expressit: quo loco pro *texturas*, cupit eruditissimus Casaub. *Exuvias*, quasi et Appuleius ita illic legisset. Mihi videtur par elegantia, et ius in utroque verbo esse; et pariter pluribus utrumque exprimere, quas Epicurus ἀπῤῥοίας dixit. Lucretii locum imitatus est Quinctil. L. X. cap. 11. *Sufficiat virtutis imaginem effingere, et solam, ut sic dixerim, cutim, vel potius illas Epicuri figuras, quas e corporibus summis dicit effluere.* SCIP. GENT. Corrigendus per occasionem Lucretii locus, e quo hic Apuleii adumbratus L. IV. Casaubonus quoque mendum censet, et probo: sed *extutas* lego ad ductum litterarum. *Extutae* pro *Exdutae.* Nam, ut notum, librarii D et T inter se commutant plerumque, nullo discrimine. Iam *exdutas* dixisse veteres, quae posteriores *Exuvias*, ex Festi schedis accipimus. MEURS. Hunc Epicuri locum ab Apuleio mutuatus videtur Macrob. L. VII. Saturn. cap. 14. Apuleius autem sua illa e Lucretio adumbravit L. IV. BRANT.

OFFENDERUNT] MS. Pith. *offendunt.* quod favet Pithoeo in seqq. legenti *illico.* sed male.

ILLISAE] Male vulgo *illi se.* Eruditissimo P. Pithoeo placet, *illico.* Vide Laërt. L. X. Lucret. L. IV. COLV. Recte Pythaeus, *illico reflectantur.* ELMENH. Male Pithoeus et Elmenh. *illico:* legend. ut vulg. *illisae* vel *elisae.* Lucretius: *Planiciem ad specul. veniens quum offendit imago, Non convertitur incolumis, sed recte retrorsum Sic eliditur, ut si quis prius arida quam sit Cretea persona, allidat pilaeve, trabive; Atque ea continuo rectam si fronte figuram Servet et elisam retro sese exprimat ipsa.* PRIC. et paullo post: *Inde ad nos elisa bis advolat.* ut propria quodammodo in hac re videantur, *allido, elido, illido*, sim. quare bene correxit Colv. seu potius Lips. in marg. Bas. pr. corruptam ante lectionem *illi se.* MS. D'Orv. tamen *illicum.*

CONTRA VERSIS] Vulgo *controversim.* ELMENH. Lego *contraversum;* sic *poneversum* Miles. L. II. et *undique versum* infra hac Apologia. PRIC. Vulgo est *controversim*, male. *Contraversum* explico in contrariam partem. Sic L. II. Metam. Asini *poneversum* legitur. et hic infra *undiqueversum.* FLORID. E 2 Florent. Elm. cum Scriv. dedit *contra versis* i. e. respondeant iis, quae contra posita sunt. Melius tamen in MSS. Fux. Pith. et D'Orv. est *contra versum*, ut, iam ante Pricaeum, coniecerat Salm. ad Solin. p. 208. et edidit Florid. Nihilominus flocci non facienda Editionum ante Elmenh. lectio *controversim:* nam *controversus* pro *contra versus* constans fere est lectio apud Ammian. Marcell. ex. gr. L. XIV. cap. 2. §. 3. *littora — quae Isauriae populis sunt* controversa. ubi vid. Wagner.

UTI] Pith. D'Orv. *ut.*

MEDIIS OC. PROLIQUATI] Respicit illa Platonis in disputatione de visu ὥστε τὸ μὲν ἄλλο ὅσον παχύτερον στέγειν πᾶν· τὸ τοιοῦτο δὲ μόνον αὐτὸ καθαρὸν διηθεῖν. CASAUB. Pro *extrario* D'Orv. *extralio.*

ATQUE EI UNITI] Sic legi debet, vel ut Colvio visum, *inuniti.* Vulgo, *atque muniti.* Plato ibidem: τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, τότε ἐκπίπτον ὅμοιον πρὸς ὅμοιον ξυμπαγὲς γενόμενον, ἓν σῶμα οἰκειωθὲν ξυνέστη. similia mox ubi tractat περὶ τῆς τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιΐας. CASAUB. Fulvius *uniti*, alii *ei uniti*, quae vera lectio est. nam Plato ex oculis radios profluere ad aliquod spatium in aërem cognatum, atque ex corporibus contra etiam lumen in eum aërem concurrere, atque ita misceri atque uniri aërem, qui in medio est diffusu ac conversu facilem esse, in ignea

VI-

uti Plato arbitratur; seu tantum oculis profecti, sine ullo foris adminiculo, ut Archytas putat; seu intentu aeris fracti, ut Stoici rentur; cum alicui corpori in-

visam eum penetrare. Quam Platonicam *συναύγειαν* vocatam esse, Plutarchus ait. Quare de ratione omni visus Plato scribit, cui mox adiungit eam, quae oritur ex speculo. SCIP. GENT. *inuniti* malim, ut saepe in Asino. BRANT. *atque ei uniti.*] Ita Pythaeus et Fulvius. Flor. 2. *atque ita uniti*, vel, *atque ei muniti*. ELMENH. Ita Libri, et potior Expositorum pars: magis Africanum puto *inuniti*, *ἑνωθέντες*. Tertullian. contra Valentin. cap. 29, *Triformem naturam primordio professi*, *et tamen* inunitam *in Adam*. PRIC. Quod in Edd. ante Vulc. sec. exstat *muniti*, prorsus nihili est: quod viderunt Fulv. et V. D. in marg. Ed. Iunt. post. legentes *uniti*, cum Salmas. qui in Ed. Vulc. τὸ *m* calamo delevit. Non opus sane τῷ *ei*, quod, cum *uniti*, margini adscriptum a Vulcanio, dein exhibitum in eius Ed. tert. item Cas. Elm. Wow. Scip. Gent. Pric. Flor. Primam tamen litteram τοῦ *muniti*, pro nihilo non habendam censuerunt Lips. in marg. Colv. et Brant. divinantes *inuniti*, quam vocem, firmatam a Pricaeo auctoritate Tertulliani, admisi cum Scriverio. *Inunare* profert etiam Du Cangius pro *adunare*. In Codd. manu exaratis *muniti* et *inuniti* distingui vix possunt; atque adeo quod in MS. D'Orv. exstat h. l. *inmiti*, nihil scriptura differt ab *inuniti*. Addita per epenthesin compositis praepositio *in*, prorsus est ex more Appuleiano. cf. ad Met. L. VIII. p. 559, b. quemadmodum passim haec praepositio, ut Gr. *α*, in compositis aut negativam aut intensivam vim habet, cf. Voss. Lex. Etym. V. *in*. nisi potius dicendum, eam non tam intendendi vim habere, quam plane otiosam vacare, ut censet Heynius V. Cel. ad Virg. Aen. XII. vs. I. Appuleius sane saepissime istiusmodi compositis utitur, licet significatione nihil differant a simplicibus verbis. adi Oudend. ad Met. L. II. p. 135, a. Quod autem Brantius ait ipsum illud *inunire* in Metam. libris saepe occurrere, id falsissimum est: sed ob oculos eum habuisse puto locum L. VIII. p. 545. ubi Oudend. monuit seiunctim legendum esse *in unita*, ut excudi iussit Cel. Editor: et ibi MSS. constanter habent *munita*, quemadmodum Met. L. XI. p. 811. ubi simplex *unitus* occurrit. Alibi in nostro scriptore id legere me non memini. Verum in Ed. Vic. est *ita muniti*. quod clare exstat in MSS. Pith. et duobus Florent. sed in his *uniti*. Sed tum requiri videtur *ei*: quare et *ita* corruptum censeo ex prima syllaba verbi *inuniti*; nam in D'Orv. non comparet, et MS. Pith. non est ex vetustissimis.

UTI PLATO ARBITRATUR] Timaeo, cuius ibi verba: Ἐκ γὰρ τῆς ἐντὸς, ἐκτός τε ἐν περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γενομένου, καὶ πολλαχῇ μεταῤῥυθμισθέντος, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνεται, τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς τῷ περὶ τὴν ὄψιν πυρὶ, τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν ξυμπαγεῖ γιγνομένῳ. Ex hoc loco legerim paulo ante, *mixti atque inuniti*. COLV. Pith. D'Orv. *ut*. mox pro *tantum* Pith. *in*.

OCULIS PROFECTI] Sic etiam supra proxime, *profectae a nobis imagines*. longe non abest tamen quin *proiecti* et *proiectae* reponam. nam et Plato, et Heliodorus Lariss. eodem argum. *παραβάλλων*. et respondent oppositae voces *rejectare* et *rejicere*, quod aiunt specula facere post recepta simulachra. Lucret. *Assiduo crebroque repulsu Reiectae reddunt speculorum ex aequore visum*. Id. *Nostros oculos reiecta revisit*. Basil. Scholast. *Figura Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis*. PRIC.

ADMINICULO] Flor. *Terminiculo*. ELMENH.

ARCHYTAS] Sic leg. non per *i*, ut in permultis est Edd. et hic et alibi. Gr. Ἀρχύτας.

AËRIS FRACTI] Sic emendavit ante nos idem Pithoeus. Vulgo erat, *veris facti*, vel, *viris facti*, ut in Rom. Edit. Asserit hanc lectionem Lucretius, agens de hac eadem re: *Post extraria lux oculos perterget, et aër Alter, et illa, foris quae vere transpiciuntur*. COLV. Petri Pithoei viri doctissimi, et cui aeternum hae nostrae literae ac Iuris scientia debebunt, est haec emendatio: nam omnes libri hic corrupti sunt. Plutarchus in Placitis ex Chrysippo vocat *συνέντασιν τοῦ μεταξὺ ἀέρος νυγέντος* ut de tanti viri correctione nemo dubitare debeat. CASAUB. *ut Stoici rentur*] quorum princeps Chrysippus, cui hanc sententiam adscribit ibidem Plutarchus: Χρύσιππος, κατὰ τὴν συνέντασιν τοῦ μεταξὺ ἀέρος ὁρᾷν ἡμᾶς, νυγέντος μὲν ὑπὸ τοῦ ὁρατικοῦ πνεύματος, ὅπερ ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι τῆς κόρης διήκει, μετὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ παρακείμενον ἀέρα ἐπιβολὴν ἐντείνοντος αὐτὸν κωνοειδῶς, ὅταν ῇ ὁμογενὴς ὁ ἀήρ. προχέονται δὲ ἐκ τῆς ὄψεως ἀκτῖνες πύριναι, οὐχὶ μέλαιναι καὶ ὁμιχλώδεις· διόπερ ὁρατὸν εἶναι τὸ σκότος. Ita autem Cl. Pithoeus in Adversariis suis hunc locum Appuleii recte et acute emendarat. SCIP. GENT. Venetus et Rom. et Flor. *veris facti*. inepte. ELMENH. Duplicem esse veterum philosophorum sententiam de speculo, atque adeo omni videndi ratione, ait Appuleius: quorum alii, ut Epicurei, imaginibus illud fieri, alii, radiis, arbitrantur. Duplicem hanc opinionem respiciunt etiam aliorum scriptorum loca. Cic. ad Att. II, 3. *Si κατ᾽ εἰδώλων ἐμπτώσεις videremus, valde labora-*

incidêre spisso et splendido et laevi, paribus angulis, quibus inciderant, resultent ad faciem suam reduces, atque ita quod extra tangunt ac visant, id intra spe-

rarent εἴδωλα *in angustiis: nunc fit lepida illa* ἔκχυσις *radiorum.* Seneca Nat. Qu. II, 5. *De speculis duae opiniones sunt: alii enim in his simulacra cerni putant, id est, corporum nostrorum figuras a nostris corporibus emissas ac separatas: alii imagines aiunt non esse in speculo, sed ipsa adspici corpora, retorta oculorum acie, et in se rursus reflexa.* Isidorus Orig. XI, 1. *Visum fieri quidam asseverant aut externa aetherea luce, aut interno spiritu lucido per tenues venas a cerebro venientes atque penetratis tunicis in aërem exeuntes et tunc commixtione similis materiae visum dantes.* Arnob. adv. Gent. L. II. p. 46. *Radiorum et luminis intentione videamus, an rerum imagines advolent, et nostris in pupulis sidant.* Id. L. III. p. 110. *radiis aut imaginibus cernere, aut, quod oculis commune est omnibus, sine alterius luminis commixtione nihil omnino conspicere.* Lactant. de Opif. Dei cap. 8. *Ne forte existimes, aut imaginum incursione nos cernere (ut philosophi dixerunt) quoniam videndi officium in eo debet esse quod videt; non in eo, quod videtur: aut intentione aëris, cum acie, aut effusione radiorum, quoniam, si ita esset, tardius, quam oculis advertimus, videremus, donec intentus aër cum acie, aut effusi radii, ad id, quod videndum esset, pervenirent.* Heronis fragm. Latine versum apud Schneider. in Eclog. Physic. Vol. II. p. 227. *Optica sane rerum naturam non inquirit, nec investigat, an defluxiones ad corpora a fluentes emissitiis e visu radiis fiant, an vero simulacra emanantia ab iis, quae sensu percipiuntur, in visum ingrediantur occurrentia, aut simul extendatur aut simul nutriatur, qui medius intercedit, aër.* Iam vero, (ait noster auctor) qui imaginibus cerni putant, in speculo illud ita fieri arbitrantur, ut *imagines — a corporibus manantes, cum laeve aliquid et solidum offenderunt, illisae reflectantur, et retro expressae contra versum respondeant:* qui vero in radiis videndi facultatem esse censent, illud in speculo ita effici existimant, ut *radii — cum alicui corpori incidere spisso et splendido et laevi, paribus angulis, quibus inciderant, resultent ad faciem suam reduces.* Verum de natura et origine istorum radiorum quum inter eosdem illos philosophos minime constaret, quasi per parenthesin addit auctor: *seu radii* illi sint *mediis oculis proliquati* etc. *uti Plato arbitratur; seu tantum oculis profecti* etc. *ut Archytas putat; seu intentu aëris fracti, ut Stoici rentur.* Exspectes itaque etiam Stoicorum sententiam de natura et origine radiorum ab auctore proditum iri et desideres participium, quod respondeat τοῖς *proliquati*, *profecti.* Habemus tale participium in antiqua et scripta lectione *facti*, quae tum quoque sententiam Stoicorum de origine radiorum continere videatur, quod scilicet radii *fiant* intentu aëris. Verum haec sententia Stoicorum non fuit, neque etiam esse potuit. Nam et illi τὰς ἀκτῖνας προχέεσθαι ἐκ τῆς ὄψεως censebant, ut e placito Chrysippi apud Plutarchum patet. Quare quum hac parte Stoici cum Platone et Archyta consentiebant, non necessarium videri potuit auctori addere, et Stoicos ita sensisse; modo diceret, eos non mixtioni extrarii luminis et radiorum, neque radiis solis per se vim videndi tribuisse; sed iudicasse, ad effectum videndi requiri et radios oculorum et intentionem aëris: atque hoc ipsum est quod Lactant. l. c. ait *intentionem aëris, cum acie*, dum Gellius aiens *caussam videndi* secundum Stoicos esse *intentionem aëris*, haud dubie ita intelligendus est ut tamen radii ex oculis profecti adsint. Acquiesco itaque in emendatione P. Pithoei, quam inde a Colvio expresserunt Editores: ita tamen ut *fracti* iungam τῷ *aëris*, non τῷ *radii*, quod fecisse videtur Floridus, interpretans: *fracti intensione aëris.* Non enim radii franguntur aëre, sed aër frangitur, scinditur, a radiis per eum transeuntibus. Possis etiam suspicari *tacti*, quod propius aliquanto accedit ad scriptam lectionem *facti*, et ad verbum, a Plutarcho adhibitum, ἀέρος νυγέντος ὑπὸ τοῦ ὁρατικοῦ πνεύματος. In Addend. fortasse ad hunc locum redibimus. Interim non inutile forsan fuerit de omni videndi ratione unum addere locum Macrobii Saturn. VII, 14. *Tria ista nobis necessaria sunt ad effectum videndi; lumen, quod de nobis emittimus, et ut aër, qui interjacet lucidus sit, et corpus, quo offenso desinat intentio* (radiorum nempe, qui ex oculis profecti sunt) etc.

Alicui] MS. D'Orv. *aliter.*

Incidere] MSS. Pith. D'Orv. *inciderunt.*

Ad faciem suam] Vulgo *ad facies suas.* Elmenh. E MSS. Florent. primus sic restituit Elm. et eum secutus Scriv. Addicunt MSS. Pith. D'Orv. Bene. Radii resultant, reduces ad faciem quisque suam. Seneca Nat. Qu. I, 15. *Sunt specula, quae* faciem prospicientium *obliquent.*

Quod extra tangunt ac visant] Sic MSS. et Edd. O. sed in meo exemplari Ed. Casaub. calamo emendatum *tangunt:* ut marg. adlevit W. Goes. Flor. tacite edidit *tangunt ac visunt.* Non ausim mutare. Noster de Dogm. Plat. L. II. p. 239. *quod nec mutae* sunt, *nec reciprocari* queant. ubi vide. Pro *quod* Pith. *quae* et *aditur* pro *id intra.*

Ima-

speculum imaginentur. Videnturne vobis debere philosophi haec omnia vestigare et inquirere, et cuncta specula vel uda vel suda soli videre? Quibus praeter ista, quae dixi, etiam illa ratiocinatio necessaria est, cur in planis quidem 428.
speculis ferme pares obtutus et imagines videantur; in tumidis vero et globosis omnia defectiora; at contra in cavis auctiora: ubi, et cur laeva cum dexteris permutentur: quando se imago eodem speculo tum recondat penitus, tum foras exserat: cur cava specula, si exadversum Soli retineantur, appositum fomitem accendunt: qui fiat, uti arcus in nubibus varie, duo Soles aemula similitudine vi-

IMAGINENTUR] MS. Pith. *imagīnt.* i. e. imaginent. Non male, si alii bonae notae Codd. addicerent. Solet passim Deponentia active efferre App. et ipsum hoc verbum sic exstat apud Gellium N. A. V, 16. *Ut speculum in loco certo positum nihil* imaginet. Sed aliter noster Met. L. VIII. p. 541. *meos forsitan tibi pestiferos* imaginaris *amplexus.* et L. XI. p. 808. *divinos tuos vultus* imaginabor.

VIDENTURNE V. D. PHILOSOPHI] Florentin. *videtur v. d. philosophia, Quibus praeteris tu quae dixisti.* Male. ELMENH. ut indicat seq. *soli.*

VEL UDA VEL SUDA] Posterius *vel* non agnoscit Pith.

FERME PARES] D'Orv. *forme pares pares.* in quo et Pith. non est praepositio ante τὸ *tumidis.* male. et in Pith. *actiora* non *auctiora.*

UBI ET CUR] Pro his in D'Orv. legitur *visantur. Ubi* i. e. vel, quo loco, quam longe recedere oporteat a speculo, ut laeva cum dexteris permutentur; vel, *ubi* notat, in quibusnam speculis. Seneca Nat. Qu. I, 5. *Sunt quae dextras facies ostendant, sunt quae sinistras, sunt quae torqueant vel evertant.*

CUM DEXTERIS PERMUTENTUR] Negligenter in Ed. Flor. excidit *cum*, quod correctum in Ed. Bip. MS. Pith. *permittuntur.* D'Orv. *permiscentur.*

QUANDO SE] D'Orv. *quando si.* Pith. *tum recondat primitus, cum* etc. uterque male.

EXERAT] Bas. II. Alias, *exeat.* COLV. Rom. f. *exeat.* ELMENH. Editionibus Rom. et Bas. pr. addicit MS. Pith. Sed solent *exserere* et *recondere* invicem opponi: ut videre est e Lexicis.

EXADVERSUM SOLI] Florid. II. *Samos Icario in mari modica insula est, èxadversum Miletos.* leg. *Mileto.* Terent. *Exadversum loco textrina erat.* PRIC. V. ad Flor. N. 15. init.

APPOSITUM FOMITEM] Scribendum *oppositum.* CASAUB. Florent. 2. et Rom. *appositum.* Male. ELMENH. Recte Casaub. *Oppositum f.* PRIC. Casaubonus hic legit: *oppositum fomitem*, non *appositum*, melius, mea quidem sententia. FLORID. nec tamen in textum recepit Florid. emendationem Casauboni, quod fecerant Scal. Wow. Elm. Scriv. cum novissima Ed. Bip. Revocavi ego MStorum et veterem lectionem, *appositum*, quam probat etiam Heinsius ad Ovid. Her. Ep. VII. vs. 100. Speculum, exadversum Soli positum, ei oppositum est: quod si alia res eidem speculo opponatur, Solis radii intercipiantur necesse est. Speculum igitur Soli *opponitur*, sed fomes accendendus speculo *prope — iuxta — ad — ponitur.*

ACCENDUNT] Facile foret mutare in *accendant.* nec opus tamen. cf. ad Met. L. II. p. 145, b.

ARCUS] Sic MSS. Florent. duo et D'Orv. In aliis et Edd. permultis *arquus.* Mihi nihil interesse videtur; licet Heins. ad Ovid. Met. L. XI. vs. 590. dicat Nonii distinctionem inter *arcum*, fornicem, et *arquum*, iridem, observatam esse ab Appuleio in Apol. *arquus in nubibus.* cf. ad L. de Mundo p. 308.

NUBIBUS, VARIE DUO SOLES] Lego: *nubibus varia, duo soles.* BRANT. Explicat Plutarchus in Libello de facie in orbe Lunae: ὅταν ἴριδες δύο φάνωσι et quae sequuntur. Unde ita scriptura Appuleii distinguenda: *uti arquus in nubibus varii, et duo soles.* nisi varietatem colorum, non iridum numerum interpretari malis. Vide Aristotelis et aliorum Meteorologica, et Appuleium ipsum, libello de Mundo, et Senecae Natur. Quaest. SCIP. GENT. *varie duos soles*] Sic Florent. Alii: *varii et duo soles.* ELMENH. Post Casaub. et Scalig. editum (excepta Elm. Ed.) *varii, et duo soles* etc. et facile sane ex eiusmodi scriptura *varī et* fieri potuit *varie.* Nihilominus tam constanter MSS. et Edd. servant *varie*, ut hanc lectionem cum Elmenh. revocandum putaverim, quoniam bonum habet sensum; modo distinguas, non, ut fieri solebat, ante, sed post hanc vocem. ita: *arcus in nubibus varie, duo Soles aemula similitudine visantur.* Opponuntur inter se *aemula similitudine* et *varie*, i. e. vario colore. Plin. XXXVII, 10. *Mitrax multicolor, contra solem varie refulgens.* Non bene emendabat Brant. *varia*: nam *similitudo varia* absurde dictum foret.

DUO SOLES] MSS. Florent. Pith. *duos soles.* Quos *duo soles* vocat Appul. *geminatus sol* dicitur Ciceroni, *geminus sol* Ammiano Marc. cf. Frc. Eius-

visantur: Alia praeterea eiusdem modi plurima, quae tractat volumine ingenti Archimedes Syracusanus, vir in omni quidem Geometria multum ante alios ad-
429 mirabili subtilitate; sed haud sciam an propter hoc vel maxime memorandus, quod inspexerat speculum saepe ac diligenter. Quem tu librum, Aemiliane, si nosses, ac non modo campo et glebis, verum etiam abaco et pulvisculo te dedisses: mihi istud crede, quamquam teterrimum os tuum minimum a Thyesta tragico demutet, tamen profecto discendi cupidine, speculum inviseres: et aliquan-

EIUSDEMMODI] Infra: *item alia eiusdemmodi.* Florid. 2. *Haec et alia eiusdemmodi.* In de Deo Socrat. *Eiusdemmodi beneficio.* PRIC. MS. D'Orv. *eiusdemmoda.* Groslot. in marg. *eiuscemodi.*

QUAE TRACTAT etc.] **Κατόπτρων ἐξάψεις** inter alia eius Tzetzes memorat Chiliad. XIII. c. 457. forsan non alium librum Appuleius innuit. PRIC. Rectius ex h. l. coniicit Scheibel in Einleitung zur Mathem. Bücherkentniss part. IX. p. 268. Archimedem magnum volumen de omnibus doctrinis opticis conscripsisse; monente Harles. ad Fabric. Bibl. Gr. L. III. c. 22. sect. II. §. 11. Imo suspicio est ipsum hoc opus esse, cuius Arabica versio, adhucdum inedita, exstat, sub titulo *Perspectiva.* cf. id. ibid. §. 12.

ADMIRABILI] Flor. 2. *admirabilis.* ELMENH.

PROPTER HAEC] Flor. *propter hoc.* ELMENH. Consentiunt MSS. alii, quare ita edidi cum Elmenh. Pric. Scriv. Flor.

LIBRUM] MS. D'Orv. *illum.*

AC NON MODO CAMPO etc.] Voculam *ac*, quae exciderat, ex Rom. restituimus: et a prava distinctione male affectum locum sanavimus. CASAUB. *an non modo*] Sic MS. Pith. cum Edd. ante Colv. qui tacite cum Vulc. Ed. pr. eiecit *an.* Sed melius Scal. et Casaub. cum seqq. *ac.* MS. D'Orv. *at*, quod solet confundi cum *ac.*

ABACO ET PULVISCULO] Mos olim Mathematicorum, cum aliquid demonstrare, describere vellent, in abaco pulvere consperso suas lineas, circulos, numeros, notas virgula ducere. Hunc *eruditum pulverem* vocat Cicero L. II. de Nat. De. Seneca Epist. 88. *Itane in Geometriae pulvere haerebo?* Et Epist. 74. *Utrum maiorem an minorem circulum scribes, ad spatium eius pertinet non ad formam: licet alter diu manserit, alterum statim obduxeris, et in eum in quo scriptus est pulverem solveris, in eadem uterque forma fuit.* Elegans de hoc locus est Claudiani, de Mallii Theodori consulatu; qui dignus adscribi: *Illa per occultum Ligurum se moenibus infert, Et castos levibus plantis ingressa penates, Invenit aetherios signantem in pulvere cursus, Quos pia sollicito deprendit pollice Memphis: Quae moveant momenta polum, quis certus in astris Error, quis tenebras solis, caussisque meantem Defectum videat numerus, quae linea Phoeben Damnet, et excluso pallentem fratre relinquat. Ut procul adspexit fulgentia virginis ora, Cognovitque Deam; vultus veneratur amicos. Occurrit, scriptaeque notas confundit arenae.* Vide Martian. Capell. L. IV, VI et VII. apud quem graphica abaci pulverisque huius descriptio. Hinc contendere ausim verisimilem coniecturam nostram in Gellii Lib. I. cap. 20. ubi passim vulgatum legas: *Planum est, quod in duas partes solum lineas habet, qua latum et qua longum: qualia sunt triquetra et quadrata, quae in area fiunt, sine altitudine.* legendum scilicet videri *quae in arena fiunt*, et de hac arena accipiendum. Nec alium etiam *numerorum Arenarium* dixisse videtur de Pallio Tertullianus, quam eum qui in hac itidem arena numeros colligit et disponit, aliosque eam artem docet: *De meo vestiuntur, et primus informator litterarum, et primus edomator vocis, et primus numerorum arenarius, et Grammaticus, et Rhetor, et Sophista* etc. Hac spectat etiam Persius Satyra I. *Nec qui abaci numeros et secto in pulvere metas Scit risisse.* Unde putem Pulveraticum dictum, mercedem agrimensorum, seu potius corollarium. Aggenus Urbicus: *Agrimensores tres aureas accipiant, absque pulveratico*, et sic accipiendum in constitutione quadam Valentiniani et Theodosii, quae apud Frontinum. COLV. *Pulveraticum* dicitur praemium quod agrimensoribus et praesidibus datur, ut pluribus testimoniis docet eruditissimus Cuiac. L. IV. Observ. 18. SCIP. GENT. Add. Pricaei Comment.

MINIMUM] MS. D'Orv. *minimam.*

A THYESTA TRAGICO] Satis haec lectio facit Bourdelotio, ni toleretur tamen, *Thyade Tragica*, scribenti. PRIC. Longiorem Pricaei de h. l. notam vide in Append. MS. Pith. *Chieste Tragica.* Perperam Pricaeus, quem rursus hic descripsit Floridus, de Thyeste Tragoedo cogitat. *Thyestes Tragicus* est qualis in Tragoediis inducitur. Cic. in Pis. 20. *Ego te non* tragico *illo Oreste aut Athamante dementiorem putem!* Atque ita *Tragicas Erinnyas* apud Propert. II, 16, 29. exponit Passerat. ubi hunc nostri auctoris locum a praepostera Pricaei coniectura recte vindicat Burmann. quemadmodum vulgatam lectionem defendit etiam Bentlei ad Horat. A. P. vs. 96. ubi vide. Thyestam autem, cum comesos a se liberos cognovisset.

quando, relicto aratro, mirarere tot in facie tua sulcos rugarum. At ego non mirer, si boni consulis me de isto distortissimo vultu tuo dicere, de moribus tuis multo truculentioribus reticere. Ea res est: praeter quod non sum iurgiosus, etiam libenter te, nuper usque, albus an ater esses, ignoravi; et adhuc, hercule, non satis novi. Id adeo factum, quod et tu rusticando obscurus es, 430.
et ego discendo occupatus. Ita et tibi umbra ignobilitatis a probatore obstitit: et

set, horribiliter ex angore et fastidio distorsisse vultum, nemo est qui non facile credat. Itaque Thyestae post epulas illas in scenam prodeunti talem forte etiam larvam dederint.

Tamen profecto] Vulgo ubique *tam prof.* Colv. Pro *demutet* MS. D'Orv. *denutet.* Pro *mirarere* Pith. *mirare* vel *mirere.*

At ego non mirer — reticere] Sensus est: Quantumvis aegre feras, Aemiliane, me de isto distortissimo vultu tuo dicere, facile tamen equidem credam, te boni hoc consulturum, modo de moribus tuis, multo etiam truculentioribus taceam, quod sane faciam, etc. Male itaque vulgo, exceptis Edd. Iunt. post. Ald. Cas. et perpaucis aliis, per interrogationem haec leguntur: *At ego — reticere?* Ed. Scriv. *consules.*

Ea res est] Fulvius: *Ita res est.* Sciopp. *in Symb.* Aliter MSS. et Edd.

Praeterquam] Flor. 2. *praeter quod non sum.* Elmenh. Delevi *quam* auctoritate MSS. Florent. Pith. D'Orv. quin imo Ed. Iunt. post.

Iurgiosus] Scripserim, *curiosus.* Colv. An *curiosus?* Acidal. Nihil equidem muto, *hominem minime litigiosum* legas apud Cic. Verr. 4. Brant. Sensus est: Conticebo de moribus tuis, quia non rixandi sed mei defendendi caussa verba facio, et praeterea etiam, quod libenter nuper usque te ignoravi. Non sollicitandum itaque *iurgiosus.*

Nuper usque] MS. cod. *nuper vique.* Colv.

Albus an ater], Proverbialiter dictum. vid. ad Catull. c. 94. et comm. Scip. Gent. MS. D'Orv. *albo an autem esse.*

Et adhuc] Tacite sic edidit Elm. ex 2 Florent. cum Scriv. Flor. A reliquis abest *et.*

Id adeo] In promtu foret, coniicere *id ideo.* sed male. Adi modo Oudend. ad Met. L. VII. p. 571, a.

Discendo] Pith. *dicendo*, sed alterum modestius est: et supra se *discendi* cupiditate frequenter speculum inspicere praedicat auctor.

Approbatore] Forte. *a probatore.* Sed aliud forte latet. Colv. Vulgo *approbatore*, sed veram lectionem *a probatore*, ex edit. Rom. reposuimus. Sic dictum *a probatore obstare*, ut apud Graecos κρύπτειν et κρύπτεσθαι ἀπὸ τινὸς, etiam apud poëtam praecipuum. Casaub. v. c. *a probatore.* Sciopp. *in Symb.* Quid illa voce *approbatore* faciam, nondum despicio. Forte: *umbra ignob. opprobator* vel *approbator.* Pleraque adiectiva in *or* veteribus communis generis censebantur. Acidal. Ita libri vulgares. Nonnulli antiqui, quos eruditiores secuti: *opprobratore.* Sequutus vestigia vulgarium et MSS. restitui: *umbra ignobilitatis a probatore obstitit.* ut apud Varronem de Re Rustica: *a sole obstare.* et apud Ciceronem, illud Diogenis ad Alexandrum: *A sole mihi obes.* Wower. Varro, *a Sole obstare.* Cicero, *a Sole obesse*, ubi Diogenis ad Alexandrum dictum exponit. *Ignobilitatis* autem dixit Appul. *umbram*, pro obscuritate vitae et generis, vel etiam animi improbitate. Ennius: *Nam quum opulenti loquuntur pariter, atque ignobiles, Eadem dicta, eademque oratio aequa, non aeque valet.* Sensus igitur est: Ignobilitas tua in medio obstat, atque impedit, ne quis te cognoscat, et qualis sit, exploret. Scip. Gent. *umbra ignor. a probatione*] Sic Florent. 2. legunt hunc locum. vulgo *tibi umbra ignobilitatis opprobatori.* male. vide notas Wowerii nostri. Elmenh. Multa de loquendi forma *a probatore obstitit* Gentilis, quae utinam loco opportuniore docuisset nos: placet lectio ab has literas bene docto Ol. Grotio suggesta, *ab opprobatore obstitit*, quam etiam probe fulciunt quae loquuntur heic. Pric. *A probatore obstitit* reponit Casaub. ex edit. Rom. Elmenh. ex duobus Florent. codd. *a probatione obst.* quod in idem recidit, significatque, obscuritas tuae ignobilitatis impedivit quominus observareris. *Probator* hic explorator, observator: et *probatio* exploratio. Florid. Edd. ante Vulc. sec. *approbatore.* sine sensu. Quod in marg. coniecerat Vulc. *opprobatori* id in eius Edd. sec. tert. editum est, neque longe ab eo recedit Grotii coniectura a Pricaeo laudata: sed tum leg. saltem *approbrat.* Verum fraudi fuisse videtur viris doctis media significatio τῶν *probare*, *probator*, *probatio*, quae, quemadmodum Gr. δοκιμάζειν, δοκιμαστὴς, δοκιμασία, non tantum approbationem, sed et simpliciter examen, explorationem, experimentum notant. Vid. Ernest. in Cl. Cic. V. *probatio* et Graev. ad Cic. Verr. III. cap. 30. cit. a Burmanno ad illa Petronii cap. 70. *mucronem ad buccam probare.* Optime igitur Colv. seu potius Lips. in marg. Ed. Bas. pr. cum Edd.

et ego nunquam studui malefacta cuiusquam cognoscere, sed semper potius duxi mea peccata tegere, quam aliena indagare. Igitur hoc mihi adversum te usu venit, quod qui forte consritit in loco lumine collustrato, atque eum alter e tenebris prospectat. Nam ad eundem modum tu quidem, quid ego in propatulo et celebri agam, facile e tenebris tuis arbitraris: cum ipse, humilitate abditus et lucifuga, non sis mihi mutuo conspicuus. Ego adeo, servosne an habeas ad agrum

Cas. Wow. (qui sibi deberi emendationem videri volebat) Gent. Pric. Elm. Scriv. Flor. (qui bene explicat) *a probatore.* quibuscum consentiunt praeter MSS. Fulv. Pith. D'Orv. etiam 2 Florent. ex Coll. Lindenbrog. ita habentes, non, ut ait Elm. *a probatione:* licet et hoc bonum foret. Ceterum *Obstare a* locutio est, quam usurpavit etiam Lucanus I. vs. 59. *nullaeque* obstent a *Caesare nubes:* item Sallust. Catil. c. 58. *Exercitus unus ab urbe, alter a Gallia* obstant. i. e. impediunt, alter, quominus ad urbem, alter quominus in Galliam properemus.

Malefacta] D'Orv. *malefactum.*

Potius duxi] D'Orv. *f. dixi*, citante etiam ita Lipsio Elect. L. II. c. 21.

Tegere quam aliena indagare] Neque propterea impostor, qui peccata sua tegit, quasi vero palam decantare sua facinora aliquis debeat, et gloriari in flagitiis, id vero non probi, sed furiosi esset. Quid? quod nec interrogatus quisquam cogitur fateri crimina. D. Hieronymus Epist. 107. *Conatus sum crimen meum abnuere, non referre.* Non possum igitur probare acumen Lipsii olim nostri, qui pro *tegere* reponit hic *Degere*, id est Minuere, Detrahere. Sane iustitiam simulare et ostentare, quum homo sis iniustus, id prorsus vitiosum est, et vituperandum: licet vulgus contra sentiat, de quo Plato in Protagora: Καὶ φασὶ, inquit, *πάντας δεῖν φάναι εἶναι δικαίους, ἐάν τε ὦσιν, ἐάν τε μή· ἢ μαίνεσθαι τὸν μὴ προσποιούμενον δικαιοσύνην*, et quae seqq. Scip. Gent. Lipsius *degere ἀρχαικῶς*, pro *minuere*, ut apud Plautum et Nonnium: in quam abit etiam Pontanus scripturam Analect. L. III. cap. 1. Ego vulgatam fero non illibenter. Pric. *Tegere* non esse sollicitandum arguit quoque, quod ei opponitur, *indagare.* Nihilominus citat hunc locum, quemadmodum emendari volebat Lipsius, Pareus in Lexico Plautino V. *degere;* adducens quoque Gell. XVII, 16. *degendis venenis*, ubi nunc legitur *detergendis venenis*, licet *degendis* ibi sit in MSS. De rariori verbi *degere* notione, pro minuere, detrahere v. Non. Marc. IV. 117. cf. Par. l. c. Varro de Re Rust. 37. Vulgata lectio displicuisse etiam Scriverio videtur, edenti *regere:* nisi sit operarum vitium. Equidem sane in τῷ *tegere* acquiescendum puto. cf. quae supra pag. 404. de animi sui verecundia dixit auctor.

Constitit] i. e. consistit. ut l. 98. D. de solution. Et *constiteremus* pro *consisteremus* l. 26. D. de negot. gest. Eadem Noster offiguratione Miles. 8. *Invadit ac superstitit sicarium*, nam quod in cusis legitur, *supersistit*, reiculum puto. Pric. De loco Met. L. VIII. p. 539. perperam omnino iudicare Pricaeum, monet ibi Oudend. Quod ad nostrum locum, vel pueris notum est, quemadmodum verbi Gr. *ἵστημι consisto*, perf. *ἕστηκα constiti* i. e. *sto*, ita et Lat. *constiti*, habere vim praesentis verbi *stare.*

Prospectat] *Prospectur* corrupte legitur in Ed. Bas. pr. unde in marg. fecit Lips. *prospectatur.*

Ipse] Pith. *tempore.*

Humilitate abdita et lucifuga] Scrib. *abditus.* Casaub. MSS. O. et Edd. ante Vulc. sec. vel tert. *abdita et lucifuga:* sed seqq. Casauboni correctionem amplexi sunt omnes: etsi Putschius, teste Iungermanno in Epp. Gudianis p. 363. eam non probabat, accipiebatque *τὸ lucifuga* adiective, ut apud Lucilium, alias. *Lucifuga* subst. est Met. L. V. p. 355.

Ego adeo servior: tu an habeas ad ag.] Non dubitavimus vēram et certam emendationem nostram in contextu recipere, spreta vulgaria scriptura, *servor* et *abeas.* Scio *servor* pro *observor* Latinum esse, atque adeo Tullianum: sed id non posse hic locum habere pertendo. non enim de observantia et cultu qui honoris caussa a liberis personis exhibetur, intelligit: sed de servorum *θεραπείᾳ* et ministerio. Quid quod sequentia eam lectionem manifeste flagitant? debet enim repeti vox *servos* quae in verbo *servior* intelligitur inclusa: ut in illo τῶν LXX *δικάσω· ἴδεῖα δὲ ἔσται.* nimirum ἡ *δίκη.* est enim *σχῆμα ἀπὸ κοινοῦ, ὅταν ληπτέον ἐκ τοῦ ῥήματος τὸ ὄνομα*, ut loquitur Eustath. in Iliad. β. Non igitur *servor* sed *servior* legendum. Seneca, *servis paucioribus serviri.* de tranquill. vitae. Casaub. Cum annis superioribus Petronii scholiastes locum hunc sic mihi recitaret, *Ego adeo servor, tu an abes* etc. ut experimentum scilicet ingenii mei caperet, facile quam et talia, quae nonnulli fastidiosius venditant, domi nobis nasce-

agrum colendum, an ipse mutuariis operas cum vicinis tuis cambies, neque scio, neque laboro: at tu me scis eadem die tris Oeae manumisisse; idque mihi patronus tuus inter cetera a te sibi edita obiecit: quamquam modico prius dixerat,

cerentur, intellexit. Statim enim conieci legendum: *Ego adeo servos tu an habeas.* SCIOPP. *in Symb.* Plane rescribendum censeo cum eruditissimo Mercero: *Ego adeo servos, tu an habeas ad agrum colendum.* WOWER. *Ego adeo servos*] recte ita Memo. Florent. sicuti etiam Mercerus et Casaub. ante divinarant. ELMENH. *Ego adeo servior*] Recte hanc scripturam retinuit et defendit Casaubonus noster, qui et Senecam ita locutum docet. Cui geminum est verbum, *Ministrari*, eodem modo positum. Plautus Vidularia, apud Nonium: *Malim moriri meos, quam mendicarier: Boni ministrantur; illum nunc irrident mali.* Nam quod idem Lips. Lib. I. Antiquit. cap. ult. rescribit, *Boni immiserantur:* non plus ei adsentior, quam illis, qui in hoc loco Apuleii mallent *Servor* legi. Sunt qui legunt, *Ego adeo servos, tu an habeas ad agrum col.* SCIP. GENT. Ita edit. Casaubon. nulla sententia: scribendum *servos*, ut et in Cod. Florent. legitur. PRIC. Edd. ante Casaub. cum MSS. Pith. *Ego adeo servior, tu an abeas*, non sine sensu, si *servior* capias pro *observor* cum Groslot. in marg. pro quo ipsum illud *observor* reponi voluere Vulc. in marg. et Iungerm. l. supra cit. insuper *adeo* mutans in *a te:* sed non viderunt VV. DD. nec Schikherad. legens, longius etiam a vulgata et scripta lectione, *cernor*, non viderunt igitur, totius periodi protasin constituere verba illa *Ego adeo — neque scio, neque laboro*, et tum denique sequi apodosin *At tu me scis* etc. Casauboni coniecturam, quam non capio cum Pricaeo, expressit tamen hic cum Scalig. et Scip. Gent. Sed bene omnino ex uno Cod. Florent. edidit Elm. *servos*, quem secuti sunt reliqui. Ne sic quidem tamen locus persanatus est, nam illud *tu* ante *an habeas* vacat non tantum, sed ne ferri quidem potest; nam τῷ *Ego adeo* opponitur in apodosi *At tu:* hic vero vis non est in *tu* sed in *servos*, cui opponitur *an ipse operas* etc. *cambias.* Iam vero pro *servos tu* in uno Florent. Cod. ex Coll. Lindenbrog. est *serviorne*, in Pith. *servorne*, in altero Florent. *servosne*, uti prorsus legendum est: *Ego adeo, servosne an habeas — an ipse — cambies, neque scio, neque laboro. At tu me scis, eadem die tris Oeae manumisisse. Servosne an hab.* pro *anne servos hab.* exquisite dictum, quomodo *ne* in interrogationibus haud raro abundat. cf. ad Met. L. I. p. 31. Oud. ad Lucan. VII. vs. 301.

IPSE] Pith. *prime* et *matuarias.*

CUM VICINIS TUIS CAMBIAS] Vox Graecae originis, quam Charisius Lib. III. et Priscianus ex eo vertunt ἀμείβομαι. Glossae veteres *Cambiat* διαλλάσσει. Lego, *Cambiat* ἀλλάσσει. Est a κάμπτω, propter gratiarum vices: semper enim Gratiae καμψιδίαυλοι non σταδιοδρόμοι esse debent. Inde est nostrum Francogallorum *change* ἀμοιβή. Graeci tamen suum κάμπτω non usurpant pro eo quod est *cambio:* sed pro eo quod veteres Latini *campso* dicebant. Ennius *Leucaten campsant.* Graecum proverbium apud Strabonem Μαλέαν δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε. et apud Geographos saepe κάμψαι ἄκραν. CASAUB. *Cambies*] alii *Cambias.* Vide Indicem. ELMENH. Edidit tamen Elm. *cambias*, cum reliquis inde a Colvio, qui tacite ita rescripsit, pro eo quod legebatur in Edd. O. ante eum *cambies*, quomodo exstat in MSS. Florent. utroque, Pith. D'Orv. nec dubito de ceteris. Equidem *cambies*, quasi a *cambiare* sine librorum auctoritate non damnandum, imo postliminio revocandum putavi. Vossius quidem in Etym. V. *Cambire* recentiores ait corrupte dixisse *cambiare;* et Du Cangius in Gloss. *Italis*, inquit, *Cambiare: Latinis, Cambire;* et *Cambire* citat Priscianus: *Cambiare* tamen est in Gloss. apud Casaub. et Elm. in Ind. Item Gloss. Philoxeni *Concambiat*, διαλλάσσει. ex emend. Du Cangii. Sic posterioris aevi scriptores promiscue dixisse videntur *cambitio* et *cambiatio*, *concambitio* et *concambiatio*, *cambire* et *cambiare:* quod Appuleii aevo nondum obtinuisse, non satis mihi persuasum est, quam ut contra Librorum auctoritatem ei τὸ *cambiare* abiudicem. Siculus Flaccus de Condit. Agr. *Emendo, vendendoque, aut cambiando, mutandove.*

TRIS] Ita hic quoque MSS. cum Edd. Vic. Iunt. Bene, Virgiliano more. V. ad Met. L. III. p. 179, a. In reliquis *treis.*

OEAE] MS. Lips. qui hic rursus incipit *Oee.* D'Orv. infra *Eam.* Edd. Iunt. Ald. Vulc. Wow. *Oceae.* ut et mox *Oceam.* ubi Bas. pr. *Oeaeam.* Vic. *Aeae. Eoam* urbem vocat Ptolemaeus, quod tamen mendum esse suspicatur Casaub. ad Spartiani Sever. cap. 18. Melius sane *Oeam* Plin. V, 4. et Pomp. Mela I, 7, 30. cf. Drakenb. ad Sil. It. III. vs. 257.

TUUS] Ignorat MS. Lips.

A TE SIBI] Pith. *a me.* Lips. *tibi.* Male. cf. Scip. Gent. Pro *obiecit* Pith. *abiecit.*

rat, me uno servo comite Oeam venisse. Quod quidem velim mihi respondeas, qui potuerim ex uno tris manumittere, nisi si et hoc magicum est? Tantamne
431. esse mentiendi, caecitatem dicam an consuetudinem? Venit Appuleius Oeam cum uno servo. dein, pauculis verbis intergarritis: Appuleius Oeae una die tris manumisit. Ne illud quidem credibile fuisset, cum tribus venisse, omnes liberasse: quod tamen si ita fecissem, cur potius tris servos inopiae signum putares, quam tris libertos opulentiae? Nescis profecto, nescis, Aemiliane, philosophum accusare, qui famulitii paucitatem opprobraris: quam ego gloriae causa ementiri debuissem; quippe qui scirem, non modo philosophos, quorum me sectatorem fero, verum etiam Imperatores populi Romani, paucitate servorum gloriatos. Itane tandem ne haec quidem legere patroni tui? M. Antonium consularem solos octo servos domi habuisse? Carbonem vero illum, qui rebus po-
432. titus est, uno minus? At enim Manio Curio, tot adoreis longe inclito, quippe qui ter triumphum una porta egerit: ei igitur Manio Curio duos solos in castris

Quod quidem] Pith. *quicquid*. Male. *Quod quidem*, non, ut alibi apud nostrum, valet quandoquidem, sed eleganter inservit orationi ligandae, ut *quod si*, *quod utinam*, et sim.

Tris] Sic, ut et infra, iterum MSS. et Edd. eaedem ac supra.

Nisi et hoc] Flor. *nisi si et hoc*. Elmenh. Accedunt Lips. Pith. et alius vet. cod. ni fallor, Fux. Recte. ut saepe. Vide Oudend. ad Caesar. I. de B. G. 31. ibique cit. N. Heins. ad Ovid. Her. Epist. IV. vs. 111. In Catal. Burm. L. III. Ep. 242. *Hunc ignem Veneris*, nisi si *Venus ipsa Nulla est, quae possit vis alia opprimere.*

An consuetudinem] MS. D'Orv. *aut*. Male. Iungenda *caecitatem dicam an consuetudinem?* Met. I. p. 31. *eumque propere vestio* dicam an *contego?* infra p. 592. *O grave veneficium* dicam an *ingratum beneficium? Tantamne esse* h. l. est infinitivus absolutus per admirationem, cui sic eleganter additur interrogandi particula *ne*, ut notum ex Terentio, et animadversionibus Dukeri ad Flor. I, 11. §. 9. Graev. ad Cic. Epp. ad Att. II, 6. aliorumque.

Appul. Oeam] D'Orv. *Epul. Eam*. Coll. Voss. *Oleam*. Pro *servo* Pith. *suo*, pro *dein pauculis verbis* D'Orv. *dictum pauculum*.

Intergarritis] MS. liber *interrogatis*. Colv. Non est nauci haec lectio, prae illa MSti *p. verbis interrogatis*. Dixit Appul. *interrogare* pro *interiicere*, qua forma usitatum *subrogare* pro *subiicere*, *substituere*. Sic nimirum egerunt cum optimis quibusque auctoribus pessimi illi scioli, librarios dico, interpolantes pro libitu, quidquid non intellectum satis, vel auribus istis asininis insolens. Meurs. Coll. Voss. Cod. Lips. quoque *interrogatis*, sed in alia eiusdem Cod. Collatione notatum id non video. Utut est, vulgata lectio non sollicitanda est. Flor. tacite edidit *intergannitis*. de qua variatione vid. ad Met. L. III. p. 210, b.

Fuisset] D'Orv. *fuisse — omnis*. In eod. deest mox *cur*.

Signum] Idem *dignum*, et post, *liberos*. Colv.

Nescis Aemil.] MSS. Lips. *nesci*, Pith. *Aemilianum*, D'Orv. mox caret *caussa*.

Me sectatorem f.] D'Orv. *insectatorem* deletis *me* et *fero*.

Imperatores] Coll. Voss. *in patres*. male. *Ne* post *tandem* exsulat in D'Orv.

Solos] V. D. e vet. cod. probat *solum*. male. In seqq. *duos* solos *calones — Tris servos* solos *ex urbe duxisse*. et amat hanc constructionem Appul. Met. L. V. p. 325. *verba tantum audiebat excidentia, et* solas *voces*. cf. de Phil. Mor. p. 600. et inprimis περὶ ἑρμ. p. 634, 640, 646, 647, 658, 659, 662. Ed. Flor. Ter. Phorm. III, 3, 24. *Quantum opus est tibi argenti? —* Solae *triginta minae*. et saepe.

Domi habuisse] Inverse MS. Lips.

At enim] Idem, *ac enim*. Colv. Male cf. de Deo Socr. p. hui. Ed. 130.

Manio Curio] Flor. *Marco Curio*. Elmenh. D'Orv. *Mauro Curio*. Bemb. *Manilio C.* ut et infra. *Marcus Curius* alibi in MSS. vocatur, ut apud Aur. Vict. de Vir. Ill. c. 33. ubi vid. Arntzen. et Bryan. ad Plutarch. in Cat. p. 329. ubi vocatur Μάρκιος Κούριος, sed e nominis variatione fluxit, quod ibi initio periodi in 2 Codd. legitur Ἦν Μανίου. cf. infra p. 435.

Adoreis] Vide Festum et Scaligerum. Brant. MS. Lips. *adoriis* solita variatione. cf. ad Met. III. p. 207, b.

Inclyto] Rom. Ven. *indito*. Bas. 1. *induto*. Colv. Coll. Voss. quoque *induto*.

Una porta] Quasi vero non omnes triumphi ea-

tris calones fuisse? Ita ille vir de Sabinis, deque Samnitibus, deque Pyrrho triumphator, pauciores servos habuit, quam triumphos. M. autem Cato nihil oppertus ut alii de se praedicarent, ipse in oratione sua scriptum reliquit, cum in Hispaniam consul proficisceretur, tris servos solos ex urbe duxisse. Quoniam ad villam publicam venerat, parum visum qui uteretur: iussisse duos pueros in foro

eadem porta agerentur. Iosephus Ἁλώσεως libro VII. πρὸς δὲ τὴν πύλην (triumphalem portam intellige) αὐτος ἀνεχώρει, τὴν ἀπὸ τοῦ πέμπεσθαι δι' αὐτῆς ἀεὶ τοὺς θριάμβους τῆς προσηγορίας αὐτῶν τετυχυίας. Sed respicit Appuleius ad situm populorum de quibus Curius triumphavit, Samnitum, Sabinorum, Lucanorum, qui omnes ab eodem Tiberis latere sunt siti. CASAUB. Non satis placet Casauboni explicatio, licet aliam, quam suppeditem, non habeam: neque tamen in tanta MStorum et editionum constantia coniecturis indulgendum censeo. Possis alias divinare *Imperator*.

EGERIT] Excepta Iunt. post. Edd. ante Colv. habebant *egit*, qui e Cod. Lips. cum reliquis rescripsit *egerit*.

EI IGITUR] Et hoc editum iam in Iunt. post. In reliquis ante Colv. *et igitur*. MS. Lips. *ei ergo*

CALONES] MS. D'Orv. *colonos*. male. Pro *ita* Ed. Vic. *at*. — et mox *Samnibus*. Pro *Sabinis* MS. D'Orv. *savinis*.

OPPERTUS] Rom. Ven. Ald. *optuit*. MS. *opatus*. COLV. Codd. Rom. Ven. Ald. *nihil opertuit*. Facile est inde veram lectionem eruere: *nihil operivit*. Veteres *operio* et *operior* indifferenter protulerunt, ut plurima alia ad illam faciem. MEURS. MS. D'Orv. *oportet*. Nihil mutandum.

IPSE IN ORATIONE SCRIPTUM REL.] Ex hac oratione M. Catonis fragmentum etiam exstare apud Festum viri docti censent, ubi sic legunt: *Navitas secundum incorruptum consuetudinem dictos, quos nunc nos nautas dicimus testis est Cato in ea quam scripsit, cum in Hispaniam proficisceretur, cum ait: Navitae quod secum portaverant vinum atque oleum, usus tantum eo sum*. COLV. cf. Scip. Gent. comm. Male *sua* exsulat ab Edd. ante Elmenh. qui primus dedit e MS. Florent. addicentibus ceteris. Pro *oratione* MS. D'Orv. *operatione*. Pith. *opone*.

HISPANIAM] MSS. Pith. Lips. D'Orv. *Hispania*. D'Orv. *proficisceret*.

QUONIAM AD VILLAM PUBL.] Continentiae exemplum hoc ipse de se memoriae prodidit M. Cato. de cetero ne omittas emendare, *quom iam ad villam publ venerat*. istic enim duos insuper pueros sibi emendos Cato curavit, et illos quinque in Hispaniam duxit. STEWECH. Legebatur *quoniam* male, pro *quom iam*. Exierat Cato cum tribus servis: sed cum ad villam publicam quae in campo Martio erat, pervenisset, subiit animum cogitatio, non posse tam paucos servos sufficere provinciam administranti: misit ergo in urbem, qui duos emeret. sic quinque habuit: quot et Plutarchus ait. Haec vera mens istius loci. CASAUB. Fulvius *quom ad v*. SCIOPP. *Symb*. Andreas Schottus Observ. L. V. c. 11. ELMENH. *quom iam* Stewech. laudatque Casaubon. nihil minus. *Quoniam* significat non solum id quod *quia*, sed etiam id quod *postquam*, teste Festo. BRANT. Male heic si unquam, eximius castigator, qui quum in principibus editt. legeretur *quoniam*, exturbavit e contextu suo adeo antiquam ac probam notionem. Eiusdem culpae affinis etiam Schottus Observ. Human. V, 2. *Quoniam* valet *postquam*, ut saepissime apud Plautum. Gellius VII, 5. (ut in antiquis quidem, et melioris notae Codd.) *Polus unice amatum filium morte amisit, eum luctum quoniam satis est visus eluxisse, redit ad quaestum artis*. vide Festum. PRIC. Pricaeus retinendum censet τὸ *quoniam*, merito. Paulus Festo coniunctus: Quoniam *significat non solum id, quod* quia, *sed etiam id, quod* postquam, *hac de causa quod Graecum ἐπεὶ utriusque significationem obtinet*. FLORID. *Quoniam* pro postquam Plautinum est, vid. Parei Lex. Plaut. quod an apud alium scriptorem inveniatur, nescio. nam in Gellii loco a Pricaeo cit. legitur *quum* non *quoniam*, cuius lectionis ibi ne verbo quidem mentionem factam video. Ceterum in MS. D'Orv. hic legitur *quum*, Lips. adscripsit *quom iam*, G. Voss. *quum iam*, ut edidere Casaub. Scip. Gent. Pric. reliqui *quoniam*, quod contra plerorumque MStorum auctoritatem non mutavi, quia auctor noster saepius Πλαυτίζει. Et sane *quoniam* comp. ex *quom iam* et tempus et caussam notasse non mirum est, quandoquidem idem obtinet in simplici *quom*.

VISUM] MS. D'Orv. *iussum*.

QUI] Schottus l. c. *quo*. Est etiam qui legat *queis*. Sed *qui* utrumque valet et *quo* et *queis*; ut *quicum* pro *quocum* ponitur, et pro *quibuscum* ut Plaut. Capt. V, 4, 6.

UTERETUR IUSSISSE] Vetus liber, *videtur vidisse*. COLV. Coll. Voss. *videretur iusisse*.

foro de mensa emi: eos quinque in Hispaniam duxisse. Haec Pudens si legisset, ut mea opinio est, aut omnino huic maledicto supersedisset, aut in tribus
433 servis multitudinem comitum philosophi, quam paucitatem, reprehendere maluisset. Idem mihi etiam paupertatem opprobravit, acceptum philosopho crimen, et ultro profitendum. Enim paupertas olim philosophiae vernacula est, frugi, sobria, parvo potens, aemula laudis, adversum divitias possessa, habitu secura, cul-

De mensa] Sic Florent. 2. vulgo *de tribus emi.* Elmenh. id est, pecunia mutuo sumpta seu nominibus factis apud argentarios. De mensa sumere, numerare, et de domo vel ex arca, diversa sunt. *l. lecta* ff. *de reb. cred.* Nec tamen superflue Cato, vel Appuleius, *in foro de mensa emi.* Sic Plutarchus, περὶ δυσωπίας· Ὁ δὲ Περσαῖος ἀργύριόν τινι τῶν γνωρίμων δανείζων, δι' ἀγορᾶς καὶ τραπέζης ἐποιεῖτο τὸ συμβόλαιον. Scip. Gent. Miles. 8. *collatitia stipe de mensa paratus.* nec aliud *mensa ista* quam πρατὴρ λίθος. Cicero in Pison. *Duos de lapide emptos.* Pollux L. VII. Ἐφ' ὃ δὲ βαίνοντες οἱ δοῦλοι πιπράσκονται, τοῦτο τράπεζαν Ἀριστοφάνης καλεῖ. Pric. Loco Pollucis L. VII. auctoritate Aristophanis evidenter probatur per *mensam* intelligendam esse *catastam*, seu *lapidem*, in quo venales servi prostabant. Male ergo Gentilis *de mensa* hic exponit *pecunia mutuo sumpta*, *seu nominibus factis apud argentarios.* Repugnat locus cit. nostri Appuleii Miles. 8. si enim *collatitia stipe paratus* erat servus ille, quomodo *pecunia ab argentario sumpta?* Florid. Non vulgo, ut ait Elm. sed in sola Ed. Vulc. sec. est *tribus.* Vulc. adlevit *depenso.* Perperam. V. ad Met. L. VIII. p. 578, a. Coll. Voss. *in foco demsa.*

Hispaniam] MS. D'Orv. *Spaniam.* cf. ad Flor. N. 15. p. 53, b. Statim pro *haec* Ed. Vic. *hic.*

Huic] Deest Lips. in quo *supersedisse.*

Idem] D'Orv. *item.* male. Sexcenties *idem* vim habet τῶν *item hic*, *item ille* et sim. Proprium hoc in primis est Corn. Nepoti. In eod. Cod. male statim *approbavit.* Pro *ultro* Coll. Voss. *iatro.*

Enim] Rursus hoc nostro auctori restituendum fuit e MSS. Vulgo *Enimvero.* V. Ind

Aemula laudis] Placet Lipsio *aemula lautis*, *adversum divitias possessu*, *hab. sec* Colv. *aemula laudis* i. e. quae divites laude aemulari atque adeo in laude vivere studet. Amm. Marc. XXIV. *Fabricii familiari re pauperes — gloria locupletes.* Scriv. marg. Ed. suae adscripsit *aemula Dis* i. e. quae Deos aemulatur, qui *nulla re ad usum sui indigent*, ut ait App. infra p. 439. ubi v. sed hic in orationis serie minus convenit. MS. Pith. *et aem. l.*

Adversum divitias possessa] An scribendum potius, *adversum divitiis professa*, vel *adversam:* hoc sensu, paupertatis professionem esse virtutem amare et sequi, contra quam soleant divites: quod et suadent quae sequuntur. Lipsii emendatio, *adversum divitias possessu*, etsi elegans et ingeniosa, propterea minus placet, quia sensum huius κώλου suspendit: cum videantur singula membra sensum absolvere debere. Casaub. Fulvii liber: *adversa divitiis.* Sed haec verba loco suo mota, ita restituenda: *Enimvero paupertas olim Philosophiae vernacula adversum divitias possessa est: frugi, sobria.* Wower. Lipsius legit *Aemula lautis*, *adversum divitias possessu h. s.* Casaubonus: *adversum divitiis professa* . . . . . adversam. Ego existimo legendum, *adversa divitiis possessa.* Iudicabit lector. Meurs. Casaub. *Adversum divitiis possessa*, hoc sensu; paupertatis professionem esse virtutem amare et sequi, contra quam solent divites. Meurs. *Adversa divitiis possessa.* Wower. locum refingit, adi notas eius. Pric. *Adversum divitiis professa*] Sic Casaubonus, quem sequor. In vulgatis est *adversum divitias possessa*, non video quo sensu. significat autem his verbis *adversum divitiis professa* paupertatem ferri in studia et professionem contrariam professioni studiisque divitiarum, puta paupertatem amplecti modestiam, frugalitatem, continentiam, ceterasque virtutes, cum contra opulentia in superbiam, luxum, libidines, atque omnia alia vitia propendeat. Florid. *Adversum divitias possessa* est lectio MStorum O. (praeter D'Orv. in quo non comparet *adversum*, et legitur *divitia*). et Edd. cunctarum, praeter Floridi, qui, sensum non intelligens, Casauboni emendationem edidit, et Elmenh. quam Bipontina hic sequitur, qui ordinem et lectionem admisit, ut proposuit Wow. Imo Burmannus quoque ad Phaedri IV, 6, 8. nullum his inesse sensum aiens, legendum monet: *adversa divitiis professa*, *hab. sec.* Equidem vulgatam lectionem veram puto, hoc autem voluisse auctorem. Quum proprie dives tantum possideat, pauper vero nihil possideat; imo paupertas sit ipsum illud, nihil possidere: tamen pauper philosophus, pro divitiarum possessione, suam habet quoque possessionem, longe illam excellentiorem, quae est ipsa paupertas, virtutum altrix, artium repertrix, neque fragilis et ca-

cultu simplex, consilio benesuada: neminem unquam superbia inflavit, neminem impotentia depravavit, neminem tyrannide efferavit: delicias ventris et inguinum neque vult ullas, neque potest. Quippe haec et alia flagitia, divitiarum alumni solent. Maxima quaeque scelera, si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem reperies: uti contra, haud temere inter illustres viros, di-

caduca, sed *habitu secura*, *cultu simplex* etc. Argutius forsan hoc non nemini videatur: non tamen ab ingenio auctoris et istius saeculi scriptorum abhorrent istiusmodi argutiae.

CULTU] Ed. Vic. *cultus*. Pro *benesuada* MS. D'Orv. *bonosuada*.

INPOTENTIA DEPRAVAVIT] Scriv. marg. adlevit: Al. *potentia damnavit*. perperam: sed est lectio Codicis, quem possedit Barthius (vide eum Advers. XV. 7.) complectentem varias sententias ex variis auctoribus excerptas, quas inter quoque hunc nostri de paupertate locum. Sed eius Codicis scriptor non ad verbum Appuleium descripsisse, sed eius modo sensum expressisse videtur. Habet enim: *Paupertas est thesaurus acceptus philosophis*, *est cibus sobriis*, *emula adulationis*. *Neminem unquam superbia inflavit*, *neminem potentia damnavit*, *neminem ad tyrannidem effrenavit*.

TYRANNIDE EFFERAVIT] MS. lib. *effeminavit*. COLV. Item Coll. Voss. An *effrenavit?* quod est in Cod. Barth. et frequens in hac re verbum. Noster de Phil. Mor. p. 613. Ed. Flor. *effrenatis cupiditatibus*. Arnob. L. II. p. 64. *per omnia libidinum genera* effrenatum *spargere immensae cupiditatis ardorem*. Sed bene se habet *efferavit*. cf. de Deo Socr. p. 670. Ed. Flor. et v. ad Met. L. VI. p. 403. Scriv. adscripsit *ad tyrannidem* e Cod. Barth. ut apud Liv. XXXIII, 29. Efferavit *ea caedes Thebanos Boeotosque omnes* ad *exsecrabile odium Romanorum*. Sed h. l. male. ut patet ex praecedentibus ablativis *superbia — impotentia*. MS. D'Orv. *offeravit*.

DELICIAS] Ed. Iunt. *delicia*. Pro *et ing. neque* MS. D'Orv. *nec ing. nec*.

NEQUE VULT ULLAS NEQUE POTEST] Suspicione ducor scribendum, *neque vult ullas*, *neque putat*. hoc est, *aestimat philosophus*. ad eum modum id verbi Terentio, Ciceroni, Plauto usitatum pueri scire possint ex Nonio. Appuleius hac eadem Apologia: *quod si haec exempla nihil putas*. Appul. III. Florid. *cupere nemo*, *si vere putet*, *potest*. Sallustio Iugurth. idem excidisse animadverti, in oratione Adherbalis: *Familia nostra cum populo Rom. bello Carthaginiensi amicitiam instituit*, *quo tempore magis fides eius*, *quam fortuna petenda erat*. legunt alii, nec male, *fortuna pendenda erat*. mihi tamen lubet quod diversis in membranis reperi, *petenda*, vel tantillum immutare, ac scribere, *fortuna putanda erat*. Cicero Attico: *Iampridem scito esse*, *cum unum te pluris*, *quam omnes illos putem*. L. XII. Epist. 21. idem: *ea a me minimi putabantur*. Lib. Famil. Ep. 20. Plaut. Amph. *nam mecum argumentis puta*. STEWECH. Bene quod ad sensum: sed non oper. Infra p. 556. *Latine neque vult*, *neque potest*. Cod. Barth. *neque Veneris potest*.

ALUMNI SUNT] Rom. Ven. Ald. Bas. 1. *alumni solent*. COLV. Edd. recentes habent *d. alumni sunt*. legebam, *alumna sunt*, haut dubie melius. Sed veram lectionem in Rom. Cod. reperi postea. CASAUB. Non recte faciunt, qui reprobant lectionem quatuor Codd. Rom. Ven. Ald. Bas. *alumni solent*. Est elliptica locutio, et elegans. MEURS. MS. cod. et Ed. Basil. pro *sunt* habent. *solent*. Et recte. Utitur ea voce Plautus aliquoties in eadem significatione. BRANT. Non bene Edd. Colv. et Vulc. pr. *alumni sunt*. Est qui margini adscripserit *alumnos olent*. *Alumni solent* scil. facere, perpetrare, per ellipticam locutionem: ut praecessit *neque vult ullas*, *neque potest* scil. consequi, vel sim. cf. Perizon. ad Sanct. Min. L. IV. c. 5. n. 11.

NULLUM IN ILLIS PAUPEREM REPPERIES] Margarita poëtica aliter haec citat: *Nullum in illis*; *in istis plurima repperies*. COLV. In MS. Pith. est quoque *in illis in istis paup*. Ne mutes tamen. Sed *scelera* intellige, sceleratos homines: quare bene sequitur *pauperem*, quod non tam ad verbum, quam ad intellectum refertur; cuius syntaxeos exempla vid. apud Intpp. ad Liv. IX, 12. citt. a Ruhnk. ad Ter. And. III, 5, 1. *ubi illic est* scelus, qui *me perdidit*.

UBI CONTRA HANC] MS. cod. *ut contra hanc*. Sententia loci totius non cohaeret: quam tamen necdum concinniorem efficere potuimus. COLV. *Ubi contra*, *haud t.*] Egregie emendavimus omnium librorum γραφὴν, *ubi contra hanc t.* nullo plane sensu. *ubi* est ὅπου Graecorum. CASAUB. Flor. *ut contra hanc t.* ELMENH. Non omnia sana heic praesto. forsan abundaverit quid. PRIC. MSS. O. et Edd. ante Casaub. *contra hanc temere int. ill. v. div. comp.* e quo bonum sensum elicere non possum. Vulc. e coniect. et Wow. Elm. Scriv. quos sequuntur Edd. Altenb. et Bip. ediderunt *ubi contra haec tem. inter ill. v. et div. comp.* sed tum, ni fallor. alio loco posuisset auctor *haec*; sane perspicuitas id flagitasset: neque placet vox *illustris* hoc sensu. Loquitur auctor de di-

di-

divites comparent; sed quemcunque in aliqua laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutricata est. Paupertas, inquam, prisca apud secula omnium civi-
434. tatum conditrix, omnium artium repertrix, omnium peccatorum inops, omnis gloriae munifica, cunctis laudibus apud omnes nationes perfuncta. Eadem enim est paupertas apud Graecos in Aristide iusta, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta. Eadem paupertas etiam populo Rom. imperium a primordio fundavit: proque eo in hodiernum Diis im-
435. mortalibus simpulo et catino fictili sacrificat. Quod si modo iudices de causa ista sederent C. Fabricius, Cn. Scipio, Manius Curius, quorum filiae ob pauper-

divitibus et *pauperibus*, non de iis qui illustri aut humili loco nati sunt: sed *illustres viri* quinam hic intelligendi sint, explicat auctor ipse, *quemcumque in aliquâ laude miramur.* Amplector itaque Casauboni emendationem cum Salm. in marg. Grutero in Suspic. Ined. L. XX. c. 14. Putschio et Iungerm. in Epp. Gudianis pag 363, quam expressere Scip. Gent. Pric. Flor. Insuper tamen pro *ubi* e MSS. Lips. et duobus Florent. lego *ut*, seu potius *uti.* i. e. quemadmodum. *Haud temere* pro quo Groslot. malebat *haec ferme*, i. e. non facile, ut saepe. Quinctil. I. O. I, 3. *Illud ingeniorum velut praecox genus*, non temere *unquam pervenit ad frugem.*

SED QUEMCUNQUE] Margar. Poët. *si quemcunque.* COLV. MS. D'Orv. *s. quem tum.* Ed. Vic. *quaecunque.* MS. Pith. *incinabulis.*

PAUPERTAS] Vide quae dixi ad Arnob. L. II. fol. 45. ELMENH.

PRISCA APUD SECULA] Terent. Eunucho: *aput sec'um prius.* BRANT. MS. D'Orv. *praesta ap. sec.*

OMNIUM PECCATORUM INOPS] Vere Galenus in libello, quod optimus medicus etiam philosophus, fol. 9. οὐ γὰρ δὴ δέος γε μὴ χρημάτων καταφρονῶν καὶ τὴν σωφροσύνην ἀσκῶν, ἄτοπόν τι πράξῃ. πάντα γὰρ ἃ τολμῶσιν ἀδίκως ἄνθρωποι, φιλοχρηματίας ἀναπεισθείσης, ἢ γοητευούσης ἡδονῆς, πράττουσιν. ELMENH. Barth. Cod. *omn. periturorum in.*

EADEM ENIM EST] MSS. Lips. Pith. *ead. est en.* In Ed. Vic. deest *est.*

PHOCIONE — EPAMINONDA STRENUA] Barth. Cod. *Farrone — Epimenide serena.* Aristidem, Phocionem, Epaminondam, Socratem iungit quoque Aelian. V. H. II, 43. cum aliis, qui inter Graecos nobiles in paupertate vixerunt. cf. ibid. XI, 9.

HOMERO] Ei unicum modo fuisse servum tradit Seneca Consol. ad Helv. 12. licet Scindapsus Homeri servus memoretur Ptolemaeo Chenno ap. Photium p. 489 Ed. Schotti. et alius Bycco nomine Tzetzae XIII. Chil. v. 643. quae duo loca habeo ex indicio Harlesii ad Fabr. B. Gr. L. II. c. 1. §. 8. et fame eum periisse Sotades apud Stobaeum Serm. 96. cf. Libri de Vita Homeri, Herodoto adscripti, cap. 9, 11 et passim.

FUNDAVIT] MS. D'Orv. *fondavit.*

PROQUE EO IN HODIERNUM D.] Sic Plinius N. H. L. XXXV. c. 12. *In sacris quidem, etiam inter has opes, hodie non murrhinis crystallinisve, sed fictilibus prolibatur simpuviis.* Dionysius Halic. Καὶ σπονδὰς εἶδον ἐγκεκραμμένας οὐκ ἐν ἀργυροῖς καὶ χρυσοῖς ἄγγεσιν, ἀλλ' ἐν ὀστρακίναις. COLV. MS. Pith. *pro qua ego in hodiernis.*

SIMPULO] In altero MS. est *simpuvio.* vide Lips. Antiq. Lect. L. IV. c. 3. ELMENH. De simpulo, sive, ut alii malunt, simpuvio, accurate, ut erat rerum literarumque veterum apprime doctus, Phil. Rubenius, meus, utinam non olim, affinis et collega, L. II. Elect. c. 8. ille inquam, quem, dum vixit, inter prima Belgii ingenia merito censuit Iustus Lipsius, omni semper cum honore mihi nominandus BRANT. Scriv. edidit *sympuvio* ex altero Floren. Apud Plin. contra XXXV, 12. pro vulgato *simpuviis* est qui legat *simpulis.* *Simpuvium* habent etiam MSS. Prudentii περὶ στεφ. vs. 515. ubi Salm. malebat *Simpulum.* cf. ibi Heins. Nempe utrumque dixerunt vett. *simpulum* et *simpuvium.* v. Stewech. et Elmenh. ad Arnob. L. IV. p. 148. Differre quidem putat Havercamp. ad Tertull. Apolog. c. 13. ita, ut *simpuvium* ex ligno, *simpulum* fictile fuerit; sed vide Salmas. ad Solin. p. 583.

IUDICES DE CAUSSA ISTA SED.] Plautus Mostell. *Sine medum istuc iudicare, surge: ego istic assedero.* Themistius Sophista: ὡς δικαστάς μοι καθεδουμένους ὑπὲρ ὧν αἰτίαν ἔχω παρανομεῖν. COLV. vide adnotata ad Minutium p. 6. ELMENH. add. Scip. Gent. et Pric.

C. FABRICIUS] Praenomine caret MS. Lips.

MANIUS] MS. Lip. *Marcus.* COLV. De his eadem haec Seneca consol. ad Helviam matrem cap. 12. quem operae erit videre, et quae ad eum notabat Iustus Lipsius accurate, ut omnia, et erudite. BRANT. MS. D'Orv. *Maurius.* v. supra p. hui. Ed. 430. ubi adde, a Plutarcho in Pyrrho p. 467. vocari quoque Μάνιον. Pro *ierunt* MS. Lips. *erunt.*

AGRIP-

pertatem de publico dotibus donatae ad maritos ierunt, portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam: si Publicola regum exactor, et Agrippa populi reconciliator, quorum funus ob tenues opes a populo Romano collatis sextantibus adornatum est; si Attilius Regulus, cuius agellus ob similem penuriam publica pecunia cultus est; si denique omnes illae veteres prosapiae Consulares et Censoriae et triumphales, brevi usura lucis ad iudicium istud remissae, audirent: auderesne paupertatem philosopho exprobrare apud tot Consules pauperes? An tibi Claudius Maximus idoneus auditor videtur ad irridendam paupertatem, quod ipse uberem et prolixam rem familiarem sortitus est? Erras, Aemiliane, et longe huius animi frustra es, si eum ex fortunae indulgentia, non ex philosophiae censura metiris: si virum tam austerae sectae, tamque diutinae militiae, non putas amiciorem esse coercitae mediocritati, quam delicatae opulentiae: fortunam, velut tunicam, magis concinnam, quam longam probare. 436.
Quippe etiam ea si non gestetur, et trahatur, nihilo minus quam lacinia praependens impedit, et praecipitat. Etenim in omnibus ad vitae munia utendis, quidquid aptam moderationem supergreditur, oneri potius quam usui exuberat. Igi-

AGRIPPA POP. RECONC.] Liv. L. II. Cic. III. Offic. ELMENH. D'Orv. *reconsiliator.*

SEXTANTIBUS] MS. D'Orv. Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *extantibus.*

ATTILIUS — AGELLUS] MS. Pith. *Acilius — angli.*

ILLAE VET. PROS. — AUDIRENT] MS. Lips. *illi.* — Coll. Voss. *audiret.* Pro *auderesne* MS. Lips. *audireune.* Pith. *audeme.*

AN TIBI CLAUDIUS] Idem *Antyclaudius.* COLV.

AUDITOR] Excidit Ed. Floridi. Pro *irridendam* MS. Pith. *initandam.*

FRUSTRA ES] MS. Lips. *es frustra.* ut et mox *si ex fort. eum.*

CENSURA] Legerim (extrita syllaba) *censu.* PRIC. male. v. supra ad pag. 421.

AUSTERAE S. TAMQUE D.] MS. Pith. *auster s. tamquam d.*

DIUTINAE MILITIAE] *Cum omnem apparatum castrensis disciplina submoveat.* Seneca loco proxime cit. BRANT.

AMICITIOREM] MS. lib. *amitiorem.* Sed nihil muto. Sic Pudicitius, supra hac ipsa Apol. COLV. Symmachus L. IV. Epist. 7. *Te vero famae eius amicitiorem.* Antiqua ἐπένθεσις. supra Noster: *Tanto pudicitius compositi.* PRIC. *Amicitiorem* habent MSS. bene multi, et hic, et apud Sallus. Iug. c. 10. prorsus damnante Cortio. Sic supra p. 419. vidimus *pudicitius* corrupte legi in multis MSS. Revocavi itaque lectionem MSS. Lips. et Pith. expressam iam in Ed. Iunt. post. *amiciorem* quomodo etiam apud Symmachum l. c. legitur in Ed. Iureti.

FORTUNAM — CONCINNAM] D'Orv. *fortuna — continuam.*

ETIAM EA SI NON GESTETUR ET TRAHATUR N. M. QUAM] Lego *E. e. s. n. g. sed trah. n. m. quasi.* ELMENH. Melius Elmenh. *sed trah.* *Trahi* signate extulit. Varro Modio: *Pallia trahentes.* Vide Casaub. ad Theophrast. περὶ ἀγροικ. PRIC. Salm. et alii V. D. in marg. *et si ea.* Caussam idoneam non video, licet *et*, non *etiam*, sit in MS. Lips. Iidem VV. DD. cum Lipsio Elmenh. et Lat. Latinio *sed trah.* quomodo legendum censebat etiam Wyttenbachius V. Cel. Et hoc eodem redit: quare nil muto. In Pith. est *gestatur et trahitur.*

NIHILO MINUS QUAM LAC. PRAEP.] Forsitan rectius *n. m. quasi lac. propendens.* COLV. MS. D'Orv. cum Ed. Iunt. post. *nihil m. q.* Illud *quam* non mutandum putavi, licet Lips. adleverit quoque *quasi.* Dein Edd. ante Iunt. post. *perpendens.* An *perpendere*, pro, penitus pendere, humi pendere? ex vi praepositionis *per.* MS. D'Orv. simpliciter *pendens.* et Scriv. in sua Ed. calamo expunxit *prae.* Male: lacinia enim quae pone pedes humi pendet, non impedit et praecipitat, sed quae *praependit.* Melius Colv. et Lat. Latin. *propendens.* Noster Flor. N. 15. *crines remulsis antiis et promulsis caproniis anteventuli et propenduli.* Sed utrumque aeque bonum: quare standum a MSS.

ETENIM OMNIBUS] Scriptus Codex *Et cum omnibus.* COLV. Scribendum *etenim in omnibus.* CASAUB. Ad perspicuitatem sane requiri videtur *in*, quod facile absorberi potuit posteriore syllaba τοῦ *etenim:* quare Casaubonum secuti sunt reliqui; licet in nullo MS. compareat.

SUPERGREDITUR] Flor. *supergreditur.* ELMENH. Accedunt D'Orv. Lips. Edd. Elm. Scriv. Flor. Beroald. cf. ad Met. L. X. p. 679, b.

EXUBERAT] Marg. poët. *exhibetur.* Gellius:

 Cui

Igitur et immodicae divitiae, velut ingentia et enormia gubernacula, facilius mergunt, quam regunt: quod habent irritam copiam, noxiam nimietatem. Quin ex ipsis opulentioribus eos potissimum video laudari, qui nullo strepitu, modico cultu, dissimulatis facultatibus agunt, et divitias magnas administrant sine ostentatione, sine superbia, specie mediocritatis pauperum similes. Quod si etiam ditibus ad argumentum modestiae quaeritur imago quaepiam et color paupertatis, cur eius pudeat tenuiores, qui eam non simulatam, sed vere fungimur? Possum equidem tibi et ipsius nominis controversiam facere: neminem nostrûm pauperem esse, qui supervacanea nolit, possit necessaria, quae natura oppido pauca sunt. Namque is plurimum habebit, qui minimum desiderabit. Habebit
437. enim quantum volet, qui volet minimum. Et idcirco divitiae non melius in fun-

Cui corpus in tam immodicum luxuriasset, exuberassetque. COLV. v. c. *usui exhibetur.* SCIOPP. *in Symb.* Fulviano Cod. addicit Pith. MS. D'Orv. *exuperat* i. e. exsuperat. non male. sed pag. praec. *uberem rem familiarem.* et infra p. 439.

IGITUR ET] Vet. *igitur etiam.* COLV.

MERGUNT] An *devergunt?* In de Deo Socrat. *Devergunt pondere.* at nil muto. Lucret. L. V. *Nunc rerum copia mersat.* PRIC. Quemadmodum gubernacula enormia, non devergunt i. e. merguntur, ipsa, sed mergunt naves facilius, quam eas regunt: ita divitiae immodicae mergunt i. e. perdunt homines. MS. D'Orv. *quam regant.*

QUOD HABENT IRRITAM COP.] *ἄπρακτον περιουσίαν*, quae in rerum actu magis impediat, quam adiuvet. CASAUB. Adde *σφαλερὰν περισσότητα.* VULC. Pro *habent* D'Orv. *hunc*, in quo mox deest *ex.* Pro *eos* Pith. *ea.*

QUI NULLO STREPITU] Seneca Tragicus Thyeste: *Sic cum transierint mei Nullo cum strepitu dies Plebeius moriar senex.* BRANT.

SINE OSTENT. SINE] MS. D'Orv. *sive ost. sive.* Ed. Vic. *obstent.*

DITIBUS] MS. Lips. *divitibus.* utrumque est apud nostrum, sed ubivis variant MSS. Pro *quod* Pith. *q̄.* Ed. Vic. *qua.*

TENUIORES] Vulg. *tenuioris.* COLV. item MSS. Lips. Pith. i. e. *tenuioreis* vel *tenuiores.*

QUI EA] Ita MSS. Pith. Lips. Salm. in marg. Edd. vett. item Pric. et Scriv. Bene. In reliquis est *quod. Tenuiores* scil. nos. *qui — fungimur.* MSS. Pith. et Bemb. *eam*, ut edidit Scriv. Bene. vid. ad Met. L. III p 196, a.

NON SIMULATA] Marg. poët. *simulate.* COLV. Leg. *non simulato, sed vere.* Alias et *vera*, non *vere* scripsisset. ACIDAL. Non perpetuum hoc est, nam adiectiva et adverbia sic saepe iunguntur. V. Cort. ad Sallust. Iug. 5. *Cuius in Africa* magnum *atque* late *imperium valuit.* Restituimus etiam Plauti Capt. V, 2, 7. Recte et vera *loquere* ubi vid. Aur. Vict. de Vir. Ill. c. 69. Iterum et tertium *consulem se ipse fecit.* Quare hic quoque exquisitiorem MSti Pith. lectionem *simulatam* amplector. MSS. D'Orv. et Bemb. tamen *simulate*, ut edidit Scriv. Reliqui *simulata.* Scriptum fuerat de more *q. eā non simulatā* etc. MS. D'Orv. *fungitur.*

EQUIDEM] Ita MSS. Pith. Lips. D'Orv. cum Salm. in marg. quod expressum quoque in Ed. Iunt. post. Bene. Vulgo *quidem.*

POSCIT NECESSARIA] Inepta et contra auctoris mentem scriptio. Lege *possit nec.* Sequitur statim, *non ultra volentes, quam poterant.* et non longe ante, *delicias ventris, neque vult ullas neque potest.* quem locum male sunt quidam arbitrati emendationis egere. CASAUB. *Poscit necess.*] Sic Florent. Casaub. *possit nec.* ELMENH. Casaub. *possit.* Supra, *neque vult ullas neque potest.* Infra, *non ultra volentes quam poterant.* PRIC. Salm. quoque *possit* cum Edd. Vic. Vulc. sec. tert. et Wow. Verum Elm. et hinc Flor. tacite ediderunt *possideat.* Non tam inepta est vulgaris MStorum et Edd. ante Casaubon. itemque Pric. et Scriv. lectio, *poscit:* nemo pauper est, qui, non cupiens supervacanea, *poscit* tantum necessaria. Hinc subiicit auctor: *namque is plurimum habebit, qui minimum* desiderabit. Observatum autem Appuleio in toto hoc de recta divitiarum aestimatione loco, Ciceronis Paradoxon in Crassum, ubi inter alia: *Quem intelligimus divitem? aut, hoc verbum, in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit: qui nihil quaerat, nihil appetat, nihil optet amplius.* hoc est quod App. dicit qui *supervacanea nolit, poscit nec.:* verum tum scribere debuerat *poscat.* Quare Casauboni emendationem sequor, in primis, quia hunc locum respexit auctor infra: *At contra hi philosophi, non ultra volentes quam poterant.* De sententia autem cf. Auson. Epigr. 134. et Epic. in patr. vs. 23. ibique Toll.

VOLET MINIMUM] Edd. ante Iunt. post. perpe-

fundis et in foenore, quam in ipso hominis aestimantur animo. qui si est avaritia egenus, et ad omne lucrum inexplebilis; nec montibus auri satiabitur, sed semper aliquid, ante parta ut augeat, mendicabit. Quae quidem vera confessio est paupertatis. Omnis enim cupido acquirendi ex opinione inopiae venit. Nec refert, quam magnum sit, quod tibi minus est. Non habuit tantam rem familiarem Philus, quantam Laelius: nec Laelius, quantam Scipio: nec Scipio, quantam Crassus dives: at enim nec Crassus dives, quantam volebat. Ita cum omnis superaret, a suamet avaritia superatus est: omnibusque potius dives visus est, quam sibi. At contra hi philosophi, quos commemoravi, non ultra volentes quam poterant, sed congruentibus desideriis et facultatibus, iure meritoque 438.
dites et beati fuerunt. Pauper enim fis appetendi egestate, dives non egendi satietate: quippini, inopia desiderio, opulentia fastidio cernuntur. Igitur, Aemiliane, si pauperem me haberi vis, prius avarum esse doceas necesse est. Quod si

peram *nolet*. Cuncta haec *habebit enim — minimum* non exstant in MS. D'Orv. Effictum autem esse hunc locum ex Senecae Epist. 108. *Quod vult habet, qui velle, quod satis est, potest*, monet Lindenbrog. ad Censorin. de Die Nat. cap. 1. ubi vide alia, in eandem sententiam.

IN FUNDIS ET IN FOENORE] Inverse MSS. Pith. Lips. D'Orv. *in foenore et in fundis*. Quo ordine hic editum est, dixit Horat. I. Sat. 2. vs. 25. *Dives agris, dives positis in foenore nummis.* item Petron. c. 116 *trecenties sestertium fundis, nominibusque d positum.*

EGENUS] Pith. *genus*. Mox pro *aliquid* D'Orv. *aliud*.

ANTE PARTA] Sic Plaut. Trucul. A. I. Sc. 1. *Unde ante parta demus post partoribus.*

UT] Sic MSS. et Edd. Elm. et seqq. Reliquae *uti*.

REFERT] Pith. *referre*.

TANTAM REM FAMILIA PHILUS] Lego, *rem familiarem*, cum Bas. Ed. Et si quis pro *Philus*, *philosophus*, facile illi adsentio. Nam et hic ipse locus eam lectionem requirere videtur. BRANT. Operarum vitio nempe in Ed. Colv. legitur *familia*.

PHILUS] De hoc Philo nihil usquam se reperire ait Floridus. Non igitur legerat V. D. Ciceronis Laelium? ubi plus semel mentio Phili, amici Scipionis Africani. cf. cap. 4, 7, et 19. ubi: *Nunquam se ille* (Scipio) Philo, *nunquam Rupilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicis.* id. ad Att. IV, 16. *Hanc ego de republ. quam institui disputationem, in Africani personam, et* Phili, *et Laelii et Manilii contuli.* cf. Ernesti in Ind. Cic. Hist. v. *L. Furius Philus*. Amicus quoque fuit Terentii, si quidem, ut videtur, hic est ille *Furius*, quem, cum Africano et Laelio, familiarem Terentio fuisse tradit Portius apud auct. libelli de Vita Terentii, Suetonio adscripti. Miror, etiam Scriver. margini adlevisse h. l. *philosophus*.

QUANTAM VOLEBAT] Edd. Colv. Vulc. Wow. *quantum*. MS. Pith. *quantas*.

OMNIS] Sic MSS. et Ed. Iunt. post.

HI PHILOSOPHI] Salm. et alius V. D. eiiciendum putant τὸ *philosophi*: credo, quia nullos, praeter Socratem, commemoravit philosophos, proprie sic dictos. Sed philosophos latiori sensu dixit illa priscae frugalitatis exempla, supra memorata; ut recte interpretatur Florid. Melius eiiceretur *hi* cum MS. D'Orv.

COMMEMORAVI] Pith. *incommemoravi*. Lips. ignorat mox *ultra*. Pro *fuerunt* Pith. *fuerint*.

PAUPER ENIM SIS APP. EG.] Alii *p. e. fis a. e.* Augustin. Serm. 206. *Avaritia est esse velle divitem, non esse divitem.* Manilius Lib. IV. *Pauperior bonis quisque est, quo plura requirit.* Ausonius: *Quis dives? qui nil cupiat. quis pauper? avarus.* Vide notas ad Minutium Felicem et Agellium L. IX. cap. 8. ELMENH. Imo Edd. O. et ipsius Elmenh. *fis*. sed MSS. Florent. *sis* Pith. *sies appẽdenti*. Pro *non egendi* D'Orv. *vero egendi*.

QUIPPE QUI INOPIA, DESIDERIO, OP.] Scribi debuit, *quippe quia inopia desiderio, opulentia fastidio cernuntur.* CASAUB. L. *quippe* vel *quippini? Cernuntur* valet *censentur*, seu *aestimantur*. ut Lib. de Deo Socr. *Fac intelligas non modo loci disclusione, verum etiam naturae dignitate, quae et ipse neque uno, neque gemino modo, sed pluribus cernitur.* Etiam τὸ *qui* poteris retinere, quod comice abundat. ACIDAL. Sine sensu olim vulgabatur *quippe qui inopia, desiderio, opulentia, fastidio cernuntur.* Locum, quod ad sensum, praeclare emendavit Casaub. quem reliqui secuti sunt. Recte quoque Vulc. in marg. *quippe quod* etc. Sed unice vera est

Aci-

si nihil in animo deest, de rebus extrariis quantum desit non laboro: quarum neque laus in copia, neque culpa in penuria consistit. Sed finge, haec aliter esse; ac me ideo pauperem, quia mihi fortuna divitias invidit. easque, ut ferme evenit, aut tutor imminuit, aut inimicus eripuit, aut pater non reliquit: hoccine homini opprobrari, quod nulli ex animalibus vitio datur, non aquilae, non tauro, non leoni? Equus si virtutibus suis polleat, ut si aequabilis vector, et cursor pernix; nemo ei penuriam pabuli exprobrat: tu mihi vitio dabis, non facti vel dicti alicuius pravitatem, sed quod vivo gracili Lare, quod pauciores habeo, parcius pasco, levius vestio, minus obsono? Atqui ego contra, quantu-

Acidalii coniectura *quippini*, quae particula saepius in nostro auctore corrupta, plus semel ab Oudend. ei restituta est, quod et nos h. l. sine haesitatione fecimus. Adi Ind. Not.

HABERE] Sic vulgo. Sed melius MS. Lips. et Salm. in marg. *haberi*, scil. ab aliis, ut patet è seq. *doceas*.

IN AN. DEEST] Pith. *desit*. et mox *quam* pro *quantum*.

EXTRANEIS] Flor. 2. *extrariis*. Vide Indicem. ELMENH. Accedunt MSS. Lips. D'Orv. cum Ed. Iunt. post. v. Ind.

HAEC ALITER ESSE] Sic MS. cod. et Ven. Ald. Male, *aliter se*. COLV. Pith. *hoc*. D'Orv. non habet *esse*. Statim pro *invidit* Pith. *invido*.

IMMINUIT] Ita MSS. et Edd. exceptis Vic. et Casaub. ni fallor, e Rom. Ed. in quibus *minuit*. Infra p. 442. *crebris liberalitatibus modice* imminutum. De Philos. Mor. p. 615. *quae vel* imminui *possunt*, *vel fraudibus interire*.

HOCCINE OPPROBRARI PAUPERIEM] v. c. *exprobrari*. SCIOPP. *in Symb*. Eiice vocem *pauperiem*, quae ab interprete. Possis et *Hoccine? homini opprobari paup*. etc. Horat. *Magnum pauperies opprobrium iubet Quidvis et facere et p*. ACIDAL. alii *exprobrari*. ELMENH. *Pauperiem* a manu glossatoris puto. PRIC. FLORID. Excepto Fulv. Cod. consentiunt Libri in *opprobrari* sed D'Orv. *opprobari* Pith. *opprobrare*. Infra tamen *nemo ei pabulum exprobrat*. *Pauperiem* uncis inclusit Scriv. sed prorsus otiosum est, et ferri nequit; quare e textu eieci: nam si cum Acidalio *hoccine?* absolute dixisset auctor, scribendum foret non *quod nulli — datur*, sed *quae*.

EXPROBRAT] Vet. *exprobavit*. Scribe tu, *exprobrabit*. COLV. Elegantius mihi videtur praesens, quo melius sentiatur vis sequentis futuri *dabis:* licet ex Vet. Cod. fortasse Fux. a viro docto quoque notatum videam *exprobrabit*.

VIVO] D'Orv. *vino*.

GRACILI LARE] Capitol. Clod. Alb. cap. 4. *Natus* Lare modico, *patrimonio pertenui*, *parentibus sanctis*.

PAUCIORES HABEO] Aut valde huius animi frustra sum, aut scripsit auctor: *quod paucos servos habeo*. paulo ante: *Sed finge haec aliter se*, *ac me ideo pauperem*, *quia mihi fortuna divitias invidit*. Expedita mihi, atque adeo certissima ad emendationem semita, ex geminatione syllabae scribo, *aliter* SE, pro *aliter esse*. Virg. IV. Aeneid. *Quis me autem*, *fac velle*, *sinet*. Locutiones solennes linguae Romanae proceribus: *fac ita esse*. *fac aliter esse*. *finge illum posse*. *puta me dedisse*. *pone victum esse*. *da retineri posse* etc. de quibus nos in usum puerorum egimus in Lib. de Partic. STEWECH. Vel *pauciores res habeo* scribendum, vel *pauciora*. CASAUB. Alii libri *paucioris*. Fulv. *paucioris habito*. SCIOPP. *in Symb*. Puto deesse vocem *servos*. V. C. *paucioris*; unde Fulvius autem legit *paucioris habito:* nescio an satis Latine. SCIP. GENT. *ego servos habeo*] Fulv. *quod paucioris habito*. Casaub. *pauciora habeo*. Sed nil mutandum. ELMENH. Varia huius loci lectio est in excusis, nec minus variae Expositorum coniecturae sunt. Liberiores huiusmodi interpolationes mero ingenio nixas, utcunque a viris conspectissimae eruditionis profectas, nos tanti nunquam putabimus esse, ut in easdem discedere velimus, quum praesertim maiore compendio verum posse erui putamus. Ex fide boni hominis Isaaci Pontani praefert MS. Cod. *pauciores h*. qui non perceptus Archaismus videtur loco corrumpendo fuisse. *Habere* est *habitare*, ut apud Plautum et Comicos. Exempla pluscula apud Nonnium cap. 4. vide. Varro de L. L. IV. *Apud aedem Iunonis Lucinae*, *ubi aedituumus habere solet*. Sumptum est a veteribus Graecis, apud quos saepius ἔχειν pro οἰκοῦν legas: ut in illis — θεοὶ Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, Item — μακάρεσσι θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι. quae apud Homerum et Hesiodum quasi ex more occurrunt. Theocrit. Eidyll. 3. Νύμφαι Κασταλίδες Παρνάσιον αἶπος ἔχοισαι. Scholiast. αἱ οἰκῆσαι τὸ ὕψος τοῦ Παρνασοῦ. Et ne ita Poëtas tantum locutos putes, addam specimen e prorsa oratione. Marmor Cretense vetustissimum, nuper in Britanniam delatum, auspiciis Excellentissimi Herois, Thomae Arundeliae Comitis, solertia docti iuxta ac sagacis Pettaei: ΕΠΙ ΤΑΙ ΧΩΡΑΙΑΙ ΕΚΑΤΕΡΟΙ ΕΧΟΝ-

culacunque tibi haec videntur, multa etiam, et nimia arbitror, et cupio ad pauciora me coërcere: tanto beatior futurus, quanto collectior. Namque animi, ita ut corporis, sanitas expedita, imbecillitas laciniosa est: certumque signum 439 est infirmitatis, pluribus indigere. Prorsus ad vivendum, velut ad natandum, is melior, qui onere liberior. Sunt enim similiter etiam in ista vitae humanae tempestate levia sustentatui, gravia demersui. Equidem didici, ea re praecedere ma-

ΕΧΟΝΤΕΣ ΚΑΙ ΚΡΑΤΟΝΤΕΣ. At praestat totum adscribere, cum quia nondum est editum, partemque exhibet foederis antiquissimi, voces etiam nonnullas hactenus inauditas: tum ut videant, qui his literis cupiunt, quam constanter hoc in stadio pergunt, honorique Antiquitatis consulunt, auctoritate, splendore, opibus, Illustrissimus Comes noster; Petraeus cura, iudicio, ac labore. Pric. [Sequitur hic apud Pricaeum exemplum ipsius marmoris, primo litteris maiusculis, tum communiore charactere, ubi ex ingenio supplevit V. D. quae deerant: dein subiecit versionem Latinam, cum brevibus notulis, versionem illam spectantibus. Hunc totum locum autem, quia ad auctorem nostrum nihil omnino pertinet, rectius omittendum in hac Ed. putavimus.] *Quod pauciores habeo*] Supple *domesticos*, *famulos*, nec quidquam interpolandum. Quae sequuntur mire quadrant cum hoc intellectu: nec probo quae hic Pricaeus habet nimis intelligendo nihil intelligens. Florid. Nihilominis utrumque, et *ego* et *servos* in textu servavit Flor. cum Vulc. Ed. tert. et Elmenh. *Servos* exhibuit quoque Wow. Sed utramque vocem denuo eiecerunt Scip. Gent. ac Pric. et uncis inclusit Scriv. Comparent sane *ego* et *servos*, quorum hoc merum est additamentum Stewechii, in nulla Ed. vet. nec, quod sciam, MSto Cod. licet ex silentio Elmenh. et Lindenbrogii in Excerptis fere est ut colligam, in MSS. Florent. esse *ego servos*. Equidem non dubito, quin subintelligendum sit *servos:* quam vocem subaudiri ab auctore, obscurum esse non poterat hominibus Latine loquentibus quibus solemne erat verbo *pascere* uti, de dominis servorum. Spartian. in Hadr. cap. 11. de famulitio: *ne quid otiosum vel emeret aliquando*, *vel* pasceret. ubi vid. Casaub. Sic *ventres pascere* Petron. c. 57. vid. Pricaei notas p. hui. Ed. 161, a. ad illud: *Unicam* pascebat *ancillulam*. Quomodo τὸ *servus* aliquoties ἐλλείπει. cf. Sanct. Min. IV, 4. Eleganter Amm. Marc. XXVIII, 4. §. 9. de opulentis Romanis istius aevi, magno cum fastu, balneas intrantibus, et minaciter clamantibus: *ubi sunt nostrum?* Quod autem Salm. et Lips. in marg. itemque Pric. putant *paucioris habeo* legendum esse, pro *vilius habito*, id cum Gentile et Iungermanno in Epp. Gud. p. 363. vereor ut Latinum sit, licet *habeo* frequens sit hoc sensu: de viliore domo dixerat quoque iam, *vivo Gracili Lare*; neque est tum, quo referas *pasco* et *vestio*; nisi subintelligendum putes *me:* et sane, si *pasco* et *vestio* ad servos sit referendum, nimis ἀσυνδέτως tum sequi *minus obsono*, non est quod diffitear. In MSS. Lips. Pith. et Edd. ante Colv. est quidem *paucioris*, sed hoc nihil aliud est, quam frequens illa scripturae variatio in acc. plur. 3ae decl. per *is*, *eis* et *es*. MS. D'Orv. *abeo*.

Obsono] Aldus, *Obsonor*. Elmenh. Infra p. 452. *Quis enim ab illis* obsonare *audebit*. Met. L. I. extr. *si quid* obsonare *cupis*.

Atqui] MS. D'Orv. Ed. Vic. *atque*.

Ego contra] Absunt haec ab exemplari scripto. Colv.

Et nimia] Lib. vet. *etiam minima*.

Ad pauciora me] Sic MSS. tres. Vulgo *me ad pauc.*

Namque] Pith. *nam*.

Imbecillitas] Ed. Scriv. *imbellitas*. vox, quod sciam, nova.

Certumque] MS. Lips. *certum quod*. unde G. Voss. in marg. fecit *cert. quoque*.

Prorsus] V. D. in marg. *porro sicut*. Non placet: nam amat sic noster τὸ *prorsus*, initio periodi. Flor. N. 3. Prorsus *igitur ante Hyagnim nihil aliud plerique callebant*. N. 8. Prorsus *enim non eo inficias*. ibid. extr. Prorsus *omnes virtutes tuas ita effingit*. cf. et N. 15. de Deo Socr. p. 691. Prorsus *illius testimonio ferri sententiam*. Infra p. 550. Prorsus *ut vir bonus dicendi peritus*. p. 551. Prorsus *in qua — si Avitum audias*. Pro *vivendum* Pith. *vendum*.

In ista vita humana tempestates] Vet. edit. *vitae humanae temp.* Forte etiam bene legas: *In ista vitae humanae tempestate levia sust. grav. dem.* Colv. *in ista vitae hum. tempestate*] Quia propius aberat haec lectio a Romana, ideo eam probavi: nam alioquin sic potius legerim, *etiam in ista vita humana*, *ut in tempestate*. Casaub. *in ista vita*, *ut in tempestate* coniecit Fulvius. Idem mox: *Proinde gratum habui*, *cum ad contumeliam diceretis*. Sciopp. *in Symb.* *in ista vitae hum. tempestate*] Sic bene emendatum a Lipsio in marg. et Colvio, atque editum a Casaub. Gent. Pric. Flor. *Vitae* exstat in MSS.

maxime Deos hominibus, quod nulla re ad usum sui indigeant. Igitur ex nobis, cui quam minimis opus sit, eum esse Deo similiorem. Proinde gratum habui cum ad contumeliam diceretis, rem familiarem mihi peram et baculum fuisse. Quod utinam tantus animi forem, ut praeter eam supellectilem nihil quidquam requirerem, sed eundem ornatum digne gestarem, quem Crates ultro divitiis abiec-

MSS. Lips. Pith. *humanae* in Edd. O. ante Colv. *humane* in MSS. Lips. Pith. D'Orv. *tempestate* auctoritatem habet Codicis D'Orvill. Colv. edidit cum Vulc. Elm. Scriv. *in ista vita humana tempestates: levia* etc. atque ita cum Edd. vett. (nisi quod in his *humanae*) videtur esse in MSS. Florent. Casauboni coniecturam expressit Wow. deleto τῷ *humana*. Salm. et alius V. D. in marg. *sunt enim in ista vita similiter ut in tempestate*. quod nimis abit a vetere et scripta lectione.

SUSTENTATUI] MS. *sustenta*. Ald. *sustentam*. COLV. In MS. erat *sustenta*. In Ald. cod. *sustentam*. Indicium habeo ad veram lectionem, quae est: *levia sustentae, gravia d.* Appuleio *sustenta* verbulum est, sicut *contenta* Arnobio, *Remissa* Cypriano, *Deducta* Ciceroni, *Condita* Censorino. Vide Critici nostri Arnobiani L. IV. cap. 10. MEURS. Errat Colv. et ex eo Meurs. aientes in Ald. Ed. esse *sustentam*. Corrupte enim in ea legitur *sustentavi*. De Lips. Cod. suspecta mihi quoque est Colvii fides: nam eius Codicis Coll. Voss. et alia eiusdem MSti praebent *sustentui*, ut et MS. Pith. Non male: sed in vulgata lectione nil mutandum; nedum ut, Meursium secutus, novum verbum auctori obtrudas. Non absimile est quod Salm. in nostro auctore de Dogm. Plat. p. 255, b. hui. Ed. legi volebat *coniunctam*, pro, coniunctionem: sed ibi ex MSS.

PRAECEDERE] V. D. in marg. *praecellere*. sine caussa: licet *praecedere* hoc sensu apud nostrum alibi non occurrat; sed bis *praecellere*. Flor. N. 23. et de Dogm. Plat. II. p. 623. Ed. Flor. verum utroque loco, ut et apud alios plerumque, sine casu addito.

USUM] D'Orv. *versum*. Post τὸ *indigeant* in MS. Lips. rursus est lacuna usque ad verba *Charon nomen est* p. 443. Ed. Flor.

PROINDE GRATUM HABITUM AD CONTUMELIAM DICERETIS] Inest in verbis vulnus, vereor ut insanabile: tamen erit sententia non contemnenda, si legas, *Proinde gratum habui cum ad contumeliam diceretis*. Sed praeit ad aliam emendationem liber Rom. ubi *dicentis* (pro *dicenteis*, ut assolet) legitur, non *diceretis*. Fors fuat desunt aliquot voces: quas sine librorum ope velle comminisci, μαίνεσθαι μᾶλλον εἴη ἴσως, ἢ μαντεύεσθαι. CASAUB. Legebam *Graium*, ut habitum Graecorum philosophorum intelligat, qui cum pera et baculo ambulabant. Nisi tamen *gratum hab.* sic dixit, ut supra, *Acceptum philosopho crimen et ultro profitendum*. ubi itidem de paupertate loquitur. ACIDAL. Insanabile vulnus in his verbis inesse, doct. Casaub. putabat, coniicitque deesse aliquot voces, quas sine librorum ope velle meminisse, μαίνεσθαι μᾶλλον εἴη ἴσως, inquit, ἢ μαντεύεσθαι. Quae verba summi viri ideo refero, ut Acidalii εὐστοχίαν impensius laudes: Is enim sic legendum putabat: *proinde Graium habitum ad contumeliam diceretis* etc. ut habitum Graecum philosophorum intelligat. Nisi tamen, inquit, *gratum habitum* sic dixit, ut supra *Acceptum philosopho crimen*. sed prior coniectura mihi magis placet. Iulius Capitolinus in M. Antonino: *Habitum philosophi adsumpsit*. SCIP. GENT. *in Append.* Lege cum Acidalio: *proinde Graium habitum*. ELMENH. Locus qui multos exercuit, quia in speciem corruptus. Valens Acidalius scribit *Graium hab.* intelligens clavam et pallium, Philosophorum gestamina. Facilior veniae locus illi si errasset solus, neque pendulas erroris consequias traxisset alios. Casaubonus hiatum subesse putat, sine MSS. ope non explendum: aut certe *habui* legendum, ut in Fulvio libro. Sed hoc recedit nimis a vulgata lectione: cuius heic et ubique habenda semper ratio. Ego ut ne peccem hoc nomine, retinebo *habitum*. hoc valet *habuisse*, et ita loquutum Valerium ex fide veterum Codd. tradunt Pighius et Lipsius. Verba eius: *Aeque mitis animus Pyrrhi regis: audierat quosdam in convivio Tarentinorum parum honoratum de se sermonem habitum*. ubi vulgo male legitur *habuisse*. Interpretes Valeriani γραφὴν veram inculcarunt quidem, de cetero, vera nec ne, non ausi affirmare. Nos in Valerio eam stabilivimus, in Nostro revocavimus. PRIC. MSS. et Edd. nihil variant, nisi quod Edd. Rom. Vic. *dicenteis* et Scriv. *pr. Deo g. h.* neque tamen in his idoneum sensum video. Verissime emendasse mihi videtur Casaub. cujus emendatio non nimis longe recedit a vulgata lectione (*habui cum* facile abire potuit in *habi tum*) et sensum exhibet planissimum: hanc igitur, quum probatam videam quoque a Salmasio, et Leunepio V. Cl. exprimere, quamvis nimis audacter fortasse, sustinui. Crusius Probab. Crit. p. 54. divinabat *gratum habitum an contumeliam dicetis*.

TANTUS ANIMI] MS. D'Orv. *tanti animi*.

CRATES] Vet. *Cratetes*. COLV. Flor. 2. *Socrates*. male. ELMENH. Lips. Cod. ea, quae hic se-

iectis appetivit! Crates, inquam, si quid credis, Aemiliane, vir domi inter The-
banos proceres dives et nobilis, amore huius habitus, quem mihi obiectas, rem
familiarem largam et uberem populo donavit: multis servis a sese remotis, so- 440.
litatem delegit: arbores plurimas et frugiferas prae uno baculo sprevit: villas
ornatissimas una perula mutavit. quam postea, comperta utilitate, etiam carmine
laudavit, flexis ad hoc Homericis versibus, quibus ille Cretam insulam nobili-
tat. Principium dicam, ne me haec ad defensionem putes confinxisse:

Πήρη τις πόλις ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ
Καλὴ καί πίειρα.

Iam cetera tam mirifica: quae si tu legisses, magis mihi peram, quam nuptias Pudentillae invidisses. Peram et baculum tu philosophis exprobrare? igitur et equi-

sequuntur, habet post illa *strepitu viget* p. 446. In eo, ut et Pith. D'Orv. cum Florent. *Socrates*, hic et in seqq.

OBIECTAS] Pith. *obiectus*. Statim pro *uberem* Edd. ante Colv. corrupte *urbem*.

SOLITATEM] Idem *solitarem*. COLV. In MS. exaratum fuit *solitarem*. quod profecto retinerem, si historia modo faveret, et esset *Solitaris* pro *unico*. Sic in seqq. Arbores plurimas et frugiferas prae uno baculo sprevit, villas ornatissimas una perula mutavit. MEURS. Sed, quantum memini, ne unicum quidem servum habuit Crates. Imo noster Flor. N. 14. *Exinde non modo solus, verum nudus et liber omnium, quoad vixit, beate vixit.* ubi plura de Cratete, rem familiarem abiiciente. *Solitatem* ergo delegit Crates, quae vox occurrit Met. L. IX. p. 627. et memini me legere eam quoque apud Amm. Marcell.

FRUGIFERAS] Flor. *fructiferas*. ELMENH. Ut apud rei rusticae scriptores. Sane, licet aliquoties *fructus* et *fruges* confundantur, proprie tamen distinguenda videntur. Noster de Dogm. Plat. L. I. p. 583. Ed. Flor. *Terrenumque esse arborum, ceterarumque* frugum, *quae humi fixae vitam trahunt.* Proprie itaque agri *frugiferi*, arbores *fructiferae*. Non tamen observatur ubique haec distinctio. Pliniani Lib. XV. duntaxat titulus est *Naturae arborum frugiferarum.* et *frugiferas* arbores idem dixit L. XII. c. 3. licet alibi *fructiferas* dixerit. Vide omnino Heins. et Burmann. ad Ovid. Nuc. vs. 19. et Oudend. ad Lucan. I. vs. 135.

PRAE] MS. D'Orv. *pro*.

QUAM] Prave Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *quem*.

COMPERTA UTILITATE] MS. Pith. *comperato humilitate*. Pro *etiam* MS. Lips. *uno*.

AD HOC HOMERICIS] D'Orv. *ab hoc Om.* Edd. ante Iunt. post. *ad haec*. contra MSS.

Πήρη τις πόλις ἐστὶ] Versus hi in Rom. Venetaque Ed. Latine leguntur: *Caeruleo in medio quaedam urbs est pervia ponto, Pulcra et opima.* COLV. Qui istius parodiae Cratetis loco, ipsa Homeri verba, quae in vulgatis Edd. hic leguntur, substituit, nae ille fuit insigniter et imperitus et audax. Nam quis stupor aut κορυβαντιασμὸς, non vidisse illa non convenire isto loco? quae vero audacia discedere a Rom. ed. ubi diserte ita legitur? Ex ea nos et Graeca verba Cratetis (quae tamen ex Laërtio multo ante annotaveramus quam eum librum vidissemus) et eorum versionem Appuleii restituimus. CASAUB. Homerici versus hi sunt: Κρήτης τις γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ Καλὴ καὶ πίειρα περίῤῥυτος etc. quos imperitus aliquis huc in textum perperam inseruerat; cum Cratetis, non Homeri versuum initium referre voluisse Appuleium pateat. FLORID. Homeri, non Cratetis, versus comparent in Edd. Iunt. post. Basil. Colv. Vulc. pr. et κρήτη est in MS. Pith. in Lips. ὀρθῆ. Casaub. cum seqq. πήρη τις πόλις ἐστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ καλὴ καὶ πίειρα. Vulc. pr. et Colv. male πεῖρα qui addunt περίῤῥυτος. Sed Ed. Vulc. tert. pro πόλις, quod est in MSS. et Diog. Laërtio, habet γῆ, Edd. Basil. et Elm. ex Homero γαῖ'. In Edd. Iunt. pr. Ald. et MS. D'Orv. Graeca desunt. Addidit Casaub. et cum eo Scip. Gent. Latina haec: *Caeruleo in medio quaedam urbs est perula ponto Pulchra et opima.* quae, utpote ab Appuleio non profecta, cum reliquis Edd. omisi. Perperam quoque in ea versione est *ponto*, quum ipse Casaub. ediderit τύφῳ: melius Laërtii interpres: *Est quaedam medio constructa urbs Mantica fastu; pulchra quidem et pinguis.*

IAM CETERA] Haec nempe: Περίῤῥυτος οὐδὲν ἔχουσα. Εἰς ἣν οὔτε τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μωρὸς, παράσιτος, οὔτε λίχνος πόρνης ἐπαγαλλόμενος πυγῇσι. Ἀλλὰ θύμον καὶ σκόρδα φέρει, καὶ σῦκα καὶ ἄρτους· Ἐξ ὧν οὐ πολεμοῦσι πρὸς ἀλλήλους περὶ τούτων· Οὐχ ὅπλα κέκτηνται περὶ κέρματος, οὐ περὶ δόξης. CASAUB.

TU PHILOSOPHIS EXPROBRAS] Fulvius. SCIOPP. in

441. equitibus phaleras, et peditibus clypeos, et signiferis vexilla, et denique triumphantibus quadrigas albas et togam palmatam. Non sunt quidem ista Platonicae sectae gestamina, sed Cynicae insignia familiae. Verumtamen hoc Diogeni et Antistheni pera et baculus, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerum, quod lituus auguribus. Diogenes quidem Cynicus, cum Alexandro Magno de veritate regni certabundus, baculo vice sceptri gloriabatur. Ipse denique Hercules invictus, (quoniam haec tibi, ut quaedam mendicabula, animi sordent) ipse, inquam, Hercules lustrator orbis, purgator fe-

in Symb. Alii, *exprobrari.* Elmenh. Forte in Ed. Vulc. sec. est *exprobrari:* in reliquis certe *exprobrare*, vel, *exprobrares.* Elegantem vim infinitivi non perspexisse videtur Fulvius. Ed. Vic. *philosophus.*

Et denique] MSS. Lips. Pith. *te denique.*

Togam palmatam] Insignia triumphantium, quod notum est, toga picta, olim, et tunica palmata fuere. Non temere propterea suspectum quisquam habeat hunc locum. Nam etiam palmatae togae postea factae: quas reperio fuisse triumphi et consulatus insigne. Constat hoc ex Martiale, Tertulliano, Cassiodoro, et Ennodio. Verum de istis alibi. Casaub. nempe ad Lamprid. Alex. Sever. Addatur omnino Salm. ad Vopisci Carin. c. 20. ostendens olim tunicas triumphales fuisse tantum palmatas, ita dictas a clavorum latitudine; togas vero pictas vel purpureas, ut apud Livium semper ea distinctio obtinet: postquam vero et tunicae triumphales pingi coeptae sunt, et a picturae argumento *palmatae* sunt appellatae, etiam pictis togis hoc idem nomen datum esse; et *palmatas* passim ipsas vocatas; nec enim aliter aevi medii scriptores eas appellitare consuevisse, quam *togas palmatas.* Haec Salm. Aliquoties tamen apud Hist. August. Script, eadem distinctio, quae apud prioris aevi Auctores obtinet. Trebell. Poll. c. 8. *cum picta toga et tunica palmata.* Vopisc. in Aurelian. cap. 13. *tunicam palmatam — togam pictam. Palmatam vestem* dixit Tertull. Apolog. cap. 50. *palmatas*, non addito substantivo Lat. Pacat. Paneg. c. 9. Add. h. l. Pricaei nota. *Togam palmatam* cum nostro auctore dixit Martial. VII, 2, 8. ad loricam: *magnos illaesa merere triumphos*, Palma*taeque ducem, sed cito, redde* togae.

Insignia familiae] Inverse MS. D'Orv.

Verumtamen hoc] Ita MSS. et Edd. Casaub. Wow. et seqq. Edd. vett. *ver. haec.* Pro *et baculus* MS. Pith. *cum baculis.*

Pontificibus galerum] Varro Lib. II. de Actione scenica: *Galera, unde et Galeritula dicuntur.* ut legimus apud Charis. L. II. Sic rescripsimus post ex Rom. et Ven. libro, *Lituum*, eodem genere. Sic quoque Nasum et Nasus, Collum et Collus, Lorum et Lorus. Colv.

Lituus] Vulgo *lituum.* Elmenh. Edd. nempe Vic. Colv. Cas. Vulc. Wow. Pric. cum MSS. excepto uno Florent. nec male. v. Colv. not. praeced. Plutarcho quoque λίτυον dicitur non λίτυος in Rom. p. 67. Ed. Bryan. τὸ καλούμενον λίτυον — τοῦτο κ. τ. λ. id in Camil. p. 321. καλεῖται λίτυον. Quia tamen in optima Ed. post. et aliis vett. multis exstat *lituus*, auctoritate MSti Florent. cum Elm. Scriv. Flor. ita edidi.

Alex. Magno] D'Orv. *Al. mane.*

Vice sceptri] Sic MSS. D'Orv. Pith. Edd. Iunt. post. Cas. Gent. Pric. In Bas. pr. *vitae sceptri.* In reliquis *sceptri vice.*

Mendicabula animi sordent] Corrigere malim, *mendicabula, nimis sordent.* Colv. Lege *m. nimis sordent*, quod et aliis ante nos in mentem venerat. Erroris aperta caussa. Sic Floridorum *quaedam palliata mendicabula obambulant.* Casaub. Nuper in Mantissa ad librum de Luxu Romanorum censui legendum: *ut mendicabula nimis sordent.* Nunc video ante me ita fecisse et Casaubonum, quibus libens rescribo, contentus tantae auctoritatis approbatione, qua merito gaudeo. Meurs. Forte rectius fuerit, *mendicabula hominum*, ut Plautus dixit, *mendicabula regum.* Similis est significatio vocabuli *Nugae*, quod observo Latinis poni pro hominibus malis et postremae notae. Cic. I. Epist. ad Q. Fratr. 11. *Ego Apamensem Ephesium, ego levissimum hominem Megaristum Antandrium, ego Niciam Smyrnaeum, ego nugas maximas omni comitate sum complexus.* Mamertinus in elegantissimo panegyrico Iuliano Imperatori dicto: *At tu, Auguste, omnibus nugis remotis, optimum et doctissimum quemque perquiris.* Nugas dicit, quos paullo ante homines indoctissimos, vilissimos, improbissimosque adulatores adpellaverat. Scip. Gent. *in Append.* Flor. *m. animi sordent.* Elmenh. Colvio et Casaub. cum Grolot. et Salmas. in marg. tacite adsensum praebuerunt Elm. et seqq. ut repetita fuerit ultima littera vocis praecedentis, deinde ultimam primae sequentis absorpserit: quod firmat sane lectio alterius Cod. Florent. *mendicabula a nimis sordent.* Quoniam tamen in reliquis MSS. et in Edd. vett. cunctis diserte exstat separatim *ani*...

ego

ferarum, gentium domitor; is tamen Deus cum terras peragraret, paulo prius quam in coelum ob virtutes ascitus est, neque una pelle vestitior fuit, neque uno baculo comitatior. Quod si haec exempla nihili putas, ac me non ad caussam agendam, verum ad censum disserundum vocasti; ne quid tu rerum mearum 442. nescias, si tamen nescis, profiteor mihi ac fratri meo relictum a patre HS. vicies, paulo secus: idque a me longa peregrinatione, et diutinis studiis, et crebris liberalitatibus modice imminutum. Nam et amicorum plerisque opem tuli, et

ego antiquam hanc et scriptam lectionem revocandam putavi. Iungo autem *animi* non cum τῷ *mendicabula* ut reliqui intpp. fecisse videntur, sed cum *sordent*, hoc sensu: *quoniam animo fastidis istos, veluti quosdam mendicos.* Dicitur autem *sordere animi*, ut, *angi animi*, *consenescere animi*, *recreari animi*, et sim. alia apud nostrum. Adi Oudend. ad Met. I. p. 75. et ad II. p. 116, b. In adiectivis et praeteritis participii hic genitivus nostro quasi proprius. V. Ind. in v. *Genitivus.* Infra p. 521. *derepente* animi *mutatum.* Flor. N. 15. *his artibus* animi *expletum.* MS. Pith. *quidam mendicatitiā.*

PURGATOR FERARUM] Lege *pugnator f.* nisi tamen alii occuparunt. Sic Seneca de Tranq. Vit. c. 2. *Hos enim Stoici nostri sapientes pronunciaverunt* etc. *et victores omnium terrarum.* ubi malim *ferarum.* de Ulysse et Hercule sermo est, cum quibus comparat Catonem. Alias et *gentium domitor victorque* dicitur. ut vel Appuleio h. l. et de feris locutum ostendunt seqq. *Cato cum feris manum non contulit* etc. Collationis haec summa. Hercules et Ulysses cum feris ac monstris luctati sunt, et vicerunt victores inclyti. Cato non cum feris aut monstris, sed cum ambitu, cum potentiae cupiditate, cum vitiis civitatis degenerantis, malis sane multiformibus et monstris teterrimis, depugnavit, neque, quoad vinceret, vincere illa passus est. Sic Appul. philosophum Herculi comparat, IV. Florid. *Quod Herculem olim poëtae* etc. — *memoria exstat.* Sed et Lucretius L. V. Herculem et Epicurum comparat, quod monuit Muretus. ACIDAL. Nonnulli pessimo exemplo *pugnator* scribunt. Noster in Floridis: *Herculem olim, Poëtae memorant, monstra illa immania hominum et ferarum virtute subegisse, orbemque terrae purgasse.* Et statim: *omnes pestes mentibus exegit, familias purgavit.* Graeci eod. argumento ἐκκαθαίρειν. Themist. Euphrad. Orat. 2. Τυράννων τε ὠμότητα, καὶ θηρίων ἐκάθηρεν. Lucian. Deor. Dial. Ἐκκαθαίρων τὸν βίον, θηρία καταγωνιζόμενος. PRIC. Lactant. Inst. Div. I, 9. *Hercules, qui orbem terrae peragrasse ac expurgasse dicitur.* et proprium est de Hercule apud Graecos scriptores καθαίρειν. v. loca a Celeb. Wyttenbachio allata, Bibl. Crit. Vol. II. p. 25. Pro *lustrator orbis* Pith. *lustrar orbi.*

IS TAMEN] V. D. in marg. Ed. Iunt. post. *is tandem.* non male. *Hercules invictus* — *Hercules gentium domitor* — Hercules *tandem*, *Deus.* Sed malim vulgatum *tamen* i. e. licet deus esset, tamen etc.

PELLE] MS. Pith. *pellis.*

AD CENSUM DISSERUNDUM] In vetustis codd. ex antiquo scribendi more, ſuisse autumo, *ad censum differendum*, vel, *deferendum* conveniens vocabulum ei, qui in iudicio tanquam apud Censorem patrimonii sui vires professurus erat. Itidem Ulpianus in formula censuali: *omnia*, inquit, *ipse, qui defert, aestimet.* Idem: *lacus quoque piscatores, et portus in censum dominus debet deferre.* l. forma ff. de censibus. Rursum depravate apud eundem Appul. superiori versiculo vulgarunt: *Hercules purgator ferarum.* cum deberent *pugnator.* STEWECH. Legebam *deferundum.* Gellius XVI, 10. *Tenuissimi pauperrimique erant, neque amplius quam mille quingentûm aeris in censum deferebant.* PRIC. MS. D'Orv. *dissernitdum.* Pith. *difundum.* Non male quidem Pric. et iam ante eum Stew. coniecere *deferundum*, quemadmodum locutus est Tertull. de praescr. adversus haeret. cap. 32. *Hoc enim modo Ecclesiae census suos deferunt.* Sed non muto temere vulgatam lectionem. *Disserere censum* est edere, profiteri censum, sive bona, facultates, rem familiarem. Simili notione *disserere* usurpavit Auson. Mos. vs. 83. *Squamigeri gregis ede choros, liquidaque sub alveo Dissere caeruleo fluitantes amne catervas.* *Fabulas disserere* dixit Phaedr. Prol. L. V. et Sept. de B. Troi. III, 16. *rem, ut gesta erat*, disserunt. cf. Oudend. ad Met. L. VII. p. 451. *quod vs verbum nullo pacto disserere potui.* MSS. Pith. D'Orv. *sensum.*

PROFITEOR] Corrupte Pith. *fiorum*, et mox, *fratre.*

VICIES PAULO SECUS] Ut L. III. Florid. in princ. *Exemplum eius rei paullo secus quam dimillimum commemorabo.* BEROALD. Ed. Iunt. post. *HS. XX*, *quod est vicies.* Edd. Iunt. pr. Ald. Bas. *viginti.*

IDQUE] Ed. Vic. Ven. *id quod.*

MODICE IMMINUTUM] Imo vero non modice. Ait ipse Milesia ultima: *Nam et viriculas patrimonii peregrinationis attriverant impensae: et*

 cre-

et magistris plurimis gratiam retuli, quorundam etiam filias dote auxi: neque enim dubitassem equidem vel universum patrimonium impendere, ut acquirerem mihi, quod maius est, contemtum patrimonii. Tu vero, Aemiliane, et id genus homines, uti tu es, inculti et agrestes, tanti revera estis, quantum habetis: ut arbor infoecunda et infelix, quae nullum fructum ex sese gignit, tanti est in pretio, quanti lignum ejus in trunco. Attamen parce postea, Aemiliane, paupertatem cuipiam obiectare, qui nuper usque agellum Zarathensem, quem tibi unicum pater tuus reliquerat, solus uno asello, ad tempestivum imbrem, triduo exarabas. Neque enim diu est, cum te crebrae mortes propinquorum immeritis hereditatibus fulserunt: unde tibi potius, quam ob istam teterrimam faciem, Charon

erogationes urbicae pristinis illis provincialibus antistabant. ubi et alia in hanc sententiam. Sed ita hic loquitur Appuleius, quia nihilominus dives remansisse videri voluit. Casaub. Prudenter dicit *modice*, et caussas honestissimas huius imminutionis recenset, quod probro id sibi, ut aliis, datum iri videbat. Strabo de Arabibus loquens: *ὥστε καὶ δημοσίᾳ τῷ μὲν μειώσαντι τὴν οὐσίαν ζημία κεῖται, τῷ δ' αὐξήσαντι τιμαί.* Athenaeus Democritum Abderitam, quia bona paterna absumpserat, publice condemnatum fuisse ab Areopagitis narrat: sed ubi mundi seriem, inferorumque arcana declarasset, continuo dimissum fuisse. Solonis nimirum lex erat, quam Laërtius recitat his verbis: *Ἐάν τις μὴ τρέφει τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω· ἀλλὰ καὶ ὁ τὰ πατρῷα κατεδηδοκώς, ὁμοίως.* Sed ut ad Appuleium nostrum redeamus, alibi contra de se scribit: *nam et viriculas patrimonii peregrinationis attriverant impensae: et erogationes urbicae pristinis illis provincialibus ante stabant.* Sed hic in iudicio loquebatur, et capitis res erat. vel quia, ut doctissimus amicus noster putat, nihilominus dives remansisse videri volebat. Quod autem in eadem Milesia dicit, se adeo pauperem esse, ut vestem vendere sit coactus, quo sacrorum impensis parem summam corraderet, ad illud tempus, quum haec diceret, referendum videtur. Scip. Gent. Vulc. adlevit quoque *haud modice.*

Contemptu patrimonii] Lipsius argute, *contemptum patrimonii.* Colv. Caecus sit oportet qui non videat vulgatam lectionem *contemtu*, esse mendosam. nec debuit Colvius, praesertim qui tantum auctorem haberet, de ea in contextum recipienda dubitare. Casaub. Recte Lipsius. MSS. et editi *contemptu patrimonii* habent. male. Elmenh. Corruptio fluxerit ex omissione tituli super *u* positi, hoc modo, *contemptū.* Florid. Lipsii emendationem, receptam a Casaub. et seqq. firmat MS. Pith.

Quae nullum fructum etc.] Quae arbor infelix? quae nullum fructum ex sese gignit. Quin manifeste vides haec a manu glossographi. Transtulit autem ex Festo, qui scribit, Catoni arbores infelices, quae fructum non ferunt. Wower. Dele haec cum Wowerio. Elmenh. Uncis inclusere Elm. et Scriv. sed agnoscunt MSS. et Edd. O. Quod si pari modo in antiquos auctores, nostrum in primis (vid. Pric. ad Apol. hui. Ed. Append. p. 465, a.), temeraria falce grassari, et omnia, quae nostro sensui abundant, rescindere vellemus; nae, illa larga messis fuerit. Imo τὸ *infelix*, quid aliud est, quam *infoecunda?* Alterutrum igitur expunge, si lubet. sed auctorem integrum non reliqueris.

Ex sese] Scriv. et Flor. *ex se.* contra MSS. Veram lectionem hic revocavit Ed. Bip.

Tanti] MS. Pith. *tandem.* Groslot. *tanto:* sed respondet seq. *quanti.*

Eius] Ex uno MS. notatur *est.*

Attamen] D'Orv. *ac tamen.*

Zarathensem] Ed. Vic. *Zathar.* Vir doctus margini Ed. Pric. adscripsit *f. Sabratensem.* Memoratur sane a Ptolemaeo *Sabrata*, inter Numidiae urbes, ibique hanc orationem esse habitam infra monebimus: sed *Zaratham*, seu *Zarattham*, inter Mauritaniae Caesariensis oppida recenset idem Ptolemaeus. Librorum omnium, et hic et infra, consensus coniecturae locum dat nullum.

Ad tempestivum imbrem tr. exarabas] Promptum hoc e rustica disciplina. Plato apud Plin. XVIII, 9. *Ara tempestive*, h. e. dum impendent imbres, *post* in sulcos casuri. atque ita Virgilium IV. Georg. capio: *Incumbere aratris, Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.* Et Claudianum: *Felix qui Pharias proscidit vomere terras, Nubila non sperat tenebris condensa coelum, Nec graviter flantes pluviali frigore Coros.* Locus est perquam luculentus, sed cuius sententiam corrumpit Barthius, dum τὸ *sperat*, *metuit* pessime interpretatur. Pric.

Diu est] Rom. *divem.* Bas. 1. Venet. Ald. *divitem.* Colv. *neque nunc diu est* Fulvius. Mox v. c. *Charon numen est.* Et non longe Fulvius: *qua ratione vitam vivere instituerit.* Et mox: *quippe illis terra alumna.* Sciopp. *in Symb.* Edd. Vic. Iunt. pr. *divem.*

Unde tibi potius] Interrogationis nota in fine posita istius periodi totam sententiam corruperat,

non nomen est. De patria mea vero, quod eam sitam Numidiae et Getuliae in 443.
ipso confinio, meis scriptis ostendisti, quibus memet professus sum, cum Lolliano Avito C. V. praesente publice dissererem, Seminumidam et Semigetulum: non video, quid mihi sit in ea re pudendum; haud minus, quam Cyro maiori, quod genere mixto fuit, Semimedus ac Semipersa. Non enim ubi prognatus, sed uti moratus quisque sit, spectandum: nec qua regione, sed qua ratione vitam vivere inierit, considerandum est. Olitori et cauponi merito est concessum, olus et vinum ex nobilitate soli commendare: vinum Thasium, olus Phliasium. Quippe illa terrae alumna multum ad meliorem saporem iuverit, et regio foe- 444.
cun-

rat, quae haec est: Aemilianus iste ob cadaverosam faciem et Acheronticam, vulgo Charon audiebat. Infra: *Igitur agnomenta ei duo indita: Charon, ut iam dixi, ob oris et animi diritatem.* Hic vero vult videri Appuleius non ob turpitudinem formae id ei adhaesisse cognomen: sed ex eo potius, quod multos suorum cupiditate hereditatis sustulisset; quamquam istud ab eo non tam dicitur, quam per figuram innuitur. Simili artificio et sub finem orationis utitur: ubi caussam explicat, cur idem Aemilianus cum Rufino consentiat in danda uxore Sicinio puero. vide locum. CASAUB. Flor. et Fulvii lib. *Ch. numen est.* male. ELMENH. MSS. D'Orv. et Pith. quoque cum Edd. Iunt. pr. Bas. pr. *numen*, ut solent hae voces confundi. v. Ind. Ceterum locum a prava distinctione vindicavit Casaub. sed corrupit rursus Scriv. revocanda interrogationis nota.

DE PATRIA MEA] Periodum longiusculam et subobscuram, et nonnihil etiam corruptam, ita lege, ita distingue: *De patria mea vero, quod eam sitam Numidiae et Gratuliae in ipso confinio meis scriptis ostendisti, quibus memet professus sum, cum Lolliano Avito C. V. praesente publice dissererem, Seminumidam et Semigaetulum: non video q.* omnia plana et aperta. CASAUB. Hanc periodum excudi iussimus ad emendationem Casaubonianam, nam in prioribus libris confusior erat. PRIC. Incipit hic tertio MS. Lips. Bene locum rursus distinctione sanavit, et emendavit Casaub.

OSTENDISTI] Flor. 2. *ostendi, scis quibus.* ELMENH. Casaubono, emendanti *ostendisti*, reliqui sunt obsecuti: quum antea legeretur *ostendi scis*, ut habent MSS. nisi quod Florent. ex Coll. Lindenbr. *ostendisti scis*, Pith. *ostendis scis.* Sane nisi Aemilianus in accusatione, Appuleio patriam exprobrasset, nulla caussa erat, cur id h. l. tangeret auctor. Pro *meis* Pith. *in f.* In *memet* syllabica adiectione caret MS. Lips.

QUIBUS MEMET] Addit Ed. Casaub. *verbis* contra MSS. et Edd. ceteras.

LOLLIANO AVITO] Qui sub Divis fratribus Bithyniae praeses, ut clarum ex Ulpiano nostro L. 3. §. 1. de Decurionib. Consularem virum hunc etiam memorat, Helvii Pertinacis imperio, Iul. Capitolinus. COLV. Hic Lollianus Avitus Consularis vir fuit, ut scribit Capitol. in Pertin. Ulpianus autem Divorum fratrum rescriptum ad Lollianum Avitum citat l. 3. ff. de decurion. atque ita etiam ter nominatur ab Appuleio infra, addito *V. C.* Consul (unde et Procos. Afr. fuisse constat) sub Pio fuit. Aurelius Victor Lollium Gentianum vocat. SCIP. GENT. Eundem esse, qui ab Aurelio Victore Epit. c. 18. per errorem *Lollius Gentianus* vocatur, monuit quoque Casaub. ad Capitol. Pertin. c. 1. cf. et ad cap. 7. ubi *Lolliani Gentiani* mentio, viri consularis.

C. V.] Desunt Ed. Iunt. post. In Ed. V. c. *Cl.* In reliquis ante Colv. ut et MSS. *cum*, vel, *cū.*

SEMIGETULUM] Similia vide in Not. ad Artemidori Oneirocrit. init. OUDEND. Edd. Rom. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. cum MS. D'Orv. *semigetulam.*

NON VIDEO] Coll. Voss. *non video enim.* Pith. *non vidi ideo.* Ed. Iunt. post. *num ideo.*

HAUD MINUS] MSS. Pith. Lips. *aut minus.*

UBI PROGNATUS, SED UT MORATUS] MS. lib. *prognatur, sed ubi moratus.* COLV. Utroque loco *ut* habent MS. Pith. et Edd. Rom. Vic. contra MS. D'Orv. bis *ubi.* Legendum cum Wower. Elmenh. Scriver. Flor. *ubi — uti.* De sententia v. Toll. ad Auson. Caes. 21.

VITAM VIVERE INIERIT] Wowerius et Fulvius: *vitam v. instituerit.* ELMENH. Non Wow. sed Fulv. legit *instituerit.* v. Sciopp. supra. Wow. *inierit*, ut vulgo.

EST CONCESSUM] MS. D'Orv. *lege conc.* male. non lege, sed usu et hominum consuetudine, talia conceduntur.

THASIUM — PHLIASIUM] Pith. *Thars. — Philias.*

ILLA TERRAE ALUMNA] Male in prioribus edd. *terra.* *Alumna terrae* τὰ ἐκ γῆς φυόμενα. CASAUB. Fulv. Cod. *illis.* WOWER. Fulvius *quippe illis terra al.* ELMENH. Virgil. *Terrae omniparentis alumnum.* Miles. 6. Noster: *Terrae omniparentis agiles alumnae.* Invaluit sensus apud
non

cunda, et coelum pluvium, et ventus clemens, et Sol apricus, et solum succidum. Enimvero animo hominis extrinsecus in hospitium corporis immigranti, quid ex his addi vel minui ad virtutem vel malitiam potest? Quando non in omnibus gentibus varia ingenia provenere? quamquam videantur quaedam stultitia vel sollertia insigniores. Apud socordissimos Scythas, Anacharsis sapiens natus est: apud Athenienses catos, Melitides fatuus. Neque hoc eo dixi, quo me pa-

non indoctos haud sanus, hoc verbi nusquam poni pro *Altore*. Nonnium ut evincam non advoco, nam etsi vocis διλογίαν innuit, invalidis tamen probavit argumentis: afferam fortiora ego, de quibus nec dubitari queat. Avienus de Carthagine: *Urbs Phoenissa prius, Libyci nunc ruris alumna.* id est, Metropolis. Idem de Tibride: *Romanosque Lares lapsu praelambit alumno.* Et de Nilo: *Longo segetes quod nutriat amni, Arentesque locos unda faecundet alumna.* Florus L. III. cap. 21. *Alumna Urbis Ostia.* h. e. quae Romam alit eo undique commeatu vecto. Meretrix in veteri Lapide: ME VENERI ALUMNAE ADDIXI. In κράσει *almus* vis eadem. Noster IV. Miles. *Orbis totius alma Venus.* Lucret. II. *Liquor almus aquarum.* Servius Georg. II. *Almus ager, ab eo quod nos alat.* Festus: *Alma, sancta, sive pulchra, vel alens ab alendo.* Gloss. *Alma*, κλυτὴ, ἁγνὴ, ὡραία, θρέπτειρα. Vet. Onomast. *Almus* Ζείδωρος. sic *alumnari* pro *nutrire* Miles. VI. *Adolescentem istum quod meis manibus alumnatus sit, scitis omnes.* Et VIII. *Canes rabidos et immanes* etc. *quos ad tutelae praesidia curiose fuerant alumnati.* Quae omnia palam est activam significationem habere. h. e. innuere, non τρόφιμον, sed τροφόν. PRIC. *Alumnus* dicitur is qui alit, et qui alitur. vid. Gruter. Suspic. L. X. c. 5. (in hui. Ed. Append. Appul. p. 423.) cf. Parei Lexic. Plautin. et ibi cit. Cruquium ad Horat. III., 18. Italiam quoque *omnium terrarum alumnam* vocat Plin. III. 5. Sed activam hanc significationem in nostro Appuleii loco obtinere, vix credam. Est quidem in MSS. et Edd. vett. itemque Vulc. Wow. Scriv. probante Crusio Probab. Crit. p. 54. *terra alumna*, quod tum iungi debet τῷ *iuverit*, ut *illa* scil. vinum et olus, sit quartus casus: sed sic pro more suo hic quoque addidisset auctor *et*, ut in seqq. *et regio foec. et coel. pluv. et* etc. Tum sane perspicuitatis gratia, cum Wower. e Fulv. Cod. malim *illis.* ut *iuvare* construatur cum Dativo, quemadmodum alibi *adiuvare* et *adiutare.* de quo vid. inttpp. ad Petron. cap. 62. et unde *adiutor incepto* dicitur Sept. de B. Troi. II, 10. Sed praeplacet emendatio Casauboni et Salmas. in marg. quam exhibuere Sc. Gent. Elm. Pric. et Flor. *terrae alumna*: sic multo efficacius hisce opponuntur seqq. *Enimvero animo hominis* etc. Corrumpendo loco esse potuit insolens usus τοῦ *alumnum*, neutro gen. sed quidni, ut *alumnus* et *alumna*, dicatur recte quoque *alumnum*? quum revera adiectivum sit: ut vel ex Avieni duobus postremis locis a Pricaeo citt. clare patet. Proxime ad hanc lectionem accedunt MSS. Pith. et Florent. *terra et alumna.*

IUVERIT] MS. lib. *viverit.* Forte, *iverit.* Ad Florida notavi. COLV. Coll. Voss. *inverrit.* Ed. Vulc. tert. operarum, credo, errore, *invertit.*

CLEMENS] Ed. Vic. *demens.* Pro *sol* MS. Pith. *solus.*

HOSPITIUM CORP.] Ven. Rom. *hospitali corpore.* COLV. CASAUB. Edd. Rom. Vic. Ven. accedit MS. Pith. An leg. *hospitale corporis?* ducta metaphora a tricliniis et cubiculis, quibus advenientes hospites recipiebant, quae *hospitalia* dicebantur, teste Vitruvio VI, 10. Eadem Graeci ξενοδόχια et ξενοκομεῖα dicebant. V. Brisson. de V. S. *v. Hospitium. Hospitale cubiculum* vocat Liv. I, 58. in historia Lucretiae. Quoniam tamen eadem *hospitia* dicebantur, quemadmodum inter cubicula in domo Trimalcionis *hospitium* recenset Petron. c. 77. nihil muto. Forte *hospitale* interpretamenti caussa adscriptum fuerat. MS. D'Orv. *hospitiis.* -

EX ISTIS] Ed. Casaub. *est istis.* typothetae errore.

QUANDO NON] MS. Pith. *quando ut.* Mox pro *quaedam* MS. D'Orv. *quadam*, Florent. *quidam.* quia sequitur *insigniores.* male. vid. inttpp. ad Liv. IX, 12.

SOCORDISSIMOS] MS. D'Orv. *secord.* ut aliquoties variatur.

ANACHARSIS] Iuvenalis Satyra 10. vs. 49. *Cuius prudentia monstrat Summos posse viros et magna exempla daturos Vervecum in patria crassoque sub aëre nasci.* Vide Stobaeum περὶ εὐγενείας, Sermon. 84. Theodoretum contra Graecos serm. 1. pag. 78, 79. serm. 5. pag. 172. ELMENH.

APUD ATHENIENSES CATOS] Tertull. de anima cap. 20. *Thebis hebetes et brutos nasci relatum est. Athenis sapiendi dicendique acutissimos ubi penes Colytum pueri mense citius eloquuntur praecoce lingua. Siquidem et Plato in Timaeo Minervam affirmat, cum urbem illam moliretur, nihil aliud quam regionis naturam prospexisse, talia ingenia pollicitam.* Vide Eusebium praepar. Euang. L. VII. c. 9. ELMENH.

ME-

patriae meae poeniteret, etsi adhuc Syphacis oppidum essemus. quo tamen vic-
to, ad Masinissam regem munere populi concessimus, ac deinceps, veteranorum
militum novo conditu, splendidissima colonia sumus. In qua colonia patrem ha-
bui loco principe duumviralem, cunctis honoribus perfunctum: cuius ego lo- 445.
cum in illa republica, exinde ut participare curiam coepi, nequaquam degener,
pari spero honore et existimatione, tueor. Cur ergo illa protuli? ut mihi tu,
Ae-

Melitides fatuus] Ut Gr. μελιτίδης: non *Miletides*, ut vulgo. Casaub. Vide Tzetzen Chiliad. 7. hist. 4. Elmenh. Varie hoc nomen scribunt Edd. vel *Meletides* ut Iunt. post. Ald. Bas. sec. Cas. Vulc. sec. tert. Pric. Elm. Scriv. Flor. vel *Miletides* ut Vulc. pr. Colv. Gent. vel *Melitides*, ut recte Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. Wow. cum MS. Lips. In Pith. *Maletidens*.

Neque] MSS. Florent. D'Orv. *nec*. Ed. Vic. *nec haec*.

Oppidum] Alii *oppidani*. Elmenh. Ian. Gruterus in marg. Ed. Colv. coniecit *oppidani*. sed male. Mox: *splendidissima colonia sumus*.

Regem] MS. D'Orv. *regere*.

Concessimus munere populi Romani ac d.] Ita Fulvius. Sciopp. *in Symb.* *munere populi*] puta deesse vocem, *Romani*, quamvis Populus per excellentiam, sicut Urbs, de Romano dici possit. Et nota, quod ait, *Munere populi ad Masinissam concessisse*. id enim ita intelligendum est, quomodo apud Sallustium Atherbal de tota Numidia: *Ius penes Romanos procurationem tantum nostram esse.* Quod Feudistici iuris doctores dicerent, Feudum populi Romani esse. Scip. Gent. τὸ *Romani* expungunt vulgatae Edd. Elmenh. Rectius in aliis *Munere populi Romani*, nam quod *Numine Propitio* vir magnus voluit, neutiquam sequendum puto. Qui abnuunt τῷ *Romani*, *Populumque κατ' ἐξοχὴν* dictum volunt, nae ii nova somniant, et citra fidem authorum: nam etsi *Urbem* ea figura reperias, vix *Populum*. Omnem vero scrupulum eximemus simili Solini loco: *Caesariensi* (inquit) *Coloniae Caesarea inest a D. Claudio deducta: Bocchi prius Regia, postmodum Iubae indulgentia populi Romani dono data.* Quod ait *dono data*, noster *munere concessa* dixit, et (ni fallor) utrumque absolutum ius notat. Itaque quae de procuratione Gentilis hic, facessant ocyus. Pric. *munere populi concessimus*] Hoc ordine legitur in MSS. Lips. Pith. D'Orv: quorum in nullo, uti nec in Florent. aut Edd. ante Wower. comparet *Romani*, quod ex coni. Fulvii et Salm. in marg. primus edidit Wow. et hinc seqq. praeter Pric. et Gent. vehementer tamen id probantes: quibus ego, sine MStorum auctoritate, haudquaquam accedo: aliud enim est dicere quomodo loqui potuerit, aliud quomodo probabiliter locutus sit auctor. In Romana autem colonia, coram Romanis iudicibus, orationem habet Appul. *Populus* itaque nullus alius intelligi poterat, quam populus Romanus: et opponitur hic *populus* iis, qui in colonis vivunt. Apud ICtos autem *populum* aliquando vocari populum Rom. docet Brisson. de V. S. v. *populus*.

Novo conditu] Sic recte iudicavimus Venetiis olim esse cusum. In aliis omnibus libris vulg. *novo conditi*. MS. cod. habet *novo conditus*. Nec vera videtur interpretatio doctissimi Turnebi Adversar. L. XVII. cap. 15. Colv. vide Turneb. Advers. XVII, 15. Elmenh. *Conditus* est *Assignatio* sive *divisio agrorum*: inde *conditores* dicti quorum id munus in Coloniarum deductionibus. Horum non infrequens mentio apud limitum scriptores. Turnebus legit hoc loco: *novo conditi*. *Novum* ὑπαρκτικῶς ut apud Festum, *quum quid novatur*. Tertullianus sane hoc ipso argumento *novitatem* extulit. *Viri Carthaginienses* (ait de Pallio) *vetustate nobiles, novitate felices*. h. e. coloniae huius nova deductione. Pric. In MSS. quoque Pith. D'Orv. ex sequenti voce adhaesit τὸ *s*. In Florent. recte scriptum videtur *conditu*. Edd. ante Colv. praeter Vic. Ven. *conditi*. At quis ita loquitur: *nos conditi novo veteranorum sumus colonia*.

Loco principe] Bene vetus noster. Vulg. *loco principis*. Gell. Noct. Attic. XIII. *T. Castricius Rhetoricae disciplinae doctor, qui habuit Romae locum principem declamandi*. Colv. Flor. *loco principis*. Elmenh. MSS. Pith. D'Orv. nec non mea collatio Cod. Lips. cum cunctis ante Colv. Edd. habent *principis*: quod nescio an prorsus damnandum. *Duumviri* in coloniis et municipiis, *principis loco* revera erant, et haberi volebant: unde et Consulis et Praetoris nomen affectabant, et Gr. ἄρχοντες et ἡγεμόνες dicebantur. vid. comm. Gent. et Pric. ac Brisson. de V. S. in V. Imo ipsum illum *duumviratum* videtur Augustinus *regnum* vocare Epist. 5. ubi ait: *Appuleius qui nobis Afris Afer est notior, non dico ad* regnum, *sed nec ad aliquam quidem iudiciariam potestatem potuit pervenire*. licet duumviratus et ipse iudiciaria potestas fuerit.

In illa republ.] Sic MSS. O. Vulgo *in ea rep.* Mox D'Orv. *ipsum* pro *exinde*.

Neq. degeneri, pari spero] Sic V. C. Sciopp.

 in

Aemiliane, minus posthac succenseas: potiusque ut veniam impertias, si per negligentiam forte non elegi illud tuum Atticum Zarath, ut in eo nascerer. Nonne vos puditum est, haec crimina, tali viro audiente, tam adseveranter obiectare? frivola et inter se repugnantia simul promere? et utraque tamen reprehendere? Utcunque contraria accusastis; peram et baculum, ob auctoritatem: carmina et speculum, ob hilaritatem: unum servum, ut deparci: tris libertos, ut profusi: prae-

in Symb. Pith. *degeneri patri.* D'Orv. *sper* pro *spero.*

EXISTIMATIONE] Ven. Bas. I. et II. *extimatione.* COLV. cum Iunt. pr.

CUR ERGO] Ed. Vic. *cur ego.* Pro *succenseas* MS. Pith. *successas.*

FORTE] Non exstat in MS. Lips. In D'Orv. statim *eligi.*

ZARATH] MS. lib. *Zarathe.* Ven. *Zaratē.* COLV. *Zarathe*] Sic prisci lib. Ego vero scripserim Zarath: in eo enim ἡ βαρβαρότης quam ridet, quod desinat hoc nomen in aspirationem contra linguae Graecae analogiam: alioqui non est quod vocabulum cuiusquam aures offendat magis quam Ζάρηξ et Ζαρᾶς, quae sunt nomina locorum in Graeciae penetralibus, apud Lycophronem et Geographos. Apud Ptolomaeum scribitur hoc nomen Ζάρατθα et sane scripsisse hic puto Appuleium *Zaratth* in quo praeter aspirationem alius etiam βαρβαρισμὸς ob geminatam consonantem in fine. CASAUB. Ego existimarim ab Appuleio irrideri Aemilianum, quod quum Attice loqui se optime crederet, ne agellum quidem suum vel patriam sciret Attice pronunciare, sed Dorice Ζάραξ diceret, pro Ζάρηξ. idque inscientia quadam, non, ut Pausanias, dedita opera, cum de rebus Doricis loqueretur. SCIP. GENT. Rom. *Zarate.* ELMENH. MSS. Pith. *Zarat* cum Edd. ante Vulc. sec. plerisque, Florent. D'Orv. Lips. *Zarath* cum reliquis. recte, vel, ut Casaub. *Zaratth.* sed supra *Zarathensem* non *Zaratthensem.* Quid sibi velit Gent. mihi non liquet.

ASSEVERANTER] Flor. 2. *adseverate.* ELMENH. Recte MS. D'Orv. et Edd. Iunt. post. Bas. sec. Colv. Vulc. Wow. ut apud Cicer. *adseveranter.* *Adseverare orationem*, i. e. ad severitatem componere, supra dixit noster p. 425. Vulgo hic *adseverate.* sed tum, ni fallor, passive scribendum foret *obiectari*, quod vetant seqq. Non me latet apud Cic. I. de Off. c. 17. activo sensu occurrere *copulatius: nihil est amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo.* ubi Pearc. cum aliis, ex Codd. quibusdam *copulantius* legit. Imo ipsum hoc *adseverate* est apud Gell. XVII, 5. de Polo: *tragoedias scite et* adseverate *actitabat.* Plerumque tamen et proprie differre adverbia a partic. activis et passivis derivata, affirmare non dubitem. Appul. saltem, quo fortasse nullus scriptor in usu et compositione adverbiorum est frequentior et accuratior, ubique hanc distinctionem observat. cf. supra ad pag. 414. *versus intemperatissimos.* Ut hic *adseveranter* sic infra p. 483. *perseveranter quaesivisti.* Met. L. V. p. 340. *quam arroganter egerit.* VII. p. 476. *pasti satianter.* i. e. ita, ut se penitus satiaverint. L. VIII. p. 536. *simulanter revicta.* i. e. simulans se revictam. Ad eamdem normam *abundanter*, *instanter*, *cunctanter*, *amanter*, alia, sensu activo: passivo autem, *accumulate*, *obstinate*, *gravate*, et sim. Utut est, habemus hic auctoritatem et MSti (D'Orv.) et Edit. (Iunt. post.) optimae notae.

AT NON CONTRARIA ACCUS.] Lego, *an non.* COLV. *An non* Fulvius. Mox V. C. *ob austeritatem.* Infra proxime Fulvius legit: *quod ingenti tumultu.* SCIOPP. *in Symb.* Scio veram emendationem, quam suggessit V. C. *An non c. accusatis? peram et baculum ob austeritatem.* WOWER. MSS. plerique et Edd. ante Casaub. *At non.* Reliquae *an non.* sed MS. Pith. *utcunque.* Verissime, et ex stylo Appuleii. i. e. quidquid sit, certe contraria accusastis. cf. Oudend. ad Met. L. VII. p. 499, b. et vide eundem ad L. IV. p. 254, b.

ACCUSATIS] Flor. *accusastis.* ELMENH. Duobus Florent. accedunt Pith. et D'Orv. et videtur esse in non nulla Ed. nam citat ita Calepin. v. *Parcus.* quare id amplector. Supra *puditum est.* infra: *quin ostenditis, quod insimulavistis.*

OB AUCTORITATEM] V. C. *ob austeritatem.* rectissime. SCIP. GENT. f. *austeritatem.* BRANT. Fulvii lib. *ob austeritatem*, male. Nam auctoritatem pro severitate hoc loco ponit. ut et Spartianus p. 136. ELMENH. Tam late patet notio vocis *auctoritas* (v. Ern. in Cl. Cic.) ut contra reliquos libros eam damnandam non putem.

CARMINA ET] MSS. Pith. D'Orv. *et carm. et*, male.

UT DEPARCI] MS. *de partis.* Ald. *parci.* Suetonius Nerone: *Sordidos ac deparcos esse, quibus impensarum ratio constaret.* COLV. Flor. *ut parci.* ELMENH. MS. Pith. *et dep.* et cum Lips. ac D'Orv. *deparcis.* Ed. Iunt. post. autem *parci.* De intensiva particula *de* saepius monuit Oudend. ad Appul. v. Ind. Locus Sueton. est in Ner. c. 30.

TRIS]

praeterea eloquentiam Graecam, patriam barbaram? Quin igitur tandem expergiscimini, ac vos cogitatis apud Claudium Maximum dicere, apud virum severum,
et totius provinciae negotiis occupatum? Quin, inquam, vana haec convicia au- 446.
fertis? quin ostenditis, quod insimulavistis, scelera immania, et inconcessa maleficia, et arteis nefandas? Cur vestra oratio rebus flaccet, strepitu viget? Aggre-

TRIS] Sic rursus MSS. ut supra.

QUIN IGITUR] MSS. Lips. *quin ergo.*

AC VOS COGITATIS] Contra MSS. ante Colv. editum *at vos.* Pejus ad oram Ed. Iunt. post. non nemo scripsit *an vos cog.*

TOTIUS PROVINCIAE] MS. *totius servicicie provinciae.* COLV. In MS. erat *sevicicie provinciae.* Latet sine dubio mendum. Divinabam corrigendum: *et totius denique provinciae.* Qui bene animum advertet, videbit quam minime a litterarum ductu discessisse. MEURS. Florid. 2. *Provincialium negotiis.* At videtur hoc loco Apologiae excidisse quid: ex fide Meursii enim in MSS. legitur *seveviciae provinciae* etc. Hunc locum Barthius etiam tentavit Advers. L. VII. c. 9. PRIC. Ipsius Lipsii collatio *seniciciae*, alia eiusdem cod. *sevicie.* Mihi mera videtur oscitantia librarii, qui τὸ *provinciae*, per errorem, bis invenerat scriptum.

VANA HAEC CONV. AUF.] MS. Pith. *vana haec et conv. affertis.*

QUIN OSTENDITIS QUID INS. SC. IMMUNIA] Exigua mutatione opus, ut sententia constet: *quin ostenditis quod ins. scel. immania.* quin, inquit, frivolis omissis, ad scelera graviora devenitis? et quae intendistis crimina capitalia probatis? *Ostendere*, *demonstrare*, *explere*, *implere*, Iurisprudentibus idem esse quod probare, alibi doceo; quinimo et ipse Appul. infra dixit: *quae si omnia palam, ac dilucide ostendero.* Iterum hac eadem oratione: *expleas, quod es pollicitus.* Arnobius: *Aperite, monstrate, liquor iste cur detur?* id est, superfundatur altaribus. STEWECH. *Quin ostenditis* absunt a vet. lib. Paulo post pro *quod*, vulgo est, *quid.* COLV. Bene correxere Stew. Colv. et seqq. adsentientibus MSS.

SCELERA IMMUNIA] Conieci olim *scel. immania.* Sed iam rectissimam iudico vulgatam lectionem. Festus: *Immunis, vacans munere: aliquoties pro improbo ponitur, ut apud Plautum: Immune est facinus.* Locus Plauti Trinummo, princ. fab. *Amicum castigare ob meritam noxiam, Immune est facinus, verum in aetate utile et conducibile?* Fortassis etiam scribendum apud Arnobium L. I. *Hoccine est quaeso audax illud facinus et immune?* sed vix est, ut ibi tolli debeat *immane:* quod hic tamen nequaquam rear reponendum, etiamsi Apol, II. *Immo etiam sceleri adversus parentem nefando, immani, impetibili.* COLV. Lege *Immania.* WOWER. Recte viri docti *Immunia* retinuerunt, quum antea maluissent *immania.* Festus: *Immunis, vacans munere. Aliquoties pro improbo ponitur, ut apud Plautum: Immune est facinus.* Veteres Grammatici scribunt olim Munes dictos amicos, qui in unum consensum mutuis animis conspirabant. Lucilius L. XXVI. apud Nonium: *Munifices munesque amicis nostris videamur viri.* Versus restitueris vel feceris hoc modo: *Munifices munesque viri videamur amicis.* SCIP. GENT. alii *scelera immania.* ELMENH. Mirum quantum *immunia* arrideat eruditis. Ego (quod in quibusdam visitur) *immania* mordicus retineo. Infra, *Sceleri nefando, immani, impetibili.* Virg. Aen. I. *Scelere ante alios immanior omnes.* Latro in Catilin. *Huius immanissimi sceleris atrocitatem.* Ibid. *deque ulciscenda immanissimi sceleris atrocitate.* Salvianus 4. de Gubern. *Ad ea per scelera immania perveniri.* et alibi: *Criminum turpitudinem, scelerum immanitatem.* PRIC. MS. Bemb. *immania*, quod unice verum puto, cum Iungerm. in Ep. ad Scip. Gent. inter Gud. p. 363. Groslot. in marg. Wower. Elmenh. Pric. Scriver. Florid. Loco Festi temere abusos esse viros doctos existimo. Apud Plautum enim Trin. I, 1, 2. *amicum castigare* immune *est facinus*, ita explicandum: facinus est, quod nemo dono aliquo aut beneficio remunerat, quod beneficium vix putatur, pro quo gratia non rependitur. cf. Gronov. Lect. Plaut. p. 337. Fortasse hoc voluit etiam Festus τῷ *inprobo*, aut locum Plauti nec ipse intellexit. Iam vero ridicule dictum foret *scelera, pro quibus gratia non refertur.* Nam simpliciter pro *scelerato*, *nefario*, vocem illam usurpatam fuisse, ex Festi loco non affirmare ausim. Desidero certe exemplum. Ceterum male in loco illo Plautino, qui citatur ab auct. ad Herenn. II, 13. in Ed. Ernest. legitur *immane*, sed recte eadem Ed. apud Cic. de Inv. I, 50, ubi eadem Plauti verba referuntur, habet *immune. Immanis* legit quoque Ern. ap. Cic. de Amic. 14. ubi vulgo *immunis.*

INCONCESSA] Excerpta Pithoei: *Inconcessum semen, illicitas nuptias.*

ARTEIS] MS. D'Orv. *artis — flaccet.*

VIGET] Sequuntur iam in Cod. Lips. ea, quae supra dicta sunt de Cratete. Mox pro *enim iam* Pith. *enim nam.*

gredior enim iam ad ipsum crimen Magiae, quod ingenti tumultu, ad invidiam mei, accensum, frustrata exspectatione omnium, per nescio quas aniles fabulas deflagravit. Ecquandone vidisti, Maxime, flammam stipula exortam, claro crepitu, largo fulgore, cito incremento; sed enim materia levi, caduco incendio, nullis reliquiis? En tibi illa accusatio, iurgiis inita, verbis aucta, argumentis defecta, nullis post sententiam tuam reliquiis calumniae permansura. quae quidem omnis Aemiliano fuit in isto uno destinata, me Magum esse: et ideo mihi libet quaerere ab eruditissimis ei advocatis, quid sit Magus? Nam si (quod ego apud plurimos lego,) Persarum lingua Magus est, qui nostra sacerdos: quod tandem est crimen, sacerdotem esse? et rite nosse, atque scire, atque callere, leges caerimoniarum, fas sacrorum, ius religionum? si quidem Magia id est, quod Plato interpretatur *θεῶν θερατείαν*, cum commemorat, quibusnam discipli-
447. nis puerum regno adolescentem Persae imbuant. Verba ipsa divini viri memini, quae tu mecum, Maxime, recognosce: *Δὶς ἑπτὰ δὲ γενομένων ἐτῶν τὸν παῖδα πα-*

Quod] Mirum etiam in Rom. legi *qua:* quod est ineptum. Casaub. Ante Casaubon. vulgo legebatur *qua*, contra sensum et MSS. e quibus Pith. *qui.*

Ecquandone] MSS. Pith. D'Orv. *et quandone.* cf. de hac voce Cel. Ruhnken. ad Vell. Pat. II, 14. Pro *stipula* Pith. *stipulam.*

Hem tibi illa acc.] Contra Grammaticorum praecepta, et aliorum scriptorum usum. Scribi enim deberet *Hem tibi illam accusationem.* An vera igitur lectio Cod. D'Orv. *En tibi i. a.?* sic censeo. *En*, habes tali flammae similem accusationem illam. MS. Pith. *etenim t. i. a.*

Nullis post's. t. r. c. permansuris] Ita malim. Sciopp. *in Symb.* Wowerius edidit *permansuris*, quod malebat etiam Crus. Probab. Crit. p. 54. Male. respondere debet casus *τοῖς inita, aucta, defecta. Accusatio illa nullis reliquiis calumniae permansura est* i. e. accusatio illa tota evanescet, ita ut ne reliquiae quidem calumniae sint superfuturae, postquam tu, Maxime Claudi, sententiam dixeris. Sic paulo ante: *flammam nullis reliquiis.*

Eius advocatis] Ita v. c. et infra: *incredibili quadam vi cantaminum polleat.* Sciopp. *in Symb.* Ex vet. *eius.* Wower. Edd. ante Casaub. item Vulc. Wow. *ei.* Bene. modo MSS. addicerent: et, nisi contrarium notare neglexerit Lindenbr. exstat revera in Florent. Itaque revocavi. Sic Cic. de Off. I, 10. *te* cuipiam advocatum *esse venturum.* et alibi saepius.

Quod ego] Pith. *quid ego.* sic statim pro *quod* id. MS. rursus *quid.*

Persarum lingua] Apollonius Tyanensis Epist. ad Euphratem: *Μάγους ὀνομάζουσι τοὺς θεοὺς οἱ Πέρσαι. Μάγος οὖν ὁ θεραπευτὴς τῶν θεῶν, ἢ ὁ τὴν φύσιν θεῖος.* Dio orat. 36. fol. 449. *Τὸν βασιλέα συγγενέσθαι τε οὐχ ἅπασιν, ἀλλὰ τοῖς ἄριστα πρὸς ἀλήθειαν πεφυκόσι, καὶ τοῦ θεοῦ ξυνιέναι δυναμένοις, οὓς Πέρσαι μάγους ἐκάλεσαν, ἐπισταμένους θεραπεύειν τὸ δαιμόνιον· οὐχ ὡς Ἕλληνες ἀγνοίᾳ τοῦ ὀνόματος, οὕτως ὀνομάζουσιν αὐτοὺς γόητας.* et Orat. 49. fol. 538. *Πέρσαι μὲν οἶμαι τοὺς καλουμένους παρ᾽ αὐτοῖς Μάγους, ὅτι τῆς φύσεως ἦσαν ἔμπειροι, καὶ τοὺς θεοὺς ᾔδεσαν, ὡς δεῖ θεραπεύειν.* Porphyr. de Abstin. ab Anim. f. 58. Suidas in *Μάγοι.* Agathias de gestis Iustin. L. III. p. 57. Elmenh. Horum quaedam habet Elmenh. e Lindenbr. Excerpt.

Rite nosse] MS. Pith. *ritē noscere.* male. Ceterum singula singulis respondent *nosse leges ceremoniarum, scire fas sacrorum, callere jus religionum:* hinc patet male Lat. Latinium tentasse *ritus nosse.* Pro *callere* MS. D'Orv. *colere.*

θεῶν θεραπείαν] Plato Alcibiade priore, unde hic locus, qui sequitur, peritus est. Colv. Haec male absunt a Romano cod. vid. Plato in Alcibiade fol. 121. in Charmide fol. 193. Elmenh. Desunt MSS. Pith. D'Orv. Primus addidit editor Iunt. post.

Puerum regium adolescentem] Sic vulgo editur: sed unice verum est quod exstat in MSS. Florent. et Pith. quod marg. adlevit Salm. forte e Cod. Fux. et edidit iam optimo iudicio Scriv. *p. regno adolescentem* i. e. in spem regni. Non quivis regius puer ita educatur, sed, teste Platone *ὁ παῖς ὁ πρεσβύτατος, οὗπερ ἡ ἀρχή.*

Ipsa d. viri] MS. Pith. cum Salm. *ipsius.* Non muto. Memini, ait auctor, non tantum sensum verborum Platonis, sed *ipsa* verba. *τὰ viri memini* desunt a m. pr. in MS. D'Orv.

Recognosce dicentia] Illud *dicentia* an dice-

παραλαμβάνουσι, οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνομάζουσιν. εἰσὶ δὲ ἐξελεγμένοι Περσῶν οἱ ἄριστοι δόξαντες ἐν ἡλικίᾳ τέτταρες· ὅ, τε σοφώτατος καὶ ὁ δικαιότατος, καὶ ὁ σωφρονέστατος, καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου, τοῦ Ὡρομάζου. ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία. διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. Auditisne, Magiam, qui eam temere accusatis, artem esse Diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam scilicet, et diviniscientem, iam inde a Zoroastre et Oromaze, auctoribus suis, nobilem, coelitum antistitam? quippe inter prima regalia docetur: nec ulli temere inter Persas concessum est Magum esse, haud magis quam regnare. Idem Plato in alia sermocinatione de Zalmoxi quodam, Thraci generis, sed eiusdem artis viro, ait

cemus esse τοῦ ποιητοῦ, an potius subditivum? Suspicari licet fuisse prius proxime sequentia verba Graeca Latinis characteribus scripta *dis epta* pro δὶς ἑπτὰ. Inde manasse hanc vocem sono adfinem. CASAUB. *maeum recognosce*] Sic Flor. in Aldo est *m. r. dicentia.* male. ELMENH. Crasius Probab. Crit. p. 54. reponi vult *dicentis.* Equidem aut antiquae lectioni acquiescendum, aut penitus eiiciendum verbum arbitror, quod facio cum Wower. et seqq. auctoritate MSS. Florent. Pro Graecis in MSS. D'Orv. Pith. haec leguntur *de re nomen* (Pith. *um*) *et antenite dat r.* Graeca absunt omnia Edd. Iunt. pr. Ald. et usque ad ὧν ὁ μὲν μαγείαν quoque Edd. Vic. Bas. pr. quum in Vic. desint quoque διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. male. sequitur enim: *inter prima regalia docetur.*

AUDITISNE] Venet. *audistisne.* COLV.

DIIS IMM. ACCEPTAM] Magos *Deorum amicos* dicebat Heliogabalus, teste Lampridio in eius vit. c. 8. Magiam *divinorum incorruptissimum cultum* vocat Amm. Marc. XXIII. c. 6. §. 32. ubi vid. Lindenbrog.

PERGNARAM] MS. Pith. *pergnara.* D'Orv. omittit *scilicet*, otiosam quidem vocem, sed quam saepissime interserit noster. V. Ind.

DIVINISCIENTEM] Sic una dictione putavimus scribi debere, ut Divinipotens, et sim. COLV. MS. Pith. *divinis scientem.*

OROMAZO] Flor. 2. *Oromaze.* ELMENH. De Oromazo nihil apud auctores reperio. Fuerit forsan aliquis ex Zoroastri posteris. Florentinus cod. hic habet *Oromace*, quod nomen idem esse videtur ac *Orosmades*, qui supremus apud Persas Deus est. FLORID. MS. Pith. *Oramace.* Ed. Vic. *Oromace.* Edd. Iunt. Ald. Cas. Gent. Pric. *Oromaze.* bene, et ex MSS. non *Oromazo.* Gr. ὠρομάζης. Videtur autem Appul. in loco Platonis legisse Ζωροάστρου καὶ Ὡρομάζου. nam ut nunc apud Platonem est, Zoroaster Oromazae (*Oromansii* vertit Ficinus) filius perhibetur.

ANTISTITAM] Pleraeque edd. *antistitem.* minus recte. Vide Gellium L. XIII. c. 19. Attius Astyanacte: *Utinam unicam ibi antistitam arcitenens suum Tatetur.* Corn. Severus: *Stabat apud sacras antistita numinis aras.* Plautus Rudente: *Venerinaeque antistitae.* COLV. Vide Voss. de Anal. II, 21. Heins. ad Ovid. Met. XIII. vs. 410. MS. D'Orv. *antistitem.*

QUIPPE INTER] Rom. Ven. *quippe quae inter.* COLV. Flor. *quippe qui.* unde non male Colvius *quippini* fecit. ELMENH. Nihil tale habet Colv. sed ut reliquae Edd. O. *quippe inter.* Scriv. *quippe quae inter.* Non male tamen *quippeni*, quae vox creberrime corrupta apud nostrum; si plures MSS. adderent: sed reliqui simpliciter *quippe inter.*

INTER PRIMA REGALIA] Nam nisi cum Magis familiariter versatus sit, regnare non potest. Philo de specialibus legibus fol. 611. τὴν μὲν οὖν ἀληθῆ μαγικὴν, ὀπτικὴν ἐπιστήμην οὖσαν, ᾗ τὰ φύσεως ἔργα τρανωτέραις φαντασίαις ἐργάζεται, σεμνὴν καὶ περιμάχητον δοκοῦσαν εἶναι οὐκ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς, καὶ βασιλέων οἱ μέγιστοι, καὶ μάλισθ' οἱ Περσῶν διαπονοῦσιν οὕτως, ὥς' οὐδένα φασὶν ἐπὶ βασιλείαν παραληφθῆναι δύναμιν παρ' αὐτοῖς, εἰ μὴ πρότερον τοῦ μάγων γένους κεκοινωνηκὼς τυγχάνοι. Hieronymus in Danielem L. I. c. I. *Consuetudo et sermo communis magos pro maleficis accipit; qui aliter habentur, apud gentem suam, eo quod sint Philosophi Chaldaeorum; et ad artis huius scientiam reges quoque et principes eiusdem gentis omnia faciunt.* ELMENH.

IDEM] MS. D'Orv. *item.*

IN ALIA SERMOCINATIONE] Forte in Charmide, ubi de Zamolxide multa. COLV.

ZAMOLXI] MSS. Pith. *Zalmoxi*, D'Orv. *Zalmopi.* ut et infra. Scribendum enim, non, ut vulgo, et hactenus editum, *Zamolxi*, sed *Zalmoxi*, ut apud Herod. IV, 94. Ζάλμοξις. ubi vid. Wessel. et Schweigh. in Var. Lect. et in primis Richter. ad Fabricii Bibl. Gr. L. II. c. 14. §. 9.

THRACI] Male alii *Thracii gen.* De hoc supra scripsimus ad Miles. L. IV. Ad quae adde Gellium L. XIX. *Cuipiam Thraco insipienti et rudi.* COLV.

ita scriptum reliquit: *Θεραπεύεσθαι δὲ τὴν ψυχὴν, ἔφη, ὦ μακάριε, ἐπῳδαῖς τισι.*
448. *τὰς δὲ ἐπῳδὰς τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλούς.* Quod si ita est, cur mihi nosse non liceat vel Zalmoxi bona verba, vel Zoroastri sacerdotia? Sin vero, more vulgari, eum isti proprie Magum existimant, qui communione loquendi cum Diis immortalibus ad omnia, quae velit, incredibili quadam vi cantaminum polleat: oppido miror, cur accusare non timuerint, quem posse tantum fatentur. Neque enim tam occulta et divina potentia caveri potest, itidem ut cetera. Sicarium qui in iudicium vocat, comitatus venit: qui venenarium accusat, scrupulosius cibatur: qui furem arguit, sua custodit. Enimvero qui Magum, qualem isti dicunt, in discrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem caecam et inevitabilem prohibeat? nullis scilicet: et ideo id genus crimen non est eius accusare, qui credit. Verum haec fer-

Colv. Plato in Charmide fol. 156. Elmenh. De eo, quod *Thraci* scribendum, non *Thracii*, vid. ad Met. L. IV. p. 274, a.

Viro] Vulc. in marg. *perito.* male. *Viro generis* quidem *Thraci*, *sed artis eiusdem. Vir artis* dicitur ut *homo litterarum* Symmacho I, 72. et Sidon. V, 1. vid. Salm. et Casaub. ad Capitol. Maximin. c. 2. *Semibarbarus et vix adhuc Latinae linguae.* cf. infra ad pag. 523.

θεραπεύεσθαι] Lacunam implevimus appositis Platonis verbis ex Charmide. Casaub. Graeca non comparent in Edd. ante Casaub. nec in MS. D'Orv. E Florent. nihil notatum video. Sed Pith. *τατεεπαγεινκι τους λογους* etc. unde patet, bene vidisse Casaub. quem locum ob oculos habuerit auctor. Fortasse tamen simpliciter postrema verba inserenda sunt: *τὰς δ' ἐπῳδὰς τοὺς λόγους εἶναι καλούς.* Alia ex Platonis Charmide inseri volebat Schottus Obs. V, 15. *τοιοῦτον τοίνυν ἐστιν καὶ τὸ ταύτης τῆς ἐπῳδῆς· ἔμαθον δ' αὐτὴν ἐγὼ ἐπὶ στρατίας παρά τινος τῶν Θρακῶν τῶν Ζαμόλξιδος ἰατρῶν, οἳ λέγονται καὶ ἀποθανατίζειν.*

Liceat] D'Orv. *liceas.*

Zalmoxi] In terminatione *i* consentiunt MSS. et Edd. O. praeter Elmenh. qui tacite cum Florido exhibuit *Zamolxis.* male. Terminationem *i* in eiusmodi genitivis 3ae decl. amat noster. v. ad Met. L. I. p. 46. Sic ib. L. II. p. 155. ex MSS. et Edd. vett. a Cel. Ruhnkenio editum *Adoni*, pro *Adonis* vel *Adonidis.*

Zoroastri] Flor. *Zoroastris.* Vide Eusebium praepar. Euang. L. I. c. 7. Elmenh. Iterum Elm. cum Florido, accedente hic Scriverio, edidit *Zoroastris* e MSS. Florent. ut ait: nam e Lindenbr. Excerptis contrarium colligas, et est quoque *Zoroastri* in MSS. Pith. et D'Orv. et Edd. reliquis.

Sin vero] MS. D'Orv. *si vero.*

Existimant] Sic bene MSS. et Edd. pleraeque. Sed Vic. *estim.* Iunt. pr. Bas. pr. Ald. *aestimant.* ut semper verba illa confunduntur. Adi Oudend. ad Caesar. de B. Civ. III, 102. coll. de B. Gall. II, 17.

Incredibilia] Melius scripseris *ad omnia quae velit, incredibili quadam vi cant. p.* Casaub. Lege *incredibili.* Acidal. Flor. et Rom. *incredibilia.* male. Elmenh. Casaubonum secuti sunt reliqui. MSS. Pith. et D'Orv. retinent tamen *incredibilia*, et pro *quadam* Pith. *quidam.*

Timuerint] MS. D'Orv. *timuerunt.* et infra *venarium.*

Qualem isti dicunt] Primo reponebam *qualem isti dicunt.* valet, *qualem me.* cuiusmodi multa passim in Pandectis Florentinis. de quibus ego in Commentario Vegetiano in emendatione l. *quaeret aliquis* ff. de Verb. Sign. Postea, quod nesciam quis scrupulorum usus sit, malim: *quibus satellitibus. quibus custodibus.* Stewech. Male Stew. *qualem me.* Supra: *sin vero — eum Magi existimant — qui — polleat.*

Quibus scrupulis] Nihil in his aliter legendum: respondent enim illis, quae praecesserunt, *Sicarium qui in iudicium vocat, comitatus venit: qui venenarium accusat, scrupulosius cibatur: qui furem arguit, sua custodit.* Colv. id est, qua scrupulositate, vel diligentia. Respondet enim ei, quod dixerat, *scrupulosius cibari.* non memini me alibi legere hoc sensu, sed pro dubitatione, *scrupulos.* Sisenna Histor. L. IV. *Hic tum iniectus est levis scrupulus, et quaedam dubitatio.* Scip. Gent. Stuporem Stewechii ingerentis *Satellitibus?* annon proxime praecessit *cibari scrupulose?* Pric. Ante *scrupulis* deest *quibus* MS. D'Orv.

Perniciem coecam] In uno cod. videtur esse *perniciam.* In D'Orv. *pernic. citam*, sed vide Pric.

Nullis scilicet] Glossema putat Groslot. in marg. male: ut patet e seq. *et ideo* etc.

Verum haec] Pith. *v. hoc.* D'Orv. mox *oblectantur.*

Cor-

ferme communi quodam errore imperitorum philosophis obiectantur: ut partim eorum, qui corporum causas meras et simplices rimantur, irreligiosos putent, eoque aiant Deos abnuere; ut Anaxagoram, et Leucippum, et Democritum, et Epicurum, ceterosque rerum naturae patronos: partim autem, qui providentiam mundi curiosius vestigant, et impensius Deos celebrant, eos vero vulgo Magos 449.
nominent: quasi facere etiam sciant, quae sciant fieri: ut olim fuere Epimenides, et Orpheus, et Pythagoras, et Ostanes. Ac dein similiter suspectata, Empedocli Catharmoe, Socrati Daemonion, Platonis τὸ ἀγαθόν. Gratulor igitur mihi

CORPORUM CAUSAS MERAS] Fulvius pro, *corporum*, malebat, *rerum*, aut *Deorum*. SCIOPP. in Susp. Fulvius *rerum* aut *Deorum* libentius legit. SCIP. GENT. Pessime utique *Deorum*: nam opponuntur philosophi, qui mundi rerumque omnium originem ad meras causas naturales et simplices, sine ulla divinae mentis providentia referunt, (propterea *rerum naturae patronos* vocari ab Appuleio puto, non, ut explicat Gent. infra) opponuntur igitur hi philosophi illis, qui *Providentiam mundi curiosius vestigant et impensius Deos celebrant*. Neque tamen etiam necesse est cum eodem Fulvio rescribere *rerum*: sive *corpora* in universum intelligas omnia quae sunt; sive, corpora illa, seu *individua corpuscula*, (*atomos* vocant) quorum concursu effectum esse coelum atque terram Philosophi illi censebant.

RERUM NATURAE PATRONOS] *Democritum, ceterosque antistites bonarum artium*. Seneca de Brevit. vit. cap. 14. dixit. SCIP. GENT. Melius Florid. in Interpret. *defensores causarum naturalium*. v. not. praeced.

NOMINENT] Pith. *nominetur*. Pro *etiam* D'Orv. *et*. Pro *quae* Pith. *qui*.

EPIMENIDES etc.] Vide Plin. Nat. Hist. L. XXX. c. 1. de origine magicae artis. ELMENH.

ASTANES] Legend. ut edidit Colv. *Ostanes*. meminit eius infra noster. D. Cyprian. in de Idol. Vanit. et Minuc. Felix (apud quem vulgo male *Sosthenes*) Plinius L. XXX. c. 1. duos *Ostanes* ponit; alterum in exercitu Xerxis, quum in Graeciam descenderet; alterum citeriorem, M. Alexandri comitem. PRIC. Cas. et Scip. Gent. *Astanes*. Florid. *Osthanes*. Scriv. *Hostanes*, cum Elmenh. in notis ad Arnob. L. I. p. 31. in cuius textu tamen legitur: *Armenius Zostriani nepos*, non, *Ostanis nepos*. sed in Appuleio edidit cum reliquis *Ostanes*, ut scribitur hoc nomen Plinio XXX, 1. et Ὀστάνης Graecis scriptoribus, sed *Otanes* Herodoto, Arabibus *Andshan* s. *Aidsen*. De Ostane s. Hostane omnia vide apud Fabric. B. Gr. L. I. c. 14. §. 1. ibique Harles.

DEIN] Sic Pith. cum Edd. tantum non omnibus; nam Vic. dat *deinc*, Flor. *deinde*, ut adscriptum est margini Ed. Casaub. quasi e Cod. D'Orv.

SUSPECTATA] Ita MSS. Pith. D'Orv. Edd. Rom. Vic. Cas. Wow. Gent. Pric. eum Casaub. in marg. At Scriv. *suspectatus est*. In reliquis *suspecta*. sed *suspectatus* habemus quoque Met. L. IV. p. 310. Infra p. 452. *utrum ad* suspectandam *Magiam valet*. p. 547. *non minus* suspectans *novam domum, quam ipsa iam ob novum divortium* suspectanda. v. Oud. ad Met. L. X. p. 693, a. Cort. ad Sall. Iug. c. 70. *Suspectata* h. l. valet, suspecta vulgo haberi solent. Supra, *haec ferme communi quodam errore imperitorum philosophis* obiectantur. Male Edd. Iunt. Bas. Ald. Colv. *suspecta est*.

SUSPECTA EST EOCLI CATHORINO] Romae impressum, *suspectata est Empedocli Cathorinco*. COLV. *Suspectata Empedocli Cathormoe*] Sic scriptum, paullo minus, in Codice Rom. in quo hoc tantum peccatum est, quod *Cathorinee* scripserunt operae: debuerant enim *Catharmoe*, h. e. καθαρμοί. Nota Empedoclis γοητεία, noti καθαρμοὶ ex Plutarcho, Laërtio, aliis Graecis. At in Edd. post Romanam cusis quam foede acceptus fuerat hic locus? Ita enim primus opinor Bernardus Philomathes edidit, *Eocli suspecta est Cathorino*. quam portentosam γραφὴν omnes deinceps Edd. fideliter servarunt. οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ τῆς ἀληθείας ζήτησις. CASAUB. καθαρμοὶ] Ita Flor. et Casaub. In Aldo et Rom. est *Catharino*. ineptissime. ELMENH. v. Casaub. notas. Scriv. Obs. Hum. V, 15. PRIC. MS. Pith. *Epedocli*: sed bene exstat in D'Orv. in quo porro *Cathornice*, sed Pith. *Cathornee*, Edd. ante Colv. *Eocli Cathorino*, nisi quod Rom. Vic. *cathorinee*: e quibus patet, in omnibus scribi per *o* non per *a*. Hinc firmatur aliquomodo coniectura Groslotii legendis καθορμεία, pro impetu in profundendis versibus, quem in Empedocle valde celebrant auctores: sed de poëtica Empedoclis facultate non constat inter antiquiores et recentiores. V. Bibl. Gr. Fabricio - Harlesianam V. I. L. II. c. 12. §. 8. Utut est, quid illa poëtica καθορμεία ad h. l. ubi de rebus magicis et divinis mysteriis sermo est? Imo palmaria est Casauboni emendatio. Florentinarum membran. auctoritate firmata, et a seqq. editoribus iure merito expressa; nisi quod Scip. Gent. rursus auctorem corruperit, excudens *Cathor-*

ino

hi, cum et ego tot ac tantis viris adnumeror. Ceterum, quae ab illis ad ostendendum crimen obiecta sunt, vana et inepta et simplicia, vereor, ne ideo tantum crimina putes, quod obiecta sunt. Cur, inquit, piscium quaedam genera quaesisti? Quasi id cognitionis gratia philosopho facere non liceat, quod luxu-
450. rioso gulae causa liceret? Cur mulier libera tibi nupsit post annos quatuordecim viduitatis? Quasi non magis mirandum sit, quod tot annis non nupserit. Cur prius, quam tibi nuberet, scripsit, nescio quid, in epistola, quod sibi videbatur? Quasi quisquam debeat causas alienae sententiae reddere. At enim maior natu non est iuvenem adspernata. Igitur hoc ipsum argumentum est, nihil opus Ma-

tharinae, quia ita operarum vitio scriptum vidit in Ed. Casaub. qui in Erratis id correxit. Scriv. sing. num. dedit καθαρμὸς; sed Empedoclis opus ubique inscribitur καθαρμοί. vid. Fabric. Bibl. Gr. l. c. quare minus bene quoque Turneb. Adv. 24. c. ult. et Mercerus, teste Groslotio in marg. divinarunt καθαρμὰ. Schottus Obs. V, 15. Casauboni εὐστοχίαν suis ineptiis se anteponendam censere, ingenue fassus est; et merito. Ceterum Latine *Catharmoe* edidere Cas. et Pric. de qua terminatione v. quos citat Oudend. ad L. de Mundo p. 319, a. et ad Lucan. II. vs. 593. et intpp. ad Nepot. Milt. c. 4. *qui hemerodromoe vocantur*. atque ita hic legendum. v. not. seq.

Socrati Daemonion] Scriv. et Flor. Graecis litteris Δαιμόνιον. Sed quoniam in MS. D'Orv. et Edd. vetustissimis, duo illa vocabula *Catharmoe*, et *Daemonion*, utut corrupta, exstant tamen, deest vero τό ἀγαθὸν, ut solent Graeca deesse: hinc recte colligere mihi videor, ultimam hanc vocem solam Graece scriptam fuisse. Legendus itaque totus locus sic: *Ac dein similiter suspectata Empedocli Catharmoe, Socrati Daemonion, Platonis τὸ ἀγαθόν.*

Platonis τὸ ἀγαθὸν] Non ita haec accipi debent, quasi Plato fuerit magiae suspectus: quam ille gravi supplicio proposito de sua republica exterminavit Legum XI. sed quia multa ille de Diis disserere solitus non in vulgus nota, ideo visus imperitis novos deos comminisci, quos sub novorum verborum involucro celebraret. Notum quid sit in Academia τ' ἀγαθόν. Casaub. Recte *Platonis* scriptum est, generandi casu, et ita etiam legendum, *Empedoclis* et *Socratis*, non enim ipsis, sed aliis suspectata illorum, quae commemorat Appuleius hic. Plato L. X. Legum, Magiam (ut Romani decemviri) damnavit. Scip. Gent. Ignoravit Gentilis auctoris nostri consuetudinem, nominum in *es* faciendi genitivos in *i*, de quo paullo supra, et saepius monitum: quare non necesse est cum Florido restituere *Empedoclis*, *Socratis*. Ceterum Vulc. in marg. coniecit *Socratis Daemonium Platoni τὸ ἀγ.* quomodo edidit Wow. forsan quia Socrates summum numen dicere solebat τὸ ἀγαθὸν et τὸν ἀγαθὸν, de quo insignis locus est Platonis L. II. de Republ. Sed aliud est Summum numen, aliud Daemonium Socratis; hoc autem diversum omnino a Platonico τῷ ἀγαθῷ.

Tot et tantis] Singularis est lectio Cod. Pith. *tot accusatis.* sed ex alio vet. cod. notatum *tot ac tantis.* Bene: atque ex ea lectione Pithoeani corrupta videtur.

Ceterum quae] MS. D'Orv. et Florent. *Ceterum ea quae.* ut edidere Elm. Scriv. Flor. sed *ea* abest Pith. et Edd. vett. item Cas. Vulc. Wow. nec opus est.

Ad ostendendum crimen] Causam facile intelligis cur τὸ (*crimen*) glossema, censeam. Stewech.

Et simplicia] Forte: *similia.* Sicut mox: *iam et illa similia.* Sciopp. *in Symb.* Schoppius mallet *et similia.* Sed *simplicia* hoc loco est, fatua, εὐήθη. Scip. Gent. Caret copula MS. D'Orv. ut et mox τῷ *ideo.*

Obiecta] Pith. *obiectata.* male.

Luxurioso] D'Orv. *luxurio.*

Post annos tredecim] Infra duobus locis ait *quatuordecim:* et ita hic censeo legendum. Casaub. recte. Pric. Non distincte satis videre possum, an XIIII, ex Pith. cod. notatum sit, an pro var. tantum lect. ex conj. Casauboni. Utut est, non dubitavi id rescribere propter evidentiam. Facile omitti potuit una lineola in eiusmodi scriptura per numeros: quare malui librario errorem adscribere, quam ipsi auctori, qui bis infra *quatuordecim* dixit, pag. 513 et 535. Ed. Flor.

Quod sibi videbatur] Sic Lipsius scribendum censuit. Vulgo erat: *quod si vid.* Unde ego etiam, *quod sic vid.* vel, *quia sic vid.* Colv. Visum esse dicitur, cuius ratio non apparet. Servius in Virg. III. Aen. Brant. Optime Philom. Pisanus in Ed. Iunt. post. addicentibus MSS. rescripsit *quod sibi videbatur.* Opponuntur τῷ *sibi* sequentia *causas alienae sententiae reddere.* Quare male Lat. Latin. *quod non videb.* et Colv. *quod* vel *quia sic vid.*

At enim] MS. D'Orv. *ac enim.* Postea τὸ *velit* non est in Pith.

Cae-

Magia fuisse, ut nubere vellet mulier viro, viduo caelibi, maior minori. Iam et illa similia: Habet quiddam Appuleius domi, quod secreto colit. Quasi non id potius crimen sit, quod colas non habere. Cecidit praesente Appuleio puer. Quid enim si iuvenis, quid si etiam senex adsistente me corruisset? vel morbo corporis impeditus, vel lubrico soli prolapsus? Hiscine argumentis Magiam probatis? casu pueruli, et matrimonio mulieris, et obsonio piscium? Possem equidem bono periculo, vel his dictis contentus perorare. Quoniam tamen mihi pro accusationis longitudine largiter aquae superest; cedo, si videtur, singula consideremus. Atque ego omnia obiecta, seu vera, seu falsa sint, non negabo: sed perinde, atque si facta sint, fatebor; ut omnis ista multitudo, quae plurima un- 451.
di-

CAELIBI] Corrupte Ed. Iunt. post. *celebri.*

MAIOR IUNIORI] Ita Edd. O. Sed MS. D'Orv. *maior minori.* recte. E Glossa est τὸ *iuniori.* Adi Oudend. ad Sueton. Calig. 1. et ad nostri Metam. L. IV. p. 300, a.

HABET QUIDDAM] MS. D'Orv. *habet quidequie.* Ed. Vic. *habet quidem.*

QUOD SECRETO] Ita Rom. Alii *sancte.* CASAUB. Ita v. c. SCIOPP. *in Symb.* Sic Geminianus Ethnicus domi coluit centum simulacra, ut notat Vicentius in Speculo Hist. L. XII. c. 41. ELMENH. Si Scioppio fides, *secreto* exstare in Fulv. Cod. id praeferam (vid. infra pag. 494. Ed. Flor.), atque ita exhibent Cas. cum seqq. praeter Vulc. Edd. sec. tert. in quibus *sancte*, quod exstat in MSS. Florent. Pith. et Edd. vett. excepta Rom. In MS. D'Orv. *ste.* Sane, si *secreto* legas, desideres forte, in seqq. illis, *quod colas non habere*, de secreto cultu verbulum additum fuisse.

QUASI NON] Pith. *qi sind.*

MORBO CORP. IMPEDITUS] L. *impetitus* i. e. morbi cuiusdam paroxysmo correptus. ACIDAL. Non probo Acidalii coniecturam, qui *Impetitus* reponit. Nam intelligit Appul. morbo impeditis, quasi colligatis omnibus membris corporis necessario procidisse, quod inferius dixit, *moribundo corpore cessante animo cadere.* Tac. I. Annal. *quia Tiberius casu an moribus eius impeditus prociderat.* SCIP. GENT. Acidalius *impetitus* otiose. Cic. Verr. 5. *Aetate et morbo impeditus.* Noster in Milesiis: *Morbo implicatus.* Nonnus in Ioann. νουσαλέῳ πεπεδημένος ἅψεα δεσμῷ. Symmachus VII, 28. *Febre impeditus.* Ammianus Marc. L. XIV. *Aegritudine colligatus.* Pari elegantia est ubi pro sano *Expeditum* ponunt. Miles. 9. *Sanum me, atque omni morbo scirent expeditum.* Supra heic: *Sanitas expedita, imbecillitas laciniosa est.* PRIC.

HISCINE] MS. D'Orv. *hisne*, et statim *comprobatis.*

CASU PUFRILI] Ita MSS. et editi. Salm. margini adlevit *pueruli.* Verissime: *pueruli — mulieris — piscium.* Sic solet Appuleius.

TAMEN] Non est in MSS. Pith. et D'Orv. qui caret quoque mox *pro.*

LARGITER AQUAE] Male vulgatum, *largitur atque superest.* Per aquam intelligit Clepsydram, ad quam olim dicebant Rhetores, et caussarum patroni. Sic infra: *At tu, interea dum legit, aquam sustine.* Et: *mea aqua licet ad hoc utare.* Apol. II. *At tu, licebit, aquam sinas fluere.* Philetas: Τοσαῦτα ὥσπερ πρὸς ὕδωρ εἶπον. Lucianus Piscatore: Ἢ τί ἂν εἴποιμεν Ἀνύτου καὶ Μελίτου περὶ, τῶν ἐμοῦ κατηγορησάντων, ἢ τῶν τότε δικαστῶν, ὁ οὗτος θνήξεται, μηδὲ τὸ παράπαν ὕδατος μεταλαβών. Synesius Dione: Ὕδωρ δὲ τουτὶ θεῖ διάττον δρόμον οὐ μεμετρημένον οὐδὲ πρὸς κλεψύδραν ταμιευόμενον. ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἰ μήπω παύομαι, ἀλλ' αὐτίκα πεπαύσομαι. Sed nota res de Clepsydris his oratorum. Hoc adhuc observare est, a iudicibus sive arbitris dari has, prout caussae exigebant, vel plusculas vel pauciores solere. In quam rem elegans et festivus Martialis iocus Ep. 35. Lib. VI. *Septem clepsydras magna tibi Voce petenti Arbiter invitus, Caeciliane, dedit. At tu multa diu dicis, vitreisque tepentem Ampullis potas semisupinus aquam. Ut tandem saties vocemque sitimque, rogamus Iam de Clepsydra, Caeciliane, bibas.* Plinius L. II. Epist. ad Arrianum: *Dixi horis paene quinque. nam decem clepsydris quas spatiosissimas acceperam, sunt additae quatuor.* COLV. De aqua notum. At quid illud, *pro accus. long.?* Barth. Advers. V, 12. aequalia utrinque dicendi spatia notari contendit; malim ego sesquialteram proportionem ex parte Rei, quod in caussis, capitalibus duntaxat, aliquando moris fuisse, docent Plinius Lib. 4. Epist. 9. et Asconius Verr. 3. PRIC. *Pro longitudine accusationis* i. e. quia longa fuit accusatio, et longa igitur defensio requiri videbatur, propterea multum temporis mihi ad dicendum datum est. Lat. Latin. legit *largiter aqua.* In MS. Pith. *largitur.* Edd. vett. *largitur atque sup.*

SINGULA CONSIDEREMUS] MS. Bemb. *singula largiter consid.* e vs. praeced. Mox pro *falsa*

dique ad audiendum convenit, aperte intelligat, nihil in philosophos non modo vere dici, sed ne falso quidem posse confingi, quod non ex innocentiae fiducia, quamvis liceat negare, tamen habeant potius defendere. Primum igitur argumenta eorum convincam, ac refutabo, nihil ea ad Magiam pertinere: deinde, etsi maxime Magus forem, tamen ostendam, neque causam ullam, neque occasionem fuisse, ut me in aliquo maleficio experirentur. Ibi etiam de falso invidia, deque epistolis mulieris perperam lectis, et nequius interpretatis, deque matrimonio meo ac Pudentillae disputabo. idque a me susceptum officii gratia, quam lu-

sint D'Orv. *f. sunt.* Deinceps pro *falso* Pith. *false.*

TAMEN AVEANT POTIUS DEF.] Ita Fulvius. SCIOPP. *in Symb.* Legendum puto *aveant:* ut desiderium refellendi significet, ut supra. Saepissime hae voces *Habere* et *Avere*, et similia, locum mutarunt, et se mutuo extruserunt, ut doctissimi viri P. Victorius et Iac. Cuiacius docuerunt. Possis tamen ita hic interpretari, *Habeant potius defendere*, vel debeant. Sed tum dixisset *Habeant defendendum.* ut Plinius: *Quum enitendum haberemus.* et Suetonius: *Ut consolandos eos magis Imperator quam puniendos habuerit*, et alia plurima. Graecismus autem est, *Non habeo dicere*, οὐκ ἔχω εἰπεῖν. sed hic non quadrat. SCIP. GENT. Fulvius *aveant potius*, quod probo. ELMENH. Multi heic *aveant* legunt, quibus accedunt quae et Cuiacius notat ad Paul. Recept. Sentent. L. 3. Tit. *de Testam.* Ego in vulgata lectione nil video quod non optime ferri potest. PRIC. Non male *aveant* reponi voluit etiam Lips. in marg. Bas. pr. ut sit fere sensus idem, quem supra p. 404. expressit: *Est pudentis animi et verecundi vel falsam vituperationem gravari.* Invitis libris tamen non muto *habeant*, sive explices *possint*, sive, quod malim, cum Florido, *existiment satius esse.* MS. D'Orv. *tamen potius haud def.*

EORUM CONVINCAM] MSS. Pith. *eo*, D'Orv. *conmutam.* Alii distinguunt (;) post *refutabo.* Notanda locutio: *refutabo ea pertinere.* ut περὶ ἑρμ. p. 645. *hoc refutabimus aliter dici.* Statim pro *deinde* Pith. *demum.*

OCCASIONEM] MS. D'Orv. *actionem.*

DE FALSO INVIDIA] An scripsit auctor, *de falsa invidia?* an potius Graecorum imitatione *falsoinvidia* nove dixit, ut illi possent ψευδόφθονος? CASAUB. Illud amplexus est Scriv. quem Ed. Bip. sequitur; hoc Floridus. Ceteroquin MSS. et Edd. nihil fluctuant. Quare acquiescendum τῷ *de falso invidia:* quod tamen non pro uno vocabulo, ut Gr. ψευδόφθονος, capiendum puto, sed ita, ut sit adverbium positum pro adiectivo, et *de falso invidia* idem, quod infra p. 513. ait auctor, *ut ipse Aemilianus recognoscat*, falso *se ad invidiam meam inductum.* Nam de eadem et ibi et hic loquitur invidia, propter dotem nempe, et lucrum, cuius cupiditate invasisse Pudentillae domum accusabatur Appuleius, quam *cassam invidiam* vocat p. 510. Usus autem iste adverbii, substantivo additi, haud infrequens est apud Latinos scriptores. vid. Passerat. ad Tibull. I, 3. vs. 29. et Oudend. ad Lucan. L. I. vs. 63. quam constructionem alii explicant, ut adverbium iungatur verbo subaudito, melius tamen e Graecorum loquendi more derivari putem. Virg. Aen. I. vs. 198. *ante mala.* τὰ πρὶν κακά. Lamprid. Alex. Sev. c. 35. et alibi apud Lat. Pacat. Tertull. alios, *retro principes*, οἱ πάλαι ἄρχοντες. Sic tamen non explicandum puto Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 63. *patrem lacrimis et precibus* adsidue *ab exilio revocavit.* nec Terent. Andr. I, 2, 4. *Heri semper lenitas Verebar quorsum evaderet.*

EPISTOLIS] Ed. Vic. inepte *epulis.* Pro *perperam* MS. Pith. *operam.*

OFFICII GRATIA QUAM] Bas. II. et Ald. *officii gratia potius*, *quam.* Sed rectius hoc abest, et elegantius subauditur, Graecorum loquendi more. Sic Homerus Iliad. α. Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι. Sophocles Aiace: Ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν ἢ κείνοις γλυκύς. Pindarus Nemeis: Ὑπνοῦμεν πάντες ἢ πιστεύομεν. Ubi τὸ μᾶλλον non exprimitur. Apologia II: *Si quae simulationis caussa dicta sunt, adseverantis pronuntiatione quam exprobrantis legantur.* Plautus Menaechmis: *Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam.* Casina: *Ut quod vir velit Fieri id facias, quam adversere contra.* Sic saepe Tacitus, Livius, Tertullianus, et ICti nostri: ut observatum notatumque viris doctissimis, A. Augustino, B. Brissonio, Lipsio. Sidonium Apoll. emendare ita me memini e cod. MS. Gellius ita L. II. cap. 7. Noster item L. III. Florid. COLV. *officii gratia potius quam*] V. C. Idem mox: *immane quantum angori.* SCIOPP. *in Symb.* Sic Ald. et Fulvii liber, alii τὸ *potius* male omittunt. ELMENH. ἔλλειψις τοῦ *potius* iam vel pueris nota: adeo nil heic Elmenhorstius agit cum Fulvii MS. PRIC. Ipse tamen Elm. cum reliquis in textu expunxit *potius*, rectissime; neque etiam comparet in Ed. Ald. nec in MSS.

lucri causa, docebo. Quod quidem matrimonium nostrum Aemiliano huic immane quanto angori quantaeque invidiae fuit. Inde omnis huiusce accusationis obeundae ira et rabies, et denique insania exorta est. Quae si omnia palam et dilucide ostendero; tunc denique te, Claudi Maxime, et omnes, qui adsunt, contestabor, puerum illum Sicinium Pudentem, privignum meum, cuius obtentu et voluntate a patruo eius accusor, nuperrime curae meae ereptum, postquam frater eius Pontianus et natu maior et moribus melior diem suum obiit: atque 452.
ita in me ac matrem suam nefarie efferatum, non mea culpa, desertis liberalibus studiis, ac repudiata omni disciplina, scelestis accusationis huius rudimentis, patruo Aemiliano potius, quam fratri Pontiano, similem futurum. Nunc, ut institui, proficiscar ad omnia Aemiliani huiusce deliramenta, orsus ab eo, quod ad suspicionem Magiae, quasi validissimum in principio dici animadvertisti, nonnulla me piscium genera per quosdam piscatores pretio quaesisse. Utrum igitur horum ad suspectandam Magiam valet? quodne piscatores mihi piscem quaesierunt? scilicet ergo phrygionibus aut fabris negotium istud dandum fuisse: atque ita opera cuiusque artis permutanda, si vellem calumniis vestris vitare; ut faber mihi piscem everreret, ut piscator mutuo lignum dedolaret? An ex eo intellexistis, maleficio quaeri pisciculos, quod pretio quaerebantur? Credo, si convivio vellem, gratis quaesissem. Quin igitur etiam ex aliis plerisque me arguitis? Nam saepenumero et vinum, et olus, et pomum, et panem pretio mutavi. Eo pacto cupedinariis omnibus famem decernis. Quis enim ab illis obsonare audebit? siqui-

MSS. praeter Fulv. sed in Iunt. post. post *idque* insertum *potius*. De hac ellipsi vide quos citavi ad Flor. N. 16. add. Heyne Obs. ad Hom. Il. A. vs. 117.

IMMANE QUANTO ANG.] Restitue ex v. antiquam phrasin: *immane quantum*. WOWER. πλεῖστον ὅσον. Vulgo *immane quanto*. male. ELMENH. neque hic quidquam in textu mutavit Elmenh. Bene. Amm. Marc. XXV, 8. Immane *quo* quanto*que ardore — festinabat*. MS. Pith. *humane*. D'Orv. *humano quanta augeri quantae*.

FUIT] Primum comparet hoc in Ed. Iunt. post. Antea *erit*.

HUIUSCE] MS. Pith. *huiuscē*. et mox *rabiles*. τὰ *et dilucide* ignorat D'Orv.

SICINIUM] MS. Pith. *Siccin*. D'Orv. *Sinn*.

EREPTUM] MS. Pith. *eruptum — Potentianus*.

ET NATU M.] Ita Iunt. post. cum seqq. et MSS. In Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. deest *et*. Infra pro *omni disc*. Pith. *omnis d*.

FUISSE] Elegantius hoc, quam quod in marg. Groslot. *fuisset*.

CALUMNIIS VESTRIS VITARE] Hanc lectionem, quam in MSS. Pith. et D'Orv. exstare comperi, librariis non tribuendam, sed ut genuinam auctori restituendam putavi. Editum antea *calumnias vestras*. Imitatus est auctor in hac locutione, ut in aliis multis, Plautum. V. Gronov. Lect. Plaut. ad Curcul. II, 3, 19. p. 86. atque haec caussa fuit, cur in Flor. N. 21. illa *hisce moramentis omnibus qui volunt devitari*, mutanda mihi non videbantur, licet Oudend. cum aliis Latina non esse pronunciaret.

PISCEM EVERRERET] τὸ *everreret* adieci ex Memb. Florentinis. ELMENH. *ut f. m. piscem, piscator*] Manca lectio, quam feliciter ita e Florent. Elmenh. supplevit *ut f. m. piscem everreret, pisc*. etc. PRIC. Bene. et secuti sunt seqq. licet Pric. in textu rursus omiserit. Margini adleverat iam Salm. et consentiunt in eo vel *everteret* MSS. reliqui. De confusione τῶν *verrere* et *vertere* vid. VV. DD. ad Sil. It. XIV. vs. 262.

PISCICULOS] Ed. Ald. *prisc*. Scriv. *pisculos*.

SI CONVIVIO] Pith. *sed convivio*.

QUIN IGITUR ETIAM] MS. D'Orv. *Iam ig*. sed centies sic apud nostrum *quin*. τὸ *etiam* negligenter omisit Floridus.

CUPEDINARIIS] Sic recte Memb. Florent. et Fulvii liber. Vulgo *cupediariis*. vide Indicem. ELMENH. Edd. vett. item Colv. Vulc. Wow. Gent. Pric. *cupediariis*, quomodo, vel *cupped*. scribendum praecipit Bentlei. ad Terent. Eun. II, 2, 25, ducta quippe voce a cupediis. Quoniam tamen et ſorum *cupedinis* fuit, (cf. Appul. Metam. L. I. p. 73.) pariter, ut a *cupediis*, *cupediarius*, ita a *cupedine* ἀναλόγως formatur *cupedinarius*, quod firmant h. l. MSS. O. et ple-

 rique

quidem statuitur, omnia edulia, quae depenso parantur, non coenae, sed Ma-
453 giae, desiderari. Quod si nihil remanet suspicionis, neque in piscatoribus mercede invitatis ad quod solent, ad piscem capiundum; quos tamen nullos ad testimonium produxere; quippe qui nulli fuerunt: neque in ipso pretio rei venalis, cuius tamen quantitatem nullam taxavere, ne, si mediocre pretium dixissent, contemneretur; si plurimum, non crederetur: si in his, ut dico, nulla suspicio est; respondeat mihi Aemilianus, quo proximo signo ad accusationem Magiae sit inductus. Pisces, inquit, quaeris. Nolo negare. Sed oro te, qui pisces quaerit, Magus est? Equidem non magis arbitror, quam si lepores quaereret, vel apros, vel altilia. An soli pisces habent aliquid occultum aliis, sed Magis cognitum? Hoc si scis quid sit, Magus es profecto: sin nescis, confitearis necesse est, id te accusare, quod nescis. Tam rudis vos esse omnium literarum, omnium denique vulgi fabularum, ut ne fingere quidem possitis ista verisimiliter? Quid enim competit ad amoris ardorem accendendum, piscis brutus et-

rique Terentiani, si non omnes. Dein in Pith. scribitur per *pp*, cum Bentleio, in Florent. *Cupidinariis.*

Quis enim] Absunt Pith. In D'Orv. *quod.* Ed. Vic. caret quoque *enim.*

Obsonare audebit] Pith. *abson.* D'Orv. *audebitur.* Pith. mox *edilia.*

Depenso] E Ven. et Rom. edit. In aliis *de penso.* Depensum, Postulatum, Peccatum et sim. id est, quod impensum, quod solutum est, impensa. Paulus L. I. Sentent. tit. 19. *Quaedam actiones si a reo inficientur, duplantur: velut Iudicati, Depensi.* Glossarius liber: *Depensi, ὑπερεκτίσεως.* Dependere enim etiam est solvere, exponere pro aliquo. Seneca de Beneficiis L. V. *Paratus, ne quem beneficii poeniteat, pro ingratis dependere.* Colv. i. e. immenso pretio emuntur. Caesar de B. Gall. *Quaeque Galli impenso parant pretio.* Appuleius infra: *Pretio impenso quaesisse.* Item, *impenso pisces pretio mercari.* Quare in alio loco infra ubi scriptum est, *Ut merito statuto praemio quaererentur*, malim, *pretio*, legere. *Statuto* autem non est ordinario et communi, sed quodcunque piscatori libuerit vel cupediario, id est, plurimo, ut mox loquitur. Vox populi Rom. *Statue pretium humanae carni:* quum fame suffocaretur. Scip. Gent. *Depenso* non valet *immenso pretio* (quod Gentilis vult) sed pretium nude numeratum, sine intensione. Supra proxime: *An ex eo intellexistis maleficio quaeri pisciculos, quod pretio quaerebantur?* Infra: *Piscatoribus mercede invitatis.* Pretium et mercedem, gratuitae donationi opponit. Pric. MS. Pith. *despenso.* De verbo *dependere* adi Oudend. ad Met. L. IX. p. 666. *depensis pro prandio lacrimis.* et Brisson. de Verb. Sign. in V.

Magiae desiderari] Fulvius: *destinari.* Scipp. *in Symb.* alii *destinari.* recte. Elmenh. Valeat Fulviana lectio *destinari.* Infra *Desiderata ad res venereas marina obscoena.* Pric. Scriv. *destinari.*

Ad quod solent] Correxerim, *id quod solet.* Colv. V. Fulvii *atque solent.* Scribe: *mercede invitatis, quod solent, ad piscem cap.* Wower. *ad piscem capiendum* a manu procul dubio glossographi. Brant. τὸ *id* Wower. non male expungendum censet. Pric. *Ad quod solent* constans est editionum ante Elmenh. lectio; qui tacite e coni. Wowerii eiecit *ad*, cum Scriver. pro quo Pric. et Flor. dedere *id.* Veterem lectionem tenent MSS. e quibus Fulv. et Pith. habent *atque solent.* τὰ *ad piscem capiundum* uncis inclusit Scriv. atque ea a Glossatore esse profecta censebat, cum Brantio, Putschius, teste Iungermanno Ep. 31. inter Gudian. p. 363. quod et mihi maxime arridet. Non temere tamen talia eiicienda.

Produxere] D'Orv. *produxit.* scil. Aemilianus; ut statim: *respondeat mihi Aemilianus.* sed supra: *intellexistis — arguitis* etc.

Nullam taxavere] Ed. Ald. MSS. Pith. D'Orv. *nullum.* Pith. *trax.*

Quaereret] Hoc dedi ex MS. D'Orv. Vulgo: *quaererem.* Pro *lepores* MSS. Pith. D'Orv. Ed. Vic. *leporem.*

Aliis] Edd. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *alis.*

Seu magis] Edit. omnes, praeter unam Bas. II. *sed magis.* Colv. imo MSS. quoque (Pith. *set*, de more, at Fulv. *et*) cum Casaub. Pric. Flor. et Salm. in marg. neque caussam video cur id mutarint aut in *seu* Colv. e Bas. sec. Vulc. Elm. et Scriv, aut in *et* Wow.

Rudis] Sic MSS. pro *rudes*, ut editum.

Fingere] Pith. *fugare.* et paulo infra *brutusque et frig.* ut aliquoties apud App.

In-

et frigidus, aut omnino res pelago quaesita? Nisi forte hoc vos ad mendacium induxit, quod Venus dicitur pelago exorta. Audi sis, Tannoni Pudens, quam multa nescieris, qui de piscibus argumentum Magiae recepisti. At si Virgilium 454.
legisses, profecto scisses, alia quaeri ad hanc rem solere. Ille enim, quantum scio, enumerat vittas mollis, et verbenas pinguis, et tura mascula, et licia discolora: praeterea laurum fragilem, limum durabilem, ceram liquabilem: nec minus, quae iam in opere serio scripsit,

Falcibus et messae ad lunam quaeruntur aenis
Pubentes herbae, nigri cum lacte veneni;
Quaeritur et nascentis equi de fronte revolsus,
Et matri praereptus amor.

At tu piscium insimulator, longe diversa instrumenta Magis attribuis: non frontibus teneris detergenda, sed dorsis squallentibus excidenda: nec fundo revellenda,

Induxerit] MSS. Pith. D'Orv. *induxit*. Bene: atque editum ita in Ed. Iunt. post. Sic solet App. Vide supra ad pag. 423. Ed. Flor. cf. Cic. de Fato, c. 16. sed cum coniunct. idem de Sen. c. 10. nisi forte *adolescentes pueritiam* — debeant *requirere*.

Audi sis Tannoni Pudens] Ita cum Pithoeo correximus. Vulgo: *tam non impudens*. Colv. Flor. *annon impudens*. male. Elmenh. MS. D'Orv. *audi sis Tannoni Pudens*. Pith. *tamudi imudens*. Edd. Colv. Cas. *Tantoni Pud*. Pro *nescieris* Ed. Vic. *nesciens*.

Vittas mollis] MS. D'Orv. *v. mobiles*. contra Virgil. Ecl. VIII. vs. 64. *Vittae molles*, quia e molli lana confectae. *Torulum capiti circumflexum*, et *verbenas felicis arboris* in re Magica memorat Amm. Marc. XIX. c. 1. §. 31.

Tura] Sic D'Orv. et Virgilii Codd. sine adspiratione. Charisius L. I. *Tus a tundendo sine adspiratione dicitur: quamvis Iulius Modestus ἀπὸ τοῦ θύειν tractum dicat*.

Licia discolora] Pharmaceutria: *Terna tibi haec primum triplici diversa colore Licia circumdo*. item Ciri: *Terque novena ligat vario diversa colore Licia*. Petronius Arbiter: *Illa licium protulit varii coloris filis intortum, cervicemque unxit meam*. Colv.

Limum] D'Orv. *lignum*. Pith. *lirum*. Virg. Ecl. VIII. vs. 80. *Limus ut hic durescit, et haec ut cera liquescit*.

In op. serio scripsit] Sic MSS. et Edd. praeter Vic. Cas. Pric. *in op. scr. serio*.

Et messae] Sic Pric. Scriv. Flor. cum Virgilio L. IV. Aen. vs. 513. Reliquae Edd. (etiam Bip.) *et messe* cum MSS. et Cod. Franc. apud Virgil. sed damnat eam lectionem vel ipse Appul. statim *falcibus metenda*.

Aenis] Ita MSS. Appul. et Virgil. plerique. Edd. *ahenis*. Pro *pubentes* MS. D'Orv. *puaentes*.

Equi de fronte revulsus] Hippomanes. Id venenum accendere libidinem etiam in hominibus putatum antiquitus. Columella L. 7. de re rustica. Servius ad 3 Ecl. et 4 Aeneid. Theophrastus ad Photium f. 862. dicit equam id devorare, utilitati scilicet hominum invidens. Vid. Plinius L. VIII. cap. 42. L. XXVIII. c. 11. Elmenh. MS. D'Orv. *revulsum*. vs. seq. id. *praeceptus* cum uno Cod. Virg. sed v. Heynium in Var. Lect. Ed. Vic. *mater*.

Attribuis] MS. D'Orv. *ut tribuis*.

Detergenda] Legi olim *detegenda*. quod iam mihi non placet. Haud dubium tamen est, sic legendum esse Plauti Epidico: *Detegetur corium de tergo meo*. ut in suis libris etiam legi testatur doctissimus Camerarius; ut ego etiam in aliis esse scio. Nec Nonius audiendus, qui *Degetur* scribit, et Degere detrahere hic significare vult. Nam id ipsum potius Detegere est. Turpilius Pedio: *Quaeso omitte ac desere, quae te semel nacta, semper studuit perdere, detegere, despoliare, opplereque adeo fama ac flagitiis*. Qui locus id omnino ita esse convincit, et ab ipso Marcello alias citatur. Colv. Malim cum aliis nonnullis *detegenda*, *Degere*, *detrahere*. v. Nonium Marcellum. Pric. Cave mutes. *Detergeri* non tantum dicuntur res liquidae, ut *lacrymae* nostro Met. p. 313. ubi vid. infra p. 493. *criminis maculam detersisse*; sed in universum *detergere* est *demere*, *excutere*. Met. L. VI. p. 422. *detersa somno*. vide et ibi. Imo notat *vi demere* et *infringere*: unde *detergere remos* proprium est in re navali, quod Graeci dicunt τοὺς ταρσοὺς παραθραύειν. V. Voss. et Oudend. ad Caes. L. I. de B. Civ. c. 58. *Detergeri* itaque recte dicitur Hippomanes, sive caruncula illa, quae fronti equorum recens editorum innascitur, quaeque *revulsa* dicitur Virgilio.

Dorsis squallentibus] Proprie *squallere* di-

455. da, sed profundo extrahenda: nec falcibus metenda, sed hamis inuncanda. Postremo, in maleficio ille venenum nominat, tu pulmentum: ille herbas et surculos, tu squamas et ossa: ille pratum decerpit, tu fluctum scrutaris. Memorassem tibi etiam Theocriti paria, et alia Homeri, et Orphei plurima, et ex comoediis et tragoediis Graecis et ex historiis multa repetissem; ni te dudum animadvertissem Graecam Pudentillae epistolam legere nequivisse. Igitur unum etiam poëtam Latinum attingam; versus ipsos, quos agnoscent, qui Laevium legere:

Phil-

citur *de squamarum crebritate asperitateque quae in serpentium pisciumque coriis visuntur.* auctor est Gell. N. A. II, 6. cit. ab Elmenh. in Ind.

EXCINDENDA] Malim, *excidenda.* COLV. Rom. et Flor. *excidenda.* ELMENH. Sequor lectionem Colvii *excidenda.* Florid. 2. *Lingua excidenda est.* Miles. 5. *Ferro caput excideres meum.* PRIC. Edd. pleraeque *excind.* Aliae *exscind.* MSS. Florent. Pith. D'Orv. *excidenda.* De hac variatione v. Oudend. ad Met. L. V. p. 364, b.

FUNDO REVELLENDA] MS. D'Orv. *fando revesanda*, et mox *fulcibus.* Edd. Vic. Ven. *revelanda.*

HAMIS INUNCANDA] Sic ex Ven. Romanaque edit. reposuimus. Vulgo erat *hamis iniucunda.* Unde Pithoeus, *hamis vinciunda.* Lectio nostra magis probabilis. Sidon. Apol. L. VII. Epist. 10. *Semper hic tamen bonarum partium mores pungentibus linguis maledicorum, velut bicipitibus hamis, inuncabuntur.* Et L. IX. *Syllogismis tuae propositionis uncatis volubilem tergiversantium linguam inhamantibus.* Hunc enim affectatorem sermonis Appuleiani iam saepius observavimus. COLV. P. Pithoeus vir doctissimus *inescanda*, cui ego ut non assentiar, facit locus eiusdem Appuleii supra, *unguibus inuncet.* Lego igitur *inuncanda.* ROALD. Alii *hamis vinciunda* inepte. Vide Indicem. ELMENH. Colv. adhibet Sidon. Apol. L. VII. Ep. 10. Ego Columel. L. III. c. 3. *Lana quanto prolixior in pecore, tanto magis obnoxia rubis, quibus velut hamis inuncata a pascentium tergoribus avellitur.* Lucil. L. XV. *aut qui nummos tristis inuncat.* Nonius: *Inuncare quasi unco invadere et arripere. Quaestuum aduncatores* Cypriano de ieiuno et tentatione. BRANT. Frustra eximius Pithoeus *Inescanda.* V. Brantii et Colvii not. Item Savar. ad Sidon. Concion. L. VII. Epist. 9. PRIC. Iam ante Colvium *inuncanda* editum in Edd. Vic. Iunt. post. Bas. sec. emendatum a Lipsio in marg. et exstat in MSS. quo verbo de aquila usus est noster Flor. N. 2. Quare non opus est cum Heinsio Advers. p. 533. emendare *insuenda* vel *inlicienda*; licet hoc sit verbum proprium in omni venatione: et sic maneret auctor in ὁμοιοτελεύτῳ *excidenda — revellenda — extrahenda — metenda — inlicienda.* Edd. vett. pleraeque *iniucunda.*

IN MALEFICIO] Praepositionem ignorat Pith. in quo *ptun* pro *pratum.*

FLUCTUM SCRUTARIS] Forte potius, *Fretum scr.* COLV. Male. Virg. Aen. III. vs. 270. *Iam medio adparet* fluctu *nemorosa Zacynthos.* Sonat quodammodo poëticum quid Appul.

THEOCRITI PARIA] Pith. *Theodoti patriam.* in eod. *ex comoed.* sine copula.

NI] Ita Edd. vett. Colv. Vulc. Elm. Wow. Scriv. cum MSS. Florent. et D'Orv. In reliquis *nisi.*

VERSUS IPSOS, QUOS] Emendem *versus posui, quos.* COLV. Ita libri quos vidi omnes, nulla Syntaxi plane. Colvius ut constaret aliqua, pro *ipsos, posui* legit. At quae (per Deos) est haec ratio emendandi? Adeon' pro lubitu licebit mutare omnia et sententiam struere etiam per fas ac nefas? Si hoc concessum, nae ille bardus et bucco, qui non facile sanaverit Authorum corruptissima quaeque. Innitendum est, in coniecturis, apicibus literarum: insistendum vestigiis vulgatae lectionis: quibus quanto receditur, eo praviora quae suggerimus, magisque a Vera Critica aliena esse certissimum est. Haec parce, non ut Manibus insultemus eruditi iuvenis, (iudicii mediusfidius in his studiis subactissimi) neque vero quod voculam eam censeamus sollicitandam (quam nullatenus in mendo cubare fidenter spondeo) sed ut moneam, si quis in ea locus mutationi fuisset (quod quidem ille persuasum habuit) debuisse eam ingerere emendationem aliquam minus longinquam. Nos (ut diximus) τὸ *ipsos* sanum praestamus: quaerendus alibi defectus, dico in clausulae principio; eius non hiatum, sed rimulam expleo insertione unius interiectiunculae, quam Authoris effusam calamo deierabis mihi. Lego, *En versus ipsos quos* etc. PRIC. Particulam *en* supplevi, auctore Pricaeo. FLORID. Salm. et alius V. D. in marg. eiici volunt *quos.* Nihil variant MSS. et Edd. quare Pricaei emendationem admittere nolim, nec quidquam mutare. Subaudiri potest ἀπὸ κοινοῦ ipsum illud *attingam*, aut aliud. *recitabo*, vel sim.

LAELIUM] Lipsius mavult *Laevium* hic legere, quod

Philtra omnia undique eruunt.
Antipathes illud quaeritur.

Thre-

quod is inter illos, qui amatoria scripserunt apud Gellium L. XIX. c. 9. Sed pluribus de eo Scaliger Ausonian. Lection. Colv. vel *Laevium*, quem Festus allegat in verbo *Petrarum*: *Laevius in Centauris: Ubi ego saepe petris.* Fuit et Caesius Bassus poëta Lyricus, Quintiliano teste, si forte ita hic legendum esset, nam Laelius orator fuit. Fuit et Laelius quidam familiaris M. Varronis vel magister, cuius commentarius de Proloquiis a Gellio citatur L. XV. c. 8. Scip. Gent. Florent. Fulv. et Rom. *Laelium.* Elmenh. Ambigi a doctis video quid heic scribendum, aut quis hic *Laelius*, de quo alibi nulla mentio. *Laelios* quidem novimus quosdam, nullos qui Amatoriis luserint. Quaerendus heic scriptor Ἐρωτοπαιγνίων. Eum Scalig. Auson. Lect. II, 27. *Laevium* putat, de quo Festus in *Redivia*. Auson. Cent. Nupt. Gellius 2, 24. Macrob. I, 18. Plin. ad Pontium Epist. L. VII. Laudatur praedictis sane nomine *Laelii*, *Livii*, *Naevii*. Scaliger ubique *Laevium* rescribendum censet. Eruditiss. Gauminus ad Eustath. retinet *Laelium*. Iunius Animad. 613. et Vinetus in Prolegom. a *Livio* stant, *Andronico* nempe, qui fabulas Romae docuit etiam ante Ennium. Maxime probabilis videtur sensus Scaligeri, quem et firmat accuratissimus Solini enarrator. Pric. Scaligero eo facilius assentior, quod ἐρωτοπαίγνια scripsisse lego apud Gellium L. II. cap. 24. ubi de Lege Licinia. *Huius legis* (inquit) *Laevius poëta meminit in Erotopaegniis etc. Lex Licinia introducitur*, *Lux liquida hoedo redditur.* Qui versus etiam persimiles sunt iis, quos hic refert Appuleius, Iambici nempe dimetri. Unde et hos ex eadem ἐρωτοπαιγνίων serie desumptos libens crediderim. Florid. *Laevium* dedere Vulc. Wow. Elm. Scriv. cum Scalig. in Catal. p. 74. Reliqui *Laelium* ut est in MSS. Interim tamen *Laevium* exhibui, quem Erotopaegnion libros scripsisse docuere Scaliger, Scriv. et Toll. ad Auson. Cent. Nupt. p. 517. et cuius mentio apud Porphyr. ad Horat. III, 1, init. et Gell. XIX, 9, ubi tamen optimus Salmasii MS. habet quoque *Laelius.* vide eum ad Solin. p. 661. Frequens est horum nominum *Laelius*, *Laevius*, *Naevius*, *Livius* confusio: *Laevii* nomen Horatio Ep. II, 1, 69. e Cod. Reginensi restituit Bentlei. et Prisciano pluribus locis, e coniectura, Osannus Anal. Crit. p. 53 sq. ubi vide. De Laevio vide Voss. de Anal. III, 35. Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 333. et p. 619. coll. Osanno l. c. et in Add.

Antipathes] Sic scribendum fuit, non, *Antiphates*: ut etiam visum ante annos multos B. Pio fuit, et postea Turnebo. *Antipathes*, ut scribit Plinius, gemma nominatur nigra, quam contra effascinationem praedicabant valere Magi. Ctesias apud Stobaeum: Ὄρος ἐστὶ τῆς Μυσίας εὔδρας καλούμενον. γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος ἀντιπαθὴς προσονομαζόμενος, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς ἀλφοὺς καὶ λέπρας δι' οἴνου τριβόμενος, καὶ τοῖς πάσχουσιν ἐπιτιθέμενος. Colv. Ita emendavit Turnebus lectionem omnium librorum *Antiphates.* quam scriptionem possis fortasse non minus bene defendere: ut de quadam planta, aut gemma, aliave re simili intelligatur, quae inimicandi vim, ut illa insana laurus, ex perpetua contradictione, habeat. Fere enim quaecunque ad philtra adhibita, ea quam vim crederentur habere, ex ipso nomine paret. Iam *antiphates illud* contra analogiam Graecam dictum fuerit, (nam illi τὸν ἀντιφάτην dicerent) ut alia quam plurima, in quibus genus mutarunt simul et declinationem Romani. σύρμα Graeci et σχῆμα, et τὸν χάρτην: Latini *syrmam*, *schemam*, *chartam*: sexcenta sunt id genus. Casaub. Ita Turnebus Adv. L. 17. c. 15. legit. In Flor. 2. est *antiphates*, quod retinet Casaub. quem vide, et B. Pium in annot. post. f. 167. c. 193. Elmenh. Ita primus restituit Pius, non Turnebus, ut Casaubono visum, qui tamen τὸ *Antiphates* censet retineri posse. *Antipathes* μῶλυ est, Alexipharmacum illud longe decantatissimum, quo Mercurius Ulyssen muniit adversus Circen. V. Eustath. ad Odyss. X. Plin. Hist. 25, 4. Pric. Mirum quam varia super his versibus senserint innumeri paene Critici. Quae mihi verisimillima videtur sententia, atque a doctioribus stabilita, eam proferam. Versus illos sic ordino et scribo: *Antipathes illud quaerito.* | *Philtra omnia undique eruunt.* | *Trochisci*, *iunges*, *taeniae*, | *Alterplices*, *bicoloreae*, | *Radiculae*, *herbae*, *surculi*, *hin* | *nientium dulcedines.* Salmasius Notis ad Solinum emendat, et reponit primum versum, ut fecimus probante Pricaeo. Et sane, si aliter legas, quo modo aut quo sensu Antipathes philtris annumerabis? siquidem illud odium et aversionem creat, haec amorem conciliant? Hoc antipathes Pricaeus intelligit μῶλυ, alexipharmacum illud, quo Mercurius Ulyssen muniit adversus Circen. Ego potius intellexerim de Antipathe lapide, cuius meminit Plin. L. 37. c. 10. his verbis: *Antipathes nigra non translucet. Experimentum eius si coquatur in lacte: facit enim hoc myrrhae simile immissa. Eamque contra effascinationes auxiliari Magi volunt.* Nec refert quod apud Appul. neutro genere, apud Plinium vero femineo efferatur. Nihil enim obstat, quominus et τὸ ἀντιπα-

θές,

456. *Trochilisci, ungues, taeniae.*

θὲς, et *haec antipathes* gemma dicatur. Sensus igitur est: *Quaere tibi lapidem illum Antipathen, qui contra fascinationes auxiliatur; nam scrutantur et eruunt undique omnia philtra* (venefiçae quaepiam mulieres) *quibus te fascinent* etc. FLORID. *Antipathes* cum Edd. vett. et Scriv. servat MS. Pith. cum aliis. male et contra MS. D'Orv. v. Salm. ad Solin. p. 661. qui recte explicat: *quidquid adversus effascinationes, incantationes, et amoris faciendi artes magicas, potenter est efficax*, ex Hesychio: ἀντίτομον Φάρμακον ἀντιπαθὲς ὅπερ ὁ ποιῶν οὐ βλάπτεται ὑπό τινος, ἀλεξιφάρμακον. In transponendis vss. 1 et 2. Salmasii auctoritatem in sua Ed. secutus est Floridus, cum eodem reponens *quaerito*, sed tenens *eruunt*, quod Salm. mutandum iudicabat in *irruunt*. hoc sensu: Quaerito ac parato tibi antipathes illud celebratum, nam omnia philtra in te comparantur, et admoventur omnes amatoriae machinae, a quibus ut tutus ac tectus esse possis, antipathes illud quaerendum. Sane, si *eruunt* retinendum, videntur sequentia scribi debuisse in quarto casu, ut respondeant τῷ *philtra*. Probabilis quoque est emendatio *quaerito*: probabilius tamen, ni fallor, legas *quaeritor*. Neque tamen necessaria est mutatio: nam *quaeritur* i. e. desideratur, opus habetur. In tam abrupto fragmento contra MSS. nil muto. Nominativi illi habuerint fortasse post se verbum, quod non addidit auctor, quia nihil ad rem faciebat, quum nominibus tantum ei opus esset.

TROCHISCILI UNGUES] Idem Pius, *Trochili ungues.* Ios. Scaliger *Trochiscili, iynges.* Scribit Scholiastes Theocriti Iyngi aviculae vim inesse natam amatorii philtri; ac ideo omnia in amorem impellen ia ἴυγγας dici. Adi Suidam, et Iunium nostrum Adagior. Centur. IV. ubi multa, quae ad hunc locum penitius percipiendum. COLV. Non potest meo iudicio dubitari de voce *ungues*, quin, ut emendat Scaliger, legendum sit *junges*, id est, *jynges.* Nam quis putet in hoc albo praetermissam avem illam, quam supra omnia impetrabilis efficaciae esse in his sacris crediderunt? Et ratio est: quia cum viderent aviculam, quam ἴυγγα appellabant (quae alia est ab Aristotelis: illi enim ἴυγξ non est inter aves quae κινοῦσι τὰ οὐραῖα, ut σχοίνικλος, κίγκλος, τρύγας) assidue caudam motitari, crediderunt salacissimum esse ζωΰφιον. nam et in scena mimi mimaeque, praecipue Gaditanae, cinoedos ita exprimebant. Ideo philtris adhibitae jynges inter praesentissima pharmaca, ut ex poëtis Graecis et eorum scholiastis notum. Romanis dicitur σεισοπυγὶς, inquit Theocriti vetus interpres. sic ille vertit Latinam vocem, *motacilla.* de qua Varro et Plinius. Glossarium, σεισοπυγὶς, *moticella*, *motacilla:* at ἴυγξ ab eodem magistro exponitur *frutilla.* Iam diximus jyngem in amatoriis aliam esse ab ea quam describunt Aristoteles et Plinius: neque dubium mihi, quamlibet de genere earum, quae, ut ille ait, tremulum crispant, pro iynge in amantium Φαρμακείᾳ, habitam et ita appellatam fuisse. Postea vero non hae tantum aviculae, sed ἁπλῶς omnia quae conciliandi amoris aut amicitiae vim habent, ita coepêre appellari. sic enim illam vocem disertissimi Graecorum, etiam in honesta amicitia usurpant. *Trochilisci*, si ea lectio vera, sunt trochi minuti: est enim diminutio duplex ut in Latinis nonnullis, Graecis non paucis: τόκος, τοκάριον, τοκαρίδιον, χιτὼν, χιτωνίσκος, χιτωνισκάριον. Sic τροχὸς, τροχίσκος, τροχισκίλος. Bene autem trochus et iynges hic iunguntur: nam et in usu iungebantur. Scholiastes Pindari, Pythionicarum ode quarta λαμβάνουσαι αἱ Φαρμακίδες τὴν ἴυγγα, δεσμεύουσιν ἐκ τροχοῦ τινὸς ὃν περιρομβοῦσιν ἅμα ἐπᾴδουσαι· οἱ δέ Φασιν, ὅτι τὰ ἔντερα αὐτοῦ ἐξελκύσασαι καθάπτουσι τῷ τροχῷ. Theocritus:

Ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας,
Ὣς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέρῃσι θύραισι.

Sic possumus eam lectionem tueri atque interpretari: quia tamen ea vox nonnihil insolens est, et versus ratio leviter repugnat, fortasse non male scripserimus: *trochilisci*, iisdem, sed transpositis literis. τροχιλίσκος est parvus trochilus, quod notum est aviculae cuiusdam nomen: quae etsi parva, vigoris tamen plena est, et ut de ea Graeci scribunt, δριμὺ ὄρνεον: unde potius ortum videtur quod de odiis trochili et aquilae Plinius ex Graecis refert, quam ex eo quod ille ἀνταιτίως prorsus αἰτιᾶται. Hanc avem videntur veteres philtris aptam censuisse, ut quae accelerandorum votorum vim haberet: nam grammatici τροχίλον, παρὰ τὸ τρέχειν dictum volunt. Semper autem, ut ante diximus, ex nomine captabant omen: quod tamen Appuleius oratorie magis quam serie alibi ridet. *Taeniae* sunt quae alii auctores in hoc argumento licia nominant: quorum non in magicis hisce tantum sacris olim fuit usus; sed in plerisque opertaneis. Sic apud Clementem Alexandrinum legas ταινίας ἐρίῳ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένας in expiationibus fuisse adhibitas. Erant et magicae istae taeniae diversi coloris. Petronius, *Illa de sinu licium protulit varii coloris filis intortum, cervicemque vinxit meam.* Non exprimit colorum numerum: caeterum plurimi aliquando miscebantur: nam in Ciri canit Virgilius *Terque novena ligat vario diversa colore Licia.* Fere tamen pauciores: puta tres, ut in Pharmaceutica: *Terna tibi haec primum*

Radiculae, herbae, surculi,

Sau-

num triplici diversa colore Licia circumdo. aut etiam duo: coniicio ex hoc Laelii, seu verius Laevii loco. Ita enim hos versiculos et legendos et digerendos censeo: ***Trochiscili**, iynges, taeniae, Alterplices bicoloreae, Radiculae, herbae, surculi.* Nam qui vulgatam lectionem conantur explicare, et ad aureas ac cordylas pisces referunt, ii vero **τελέως παραπαίουσι.** Quid enim magis **κατὰ διάμετρον** oppositum menti auctoris dici fingive potuit? Sed id genus scriptorum sententiae pleraeque de numero sententiarum per me tollantur licet. At eam lectionem quam supra posuimus, ut affirmare pro vera non ausimus, ita nihil absurdi continere asseveramus. ***Alterplices***, est duplices, ut et Festus interpretatur. Legebam prius *atriplices* et de ea herba accipiebam, quam Graeci *χρυσολάχανον* vocant: de cujus mirabili virtute ex Pythagora refert Plinius libro XX. Sed sequenti voce *bichordilae* quid fiet? Placet itaque magis superior emendatio. Ac videtur initio scriptum fuisse *bichoroliae* transpositione literarum, pro bicoloriae, vel bicoloreae, quod usitatius bicolores dicitur. Atque haec est nostra de hoc loco sententia: quam contanter et verecunde ideo proferimus, quia meminimus esse a te, Scaliger eruditissime, aliter pridem emendata ista et exposita. Legis tu *Auriplices bitortilae:* et refers ad simulacra magica quae ipsiplices alio nomine videntur appellata: ingeniosissime, ut omnia, et doctissime. Enimvero non is es tu vir nobilissime, qui in hoc genere literarum, quod (ut de medicinae arte Celsus ait) coniecturale magnam partem est, tuas omnes sententias, ceu *κυρίας δόξας*, velis haberi: quod falso nimis et improbe sycophantas quosdam, non Scaligeri nominis magis quam Musarum hostes, dictitare non pudet. Sed quid eos pudeat, qui ea scribunt, ea tuentur, quae nemo legat sanus, quin statim *exclamet periisse Fontem de rebus?* Casaub. Flor. *Trochissili ungues.* Scaliger et Casaubonus, *Trochiscili, Iynges*, recte. Nicephorus in Synesium de insomniis fol. 360. *τὴν δὲ Ἴυγγά φασιν ὄρνεον εἶναι ἀεὶ σεῖον τὴν οὐρὰν· εἶναι δὲ πρὸς ἐρωτικὰς ἐπῳδὰς χρήσιμον ταῖς φαρμακίσι· γυναῖκα δὲ οὖσαν τὸ πρότερον εἰς ὄρνεον μεταβεβλῆσθαι ὑπὸ τῆς Ἥρας φασὶν οἱ μῦθοι, διότι φαρμακεύουσα διετέλει τὸν Δία πρὸς τῆς Ἰοῦς ἔρωτα· ἄλλοι δὲ κιθάραν ἐμμελεστάτην φασὶ τὴν ἴυγγα, ὡς ἐντεῦθεν καὶ πᾶν γλυκὺ καὶ ποθεινὸν Ἴυγγα καλεῖν.* Suidas in Ἴυγξ. Elmenh. Pius coniunctim legit *Trochyli ungues*, refertque ad *Trochilum* avem (quae et *Regaliolus*; Aristoteli *πρεσβὺς* dicta:) sed heic (ut in seqq.) nugatur nugacissime. Salmas. *Trochus, pili, ungues.* **τὸ** *ungues* retinet etiam Gaulminus ad Eustath. Scimus nos, et *pilos* et *ungues* saepius veneficiis adhibitos, magis arridet tamen haec lectio, *Trochisci, Iynges. Trochos* seu *Rhombos* autem *Iyngibus*, signatissime adiunxit, nam et simul positos reperias in usu Magico, ut iam ex Pindari Scholiaste aliis adnotatum. Tzetzes Chiliad. XI, 380. **Καὶ ὅλον ὁλοκλήρως δὲ πρὸς ἔρωτας τὸ ζῶον Ἐκτεταμένον τοῖς πτεροῖς ἐπὶ τινὸς τροχίσκου, Καὶ συμπεριστρεφόμενον εἰς ὄνομα ἐρῶντος, Τοῦτο κυρίως γίνωσκε τὴν Ἴυγγα ὑπάρχειν.** Eiusdem usus, et fere formae fuere sphaerulae Hecaticae. Psellus in Scholiis ad Oracula Chald. **Ἑκατικὸς στρόφαλος** *σφαῖρα ἐστὶ χρυσῆ, μέσον σάπφειρον περικλείουσα, διὰ ταυρείου στρεφομένη ἱμάντος, δι' ὅλης αὐτῆς ἔχουσα, χαρακτῆρας· ἣν ἐπιστρέφοντες ἐποιοῦντο τὰς ἐπικλήσεις, καὶ τὰ τοιαῦτα καλεῖν εἰώθασιν Ἴυγγας, εἴτε σφαιρικὸν εἶχον, εἴτε τρίγωνον, εἴτε καὶ ὅτι σχῆμα. ἃ δὴ δονοῦντες τοὺς ἀσήμους, ἢ κτηνώδεις ἐξεφώνουν ἤχους, γελῶντες, καὶ τὸν ἀέρα μαστίζοντες. Taeniae* quae sequuntur heic, sat notae: cui minus, Casaubonum adeat. Versiculus quartus non controvertitur, in quinto sudatur maxime. Pric. *Trochiscili* firmatur auctoritate MS. Florent. unius, nam in altero est *trochilisci*, itemque Pithoeani, in quo *trotichiscili:* neque est emendatio virorum doctorum, ut putabat Salm. l. c. sed constanter id habent non tantum Gent. et Pric. sed Edd. ante Vulc. sec. et tert. In his enim coniectura Casauboni *trochilisci* (probata ab altero Florent.) expressa est. Imo *trochiscili* carere analogia ait Salm. reponens *trochi, pili:* quod si sit, scribendum utique, e MStorum vestigiis, *trochisci*, eiecto τῷ *pili* ob versum, ut fecerunt Elm. Scriv. Flor. Isid. Orig. IV, 9. de remediis et medicaminibus: *Trochiscos dictus, quia in modum rotulae deformatur, τρόχος enim Gr. rota dicitur.* Videtur vero a diminutivo Graeco aliud diminutivum fecisse Laevius: nam *trochiscili* neutiquam mutandum puto. Quod enim in textu huius Ed. editum est, *trochilisci*, id invito me factum. Fateor tamen Scaligeri commentum *trochi, pili* non parum verisimilitudinis acquirere e scriptura MS. D'Orv. *trochissili*. Dein in *ungues* consentiunt cuncti MSS. et Edd. vett. At Scaligeri coniecturam *iynges* sequentes editores lubentius amplexi sunt, quia celebratissimam in re Magica aviculam aegre omissam ferebant. At minime omissa fuit. vid. seqq. *Ungues* sacro oleo aut chrismate delibutos in re magica memorat Sarisber. Polycrat. II, 27. cit. infra ab Elmenh. ad p. 475. et de *unguium* magico usu vide Plin. H. N. XXVIII, 7. Acute observat Salm. primo poëtam posuisse **τὰ ἄψυχα** vs. 3. tum **τὰ φυτὰ** vs. 4. postremo **τὰ ζῶα** vs. 5 et 6.

Surculi] Flor. *surculis*. Elmenh. D'Orv. *sucnuli.*

Sauri, inlices bicodulae,
Hinnientium dulcedines.

Haec et alia quaesisse me potius, quam pisces, longe verisimilius confinxisses, (his etenim fortasse per famam pervulgatam fides fuisset) si tibi ulla eruditio
457. affuisset. Enimvero piscis ad quam rem faciat captus, nisi ad epulas coctus? ceterum ad Magiam nihil quicquam videtur mihi adiutare. Dicam unde id coniec-

culi. Eadem confusio infra. Male. nam *succus* in MSS. per unum *c* scribitur.

AUREAE ILLICES] Pius *Aureae iynges.* Scaliger, *Auriplices, bitortilae.* quem vide ad Append. Virgilianam, Pium autem, si tibi tanti, Annot. post. c. 198. ubi versiculos hos omnes explicare conatur. COLV. Flor. *auri illices bicodulae.* Rom. *a. bichordulae.* ELMENH. Pius, *Aureae, iynges, trychiae, cordylae*, designans pisces quosdam nimis infeliciter. Scaliger ad Virgil. Cyrin, (quem sequutus est Delcampius) *Auriplices bitortilae. Auriplices* refert autem ad sigilla Magica quaedam, in Glossis *Ipsiplices*, apud Festum *Ipsullices* perperam appellata. Gaulminus retinet vulgat. *Aureae illices. Taenias* (inquit) *radiculas* etc. amoris *illices* vocat, quia eum conciliant. *Aureas* dixit, ut et alii χρυσῆν ἔρωτος μανίαν. Casaubonus versiculum hunc (qui vulgo quintus) ponit quarto loco, refertque ad *Taenias* illas quae claudunt στίχον tertium. Scribi autem debere putat *Alterplices bicoloreae. Alterplices, duplices*, ut apud Festum Pompeium. *Bicoloreae*, ut *licium varii coloris* apud Petronium. Salmasius ad Pall. Tertull. (omnium novissimus) *Auri plices* legit. *Plices* tabellas vocat, quas πτυχὰς Graeci: alibi tamen (Not. ad Solin.) alia, atque ex membranis vett. scribendum omnino censet, *Sauri, illices bicodulae. Sauros* (retenta Graeca voce) *Lacertos* vocat, quos etiam memorat Theocrit. Φαρμακευτρ. *Illices bicodulas* ait *Iynges* esse, id est σεισοπυγίδες, dictas *bicodulas*, quod caudas vibrando duplicent: sic serpentes *bilingues* dictos a linguae spisso motu, et apud Hesychium τὰ δόρατα διπλοῖ, nempe a tremula vibratione. PRIC. Varias huius versiculi mutationes, et interpolationes omitto brevitatis causa. Potest etiam ferri vulgata lectio, paucioribus immutatis, nempe *aureae illices bitortilae*, ita ut intelligatur taenias illas esse ex auro, et bis tortas, et praeterea vim habere illiciendorum ad amorem animorum. FLORID. In MS. Fux. viderat quoque Salm. *surculis aure.* unde verissime eum emendasse puto *Sauri, inlices bicodulae. Sauri* exstat diserte in MSS. Florent. nisi quod *s* littera male priori voci iuncta sit, et *inlices bicodulae* in MSS. Pith. D'Orv. sed in Pith. *bicodilae.* Inlices bicodulae ipsae sunt *Iunges*, quas propterea supra vs. 3. inter ἄψυχα intrudere non debuerant VV. DD. Negant alii σεισοπυγίδα et ἴυγγα eandem esse avem. V. Burm. ad Anthol. Lat. L. V. Ep. 69. p. 354.

HINNIENTUM DULCED.] *Hinnientium* scribi iusseramus, ob metrum: nam primus pes est spondaeus trium syllabarum cum συνιζήσει. CASAUB. Salmas. fusissime ad Solin. p. 939 et seqq. PRIC.

VERISIMILIUS CONFINXISSES] Ita haec periodus tota concipienda, non ut in vulgatis libris. CASAUB. in quibus maior distinctio ponebatur post *confinxisses*, et omittebatur parenthesios signum.

NIHIL ADIUTARE] Rom. Ven. Ald. Bas. I. *mihi adiutare.* Placebat Lipsio: *mihi adnutare.* Et si, inquit, adversarius meus mihi concedere, hoc ita esse, videatur; rationem tamen meam promam. COLV. Legebatur, *quamquam videatur*, fecimus, *quare autem*, melius, opinor, et verius, quam docti viri quibus placet, *mihi adnutare.* Sic in ἀποθέσει huius sermonis, *Dixi cur non arbitrer quidnam* etc. CASAUB. L. *quam cur v. n. a. d. unde i. c.* Piscis ad magiam, inquit, nihil facit. Quod quia affirmo, ne vel hunc magum me suspicemini, dicam, cur mihi ita videatur, et unde coniecturam illam habeam. Hanc esse mentem loci patet ex seqq. et ex ipsa denique eius narrationis conclusione *Dixi cur non* etc. *adiuvare.* Si viri magni hoc vidissent, non tam ineptam interpretationem hic essent commenti. ACIDAL. quod vehementer probo. SCIP. GENT. *in Append.* V. C. *ad magiam nihil quicquam videtur adiutare. Dicam unde id coniectem.* WOWER. Flor. *quamquam v. mihi adiutare.* ELMENH. Locus a pluribus ventilatus. legitur in quibusdam *quamquam videatur* etc. melius Acidalius: *Quam quur vid.* etc. τὸ *id* enim quod sequitur, παρέλκει, ut et alibi. PRIC. *quamquam vid. nihil adiut.*] Potest ferri haec lectio, ita ut haec verba parenthesi, aut duabus virgulis inclusa intelligantur. Sensus est: *Dicam, unde hoc coniiciam, licet nihil videatur conferre ad causam meam.* Acidalius tamen loco τοῦ *quamquam* reponit, paucis immutatis litteris, *quam quur*: quae mutatio sensum efficit satis planum. FLORID. Ante Colv. editum legitur *quamquam vid. mihi* ut exstat in MSS. plerisque. Quae cum nullum darent sensum emendavit Colv. quem secutus est Florid. Sed Vulc. eumque secuti Wow. et Elm. pro

iectem. Pythagoram plerique Zoroastri sectatorem, similiterque Magiae peritum arbitrati, cum memoria prodiderunt, cum animadvertisset proxime Metapontum, in litore Italiae suae, quam subsicivam Graeciam fecerat, a quibusdam piscatoribus everriculum trahi, fortunam iactus eius emisse: et pretio dato, iussisse illico pisces eos, qui capti tenebantur, solvi retibus, et reddi profundo. Quos scilicet eum de manibus amissurum non fuisse, si quid in his utile ad Magiam comperisset. Sed enim vir egregie doctus, et veterum aemulator, meminerat, Homerum poëtam multiscium, vel potius cunctarum rerum apprime peritum, vim omnem medicaminum non maris, sed terrae, scripsisse, cum de quadam saga 458.
ad hunc modum memoravit:

Τοῖα

pro *quamquam* reposuere *quod autem*, τὸ *nihil* retinentes cum reliquis post Colv. Casaubonum denique secuti sunt Scip. Gent. et Pric. Lipsius utique minime audiendus est, nam haudquaquam adversarius admatabat, nihil pisces facere ad magiam. Infra: *Credamus Aemiliano solere pisces etiam ad magicas potestates adiuvare.* Acidalii emendatio nimis contorta videtur. Sed praeplacet mihi lectio MSti Fulv. quam, forsan ex MS. Fux. margini adlevit Salm. itemque alius Vir Doctus: *ceterum ad Magiam nihil quicquam vid. mihi adiutare. Dicam* etc. Sed tum necessario legendum *videtur*, ut legitur revera in MSS. Fulv. D'Orv. et Ed. Iunt. post. Ipsa tamen haec variatio possit facere ut quis eo magis τὸ *quamquam* retinendum censeat. v. Oud. ad Flor. N. I. init. In *mihi* consentiunt MSS. et Edd. vett. *Videtur mihi* est, quod infra dixit, *cur — arbitrer.* Quid sibi velit Scriv. *quamquam videatur nihil adiurare* non capio: nisi sit operarum vitium.

ZOROASTRI] Flor. *Zoroastris.* ELMENH. quod admisit Florid. cum Elmenh. contra reliquos MSS. et Edd. e quibus Vic. *Zoroastre.* v. supra.

EUM MEMORIA] Venetiis cusum, *tamen memoriae.* COLV. Flor. *tamen memoria.* ELMENH. Pith. D'Orv. quoque *tamen.* Frequentis huius constructionis *Pythagoram — eum* etc. vide exempla apud Oudend. ad Flor. N. 7. p. 23, a. Dein *memoria* exhibent Edd. Iunt. Ald. Bas. Colv. Vulc. Elm. Scriv. Bip. quod sequor, auctoritate MSS Florent. et sic citat locum Oudend. ad Caes. de B. G. V, 12. *memoria proditum dicunt.* ubi vide.

ANIMADVERT. PROXIME] Pith. *animadv.* D'Orv. *maxime.*

IT. SUAE, QUAM SUBSICIVAM GRAECIAM] *Graecia subsiciva*, est Graecia altera et secunda: sic apud Arnobium L. V. *subsicivae laudes* sunt laudes secundariae. CASAUB. Scribe ex eodem libro: *It., sibi quam subc.* WOWER. In veteri Cod. legi aiunt, *Italiae, sibi quam* etc. quod pro illorum opinione est, qui Pythagoram advenam in Italia dicunt. Contra Appuleius hic innuit, quum ait, *suae.* SCIP. GENT. *Graecia exotica* Plauto in Menechm. PRIC. Pro *suae* Elm. rescripsit *sibi* e MS. Fulv. eique adsensum praebuit Florid. Non ego. *Italiae suae* i. e. quam tantopere dilexit; quae eius quasi propria est; quam exornavit privatim et publice praestantissimis et institutis et artibus; quam *subsicivam Graeciam*, quasi partem subsectam celebri illi Graeciae, proindeque similem Graeciae, atque alteram Graeciam, reddiderat.

EVERRICULUM] MS. D'Orv. *reticulum.* e glossa.

QUOS SCILICET E. D. M. AMISSURUM N. F.] Scribam, *Quos scire licet eum de manibus missurum non fuisse.* CASAUB. Vulgo *quos scire licet.* ELMENH. Piget dicere adeo elegantem κρᾶσιν a viro maximo sollicitatam, utique cum eandem vim habeat quam illius τὸ *scire licet.* PRIC. Male Cas. *scire licet* et *de manibus missurum.* Saepissime in Appuleio *scilicet* eodem modo. et *amittere* omnis antiquitas ait pro *dimittere.* VIR DOCT. *in marg. Ed. Casaub.* Sed infinitivus non pendet a τῷ *scilicet*, sed a verbo subaudito, *aio*, *credo*, aut *coniecto*, e superioribus nempe, *unde id coniectem.* Certe Casauboni inventum contra MSS. non amplecti debuerant Scal. et Wow. Neque etiam, aut hic cum Casaubono, quem tacite seqq. praeter Gentil. et Pric. secuti sunt, aut cum Bentleio apud Terent. And. V, 3, 27. et Phorm. IV, 3, 70. pro *amittere* reponam simplex *mittere.* Quod enim ad Terentium: non nego, *amitti* proprie dici uxorem, quae domum iam ducta est, quia *amittere* rem non videntur, quorum ea propria non fuit; *mitti* vero, quae nondum ducta est. Sed *amittere*, ut hic apud Appul. ita et apud Terent. valet *dimittere.* Vide Parei Lexic. Plaut. Burm. ad Phaedr. I, 13, 10. Oudend. ad Lucan. III, 46. et Pricaeum ad Met. L. VI. p. 265, b. in Append. Appul.

NON FUISSE SI QUID] MS. D'Orv. *si quidem*, deletis τοῖς *non fuisse.* Id. *Omerus.*

TERRAE ASCRIPSISSE] Male in vulgatis *scripsisse.*

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,
Ἐσθλὰ, τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις
Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Itemque alibi carminum similiter:

Ὥς ἄρα φωνήσας, πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης
Ἐκ γαίης ἐρύσας.

Cum tamen nunquam apud eum marino aliquo et pisculento medicavit nec Protheus faciem, nec Ulixes scrobem, nec Aeolus follem, nec Helena crateram, nec

se. CASAUB. *terra adscripsisse* Fulvius. SCIOPP. *in Symb.* Et heic infeliciter idem eximius vir legit *ascripsisse.* Authori nostro nil solennius quam simplicia pro compositis ponere, et e converso. supra: *Magiae argumentum de piscibus recepisti.* PRIC. MSS. et Edd. ante Casaub. itemque Gent. (nam Pricaeus Casauboni emendationem retinuit cum seqq.) constanter habent *non mari sed terrae scripsisse.* Groslot. margini adscripsit *n. maris sed t. scripsisse.* levissima mutatione. Atque hoc unice verum puto, postquam Clar. Lennepius mihi indicavit Horatii locum L. I. Epl. 9. vs. ult. *Scribe tui gregis hunc.*

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ] Non fuit difficile locum satis aperte ab auctore indicatum, ex poëta promtum apponere. Est Ὀδυσσ. δ. CASAUB. *cum de quadam saga ad hunc modum memoravit:* Πρεσβυτάτην δὲ θύγατρ' εἶχε ξανθὴν Ἀγαμήδην, ἣ τόσα φάρμακα ᾔδη ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών. *Itemque carminum similiter:* Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον etc.] Sic v. c. in quo et decem alii versus perscripti sunt, qui Ὀδ. δ. leguntur, sicut priores duo Il. Λ. SCIOPP. *in Symb.* Aptiores versus explendae huic lacunae censebat Ful. Ursinus, qui extant Iliad. Λ. Πρεσβυτάτην δὲ θύγατρ' εἶχε ξανθὴν ἀγαμήδην, Ἣ τόσα φάρμακα ᾔδη ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών. WOWER. Homerus Odyss. δ. et κ. Fulvius alios versus hic substituit, quos vide apud Wowerum. ELMENH. Quod Sciopp. versus illos citat quasi e vet. cod. id intelligendum videtur de coniectura Fulvii. In MSS. et Edd. ante Casaub. Graeca non comparent: sed vere eum cum seqq. lacunam explesse, docent exempla, quae subdit Appuleius, ex iisdem Odysseae libris Δ. et K. petita.

ITEMQUE] MS. D'Orv. *item.*

Ὥς ἄρα φωνήσας] Et hic asterisci erant pro Homeri verbis, quae ex Odyss. κ. restituimus: certum enim non alium locum ab ipso auctore olim appositum. Similem nuper medicinam similiter affecto Symmachi loco faciebamus: ita enim vulgo legitur Epist. CI. Lib. XI. *Ut plane Homeri ...... relatione usus ...... id est aequimanum te esse pronunciem*, scribendum, *ut plane Homerica relatione usus* περιδέξιον *id est aequim. te pron.* CASAUB.

ALIQUO ET PISCULENTO] Pith. *aliquot et piscolento.* D'Orv. *piscel.* Floridus tacite edidit *pisciculentus*, quasi a *pisciculus.* nam typothetae id imputandum non videtur. *Pisculentus* est quoque apud Plaut. Rud. IV, 2, 2. *Qui salsis locis incolit pisculentis.* versus est Bacchiacus. Ex Catonis Originibus bis eam vocem citat Nonius cap. II. n. 634.

NEC PROTEUS FACIEM] Non dicit πρόσωπον, sed totius corporis speciem. vide A. Gellium L. XIII. c. 28. sic de Deo Socr. *omnem humani animi faciem pati.* quod et in Augustini de Civitate Dei legere memini, ut alia multa huius scriptoris. Idem significat dictio *instar.* Florid. L. II. ex vulgata divisione: *Psittacus Indiae avis est: instar illi minimo minus quam columbarum: sed nec color ei* (male vulgo *colorum*) *columbarum.* ita legi et interpungi locus ille debet. neque quicquam deest quod falso quidam sunt arbitrati. *Instar* est ὄψις, species. sic apud Virgil. *quantum instar in ipso.* Valer. Maxim. *habere instar arcis.* Gloss. vett. *Instar, similitudo*, ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα. In eodem libro postea scriptum *Ister*, ἔθος, συνήθεια, τύπος, τρόπος. ubi legi debet *Istar*, quod valet *instar.* sic mox *istita* pro *institita.* multa enim male lecta, male scribit Graecus ille magister longe doctissimus. Porro Homeri locus est Ὀδυσσ. δ. In eodem poëmate omnia habes, quorum hic fit mentio: praeter cingulum Veneris, de quo sic maximus vatum Iliad. ξ. Ἦ καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα Ποικίλον· ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο. CASAUB. *Faciem* de toto corpore dici, monitum quoque ad Metam. V. Ind. Not.

ULIXES SCROBEM] Odyss. Λ. COLV. Vide Beroaldi annot. in Appuleium f. 71. ELMENH. *Ulixes* bene MS. D'Orv. Adi Ind. Not.

ABO-

nec Circe poculum, nec Venus cingulum. At vos soli reperti estis ex omni 459.
memoria, qui vim herbarum, et radicum, et surculorum, et lapillorum, quasi quadam colluvione naturae, de summis montibus in mare transferatis, et penitus piscium ventribus insuatis. Igitur ut solebat ad Magorum caerimonias advocari Mercurius carminum vector, et illex animi Venus, et Luna noctium conscia, et manium potens Trivia: vobis auctoribus, posthac Neptunus cum Salacia, et Por-

Aeolus follem n. Hel. crateram] Hoc Odyss. Δ. illud K. Colv. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *folles*, cum MS. Pith. In D'Orv. *A. Solus nec Bellona creteram.*

Cingulum] D'Orv. [illegible], et mox *surculorum*, male; item *somnis* pro *summis*.

Et penitus pisc. ventribus] Lego, *penitis pisc. v.* Colv. Rom. et Florent. *penitus p. v.* Elmenh. Scio Appuleium scripsisse *penitus*: et ita legam vel solitarius. Miles. 5. *Penitis praecordiis.* 11. *Penita mente conditum.* In de Deo Socr. *Penitissimis mentibus.* Miles. 6. *De summi fontis penita scaturigine.* Pric. Pith. *ut penitus. Penitis* coniecerant iam Lips. et Groslot. cum Stewechio ad Met. L. V. p. 334, b. et, contra MStos etiam, adsensum praebuere Editores, inde a Colvio, praeter Casaubon. et Gentil. neque in textum admisit Pric. quamvis apprime probat. Revocavi ego veterem lectionem. Passim adiectivum *penitus* inculcare conantur Viri Docti, monente Oudend. ad Met. L. II. p. 48. ubi vide et ad L. VIII. p. 527, b. Apud Plaut. quoque Cistell. I, 1, 65. restituendum ex Charisio *In latebras absconditas pectoris penitissime.* ubi vulgo *pectore penitissimo.*

Carminum vector — noxium conscia] Ut scribendum *noctium conscia*; quaero sitne pariter verum, *Mercurius carminis inventor.* persuadebo puto his, qui memores erunt Mercurium bubulcum fistulas inflasse, compegisse, ac demum Apollini cessisse pro virga aurea, teste Apollodoro L. III. Quae superant, ea interpretabitur nobis Virg. IV. Aen. *Tercentum tonat ore deos, Erebumque Chaosque, Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae. Sparserat et latices simulatos fontis Averni, Falcibus et messae ad lunam quaeruntur ahenis.* Stewech. Fulvius *animarum vector*, forte: *manium.* Sciopp. in Symb. *animarum ductor*] Alii legunt *carminum inventor.* minus apte ad hanc rem. Al. *vector.* quid si *animarum evocator?* Virg. IV. Aen. *Tum virgam capit, hac animas ille evocat orco.* tametsi Petron. p. 107. *Mercurius, qui animas ducere et reducere solet.* Horat. II. O. 18. *Satelles orci callidum Promethea revexit.* L. I. O. 24. *quam virga semel horrida* etc. O. 10. *Tu pias laetis animas* etc. Acidal. *carminum vector*] Quasi cantamina, ut nuncius et alatus, subveheret. Veram tamen lectionem existimarim: *Mercurius animarum vector.* Wower. *animarum* legunt Fulvius et Ioann. Woweren. *Manium* Scioppius. Utrumque probum. Brant. Scaliger et Fulvius *animarum v.* bene. Laërtius in Pythagora L. VIII. τὸν δὲ ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν, καὶ διὰ τοῦτο πομπέα λέγεσθαι. Elmenh. Locus varie interpolatus. Scripserim *Animarum vector*, aut *Animarum evocator*. Tertull. de Anima cap. 53. *Tunc exultat aut trepidat, prout paratum diversorium sui sentit de ipsius statim Angeli facie, evocatoris animarum, Mercurii poëtarum.* Pric. Fortasse nihil hic mutandum. Mercurius carminum vector intelligi potest, quasi qui carmina et incantationes Necromanticorum ad mortuorum Umbras deferat, quae illis evocantur. Ipse enim *superum est commeator et inferorum*, ut ait noster, L. Met. II. Florid. Groslot. in marg. minus recedens a vulgata et scripta lectione, *carminum auctor. Animarum vector* in mentem quoque venit Lindenbrogio, probante V. D. in Obs. Misc. Vol. II. p. 188. monente, *manium vector* admitti non posse ob statim sequens *manium potens.* Sed coniecturis indulgendum non esse arbitratur alius ibid. V. D. qui *Mercurium carminum vectorem* explicat, *qui advehit et suppeditat carmina*, magica scil. et ex Valer. Flacco I, 737. ostendit Mercurium in magicis sacris invocatum fuisse: cui accedo, ob MStorum consensum. *Vehere* eo sensu dixit Horat. L. III. O. 29. vs. 47. *Quod fugiens semel hora* vexit i. e. advexit, suppeditavit: neque obstat quod contrario plane sensu, pro auferre, usurpat noster Met. L. III. p. 229. ubi v. Ratio est, quod simplex frequenter ponitur pro composito: atque adeo *vehere*, nunc pro *advehere*, nunc pro *avehere* usurpatur.

Illex an. V. et] D'Orv. *ille.* In Pith. deest *et.*

Noctium conscia] Scilicet libidinum foedarum testis. Iuvenal. Sat. 6. vs. 309. ubi impuratas besties exagitat: *Inque vices equitant, et Luna teste moventur.* Elmenh. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *noxium.* quod, pro *noxiorum*, propugnat Scipio Gent. L. I. Parerg. c. 33. damnante Cupero in Harpocr. p. 111. Imo vide ipsam Gentilem ad h. l. Pro *trivia* D'Orv. *crivia.*

Portuno, et omni choro Nereidum, ab aestibus fretorum ad aestus amorum trans-
ferentur. Dixi, cur non arbitrer, quidquam negotii esse Magis et piscibus.
Nunc, si videtur, credamus Aemiliano, solere pisces etiam ad Magicas potesta-
tes adiuvare. Num ergo propterea, quicunque quaerit piscem, Magus est? Eo
460. quidem pacto, et qui myoparonem quaesierit, pirata erit: et qui vectem, per-
fossor: et qui gladium, sicarius. Nihil in rebus omnibus tam innoxium dices,
quin id possit aliquid aliqua obesse: nec tam laetum, quod non possit ad tristi-
tudinem intelligi. Nec tamen idcirco omnia ad nequiorem suspicionem trahun-
tur: ut si tus, et casiam, et myrrham, ceterosque id genus odores funeri tan-
tum emtos arbitreris; cum et medicamento parentur, et sacrificio. Ceterum eo-
dem

Et Portuno et omni ch. Ner.] Ita edidi ex MS. D'Orv. Vulgo erat: *et Portunus cum omni ch. Ner.* MS. Pith. *et Portunum et nuni ch. N.* Ceterum observa, Neptunum hic bene distingui a Portuno, quem eundem esse ac Neptunum, cum Florido censebat Oudend. ad Met. L. IV. p. 308, a. Saepe eos confundi non nego: sed ibi tamen Portunus idem videtur ac Palaemon. Nam Neptunum ipsum in comitatu Veneris fuisse probabile non est, et tum primo loco eum nominasset auctor, ut h. l. Neque obstat quod eum describit App. *barba caerula hispidum:* est enim ille solemnis omnibus Diis marinis habitus, neque, quod scio, Palaemon semper ut puer describitur. Apud Virgil. certe Aen. L. V. vs. 241. est: *Pater ipse manu magna Portunus euntem Impulit*, ubi omnino vide omnium Virgilianorum interpretum principem, Heynium.

Transferentur] Adscriptum video *transferantur.*

Videtur] Pith. *videre.* Pro *adiuvare* MS. D'Orv. *adiutare.* ut supra p. 457. Sed hic additur *solere.* Pro *ergo* Ed. Vic. *ego.*

Quicunque piscem quaerit et ipse mag. e.] Dele τὸ *piscem* ex Florentinis. Elmenh. Non exstat *piscem* in MSS. Florent. Pith. D'Orv. et uncis inclusit Scriv. sed non comparet iam in Ed. Iunt. post. Et sane facile e praecedentibus intelligitur *pisces.* Quia tamen seqq. in sing. num. dixit auctor *myoparonem — vectem — gladium*, videtur et hic repetiisse vocem sing. num. quia dixerat *pisces.* Accedit quod in MS. Pith. deest *et*; (in quo cod. propter seq. *quaerit* τὸ *que* excidit post *quicunque*): quo inducor, ut quod Salm. margini adlevit, nescio utrum ex Cod. Fux. an e coniectura, *quicunque quaerit piscem, magus est*; verissimum credam. Otiosa enim sunt τὰ *et ipse*, in quae τὸ *Piscem* corruptum fuit.

Myoparonem] Sic MS. D'Orv. ut seqq. *vectem — gladium.* Vulgo: *myoparones.*

Pirata] Pith. *et pir.*

Perfossor] Parietum nempe. sed ita ἁπλῶς Τυχωρύχος, *perfossor.* Affines his τυμβωρύχοι; qui et νεκρορύκται dicuntur, ut apud Phlegontem. Casaub. MSS. Pith. *professor.* D'Orv. cum Ed. Ald. *profossor.*

Quin id possit] Roman. edit. *quod non possit.* Pric. Ita esse in Rom. Edit. putavit quoque V. D. in Obs. Misc. Vol. II. p. 190. aiens id non mutandum esse: sed perperam; nam mox demum pro *quin* in Rom. Ed. non tantum sed et in Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. legitur *quod non:* ut ibi legendum esse videbimus. sed hic *quin id* servant MSS. et Edd.

Aliquid aliqua] Margarit. poët. *ad aliqua.* Sed Plautus Milite: *Antevenite aliqua alios.* Colv. Lucillius Sat. L. 26. *Evadat saltem aliquid aliqua quod conatus sum.* Pric. MS. D'Orv. *aliquo.* *Aliqua* i. e. aliqua ratione. Plaut. Merc. II, 2, extr. *Ne ad illam me animum adiecisse* aliqua *sentiat.* et alibi. Id. Plaut. iungit Epid. III, 1, 10. *Verum aliquid*, aliqua, *aliquo modo, Alicunde, ab aliqui, aliqua tibi spes est, fore mecum fortunam.* Vulc. pro *aliquid* adscripsit *alicui*, non male: sed *aliquis, a, id* haud raro abundat.

Quin possit] Rom. *quod non possit.* Elmenh. Habent, ut diximus, etiam Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *quod non*; quod elegantem efficit stili variationem. MS. Pith. addicit *quod.* In D'Orv. est *qui.*

Idcirco omnia] Inverse D'Orv.

Nequiorem] f. *sequiorem.* Brant. Met. L. X. p. 700. *servi nequissimi atque mulieris* nequioris. Plaut. Bacch. IV, 3, 5. nequior *nemo est.* cf. Most. I, 2, 32. Men. II, 3, 79.

Et si thus] Forte melius *ut, si thus.* Colv. Perperam in vulg. *etsi thus.* Casaub. *Ut si thus* v. c. Et mox: *flexis humilis apud Scyrum insulam.* Et proxime: *qui impendio a piscatoribus mercantur.* Et infra non longe: *ut merito statuto pretio quaererentur.* Sciopp. *in Symb.* Vulgo *et si th.* male. Elmenh. Recte MSS. D'Orv. Pith. et Edd. Cas. et seqq. praeter Vulc. sec. tert.

Et sacrificio] MS. Pith. *ut et sacr.*

Me-

dem piscium argumento, etiam Menelai socios putabis Magos fuisse, quos ait poëta praecipuus, flexis hamulis apud Pharum insulam famem propulsasse: etiam mergos, et delphinos, et scyllas, tu eodem referes; etiam gulones omnes, qui impendio a piscatoribus mercantur; etiam ipsos piscatores, qui omnium generum pis-

Menelai socios] Error memoriae. Ulixi fuerunt. Vide Odyss. μ. Athenaeum lib. I. Meminit quoque Plutarchus L. de Iside et Osiride. Colv. Qui Appuleium commisisse hic *ἁμάρτημα μνημονικὸν* notant, et reiiciunt nos ad Odyss. μ. ii vero falluntur, et cuius peccati alium insimulant, eiusdem se, *ἀφραδίῃσι νόοιο*, obligant. Locus est Odyss. δ. ubi poëta Menelaum in haec verba loquentem facit: *Νῆσος ἔπειτά τίς ἐστι πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ, Αἰγύπτου προπάροιθε· Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι.* et mox de suis sociis: *Αἰεὶ γὰρ περὶ νῆσον ἀλώμενοι ἰχθυάασκον Γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν· ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός.* Casaub. Male hoc loco Colvius Appuleio attribuit *μνημονικὸν ἁμάρτημα*, a quo eum recte liberat Casaubonus, quem vide. Elmenh.

Pharum] Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *farum.*

Famem propulsasse] Veter. edit. *famem propulsos esse.* Unde coniecimus, *famem propulsum isse.* Sed *propulsos esse*, pro *propulisse*, forte eo genere loquendi dictum, quod notavimus supra ad L. III. de Asino aur. Colv. Puto veram lectionem primae editionis *propulsatos esse. Propulso* et *propulsor*, idem: nam antiqui verba quam plurima ancipiti terminatione, in una eademque significatione protulerunt; quorum longum catalogum contexit Priscianus L. VIII. Casaub. Flor. *propulsasse.* Colvius *propulsatum isse.* Elmenh. Edit. princeps Rom. *propulsatos esse*, atque ita Appuleium scripsisse Casaubonus putat. Eo cadit *propulsos esse*, quod Clariss. Salmasio placet: sic *crines tonsus est*, pro *totondit* apud Solinum: et in Glossis: *compilatus est*, *ἐσύλησεν*, pro *compilavit.* Tacit. Annal. 13. *Illusum esse*, pro, *Illusisse.* et ibid. *subvectae essent*, pro, *subvexissent.* Colvius legendum censuit *propulsum isse.* Infra: *Pari pertinacia prohibitum isse.* item: *Ut videretur merito ultum ire.* Pric. De Activa vi participii perfecti saepe monuerunt VV. DD. Adi Oudend. ad Met. VIII. p. 544, b. Imo, omnibus praeteriti temporis participiis aeque activam ac passivam vim adtribuit V. D. in Misc. Nov. Lips. Vol. V. p. 1. Diss. 7. non tamen persuadens Oudend. ad Sueton. Aug. c. 21. nec Ruhnken. ad Vellei. Pat. II. c. 97. Peculiare quidem est Nonii caput *de contrariis generibus verborum:* ubique tamen, et sine ullo discrimine, id auctoribus obtrudere velle, nimis quam audacter factum videatur; praesertim ubi MSS. aliam etiam lectionem praebent, et depravatae alterius lectionis caussa probabilis reddi potest. Scriptum nempe ſuerat *fame*, omissa lineola, qua *m* finalis indicaretur; quemadmodum *fame* exstat revera in Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. Hinc putabat librarius hoc velle auctorem, socios Menelai fame coactos fuisse appellere ad insulam Pharum, *apud Pharum insulam fame propulsos esse.* Nam *propulsos esse* legi in MSS. testatur Salm. ad Solin. p. 38. qui id nequiquam mutandum censet; et est sane ita in MS. D'Orv. et Edd. ante Elmenh. exceptis Rom. in qua *propulsatos esse*, ac Iunt. post. et Casauboni, qui cum reliquis dedit *propulsasse.* Hanc autem, quoniam diserte probatur auctoritate MSS. Florent. et Pith. veram lectionem puto. *Propulsare famem* dixit quoque Cic. de Fin. IV, 25. Notandum tamen quod est in Petronii Carm. de Bell. Civ. vs. 249. *Pax — niveos* pulsata *lacertos*, quod cum Bouhierio non mutandum putem in *peltata* aut *pullata. Pulsare lacertos*, inter volandum, signum est festinationis, qua Pax terram relinquere properat, sibi odiosam. Caeterum quemadmodum hunc locum Colvius, ita alium Taciti Annal. III, 17. emendabat Lipsius legens *illusum isse*, ubi in MSS. et Edd. vett. *ill. esse.*

Mergos — scyllas — eodem] D'Orv. *margos — scyllam — eadem.* Vulc. in marg. *squillas.* et aiunt vulgo distingui *Scyllam*, plantam marinam, et *squillam* piscem. Sed MSS. et Edd. hic *scyllas.* vide de his piscibus Lambin. ad Horat. Sat. II, 4. 58.

Gulones] Num *gluttones?* Glossarium: *Glutto, λίμβος.* Isidor. Orig. L. X. *Glutto a gula, id est gulosus.* Immo a Glutto. Idem Glossarium: *Gluttus, βρόγχος.* Persius: *Nec glutto sorbere salivam Mercurialem.* Sed *gulones* etiam dicuntur. Festus: *Ingluvie a gula dicta. hinc et Ingluviosus et Glutto, et Gulo, Gumia, Guttur, Gluttus, Gutturosus, Gurgulio.* Colv.

Qui impenso pisces pretio] Florent. et Fulv. liber: *qui impendio pisces pretio.* male. Agellius L. III. cap. 17. *Quod impenso pretio librum Pythagoricae disciplinae emisset.* Livius L. II. cap. 9. *Salis vendendi arbitrium quia impenso pretio venibat ademptum privatis.* Elmenh. Infra: *Impenso pretio per piscatores quaesitae* etc. Caesar B. Gall. 4. *Impenso parat pretio.* Gellius L. III. c. 17. *Quod impenso pretio Librum* etc. *emisset.* Cicer. ad Attic. XIV. 13. *Minusculam vero villam utique Quinto traditurum vel impenso pretio.* Haec eo plura addixi, ut loquutionem istam minus insolentem probem, mutatamque a-

pisces arte anquirunt. Cur ergo et tu quaeris? Nolo equidem, nec necessarium habeo tibi dicere: sed per te, si potes, ad hoc quaesisse me argue, ut si helleborum, vel cicutam, vel succum papaveris emissem. Item alia eiusdemmodi, quorum moderatus usus salutaris, sed commixtio vel quantitas noxia est; quis ae-

viro magno [Salmas. ad Solin. p. 1007.] haud citra noxam. Ait in vett. legi *Impendio a piscatoribus merguntur.* Ita Plinius de Coquis: *Domini censum mergunt.* Plura de verbo βαπτίζειν in hac notione affert, non inelegantis observationis, sed quae (vereor) locum heic non habent, si perpensa. Elmenhorstius etiam (cuius ex fide membranas eum laudare puto) legi ait, non, *Qui impendio a piscatoribus merguntur*, sed, *qui impendio pisces pretio a piscatoribus merguntur.* unde recte, et minima mutatione vulgati Codd. *Qui impenso pisces pretio a piscatoribus mercantur.* Pric. Sed negligenter ut solet, MStos laudat Elm. Nam in Fulv. τὰ *pisces pretio* non reperiuntur, testibus Scioppio et Wower. in Var. Lect. nec in Florent. teste Lindenbrogio, in Excerptis: non comparent quoque in D'Orv. Pith. et Fux. (nam hae sunt membranae, quas laudat Salm. non ex fide Elmenh. ut putabat Pric.) *Impendio a piscat. merguntur* genuinam itaque lectionem putabat Salm. τῷ *mergere* contrarium *emergere* de eo, qui ad bonam frugem redit est apud Cic. pro Coel. c. 12. et idem verbum absolute positum de eo, qui aere alieno liberatur apud eund. Catil. II. c. 10. *Mercantur* tamen est in Edd. vett. e quibus Iunt. post. proxime ad veram lectionem *impendio pisces* (reliquae *impenso pisces pretio*) *a piscatoribus mercantur.* sed τὸ *pisces* in nullo est MS. Quare unice mihi placet Fulviani Cod. scriptura *qui impendio a piscatoribus mercantur.* Per se quidem proba locutio est *impenso pretio.* vid. Popma ad loc. Cic. a Pricaeo laud. Davis. ad Caes. de B. Gall. IV, 2. Salm. l. c. sed hoc nihil ad rem, utrum magno an parvo pretio emerent, dummodo emerent, et saepe emerent: quare nec Salmasii et ceterorum MStorum lectio *merguntur* placet, in qua plura etiam sunt, quae displicent. *Impendio* autem, vox Appuleiana, valet, valde, magnopere, sedulo. Met. L. II. p. 133. *Cum impendio excusarem, negavit veniam.* L. X. p. 685. impendio *suadet.* Flor. N. 18. impendio *delectatus.* de Deo Socr. p. 697. Ed. Flor. impendio *mirari.* Supra p. 425. impendio *curaret.* infra p. 504. impendio *colere.*

Etiam ipsos] D'Orv. *et.* male.

Omnium generum] Pith. *omni genere.* Ed. Vic. quoque *genere.*

Acquirunt] Emendo, *anquirunt.* composita vox ex praepositione antiqua *Am* (quae significabat, circum) et *quaero:* testem habeo Festum. Idem verbum et libris superioribus Appuleio aliquoties reddendum notaveram. at loca in praesentiarum non occurrunt. Inferius hac eadem Apologia: *eadem Graece et Latine adnitar conscribere, et in omnibus aut omissa anquirere, aut defecta supplere.* in vulgatis haeret *acquirere.* Revoco et apud Iuvenal. id verbi Sat. 14. *nam quae terraque, marique Anquirenda putes, brevior via conferet illi.* Stewech. Male vulg. *acquirunt.* sic emendatum etiam a nobis infra: *In omnibus aut omissa anquirere, aut defecta supplere.* Anquirere est cum cura et studio quid quaerere: verbum quod saepius loco suo motum ab imperitis librariis. Cicero in Fato: *In qua quid valeat id quod fieri possit, anquiritur.* Magis latet in Arnobio L. VI. ubi sic legitur in Rom. Ed. *Opem rogare suppliciter, adversisque in rebus, atque in temporibus asperis propitii numinis favore succurrere.* et Gelenius qui locum non bene habere recte arbitratus, edidit, *propitii numinis favores accurrere.* Sed eruerim etiam ibi hoc verbum, *propitii numinis favorem anquirere.* Sermo enim omnis de hominibus, Deorum gratiam et favorem ambientibus. Colv. Bene inde a Colvio editum *anquirunt* cum MSS. Florent. In reliquis *acq.* Vide ad Met. L. II. p. 118, b.

Cur ergo et tu] Deest *et* MSS. Pith. D'Orv. In Pith. quoque mox excidit *nec* ob sequens *necess.*

Ad hoc] Ed. Vic. *ad haec.*

Ut si helleborum] Separavimus male cohaerentes in vulgatis lib. sententias. Casaub. Omnes id secuti sunt. Male. Minor distinctio rectissime ponebatur post *argue. Ut si*, valet, *quasi si.* vid. Drakenb. ad Liv. XXII, 50. *ut si nihil obstet.* Distinguendum plene post *emissem.* Fraudi fuit viro docto nominativus absolutus initio periodi *Alia:* de qua eleganti stili negligentia adi Oudend. ad Florid. N. 18. p. 87, a. Ante *u.* D'Orv. habet *mihi*, in quo pro *papaveris emissem* corrupte *paraverit semisse.*

Sucum] Sic semper MSS.

Item alia eiusdemmodi] Vulc. Edd. sec. tert. et Wow. *ita alia.* Groslot. margini adlevit *eiuscemodi*, ut Met. L. X. p. 702. et habebant Edd. inde a Bas. sec. ad nostram, in de Dogm. Plat. L. II. p. 246. ubi nunc e MSS. legitur *eiusmodi.* Sed bonum quoque *eiusdemmodi.* Noster Flor. N. 9. *haec et alia* eiusdemmodi. de Dogm. Plat. L. II. p. 211. est quoque in MS. Harlem. et Edd. ante Vulcan. *eiusdemmodi.*

Si

aequo animo paterentur, si me per hoc veneficii arcesseres, quod ex illis potest homo occidi? Videamus tamen, quae fuerint piscium genera, tam necessaria ad 461.
habendum, tamque rara ad reperiendum, ut merito statuto praemio quaererentur. Tria omnino nominaverunt: unum falsi, duo mentiti. Falsi, quod leporem marinum fuisse dixerunt, qui alius omnino piscis fuit, quem mihi Themison servus noster, medicinae non ignarus, ut ex ipso audisti, ultro attulit ad inspiciundum. nam quidem leporem nondum etiam invenit. Sed profiteor, me quaerere et cetera, non piscatoribus modo, verum etiam amicis meis negotio dato, quicunque minus cogniti generis piscis inciderit, ut eius mihi aut formam commemorent, aut ipsum vivum, si id nequiverint, vel mortuum ostendant. Quamobrem id faciam, mox docebo. Mentiti autem sunt callidissimi accusatores mei, ut sibi videntur, cum me ad finem calumniae confinxerunt, duas res marinas, impudicis vocabulis quaesisse. quas Tannonius ille, cum utriusque sexus genitalia intelligi vellet, sed eloqui propter infantiam causidicus summus nequiret, multum ac diu hae-

Si me] MS. D'Orv. *sic me.*

Per hoc] MSS. Pith. D'Orv. *per hec.* An *per haec?* scil. *helleborum*, *vel cicutam*, *vel succum papaveris.* Minime. *Per hoc* dictum pro *propterea*, *idcirco.* ut apud Plin. VIII. Ep. 10. et nostrum saepe. vide plura exempla apud Pric. ad Met. L. III. p. Append. Appul. 195.

Fuerint] MSS. D'Orv. Pith. *fuerunt.*

Praemio] MS. Fulv. *pretio.* ex interpretatione. v. ad Met. L. IX. p. 630, a.

Nominaverunt] Vulgo, *nominaverant.* perperam. Casaub. Cum Casaub. et Salmas. in marg. faciunt Wow. Scip. Gent. Pric. Flor. Reliqui et MSS. *nominaverant.*

Themison servus] Vulgati codices omnes, *Themis conservus* quod iamdudum Electis suis [I, 18.] emendavit lectissimus Lipsius hic, et post, loco altero, ex eadem hac Apologia. Sed recte etiam infra: *Themison servus*, *a quo mulier ad inspiciendum perducta est.* Apte servo medico nomen inditum principis medici. nam is Themison, ut a quo etiam sectae in medicina nomen. Seneca Epist. 95. *Itaque alia est Hippocratis secta*, *alia Asclepiadis*, *alia Themisonis.* Meminit et Athenaeus Deipnosophist. L. VII. Colv. Flor. *Themicon noster.* Ald. et Rom. *Tenus conservus noster*, male. Elmenh. Nobilissimi medici nomen, servo, seu medico domestico, inditum fuit. vide Dempster. ad Rosin. p. 166. MSS. et Edd. ante Colv. *Themis conservus.* Statim pro *inspiciundum* MS. Pith. *ipisciundum.*

Nondum etiam invenit] Scil. Themison, qui mihi alterum illum piscem attulit. Groslot. adlevit *inveni.* MS. D'Orv. *non invenitur* sine τῷ *etiam.*

Meis] Eiecit hanc vocem Elm. cum seqq. contra MSS. et Edd. reliquas.

Cogniti] Ed. Scriv. *cognitu*, operarum vitio.

Aut ipsum vivum, si id nequierint, vel mortuum ostendant] Sic MSS. et Edd. ante Vulc. sec. in qua, ex Vulcanii coniectura, *vel* transpositum est ante *si id*, quod secutus est Wow. quum Elm. et Scriv. utroque loco *vel*, dederint. Gent. Pric. Flor. MStorum lectionem servarunt: bene. Sed perperam omnes inde a Colvio distinguunt plenius (:) post *vivum*, quasi ad illa *si id nequiverint* intelligendum esset *vivum ostendere*, ut interpretatur Floridus. Sensus est: ut describant mihi eius formam, aut, si id non satis accurate possint, ipsum ostendant piscem, vivum vel mortuum.

Nequierint] Miles. 9. *vel si id nequierint*, *certe larva*, *vel aliquo diro numine immisso.* Pric. Negligenter Pric. citat locum Met. L. IX. qui est hui. Ed. p. 649. et ita: *vel*, *si id nequiverit.* Et solet sic, *nequeo*, *nequivi*, noster efferre hoc verbum. Scribendum itaque et hic *nequiverint* cum MS. Pith. et Edd. Iunt. post. Ald. cf. Met. L. I. p. 45. Supra p. 455. Ed. Flor. Sic Met. L. II. p. 112. *quivi.* Sed *nequisti* est Met. L. VII. extr.

Callidissimi] Malim *callidissime.* Casaub. at cur mutemus vulgatam lectionem? inest his verbis *ut sibi videntur*, εἰρωνεῖα, cuius infra simillima illa: *praeacute vobis repperisse videbamini.* Pric. Casauboni coniecturam expressere seqq. etiam Ed. Bip. praeter Gent. Pric. Flor. Sequimur nos MSS.

Ad fidem calumniae] Sic Fulvius. Sciopp. *in Symb.* Male. *Ad finem calumniae* i. e. ut modum calumniae implerent. Ovid. Her. Ep. I. vs. 96. Ultimus *accedunt in tua damna pudor.*

Propter infantiam] Putabat V. D. in marg. Fulvium h. l. legi velle *fidem*; quod probat. Ve-

rum

haesitato, tandem virile marinum, nescio qua circumlocutione male ac sordide nominavit. Sed enim feminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugit: et, quia e quodam meo libro legit: *Interfeminium tegat, et femoris obiectu, et palmae velamento;* hic etiam pro sua gravitate vitio mihi vortebat, quod me nec sordidiora dicere honeste pigeret. At ego illi contra iustius exprobraverim, quod qui eloquentiae patrocinium vulgo profiteatur, etiam honesta dictu sordide blatteret, ac saepe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omnino obmutescat. Cedo enim, si ego de Veneris statua nihil dixissem,

rum *Infantia* propria notione hic dicitur de eo, qui fari nequit, ut non uno loco apud Ciceronem opponitur *eloquentiae* cf. Ernesti in Cl. Proprie itaque dictum *non eloqui propter infantiam.* Tannonius ille supra p. 405. vocatur *homo, vere ille quidem non disertissimus.*

HAESITATO] Scriv. eumque secutus Florid. rescripsere *haesitans*, ut exstat in MS. Bemb. et legendum esse monuit Lat. Latin. A vulgata lectione standum putavit Editor Bip. Recte. *Haesitato*, i. e. quum haesitatum esset, quum haesitasset. Vide de hac constructione quos citat Drakenb. ad Sil. L. XIV. vs. 97. add. Cort. ad Sallust. Hist. V. Virg. Aen. I. vs. 737. *Primaque*, libato, *summo tenus attigit ore.* Vell. Pat. II. c. 107. Impetrato, *ut manum contingeret.* Amm. Marc. XIX. 11. audito, *quod staret adhuc Imp.* In primis familiaris est haec constructio Septimie de Bello Troi. L. II, 28. *Chryses*, cognito *filiam suam* etc. cf. III, 5. VI, 3 et 15. ib. III, 4. edicto, *uti omnis miles in armis esset.* IV, 6. *Aiax lacessit regem*, praedicto *prius Ulixi et Idomeneo, a ceteris uti se defenderent.* cf. VI, 2. ib. V, 11. *ad muros movent*, praenunciato *Troianis.* VI, 3. conspirato *inter se.* VI, 15. credito, *Telegonum adventare.* Loquendi ratio Graecis quoque haud infrequens est. V. Matthiä Gramm. Gr. §. 563.

VIRILE MARINUM] Cave putes, τὰ *virile marinum* esse verba Tannonii, et eam quam ridet Appuleius circumlocutionem, quae non est ab eo posita. Sic autem ipse vocat piscem, quem mox uno nomine *veretillum* appellandum esse docet: sic enim malo, quam *veretillam* scribere. Graeci αἰδοῖον θαλάττιον. Epicharmus apud Athenaeum L. III. Ἐντὶ δ' ἀσπακοὶ κολύβδαιναί τ' ἔχουσαι ποδία μικρά. sequitur paucis interiectis interpretatio, eius loci, κολύβδαιναν δ' εἴρηκεν Ἐπίχαρμος ἐν τοῖς προεκκειμένοις, ὡς Νίκανδρός φησι τὸ θαλάττιον αἰδοῖον. CASAUB. MS. D'Orv. *virilem.*

FEMINAL] Pith. *feminam.* Pius Annot. post. c. 198. intelligit valvulas, qui pisces sunt forma haud dissimiles genitalis muliebris: quorum in Epistt. Lib. I. meminit Plinius.

QUIA ET E QUODAM] Scrib. *confugit. Itaque e quodam m.* CASAUB. Flor. *quia et quodam m.* ELMENH. *Quia* expunxere Wow. Elm. Scriv. Flor. neque agnoscunt MSS. Florent. Pith. D'Orv. in quibus pro *quia et e* simpliciter *et* legitur. Est tamen *quia* in Edd. vett. item Colv. Vulc. Cas. Gent. Pric. Lego: *et quia e quodam* etc.

INTERFEMINIUM] Pith. et Ed. Ald. *interfemineum.* Iunt. post. *interfemineium.* Pro *hic* Ed. Vic. *haec.*

AT EGO ILLI] Fallit Cl. Savaro, dum heic innui Aemilianum putat. Caussas is nunquam egit, *homo agrestis et barbarus; vir ultra Virgilianos opiliones et bubsequas rusticanus:* ut quidem passim indigitat eum App. noster. τὸ *illi* refer ad Tannonium, de quo superius. PRIC. Male exsulat *at* a D'Orv. in quo *exprobrarim*, et mox *dicta* pro *dictu*.

SORDIDE BLATTERET] Quia virile marinum male ac sordida circumlocutione nominaverat. MS. Pith. *lateret.* D'Ov. *blateret.*

FRINGULTIAT] Hinc notemus, quid Fringultire et ex Apol. II. *Audisti Maxime paulo ante privignum meum fratrem Pontiani, diserti iuvenis, vix singulas syllabas fringultientem.* Quocirca etiam rescribamus in Sidon. Apoll. Epist. X. L. VIII. *Neque enim valuissemus aliquid in commune consulere; nisi, iudicii sui faciens plebs lenita iacturam, sacerdotali se potius iudicio subdidisset, presbyterorum sane paucis angulatim fringultientibus; porro autem palam ne mussitantibus quidem.* nam vulgatum male, *angulatim singultientibus.* COLV. cf. Pric. et Gent. infra ad pag. 557. Ed. Flor. Pith. *fringulitiat.*

OBMUTESCAT] Ut qui, feminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugere debuit, unde honestam locutionem depromeret.

DE VEN. STATUA NIHIL D.] Ne sibi repugnare videatur, lego: *de V. st. nonnihil d.* ROALD. Male. In libro illo scripserat quaedam de Veneris statua, et ea occasione verba illa adhibuerat, supra citata: iam, inquit, si ego de Veneris statua *nihil* dixissem, atque adeo *interfeminium* non nominassem, accusare me non potuisses, propter infantiam tuam.

IN-

sem, neque interfeminium nominassem; quibus tandem verbis accusasses crimen illud, tam stultitiae, quam linguae tuae congruens? An quidquam stultius, quam ex nominum propinquitate vim similem rerum coniectari? Et fortasse an peracute reperisse vobis videbamini. At quaesisse me fingeretis ad illecebras Magicas duo haec marina, Veretillam, et Virginal. disce enim nomina rerum Latina, quae propterea varie nominavi, ut denuo instructus accuses. Memento tamen, tam ridiculum argumentum fore, desiderata ad res Venereas marina obscoena, quam si dicas, marinum pectinem comendo capillo quaesitum, vel aucupandis volantibus piscem accipitrem, aut venandis apris piscem apriculum, aut eliciendis mortuis marina calvaria. Respondeo igitur ad hunc vestrum locum, non minus insulse quam absurde commentum, me hasce nugas marinas et quisquilias littora-

INTERFEMINIUM] Pith. *interfeminam*. Statim pro *congruens* D'Orv. *gruens*.

VIR SIMILEM RER. CONIECTARI] Pith. *veri similem r. coniectam*. D'Orv. *coniecturi*. Ed. Iunt. post. quoque *coniectam*.

FORTASSEAN] Vulg. *fortasse an*. Dictionem hanc primus eruit Maximus Astreae antistes I. Cuiacius Observ. L. IX. cap. 10. ubi pluscula illi e Tertulliano, quae etiam nos notaveramus ad hunc locum, aliisque probis auctoribus collecta exempla. Censeo etiam legendum apud Senecam Ep. 29. *Vitia eius etiamsi non excidero, inhibebo. Non desinent: sed intermittentur fortasse an, et desinent*. cum editum sit ubique, *fortasse autem*. COLV. *et fortasse an peracute*] Ita V. C. SCIOPP. *in Symb.* Malim *Hac f. peracute r. v. v. At quaesisse* etc. ACIDAL. *Peracute* rectissime scribitur in Edd. Rom. Cas. Gent. Pric. et MSS. Fulv. Pith. D'Orv. In reliquis *praeacute. Peracute* i. e. acutissime: *praeacutum* est, quod praeminentem aciem habet; ut *spatham praeacutam mucrone infesto* Met. L. I. p. 20. *praeacutas praeminentes silices* L. VI. p. 432. *sudes praeacutas* L. VIII. p. 553. *gelu praeacuta frusta* L. IX. p. 654. Sed et hoc possis explicare valde acutum, ut *novaculam praeacutam* Met. L. V. p. 356. quemadmodum *prae* aeque ac *per* intendendi vim habet, apud nostrum saepe. v. Ind. Quare si MSS. addicerent, non damnarem *praeacute*.

REPERISSE] Ed. Altenb. *repetisse*, unde et in Ed. Bip. irrepsit. Operarum vitio, nec ne, dubito. Accipi sane possit *repetisse a me dictum* (*interfeminium* scil.).

AT QUAESISSE] MS. D'Orv. *an q*. E Fux. Cod. notavit Salm. *ut q*. Sic iungenda haec essent praecedentibus. Sed bene se habet *At quaesisse me fingeretis* i. e. at quaesisse non tantum me, fingere debebatis; sed me quaesisse ad illecebras magicas.

VERETILLAM] Pith. *veretilla*.

VIRGINAL] Bas. 1. *viaginal*. Virginal, pars illa corporis in virginibus, qua feminae habentur. Prudentius: *Intactum ab omni crimine virginal*. Solinus Memorab. cap. IV. *Feminis perinde est infausta nativitas, si consertum feminal fuerit*. B. Augustinus L. XXII. c. 8. de Civ. Dei: *Non credunt hoc, qui etiam Dominum Iesum per integra virginalia matris enixum, et ad discipulos suos ostiis clausis ingressum fuisse non credunt*. A similitudine partis eiusdem corporis feminini etiam Vulvulae, piscium genus apud Plin. L. I. Epist. et μήτρα χωριδάπνος apud Eubulum Nutricibus, citante Athenaeo L. VII. Deipnosophist. COLV.

INSTRUCTUS] Lipsius *instructius*. COLV. Lipsii coniecturam expressere seqq. praeter Casaub. et Gent. Veterem lectionem a MStis comprobatam restitui.

TAM RIDIC.] Pith. *redic*. deleto *tam*.

VENEREAS] MSS. Pith. D'Orv. *Venerias*. ut et 2 MSS. et Edd. vett. quaedam Met. L. II. p. 101, a.

COMENDO] Sic Ven. Rom. Aliae *comando*. COLV.

VOLANTIBUS] Pith. *volatibus*. An *volatilibus*? cf. ad Met. L. VIII. p. 552, a. Sed *volantes* substantive est apud Virgil. Aen. VI. vs. 239. et 728. ac Lucret. II. vs. 1082.

ACCIPITREM] Pith. D'Orv. *ancip*. Mox D'Orv. *priculum* pro *apric*.

LOCUM] MS. Bemb. *iocum*.

INSULSE QUAM ABSURDE] Pith. *insulani quam absurdum*. in quo statim exsulat *me*.

NUGAS ET QUISQUILIAS] Iunxit easdem voces etiam Miles. I, *At has quisquilias* (inquit) *quanti parasti?* et continuo, *A quo istorum nugamenta haec comparasti*. PRIC. Bene *quisquilias* exstat in MS. D'Orv. et Ed. Iunt. post. cum seqq. quemadmodum emendarunt Lat. Latin. et Lips. in marg. pro eo, quod est in Iunt. pr. Bas. pr. Ald. *quiscyllas*. MS. Pith. cum quibusdam Edd. vett. *quiscillas*. De *quisquiliis* cf. Beroald. ad Met. L. I. p. Append. Appul. 76, a. Groslot. adlevit *et quisquilias*, vel, *atque siquillas*, quod quid sit nescio.

rales neque pretio, neque gratis quaesisse. Illud etiam praeterea respondeo, nescisse vos, quid a me quaesitum fingeretis. Haec enim frivola, quae nominastis,
462. pleraque in littoribus omnibus congestim et acervatim iacent, et sine ullius opera, quamlibet leviter motis flucticulis, ultro foras evolvuntur. Quin ergo dicitis, me eadem opera pretio impenso per plurimos piscatores quaesisse de littore conchulam striatam, testam hebetem, calculum teretem? praeterea cancrorum furcas, echinorum caliculos, lolliginum ligulas: postremo assulas, festucas, resticu-

Pleraque] D'Orv. *plerique*, et statim *illius* pro *ullius*.

Ultro foras] Est qui scribat *ultra oras*. Colv. alii: *ultra oras*. Elmenh. Quidam *foros*, alii *oras*. Pric. Quinam sint illi alii, quos aiunt legere *ultra oras*, vel *foros*, ignoro: certe male; licet MS. Pith. habeat quoque *ultra*. Non ultra oras, sed in oras evolvuntur quisquiliae illae, quas *foras* evolvere eleganter fluctus dicuntur: *ultro* quoque vim habet.

Quin] D'Orv. *quid*. Mox Pith. D'Orv. *plurimis*. D'Orv. *piscatoris*.

Conchulam striatam] Plautus Rudente: *Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamus, conchas, Marinam urticam, musculos, plagusias, striatas*. ubi etiam pro *plagusias*, *plagias* legere malim. nam ita alio nomine Purpuras vocari, auctor Plinius Lib. IX. c. 37. Colv. Pith. *cum chalar str*. D'Orv. *conchalam str*.

Testulam habentem] Mihi certe illa scriptura non sapit, nescio an coniecturam aliis probaturus sim, *testulam hiantem*. Stewech. Vulgo *habentem*. Stewech. *hiantem*, utrique praeferam *albentem*. Brant. Flor. *testam habentem*, male. Elmenh. Meursius in Critic. Exercitt. legit *testulam hiascentem*. (sic et L. Miles. *Lagena orificio cessim dehiascente*. quo loco libri omnes habent *dehiscente*) Stewech. *hiantem*. Scipio (ex Roberti Titii Assertion. L. VII. c. 9. restitutione) *hebetem*: quod quia cuiusmodi sit, non capio, non dicam hebes commentum esse. Praefero interdum coniecturam Brantii, *albentem*. Pric. *Hebetem*]. Sic Rob. Titius reposuit. Sed quid sibi velit, non ita perspicuum. Cod. Florent. habet *habentem*, ex quo Pricaeus format *albentem*: quod sane ego malim. Eiusmodi albicantes concharum testas quis non vidit? Florid. *Hebetem* iam ante Rob. Titium in Ed. Vic. editum legitur, idque confirmant MSS. D'Orv. et Medic. apud Gronov. l. mox citando: atque ita dedere Colv. et seqq. praeter Scriver. qui revocavit ceterarum ante Colv. Editionum lectionem a MSS. Florent. et Pith. confirmatam, *habentem*, sed ita, ut iungat *conchulam striatam testam habentem*: quod quominus ab Appuleio profectum putem, hac maxime impedior causa, quia auctoris nostri oratio paribus membris procedere solet, *conchulam striatam, testam hebetem, calculum teretem*; ut mox: *cancrorum furcas, echinorum calyculos, lolliginum ligulas*; et singulis paginis. Stewechii coniectura *testam* (sic, non *testulam* legendum) *hiantem*, ex eo nonnihil adiumenti capere videtur, quod et ostreo cuidam nomen est *hiatula*, χήμη, ab hiando scilicet, cuius meminit Salm. ad Solin. p. 772. sive potius intelligendum tum de concharum hiantibus testis, quas permultas in littus evolvere solent fluctus. Magis ad proprietatem sermonis tamen dixisset tunc auctor *concham hiantem* cum Cicer. de Nat. De. II. c. 48. et propius ad scriptam lectionem eodem sensu sic divinaverit Gronovius pater *testam patentem* (cf. Gronov. fil. ad Minuc. Fel. c. 1.) quemadmodum *pinna*, *duabus grandibus patula conchis* est apud Cicer. ibid. et *pectines patuli* Horat. II. Sat. 4. vs. 34. Omnium minime placet Iac. Gronovii emendatio ad illud Minuc. Fel. l. c. *Is lusus est testam teretem, iactatione fluctuum levigatam, legere de litore*; emendantis h. nostri l. *testam tabentem* i. e. quae continuo adeditur, et imminuitur magis magisque, iactatione fluctuum, ἁλίτριπτος. Sed *hebetem* a 2 MSS. oblatum, et inde a Colvio fere editum, verum puto. Nonnullae testae sunt aculeatae: his opponuntur hebetes. Sic in fragm. Cicer. Acad. L. II. apud Non. II. N. 408. *cur lunae nascentis alias* hebetiora, *alias* acutiora *videantur cornua*. Esse autem permultas testas, quae formam haud absimilem lunae obtusis cornibus repraesentant, sciunt harum rerum inspectores: tales igitur testas ob oculos habuisse Appuleius videtur. Varias autem concharum figuras sic describit Plin. H. N. L. IX. cap. 33. *in conchis magna ludentis naturae varietas, tot colorum differentiae, tot figurae, planis, concavis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe caesis, in dorsum elatis, laevibus, rugatis, denticulatis, striatis* etc.

Teretem] MS. *terentem*. Vides, quam facile supra *hebetem* in *habentem* depravari potuerit. *Teretem testam* habuimus modo apud Minuc. Felic. add. Amm. Marc. XXIII. 6. extr. ubi Margaritae *teretes*, opponuntur *flexuosis*, i. e. non plane rotundis.

Echinorum] MSS. Pith. D'Orv. *echinum*. ut sae-

culas, et ostrea Pergami vermiculata: denique muscum, et algam, et cetera maris eiectamenta, quae ubique littorum ventis expelluntur, salo exspuuntur, tempestate reciprocantur, tranquillo deseruntur. Neque enim minus istis, quae commemoravi, accommodari possunt similiter ex vocabulo suspiciones. Posse dicitis ad res Venereas sumta de mari spuria et fascina, propter nominum similitudinem. qui

saepe apud nostrum contrahuntur genitivi plurales: sed hic non placet.

CALICULOS] MS. Pith. *calideos.*

LOLLIGINUM] MS. Pith. *lolig.* ut alibi saepe scribitur. MS. D'Orv. *ligullas. Lolliginum ligulas* intellige cirros, quibus conspicuum est id animalium genus.

OSTREA PERGAMI VERMICULATA] Multis de caussis mihi hic locus suspectus: nam et ostreorum mentio hoc loco aliena est, inter assulas et festucas littorales: cum potius inter superiora essent recensenda: et ostrea Pergami qui ad hunc locum? imo vero quis uspiam quicquam de iis legit? Quare portentum hic aliquod suspicor latere: caeterum qui emendem, non video. Tu, Scaliger, emendabis. CASAUB. f. *ostreorum terga vermic.* Plautus Poen. A. 1. Sc. 2. *Itaque iam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito.* BRANT. Locus contaminatus faede, quem Ioann. Brantius feliciter correxit. ELMENH. *Ostrea vermiculata* putem, quorum testae minutis maculis insignitae sunt, aut potius parvis foraminibus, velut ligna vermibus exesa: (unde apud Varronem, ni fallor, ταφ. Μενιπ. *facies vermiculata*) at quid de media voce statuemus? Maximus Casaubonus portentum aliquod heic latere putat, fatens non videre se quo acumine tolli possit. Salmas. *frusta Pergami vermiculata* legit. Vide, ut apud Solinum se explicat, pag. 659. Brantius, *ostreorum terga vermiculata*, ut apud Plautum, *Tergum ulceribus ostreatum.* Malim ego (ut cuique arrident sua) *ostreorum terga levigata.* h. e. levia, splendentia, ab assidua iactatione. Minuc. Octav. *testam teretem, iactatione fluctuum levigatam.* Gregor. Nazianz. Orat. 28. φυκία καὶ κήρυκες, καὶ τῶν ὀστρέων τὰ ἐλαφρότατα. PRIC. Nihil variant MSS. et Edd. sed eo magis doctorum opiniones. Et Salmas. quidem ad Solin. p. 659. divinavit *frusta Pergami vermiculata* i. e. τρύφη τοῦ περγαμηνοῦ σκωληκόβρωτα. Triller. Observ. Crit. I, 14. *ostrea in tergo vermic.* vel *ostrea peregrina vermic.* (*peregrinatione* gaudere ostrea ait Plin. XXXII. 6.) vel *ostrea perigrammis vermic.* h. e. striis, lineis, figuris, voce Graeca, pro more Appuleii; vel denique: *ostrea, purgamina, vermic.* An vox inepta *Pergami* hanc habuerit originem, quod librarius errore calami scripserit *vercumi vermiculata*, et τὸ *vercumi* lineola leviter obduxerit, unde sequens librarius id non advertens effinxerit *Pergami*, affirmare non ausim. Ingeniosissima utique haec est coniectura Clar. Lennepii. Interim si, ut videtur, aliquid tribuendum est Casauboni observationi, inter assulas et festucas, ostrea locum non habere, quae supra recensenda fuissent, omnes laudatae coniecturae cadant necesse est, excepta Salmasiana: sed *frusta Pergami*, pro fragmentis chartae Pergamenae, an recte dicatur, dubito. Verum, donec MSS. certius quid adferant, ultra coniecturas res non procedit: quare, ne solus nihil attulisse videar, mihi in mentem venit, *et cetera teredine vermiculata:* nequaquam, quod sic scripsisse auctorem putare ausim; sed quod sic sane haud ineleganter loqui potuisset. De teredine, qui est vermis marinus ligna peredere solitus, vid. Heins. ad Ovid. I. ex P. 1. vs. 69. *Estur ut occulta vitiata teredine navis.* Aptius verbum excogitari non potuit quam illud *vermiculata* de lignis vermibus exesis, et parvis quasi foraminibus insignitis: quemadmodum *emblema vermiculatum* est in Lucil. fragm. Utut est, τὸ *vermiculata* neutiquam mutandum. De reliquis ἐπέχω.

MUSCUM ET ALGAM ET] βρύον καὶ φῦκος, de quibus vide Salmas. ad Solin. p. 80, F. MS. Pith. *muscumque algamque cet.* D'Orv. *algara* deleto τῷ postremo *et.*

EXSPUUNTUR] MS. D'Orv. *exipiuntur.* et statim *deferuntur.*

COMMEMORAVI] Male Florid. in sua Ed. secutus est corruptam Scriverianae lectionem *commemoravit.* Bene correxit Bip.

SPURIA ET FASCINA] Sic vocat quae modo *maria virginalia.* alludens ad vocis originem. quasi *spuria* sint in femina τὰ σπόριμα μόρια. nam et σπείρειν et ἀροῦν venuste eo sensu poëtae usurpant. et vocem *spurius* ἀπὸ τοῦ σπείρειν esse deductam, pars veterum et criticorum et ICtorum existimavit. *Fascinum* vocari τὸ τοῦ ἀνδρὸς μόριον, et quare ita appelletur, notum est. CASAUB. *Spurium* muliebre pudendum notatur Plutarcho. BRANT. add. Pric. Isid. Orig. IX. c. 6. *Spurius patre incerto, matre vidua genitus, velut tantum spurii filius, quia muliebrem naturam veteres spurium vocabant, velut ἀπὸ τοῦ σπόρου hoc est, seminis.* Scalig. ad Festum citatur a V. D. in marg. Male Lat. Latin. suspicabatur legendum *sumptam de mari spumam:* licet *spuma*, sit in MS. D'Orv.

Qui

qui minus possit ex eodem littore calculus ad vesicam, testa ad testamen-
463. tum, cancer ad ulcera, alga ad quercerum? Nae tu, Claudi Maxime, nimis patiens vir es, et oppido proxima humanitate, qui hasce eorum argumentationes diu hercle perpessus sis. Equidem cum haec ab illis quasi gravia et invincibilia dicerentur, illorum stultitiam ridebam, tuam patientiam mirabar. Ceterum, quamobrem plurimos iam pisces cognoverim, quorumdam adhuc nescius esse

Qui minus] MS. D'Orv. *que m.* et cum Pith. *calculos.*

Cancer ad ulcera] *ὁ καρκῖνος πρὸς τὰ καρκινώματα.* Casaub. V. D. in marg. Ed. Iunt. post. *alga ad ulcera, cancer ad querq.*

Alga ad querquerum] Impressum ubique, *alga ad quercetum.* Querquerum seu Querquera, id est, Febris querquera, de qua Festus. Minucius Octavio: *Cum querquero quateris, cum febribus ureris, cum dolore laceraris.* Arnob. L. I. *Vitiligines, querqueras, atque intercutes morbos.* Plauti versus qui apud Festum ex eius Frivolaria est, sic legendus: *Is mihi erat bilis, aqua intercus, tussis, febris querquera.* ut est apud Priscian. L. VI. Posset ergo hic legi etiam, *ad querqueram.* Colv. Roman. Edit. *quercerum.* c pro *qu*, ut in *cocus*, *coquus*, et aliis multis. Rectius tamen scripseris *querqueram*; nam subauditur *febrim:* et est iocus valde facetus, quasi alga quodam algu proprio posset mederi fervori febris. Casaub. Id est, ad algorem, sive alga, ut veteres dixere. Alii putant, *querquerum* stridens significare. Unde *febris querquera.* Lucilius: *Querquera consequitur febris capitisque dolores.* a frigore enim fit ille in febribus dentium stridor et collisio: cuius causa quia bilis esse solet, ideo *bilis querqueratum* Plautus dixit. Scip. Gent. Flor. et Rom. *quercerum*, ut et Agellii MSti omnes, quos inspexi. Elmenh. Gentili potius assentior, quam Pricaeo [cuius notam vide in Append. Appul.] Non enim hic remedia morbis a contrario quaerit Appuleius, adversarios suos irridens, sed a similitudine nominum: *Calculus* ad vesicae calculum; *cancer* ad cancrum *ulcus; Alga* ad algorem febris querquerae seu quercerae. Florid. Bene Florid. Frigidam febrim et algidam esse quercerum, ex Festo et Paulo liquet. cf. Voss. Etym. in V. Beroald. in Gruteri Lamp. T. I. A. p. 237. Ceterum *quercerum* scripsi ex Edd. vett. et MSS. hic, et alibi.

Nae tu] Edd. Vett. Vulc. Wow. Altenb. Bip. *ne tu.*

Proxima humanitate] Magis placet *prolixa humanitate.* de quo nos alibi. hoc amplius ipse Appuleius mox, *liberalitatem uxoris suae prolixam* vocat. Item Minutius ait: *prolixe gaudere.* Stewech. Lipsius corrigit *prima hum.* ego, *plurima hum.* Colv. Si quid mutandum, placet quod pridem nobis in mentem venit, *prolixa:* sed cur *proxima* non ferimus? nam ita Latine dicitur homo obvius et humanus. *ὁ χρηστὸς καὶ εὐεργετητικὸς* et obvia humanitas, talis animi habitus. Ab eadem mente, praesens auxilium, et praesentem Deum dicimus. Inde et illud Hesiodi, *Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.* Casaub. alii *prolixa hum.* Lipsius *prima h.* Colv. *plurima h.* male. Vide Casauboni notas. Elmenh. Pontanus et Stewech. legunt *prolixa*, ut infra, *uxoris prolixam liberalitatem.* Lipsius *prima*, Colvius *plurima.* Ego nil muto. *Proximum* est *manifestum.* V. quae notamus supra ad ea, *proximum argumentum.* Pric. Sincera lectio nullatenus sollicitanda. *Proximum* est obvium, evidens, proclive. Florid. *Prolixa* dedit Scal. in Ed. Vulc. sec. In promptu quoque foret emendare *maxima.* Sed nil muta. Quemadmodum *proximi* dicuntur, qui alicui adsunt in iudicio, vid. Graev. ad Cic. Verr. V, 63. Gronov. Obs. I, 23, sic *proxima humanitas*, est officiosa.

Hasce eorum argumentationes] Legebam, *argutationes.* at abstineo. Infra *ad aliam speciem argumenti.* Pric.

Hercle] Sic MSS. et Edd. pleraeque. Al. *hercule.*

Perpessus sis. Equidem] MS. Pith. *perpesset pise Quidem.* D'Orv. *perpessi estis Quidem.*

Invincibilia] Non est ut legat quispiam *inevincibilia.* Florid. 4. *Ratio conclusa acriter et invincibiliter.* Pric. Iidem MSS. *vincibilia.*

Nominaverim] Alii, *cognoverim.* Elmenh. In Florent. nempe est *nominaverim.*

Quorumdum adhuc] Ita reponendum duximus, maleque passim ante impressum, *quorumdam adhuc.* Sic τὸ Dum etiam positum infra Apolog. II. *At tu dum putas eam etiam nunc fratri tuo denupturam.* Et supra Florid. III. *Et iamdum cum ingenti plaga reconcilio.* Sic apud Plautum saepius: ut Milite: *nequedum exarui ex amoenis rebus et voluptariis.* Ita *etiamdum* Pseudolo: *Primumdum* Rudente, et alibi: *Ineptusdum* Trinummo etiam sic accipiendum, et legendum: *Quid ego ineptus dum, sermonem vereor interrumpere?* Male mutarunt veterem lectionem Truculento: *Tristis exit. avet convenire etiam*

esse nolim, discat Aemilianus, quoniam usque adeo rebus meis curat. Quamquam est iam praecipiti aevo, et occidua senectute, tamen, si videtur, suscipiat doctrinam, seram plane, et postumam: legat veterum philosophorum monumenta, tandem ut intelligat, non me primum haec requisisse, sed iampridem maiores meos, Aristotelem dico, et Theophrastum, et Eudemum, et Lyconem, ceterosque Platonis minores: qui plurimos libros de genitu animalium, deque victu, deque particulis, deque omni differentia reliquerunt. Bene, quod apud te, Maxime, causa agitur, qui pro tua eruditione legisti profecto Aristotelis *περὶ ζώων γενέσεως, περὶ ζώων ἀνατομῆς, περὶ ζώων ἱστορίας*, multiiuga volumina; prae-

etiam hicdum Phronesium. nam Camerarius et Lambinus ediderunt: *Tristis exit, haud convenire etiam hic velim Phronesium.* Quorum edd. secutus I. Gulielmius, amicissimus meus, aliud quid reponendum censuit. Parisiensis editio antiqua lectionem habet, quam priorem dedimus. COLV. Sic Celsus ICtus l. 18. D. de acq. poss. *Possidere me certum est, quamquam id nemodum attigerit.* BRANT. Lego: *quorum dum nescius esse nolui.* τὸ *adhuc* certum habeo irrepticium esse, neque aliud quam τοῦ *dum* particulae interpretamentum. Gellius L. XX. c. 7. *Ibi dum coenantibus nobis, magnus ostrearum numerus Roma missus est.* at hoc otio est abuti, cum vel praecedentia comminus inspecta, satis superque illud vocis supervacuum evincant; nec tamen parum heic turbant Expositores quidam. PRIC. *in Ald.* Deceptus fuit Colv. τῷ *nolui*, quod exstat in Edd. Rom. ni fallor, Iunt. post. Colv. et seqq. Sed melius MSS. Fulv. Pith. D'Orv. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. *nolim*, ut legendum monuit Iungerm. Ep. 31. inter Gudian. p. 363.

QUONIAM] MS. D'Orv. *qui.* bene: si plures addicerent.

PRAECIPITI AEVO] Rom. non agnoscit τὸ *aevo.* ELMENH. Abest ab edit. Rom. illud *aevo*, Cicero in Epist. *o meam calamitosam et praecipitem senectutem.* Mattius ad eundem *Aetate praecipitata.* Ubi frustra doct. Columna *pessum acta.* PRIC. Non expungendum *aevo.* Agnoscunt vocem MSS. et Edd. ceterae, praeter Ed. Vic. Est in MS. D'Orv. *praecipitiva.*

SI VIDETUR] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *et si vid.* Pro *suscipiat* MSS. Florent. et D'Orv. *accipiat.*

SERAM PLANE ET POST VINUM] Memineram auctorem hunc L. IV. de asino dicere, *spem posthumanam.* ideoque emendabam hic: *doctrinam seram plane et posthumam.* idemque ut Iac. Cuiacio primario ICto in suis Observatt. L. III. cap. 4. placere intellexi, oppido gavisus sum, nobis in mentem venisse, quod tantus vir suo quoque calculo probarit. Sic *immortalitatem posthumam* vocavit Minucius Felix, quae Christianis post resurrectionem tribuetur. STEWECH. *Postumam*] Ita, nec aliter scribendum fas fuisse duximus, emendavit ante annos multos IC. praecipuus I. Cuiacius praeceptor noster Observ. L. III. cap. 4. Tertullianus de Testimonio animae: *Quorum innumera elogia sunt contemptae mortis propter postumam famam.* de Anima: *Et in Phaedro post mortem differt sententiam veritatis, postumam scilicet. et tamen nondum mortuus philosophatur.* Haec duo loca non notavit magnus ille vir, ad quem fortassis te relegasse sufficiat. COLV. MS. Fulvii liber, et Rom. *post vinum.* Forsan scripsit Appuleius, *post vinam.* ELMENH. Hoc non capio: licet *postuinam* voluerit etiam Fulv. teste Wower. in Var. Lect. Optime emendasse Cuiacium arguunt MSS. Florent. et MS. Pith. in quo *postumus*, cum D'Orv. ubi *postremum.* e Glossa. vide ad Met. L. VI. p. 443, b. MS. Fulv. cum Edd. vett. *post vinum.*

EUDEMUM] MSS. Pith. *Ceudemum.* D'Orv. *Tendemum.* De Eudemo Rhodio, Aristotelis discipulo, vide Fabric. Bibl. Gr. L. III. c. 8. in Catalogo Peripateticorum, ubi et de Lycone.

PLATONIS MINORES QUI] MSS. Pith. *Plat. minoris q.* D'Orv. *Plat. numero. que.*

DEQUE VICTU] Desunt Edd. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. Pro *reliquerunt* MS. Pith. *delinquerunt.* Pro *bene* MS. D'Orv. *bene*, in quo *legistis.*

ARISTOTELIS περὶ ζώων] Apud Diog. Περὶ ζώων, α̅, β̅, γ̅, δ̅, ε̅, ϛ̅, ζ̅, η̅, θ̅. Ἀνατομῶν, α̅. β̅, γ̅, δ̅, ε̅, ϛ̅. ζ̅, η̅. Ἐκλογὴ ἀνατομῶν α. Ὑπὲρ τῶν συνθέτων ζώων, α. Ὑπὲρ τῶν μυθολογουμένων ζώων, α̅. COLV. Graeca non comparent in MSS. et Edd. vett. de more. Primus ea addidisse videtur Editor Iunt. post. Malim tamen sic: Περὶ ζώων γενέσεως, Περὶ ζώων ἠθῶν καὶ βίων (cit. ab Athenaeo L. VII. nisi sit idem liber ac περὶ ἱστορίας) Περὶ ζώων μορίων, Περὶ ζώων ἱστορίας. ut singula singulis respondeant, *de genitu*, *de victu*, *de particulis*, et agmen claudat nobilissimum illud opus, quo omnem animalium *differentiam* explicuit.

MUL-

praeterea problemata innumera eiusdem: tum ex eadem secta ceterorum, in quibus id genus varia tractantur. Quae tanta cura conquisita, si honestum et glo-
464. riosum fuit illis scribere, cur turpe sit nobis experiri? praesertim cum ordinatius et cohibilius eadem Graece et Latine adnitar conscribere, et in omnibus aut omissa anquirere, aut defecta supplere? Permittite, si opera est, quaedam legi de Magicis meis; ut sciat me Aemilianus plura, quam putat, quaerere et sedulo explorare. Prome tu librum ex Graecis meis, quos forte hic amici habuere, sedulique naturalium quaestionum: atque eum maxime, in quo plura de piscium ge-

MULTIIUGA VOLUMINA] *Quinquaginta ferme volumina de animalibus condidit.* Plin. H. N. VIII, 17.

PRAETEREA — TUM — SECTA] D'Orv. *propterea — cum.* Pith. *recta.*

QUAE TANTA] Pith. *quum.* D'Orv. *qui t.* deleto mox *cur;* non male: *qui* pro *quomodo.*

FUIT ILLIS] D'Orv. *illis fuit.*

ORDINATIUS ET COHIBILIUS] *τεταγμένως μᾶλλον καὶ συνεσταλμένως.* Sic apud A. Gellium, *celer oratio et cohibilis*, L. XVI. cap. 19. et L. VII. *dicendi genus subtile et cohibitum.* CASAUB. Male Edd. Altenb. Florid. Bip. *cohibitius* contra MSS. et Edd. V. ad Flor. N. 23. extr. *cohibiliter.*

ADNITAR] MSS. Pith. D'Orv. *adnititur.*

ANQUIRERE] Bene restituit Colv. cum seqq. pro *acquirere.*

SI OPERA EST] Infra: *Sed non est operae in istis diem terere.* de Deo Socr. *Non est operae diis superis ad haec descendere.* Opera est, et operae est, dixit etiam Plautus: in quo non temere hoc vel illud loco movendum, quod quidam faciunt. Aulularia: *Da mihi operam parumper, si opera est, Euclio.* Mercat. *Sed ea ut sim implicitus dicam, si operae est auribus.* Casina: *Operam date, dum mea facta itero, est operae auribus percipere.* Milite: *Occupata est, operae non est.* COLV. Non temere in *operae* mutandum recte Colvius monuit. passim apud Plautum utrumque sine delectu occurrit. PRIC. *Operae* in marg. coniecit etiam Drakenb. ut saepe *operae est*, pro *vacat*, *operae pretium est*, apud Plautum. v. Gronov. Lect. Plaut. p. 115. atque ita edidit Scriv. sed invitis MSS. et Edd. reliquis. *De versibus opera deest mihi* dixit Cic. ad Q. Fratr. III, 4. quidni igitur et *opera est* bene dictum sit? Talia mutare perquam est facile: sed opus est cautione.

DE MAGICIS] Aut *εἰρωνικῶς* loquitur, aut legendum *Physicis.* PRIC. Illud verum puto.

PLURA QUAM] D'Orv. *piitra quem.*

PROME TU] Scribae, aut alii cuipiam ministro hoc ait, penes quem deposita erant instrumenta litis ab utraque parte. FLORID.

SI QUOS FORTE] *τὸ si* non est in Florentinis. ELMENH. *quos forte*] Scribe periculo meo, *si quos forte* etc. Infra, *Dicite aliquis, si quis forte meminit huius locis principium. Audisne Maxime multos suggerentes? imo ecce iam liber offertur.* Addam e Marciano Capella locum, ad hos Authoris nostri appositissimum, interpolatum autem pessime etiam in optima Edit. Extrat L. VI. extr. ubi de Geometria: *Quo dicto complures* (lege *cum plures*) *philosophi qui undique secum* (leg. *secus*) *constipato agmine consistebant, primum Euclidis Theorema formare eam velle cognoscerent, confestim acclamare Euclidi, plaudereque coeperunt, cuius laudibus etiam ipsa Geometria plurimum gratulata, se per sectantis gloriam sublimari provehique cognoscens, ab eodem* (leg. *a quodam*) *Libros eius* (*quos casu apportari conspexerat*) *festina corripuit* etc. PRIC. Ostendit non a se allatos, sed sumptos ab amicis, quos in ea urbe habebat, et in quorum manus illi venerant. Frustra ergo est Pricaeus, qui hic reponit *si quos forte.* FLORID. Nullus MS. agnoscit *τὸ εἰ*, quod primus e coniectura Lipsii admisit Scalig. quem praeter Gent. reliqui secuti sunt, excepto Florid. qui rursus eiecit. Recte. *Hic*, i. e. in hac urbe, ubi iudicium habetur: de qua dicemus infra ad pag. 501. Illuc autem libros istos non ipse attulerat, sed ab amicis, studiosis rerum naturalium, eos conquisiverat. Post *amici* D'Orv. addit *mei.*

QUOS F. — SEDULIQUE NATUR. QUAEST.] Emendare placet Lipsio: *si quos f. — sed utique Nat. Quaest. ac quintum maxime.* COLV. *sed utique Nat. Q.*] Omnino ita legendum: nam illud vulgatum *sedulique* ineptum est. Atque ita nos hunc locum pridem, in nostri Codicis ora, ut plerosque alios, cursim inter legendum emendaveramus: postea animadvertimus Iustum quoque Lipsium, virum doctissimum, qui pro Aristarcho fuit Colvio hunc auctorem recensenti, similiter emendasse. quod et in aliquot locis aliis usu venit. CASAUB. Lipsius *sed utique n. q.* bene. ELMENH. Lipsii et Casauboni emendationem expressere etiam Gent. Pric. Wow. Flor. E Cod. D'Orv. nihil notatum video; unde colligo, ibi revera ita exstare: quod si sit, *Naturalium Quaestionum* non fuerit titulus libri, qui Graece scri-

genere tractata sunt. Interea dum hic quaerit, ego exemplum rei competens dixero. Sophocles poëta Euripidi aemulus et superstes, vixit enim ad extremam senectam: cum igitur accusaretur a filio suomet dementiae, quasi iam per aetatem desiperet, protulisse dicitur Coloneum suam, peregregiam tragoediarum, quam forte tum in eo tempore conscribebat, eam iudicibus legisse, nec quidquam amplius pro defensione sua addidisse, nisi ut audaciter dementiae condemnarent, si carmina senis displicerent. 465. Ibi ego comperior, omnes iudices tanto poëtae adsurrexisse, miris laudibus eum tulisse, ob argumenti sollertiam, et cothurnum facundiae; nec ita multum omnes abfuisse, quin accusatorem potius dementiae condemnarent. Invenisti tu librum? beasti. Cedo enim experiamur, an et mihi possint in iudicio literae meae prodesse. Lege pauca in principio, dein quaedam de piscibus. At tu, interea dum legit, aquam sustine. (*Deest locus ex*

scriptus fuit; neque etiam ulla istius operis mentio invenitur. Sed fuerit tunc sensus: Prome ex libris meis librum aliquem, quemcunque voles, modo *naturales quaestiones* contineat. Intra: *Pauca etiam de Latinis scriptis ad eandem peritiam pertinentibus, legi iubebo.* Pleraeque tamen Edd. et vett. O. cum MSS. servant *sedulique*, quod temere a Casaubono mutatum pronunciat Acidal. ad Vell. L. I. c. 6. explicatque *studiosi quaest. nat.* Eandem lectionem tuetur Gronov. Obs I, 25. sed aliter explicat, ut nempe iungantur *amici sedulique* i. e. amici, advocatique, et studiosi mei, quique in iudicio mihi adsunt. Ego facio cum Acidalio.

AT QUINTUM MAXIME] Flor. *atque cum maxime.* ELMENH. Nec spernenda Codicis Florent. lectio: *atque cum maxime.* PRIC. Quia nempe in Edd. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. simpliciter *atque maxime* legerat Lipsius, hinc coniecit *at quintum max.* quod receptum a Scal. Wow. Elm. Scriv. Pric. Sed *atque cum m.* est in MSS. et Edd. reliquis. Wow. insuper mutavit *at* in *ac.*

EURIPIDI] D'Orv. *Euripidi.*

COLONEUM] D'Orv. et Ed. Vic. *Coloneam eum.* D'Orv. Pith. cum Edd. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *peregregium.*

EAM] Edd. Colv. et seqq. *eamque*, contra MSS. et Edd. vett.

AUDACTER] MS. Pith. *audaciter.* bene. V. ad Met. L. III. p. 207, a.

DISPLICERENT] Gruterio in mentem venit *desiperent.* Cic. de Sen. 7. *num illud carmen desipientis videretur.*

COMPERIOR OMNES] MS. Fulv. *comperio.* ut Flor. N. 15. sed Edd. *comperior.* quo ducunt etiam MSS. Pith. *comperio rñãis*, D'Orv. *comperio rñães.*

MIRIS] D'Orv. *et miris.*

ARGUMENTI] Pith. *argumentum*, omissa statim copula.

COTHURNUM FACUNDIAE] Fulvius: *cothurni facundiam.* SCIOPP. *in Symb.* WOWER. Malim, ut quidam, *cothurni facundiam*, hoc est, *eloquentiam tragoediae illius.* Scriptam tamen lectionem secutus in interpretatione exposui *gravitatem eloquentiae*: pro *cothurnum*, qui seriis rebus agendis adhibetur, *gravitatem*, seu *maiestatem* intelligens. Sed magis placet altera lectio. FLORID. Standum est a vulgata lectione. Ut in illo Virg. Ecl. VIII. vs. 10. *Sophocleo carmina digna cothurno*, *cothurnus Sophoclis* est gravitas Sophoclis, sic *cothurnus facundiae* est gravitas eloquentiae Sophocleae. Imo de Nicophane, pictore, Plin. L. XXXV. cap. 10. *Cothurnus ei et gravitas artis.* De stilo tragico frequenter usurpatur. Amm. Marc. XXVII. 11. *Ut videretur, cum sibi fideret, de* cothurno *strepere tragico, et ubi paveret, omni humilior socco.* id. XXVIII. extr. *Et ne quid* cothurni *terribilis fabulae relinqueret intentatum.* ib. cap. 1. *cum* cothurnatius *stilus procederet lacrimosus.*

N. ITA MULTUM OMNES ABFUISSE] Ven. *n. ita in tantum.* COLV. MS. D'Orv. *ūfuisse.* Lat. Latin. pro *omnis* malebat *omnino.* Male. Ut dicitur *non multum abfui, quin condemnarent*, sic bene quoque dicetur: *non multum omnes abfuere, quin condemnarent.*

CEDO ENIM] Lat. Latin. *Cedo dum*, ut *adhuc dum*, et sim. Sed aliter MSS. et Edd. Supra p. 461. Cedo enim *si ego de Veneris statua nihil dixissem.*

ET MIHI] MS. Pith. non habet *et.* Male. Sophocli profuerunt literae in iudicio; experiamur an *et mihi.*

PAUCA IN PRINCIPIO] Sic Edd. ante Elmenh. et Pric. cum MS. Pith. sed MSS. Florent. D'Orv. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. *p. de pr.*

DEIN] Sic MS. D'Orv. Edd. Elm. Scriv. seqq. In reliquis *deinde.* In MSS. Florent. deest.

AT TU] D'Orv. *ac tu.*

CAUSAM SUSTINE] Iubet Appuleius amanuensem, aut alium recitare ex libro a se composito,

ex Appuleii Libris Physicis.) Audisti, Maxime, quorum pleraque scilicet legeras apud antiquos philosophorum, et memento, de solis piscibus haec volumina a me conscripta: qui eorum coitu progignantur, qui ex limo coalescant; quoties et quid anni cuiusque eorum generis feminae subent, mares suriant; quibus

to, quae adversarii ut magica accusaverant: nihilominus tempus, quod huic lectioni impendebat, effluere sibi oranti nolebat, quare iubebat non causam interea sed *aquam*, aut *clepsydram* sustinerent. Causarum patronis tempus distribui solere ad clepsydras, apud Vegetium docui. Eodem spectant et haec paulo infra: *cedo pueros istos quibus confiditis, produc nomina, qui sint. mea aqua licet ad hoc utare.* natum ab his clepsydris adagium, *aqua mihi haeret.* quo Cicero usus ad Q. Fratrem L. II. Ep. 7. Appuleius Apologia seq. *at tu licebit aquam sinas fluere.* quod ad figuram clepsydrae antiquae etiam Appuleii haec adiicienda censeo ex III. de Asino: *Sic rursum praeconis amphoboatu citatus accusator quidam senior exurgit et ad dicendi spatium vasculo quodam in vicem coli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim defluo, infusa aqua, populum sic adorat.* STEWECH. alii *causam sustine.* inepte. ELMENH. MS. D'Orv. *quicquam sustine.* Edd. ante Iunt. post. si non omnes, certe pleraeque *causam sustine*: unde Lips. in marg. Ed. Bas. pr. coniecit *capsam sust.* sed quaenam capsa hic intelligi possit, nondum invenire potui. Nihil verius, quam emendatio Stewechii, quae tamen iam ante Stewech. in Ed. Iunt. post. edita legitur *aquam sust.* quam egregie firmat MS. Pith. *taquam sustinet.*

LOCUS EX GRAECO] Quotiescunque in hac oratione fuisse aliquid recitatum, cum ea pronunciata est, indicatur; eius, quod lectum est, titulum curavimus inserendum ex ipsius auctoris verbis. Qua ratione quantum lucis orationi accedat, nemo non videt. Fuit ea oratorum praesertim Graecorum consuetudo, ut in scribendis orationibus quo quaeque loco litis instrumenta fuissent producta et recitata, titulo apposito indicarent. Nulla fere hodie extat Graeca oratio, ubi indices istiusmodi plures non reperias. Male ergo meriti sunt de hac oratione, male de nobis, qui hos titulos exemerunt: quos fuisse olim ab auctore appositos, unicus saltem qui remanserat argumento sit. hunc dico qui in ipso fere fine orationis habetur, TESTIMONIUM CASSII LONGINI etc. nam si illum Appuleius adiecit, cur solum? cur eum potissimum? cur non alios quoque omnes? ille vero omnes ἀναμφισβητήτως. Nemo igitur factum nostrum calumnietur; quod non dubitaverimus absque librorum auctoritate, aliena verba in contextum recipere; non enim ita est: sed inserta olim ab auctore, et male postea sublata, in suum locum restituimus. CASAUB. His iam editis observavimus Bernardum Philomathem ex suis MSS. uno aut altero loco hos titulos in sua editione reposuisse. ID. *ad Calcem Edit.* Haec delet Rom. et Flor. Codex. Vide Casaubon. ELMENH. *Locus ex Graeco libro Apulei Naturalium Quaestionum*] Ita, exemplo Casauboni, dederunt qui eum secuti sunt Editores; nisi quod Scriver. ita: *deest locus Graecus ex Quaestionibus Naturalibus Apuleii*; quasi titulus Appuleiani libri fuerit *Quaestiones Naturales*: quod non puto. v. supra. Quare malim: *Deest locus ex Appuleii Libris Physicis* vel sim. quid.

PLERAQUE — ANTIQUOS PHILOSOPHORUM] MS. Pith. *pluraque — antiquum philosophicum.* *Antiqui philosophorum* Graeca constructio est: παλαιοὶ τῶν φιλοσόφων. cf. ad L. de Mundo p. 361, a. Sic supra *peregregiam tragoediarum.*

QUI EORUM] D'Orv. *quorum.* Mox Pith. *propignerantur.* id. paulo post: *quidquid anni eiusque.*

FEMINAE SUBENT, MARES SURIANT] Vet. edit. *Fem. subentant, mar. sur.* Glossae veteres: *Subat* ὀρεγιᾷ. Scribo ὀργᾷ. Eaedem: *surit* κάπρᾷ. Subare in faeminis, surire in masculis plurimum posuerunt antiqui. Lucretius L. IV. de equa: *Subat, ardet, abundat Natura, et Venerem salientum lacta retractat.* Tertullianus exhortatione ad castitatem: *Et quando finis nubendi? credo post finem subandi.* Sed saepius indiscriminatim tam de his, quam de illis. D. Hieronymus advers. Iovian. L. I. *Qui post castitatem et diuturnam continentiam subant ad coitum, et pecudum more lasciviunt.* Tertull. de Iove: *Nunc foede subantem in sororem, sub commemoratione non ita dilectarum iampridem amicarum.* Festus: *Ita ut opprobrium mulieribus inde tractum sit, cum Subare et Surire dicuntur.* COLV. Arnob. L. I. princ. *Animalia terris sueta, atque in aquis degentia non esuriunt non concipiunt.* ubi *esuriunt* pro *suriunt*, Gr. ὀργᾷν. Longus Sophista venustissimus scriptor ποιμενικῶν L. III. de Daphnide et Chloë: Πείθεται Δάφνις καὶ συγκατακλινεὶς αὐτῇ πολὺν χρόνον ἔκειτο, καὶ οὐδὲν ὧν ὤργα ποιεῖν ἐπιστάμενος, ἀνίστησιν αὐτὴν, etc. Quae ita vertebat Gothofredus Iungermannus Lipsiensis invida nuper morte nobis subtractus: *Flectitur Daphnis et concumbens cum ea diu iacuit, ceterum nihil quorum caussa suriebat, agere scius, erigit ipsam* etc. BRANT. Add. Pric. et Burm. ad Anthol.

bus membris et causis discreverit natura viviparos eorum et oviparos. Ita enim appello, quae Graeci ζωοτοκα καὶ ὠοτοκα. Et ne operose per omnes animalium 466. genitus pergam, deinde de differentia, et victu, et membris, et aetatibus, ceterisque plurimis, scitu quidem necessariis, sed in iudicio alienis, pauca etiam de Latinis scriptis meis, ad eandem peritiam pertinentibus, legi iubebo. in quibus animadvertes, cum res cognitu raras, tum nomina etiam Romanis inusitata, et in hodiernum, quod sciam, infecta; ea tamen nomina labore meo et studio ita de Graecis provenire, ut tamen Latina moneta percussa sint. Vel dicant nobis, Aemiliane, patroni tui, ubi legerint Latine haec pronunciata vocabula. De solis aqua-

thol. Lat. L. III. Ep. 187. vs. 14. et ad nostri ἀνεχόμενον vs. 14. Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *subeunt.ant*, quod dat quoque MS. Pith. In D'Orv. *subvertant* (cf. Pius ad Plaut. Cistell. I, 1, 58). Ed. Ald. *subant*. Pro *suriant* MS. D'Orv. *aureant*.

ET CAUSIS] Pith. *ex causis*. Mox pro *discreverit* Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *discrevit*. MSS. Pith. D'Orv. *discernit*.

VIVIPAROS — OVIPAROS] Edd. Ald. Iunt. post. *viviperos — oviperos*, ut mutatur vocalis etiam in *puerpera*. MS. Pith. *viv. eorum*, *ovip. eorum*.

ITA ENIM APPELLO] V. C. recte, *ita enim Latine appello*. SCIP. GENT. Lege ex MSS. *Ita enim Latine appello* etc. PRIC. *Latine* exstat in Edd. Vic. et Wow. addicentibus MSS. Fulv. et Pith. Mihi a glossatore videtur.

ζωοτόκα καὶ ὠοτόκα] Bas. pr. ῥηνθόκους. Post haec verba e superiori vs. in MS. Pith. irrepsit *ita*.

NE OPEROSE ANIMALIUM GENITA PERGAM] Vet. edit. *ne perose anim.* Verum puto, *ne per omnia anim. gen. perg.* Compendium erat, *per oīa.* hinc mendum. COLV. Haec lectio utcunque ferri fortasse potest: sed ne quid dissimulem, aliter Appuleium scripsisse arbitror. Lego autem, *Et ne per omnes animalium genitus pergam.* est transitio a primo loco librorum Appuleii De piscibus, ad secundum: is locus fuerat περὶ γεννήσεως illorum; quae in multiplici differentia est posita: aliquot recensuit Appuleius praecedentibus verbis, non tamen omnes: ideo hac transitione utitur, *ne per omnes animalium genitus pergam.* hoc est, ἵνα μὴ πάσας τὰς ἰδέας τῆς γεννήσεως αὐτῶν ἐξακριβῶ. *Genitus* est γέννησις. delectatur enim hic auctor ea nominum forma, ut alio loco notamus. Illud *operose* natum ex compendio scripturae *peroēs*, id est, *per omnes*. CASAUB. Emendavit certissime Casaub. *Ne per omnes animalium genitus pergam.* supra *De genitu animalium.* τὸ *operose* non dubium est ex scripturae veteris compendiis irrepsisse. PRIC. Certissimam Casauboni emendationem secutus sum. Legit aeque verisimiliter Colvius *ne per omnia animalium genera.* FLORID. MSS. Pith. D'Orv. cum Edd. vett. plerisque *perose*, quod si quis defendere velit pro moleste, odiose, restat tamen insolentior paullo constructio *pergere genitus*, pro, ad genitus: nam τῷ *pergere* semper Appul. iungit praepositionem, nisi ubi sequitur proprium loci nomen. vid. ad Met. p. 412, b. Apud Tacit. tamen legimus Ann. I, 28. *prospere cessura, quae pergerent.* pro, ad quae pergerent, vel quae peragerent. Casauboni emendationem amplexus est Wow. probante Lat. Latinio. Quia tamen *operose* iam est in Ed. Iunt. post. (quae vox occurrit quoque L. I. p. 31. *enormem eluviem operose effrico.*) verius puto, quod tacite, sed e MSS. Florent. dedit Elm. cum seqq. *ne operose per omnes anim. genitus pergam.* Reliqui MSS. et Edd. vett. item Colv. Gent. Pric. *genita*, cuius vocis hoc sensu exemplum non suppetit. *De genitu animalium* dixit noster supra p. 463. Quare sing. num. forsan legendum *genitum*. Scriptum fuerat *genitū*: hinc, omissa lineola, factum *genita*.

IUBEBO] D'Orv. *iubeo*.

IN Q. ANIMADVERTES CUM RES COGNITU RARAS] Sic rescripsi e vestigiis Cod. Pith. *in q. animadverteres cum me cogn. raras.* Videtur ita etiam in Cod. Fux. scriptum vidisse Salm. qui id marg. adlevit. Vulgo editur: *in q. animadvertes cum in eis cogn. rara.* Pro *cum* D'Orv. *tum*. *Res* et *nomina* sibi invicem opponi solere, nemo nescit.

EA TAMEN — PROVENIRE] MS. Pith. *et tamen*. Lat. Latin. corrigit *provenere*. male. Pendet Infinit. ab *animadvertes*, eleganter abundante τῷ *ea*. sed in nonnullis Edd. perperam maior distinctio est post *infecta*.

UT TAMEN] Displicet illepida geminatio τοῦ *tamen*: suavius ad aures, quidni et sententiam? legas *tanquam*. PRIC.

PATRONI] Ed. Bas. pr. *paterni*, unde correxit Lat. Latin.

aquatilibus dicam, nec ceteras animales, nisi in communibus differentes, attingam. Ausculta igitur, quae dicam. Iam me clamabis magica nomina Aegyptio vel Babylonico ritu percensere: Σελάχεια, μαλάκια, μαλακόστρακα, χονδράκανθα, ὀστρακόδερμα, καρχαρόδοντα, ἀμφίβια, λεπιδωτὰ, φολιδωτὰ, δερμόπτερα, πεζὰ, νέποδα, μονήρη, συναγελαστικά. Possum etiam pergere, sed non est operae
467. in istis diem terere, ut sit mihi tempus aggredi ad cetera. Haec interim, quae dixi pauca, recita, Latine a me enunciata. (*Desunt Latina vocabula e superioribus Graecis versa.*) Utrum igitur putas philosopho, non secundum Cynicam temeritatem rudi-

er-

DICAM — ATTINGAM] MS. D'Orv. *attingant*, deleto *dicam*.

CETERA ANIMALIA N. IN COMM. DIFFERENTIIS] Parva menda inerat in his verbis, sed coniuncta cum totius sententiae labe. Legebatur, *nec caetera animalia nisi in communibus differentes attingam.* scripsimus *differentiis*. Non attingam, inquit alia animalia praeter aquatilia: nisi quatenus inter explicandum horum genera, incidet oratio in differentias ipsis communes cum reliquis. Exemplo res erit clarior. Plinii sunt verba: *Aquatilium tegumenta plura sunt: alia corio et pilo teguntur, ut vituli et hippopotami: alia corio tantum ut delphini.* Vides Plinium dum pergit per species animalium incidere in differentias communes ἐνύδροις καὶ χερσαίοις. CASAUB. L. *nisi in communibus different.* ACIDAL. *Communes differentias* vocat, ut Aristot. de part. Animal. c. 3. τῶν δὲ διαφορῶν, inquit, *αἱ μὲν καθόλου εἰσὶ* etc. SCIP. GENT. Speciosa est Casauboni emendatio, cui adsensum praebuerunt seqq. Neque tamen veram eam puto. MSS. O. et Edd. constanter habent *differentes:* iam quia *animalis* fem. gen. haud semel apud nostrum genuinae lectionis corrumpendae causa fuit; (v. ad Met. L. II. p. 152. et alibi cf. Ind.) mihi nullum dubium est, quin scripserit auctor, *ceteras animalis* (vel *eis* vel *es*) *nisi in communibus differentes att.* i. e. non attingam ceteras animantes, nisi quatenus earum quaedam a reliquis differant in iis, quae cum aquatilibus communia habent. *Communia* et *commune* substantive apud nostrum ponuntur. V. Ind. In eadem re Cic. de Off. I, 4. Commune *omnium animantium est coniunctionis appetitus.*

DICAM] D'Orv. *dic.*

GRAECA VOCABULA] Haec quidem extant in Flor. Membranis, sed adeo monstruose ab ineruditis et supinis exscriptoribus accepta, ut ne ipsum quidem Appuleium (si naturae lex eum pateretur ab inferis paulisper redire) ea legere, multo minus intelligere posse, pro certo affirmare ausim. Ut tamen fidem meam liberem, ita ea hic apponam uti in MStis exarata fuere, si forte essent medicinae faciundae feliciores manus: Cαλυxεcκ καλακειu καλακοcτPακα ꝩ cκαPακακεα: οcτρακοΔεpNα καp ꝩ rPοαN τυcιN Φιβια ιNεdυτυΦολια ωτα dερκοπτερα πεcu Νο rodu κoN hphcy ΝΑΓcλαεπκα. ELMENH. Haec in contextus seriem coniicere nos ausi sumus ex Elmenhorstii fide, qui primus ea in Notis suis exhibuit e Florent. Cod. legi quo pacto debent autem non docuit. Eorum integram medelam a me nolo expectari, cum nonnulla existimem corruptiora, quam ut ullatenus restitui possint. Ceterum quae certius assequutus videor, fere haec sunt. Pro Cαλυκεcκ lego σελάχεια h. e. *cartilaginea*; pro καλακειu, μαλάκια, *mollia*; pro καλακοCτPακα, μαλακόστρακα, *crustis tenuibus contecta*; pro οCτρακοΔεpNα, ὀστρακόδερμα, *testis duris conclusa*; pro ιNΦιβια, ἀμφίβια, *quae terra simul ac mari degunt*, pro Φολιαωτα, Φολιδωτὰ, *squamosa*; pro dερκοπτερα, δερμόπτερα, *quibus cutis pro alis est.* Reliqua felicioribus ingeniis eruenda delego. PRIC. Coll. Lindenbrog. cαλυχecu καλακειu καλα ΡΟSΤΡΑΚΑ τοκαPακακcu οcτPακοΔεpNα κuP ꝩ rPOκONτrcιN Φιβια e Nι du τυΦολιαωτα dePκοπτε Pαπecuno Νοαu κοN'ι phcyNcι rcλαεπκα. Corrupta haec Graeca, prout citata erant ab Elmenh. contextui inseruit Pric. quum reliqui, inde a Casaub. τοῖς *Graeca Vocabula*, vel *Graeca Vocabula desunt*, indicaverint ea excidisse. Ante Casaubon. ne haec quidem ipsa leguntur. Interim Gronovius Florentiae degens membranas Florentinas diligentius inspexit, et ex earum vestigiis ad Herodot. p. 880. tam felicissime, me quidem iudice, locum hunc emendavit, ut ipsa Graeca vocabula, ita emendata, iam tandem auctori reddere non dubitaverim. Pro σελάχεα, cum Pricaeo malui σελάχεια, vel leg. σελάχια.

POSSUM] Pith. *possum.*

DIXI] Edd. Elm. Scriv. Altenb. Bip. *dixit.* male. Ipse dixerat App.

ENUNCIATA] D'Orv. *nunc.* Pith. *enunc.* Latina verba non adposita fuerunt ab auctore, utpote non a se, sed ab alio quodam recitata.

UTRUM IGITUR PUTAS] Pro *utrum* MSS. Pith. D'Orv. *verum.* non male: modo deleas cum D'Orv. *igitur putas.* sed vulgata lectio Appu-

leia.

et indocto, sed qui se Platonicae scholae meminerit, utrum ei putas turpe, scire ista, an nescire? negligere, an curare? nosse, quanta sit etiam in istis providentiae ratio, an de Diis immortalibus matri et patri credere? Q. Ennius, Hedy-

pa-

leiano stilo magis convenit. In D'Orv. exsulat etiam *secundum*.

QUANTA S. E. IN I. PR. R. AN DE] D'Orv. *quanti*. Pith. non habet *in*, nec, cum D'Orv. *de*. Pro *Q. Enn.* D'Orv. *Quare*.

Q. ENN. AEDES PHAGETICA, QUAE VERSIBUS SCRIPSIT] In mendo cubat titulus operis Enniani, e quo eum lectionem [illegible], *Q. Ennius [illegible], quae versibus scripsit*, seu Graece mavis, ἰχθυοφαγητικά. Fuit mihi etiam verisimile, legendum videri, *Hedyphagetica*, seu Ἡδυπαθεία, quo nomine versibus opusculum inscripsit peritissimus rei culinariae Archestratus, aliquoties ab Athenaeo laudatum; in quo quaedam, quae ab Ennio translata videntur; imo sunt: quemadmodum post docebimus. Quod argumentum certissimum existimandum est, eumdem cum indicem huius scripti Enniani fuisse. Simile volumen Varronis περὶ ἐδεσμάτων, de quo Gellius L. VII. cap. 16. COLV. Non tam facile est veram lectionem istius loci praestare, quam arguere falsam proclive. Ed. Romana habet, *edes phagitica*. Video placere doctissimis viris indicem carminis Enniani fuisse Ἰχθυοφαγικά. Itaque hic esse emendandum. Ego dum diligentius veterem lectionem inspexi miror, adducor in suspicionem, tractasse Ennium eo carmine non solum de Piscibus, sed et de aliis esculentis: ac quid ubique terrarum palatum oblectaret percensuisse. Itaque poëmati [illegible] fecisse titulum *Edesta vel Phagetica*, hoc est, ἘΔΕΣΤΑ Ἢ ΦΑΓΙΚΑ. Sic Graeci quidem, ut ex Athenaeo discimus, huius argumenti libris cum scriberent, Περὶ ἐδεστῶν [illegible]: ut Mnesitheus Atheniensis. Varro unum e Menippeis suis περὶ ἐδεσμάτων. Inde ergo, fors fuat, in Apuleio scribendum, Q. Ennius *Edestis aut Phagicis, quae versibus scripsit*. CASAUB. *Q. Enn. Edesphagetica, quae versibus scripsit*] Haec scriptura antiqua, quam tamen falsam alii iam olim evicerunt. Clariss. Casaubonus scribendum arbitratur: *Edestis aut Phagicis*. Sed non valde usitatum fuit antiquis duobus titulo monumenta sua inscribere, nisi illud argumenti varietas, aut certa quaedam ratio postularet. Nulla vero diversitas inter ἐδεστὰ καὶ φαγικά. unde et illa similium vocum repetitio minus elegans. Et Graecos huius argumenti opera περὶ ἐδεστῶν inscripsisse comperimus, ut apud Latinos eorum imitatione Varro Menippeam περὶ ἐδεσμάτων, teste Gellio L. VII. cap. 16. Versus autem isti, quos recitat Appuleius, ostendunt Ennium hoc poëmatio recensuisse omnis generis suavia quaeque, et commendatione [illegible]: [illegible] haud absurde veteris scripturae [illegible] secutus, titulum operis fuisse dixeris: *Hedyphagetica*. Notum vero, Latinis familiare, a Graecis sumere operum argumenta, ipsasque adeo inscriptiones; multa ab iisdem mutuata transferre, multa de suis adtexere. Ita cum ex Athenaeo L. VII. colligimus, Archestratum confecisse opus plane gemini argumenti, quod Ἡδυπάθειαν inscripserat: plurimaque ex illo versus tengeri, quos Ennius transscripsit et vertit, omnino verisimile, eundem auctorem, a quo argumentum, ipsumque adeo opus mutuatus, in titulo quoque secutum. Quare in Appuleio reponendum: *Hedyphagetica, quae versibus scripsit*. WOWER. Fulvius ex V. C. *Edesphagitica*: quae indubitate vera lectio est, licet secunda litera extrita in eo fuerit. Non enim omnia piscium genera videtur Ennius descripsisse, sed ea tantum, quae sapore in primis nobilitata essent, quae alibi, atque alibi meliora nascuntur, ut loquitur Plinius. Eodem in argumento et alii veteres operam otiumque suum occupaverunt, ut Archestratus, Antiphanes, Hermippus, Mnesitheus Atheniensis, ex quibus multa refert Athenaeus. Nec dubitandum est quin et Varro, Satyri περὶ ἐδεσμάτων, et Ennius plurima de Graecis transtulerint, ut hi versus Ennii indicant, quos ex Archestrato ad verbum pene convertit: Τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος, Τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη, Πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει, κάπρους τε μετ' αὐτῶν. Μεσσήνη δὲ πελωριάδας στενοπορθμίδι κόγχας. [illegible]o horum versuum apud Athenaeum legitur καὶ ἄπλατα μετ' αὐτῶν. sed ingeniose, ut omnia, Casaubonus ita legendum censet, ut scripsi. SCIP. GENT. Locus corruptus. Florent. *Hedisphagitica*. Rom. *aedesphagitica*. Aldus, *phagetica*. Colv. *Hedypathica*. Casaub. *edestis, aut phagicis*. Fulvius, *Edesphagitica*. Vide Wower. ELMENH. Quanta heic Interpretes. Equidem hanc ἐπιγραφὴν, etsi ante eam corruptam fateor, ex eorum interpolationibus evasisse corruptiorem puto. Quid opus est *Edestis* aut *Phagicis*, aut *Hedypatheticis?* innitamur vestigiis MSS. et Edd. principum: habent ea *Hedyphagitica*, et (quod postremus) *Aedes Phagitica*. Ex his suspicari licet scripsisse Ennium Ἡδυφαγικὰ aut certe Ἰχθυοφαγικά. PRIC. Perierunt illi Ennii versus, ut et multi alii. Itaque et eorum eadem inscriptio, quae hic procul dubio corrupta

tio-

pathetica qui versibus scripsit, innumerabilia piscium genera enumerat, quae scilicet curiose cognoverat. Paucos versus memini, eos dicam:

Omnibus ut Clypea praestat mustela marina.

Mu-

tissima exhibetur, certo restitui potest, Casaub. reponebat Ἐδεστὰ ἢ Φαγικά. Pricaeus melius meo iudicio Ἡδυφαγικὰ, aut certe Ἰχθυφαγικὰ, *de suavibus*, aut, *de pisculentis eduliis*, MSS. vestigiis innitens, quae habent *Hedyphagetica*, et *Aedesphagetica*. FLORID. *Q. Ennii Hedepathetica*] Ita corrigendum ex corrupto *Hedesphagetica*. SCALIGER. Sub titulo *Q. Ennii Phagesiorum Fragmentum*, edidit Pithoeus post finem Lib. VI. Epigr. vet. In Scaligeri Catalectis Lib I p. 215. vitiose excusum est *Q. Ennii Hedypatheticorum Fragmentum. Phageticorum* inscripsit Hier. Columna in Fragmentis Ennii pag. 155. cuius notas evolvisse operae pretium erit. Sed titulum huiusce Enniani poëmatis fuisse *Edesta* vel *Phagica* putat Is. Casaub. ad Apulei. Apolog. pag. 150. apud quem exstant hi Ennii versus, quos de Graeco fonte derivatos atque ex Archestrati Gastronomia desumtos notat D. Heins. de Satyr. Horat. Lib. II. pag. 103. quos vide apud Athenaeum Lib. III. cap. 13. ex quibus nonnulla in his Ennianis illic corrigit Casaubonus, cuius notae ad Appul. Apolog. merentur legi, et Scipionis Gentilis ac Pricaei, qui praefert titulum Ἡδυφαγικὰ vel Ἰχθυφαγικὰ. sed ἡδυπαθητικὰ placet Salmasio in Praef. ad Tab. Cebet. Arab. pag. 17. *Addephagia* vel *Addephagica* Trillero Lib. I. Observ. Crit. cap. 14. licet in fine capitis magis inclinet in *Hedypathica* vel *Hedypathia*, quod omnium probabilius videtur, quia hic titulus fuit poëmatis Archestrati, de qno agit Lib. III. cap. 1. pag. 160. et vide Casaub. ad Athen. L. VII. cap. 8. circa finem. Simile opus Varronis fuit περὶ ἐδεσμάτων, de quo vide D. Heins. Lib. I. de Sat. Horat. p. 81. nam uterque luxum et delicias ciborum nimis exquisitas in istis operibus perstrinxerunt. Insignem etiam operam ad emaculandos hos versus contulerunt Turneb. Lib. XXI. Advers. cap. 21. et Salmas. ad Solin. Tom. II. pag. 1128 et seqq. ed. Paris. BURMANN. *ad Anthol. Lat.* Ep. 135. Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. Colv. Cas. Vulc. pr. Gent. Pric. *aedes Phagitica*, Florid. iunctim *aedesphagitica*, quod nihili est: licet ei lectioni proxime accedat MS. Fulv. *Edesphagit.* quomodo cum Ed. Rom. edidit Wow. et citat Freher. ad Auson. Mos. vs. 151. sed et hoc explicari nequit. Edd. Ald. Iunt. post. simpliciter Φαγιτικὰ contra MSS. et Edd. Scaliger in Ed. Vulc. sec. ἡδυπαθητικοῖς. *Hedyphagetica*, ediderunt Elm. et Scriv. adstipulantibus MSS. Florent. Fux, et Pith. nisi quod per *i* scribant *phagitica*. ut prius scriptum fuisse videtur, *Dioclitianus*, *Apologiticus* et sim. vide Salmas. ad Lamprid. Heliogab. 21. MS. D'Orv. *edicitur fagitica*. Putarem cum Gronov. ad Gell. VII, 16. MStorum ductu *Hedyphagetica* fuisse verum Enniani carminis titulum, i. e. de eduliis, quae optime sapiunt; ut infra noster: *Qualiter assus aut iussulentus optime sapiat:* nunc vero, cum fuerit ἡδυπάθεια Graeci poëtae Archestrati carmen epicum (vid. Athen. I. p. 4, *e.*) quod imitatus videatur Ennius, credo legendum esse, *Hedypathetica*, cum Salmas. ad Solin. p. 794, b. et in praef. ad Tab. Ceb. Verum enimvero terminatio *etica* sit neutrum plur. necesse est: quare τὰ *Ennius Hedypathetica*, *quae versibus scripsit — enumerat*, egent ampliore emendatione. Senserunt id Vulc. qui margini Ed. Colv. adscripsit ἰχθυοπαθητικοῖς, et Scalig. in Ed. Vulc. sec. edens ἡδυπαθητικοῖς, cum Scriv. *Hedyphageticis*; nec non Lips. qui in marg. Ed. Bas. coniecit *edens Phagetica*. MSS. O. servant terminationem *ca*: nec placet emendatio Lipsii. At in MSS. Pith. D'Orv. pro seq. *quae* exstat *a*, ortum ex compendiosa scriptura: hinc scribo *qui*.

COGNOVERAT] MSS. Pith. D'Orv. Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *cognorat*.

OMNIBUS UT CLYPEA] Corrigendum putat Turneb. *Omnibus at Clypeae*. Clypea Africae promontorium, apud Plinium Lib. V. cap. 4. et cap. 7. Sed etiam piscem hoc nomine ponit Plinius, et Callisthenes ιγ. γαλατικῶν. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθὺς κλουπαία καλούμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. cuius loci copiam nobis facit doctissimus Ios. Scaliger Auson. Lection. L. I. cap. 3. COLV. Turnebus legit, *Omnibus at Clypeae*. possumus et *at Clypea* vel *a Cl.* Notum loquendi genus *mustela Clypea*, ut *vinum Chio* apud Varronem imitatione Graecorum. Clupea est urbs veterum Carthaginiensium, quam Graeci Geographi Ἀσπίδα vocant. CASAUB. Hi versus ab emendatoribus varie interpolati sunt. Flor. pro *lupea* legit *clupea*. Rom. *clipea*. vide Colv. et Casaub. ELMENH. *at Clypeae* Turneb. Hier. Columna, Pith. et Scalig. *ut Clypea* edidit Casaub. Gentilis, et Pricaeus, *ut Clupeae* Harduin. in Emend. ad Plin. Lib. IX. 24. de clupea pisce, non vero urbe, intelligunt nonnulli, ut Rondeletius Lib. VII. de Piscib. cap. 15. de quo inter alios pisces, silurum, sturiones, similesque agit Scaliger. Lib. I. Auson. Lect. cap. 3. et Maussac. ad Plutarch. de Flum. pag. 244. sed rectius Scaliger et Columna Clypeam urbem intelligunt.

quum

Mures sunt Aenid, aspra ostrea plurima Abydi, 468.

Mi-

quum in sequentibus versibus, aeque ac in Varronis fragmento, etiam recenseat loca, in quibus insigniores nascantur pisces, ut hoc versu dicit mustelas, quae Clupeae nascantur, omnibus marinis mustelis praestare. Est vero Clupea urbs, cuius meminit etiam Lucanus Lib. IV. 589. *Inter semirutas magnae Carthaginis arces Et Clupeam tenuit stationis litora notae.* ubi *Clupeam* ex melioribus libris praetulit Cl. Oudendorpius, non *Clepiam*, *Clipeam* vel *Clypeam* ut in aliis; ibidemque Patruus meus in notis suis hunc ipsum Enni versum etiam de Clupea urbe, circa quam tractus fuit piscatura lucrosus, accipit: eam vero in deditionem acceperunt Romani, antequam in agrum Carthaginiensem facerent impetum. vide de hac urbe Suritam ad Antonin. Itiner. pag. 222. et Merulam ad Enn. p. 424. quem tamen illic errare, dum Clupeam et Aspidem diversas urbes facit, videbis ex notis Drakenb. ad Silium Lib. III. 244. Burm. *At* edidere Wow. et Flor. cum Burmanno, ex emendat. Turnebi et Scaligeri, contra MSS. Quare, quia ignoratur, quid praecesserit apud Ennium, MSS. sequor. Dein, quum hisce versibus Ennius multos pisces decoravit *et ubi gentium quisque eorum inveniatur ostendit*, quivis videt, cuique pisci addidisse poëtam nomen loci, atque adeo *Clypeam* hic intelligendam esse urbem, non piscem. Male autem Burm. et Florid. ex Turnebi coniectura edidere *Clypeae. Mustela Clypea* dictum esse ut *vinum Chio* monent Casaub. et Salm. ad Solin. p. 227, b. Sic *hospes Zacyntho* Plaut. Merc. V, 2, 99. *ficus Zacyntho*, ibid. vs. 102. et alia sim. Vide Davis. ad Caesar. de B. Civ. I, 24. Gronov. Lect. Plaut. ad Bacchid. II, 2, 53. Rutgers. Lect. Venus. cap. 20. p. 358. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. carm. 122. vs. 20. cf. Muncker. ad Hygin. fab. 97. Gronov. ad Gell. N. A. III, 15. Variavit Virg. Aen. IV. 36. *mariti non Libyae non — Tyro.* add. Septim. de B. Troi. II. c. 35. *Asius Hyrtaci Sesto.* ubi tamen MS. Periz. addit *de*, quemadmodum ubique eo loco additur praepositio, *de Caria*, *ex Moesia*, *ex Phrygia.* Nostro autem Appuleii loco non obstat, quod in seqq. est *Aeni*, *Abydi* etc. nam ibi verbum *est* necessario id postulat: at hic optime legitur, *mustela marina Clypea*, i. e. a vel e Clypea, *praestat omnibus* aliis mustelis. Ceterum varie scribitur *Clypea*, *Clupea*, *Clipea*, MS. Pith. *Clippea.* Gr. κλυπέα. Perperam Edd. Vulc. sec. tert. *Lupea.*

Mures sunt Aeni aspera et ostr. pl. Ab.] Idem Turnebus Advers. L. XXI. cap. 20. legit: *Mures sunt Aeni, ast aspra ostrea plurima Abydi.* Lipsius: *Mures sunt Aeni, ac plera ostrea, pluria Abydi.* Archestratus: τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος. Colv. In Rom. *Teni.* et est Tenus una de Cycladibus. Sed ex Archestrati verbis τοὺς μύας Αἶνος ἔχει ita pridem emendavit magnus ille Hadr. Turnebus ὁ πολυμαθέστατος. quamquam nescio an per omnia in illo argumento Graecum poëtam secutus esset Ennius. num potius in quibusdam suum et suorum Italorum palatum consuluisset. Praeterea scimus qua licentia versati sint veteres poëtae Latini in Graecis scriptoribus: etiam tum, quando eos ex professo vertendos susciplebant. Casaub. Florent. *a. ostrea plurima Abydi.* Abydus in Hellesponti angustiis, ubi habentur ostrea delicatissima. Unde in Catalectis vett. poët. *Nam te praecipua in suis urbibus colit ora Hellespontiaca ceteris ostriosior oris.* Elmenh. *Mures sunt Aeni, ast aspra ostrea* etc.] Ita Turnebus, aliique ex illis Archestrati, Τοὺς μύας Αἶνος ἔχει. ut intelligatur Aenus Thraciae urbs, de qua Harpocration in voce Αἶνος. eiusque mentio apud Athenaeum Lib. VIII. cap. 10. ubi in Aeno per octo menses coelum frigidum esse memorat. vide et de Aeno Begeri Thesaur. Brandenb. Tom. III. pag. 55. Recte vero *ast aspra ostrea*, non, *Mures, sunt Aeni, aspra ostrea*, hiante versu, unde non opus est Salmasii fulcimento, tam hoc in loco, *Mures sunt Aenid, aspra ostrea* etc. quam infra *Surrentid elopem*, etc. Burm. Ed. Vic. et marg. Bas. pr. *Teni.* Iunt. utraque et Aldi *Oeni.* ut in Antonini Itiner. p. 57. sed et ibi leg. *Aeni.* ut video esse in MS. cuius collatio ab Is. Vossio facta nunc penes me est. Gr. Αἶνος, de qua urbe, in Melane sinu sita, non longe ab ostiis Hebri v. Salm. ad Solin. p. 114. Dein Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. *Mures sunt Aeni* (Vic. *Teni*) *aspera ostrea plurima Abydi*, consentientibus MSS. Florent. Pith. D'Orv. In Iunt. post. et Vulc. pr. *m. s. A. aspera et ostrea pl. Ab.* Colv. Vulc. sec. tert. Wow. Elm. Scriv. *m. s. a. aspera et ostrea et pl. Ab.* Scal. tandem Casaub. Gent. Pric. Flor. cum Burm. in Anth. Lat. *M. s. A. ast aspra ostrea pl. Ab.* Ad fulciendum versum, quem in prioribus Edd. claudicare primus viderat Editor Iunt. post. a diversis editoribus ex ingenio inserta sunt *et*, *et*, *ast*, quae in nullo comparent MS. Imo fulcris illis nihil opus esse bene, ni fallor, vidit Salm. ad Solin. p. 794. Simpliciter enim legendum *aspra* et addendum *D*, sic, *Aenid*: ut *Praedad. Altod. Marid.* in columna Duiliana, et saepe in fragmentis Ennii, Naevii, et apud Plautum. V. Voss. de Ar. Gramm. II, 14. qui veterum loquendi modus solebat corrumpi in MSS. quare id recepi, refragante licet Burm. Pro *ostrea* D'Orv. *austrea.*

Aby-

Mitylenae est pecten, charadrumque apud Ambraciaï.

Brun-

Abydi] D'Orv. *vili.* Nostra aetate quoque ostreis frequentem esse Abydon, docet Guys Voyage litter. de la Grèce T. II. p. 238.

Mus Mitylenae est pecten etc.] Turnebus: *Mus Mitylenae est, pecten aperque apud Ambraciae amnes.* Cui scripturae adstipulatur parte aliqua Archestratus: τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη, Πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει. Pro *caradrum* substituendum censuerim, quod propius accedit ad vulgatam lectionem *carabum.* Nam eo nomine piscem commemorat Aristophanes: Πολυπόδιον, σηπιδάριον, κάραβον, ἀστακὸν, ὄστρεα. Etsi non video adhuc, quomodo versus hic eo pacto numeris suis reddi possit. De quo adhuc deliberandum. Colv. Hic versus in cod. Rom. portentose erat deformatus: *Mus Mitylenae est pecten caradrumque apud Umbraciae finis.* Hercules ἀλεξίκακε quod genus metri istud est? Doctissimus Turnebus emendavit *Mus Mitylenae est pecten aperque apud Ambraciae amnes.* nos, hoc modo: *Mitylenae est pecten, caprosque apud Ambracienses.* cuius emendationis priusquam rationem reddo, apponam Archestrati versus Graecos. unde hi facti sunt, ut eos legendos censeo: Τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος Τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη· Πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει, κάπρούς τε μετ' αὐτῶν· Μεσσήνη δὲ πελωριάδες στεινοπορθμίδι κόγχαι. tertii versus pars posterior apud Athenaeum hodie sic corruptissime legitur καὶ ἄπλατα μετ' αὐτῶν. nos cum videremus manifesto desiderari piscis nomen, et didicissemus ex Aristotele ac Plinio κάπρον piscem in ea ora inveniri, emendavimus ex facili κάπρους τε μετ' αὐτῶν. sequentem versum ex MSS. correximus. Nunc videamus de versu Ennii: in cuius principio vocem *Mus* male positam bene sustulimus. nonne enim iam dictum, *Mures sunt Aeni?* deinde aliter poëta Graecus. ut valde mirer hoc leviculum potuisse Turnebi acumen fugere. Adiecere hanc voculam ceu tibicinem aut destinatam fulciendo versui, qui aliter eum putabant ruiturum. sed non mirabuntur versiculum esse ἀκέφαλον, ut appellant veteres critici, qui στιχηρὸν hoc πάθος meminerint antiquis poëtis per fuisse familiare. In hoc ipso fragmento sequitur: *Melanurum, turdum* etc. *Polypus Corcyrae.* Item *capros* legimus ex vestigiis veteris lectionis *caradrum.* Graecissat scilicet more suo et iure cascus poëta: quod norunt, qui illius reliquias in deliciis habent. Lego etiam *apud Ambracienses*, ex illis, *apud Ambraciae finis:* utrumque dicunt Graeci Ἀμβρακιεὺς et Ἀμβρακιώτης, et Latini similiter, *Ambraciensis* et *Ambraciota.* Casaub. Florent. *Mitylene est pecten, caradrum apud Umbraciae fines.* Rom. *mus Mitylenae pecten* etc. Elmenh. *Mitylus et pecten*] Melius ita meo iudicio, quam *Mitylena est pecten.* tametsi non ignoramus, Archestratum dixisse τοὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη. Scaliger. inprobat hanc Scaligeri emendationem Columna, non sine quadam acrimonia, dum Scaligerum nimis interdum in veterum scriptis emendandis sibi fidentem addit, et adhaerens Archestrati verbis τοὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη edidit, *Est Mitylenae Pecten, Aperque apud Ambraciae amnem.* Casaubonus ad Athenaeum et Appuleium emendaverat: *Mitylenae est pecten, caprosque apud Ambracienses.* reiecitque Turnebi coniecturam: *Mus Mitylenae est pecten aperque apud Ambraciae amnes.* sed Casaubono obstat metri ratio in Mitylenae ut et Salmasio corrigendum iubenti, *Mitylenae est pecten, charadrumque apud Ambraciaï.* vel *Ambraciensis* aut *Ambraciensem*, Heinsius *Ambraciotas.* Amplector vero Columnae sententiam pectinem hic Mitylenae, et *aprum* vel *caprum*, Ambraciae tribuendum censentis, quia haec presso pede insistunt istis Archestrati: — τοὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη, Πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει, κάπρούς τε μετ' αὐτῶν. ut ad Appuleium emendabat Casaubonus, qui inde hic legebat, *caprosque apud Ambracienses.* de capro vel apro pisce vide Rondelet. Lib. V. de Pisc. cap. 27. de Mitylo autem, quem Scaliger hic reponi volebat, vide ad h. l. Ep. 63. 5. Burm. Metri constituendi conatus iterum locum corrupit. Nam ex MSS. et Archestrati versu haud dubie legendum *Mitylenae est pecten.* ut in primo pede sit anapaestus, quales versus apud Homerum aliosque aliquoties occurrunt. Infra *Melanurum, turdum* etc. *Polypus Corcyrae* etc. Idem Ennius p. 135. Ed. Hessel. *Capitibus nutantis pinus rectosque cupressos.* De talibus vss. vide Hermanni Elem. Doctr. Metr. L. I. c. 10. §. 21. et L. II. c. 26. §. 20 et 21. Bene itaque sic ediderunt Cas. (nam quod in eius Ed. legitur *Mitylena*, videtur esse a typotheta, licet exstet etiam in MS. Pith.) Gent. Wow. Pric. Flor. Male Elm. Scriv. *Est Mitylenae.* Peius Edd. ante Casaub. *Mus Mitylenae*, vel *Mitylene*, ut est in plerisque et MSS. Florent. D'Orv. Scaligeri coniectura *Mitylus est pecten* expressa est in Edd. Vulc. sec. tert. et a Burm. in Anthol. Lat. Pro *pecten* D'Orv. *petere.*

Charadrumque apud A. etc.] Varie et hic versus interpolatus fuit. Edd. ante Casaub. et MS. Fulv. *caradrum quae apud.* MSS. Florent. Pith. *caradrum apud*, D'Orv. *caradium q. apud.* Casauboni emendatio, quam expressere Gent. Pric.

Brundusii sargus bonus est: hunc, magnus erit si,
Sume. Apriclum piscem scito primum esse Tarenti.

Sar-

Pric. Flor. Altenb. nonnihil verisimilitudinis accipit e Plinii L. XI. cap. 51. (piscis) is, *qui* caper *vocatur in Acheloo amne grunnitum habet:* quum Achelous haud longe ab Ambracio sinu mari influat. Tum sane melius fecit Ennius qui Graecum vocabulum *capros* retinuit, quam Plinius, qui Gr. κaπρὸς vertit *caper:* nisi apud eum legendum sit *aper*, non *caper*; quemadmodum h. Appuleii l. *aperque apud* etc. edidere Scal. in Ed. Vulc. sec. Wow. Elm. Scriv. Sed neutra lectio placet, cum ob communem librorum dissensum, tum quia vs. 5. memoratur *apriculus*, et sic bis de eodem pisce loqueretur poëta. Propius ad MStos accedit Colvii emendatio *carabusque apud* etc. *Carabi* inter cancros meminit Plin. H. N. IX. 31. Hesych. κάραβοι, τὰ ἐν τοῖς ξύλοις σκωλήκια, καὶ ζῶον θαλάττιον. Quod Scal. in Catal. et inde Burm. in Anth. Lat. dedit *charadrusque apud* etc. non intelligo, nisi fuerit nomen piscis aliunde incogniti. Dein MSS. et Edd. ante Casaub. dant *apud Umbraciae* (Pith. et D'Orv. *Umbracie* vel — *tie*) *fines*. Casauboni coniecturam *Ambracienses* amplexi sunt Gent. Pric. Flor. Altenb. *Ambraciae amnes* lectio est Scalig. in Catal. et in Ed. Vulc. sec. Wow. Elm. Scriv. Burm. in Anth. Lat. Mihi adhuc dum praeplacet acutissima Salmasii sententia ad Solin. p. 794. locum ex MSS. ita constituentis *Mitylenae est pecten*, *charadrumque apud Ambraciai*. *Charadrus* Gr. χάραδρος vel χαράδρα proprie est fossa, vel sinus in formam alvei excavatus, eamque vocem Ennius hic usurpavit de *portu fossitio* (de quo plura ibi Salm.) vel omnino de sinu Ambraciae. Quoniam vero Glossae vett. χαράδραν interpretantur *cancellum*, quam vocem de limbus et limitibus passim Latini usurparunt, hinc ex Glossa manavit illud *fines*, quod versum prorsus pessumdat: nam *Ambraci' fines*, quod non nemo voluit, ferendum vix puto. Archestratus canit etiam apud Ambraciam pectines frequentes esse. Possis etiam suspicari latere nomen *Charadi*, urbis Syriae, quam memorat Plin. V. 20.

BRUNDUSII] D'Orv. *Brundini*. Pith. caret *est*.

BR. SARGUS etc.] Turnebus hos duos versus sic scribendos etiam ponit: *Brundusiis sargus bonus est. hunc, magnus erit si, Sume. Apriclum piscem scito primum esse Tarenti.* Lipsius vero: *Brundusii sargus bonus estur, magnus erit si, Sume. apriclum p. sc. pr. e. T.* Ut sit magnus, etiam praecipit Archestratus: Τῆμος ἔχειν ἐπτὸν σαργὸν τυρῷ κατάπαστον Εὐμεγέθη θερμὸν δριμεῖ δεδαιγμένον ὄξει. COLV. Secuti sumus iudicium Turnebi in restituendis quae hic erant corrupta. Advers. XXI. CASAUB. *magnus erit si* versus requirant, non *magnus si erit*, quod tamen est in MSS. et Edd. ante Casaub.

SUME APRICULUM etc.] Hieron. Columna, *Sume, ast apriculum scito* etc. quasi scil. τὸ *piscem* ex margine irrepsisset. Ego non probo, nam cur glossam eiusmodi, ubi loci totius series de piscibus est? imo supra eodem modo loquutus Noster: *Aut venandis apris piscem apriculum*. Etsi non negem signantius et ad discrimen dictum. PRIC. *Brund. Sargus bonus est, hunc, magnus erit si, Sume, apriclum piscem scito primum esse Tarenti*] Ita Pithoeus, Scaliger, Casaubonus, Gentilis et Pricaeus ediderunt. male vero Colvius: *Brundusii sargus bonus est. hunc, magnus si erit, sume. Apriculum piscem scito* etc. qui in notis testatur Lipsium legisse: *Brundusii sargus bonus estur. magnus erit si, Sume. apriculum piscem* etc. H. Columna *piscem* otiosum putat, corrigitque, *Sume. ast Apriculum scito* etc. inprobante Pricaeo. *Apriclum* autem, vel *apriculum*, veteribus ignotum, neque quis fuerit, constare notat vir eruditissimus Henr. Cannegieterus ad Avieni Fab. XXXVIII. pag. 209. qui *piscem* hic etiam penitus inutile verbum recte damnat, et pro eo praeclara emendatione substituit, *Brundusii sargus bonus est, hunc, magnus eris si, Sume Apulum. Phycin scito primum esse Tarenti.* hoc sensu, bonus quidem sargus Brundusii est, sed si *magnus*, vel *mactus*, id est dives, vel in re lauta eris, sume sive eme, Apulum, quia, licet carior, melior est in Apulia. *Phycin* vero, vel *phycum*, aut *phucum*, divitibus inter delicias in honore fuisse pluribus erudite illic ostendit; ut de egregia hac coniectura non dubitandum videatur. *Phycis* vero piscis nomen habet a φῦκος alga, seu *fuco*, de qua voce merentur legi observata Spanhemio ad Callim. Hymn. in Del. 193. et hinc inter pisces, qui circa copiosam algam inveniuntur, φυκίδες etiam enumerantur, et cum turdis iunguntur ab Oppiano Lib. I. Halieut. 126. ubi κυφίδες in primo cod. Palatino legi ad marginem ed. Rittersh. notatur. vide plura de phycide apud Rondelet. Lib. VI. de Pisc. cap. 10. *Apriculum* tamen piscem inter alios memorat Appuleius in Apolog. pag. 44. ed. Casaub. *Si dicas marinum pectinem comendo capillo quaesitum, vel aucupandis volucribus piscem accipitrem, aut venandis apris piscem apriculum, aut eliciendis mortuis marina calvaria*, quem ad hos Ennii versus illic respicere, et *apriclum* vindicare posse opinor, nam et *pectinem* et *calvaria* hic quoque memorata coniungit. Retineamus igitur *apriclum*,

er

Surrenti elopem face emas. Glaucum ad Cumas. Quid

Sca-

et *phycin* cum Cl. Cannegietero legamus hoc modo: —— *hinc magnus erit si, Sume apriclum. Phycin scito* etc. neque enim opus esse arbitror emendatione Withofii in Enc. Critic. pag. 285. —— *hunc magnus erit si, Sume epulis. Phycin scito primum* etc. ubi Cannegieteri coniecturam late ad examen revocavit. sed *epulis* hic aeque otiosum opinor ac *piscem.* praesertim cum *apriculum* veteribus non omnino ignotum ex Appulei loco pateat. BURM. In vulgata lectione equidem acquiescendum puto: nam τὰ *magnus erit si* pertinere ad *sargum*, Archestrati versus arguunt, a Colvio allati. Neque etiam tum otiosum illud *piscem* mihi videtur. Aprorum catuli veteribus etiam in deliciis fuere, *neque* enim *alio ex animali* (ait de suibus Plin. L. VIII. c. 51.) *numerosior materia ganeae.* hinc, in primis cum id metrum suaderet, distinguendi gratia addidit poëta *piscem.* Supra p. 461. Ed. Flor. *aucupandis volantibus piscem accipitrem. aut venandis apris piscem apriculum.* p. 471. *aselli piscis.* Pro *sume* Salm. in marg. *sumo.* credo, pro var. lect. MS. Fux. In D'Orv. *pisces.* Ed. Vic. *sito.* MS. Pith. *secto* vel *seco.*

SURRENTI ELLOPA FAC EMAS] Turnebus: *Surrenti fac emas glaucum, et Cumas apud. at quid Scarum pr.* etc. De elope tamen etiam scribit Archestratus; sed ita ut ad eum Ennius vix respexisse videri possit. Lucilius: *Quem praeclarus elops, quem Aegypto sargus movebit.* Varro: *Nec multinummus piscis ex salo captus Elops.* Quaeramus igitur licet huic versui medicinam aliam. COLV. Flor. *Surrenti Teloren facemas Glaucum apud Cumas quid.* De Aelope et Scaro vid. Quintilian. L. V. c. 10. et Plin. p. 1390. ELMENH. Miror non animadvertisse acutissimos viros, post verbum, *Surrenti*, piscis nomen sequi debere, quum unicuique loco suum genus, quod praestantissimum in illo reperitur, reddat noster Orator. Sed forte non ipsi etiam, quid conveniret, repererunt. Existimet aliquis, pro verbis illis, *Fac emas*, scripsisse Appuleium *Bocen*, qui piscis una cum Scaro coniungitur hoc loco, ut etiam in lib. I. Anthol. a Paulo Silentiario: ἢ σκάρον· ἢ βῶκας φλέξον ἐρευθομένους. Nec displicet, si quis legeret, *Phagem*, et sono et literis simillimam vocem, quae res depravando loco fuerit, praesertim apud indoctos librarios, aut sciolos. Huius emendationis auctor Constantinus Caesar (si eius opus est) L. XX. de Re Rust. cap. 7. ubi piscium genera enumerans scribit: *Phages, Scarus, Glaucus.* quae tria genera etiam ita plane, et eodem ordine Appuleius hic enumeravit. *Glaucum* litera prima maiusculis cudi debet: est enim piscis nomen, non coloris. Galeus Glaucus alias dictus, cuius admirabilem φιλοστοργίαν et ingenium commemorant scriptores, Aristoteles in primis, et Oppianus L. I. Alieut. Οἷον δὲ καὶ γλαῦκος, ὃς ἔξοχα τέκν' ἀγαπάζει etc. SCIP. GENT. In notis dixi mihi videri legendum *Surrenti Bocem, Glaucum Cumas apud.* vel propius ad scripturam vulgatam: *Surrenti Bocam.* qui idem piscis. Vid. Athenaeus. ID. *in App. Not. Surrenti Chemas*] Ita emendamus ex corrupto quod circumfertur, *Surrentes fac emas.* χήμη genus ostrei. SCALIGER. *Surrenti lopadas, glaucum Cumas apud. at quid Scarum* etc. edidit Scaliger et Pithoeus, quod probat Columna. Iungermannus in Epist. XXXI. ad Scip. Gentilem, inter Gudianas, legebat, *Surrenti fac emas glaucum. Cumis apuas. quid?* [cf. Scip. Gent. Comm. in App. Appul.] Columna autem edidit, *Surrenti fac emas Glaucum, et Cumas apud* etc. et pugnat valde pro *fac emas*, ut Turnebus, quod improbandum videtur, quia neque ex Ennio, aut alio e vetustioribus, vix puto exemplum produci posse, ubi *fac* corripiatur: unde recte viri eruditi, ubicumque apud poëtas antiquos *fac* occurrit in vulgatis editionibus, *face* emendandum monuerunt. vide Heinsii et Patrui notas ad Ovid. Epist. II. 98. Remed. Am. 682. et I. Fast. 287. et Voss. Lib. II. Art. Gram. cap. 29. Hinc apud Ausonium Epigr. LXXX. recte corrigit Mariang. Accursius, *vel face utrimque parem.* quod inter Italos poëtas suo etiam calculo adprobarunt Ioh. Iov. Pontanus Tom. II. Poëm. pag. 58. *Officium face amice pium* etc. Ioh. Bapt. Amaltheus pag. 99. Carminum: *Tu face, ut ex humili* etc. pluresque alii. Male igitur *fac* corripi posse urguet Moneta in Tom. III. Menagian. pag. 340 et 341. Mihi porro hic ingeniosa satis videtur Scip. Gentilis coniectura, *Surrenti Phagem*, quod, propter literarum vestigia cum *fac emas*, praeferendum alteri emendationi *Bocam*, praesertim cum hic piscis aeque ac ille cum scaro et glauco a Constantino in Geoponicis iungatur: licet *Elops* aliis hic placuerit, qui ediderant, *Surrenti Elopen fac emas.* sed vitiose, vel *Ellopa*, ut Colvius. Elopen cum sargo iungit Lucilius in Fragm. p. 7. *Quem praeclarus elops, quem Aegypto sargus movebit.* de hoc pisce elope, quem Rhodiis adsignat Varro in fragmento supra prolato, vide Rondelet. Lib. XIV. c. 9. p. 411. et Lib. XV. cap. 12. BURM. Ed. Vic. *Surrenti elopem facemus gl. apud Cumas quid.* item Iunt. pr. Bas. pr. sed *facemas.* Ald. Iunt. post. Bas. sec. Colv. Vulc. pr. *Surrenti ellopa fac emas gl. ap. C. q.* Vulc. in marg. *Surrenti ellopa emas: glaucum Cumas apud, at quid.* eius Edd. sec. tert. Elm. Scriv. *Surrenti chemas,*

Scarum praeterii, cerebrum Iovi' paene supremi? 469.
(Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque)
Melanurum, turdum, merulamque, umbramque marinam?
Polypu' Corcyrae, calvaria pinguia Atarnae,

Pur-

emas, glaucum Cumas apud. at quid etc. ex coniect. Scaligeri. Ipse Scal. in Catal. et Burm. Anth. Lat. *Surrenti lopadas.* et citat ita Ciofan. ad Ovid. Halieut. vs. 12. Casaub. Gent. *Surrenti fac emas glaucum Cumas apud. At quid.* Wow. *Surrenti fac emas* etc. corrupte. Tandem Florid. *Surrenti phagem gl. C. apud. At quid.* ex Gent. coniectura. Iam consulamus MStos. Florent. *Surrenti Telopen* (sic Coll. Lindenbrog.) *facemas gl. apud Cumas. quid.* Pith. *Surrētia elopē — apud Cumas quid.* D'Orv. *Surrētā elopē facernas claucum apud Cumas quid.* Videmus, mirum in modum Editores haec interpolasse, et longius, quam par erat, a MSS. aberrasse. Nam primo quidem, ex MStorum vestigiis, ni fallor, clare patet, rursus legendum esse *Surrentia*, quomodo iam legendum monuit Salm. ad Solin. p. 794. ut supra *Aenid.* Dein *elopem*. quam vocem, suadente Turnebo, eiecerunt Casaub. et seqq. ſirmatam videmus a MSS. et Edd. vett. Verum elopem non Surrenti, quod oppidum est in agro Picentino, sed Rhodi. capi aiunt Plin. IX. c. 54. et Varro apud Gell. VII, 16. et de Re Rust. II, 6. Imo Ovid. Halieut. vs. 96. canit: *At pretiosus Elops nostris incognitus undis.* quod confirmat Colum. VIII, 16. scribens, in Pamphylio mari, non alibi, nasci elopem. Respondeo tamen, propterea poëtam non dixisse *Surrenti esse* elopem, ut *Mures sunt Aeni* etc. sed Surrenti *fac emas elopem*, quasi indicare voluerit, ibi elopem, aliunde advectum, optime condiri, vel ibi potissimum in vivariis adservari; et propterea Surrenti emendum esse: vel dicendum, Ennium et hic a reliquis dissentire, sicut infra scarum ad Peloponnesi oras capi ait, quem alii Siculo mari attribuunt. Observandum adhuc ad locum Ovidii, quod elopem, quem *pretiosum* vocat poëta, Plin. L. IX. c. 17. nullo in honore esse ait, quod quidem mirari se dicit, *cum sit rarus inventu.* atque ex eo loco Plinii elops idem videtur piscis, qui acipenser: sed hac de re videant harum rerum studiosi. Quod autem ad Ennii versum, si, ubicumque in antiquis poëtis *fac* correptum occurrit, illud in *face* mutandum est, quidni et hic in *face* mutemus? Sed quid iam faciemus de reliquo versu? quod enim in MSS. et Edd. vett. legitur *Glaucum apud Cumas. quid.* id aperte repugnat metro. Quare Salm. legit *ad Cumas. quid*, ut versus sit spondaïcus. quales in Ennii fragmentis inveniuntur permulti: et hoc certe multo malim, quam cum plerisque *Cumas apud. at quid.* *Ad* pro *apud* obvium est, et corrigendum forsan in Veget. IV. 31. sive noviss. Ed. Schweb. V, 1. *apud Minervam.* ubi MS. Voss. *ad M.* Sic statim sequitur *Nestoris ad patriam.* Nisi totum illud *apud* e glossa marginali τῶν *Nest. ad patriam* huc intrusum sit, scripseritque Ennius *Cumis.* Nam *fac emas ad* vel *apud Cumas*, non placet. Utut est, propius MStis innitendum est, quam ſecerunt plerique VV. DD. et Editores.

Scarum praeterii cerebrum Jovis] Hunc Ennii versum in animo habebat Glossator Petronii ad cap. 93. Satyr. ubi occurrit Epigramma supra editum Ep. 134. — *ultimis ab oris Adtractus Scarus, atque arata Syrtis.* ita enim illic Glossae veteres: *Scarus piscis nobilissimi genus, mari Carpathio frequens, cerebrum Iovis dictus ab Ennio.* ubi de hoc pisce Lindenbrogii notas consule et Torrent. ad Horat. Epod. 2. 49. *Scarum* hic prima producta ab Ennio poni, quae ab Ovidio, Petronio, aliisque corripitur, observat Rittersh. ad Oppian. Lib. I. Halieut. V. 109. Cur autem Scarus veteribus ex proverbio *cerebrum Iovis* vocaretur, praeter notata Columnae, Gentili, et Colvio. vide Vales. Lib. I. Emend. cap. 21. et quae illic olim notavi. Burm.

Cerebrum Iovis paene supremi] Elegans locutio: ad quam explicandam unus unicusque locus iste Suidae: Διὸς ἐγκέφαλος. οὕτω λέγουσιν οἱ Πέρσαι ἐπὶ τῶν ἡδυπαθούντων, ἢ βασιλέως ἐγκέφαλος. cuius nobis index amicissimus Lipsius ſuit. Sic ſere Archestratus: Κέστρεα τὸν κέφαλον καὶ τὸν θεόπαιδα λάβρακα. Sed malim ibi etiam: κέστρεα δ' ἐγκέφαλον. Colv. Athenaeus Deipnos. L. XII. f. 329. Κλέαρχος δὲ περὶ τοῦ Περσῶν βασιλέως διηγούμενος, ὅτι τοῖς αὐτῷ πορίσασιν ἡδύ τι βρῶμα ἆθλα ἐτίθει γοῦν οὐκ ἔχων. τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος, οἶμαι, Διὸς ἅμα καὶ βασιλέως ἐγκέφαλος. Elmenh. D'Orv. *celebrum.*

Nestoris] Edd. Vulc. sec. tert. *Nectoris.* MS. Pith. *Mestoris.*

Melanurum] Elm. Scriv. *Melaenurum.* MS. D'Orv. *Menalurum.* ut citat Ciofan. l. c. Pro *turdum* MS. Fulv. *cardum.*

Umbramque] MS. Pith. *umbraminque.*

Polypus Corcyrae] Idem Archestratus: πώλυποι ἔντε Θάσῳ καὶ Καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι Καὶ Κόρκυρα τρέφει πολλούς. Colv.

Calvaria pinguia Carnae] Turneb. *Calvaria pinguia Atarnae.* Malim cum Lipsio *calva-*

va-

Purpura, muriculi, murex, dulces quoque echini.

470. Alios etiam multis versibus decoravit, et, ubi gentium quisque eorum invenia-

varia pinguia, atarne: vel, *atarna.* Atarne, ut Cete, piscis genus, quod fortassis sic etiam restituendum Lucilio apud Gellium: *abdomina thynni Advenientibus priva dabo, cephalaeaque, atarne.* et in Plinio cap. 11. lib. XXXII. ubi *Acarne* inter pisces marinos, pro, *Atarne*, vel, *Atarna.* Glossae veteres: *Atarna*, ἰχθύος εἶδος. Colv. Malim, ut Columna, *c. pinguis.* supra huius piscis mentio: *Eliciendis mortuis marina calvaria.* Eundem *Orchi* aut *Orbi*, de quo Plinius, idem Columna putat, sed is neutiquam e numero edulium, ut et Bellonio visum. Melius *Cephaleam* putes esse, nam et in Gellii MS. *Cephalaeaque Aternae* legisse se Turnebus ait Advers. XXI, 21. Abeat Columnae coniectura, qui *atarnam* piscem intelligit. An non aequius est, ut et in ceteris, ita heic locum designari? *Aterna* inquam oppidum est, de quo Stephanus. Pric. *Polypus Corcyrae, calvaria pinguia Atarnae, Purpura, muriculi, mures* etc.] Ita Turnebus. qui testatur se in cod. MS. Gellii invenisse, *cephalaeaque Atarnae.* et per *calvaria* intelligit salsamenta e capite thynni. nec aliter ediderunt Scaliger, Pithoeus, et Columna. Colvius vero, — *calvaria pinguia Carnae. Purpura, matriculi, mures.* Sed pro *mures* quos supra iam memoravit, recte Casaubonus *murex*, quod arripuit Columna, et in editione sua etiam recepit Scip. Gentilis. sic *murex marinus* in Fragm. Lucilii p. 14. Salmasio *mues* reponendum videbatur, qui cetera sic constituebat: *Polybius Corcyrae, calvaria, pinguis Acarne.* ubi forte operarum vitio *Polybius* pro *Polypus.* *Acarnen* vero piscis genus e Plinio notat. sed *calvaria pinguis* legit cum Columna Pricaeus, et Atarnae oppidi nomen facit Stephano memorati, ubi tamen Ἀταρνεὺς non Ἀτάρνα, legunt viri docti, quod firmatur ex Harpocratione, qui oppidum prope Lesbum facit. Sic *Atarnea* in Ionia apud Xenoph. Lib. VII. Anab. pag. 425. et III. Hellen. pag. 488. Echini denique inter mensarum delicias a potentioribus apud Romanos enumerantur quoque a Macrobio Lib. II. Saturn. cap. 9. *ante coenam echinos, ostreas crudas, peloridas, sphondilos, turdum* etc. *iterum spondylos, glycomaridas, urticas, ficedulas, lumbos, capragines, aprugnos* et seqq. quae ultima in mendo cubant, et, pro *ficedulas, lumbos*, Salmasius ad Solin. pag. 455. legit *ficedulas, lumbos caprugineos, aprugnos.* sed praefero Broukhusii coniecturam, *ficedulae lumbos*, quam firmabat loco Martialis Lib. XIII. Ep. 5. *Cerea quae patulo lucet ficedula lumbo.* ubi *libo* male in quinto cod. Vossiano. Burm. Edd. ante Colv. *pinguia carne.* Bas. sec. Colv. et Vulc. pr. *pinguia Carnae.* An ut oppidum *Carnen* intelligas, quam Syriae adscribit Plin. L. V. c. 20? sane *Carnae* est etiam in MS. D'Orv. Sed Cas. Vulc. sec. tert. Wow. Elm. Pric. Scriv. Scal. in Catal. Burm. in Anth. Lat. *pinguia Atarnae*, quod confirmant MSS. Pith. et Florent. Perperam Edd. Altenb. Florid. Bip. cum Columna et Pric. *pinguis Atarnae.* nam *calvaria* esse neutr. plur. videre est e pag. 461 Ed. Flor. ubi 4to casu est *marina calvaria*, quod miror non observasse Pricaeum. *Pinguis acarna* legi voluit Lat. Latin. Adhucdum servo *pinguia Atarnae*, licet non displiceat *acarne*, cum Salmas. quod piscis nomen et apud Plin. XXXII. 11. et apud Gell. X. 20. habetur. cf. Salm. ad Solin. p. 794.

Matriculi] Rom. Ven. *marriculi.* Ald. *mariculi.* Turneb. *muriculi.* Num potius: *auriculae.* τὰ ὠτάρια apud Athenaeum Lib. III. Colv. MSS. Florent. *murriculi.* Pith. *marriculi* cum Ed. Vic. MS. D'Orv. *matriculi* cum Edd. Bas. Iunt. pr. Colv. Vulc. pr. In Ald. et Iunt. post. *mariculi.* Sed Cas. Gent. Wow. Elm. Pric. et seqq. *muriculi.* Pro *purpura* MSS. D'Orv. Pith. *purpuram.* *Muriculos* interpretatur Salm. parvos murices. Equidem *muricolos* ab Ennio vocari putem, quos *musculos* appellat Plaut. Rud. II, 1, 10. *Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamus, conchas, Marinam urticam*, musculos, *plagusias striatas.* Cels. II, 29. *ostrea, pelorides, echini*, musculi.

Mures] Vulgati libri *mures.* nec mutavit Turnebus: sed cur ante recensitos mures denuo commemoret? *murex* ergo scribimus, ut saepe alibi purpura et murex iuncta leguntur. Casaub. Si *muriculos* cum Salmasio intelligas parvos murices, aeque minus ferendum hic *murex.* Probabilior tum Salmasii coniectura *myes*, sive *myaces*, quod est ostrearum genus, diversum a muribus marinis. *Mures* tamen est in Edd. ante Casaub. et MSS. Florent. Pith. Quoniam vero fieri potuit, ut *muriculos* dixerit Ennius, quos alii *musculos*, vel, ut peculiare conchyliorum genus constituerint *muriculi*, diversi a *muricibus*, postremo, quia *murex* confirmari videtur a MS. D'Orv. hinc Casauboni emendationem cum seqq. admisi.

Dulces quoque echini] Vide Deipnosophist. librum modo laudatum. Colv.

Etiam] MS. D'Orv. *in*, non agnoscens *decoravit.*

Multis] Malim *multos*, ut nimirum *pisces* intelligas. Pric.

niatur, ostendit; qualiter assus aut iussulentus optime sapiat; nec tamen ab eruditis reprehenditur: ne ego reprehendar, qui res paucissimis cognitas Graece, Latine propriis et elegantibus vocabulis conscribo. Cum hoc satis dixi, tum aliud accipe. Quid enim tandem, si medicinae neque instudiosus, neque imperitus, quaepiam remedia ex piscibus quaero: ut sane sunt plurima, cum in aliis omnibus rebus eodem naturae munere interspersa atque intersenimata, tum etiam nonnulla in piscibus? An remedia nosse, et ea conquirere, Magi potius esse, quam Medici, quam denique Philosophi putas? qui illis non ad quaestum, sed ad suppetias usurus est. Veteres quidem medici, etiam carmina, remedia vulnerum norant, ut omnis vetustatis certissimus auctor Homerus docet, qui facit Ulixi de vulnere sanguinem profluentem sisti cantamine. Nihil enim, quod salutis ferendae gratia fit, criminosum est. At enim, inquit, piscem cui rei, nisi malae, proscidisti, quem tibi Themison servus attulit? Quasi vero non paulo prius

INVENIATUR OSTENDIT] Non sunt in Florentino haec verba. ELMENH. uti nec in Pith. et D'Orv.

AUT IUSSULENTUS] D'Orv. *aut insolenter*. Acidalii emendatio *an iussul.* non necessaria est.

NE EGO REPREHENDAR] Leviter primo suspicabar de anastrophe *Ne ego*, positum pro *Egone*, ut apud Plautum *Ne turbaverint* pro *turbaverintne*. Sed aliter iuvandus locus, mutatis saltem interpunctis aliquot. L. *qualiter assus an iussulentus optime sapiat: nec tamen ab Erud. ne ego reprehendar, qui* etc. *Ne ego reprehendar* valet *nedum ego*, vel, *nedum ut ego reprehendar*. Locuti sic optimi quique. Sallust. Catil. *Quippe secundae res sapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus victoriae temperarent.* Cicero: *Me vero nihil istorum ne iuvenem quidem movit unquam, ne nunc senem.* Livius: *Novam inexpertamque eam potestatem eripuere patribus nostris: ne nunc dulcedine capti ferant desiderium.* Sed de hoc Priscian. L. XVI. qui tamen ipse sibi non constat. Fere et prior coniectura verior. Nam apud Terent. quoque *Ne tu*, pro, *tune* Andr. Et in Plauto *ne illi*, pro, *illine*. Pseud. *Sed vinis sum madens, nimium fui indoctus, ne illi audeant id facere.* *Ne* eodem modo positum, vel pro *num* ubique potius positum. Arnob. L. I. *Unde tibi est scire, ne quod exuberat, sic tollatur* etc. sic etiam L. I. p. 4. vs. 5. in Ald. exemplari scribitur *Ne tu fortunarum* etc. et cum interrogatione ad finem. Lucretius posuit *si et* pro *etsi*. *Nam si et abest quod amas* etc. ubi tamen forte leg. *si id abest*. ACIDAL. De τῷ *ne* pro *nedum* vel *nedum ut*, plura supra dicta sunt. V. Ind. Not. Edd. Altenb. Flor. Bip. perperam *nec ego repr.* Absunt haec verba a MS. D'Orv. In Pith. *reprehendam*.

LATINE] Male MS. Pith. Edd. Iunt. post. Altenb. Bip. *et Latine*. Statim *et* exsulat a D'Orv.

TUM ETIAM] MS. D'Orv. *cum et*. Mox Pith. cum Ed. Vic. *conquerere*.

AN REMED. NOSSE ET EA CONQ.] Legerim: *An ea remedia nosse et conquirere?* qui pressius verba inspexerit, mecum sentiet. PRIC. Recte: modo addicerent MSS. aut Edd. vett.

POTIUS ESSE] MSS. Florent. Pith. *pot. est*.

QUI] D'Orv. *que*, ut saepe in illo Cod. quod semel monuisse sufficiat.

AD SUPPETIAS USURUS] Pith. *ad suppetitia*, id. cum Florent. D'Orv. *usura*.

CARMINA REMEDIA] Marcellus de Medicament. *Gramine seu malis aegro praestare medelam Carmine seu potius; namque est res certa saluti Carmen ab occultis tribuens miracula verbis.* Vide Alex. Trallianum et Nicol. Myrepsum de *medimentis*, qui totas pagellas nugis istis implent. Et Martinum del-Rio disquisit. magicarum L. I. c. 4. qu. 3. ELMENH.

NORANT] Vett. et Margar. Poët. *norint*. COLV. Bemb. *noraint*. Sic paullo post: *et leporem marinum rimaratis*. ER. PUTEAN. Accedunt MSS. Pith. D'Orv. Non placet tamen.

HOMERUS DOCET] Odyss. T. Ὠτειλὴν δ᾽ Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο Δῆσαν ἐπισταμένως· ἐπαοιδῇ δ᾽ αἷμα κελαινὸν Ἔσχεθον. CASAUB.

CRIMINOSUM] Sic Bas. II. et Marg. Poët. In aliis *aerumnosum*. COLV. In Vic. nempe, Iunt. pr. Ald. Bas. pr. contra MSS. et sensum.

MALE PROSCIDISTI] Scribendum *malae*, reclament licet Edd. ineptae. Formulae antiquariis notae: *bonae rei, malae rei: bono tuo, malo tuo: bono rei, malo rei*. STEWECH. Duo Edd. Basil. quod sciam solae, habent *malae*.

THEMISON SERVUS] MSS. et Edd. vett. rursus *Themisonservus*. Proxime sequens *me* ignorat Pith.

471. prius dixerim, me de particulis omnium animalium, de situ earum, deque numero, deque causa conscribere, ac libros ἀνατεμῶν Aristoteli, et explorare studio, et augere. Atque adeo summe miror, quod unum a me pisciculum inspectum sciatis, quum iam plurimos, qui ubicunque locorum oblati sunt, aeque inspexerim: praesertim quod ego nihil clanculo, sed omnia in propatulo ago; ac quivis, vel extrarius, arbiter adsistat: more hoc et instituto magistrorum meorum, qui aiunt, hominem liberum et magnificum debere, si queat, in primori fronte animum gestare. Hunc adeo pisciculum, quem vos leporem marinum nominatis, plurimis, qui aderant, ostendi, necdum etiam decerno, quid vocent, nisi quaeram sane accuratius: quod nec apud veteres philosophos proprietatem eius piscis reperio; quamquam sit omnium rarissima, et hercule memoranda. Quippe solus ille, quantum sciam, cum sit cetera exossis, duodecim numero ossa, ad similitudinem talorum suillorum, in ventre eius connexa et catenata sunt. Quod Aristoteles si scisset, nunquam profecto omisisset scripto prodere: qui aselli piscis solius omnium in media alvo corculum situm pro maximo memoravit.

Pis-

Deque num. deque c.] Pith. D'Orv. *denique num. denique c.*

ἀνατεμῶν] De quibus supra ex Diog. Laërtio. Colv. Deest Graecum vocabulum MSS. Pith. D'Orv. et Ed. Vic. In Iunt. pr. Bas. pr. conspicitur *ἀρατὸ πᾶν.* in Ald. *ἐξερευνᾷν.*

Aristoteli et expl.] Perperam in quibusdam Libb. *Aristotelis.* Infra *ex lectione et aemulatione Aristoteli.* συλλήψεις patrii casus a recto veteri *Aristoteleus.* Miles. I. *Ulyssi astu deserta.* Infra heic: *Ultra Ulyssi vota* etc. *oculatus.* Utrumque inflexionis modum obtinuisse e Varrone de L. L. VII. discas. Adi Grammaticos etiam Diomedem, Servium, Priscianum. Pric. MS. D'Orv. et Edd. Iunt. post. Bas. sec. Bip. *Aristotelis.* cf. Pric. et supra saepius, de istiusmodi genitivis in *i.* D'Orv. caret copula.

Atque adeo miror] Edd. Bas. sec. et aliae quaedam ante Casaub. *atqui ad. mir.* ut et Vulc. sec. tert. Wow. In Vic. Iunt. pr. Bas. pr. Ald. *atque admiror.* Iunt. post. *atque ad eorumme miror*, e MSS. nam sic distincte exstat in Pith. et D'Orv. unde verissime margini adlevit Salm. fortasse e MS. Fux. *atque adeo summe miror.* Adverbium *summe* amasse videtur App. Met. L. X. p. 713. *summe delectari.* L. XI. p. 767. *summeque miratus.* add. L. I. p. 28. et p. 73. L. III. p. 201. L. XI. p. 798.

Inspectum] D'Orv. *inconspectum.*

Qui ubicunque] Exquisite pro *qui ubique.* Ovid. Am. III, 10, 5. *Te, Dea, munificam gentes* ubicunque *loquuntur.* ubi cf. Burm. quare non eiiciendum *qui*, cum MS. Pith. Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr.

Ego nihil] Inverso ordine D'Orv.

Ut quivis vel extr. arb. ass.] Ita lego. Mox Fulv. *quid vocem nisi quaeram.* Scioep. *in Symb.* Melior quorundam lectio, *ut quivis.* Pric. E vet. cod. emendavit sic quoque Schickerad. et amplexus id est Florid. probante in marg. Salm. Reliquae Edd. *at quivis.* Sed Casaub. Gent. Wow. *ac quivis*, quod fulcitur auctoritate MSS. Pith. D'Orv. et dici puto pro, ac cuivis adsistere licet: non enim iungenda haec cum superiori *inspexerim.*

In primori fronte] Ennius: *Amicitias atque inimicitias in fronte promtas gero.* Plautus Pseudolo: *iram in promptu gerere.* M. Tullius pro Cn. Plancio: *Hic, quod cum ceteris animo sentiebat, id magis quam ceteri, et vultu promtum habuit et lingua.* Casaub.

Quid vocent] Placeret magis scribi, *quid vocem.* quod verum puto. Colv. *vocent* non male: quin si tamen *vocem.* Casaub. *Vocem* edidit Florid. non male. sed invitis libris.

Hercule memoranda] Corrupte Pith. *hedere memorisda.* statim *ille* non est in D'Orv.

Solus ille, cum sit cetera exossis] Fallitur Bellonius, qui haec de Lepore Marino capit. Refer tu ad pisciculum illum, quem quidem accusatores eius *leporem* vocarunt, Appuleius autem nescivit quo nomine insignitum iret. neque debuit Gentilis haesitare in re adeo manifesta. Pric.

Si scisset unquam] Pro his D'Orv. *si unquam*, Pith. *sumquam.*

Qui aselli piscis] Legere hoc memini non apud Aristotelem, sed apud Athenaeum et Aelianum saepius; neque id περὶ ὀνίσκου sed περὶ ὄνου. verum Romani tam ὄνον quam ὀνίσκον asellum vocant. Casaub. Pith. *ascelli.*

Media alvo] MSS. Pith. D'Orv. *medio alvo.* quod vitiosum esse affirmat Oud. ad Sueton. Vespas. c. 24 quem vide etiam ad nostri Met. L. VI. p. 444. b.

Pro maximo] D'Orv. *pro maximum.*

Quis

Piscem, inquit, prosecidisti. Hoc quis ferat philosopho crimen esse, quod lanio vel coco non fuisset? Piscem prosecidisti. quod crudum: id accusas? si cocto ventrem rusparer, hepatia suffoderem, ita ut apud te puerulus ille Sicinius Pudens suomet obsonio discit, eam rem non putares accusandam? Atqui maius crimen est philosopho comesse pisces, quam inspicere. An hariolis licet iocinora rimari, philosopho contemplari non licebit, qui se sciat omnium animalium haruspicem, omnium Deum sacerdotem? Hoc in me accusas, quod ego et Maximus 472.

QUIS FERAT] D'Orv. *quis praeferat.* male. supra p. 460. *Quis aequo animo* pateretur, *si me per haec venefica arcesseres.* Id. MS. pro *crimen*, *crimine.* An *crimini?* sed non necesse est. Pro *coco* D'Orv. *coquo.*

QUOD CRUDUM: ID ACCUSAS?] Sic bene Edd. Vic. Iunt. utr. Ald. Bas. Cas. Gent. Pric. Scriv. cum MSS. Reliquae: *quid? crudum? id accusas?*

RUSPARER] Bas. II. Veteres aliae, *rusparet.* Ruspare, seu Ruspari, id est, truncare, scindere. Tertull. de Pallio: *Itaque cogitans omnia sibi domum, intelligens alibi stipantem copiam, alibi deserentem, runcare atque ruspare consuluit; ut inde, velut ex surculis et propaginibus, populi de populis, urbes de urbibus per ubique orbis pangerentur.* Alia huius verbi nota apud Nonium et Festum. COLV. add. Pric. Elmenh. in Ind. Oisel. ad Gell. XVII. 19. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *rusparet.* MS. D'Orv. *rusperat.*

HEPETIA SUFFOD.] Malim scribere: *Hepatia suffod.* Lucillius Satyr. L. VIII. *Gigeria sunt, sive adeo hepatia.* COLV. Mire Edd. ante Vulc. sec. *hepetia*, licet suffragari videantur MSS. praeter Florent. *Hepatia* inter ventris delicias recenset Petron. c. 66. ubi cf. VV. DD. Quare coctorum piscium hepatia suffodere apposite guloni tribuit auctor, quum tamen multo magis tamen Magiae suspicionem habere dicat, quam crudum piscem prosecuisse: nam ut est apud Philostrat. in Vit. Apoll. L. VIII. c. 7. s. 15. ἐν τῷ ἥπατί φασι τὸν τῆς αὐτῶν μαντικῆς εἶναι τρίποδα οἱ δεινοὶ ταῦτα.

SUOMET OBSONIO DIXIT] Emendandum censeo *vivit*, et sensum hunc esse arbitror. Perstringit Aemilianum, quod Sicinium Pudentem puerulum indulgentia corrumperet, ac molliter apud se haberet. addit autem *suomet obsonio*, quod valet, suis ipsius sumtibus. in quo magnum Aemiliani scelus, qui eo tempore illum puerum regebat. qui igitur austerus et vere patruus esse debuit, contra, miserum iuvenem gulae et nepotatui se passus est dedere, et bona sua in ventrem condere. Agnoscent loquendi genus, qui Plautum non ignorant. De sententia, quam dixi, non dubitabit qui postrema huius orationis legerit. CASAUB. Casaubonus *vixit*, legit, et interpretatur, suis ipsius sumptibus eum apud Patruum vivere et gulae ac nepotatui servire. Notum est proverbium, suo succo vivere, in Parasitos factum. Sed aliud hoc loco Appuleii significatur. SCIP. GENT. Casaub. *vixit*, sensu meo nihil vivido. Bene Florent. Cod. *discit*, structuram, vel scissuram nempe. Ars haec doctores et discipulos habuit, uti hodie etiam apud Germanos. V. Dousae ad Arbitrum Praecidan. I, 16. Lips. Saturn. II, 2. PRIC. Bene *discit* rescripsere Wow. Elm. Scriv. Flor. consentientibus MSS. Florent. D'Orv. Antea, et a Priceao, editum *dixit*, sine sensu; vel, ut legitur in Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *opsono dixit.* MS. Pith. *apsono dixit.* Casauboni coniecturam *vivit*, non *vixit*, exhibent Edd. Vulc. sec. tert. Lipsius adlevit *vixit.* Sed multo invidiosius est *discit:* quasi Aemilianus Sicinium Pudentem, quamvis puerum, iam doceat omnes gulae delicias; ut bona istiusmodi coenae pars in ipsius praeceptoris ventrem descendat, et omnem in eam sumtum discipulus ferat. cf. Pric.

ACCUSANDAM? ATQUI M. CR. E. PH. COMESSE P. Q. INSP.] En tibi librorum omnium scripturam interpunctionemque: utramque vitiosam, imo adeo putide corruptam, ut hic locus semimortuus iaceat, si non interfectus. Vis postliminio redeat? Aufer e medio interrogationis notam: post lege et interpunge mecum ad hanc faciem: *Atqui maius cr. e. Ph. inspicere pisces quam comesse?* Locum perpende iam, et si quid merui, repone. PRIC. Ed. Vic. cum MSS. Pith. D'Orv. *accurandam.* An *non accurare* nemo possit, pro nihilo habere? Sed cave quidquam mutes. Affirmat Appul. (*Atqui* inquit) maius crimen esse Philosopho comesse, quam inspicere pisces, ut qui non nisi in delicatioribus coenis apponi solebant.

ATQUI] D'Orv. *acqui.*

IOCINERA] Lege in Glossis priscis: *Iecinera*, Ἔντερα: ubi male *Iocinera*, Ἔντερα. COLV. Ed. Vic. *Iecinera.* Al. *Iocinera.* ut ubique variatur. Pro *hariolis* Pith. *hariolis.*

ARUSPICEM] D'Orv. *conspicerem.* et pro *sacerdotem* Pith. *sacerdotranium.*

STY-

rus in Aristotele miramur? cuius nisi libros bibliothecis exegeris, et studiosorum manibus extorseris, accusare me non potes. Sed de hoc paene plura, quam debui. Nunc praeterea vide, quam ipsi sese revincant. Aiunt, mulierem magicis artibus, marinis illecebris, a me petitam eo in tempore, quo me non negabunt in Gaetuliae mediterraneis montibus fuisse, ubi pisces per Deucalionis di-
473. luvia reperiantur. Quod ego gratulor, nescire istos, legisse me Theophrasti quoque περὶ δακετῶν ζώων καὶ βλητικῶν, et Nicandri θηριακά. Ceterum me etiam veneficii reum postularent, ut qui hoc negotium ex lectione et aemulatione Aristote-

STUDIOSORUM] D'Orv. *studiorum.* Mox *nam praeterea.*

MAGICIS ARTIBUS] Otiosa haec, neque per me stat quo minus exturbentur. PRIC.

NEGABUNT IN G. MEDIT.] Pith. *negabant.* D'Orv. *medindanis.*

UBI PISCES etc.] Tertull. de Pallio: *Natavit et totus orbis aliquando aquis omnibus obsitus, adhuc maris conchae et buccinae peregrinantur in montibus.* BRANT. Edd. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *tibi.*

REPERIANTUR] V. D. in marg. *reperiebantur.* MSS. Florent. D'Orv. *reperientur.*

QUOD EGO GRAT.] D'Orv. *quod ergo gr.*

QUOD EGO GRATULOR] Haec ita in emendatissimis libris scripta erant: *Quod ego gratulor nescire istos, Legisse me Theophrasti quoque περὶ et Nicandri θηριακά..... Ceterum me etiam beneficiis postularent, ut qui hoc negotium ex lectione et aemulatione Aristoteli nactus sum, nonnihil et Platone me adhortante, qui ait eum qui ista vestiget,.... Nunc* etc. Conferant nunc studiosi lectionem quam edidimus cum isto lacero et in modum cribri perforato textu: omnia sarcivimus, omnia sanavimus. Indicem sane libri Theophrasti non fuit difficile ex Laërtio nostro promptum apponere. Illud miror neminem vidisse adhuc, *veneficii postularent* scribendum esse, non *beneficiis.* Quo nihil neque ad intelligendum ineptius, neque ad emendandum facilius. *Caeterum* valet εἰ δὲ μή, ut locis sexcentis in Appuleio. Post vocem θηριακά sequentia continuavimus: quia in Editione Rom. non amplius spatii relictum, quam ad recipiendam eam vocem quae ibi deerat. Platonis verba ex Timaeo restituimus: in quo an εὐστοχίᾳ litaverimus, doctorum erit aestimatio. non enim facile erat ex tam paucis verbis *eum qui ista vestiget*, quid esset substituendum divinare. Locus Philosophi ita habet: τῷ δὲ περὶ φιλομάθειαν καὶ περὶ τὰς τῆς ἀληθείας φρονήσεις ἐσπουδακότι, καὶ ταῦτα μάλιστα τῶν αὑτοῦ γεγυμνασμένῳ, φρονεῖν μὲν ἀθάνατα καὶ θεῖα, ἄνπερ ἀληθείας ἐφάπτηται, πᾶσα ἀνάγκη που. Prima verba visus expressisse Appuleius illis paucis, *eum qui ista vestiget* breviter et dextre accommodans suo instituto parum alias similem locum. Ideo dixit, *nonnihil et Platone me adhortante.* nempe hac laudatione τῆς φιλομαθείας: cuius ambitu etiam illa intelliguntur de quibus hic disputatur. CASAUB. Andreas Schottus Observat. L. V. cap. 12. ELMENII. Veteres Edd. *Legisse me Theophrasti quoque περὶ * et Nicandri Θηριακά ....* Hiatum priorem supplevit Casaub. Schottus Obs. Human. V, 13. utrumque in hunc modum sarcivit: *Theophrasti quoque περὶ ζώων ἐν ξηρῷ διαιμενόντων, et Nicandri θηριακὰ καὶ Ἀλεξιφάρμακα.* PRIC. Quum in MSS. et Edd. vett. titulus operis Theophrasti non legatur, res ultra coniecturas non excedit. Quare Casauboni coniecturam, cum reliquis amplector, addito ζώων. Librum περὶ δακετῶν ζώων καὶ βλητικῶν praeter Diog. Laërt. V, 43. citat etiam Athen. VII. p. 314.

VENEFICII POSTULARENT] Sic Fulvius. SCIOPP. *in Symb.* Facile advertit Casaubonus legendum *veneficii postularent.* Nam saepiuscule hac in re peccatum ab ineptis scribis. Sic in Inscript. Gruteri fol. 687. Inscript. 5. *Beneficium* pro *veneficio.* et in Herbario Celsi Appuleii, summae fidei ac reverendae vetustatis libro *vivere* pro *bibere*, et *benenatis foliis* pro *venenatis f.* semper legitur. ELMENII. MSS. et Edd. ante Casaub. *beneficiis.* quod bene correxere reliqui. MS. Pith. *benefici.* Vulgo itaque hactenus editum *veneficii postularent.* Quoniam vero in MSS. Florent. est *benef. eundem post.* et in D'Orv. *benef. eum post.* atque in Edd. Bas. pr. et Iunt post. *benef. postularent eum.* in eius marg. V. D. recte emendavit *post. reum.* nisi quod e MStorum vestigiis malim *reum post.* Litera *r* adhaesit praecedenti voci, unde factum *beneficiis. Postulare aliquem veneficii* et *post. aliquem reum venef.* utrumque recte dictum, et nostro usitatum. Met. III. p. 183. *ne tantillo quidem unquam crimine* postulatus. VII. p. 450. *crimine latrocinii* postulabar. Supra p. 403. *hominem extraneum tot tantorumque criminum* postulasset. Infra p. 522. *me suo machinatu* reum postulatum. ubi negligenter excidit *reum* in Ed. Flor. p. 528. *multi* rei *cuiusvis maleficii* postulabuntur. Sic et alii scriptores. Amm. Marc. XIV. 7. *pulsatae maiestatis imperii* reus postulatus. id. XIX. 12. reus

teli nactus sim, nonnihil et Platone meo adhortante, qui ait, eum, qui ista vestiget, *φρονειν αθανατα και θεια ἄνπερ αληθειας εφαπτηται.* Nunc quoniam pisces horum satis patuerunt, accipe aliud, pari quidem stultitia, sed multo tanto vanius et nequius excogitatum. Scierunt et ipsi, argumentum piscarium futile et nihili futurum; praeterea novitatem eius ridiculam. Quis enim fando audivit, ad Magica maleficia desquammari et exdorsuari pisces solere? Potius aliquid de rebus pervulgatioribus et iam creditis fingendum esset. Igitur ad praescriptum opinionis et famae confinxere, puerum quempiam carmine cantatum, remotis arbi-

teus *hac gratia* pestulatus, *quod* etc. Adi et Besson. de V. S. in v. *postulare.*

UT QUI] Edd. ante Bas. sec. et MS. D'Orv. *ut quidem.* Lat. Latin. in Bas. sec. legerat *postularent, eum, ut qui.* Unde fingit, *ut eum qui.* sed v. not. praeced. MS. Pith. *ut per.*

ARISTOTELI NACTUS SIM] Edd. Scriv. Bip. *Aristotelis.* contra nostri morem. MS. D'Orv. *notus sum.*

NONNIHIL] MSS. D'Orv. Pith. *nihil.*

PLATONE MEO] Ita dedi ex MS. D'Orv. cum Edd. Iunt. utraque, Ald. Bas. pr. Vulgo *Pl. me.* MS. Pith. *mō.* Ed. Vic. *modo.* sic Flor. N. 15. *noster Plato.* de Deo Socr. p 669. Ed. Flor. *sed ne* Platoni *quidem* meo *quiverunt* etc. et ubique Platonis sectatorem se iactat Appuleius. Infra p. 510. *competentissime videor usus Platone, ut vitae magistro, ita causae patrono, cuius legibus obedientem me videtis.* Hinc non prorsus adsentiri possum Viris Celebb. ad init. Metam. qui librariis adscribunt additamentum illud nominis Appuleii, *Platonici Philosophi.* Pugnat aliquomodo contra eos locus de Dogm. Plat. L. III. p. 634. ubi propositionem hanc *Appuleius disserit*, ait auctor, *eadem vi manente in plura verba posse protendi ut si pro Appuleio dicas, Philosophum Platonicum Madaurensem.*

Φρονεῖν] Ex Casauboni coniectura haec in seqq. Edd recepta sunt: quum in MSS. et Edd. vett. desint. Pro *ἄνπερ* corrupte Ed. Scriv. *αὔπερ ἄναρ.*

QUONIAM] MS. D'Orv. *quę.* — Ed. Vic. *potuerunt.* Pro seq. *tanto* MS. D'Orv. *tanta*, Ed Ven. *tamen.* male.

EXCOGITATUM] Repone ex Rom. et Ven. *excogitatu.* Sic lib. VI. Met. *panem sordidum petitu esto.* COLV. Colvio obsecuti sunt Elm. et Scriv. sed male, ob praecedens, *pari stultitia.* MS. D'Orv. *cogitatum.*

NIHILI FUTURUM] MSS. Florent. D'Orv. Edd. Cas. et seqq. Male ante, et MS. Pith. *nihil f.*

PRAETEREA NOVIT.] Lat. Latin. *praeterea nov.* male. Non praeterit auctor. *Quis enim fando audivit* etc.

AD MALEFICIA MAGICA] Magnum periculum est illud, *magica*, olim interpretandi causa ad vocem praecedentem adhibitum. Supra dixit *maleficia et artes nefandas.* Eadem III. de Asino dicebat Fotis ancilla: *et quod alioquin publicitus maleficae disciplinae perinfames sumus.* Iterum hac eadem Apol. *ut me in aliquo maleficio experirentur.* Similiter princ. Apologiae seq. vox illa accipienda est, his verbis: *et ipsis maleficiis infensus accusationem istam suscepit.* Quinimo solent aruspices, mathematici, arioli, augures, vates, Chaldaei, et quicunque magicis carminibus adsueti sunt, non alio, quam malefici nomine, consuetudine vulgi, appellari, L. *nemo* et L. *etsi* C. *de maleficiis.* In reliquis Appuleii repono *exdorsuari pisces;* imitatio Plautina est ex Aul. *Congrum, muraenam exdorsua quantum potest.* STEWECH. Supra p. 400. *Insimulare* magicorum maleficiorum. p. 412. *sed quid ad* magica maleficia, *quod ego* etc. infra p 503. *quod me aiunt ad* magica maleficia, *occulta fabrica* etc. p. 515. *priusquam foret* magicis maleficiis *a me coacta.* p. 489. *aut constituant* magi *et* malefici *hominis.* Met. L. VI. p. 411. *tu quidem videris* maga *quaedam mihi et alte prorsus* malefica. Ex quibus locis, cum non nullo MS. et Ed. Iunt. post. ordinem mutavi, quum vulgo legeretur *ad maleficia magica.*

DISQUAMARI ET EXDORSARI] Scripserim *desquamari, et exdorsuari*, ut apud Plautum et Festum. CASAUB. *Desquamari* rescriptum a seqq. invitis licet MSS. e quibus D'Orv. *discamari.*

EXDORSUARI] Flor. et Rom. *exdorsari.* Plaut. Aul. Scena: *Dromo desquama* etc. *Muraenam exdorsa quantum potes.* Sic locus hic exaratus est in Edit. Paris. Simonis Carpentarii. Sed quoniam Festus et Nonius vulgatam lectionem retinent, nihil mutare volui. ELMENH. Et hoc contra MSS. in quibus, ut et Edd. ante Casaub. *exdorsari.* Pith. *exdorsare piscem.*

CONFINGENDUM ESSET] Omittit ultimum verbum D'Orv.

CONFINXERE] Vir doctus, *confluxere.* COLV. Non ceperunt elegantiam huius locutionis, qui *confluxere* putarunt legendum. *Ad praescriptum opinionis et famae* valet, prout praescribebat et docebat faciendum esse fama et opinio, quae vul-

bitris, secreto loco, arula et lucerna: et paucis conſciis testibus, ubi incantatus sit, corruisse: postea nescientem sui, excitatum. Nec ultra isti quidem progredi mendacio ausi. Sed enim fabula ut impleretur, addendum etiam illud fuit, puerum eundem multa praesagio praedixisse: quippe hoc emolumentum canticis accipimus, [Praesagium, et Divinationem.] Nec modo vulgi opinione, verum
474. etiam doctorum virorum auctoritate, hoc miraculum de pueris confirmatur. Memini, me apud Varronem philosophum, virum accuratissime doctum atque eru-
di-

vulgo de magis obtinet. Plane sic accipit *praescriptum*, ut Graeci suum ὑπογράφειν et ὑπαγορεύειν, cum ipsa natura rei, aut hominum communis opinio alicuius nos per se admonet. CASAUB. MS. D'Orv. *confingere*, et mox *cantum*.

REMOTIS ARBITRIS, SECRETO LOCO] Sequitur continuo, *paucis consciis testibus.* non heic me extrico: puto locum in mendo esse. Si *remotis arbitris*, quomodo *testibus consciis.* PRIC. *Remotis arbitris* incantatus fuit, sed *paucis consciis testibus* corruit. Male etiam interpunctio se habet in Edd. quibusdam, et Florid. in interpret. τὰ *paucis consc. test.* prioribus iunxit. Verum vidisse tamen videtur ipse Pric. citans Senec. de Ira III, 10. loquentem de Epilepticis: *Vitaverunt turbam, et sine teste ceciderunt.*

SECRETO LOCO] MSS. Fulv. Pith. Edd. Elm. Scriv. cum Salm. in marg. *secr. aliquo l.*

ARULA ET LUCERNA] Scio, quid iam aliis notatum de aris Magicis, ex Virgilio, Flacco, Lucano, aliisque. Velim h. l. tamen legi *arcula.* Recte *lucernae* iunxit autem, et ex Magiae ritu. Miles. 3. de Pamphile se in avem plumatura. *Iampridem* (lege *iamprimum*) *omnibus laciniis se devestit, et arcula quadam reclusa, pixides plusculas inde depromit* etc. *multumque cum lucerna secreto collocuta, membra tremulo succussu quatit.* De *arcula* etiam Apollonius Argonaut. 3. Ἡ δὲ τέως γλαφυρῆς ἐξείλετο φωριαμοῖο φάρμακον. — Vide quod discrimen statuat additamentum unius literulae: quid momenti afferat vel apex unus repositus tempestive. En et Varronis locum in eadem voce corruptum: facilem emendatu fateor, at non ideo praetereundum. *Ubi vident se cantando ex ara excantare non posse, diripere incipiunt.* legendum *arca.* PRIC. Adstipulatur nonnihil MS. D'Orv. *acula.* et citat *arcula* h. l. Burm. ad Prop. IV, 5, 13. Non sequor tamen. Si *locus secretus* fuit, magicisque sacrificiis destinatus, ut perhibebant accusatores, *arula* deesse non poterat: sive capias de parva ara, sive, quod malim, de strue lignorum, quae in sacris magicis fieri solebat, et quae pro *ara*, ἐσχάρα erat. cf. Heynius ad Virg. Aen. IV. vs. 504. *Arula*, pro acervo terrae, et alibi occurrit.

EXCITATUM] Burm. ad Propert. l. c. emendandum arbitratur *excantatum.* Vulgatum praefero. *Excitatum* opponitur τῷ *corruisse:* somno quodam magico enim oppressus fuit ille puer, e quo postea excitatus fuit. Infra p. 475. *posse animum humanum* etc. soporari.

ETENIM] Lege confidenter, *at enim.* PRIC. Pith. *enim.* D'Orv. *ſedenim*, i. e. *sed enim.* quod sequor. cf. de Dogm. Pl. I. p. 193. b. Id. D'Orv. *ula* pro *fabula*, et mox *nihil* pro *illud.*

CANTICIS] V. D. adscripsit *cantaminibus.* Non infrequens nostro auctori vox *canticum.* v. Met. IV. p. 285. Flor. N. 15 et 17. de Mundo p. 751. Ed. Flor. Apol. p. 415 et 522.

ACCIPIMUS] Pith. D'Orv. *accepimus.*

PRAESAGIUM ET DIVINATIONEM] Non credo Appuleium ita argutatum fuisse, ut a *praesagio Divinationem* distingueret: quod ut fecisse eum concedamus, locus non sanus erit. scribendum supra enim *haec emolumenta.* contra si discriminis nil posuit, agnoscenda est inutilis quaedam geminatio, quam profecto non possumus affingere ei citra noxam. Vide quas tricas incidis qui haec perpendis: ego, quantum potest, extricabo te, quo te demerear. Dixerat Appul. ut impleretur accusatorum fabula, addendum etiam illud fuisse, puerum non tantum corruisse, sed etiam multa *praesagio* praedixisse; quippe hoc (inquit) emolumentum canticis acceptum ferimus. *Emolumentum* acceptum *Praesagium* esse, vel caeco apparet, quod tamen invidens oscitator quispiam quum haec percurreret, adscripsit Glossae vice in marg. *Praesagium, Divinationem:* synonymis his, ut fieri amat, exponens rem unam. Ea imperitiores Librarii receperunt post in contextum, et ut Syntaxis quadantenus constaret, adiunxerunt σύνδεσμον. Nos ut turbantia locum, expellenda censemus, vel enim quam longissime potest, ablegandа. PRIC. de Deo Socr. p. 692. Ed. Flor. *non consilio, sed* praesagio *indigebat; ut ubi dubitatione claudicaret, ibi* divinatione *consisteret.* Et *divinationem* a *praesagitione* nihil differre arguit Cic. de Divin. I, 31. Quare et mihi verba illa *Praesagium et Divinationem* suspecta sunt.

MODO] Pith. *nō.* Post *auctoritate* membranae Florent. addunt *me*, ex sq. vs.

MEMINI ME] *me* non est apud Colv.

Hu-

ditum, cum alia huiusmodi, tum hoc etiam legere: Trallibus de eventu Mithridatici belli Magica percontatione consulentibus, puerum in aqua simulacrum Mercurii contemplantem, quae futura erant centum sexaginta versibus cecinisse. Itemque Fabium, cum quingentos denarios perdidisset, ad Nigidium consultum venisse: ab eo pueros carmine instinctos indicasse, ubi locorum defossa esset crumena, cum parte eorum: ceteri ut forent distributi: unum etiam denarium ex 475
eo numero habere M. Catonem philosophum; quem se a pedissequo in stipe Apollinis accepisse Cato confessus est. Haec et alia apud plerosque de Magicis pueris lego equidem: sed dubius sententiae sum, dicamne fieri posse, an ne-

HUIUSMODI] D'Orv. *eiusmodi.* et statim pro *legere Trallibus*, idem, *legenter rallibus.*

CONSULENTIBUS] MSS. Pith. D'Orv. *consultantibus.* Ed. Vic. *consulantibus.*

PUERUM etc.] Graeci *ὑδρομαντείαν* vocant. Plinius L. XXVIII. *aqua tentare Deos.* Augustin. de Civit. Dei L. VII. c. 35. *Nam et ipse Numa ad quem nullius Dei propheta nullus sanctus angelus mittebatur, hydromantiam facere compulsus est, ut in aqua videret imagines Deorum, vel potius ludificationes daemonum, a quibus audiret quid in sacris constituere atque observare deberet: quod genus divinationis idem Varro a Persis dicit fuisse allatum.* Plinius L. ult. *Ananchitide in Hydromantia dicunt evocari imagines Deorum.* CASAUB. Add. de divinatione in speculo, idem Casaub. ad Spartian. Iulian. c. 7.

CENTUM SEXAGINTA] MS. D'Orv. *ob*, corrupte: quia notis expressus fuerat numerus.

ITEMQUE FABIUM] Pith. *idemque.* D'Orv. *Fauium c. q. denarium proaid.*

NIGIDIUM] Pith. *Indigidium*, D'Orv. *Nidigedium.* iidem MSS. mox *indicavisse.*

CUM PARTE EORUM] Nescio an legendum, *cum partim eorum.* Vide Agel. L. X. cap. 13. BRANT.

EX EO NUMERO] Pith. *ex numero uno.* D'Orv. *ex eo nunc.* in eod. mox deest Catonis praenomen.

IN STIPE APOLLINIS] Lego *in stipem.* hoc est cum vellet stipem Apollini conferre: quod tamen apparet eum non fecisse, negotiis, credo, praeter exspectationem impeditum. De stipe diis inferri solita quia notatum aliis, nihil dicam. Sed cur a pedissequo pecuniam accipit Cato? Quia olim moris non fuit ut viri honesti per urbem incedentes pecunias secum gestarent: Quod si qui ad manum habere volebant, ut fere homines liberales et voluptuosi et ostentatores, pedissequorum ipsos comitantium id erat munus et onus. Inde illud est Theophrasti nostri *περὶ ἀλαζονίας. καὶ τῷ παιδὶ μάχεσθαι οὐκ ἔχοντι χρυσὸν ἐν τῷ ἀκολουθεῖν.* Plutarchus in Cimone, *αὐτῷ νεανίσκοι παρείποντο νόμισμα κομίζοντες ἄφθονον, οἱ παριστάμενοι τοῖς κομψοῖς τῶν πενήτων ἐν ἀγορᾷ, σιωπῇ τῶν κερματίων ἐνέβαλλον εἰς τὰς χεῖρας.* Mos est antiquissimus; nam apud Eustathium legere memini sub finem Iliadis, ex aliquo veteri scriptore, *ἡ δὲ ἱστορία*, ait, *ἐπαινεῖ τὸν Πεισίστρατον, ἐπειδὴ περιήγετο ἀεὶ νεανίσκους δύω ἢ τρεῖς ἔχοντας κέρματα, ἐξ ὧν διδοὺς εἰσέφερέ τι καὶ εἰς ταφήν.* Laërtius in Zenone *ποιήσας δὲ πότε κοῖλον ἐπίθημα τῇ ληκύθῳ, περιέφερε νόμισμα, λύσιν ἑτοίμην τῶν ἀναγκαίων ἵν ἔχοι Κράτης ὁ διδάσκαλος.* Suave est quod ex eodem scriptore discimus, a delicatis quibusdam et voluptariis aliquando factitatum: ut si servi copia non esset, non solum ipsi nummos circumferrent: sed etiam in vicis et angiportis, aliisve locis publicis, occultatam pecuniam haberent, ibique servarent. Verba eius de Polemone, *νέος δ' ὢν, ἀκόλαστός τε καὶ διακεχυμένος ἦν οὕτως, ὥστε καὶ περιφέρειν ἀργύριον πρὸς τὰς ἑτοίμους λύσεις τῶν ἐπιθυμιῶν· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς στενωποῖς διέκρυπτεν· ἀλλὰ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ πρὸς κίονι τινι που τριώβολον εὑρέθη προσπεπλασμένον αὐτοῦ, διὰ τὴν ὅμοιον τῇ προειρημένῃ πρόφασιν.* Meminit et alibi idem auctor, aliique. Sed haec praeter institutum. CASAUB. Flor. *in stipe.* V. Casauboni notas. ELMENH. Casauboni auctoritatem reliqui sunt secuti; sed adversantibus MSS. cunctis, qui cum Edd. vett. tenent *in stipe*: recte; monente Gronovio de Pec. Vet. IV, 11. quem vide. Cato fuit sacerdos Apollinis, et stipem a pedissequo quodam, religionis caussa, oblatam, dei sui nomine, accepit. Vel sic tamen rectum foret *in stipem.* Sed sequendi sunt Libri, et cf. Ind. V. *in.* MS. D'Orv. *Apollonis.*

HAEC ET ALIA] Forte *et talia.* COLV. MS. D'Orv. *ideo et alia.*

DE MAGICIS PUERIS] Rom. Ven. *de magicis et pueris.* COLV. Aldus, *de magicis et pueris*, male. Tertullianus Apol. cap. 23. *Porro si, et Magi phantasmata edunt et iam defunctorum inclamant animas, si pueros in eloquium oraculi eliciant.* Saresber. polict. Lib. II. cap. 27. *Dum enim puer ut psalmos addiscerem sacerdoti traditus essem, qui forte specularium magicam exercebat, contigit ut me et paulo grandiusculum puerum*

negem. Quamquam Platoni credam, inter Deos atque homines, natura et loco medias quasdam divorum potestates intersitas, easque divinationes cunctas et Magorum miracula gubernare. Quin et illud mecum reputo, posse animum humanum, praesertim puerilem et simplicem, seu carminum avocamento, sive odorum delenimento, soporari, et ad oblivionem praesentium externari: et paulisper remota corporis memoria, redigi ac redire ad naturam suam, quae est immortalis
476. scilicet et divina; atque ita, veluti quodam sopore, futura rerum praesagire. Verum enimvero, ut ista sese habent, si qua fides hisce rebus impertienda est, debet ille nescio qui puer providus, quantum ego audio, et corpore decorus atque integer deligi, et animo sollers, et ore facundus: ut in eo aut divina potestas, quasi bonis aedibus, deversetur, si digne tamen ea pueri corpore inclu-di-

rum praemissis quibusdam maleficiis pro pedibus suis sedentes ad speculariae sacrilegium applicaret, ut in unguibus sacro nescio oleo aut Chrismate delibutis vel in exterso et levigato corpore pulvis quod quaerebat nostro manifestaretur indicio. Cum itaque praedictis nominibus quae ipso horrore, licet puerulus essem, daemonum videbantur, et praemissis adiurationibus quas Deo autore socius meus se, nescio quas imagines tenuiter tamen et nubilosas, videre indicasset, ego quidem ad illud ita caecus extiti, ut nihil mihi appareret, nisi ungues aut pelvis et caetera quae antea noveram. Exinde ergo ad huiusmodi inutilis iudicatus sum, et quasi qui sacrilegia haec impedirem, ne ad talia accederem condemnatus, et quoties rem hanc exercere decreverant, ego quasi totius divinationis impedimentum arcebar. vide Notas ad Gennadium p. 195. ELMENH. MSS. Pith. D'Orv. cum Ed. Vic. *de magis et p.* quod notavit quoque in marg. Salm. Edd. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *de magiis p.* De pueris magicis cf. Casaub. ad Spartian. Did. Iul. c. 7. Haverc. ad Tertull. Apol. c. 23.

MIRACULA] D'Orv. *miraculum.*

PRAESERTIM PUERILEM ET SIMPL.] Ita excudi iussi auctoritate Salm. in marg. et MSS. Pith. D'Orv. Vulgo *et puer. praes. simplicemque.* Prius *et* servat tamen etiam MS. Pith. Ed. Iunt. post. *praes. puer. simplicemque.*

DELENIMENTO] Ita Edd. Vic. Iunt. post. quod invitis etiam MSS. rescribendum esse pro *delinimento*, monuit Oudend. ad Met. L. III. p. 192, b. ubi v. Ferri tamen posse h. l. puto *delinimento*, propter adiunctum *odorum* i. e. unguentorum. In suis tamen MSS. *delen.* invenisse videtur Philom. Pisanus.

CORPORIS MEMORIA] alii, *corporis in eo mora.* ELMENH. nescio, qui. Pith. *corp. remedia.*

PRAESAGIRE] Edd. Rom. Vic. Ven. cum MSS. Pith. D'Orv. *praesagare.* quemadmodum in sex MSS. *praesagaverant* legitur Met. L. IX. p. 665.

UT ISTA SESE HAB.] Melius *utut ista sese hab.* COLV. quemadmodum rescripsere seqq. praeter Casaub. Gent. Pric. Bip. Non opus esse hac mutatione sine auctoritate, vidimus supra ad p. 422.

PUER PROVIDUS] Lego *puer probus.* providum enim et quod mox subiicitur, solertem esse, non videntur tam convenire, ut videlicet dicatur divina providentia in eo puero, tamquam in bonis aedibus diversari. [illegible] de puero, cuius opera usi in vaticinatione magici, de cuius habitu scribit Appuleius secundo de Asino. et meminit illius Lactantius Firmianus, lib. VII. cap. XV. In verbis reliquis: *in eo aut divina potestas*, visum mihi, τὸ *aut* minus sincerum. fortasse an mutandum in *autem.* quo modo supra hac oratione particula *vero* conlocabatur, his verbis: *qui providentiam mundi curiosius vestigant, et impensius deos celebrant, eos vero vulgo magos nominant.* Pari phrasi apud Plinium non uno loco, nominatim lib. tertio, epist. octava. *quare ego vero honestissimae voluntati tuae pareo.* STEWECH. Levissimum mendum, virgula inter *puer* et *providus* interiecta quosdam impulit, ut locum sinistre acciperent, et emendarent scilicet. *Puer providus* dicitur ab Appuleio is, qui ad praevidenda et praedicenda futura adhibetur. CASAUB. Male Stewech. *p. probus.* *Providus* est προγινώσκων, *praescius.* Miles. 2. *Diem commodum peregrinationi cupiens praevidere.* h. e. *praescire.* PRIC. Gruter. Suspic. Ined. L. XXII. c. 6. *providis*, pro, *a providis.*

DELIGI] Edd. Iunt. pr. Bas. pr. *diligi.*

DEVERSETUR] Al. *diversetur.*

SI DIGNE TAMEN etc.] Concipienda παρενθέτως, quod miror indicasse neminem. Ratio autem verborum istorum non adeo in aperto est. Elevat, ni fallor, Appuleius puerilem σμικρότητα, quasi ineptam atque omnino indignam divino hospite. Pulchre etiam in sententiam hanc Anonimus Panegyristes: *Non frustra doctissimi viri dicunt naturam ipsam magnis mentibus domicilia corporum digna metari, et ex vultu hominis, ac decore membrorum colligi posse, quantus illo cae-les-*

ditur; aut ipse animus expergitus, cito ad divinationem suam redigatur: quae ei prompte insita, et nulla oblivione saucia et hebes, facile resumatur. Non enim ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exsculpi. Quod si ita est, nominate, quis ille fuerit puer, sanus, incolumis, ingeniosus, decorus, quem ego carmine dignatus sim initiare. Ceterum Thallus, quem nominastis, medico potius, quam Mago, indiget. Est enim miser morbo comitiali ita con- 477.
fectus, ut ter aut quater die saepenumero, sine ullis cantaminibus corruat, omnia-

lestis spiritus intrarit habitator. Et Pacatus ad Theodos. *Augustissima quaeque species plurimum creditur trahere de coelo: sive divinus ille animus venturus in corpus, dignum prius metatur hospitium, sive quum venerit, fingat habitaculum pro habitu suo: sive aliud ex alio crescit, et quum si paria iunxerunt, utraque maiora sunt.* Pric. In MS. Pith. et Edd. Vic. Iunt. post. non est *digne.* MSS. Florent. D'Orv. *quasi bonis ad. digne divers. si tamen.* Elm. et Scriv. *quasi b. ad. div. digne si tamen.* Mihi vulgatum magis placet.

Corpore] MS. Pith. Ed. Ven. *in corpore.*

Aut ipse animus] MSS. Florent. Pith. D'Orv. *an ipse an.* Respondet praecedenti *aut*, ubi male Stew. *autem.* Hoc ait auctor: Puer ille providus debet esse corpore decores et animo sollers, ut, *aut* in corpore deversari divina potestas, *aut* animus ipse (ubi ἡ ψυχὴ, somno illo magico αὐτὴ καθ' αὑτὴν συναγειρθεῖσα καὶ ἀθροισθεῖσα, futura praesagiverit) ad praevisorum memoriam prompte erigere se possit: praeterea *ore facundus*, ut praevisa bene possit enunciare.

Ad divinationem suam] Putabam verius *ad divinam naturam suam*, ut paullo ante, *redigi ac redire ad naturam suam, quae est immortalis scilicet ac divina.* sed nec vulgatam damno. Casaub. Coniecturam tamen antiquae et scriptae lectioni praetulerunt Scal. in Ed. Vulc. sec. Wow. Elm. Scriv. me non probante. Ubi per somnum, ait auctor, puer futura praesagiverit, et animus, e somno illo expergitus, ad humani animi vulgarem conditionem redierit, eorum, quae per somnum vidisset, statim oblivisceretur, nisi animo sollers esset puer. Sed ea animi praestantia requiritur, ut cito *ad divinationem suam*, i. e. ad ea quae per somnum divinavit, praesagivit, reduci possit: quarum quidem rerum praevisarum notiones prompte ipsi insitae facile resumi debent, ne oblivione ulla sauciae et hebetes fiant, quemadmodum in rebus per somnum visis fieri solet; quo pertinet illud monitum somnii, Agamemnoni a Iove immissi, apud poëtam Il. β. vs. 33. μηδέ σε λήθη Αἱρείτω, εὖτ' ἄν σε μελίφρων ὕπνος ἀνήῃ.

Ex omni ligno] Euseb. de Praepar. Euangel. L. V. Ὅτι δὲ καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτοὶ ὑπέθεντο πῶς χρὴ ποιεῖν καὶ ἐκ ποίας ὕλης ἐνλάσει τα τῆς ἑκάτης, ἔχοντα τοῦτον τὸν τρόπον. Colv. add. Pric. MS. D'Orv. *sculpi.*

Nominate quis i. f. puer] Bemb. *q. i. f. pueri.* Forte, *quid illud fuerit pueri.* Er. Putean. Ed. Vulc. tert. *nominare.* Ante *ingeniosus* Pith. habet *et.*

Dignatus sim] Pith. *dign. sum.* male.

Thallus] Nomen servile censeo *Thalus* scribendum. Lapis vet. D. M. Ti Claudii Aug. Lib. Thaletis Vinciani nomenclatoris a censibus Thalus et Ianuaria lib. d. s. p. et in alio Thalusa liberta. Vetus Epigramma: *Liberta et coniunx Petronia cura Patrono, Thalusa hoc tumulo condita luce caret.* Pric. Est a Gr. Θαλὸς, quod et θαλλὸς scribitur. *Thalusa* a θάλουσα sive θάλλουσα. *Thalli* nomen frequens est in inscriptionibus et monumentis antiquis, per *ll.* adi Burmann. ad Anthol. Lat. L. IV. Ep. 79. vs. 2.

Confectus] Vulgo *infectus.* Elmenh. Membranis Florent. e quibus primus sic rescripsit Elm. cum seqq. accedit Pith. ut passim *confectus dolore, fame* et sim. et de eodem morbo dixit Plaut. Capt. III, 4. 22. *multos iste morbus homines macerat.* Melius hoc verbum quadrat ad seq. *corruat*, quam *infectus*, quod ceteroquin solemne verbum est de rebus contagiosis: quomodo capiendum cum Gronov. puto locum Cic. ad Att. I, 13. *vereor, ne hoc, quod infectum est, serpat longius.* ubi, *quod infectum est*, intelligo, *contagionem mali.* cf. tamen Ernest. in Cl. Virg. quoque Aen. VI. 741. Infectum *eluitur scelus.*

Ut ter aut quater die corr.] Loquitur de morbo comitiali, quem putabant a luna immitti flagitiosis hominibus, unde et *sacrum* eum appellarunt. Aretaeus Cappadox de diuturn. morb. causis pag. 40. Theophylactus in Matthaeum cap. 4. Theodorus Priscianus L. XI. cap. 11. Caelius Aurelianus L. I. c. 4. Celsus L. III. c. 23. Elmenh. *Aut* non est in Pith. et calamo expunxit Salm. Infra p. 550. *Ter et quater.* Horat. I. Od. 13. vs. 3. *ter et quater.* Virg. Ge. I. vs. 410. *Ter gutture voces aut quater ingeminant.*

niaque membra conflictationibus debilitet: facie ulcerosus, fronte et occipitio conquassatus, oculis hebes naribus hiulcus, pedibus caducus. Maximus omnium Magus est, quo praesente Thallus diu steterit: ita plerumque morbo ceu somno vergens inclinatur. Eum tamen vos carminibus meis subversum dixistis, quod forte me coram semel decidit. Conservi eius plerique adsunt, quos exhiberi denunciastis. Possunt dicere omnes, quid in Thallo despuant: cur nemo audeat cum eo ex eodem catino coenare, eodem poculo bibere. Et quid ego de servis? vos ipsi, si audetis, negate, Thallum multo prius, quam ego Oeam venirem, corruere eo morbo solitum, medicis saepenumero ostensum. Negent hoc
478. conservi eius, qui sunt in ministerio vestro. Omnium rerum convictum me fatebor, nisi rus de omnium consensu diu ablegatus est; in longinquos agros, ne familiam contaminaret. Quod ita factum nec ab illis negari potest. Eo nec potuit hodie a nobis exhiberi. Nam ut omnis ista accusatio temeraria et repentina fuit, nudiustertius nobis Aemilianus denunciavit, ut servos numero quindecim apud te exhiberemus. Adsunt quatuordecim, qui in oppido erant. Thallus solus rus ablegatus, ut dixi, et quidem ferme ad centesimum lapidem, longe ex oculis;

CONFLICTATIONIBUS] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *conflictionibus.* contra MSS.

DEBILITET] Scribebam, *debilis et facie ulc.* COLV. Pith. *debilitat.* Pro *facie* Pith. D'Orv. *facile.*

CADUCUS] D'Orv. *caducis.* male.

CEU SOMNO] Perperam Edd. Casaub. Gent. Pric. *seu somno.* ex quarum una locum citavit Heins. ad Valer. Flacc. VIII. v. 66. emendans *ceu.* Pro *ceu somno vergens* D'Orv. *cēs ūūo augere.*

SUBVERSUM] Fulvius *submersum.* ELMENH.

OMNES] MS. Pith. Edd. Rom. Vic. Ven. *homines*, obvia variatione.

Q. IN TH. DESPUANT] Sic lego cum Florent. membr. Vulgati, *despiciunt* habent. Vide Ind. ELMENH. Ego nihil mutare velim. Convenientissimus enim et apertissimus sensus est verbi *dispiciant: Quid in Thallo dispiciant*, id est, *quid observent in eo*, *quid agnoscant*, *quid animadvertant.* FLORID. Iam ante Elmenh. quem sequuntur Pric. et Scriv. in Ed. Iunt. post. editum *despuant:* praeclare. Membranis Florent. accedunt diserte MSS. Bemb. et D'Orv. quare depravatam veterem lectionem revocare non debuerant Flor. Edd. Altenb. et Bip. *Despiciant* (nam sic est in MS. Pith. et Edd. vett. plerisque, *non disp.*) ortum vel ex scripturae similitudine, vel ab interpolatore, qui nesciebat frequentem illum despuendi ritum. Sic *despuere* in *dispuere* et *dispicere* abiit in MSS. Prudentii Apoth. vs. ult. Id. contra Symm. vs. 580. *Iovis infectam sanie non* despuat *aram.* De despuendi ritu in morbo comitiali vide dicta ad Plauti Capt. III, 4, 18. ibique cit. Casaub. ad Theophrasti Charact. c. 16. extr. add. Broukhus. ad Tibul. I, 2, 54. Pric. ad h. l. Plin. X. 23. extr. *Comitialem propter morbem* despui *suetum.* *Quid in Thallo despuant* i. e. quid sit illud mali in Thallo, quod despuendo avertere cupiunt.

VOS IPSI VIDETIS] Quid videbant? Thallum certe non: nam ille non aderat. Num igitur, illum, multo prius quam App. Oeam veniret, corruere solitum? Sed tum leg. *vidistis.* Quare rescribo, quod margini adlevit Salm. *vos ipsi, si audetis, negate* etc. Primo omissum fuerat *si*, ob proxime praecedens *ipsi:* dein, ad aliquem eliciendum sensum, *audetis* mutatum in *videtis.* Alloquitur orator accusatores suos, non auditores.

MULTO] D'Orv. *multum.*

NEGANT — VESTRO?] Legenda ἀνερωτήτως, et pro *negant*, *negent.* PRIC. Adlevit etiam Salm. et rescripsi auctoritate MS. D'Orv.

NISI DE OMNIUM CONS. RUS] Ita Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. Cas. Gent. Pric. Inverso ordine, sed quem servant MStorum vestigia, *nisi rus de omn. cons.* Iunt. post. Colv. Vulc. cum reliquis. Sed *nisi* non est in MSS. Florent. D'Orv. Pith. In Florent. scribitur *rura.* in D'Orv. *rusa.* Totum illud *de omnium consensu* ignorat Pith. nec *consensu* est in D'Orv. Videtur aliquid turbatum esse.

TH. SOLUS RUS ABLEGATUS, UT D. FERME AD etc.] Ita exhibent Edd. Rom. Bas. sec. Colv. Vulc. Elm. Scriv. Flor. cum MSS. Florent. Sed Edd. Vic. Ven. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *T. s. r. abl. ut dixi quidem ferme a.* Unde Cas. Wow. Gent. Pric. dedere *et quidem f.* etc. quod secutus sum, quia in MSS. Pith. D'Orv. est quoque *ut dixi qui ferme*, et in Ed. Iunt. post. *ut dixi quod ferme.* In iisdem MSS. et Ed. Iunt. post. non

lis; Thallus solus abest: sed misimus, qui eum curriculo advehat. Interroga, Maxime, quatuordecim servos, quos exhibemus, Thallus puer ubi sit, et quam salve agat: interroga servos accusatorum meorum. Non negabunt, turpissimum puerum corpore putri et morbido caducum, barbarum, rusticanum. Bellum vero puerum elegistis, quem quis sacrificio adhibeat, cuius caput contingat, quem puro pallio amiciat, a quo responsum speret! Vellem hercule adesset: tibi eum, Aemiliane, permisissem, ut teneres ipse, ut interrogares. Iam in media quaestione, hic ibidem pro tribunali oculos truces in te invertisset, faciem tuam spumabundus conspuisset, manus contraxisset, caput succussisset, postremo in sinu 479. tuo corruisset. Quatuordecim servos, quos postulasti, exhibeo: cur illis ad quaestionem nihil uteris? Unum puerum, atque eum caducum, requiris, quem olim abesse pariter mecum scis? Quae alia est evidentior calumnia? Quatuordecim servi petitu tuo adsunt, eos dissimulas: unus puerulus abest, eum insimulas. Postremo quid vis? puta Thallum adesse. Vis probare, eum praesente me concidisse? Ultro confiteor. Carmine id factum dicis? hoc puer nescit: ego, non factum, revinco. Nunc, caducum esse puerum, nec tu audebis negare. Cur ergo carmini potius, quam morbo, attribuatur eius ruina? An evenire non potuit, ut forte praesente me idem pateretur, quod saepe alias multis praesentibus? Quod si magnum putarem, caducum deiicere, quid opus carmine fuit? cum in-

non exstant τὰ *rus ablegatus*; quae, licet glossam sapere videantur, non temere tamen eiicio: nam tunc etiam expungenda rursus τὰ *et quidem*. Dein pro *ex oculis* MSS. Florent. Pith. *ex oleis*, D'Orv. *exolens*. unde, coniectura ductus, legendum puto, *exsulans*.

Interroga servos] D'Orv. iterum inserit *Maxime*. Pro *accusatorum* Edd. Vic. Iunt. Ald. Bas. pr. *accuratorum*.

Bellum vero] Abest *vero* a D'Orv. in quo mox *quam*, non, *quem*.

Cuius caput cingat] Flor. et Rom. legunt c. c. *contingat q pulchro pallio*. Elmenh. *Cingat* nempe editum ex Vulcanii coniectura in eius Edd. sec. tert. cf. Pric.

Pulchro pallio] Non displiceat *puro pallio*. Vide Festum in *pura vestiment*. Casaub. Adsentior doctissimo viro, qui *puro pallio* legit, ut intelligatur, quod Festus *pura vestimenta* vocari dicit, *non obsita*, *non fulgurita*, *non funesta*, *non maculata*: qualia Sacerdotum erant, atque ita Lucius noster hic, *quem quis sacrificio adhibeat*. De Pallio Sophistico, quo Novitii Athenis amiciebantur, videndus Olympiodorus in excerptis Photii. Similis ritus in Germania, quae Depositio Scholastica dicitur. Sc. Gent. *puro pallio* legendum, non *pulchro*. Festus: *Pura vestimenta sacerdotes ad sacrificium habebant*. Florid. Ed. Iunt. post. iam dederat *puro*, quod addicit MS. Pith. et auctore Casaubono amplexi sunt Wow. Elm. cum seqq. Pro *amiciat* Ed. Ven. *amiciatur*. Mox τὸ *speret* exsulat a D'Orv. pro quo. Bemb. *spectet*.

Tibi eum] Pith. *et etiam tibi eum*.

Ut teneres ipse, ut interrog.] Ed. Iunt. post. *et tenerem*, *si tu interrog.* sine dubio ex MSS. nam invenitur sic in MSS. Pith. D'Orv. cf. seqq.

Hic ibidem] *Hic* male deest Pith. In D'Orv. *ne hic ibidem*. An legendum: *et tenerem* (*ipse*) *si tu interrogares*, *iam in media quaestione ne hic ibidem pro tribunali oculos tr. in te invertisset* etc. Neque enim sic necesse est, ut legatur *inverteret* — *conspueret*, nam plusq. perf. subiunctivi pro imperfecto usurpari, Afris scriptoribus peculiare est, observante Salmas. ad Tertull. Pall. p. 120. v. Muncker. ad Fulg. Mythol. I. prol. p. 600. cf. Oudend. ad Hirtium de B. Afr. c. 75.

In te invertisset] D'Orv. *intervertisset* — *sputabundus*.

Petitu tuo] Negligenter Ed. Flor. *petitu meo*, quod inde propagatum in Ed. Altenb. licet in interpretatione bene exposuerit Flor. *prout postulasti*.

Puerulus] D'Orv. *parvulus*.

Hoc puer] Ed. Vic. *hic p.*

Revinco. Nunc, cad.] Groslot. in marg. ita distinguit *revinco nunc. Cad.* etc. Pro *nunc* Pith. *non*. Legendum puto *nam*.

Pateretur] Pith. *putaretur*. Statim *saepe* deest D'Orv.

Magnum] Flor. *magum*. Elmenh. solita confusione. Inde tamen Scriv. dedit *magicum*:

m. C.

incensus Gagates lapis, ut apud Physicos lego, pulchre et facile hunc morbum exploret: cuius odore etiam in venalitiis vulgo sanitatem aut morbum venalium experiantur. Etiam orbis a figulo circumactus, non difficile eiusdem valetudinis hominem vertigine sui corripit: ita spectaculum rotationis eius animum saucium
480. debilitat; ac multo plus ad caducos consternendos figulus valet, quam Magus. Tu frustra postulasti, ut servos exhiberem: ego non de nihilo postulo, ut nomines, quinam testes huic piaculari sacro affuerint, cum ego ruentem Thallum impellerem. Unum omnino nominas puerulum illum Sicinium Pudentem, cuius me nomine accusas: is enim affuisse se dicit. cuius pueritia etsi nihil ad religionem refragaretur, tamen accusatio fidem derogaret. Facilius fuit, Aemiliane, ac multo gra-

damnante Pric. ad Met. III. in Append. hui. Ed. p. 209. neque quadrat h. l. Si magicum putaret, omnino opus carmine. *Magnum putare*, est operae pretium putare. cf. Ern. in Cl. Cicer.

GAGATES] Anshelmus Boëtius in historia gemmarum et lapidum lib. II. cap. 165. Aetius Tetrabibli primae serm. II. cap. 24. *Suffitus gagatis menses ac secundas detrahit, deprehendit item et arguit morbos comitiales. Gagates suffitu serpentes fugat, daemonicos prodit, ac daemonibus adversari creditur. Epileptici autem et morbo Comitiali laborantes, si suffitum ipsius olfecerint, extemplo morbo corripiuntur, ob id num liberati sint, nec ne, hac nota facile percipitur. Contra nocturna terriculamenta Ephialten, daemonumque vexationes ac praestigia gestatus plurimum conducit.* ELMENH. Vide de Gagate et aliquoties cum eo confuso gangite lapide Salmas. ad Solin. p. 178 seqq. Turneb. Advers. XVII. 15. Bersm. ad Lucan. VI. vs. 676. Gentil. ad h. l.

EXPLORET] Edd. Vic. Ven. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. Casaub. *exploraret* contra MSS. Florent. D'Orv.

VENALITIIS] δουλοπρατηρίοις. Vide Pric. ad h. l. et VV. DD. ad Petron. cap. 29. ubi tamen dubitat Burm. an *venalitium* dici possit locus in quo vendebantur servi, et exponendum putat, turbam, gregem servorum venalium.

CORRIPIT] Edd. omnes: *corrigit*. Lege: *coarguit*. WOWER. Miseram Wowerii lectionem *coarguit*. Noster in de Mundo: *Venenati spiritus contagione corripiunt, et vertice circumacta interimunt.* PRIC. Edd. vett. quaedam, non omnes, *corrigit*. Sed Iunt. post. cum aliis et MSS. recte *corripit*.

SAUCIUM] Corrupte vett. Edd. pleraeque *faucium*. Mox MS. D'Orv. *consternandos*.

PUERULUM] In Florent. e praec. vs. hic irrepsit *puer. Thallum.*

ETSI NIHIL AD RELIGIONEM SUFFRAGARETUR] In verbis haereo: nec scio an satis bene emendem *etsi nihil ad libidinem suffragaretur*. Sententiam facile video: quam iterum infra expressam video. *Ceterum*, ait, *nequeo in animum inducere tam stultum Aemilianum esse, ut arbitretur mihi literas pueri, et eiusdem accusatoris mei, obfuturas.* CASAUB. Corrupte. Fortasse rescribendum: *nihil ad delationem suffragaretur.* WOWER. *Libidinem*] Alii *delationem*. Flor. et Rom. *religionem*. quod retinet et explicat Scipio Gentilis. [cuius notam vide in Append. hui. Ed.] ELMENH. Nullus heic *libidini* locus, quod reponere Casaub. gestiebat: multo minus Wowerii coniecturae, scribentis *delationem*. *Relligionem* signate dixit Noster, ut et alii sexcenti. Cicero: *Habeo Iudices, quem vos socium vestrae relligionis iurisqueiurandi facile esse patiemini.* Tacitus: *Securum adversus aemulos et relligione iudicum meritam laudem assequuturum.* l. 5. Cod. de Testib. *Relligio iudiciaria.* Δικάζοντος ἀγχίνοιαν καὶ θεοφιλίαν Harmenopulus vocat. lib. I. Tit. 7. *Fidem iurisiurandi* Phaedrus 3. 10. PRIC. Excepta Vulc. sec. quae Casauboni coniecturam, *libidinem*, expressit, Edd. habent *nihil ad religionem suffragaretur:* et in *religionem* consentiunt MSS. O. quod explicant de religione iudicis. (ut saepissime, v. Brisson. de V. S.) Locum hoc modo interpretatur Florid. *cuius quamvis pueritia nihil conferret ad religionem movendam iudici, accusatoris tamen persona, quam sustinet, detraheret ei fidem.* Iungerm. Ep. 31. inter Gudian. p. 364. pro *nihil* reponebat *mihi:* ut sit sensus, pueritiam Pudentis posse movere suspicionem de sacris magicis, quia enim ad sacra illa opus est pueris. Neutrum ab omni parte mihi placet: sed verissimam censeo lectionem, ad quam ducunt D'Orv. Pith. *refragetur*, quemadmodum mox etiam *deroget*, quod et Salm. scripsit in marg. Legendum itaque *nihil ad relig. refragaretur.* hoc sensu: Etiamsi ad testimonii religionem minuendam nihil faceret eius pueritia, tamen vel propterea omnis ei fides deroganda, quia sustinet personam accusatoris, cui adversus reum testimonium dicere non datur.

Ac

gravius, tete ut ipsum diceres interfuisse, et ex eo sacro coepisse dementire potius, quam totum negotium quasi ludicrum pueris donares. Puer cecidit, puer vidit. num etiam puer aliquis incantavit? Hic satis veteratorie Tannonius Pudens, cum hoc quoque mendacium frigere, ac prope iam omnium vultu et murmu e explosum videret, ut vel suspiciones quorumdam spe moraretur, ait pueros alios producturum, qui sint aeque a me incantati; atque ita ad aliam speciem argumenti transgressus est. Quod quamquam dissimulare potui, tamen ut omnia, ita hoc quoque ultro provoco. Cupio enim produci eos pueros, quos spe libertatis audio confirmatos ad mentiendum. Sed nihil amplius dico, quam ut producant. Postulo igitur et flagito, Tannoni Pudens, ut expleas, quod es pollicitus. 481.
Cedo pueros istos, quibus confiditis, produc, nomina qui sint. mea aqua licet ad hoc utare. Dic, inquam, Tannoni. quid taces? quid cunctaris? quid respectas? Quod si hic nescit, quid dixerit, aut nomina oblitus est, at tu, Aemiliane, cede huc: dic, quid advocato tuo mandaveris: exhibe pueros. Quid expalluisti? quid taces? hoccine accusare est? hoccine tantum crimen deferre? an Claudium Maximum, tantum virum, ludibrio habere, me calumnia insectari? Quod si forte patronus tuus verbo prolapsus est, et nullos pueros habes, quos producas: saltem quatuordecim servis, quos exhibui, ad aliquid utere: aut cur sisti postulabas

Ac multo gr. tete] D'Orv. *ut multo gr. t.* Pith. *de te.*

Dementire] Vulg. *dementiri.* Sed Apologia II. *sese mea Magia in amorem inductam dementire.* ubi in Rom. ed. *dementare.* Utrumque veteribus usitatum repperias. Glossarium: *Dementat*, ἀφρονεῖ, ἀπορεῖ, ἀπογινώσκει. Lucret. III. *Dementit enim, deliraque fatur.* Tertull. de Anima: *Nam et cum dementit homo, dementit anima.* Marcianus Capella L. VIII. *Desipere vel dementare coepisti.* Colv. add. Haverc. ad Tertull. Apol. c. 23. *Dementire* videtur confirmari MSS. Florent. Sed Pith. et D'Orv. cum Edd. ante Colv. *dementiri.*

Donares] Syntaxis postulat *donare:* sed nec vulgat. damno. Pric. Scal. in Ed. Vulc. sec. cum tert. et Wow. dant *donare.* sine causa. Intelligitur *ut.* Met. L. IX. p. 674. dedere *potius*, quam *discrimen proprii* subiret *capitis.* ubi cf. Oud.

Num et. p. aliquis] Pith. *non et.* Florent. *aliquid.*

Frigere] MSS. Pith. D'Orv. *fingere.* Mox D'Orv *amurmure explosum — suspicione*, et delet dein sequens *aeque.*

Ultro provoco] Plerique libri vulgati: *vitro provoco.* Refer ad clepsydram iudiciariam. Suidas εἶτ' ἐφ' ὕδωρ. Wower. alii *vitro prov.* Elmenh. Legi non nemo voluit, *vitro provoco.* namque quia res haec acta est ad aquam. En cor Zenodoti, en iecur Cratetis. Pric. Merum est Typothetae vitium in Edd. Ald. Bas. pr.

Nihil amplius dico, quam ut prod.] Hoc modo editum vulgo. Sed Salm. e MS. Fux. margini adnotavit *nihil amplius: tantum producant.* Pith. quoque *nihil tanti* (vel *tanto*) *ut producant:* et *quam* non est in D'Orv. sed *producunt.* Quum tamen MSS. Florent. nihil varient, et frequens sit formula, *amplius dico*, *amplius dicendum*, nil muto: nisi quis pro *quam ut prod.* e MStorum vestigiis malit *tantum ut producant.*

Ut expl. quod es poll.] D'Orv. *et expl. q. poll. es.* τὸ *es* ignorat Pith.

Cedo] D'Orv. *cede.* et mox *que sunt.*

Mea aqua ad hoc] Sic apud oratores Graecos: ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι λεγέτω. Casaub. D'Orv. non habet *ad.*

Quid respectas] Haec vera et prisca lectio: non ut vulgo, *expectas.* Casaub. *Respectas* iam ante Casaub. recte editum in Ed. Iunt. post. consentientibus MSS. cunctis. Circumspicere et usquequaque respicere solent, qui, quid dicant, non habent.

Nescit quid dixerit] D'Orv. *nescivit q. dicent.* Pith. *dicerit.* An *dixeris?* Pro *at tu Aem.* D'Orv. *aut tu A.* Pro *huc* Pith. *huic.*

Quid — mandaveris] D'Orv. *quod — mandaveras.* Pro *hoccine tantum* id. *heccine tamen.*

Aut cur sisti etc.] Alter locus interpungendus: *Aut cur sisti postulabas tantam familiam? Magiae accusans de XV. servis denuntiasti, quod si de vi acc. q. t. s. postulares?* Hoc postremum et ita legi poterat *quid? si de vi acc. quot.* Sed mutare nihil necessum. Acidal. In Edd. nempe, praeter Casaub. Gent. Pric. Flor.

bas tantam familiam? Magiae accusans de quindecim servis denunciasti. quod si
de vi accusares, quot tandem servos postulares? Sciunt ergo aliquid quindecim
servi, et occultum est? an occultum non est, et Magicum est? Alterum horum
fatearis necesse est: aut illicitum non fuisse, in quo tot conscios non timuerim;
aut si illicitum fuit, scire tot conscios non debuisse. Magia ista, quantum ego
audio, res est legibus delegata, iam inde antiquitus duodecim Tabulis propter in-
482. credundas frugum illecebras interdicta. Igitur et occulta non minus, quam te-
tra et horribilis, plerumque noctibus vigilata, et tenebris abstrusa, et arbitris
solitaria, et carminibus murmurata: cui non modo servorum, verum etiam libe-
rorum pauci adhibentur. Et tu quindecim servos vis interfuisse? Nuptiaene illae
fuerunt, an aliud celebratum officium, an convivium tempestivum? Quindecim
servi sacrum Magicum participant, quasi Quindecimviri sacris faciundis creati.
Cui tamen tot numero adhibuissem, si conscientiae nimis multi sunt? Quinde-
cim liberi homines, populus est: totidem servi, familia: totidem vincti, erga-
483. stulum. An adiutorio multitudo eorum necessaria fuit, qui diutine hostias lustra-
les

male interrogandi nota ponitur post *accusans*. *Quid* a nullo libro firmatur; alias non male id reponas.

AUT ILLICITUM] Ed. Scriv. *aut inclitum*.

AUT SI ILL.] Priori vocula caret Pith.

QUANTUM] D'Orv. *quam*.

LEGIBUS DELIGATA] Sic V. C. Fulvius *denegata*. MOX V. C. *an auditorio*. SCIOPP. *in Symb. delegata* i. e. mandata, et quasi tradita potestati legum. In V. C. legi aiunt *legibus deligata*. Plinius intestabilem dicit, et legibus interdictam. SCIP. GENT. Iungerm. in Epp. Gud. p. 364. cogitabat *relegata:* nec mutari tamen volebat *delegata*, i. e. legum curae demandata, ut in eam animadvertatur. Nil mutant MSS. et Edd. Forte minima distinctio hinc tollenda et collocanda post *antiquitus*.

ABSTRUSA] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Scriv. *obstrusa*. Met. L. III. p. 210. *in solitudinem semper* abstrusa, *et omnium praesentia viduata, solet secum huiusmodi secreta perficere*. L. IV. p. 316. *clausae domus* abstrusi *tenebris*. ubi vide. Hic MSS. O. *abstrusa*. Ed. Scriv. statim *murmura*.

LIBERORUM] Exsulat in D'Orv.

XVVIRI SACRIS FAC.] Ironia. ut mox: *ut video vos palaestritam, non magum accusatum venistis*. BRANT. Pro seq. *tamen* Groslot. in marg. *tandem*.

SI CONSCIENTIAE NIMIS MULTI S.] Nihili lectio: puto scribendum: *si conscientia unius multi sunt*. Vocem *nimis* mutatum in *unius*, quae dictio totidem apicibus constat: quamquam si quis utramque vocem censeat retinendam, non refrager. Ita legimus: *conscientia unius nimis multi sunt*. catum dictum est nimis verum. CASAUB. Leg. *si c. unius m. s.* Arguta sententia, quae nulla est, ut nunc verba leguntur. Neque mihi constructionis raram faciem quis dicat. Ad Grammaticos abeat, qui hic offenditur. Eadem locutionis forma est, quae sequitur: *XV. liberi homines, populus est; totidem servi, familia*. Recte ita lego. Sed amico meo videbatur: *Si conscientia nimis multi sunt* i. e. si ipsa conscientia multorum instar testium est. Non hoc voluit auctor. Sed, quorsum, inquit, tot servos conscios adhibuissem; cum si unus conscius sit, tantundem esse periculi videatur, ac si conscii multi sint. ACIDAL. *conscientiae nimis multi sunt*] Veterem hanc lectionem nihili esse pronunciaverat Casaub. quare deinceps editores, eo suadente, dedere *conscientia unius multi sunt*, quomodo legendum esse suspicatus quoque est Gruter. Suspic. Ined. XXII. 6. Equidem illud viris doctis non adsentio, et ne ferendam quidem eo sensu locutionem arbitror. Itaque restitui veterem lectionem, cuius sensus est: si nimis quam facile per tot servos res magica, quae in occulto fieri solet, ad conscientiam i. e. ad notitiam vulgi pervenire potest. Supra: *Sciunt ergo aliquid quindecim servi, et occultum est? — Alterum horum fatearis necesse est, aut illicitum non fuisse in quo tot conscios timuerim; aut si illicitum fuit, scire tot conscios non debuisse*. *Unius* tamen firmatur auctoritate MSS. Florent. et D'Orv. Sed *conscientiae* servant MSS. quantum scio, O. Unde, ni fallor, clare patet, illud *unius* ex solita confusione τῶν *unius* et *nimis* ortum esse. Groslot. adlevit: *si conscientiae unus multi sunt*. i. e. si ad rem divulgandam vel unus instar multorum est.

AN ADIUTORIO] Alii libri *auditorio*, credo parum visam Latinam vocem Taciti, Suetonii, et Senecae, *adiutorio*. Aut illi certe lolio victitabant qui haec corruperunt. *tenere hostias* dictum ut ab

les tenerent? At nullas hostias, nisi gallinas, nominastis. An ut grana turis numerarent? an ut Thallum prosternerent? Mulierem etiam liberam perductam ad me domum dixistis, eiusdem Thalli valetudinis; quam ego pollicitus sim curaturum: eam quoque incantatam a me corruisse. Ut video, vos palaestritam, non magum, accusatum venistis: ita omnes, qui me accesserint, dicitis cecidisse. Negavit tamen, quaerente te, Maxime, Themison medicus, a quo mulier ad inspiciendum perducta est, quidquam ultra passam, nisi quaesisse me, Ecquid illi aures obtinnirent, et utra earum magis: ubi responderit, dextram sibi aurem nimis inquietam, confestim discessisse. Hic ego, Maxime, quamquam sedulo inprae-

ab Epicteto apud Arrianum περὶ τῶν μαντευομένων, quodam loco, κρατεῖν τὰ σπλαγχνα. nam idem ritus ab utroque intelligitur. Hostiarum lustralium in magicis sacris meminit Tibullus, *Et me lustravit taedis, et nocte serena Concidit ad Magicos hostia pulla deos.* CASAUB. Fulv. Rom. et Flor. *adiutorio.* ELMENH. Excerpt. e vett. Gloss. *Adiutorium*, βοήθεια. PRIC. *Auditorio* male editum in Edd. Ald. Iunt. post. Colv. Vulc. pr. et paucis aliis vett. Quod, licet iam monitum a Casaub. mireris iterum intrusum ab Elmenh. et Scriv. contra MSS. O. Auditorum non est hostias lustrales tenere, sed adiutorum. De τοῦ *adiutorium* frequentiori apud Latinos auctores usu, quam vulgo putatur, vide Tennul. ad Front. Stratag. IV, 7. §. 31. et Oudend. ad eiusd. L. II. 5. §. 11.

QUI DIUTINE] Num *diutino?* Supra enim: *quippe in omnibus manu faciundis imaginibus opera diutino sumitur.* Ad eum modum matutino, Cottidiano, et talia. COLV. sed vide ad Flor. p. 68, a. Unus MS. *quae, qui diut.*

AT N. H. NISI GALLINAS] D'Orv. *ad n. h. mihi gallias.*

NOMINASTIS] Sic paullo post: *dixistis — vos venistis — dicitis.* Itaque male Edd. ante Bas. sec. pleraeque *nominasti.* MS. D'Orv. pro *nom.* an habet *nominasti seu.*

GRANA TH. NUMERARENT] Invitis libris et Interpretibus omnibus lego *mund..rent.* Eunapius pari argumento Λιβανωτοῦ χόνδρον καθαρίσας. Marcian. Capella voca. *Ar.ma pr.a. parare.* Cum haec satis dixi, cape et Petronii illa: *Ut solvit ergo licio pannum, partem leguminis super mensam effudit, iussitque me diligenter purgare.* Loquitur de maleficio: nil certius lectione nostra. PRIC.

PERDUCTAM] D'Orv. *productam.* cf. Met. L. II. p. 146, b. coll. L. VIII. p. 576, a. et L. XI. p. 782, b.

EIUSDEM THALLI VALETUD.] Latinitatis ratio postulat, *Thallo.* genus loquendi est translatitium et iam pueris notum. in libello tamen de Deo Socratis ita emendandus venit locus quem corruperunt, qui similem huic φράσιν non intelligebant. *Socrates sicubi locorum aliena sapientiae officiis consultatio ingruebat, ibi sui daemonis praesagio regebatur.* hodie legitur, *alienae:* nullo plane sensu. separat officia sapientiae, a divinatione. Sic paullo ante, *sicubi tamen interfectis sapientiae officiis, non consilio, sed praesagio indigebat.* Quo loco anceps animi sum, dixeritne auctor, *interfecta sapientiae officia*, ut Plautus, *occisa haec res Est:* an potius legendum, *interfectis*, vel *interceptis.* CASAUB. Scal. in Ed. Vulc. sec. et Wow. fidenter dedere *Thallo.* Frustra. *Eadem Thalli valetudo*, i. e. eadem valetudo, quae est valetudo Thalli. Genit. *Thalli* non regitur a τῷ *eiusdem*, sed a nomine *valetudo.* Pro *pollic. sim* Pith. *poll. sum.*

INCANTATAM] Ald. Bas. 1. *in cautelam.* COLV. De Aldina errat Colv. Bene habet. MS. D'Orv. *ad me incant.* sine seqq. *a me:* et mox *palaest⁵seam* pro *palaestritam.*

ACCESSERINT] MSS. Florent. D'Orv. *accessere.*

DICITIS] Edd. Rom. Vic. Ven. *interdicitis:* adhaesit ultima syllaba praecedentis verbi.

ECQUID] D'Orv. *et quid.* et statim cum Pith. et Edd. Iunt. post. Ald. *ultra.* Edd. Vic. Iunt. utr. Ald. Bas. pr. et MS. Pith. *eorum.* dein Ed. Scriv. *dexteram.*

NIMIS INQUIETAM] Lat. Latin. *minus quietam.* Frustra. *Nimis* i. e. valde. ut saepe. V. Ind. Capitol. in Gord. Iun. c. 18. *Sereno Sammonico nimis acceptus et carus usque adeo, ut* etc. id. in Maxim. et Balb. c. 6. *ad rem Venere.m nimis rarus.* Treb. Poll. 30. Tyr. c. 9. Nimietas *crudelitatis.*

DISCESSISSE] Sic MSS. Pith. D'Orv. cum Edd. ante Colv. qui cum seqq. dedit *decessisse.* Utrumque notat *abire.* Sed absolute, non addito casu, aut loco e quo sive ad quem abitur, Appul. utique semper utitur verbo *discedere.* V. Met. I. p. 43 et 79. II. p. 101, 105, 106 et 115. III. p. 195 et 203. IV. p. 277. V. p. 326. VI. p. 407. VII. p. 458 et 462. IX. p. 604. X. p. 704 et 747. XI. p. 790. de D. Plat. L. I. p. 582. Ed. Flor. Sed *decedere*, vel est, locum alii cedere, ut Met. L. I. p. 70. L. XI. p. 766. vel

praesentiarum a laudibus tuis tempero, necubi tibi ob causam istam videar blanditus, tamen sollertiam tuam in percontando nequeo quin laudem. Dudum enim cum agitarentur haec, et illi incantatam mulierem dicerent, medicus, qui adfuerat, abnueret; quaesisti tu nimis quam prudenter, quod mihi emolumentum fuerit incantandi? responderunt, ut mulier rueret. Quid deinde? mortua est? inquis: negarunt. Quid ergo dicitis? quod Appuleii commodum, si ruisset? ita
484. enim pulchre ac perseveranter tertio quaesisti, ut qui scires omnium factorum rationes diligentius examinandas, ac saepius causas quaeri, facta concedi: eoque etiam patronos litigatorum causidicos nominari, quod, cur quaeque facta sint, expediant. Ceterum negare factum, facilis res est, et nullo patrono indiget: recte factum, vel perperam, docere, id vero multo arduum et difficile est. Frustra igitur, an factum sit, anquiritur, quod nullam malam causam habuit ut fieret. Ita facti reus apud bonum iudicem scrupulo quaestionis liberatur, si nulla fuit ei ratio peccandi. Nunc, quoniam neque incantatam, neque prostratam mulierem probaverunt, et ego non nego, petitu medici a me inspectam; dicam tibi, Maxime, cur illud de aurium tinnitu quaesierim, non tam purgandi mei gratia in ea re, quam tu iam praeiudicasti neque culpae neque crimini confinem, quam ut ne quid dignum auribus tuis et doctrinae tuae congruens reticuerim. Dicam igi-

vel, cum casu aliquo iungitur, ut *decedere mensa*, Met. L. IV. p. 287. cf. II. p. 95. vel, additur locus, e quo sive ad quem abitur. ut *decedere ad somnum* Met. L. V. p. 329, *decedere e triclinio* Met. L. X. p. 715.

Hic ego] Ed. Scriv. *haec ego.* Pro *a laudibus tuis* D'Orv. *an laud. eius.*

Nec ubi] Nullo sensu prius, *ne ubi.* Casaub. Recte *nec ubi* MSS. Florent. D'Orv. Edd. Casaub. et seqq. cum Latino Latinio. *Nec ubi* i. e. *ne alicubi*, vel, *ne aliquo modo.* vid. Heins. ad Virg. Ge. III. vs. 176.

Percontando] Pith. *percunctando.*

Cum agitarentur haec] Pith. *dum*, et cum D'Orv. *haec agit.* sed D'Orv. *agitaretur.* *Agitari* apposite hic dictum, de consiliis clandestinis. Adi ad Met. L. I. p. 42, a.

Nimis] In D'Orv. hic additur *meret*, quod loco suo excidit.

Negarunt] MS. Florent. *negaram.*

Dicitis] V. D. in marg. Ed. Iunt. post. *dixisti.* Male. sequitur: *ita enim tertio quaesisti.* *Quid ergo dicitis* verba sunt Maximi increpantis.

Appuleii] Ed. Vic. *Appuleii.* Al. *Apuleii.* de more. Pro *ita enim* D'Orv. *ita est.*

Quaesisti] Ita Iunt. post. cum MS. D'Orv. ut supra. Vulgo: *quaesivisti.*

Ut qui scires] D'Orv. *quaesisti ut res.* Pith. *q. ut quaereres.* uterque mox *facta sunt.*

Expediant] Fulv. *expendant.* Wower. Met. L. III. p. 190. *imaginis rationem idoneis verbis expedire.* *Expedire* est rem impeditam et intricatam, ut sunt causae, cur quaeque facta sint, explicare. cf. Graev. ad Iustin. XLIII. 1. Oudend. supra ad Met. VI. p. 399, a.

Negare factum] Ultima voce caret D'Orv. in quo mox *paterno*; et *properam* pro *perperam.*

Anquiritur] Sic recte Membranae Flor. vulgo *quaeritur.* Vide Indic. Elmenh. sed diu ante Elmenh. *anquiritur* iam editum in Ed. Iunt. post. Recte secuti sunt Scriv. et Flor. v. Ind. MS. D'Orv. *inquiritur.*

Habuit ut fieret] Venet. *h. ut fecerit.* Colv.

Incantatam] D'Orv. *incantatum — prostratum — quaesieris.*

Mei gratia] Deleo *gratia* ut glossema. Stewech. MS. D'Orv. *mea gr.* Frequens est ellipsis τοῦ *causa* vel *gratia.* v. quos citat Oudend. ad Caes. de B. G. IV, 1. Davis. ad Hirt. de B. Al. c. 65. et ad Cic. de Nat. De. I, 21. Drakenb. ad Liv. IX. 39. Arntzen. ad Aurel. Vict. de V. Ill. c. 11. §. 6. Sed contra MSS. non eiiciendum.

Ne quid auribus t.] Scribendum ex vet. *ne quid dignum aur. t.* Wower. *ne quid dignum a. t.*] Ita Fulvii liber. Ab aliis τὸ *dignum* abest. Elmenh. Legend. (ut e vett. Wower. monuit) *Ne quid dignum auribus tuis* etc. Cicero in Bruto: *Romanis Graecisque auribus digna.* Catullus: *O rem ridiculam Cato et iocosam, dignamque auribus, et tuo cachinno.* cuius loci etiam, ex applicatione illius ad hunc nostri, communis lectio firmatur, contra magni Scaligeri mentem, qui legebat, *dignam naribus.* Pric. Recte Wow. Elm. Flor. addunt *dignum* e MS. Fulv.

igitur quam brevissime potero. etenim admonendus es mihi, non docendus. Plato philosophus in illo praeclarissimo Timaeo coelesti quadam facundia universum mundum molitus, postquam de nostri quoque animi trinis potestatibus sollertissime disseruit, et cur quaeque membra nobis divina providentia fabricata sint, aptissime demonstravit, causam morborum omnium trifariam percenset. Primam causam primordiis corporis attribuit: si ipsae elementorum qualitates, humida et 485.
frigida, et his quae adversae, non congruant. id adeo evenit, cum quaepiam earum modum excessit, aut loco demigravit. Sequens causa morborum inest in eorum vitio, quae iam concreta ex simplicibus elementis, una tamen specie coaluerunt, ut est sanguinis species, et visceris, et ossi, et medullae: porro illa, quae ex hisce singularibus mixta sunt. Tertio, in corpore concrementa varii fellis, et turbidi spiritus, et pinguis humoris, novissima aegritudinum incitamenta sunt Quorum e numero praecipua sit materia morbi comitialis, de quo dicere ex-

Fulv. cui accedunt Pith. D'Orv. Sed diu ante iam additum fuerat ab editore Iunt. post. Cancellis inclusit Scriv.

Potero] Ed. Vic. cum MSS. Pith. D'Orv. *potuero.*

Timaeo] Non longe a fine operis. Colv.

Postquam] Elm. e Florent. dedit *Igitur postquam*, praemissa maiori distinctione: eum secutus est Scriv. sed cum distinctione minori. Certe in MS. D'Orv. reperitur quoque *igitur:* nec male.

Fabricata sint] V. D. in marg. ait se malle *fabricata sit.* vide supra ad L. de Mundo p. 296, b. sed standum est a MSS.

Aptissime] MS. D'Orv. *apesime.* W. Goesius in marg. *apertissime.* Sed et vulgatum bene se habet.

Demonstravit] Ed. Iunt. post. *docuit:* quod Elm. quoque cum Scriv. dedit e Florent. MSS. quibus accedit D'Orv.

Percenset] Ed. Vulc. tert. *recenset.* et mox *humilia* pro *humida.*

Modo excessit] Vera et antiqua scriptura *modum excessit.* Wower. Lege *modum.* In de Dogm. Plat. *Cum valetudinis portio procurata salubriter, modum necessarii victus nescit excedere.* Pric. *Excedere numerum* dixit App. Met. L. III. Imo vix Latinum videtur *excedere modo.* Consensus tamen MStorum O. et Edd. ante Wower. nonnihil suspicionis movet: nisi fraudi fuerit librarius sequens *loco.* An *excedere modo* dictum, ut *excedere urbe?* licet simile exemplum non noverim.

Sequens causa] Ed. Vic. *seq. causam.* Bas. pr. *s. causae.*

Ossi] Sic MSS. Florent. et D'Orv. quem duorum summae auctoritatis Codicum consensum adéo non pro nihilo habendum putavi, ut sic restituerim pro vulgato *ossis.* Amat noster ἀρχαΐζειν, et *ossum* antiqui dixere pro *os.* V. Voss. de Anal. II, 13. Alii posterioris aevi scriptores saepe usurparunt *ossuum.* vid. Prudent. peri steph. vs. 533. et Burm. ad Anthol. Lat.

Mixta sunt] Minus bene Salm. hic tolli volebat distinctionem, eamque poni post *et medullae.* Sed τὰ *porro illa quae* etc. cohaerent cum praecedentibus: intelliguntur enim pulmo, lien, iecur etc.

Concrementa] Flor. et Rom. *concremata.* male. Elmenh. Coll. Lindenbrog. *conciemata.* Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *concremata.* unde Lat. Latin. fecit *concreta.* Reliqui libri *concrementa.*

Varii fellis] Aptius existimarem: *amari fellis.* Wower. Fulv. *amari fellis.* non male. Elmenh. Qui sequutus est Fulviani Codicis lectionem *amari*, strenuam hercle suspicionem iniicit τὸ *fellis* non intellexisse se. Pric. Interpretatur Florid. *collectiones bilis diversicoloris.*

Pinguis humoris] Sic φλέγμα vertit. Magna autem elegantia et perspicuitate Appuleius, quae plurib. verbis et obscurius a Platone dicta sunt, paucis exprimit. Studiosi locos comparent. Casaub.

Sit mat.] Pith. *si mat.*

Materia morbi Comit.] Verba Platonis sunt, ad hunc locum: *τὸ δὲ λευκὸν φλέγμα διὰ τὸ τῶν πομφολύγων πνεῦμα χαλεπὸν ἀποληφθὲν, ἔξω δὲ τοῦ σώματος ἀναπνοὰς ἴσχον, ἠπιώτερον μὲν, καταποικίλλει δὲ τὸ σῶμα, λεύκας ἀλφούς τε καὶ τὰ τούτων ξυγγενῆ νοσήματα ἀποτίκτον. μετὰ χολῆς δὲ μελαίνης κερασθὲν, ἐπὶ τὰς περιόδους τε τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ θειοτάτας οὔσας, ἐπισκεδαννύμενον, καὶ ξυνταράττον αὐτὰς, καθ᾽ ὕπνον μὲν ἰὸν πραΰτερον, ἐγρηγορόσι δὲ ἐπιτιθέμενον, δυσαπαλλακτότερον, νόσημα δὲ ἱερᾶς ὂν φύσεως, ἐνδικώτατα ἱερὸν λέγεται.* Colv.

exorsus sum, cum caro in humorem crassum et spumidum inimico igni colliquescit, et, spiritu indidem parto, ex candore compressi aëris albida et tumida tabes fluit. Ea namque tabes, si foras corporis prospiravit, maiore dedecore,
486. quam noxa, diffunditur. Pectoris enim primorem cutim vitiligine insignit, et omnimodis maculationibus convariat: sed cui hoc usu venerit, nunquam postea comitiali morbo attentatur. Ita aegritudinem animi gravissimam, levi turpitudine corporis compensat. Enimvero si perniciosa illa dulcedo intus cohibita, et bili atrae

ET SPUMIDUM] Copula deest D'Orv. MS. in quo mox *colliquefecit*.

SPIRITUM INDID.] Scribo, *spiritu ind.* Quod ita esse debere, arguit locus Platonis, quem modo citavi. COLV. Plato πνεῦμα ἐγγενόμενον. CASAUB. Colvio adsensum praebuere Cas. Wow. Gent. Pric. Flor. et probat eam emendationem MS. D'Orv. et sensus e Platone expressus. Caro liquefacta comprimit aërem: hinc oritur *turbidus spiritus*, πνεῦμα. Antea edebatur *spiritum*, quomodo exstat in MSS. Florent. Pith. Hinc Vulc. in marg. *spirituum*, receptum ab Elmenh. et Scriv. quo sensu nescio. In MS. Pith. (aut D'Orv. nam non liquet) pro *parto* est *pario*. Lat. Latin. emendavit *spiritum ind. parit, et ex* etc. quod non displicet.

EX CANDORE etc.] Locus bifariam corruptus. scribe *calore*, inde enim spuma. Ennius apud Macrob. *Spiritus ex anima calida spumas agit albas*. Sic apud Nostrum lege: dico *spumida tabes*, non *tumida*. Supra proxime, *Humorem crassum et spumidum*. PRIC. Non persuadet mihi Pric. quem transcripsit Florid. edens *calore*. *Candor*, pro calore et aestu, exemplo non caret: eamque vocem hic praeoptavit auctor, quia coniunctam habet albedinis notionem. *Aër fervoribus ustus canduit*, dixit Ovid. Met. I. vs. 120. Vulc. in marg. una voce legit *excandore* pro *inflammatione*.

SPUMIDA TABES] Hanc Pricaei coniecturam audacter admisit Flor. cum vulgo et in MSS. sit *tumida*. Recte. Quam eleganter crassa et pinguis illa sanies *tumere* dicatur, quemadmodum passim *mare*, *aqua* etc. *tument*, quis non videt? Accedit quod verbum *tumere* in morbosis adhibetur. de Dogm. Plat. II. p. 256. *morbis tumentes*.

FORAS CORPORIS] Magis ex Latinitatis usu dixisset *Foras corpore*. at nil muto. syntaxin esse Graecam puto. Sic VIII. Met. *intus aedium*. PRIC. Offendit tamen et Lat. Latin. emendantem *fores corp.*

PROSPIRAVIT] D'Orv. *conspiravit*.

PECTORIS ENIM] Lego *Corporis*. Plato enim, καταποικίλλει τὸ σῶμα, non τὸ στῆθος. neque autem dicat aliquis ita fortasse legisse Appuleium: sequitur namque, *levi turpitudine corporis compensat*. Deinde quo auctore tueri aliquis possit propriam sedem vitiliginis et similem ἐξανθημάτων esse pectus? CASAUB. Lege cum Casaubono *corporis*. ELMENH. Casaub. *corporis* legit, quia Plato σῶμα, non στῆθος. etiam infra Noster: *Levi turpitudine corporis compensat*. Graviter et ingeniose haec: non tamen a vulgatis recedo. *Pectus* pro *corpore* positum non semel repperi. Naevius apud Gellium lib. 20. cap. 7. *Corpore, pectoreque undique obeso*. Vetus Epigramma: *Cur tua faemineo caeduntur pectora socco?* Et in alio, de Pantomimo: *Mascula faemineo derivans pectora flexu.* (ut legend. e MS. Salmasii cod. supra monitum.) Claudianus, *Omnia quae sensu volvuntur vota diurno, Pectore sopito reddit amica quies.* adde et emenda Lucretium: *Nam mulier prohibet se concipere, atque repugnat, Clunibus ipsa viri Venerem si laesa* (vulg. *laeta*) *retractet, Atque exossato ciet omni pectore fluctus.* Eadem Graeci enunciatione στέρνον ponunt. Euripid. Phoeniss. Ἄρην δ' Αἰτωλὸν ἐν στέρνοις ἔχει. Scholiastes: τὸ στέρνον ἀντὶ τοῦ ὅλου σώματος εἶπεν. PRIC. *Pectus* et *corpus* in MSS. confundi solent. cf. ex. gr. Virg. Aen. II. vs. 474. Hic tamen contra omnes MSS. et Edd. alterum pro altero non mutandum; neque etiam *pectoris* de universo corpore h. l. intelligam: Poëtica illa vocis significatio in huius loci seriam disputationem vix cadit, licet poëticum quid sonet saepe App. Platonis locum amplificavit noster, et ad suam medicae artis cognitionem, paululum auctiorem reddidit. Licet totum corpus commaculetur, tamen primo loco et praecipue pectoris cutem vitiligine insigniri ait: quod an recte dixerit, videant medici. *Enim* non est in D'Orv.

SED CUI HOC] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *sed cui haec*.

ATTENTATUR] Rom. *attemperatur*. male. ELMENH. MS. D'Orv. *adattentatur*. Edd. Iunt. utraque, Ald. Bas. pr. *attentantur*.

COMPENSAT] Venet. *compescat*. COLV. MS. Pith. *compescant*. Pro *animi*, quod praecessit Ed. Vic. *animum*.

PERNICIOSA ILLA DULCEDO] Immo potius *albedo*. quod postulat Plato. COLV. Vere emendatum Colvio, cum in omnibus libris legeretur *dulcedo*. Platonis illa exprimit: τὸ λευκὸν φλέγμα ἀποληφθὲν μετὰ χολῆς μελαίνης κερασθὲν. CA-

atrae sociata, venis omnibus furens pervasit; deinde ad summum caput viam molita, dirum fluxum cerebro immiscuit: illico regalem partem animi debilitat, quae ratione pollens, verticem hominis velut arcem et regiam insedit. Eius quippe divinas vias et sapientes meatus obruit et obturbat: quod facit minore pernicie per soporem; cum potu et cibo plenos Comitialis morbi praenuncia strangulatione modice angit. Sed si usque adeo aucta est, ut etiam vigilantium capiti offundatur, tum vero repentino mentis nubilo obtorpescunt, et moribundo 487
corpore cessante animo cadunt. Eum nostri non modo Maiorem et Comitialem, verum etiam Divinum morbum, ita ut Graeci ἱερὰν νόσον, vere nuncuparunt: videlicet quod animi partem rationalem, quae longe sanctissima est, eam violet. Agnoscis, Maxime, rationem Platonis, quantum potui pro tempore, perspicue explicatam. cui ego fidem arbitratus, causam Divini morbi esse, cum illa pestis in

Casaub. Rom. et Flor. *dulcedo.* Colvius *Albedo*, quod probat Casaubonus. Elmenh. *Albedo*] Sic omnino legendum est non *dulcedo*, quidquid in contrarium dicat Gentilis. *Albedo haec* est humor ille albus, qui vitiliginem facit, cum in exteriorem partem capitis diffunditur. Florid. Si locus indiget coniectura, mihi prae Colviana placeret emendatio Vulcanii, in marg. quam expressere Scal. ac Wow. *muccedo:* ut quae propius insistit antiquae lectioni. Interim tamen ἐπέχω, et cum Elmenh. et Scriver. retineo cum MSS. Q. et Edd. vett. *dulcedo:* licet non clare perspiciam, quid hac voce voluerit auctor. cf. tamen comm. Gentil. *Albedo* dedere Casaub. Gent. Pric. Flor. *Albidus* et *subalbidus* frequenter de sanie et pure usurpat Cels. V, 26. ubi observandum tamen, quod et puris et saniei species eo minus esse perniciosas docet, quo albidiores. cf. totum cap.

Furens] Ed. Scriv. *furans.* Notetur locutio *pervasit venis omnibus*, pro *in venas omnes.* Sic Metam. L. X. p. 725. *lapsa decipulo*, pro, *in decipulum.* ubi vide.

Summum] Ed. Iunt. pr. *sumtum.* MS. D'Orv. *sompnium.*

Et regiam insedit] Bemb. *egregiam insedit.* sed nihil mutandum, ut apparet: confirmatur vero illa lectio MSti in historia Psyches. Er. Putean. vide Pric.

Sapientes meatus] Interpretor *artificiosos, solerti ac sapienti manu fabricatos*, vel, *quibus animus sapiens suis fungitur muneribus.* Florid. cf. Pric.

Obruit et obturbat] Fulvius: *obstruit et obturat.* Sciopp. *in Symb.* Elmenh. Amicus noster, rei medicae peritiss. pro *obturbat*, legendum existimabat, *obturat*, id est, obstruit. Sed germana lectio est, quae vulgata. Ita enim Plato, quem Appuleius expressit hoc loco, ἐπὶ τὰς περιόδους τε τὰς ἐν κεφαλῇ θειοτάτας οὔσας, ἐπισκεδαννύμενον, καὶ ξυνταράττον αὐτάς. Et parum interest. Nam ex obstructione illa oritur turbatio, et inde turbidum spiritum Appuleius supra dixit. Deinde non solum ait *obturbat*, sed et *obruit.* quo verbo obturatio intelligitur. Plato autem pro iis dixit, dissipare et turbare. Scip. Gent. Si mei iudicii res esset, legerem: *obstruit et obturat.* quemadmodum et Fulvio visum. Wower. Posset videri legend. *obstruit et obturat.* Has voces passim coniunctas videas. Gloss. etiam Puteani MS. *oppilat, inclaudit, obturat, obstruit.* Nullus moveto tamen vulgariam scripturam. Plato: ἐπισκεδαννύμενον καὶ ξυνταράττον. Pric. Perperam itaque Scriv. edidit *obstruit et obturat.*

Praenuncia strangul.] MS. D'Orv. *praenuntiata angul.* et mox *effundatur.*

Repentino mentis nubilo] Idem modus loquendi X. Metam. p. 190. Ed. Colv. Er. Putean. add. Ind.

ἱερὰν νόσον vere] Desunt Pith. D'Orv. Ed. Vic. In Pith. *nuncuparent.*

Rationalem] Vide quomodo illa non vertat, sed interpretetur, νόσημα δὲ ἱερᾶς ὂν φύσεως ἐνδικώτατα ἱερὸν λέγεται. Porro caussas huius appellationis alias reperies apud Hippocratem, Aristotelem, Galenum. Casaub. MS. D'Orv. *rationabilem.* non male. ut saepe apud nostrum. V. ad de D. Plat. p. 207, a. Id. MS. caret statim τῷ *est*, neque habet τὰ *Maxime rationem.*

Quantum potui] Locutionem elegantem ab aliis miror hactenus non revocatam, *quantum potuit.* Usos ea formula Caesarem, Terentium, Plautum non vacat, neque lubet ostendere. Appuleium potius secundo emendem hac eadem Apologia: *audi igitur, cui cura cognoscere est, sed animo quantum potest erecto.* hactenus libros occupat, *quantum potes.* Stewech. Forte, *quantum potuit.* de quo supra. Colv. Non necesse est. Facile intelligitur *eam explicare.* MS. D'Orv. *quantam.*

Cui ego fidem arbitr.] Fulvii Cod. *cui ego fidens, arbitratus caussam d.* recte. Wower. Verior et elegantior est vulgata scriptura. Plautus

in caput redundavit, haudquaquam videor de nihilo percontatus, an esset mulieri illi caput grave, cervix torpens, tempora pulsata, aures sonorae. Ceterum, quod dextrae auris crebriores tinnitus fatebatur, signum erat morbi penitus adacti. Nam dextera corporis validiora sunt, eoque minus spei ad sanitatem relinquunt, cum
488. et ipsa aegritudini succumbunt. Aristoteles adeo in Problematis scriptum reliquit, quibus aeque caducis a dextero morbus occipiat, eorum esse difficiliorem medelam. Longum est, si velim Theophrasti quoque sententiam de eodem morbo re-

tus Bacchid. *Postremo si pergis parum mihi fidem arbitrarier.* i. e. habere. Scip. Gent. Wower. e vett. *fidens*, importune. V. Gulielm. ad Plauti Bacchid. cap. 3. Pric. Lat. Latin. quoque malebat *fidens:* quomodo perperam edidere Elm. et Scriv.

Percontatus] D'Orv. *percontari.*

Tempora pulsata] Emenda ex V. *tempora pulsantia.* Wower. In vet. cod. legi aiunt *tempora pulsantia:* forte non male. Scip. Gent. *tempora pulsantia, aures sonorae*] Sic lego cum Flor. Vulgo: *t. pulsata, auris sonora.* Elmenh. *Tempora pulsata*] Ita optime Rom. et Casauboniana Edd. principes, illa ab ordine, haec a puritate. In Florid. ead. figura. *Leonum indignati fremores.* In Miles. *mulier fleta.* Nuperi interpolatores oggerunt *pulsantia.* Pric. De τῷ *pulsantia*, an sit in MSS. Florent. nihil monitum video in Excerpt. Lindenbrog. quare valde suspecta mihi est Elmenhorstii fides. Edidit tamen Scriv. me non sequente. Met. L. II. p. 162. dicitur *salubris vena pulsari.* et sane vena non *pulsat*, sed *pulsatur*, crebris succussionibus sanguinis; ita et *tempora.*

Auris sonora. Et ceterum] Sic vulgatum ante Elmenh. qui e MSS. Florent. dedit cum seqq. praeter Pric. *aures sonorae.* recte. Ut supra p. 483. dixerat auctor: *ecquid illi aures obtinnirent, et utra earum magis:* ita h. l. primo *aures* in universum, tum *dextram* speciatim memorat. Sed e MS. Fux. ut videtur, Salm. adlevit *aures sonorae. Ceterum.* optime. Illud *et* otiosum est, et intrusum e litera finali τοῦ *sonorae.* Similis corruptelae causa supra p. 443. *terrae alumna* ubi MSS. 3. *terra et alumna.* Nusquam sic loquitur App. *Et ceterum*, sed semper sine copula. v. ex. gr. hac Apol. p. 411, 419, 449, 460, 463, 473. 476. 484, 487, 492, 503, 508, 510, 516, 524, 528, 537, 563.

Dextrae] Scriv. ubique fere edidit *dexterae:* ut paullo post *dextera* in MSS. scribitur et Edd. praeter Vulc. et Wow.

Morbi penitus adacti] Lege, *penitus exacti*, et causam huius rei ab Appuleio disce. nam dextra, inquit, corporis validiora sunt, eoque minus spei ad sanitatem. Emendo et Arnobium etsi leviuscule lib. II. *quod si homines penitius se noscent, aut intellectum dei suspicionis exciperent aura.* libri impressi retinent, *penitus.* Eodem pertinet quod et supra in hac Apologia legendum monui, *penitis piscium ventribus insuatis.* pro vulgari *penitus pis. ven. insuatis.* de quo nos alibi pluribus. Stewech. Virg. Aen. X. *Alte vulnus adactum.* Pric. Stewechium ne audias. multo efficacius est *penitus.* MS. D'Orv. *penitus m. ad.* Pro *adacti* Groslot. malebat *adaucti.* Frustra.

Aegritudini succumbunt] MS. Pith. *aegritudinis accumbunt.* ex simili scriptura nata est corrupta lectio veterum Edd. plerarumque *aegritudini accumbunt:* quod est etiam in MS. D'Orv.

Problematis] MS. D'Orv. *Problematibus.* Ed. Vic. *Probleumatis.*

Quibus aeque caducis etc.] Leg. *quibusque cad.* i. e. quibuscunque. Eadem menda ad L. II. Flor. *in plurimis aeque*, pro, *in plurimisque.* Acidal. τὸ *aeque* quo referatur non habet. Sententia postulat, ut legatur, *quibuscunque*, vel, ut Valens Acidalius putat, *quibusque*, quod idem hic significat, et alibi in veterum scriptis, etiam ICtorum. Scip. Gent. τὸ *aeque* non habere quo referatur Gentilis inquit: inde pro *quibus aeque*, legend. *quibuscumque* putat, vel cum Acidalio *quibusque.* Ego nil temere mutem, nam et alibi id verbi reperio aut πλεονάζον, aut quodam sensu quem intellexeris quam expresseris positum. Videtur ut plurimum autem valere, *maxime, praesertim.* Miles. 6. *Crebris aeque ingestis ictibus.* 8. *Canis adaeque venaticus.* Florid. 2. *In plurimis aeque.* Ubi idem Valens legit *plurimisque.* Pric. Expressam auctoritatem MSti D'Orvill. habet coniectura Gentilis et Vulcanii in marg. quae sensum reddit planum. Iungerm. Ep. 31. inter Gudian. transpositione locum sanandum putabat, hoc modo: *scriptum aeque reliquit, quibus cad.* etc. Nil tamen innovandum putavi, sine plurium librorum consensu. Sensus est: Quando epilepsia diversos homines eadem vi corripit, tunc eorum difficilior medela, quibus morbus a dextero occipit.

Dextero] Sic MSS. et Edd. vett. Al. et Iunt. post. *dextro.* Pro *occipiat* Pith. *excipiat.*

Longum] Addit D'Orv. *η.* in quo *ex eodem*, non, *de eod.* et, *qui tamen*, pro, *quibus t.*

De

recensere. est enim etiam eius egregius liber de Caducis. Quibus tamen in alio
libro, quem de invidentibus animalibus conscripsit, remedio esse ait exuvias stel-
lionum, quas velut senium, more ceterorum serpentium, temporibus statis exuunt.
Sed nisi confestim eripias, malignone praesagio, an naturali appetentia, illico
convertuntur, et devorant. Haec idcirco commemoravi, nobilium philosopho-
rum disputata simul et libros sedulo nominavi, nec ullum ex medicis aut poëtis
volui attingere, ut isti desinant mirari, si philosophi suapte doctrina causas mor-
borum et remedia noverunt. Igitur quum ad inspiciendum mulier aegra, curationis
gratia, ad me perducta sit, atque hoc, et medici confessione qui adduxit, ad 489.
meam

De non videntibus] Lego *de invidentibus animalibus.* quis fando audivit aut legendo didicit Theophrastum scripsisse librum de non videntibus animalibus. Referebam tamen ad librum eius Περὶ τῶν Φωλευόντων ζώων. parum firma coniectura, ut postea animadverti. nam extat hodieque locus Theophrasti, quem vertit noster orator. Ita enim Excerpta illa paucula, quae hodie reliqua sunt de libro Περὶ τῶν λεγομένων ζώων Φθονεῖν, incipiunt: Ὅτι ὁ γαλεώτης, φασὶ, φθονῶν τῆς ὠφελείας τοῖς ἀνθρώποις, καταπίνει τὸ δέρμα, ὅταν ἐκδύηται. εστι γὰρ βοήθημα ἐπιλήπτῳ. Casaub. *Alio libro, de non videntibus animalibus*] Casaubonus: *Lego*, inquit, *De invidentibus animalibus. Quis fando audivit aut legendo didicit Theophrastum scripsisse librum De non videntibus animalibus?* Aliquis, immo id patet, neque id solum ex hoc loco Appuleii, sed ex Senecae testimonio quis colligat. Sic enim ille Lib. III. Natur. Quaest. cap. XVI. *Nihil enim*, inquit, *usquam inane est, et stagna obsessa tenebris et locis amplis. Animalia quoque illis innascuntur, sed tarda et informia; ut in aëre caeco pinguique concepta, et aquis torpentibus facta: pleraque ex his caeca, ut talpae, et subterranei mures, quibus deest lumen, quia supervacuum est. Inde, ut Theophrastus adfirmat, pisces quibusdam locis eruuntur.* Sed haec alio pertinere videntur, nec sequitur propterea, librum de non videntibus animalibus eum scripsisse. At librum scripsisse eum περὶ τῶν Φωλευόντων ζώων, ex Diogene manifestum est. Sed verissima est amici nostri emendatio: scripsit enim Theophrastus librum περὶ τῶν λεγομένων ζώων Φθονεῖν, id est, de invidentibus animalibus. ex quo superest hoc fragmentum, quod legi etiam in Bibliotheca Photii pag. 862. Ὅτι ὁ γαλεώτης, φασὶ, φθονῶν τε ὠφελείας τοῖς ἀνθρώποις καταπίνει τὸ δέρμα, ὅταν ἐκδύηται. ἔστι γὰρ βοήθημα ἐπιλήπτῳ. An hoc est, quod Appuleius hic appellat, *malignum praesidium?* omnino. Sensus enim est, praesagire stellionem et praescire, eas exuvias usui hominibus futuras ad epilepsiae morbum propulsandum: eoque maligne eas devorare, ne prosint. A qua malitia Iurisconsulti nostri stellionatus crimen dixere. Ulpianus: *Stellionatum obiici posse his, qui dolo aliquid fecerunt, sciendum est, scilicet, si aliud crimen non sit, quod enim in privatis iudiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio. Ubicunque igitur titulus criminis deficit, illic stellionatus obiiciemus.* Serpens est sive lacertus in morem stellarum distinctus, unde nomen. Scip. Gent. Recte Casaub. *De invidentibus an.* περὶ τῶν λεγομένων ζώων Φθονεῖν. Pric. Genuinam lectionem *invidentibus* servavit MS. D'Orvill. *Non videntibus* videtur esse glossa lectoris, qui quid esset *invidia animalium*, non intelligeret, adeoque quorumdam caecitatem intelligi putaret.

More ceterorum serp.] Stellionem inter serpentes numerat. Plinius separat: *Theophrastus* (ait) *auctor est, anguis modo, et stelliones senectutem exuere.* Et melius sane alii inter lacertos ponunt: etsi Aristoteles ab utroque genere distinguit, ut in octavo Historiarum. Φωλεῖ τὰ πολλὰ τῶν ἐναίμων οἷον· τά τε φολιδωτὰ, ὄφεις τε καὶ σαῦραι, καὶ ἀσκαλαβῶται. Casaub.

Temporibus statutis] Locus iste ex iis est, in quibus restituendum putavi, *statis temporibus.* Stewech. *temporibus statis — converruntur*] Ita Fulvius, qui et mox legit: *ac mea ratiocinatione recte factum esse.* Sciopp. *in Symb.* Idem vet. *statis.* Wower. Fulvii MS. *statis*, sed non sequendus. non quod non proba locutio haec, sed quod illa non improba. Tertull. adv. Iudaeos cap. 2. *Certis et statutis temporibus.* Miles. 7. Noster: *Statuta cibaria.* Pric. Stewechio et Fulvio adsensum praebuit Scriv. Recte. V. Ind.

Eripias] Alii *eripiebatur.* Elmenh. Bas. pr. *eripiat.* unde *eripias* correxit Lat. Latin. quomodo bene legitur in reliquis libris. *Nisi* non est in D'Orv. neque *appetentia.*

Convertuntur] Alii *converruntur.* Elmenh. Fulvius nempe, monente Scioppio supra.

Suapte natura] Caret hisce D'Orv.

Et remedia] Bas. pr. et Rom. *ut rem.* Colv. Pro *inspiciendum* D'Orv. *spiciendum*, et paullo infra, *hec* pro *hoc.*

meam ratiocinationem recte factum esse conveniat: aut constituant, Magi et malefici hominis esse, morbis mederi; aut, si hoc dicere non audent, fateantur, se in puero et muliere caducis vanas et prorsus caducas calumnias intendisse. Immo enim, si verum velis, Aemiliane, tu potius caducus, qui iam tot calumniis cecidisti. Neque enim gravius est corpore, quam corde, collabi: pede potius, quam mente, corruere: in cubiculo despui, quam in isto splendidissimo coetu detestari. At tu fortasse te putas sanum, quod non domi contineris, sed insaniam tuam, quoquo te duxerit, sequeris. Atqui si contenderis furorem tuum cum Thalli furore, invenies, non permultum interesse: nisi quod Thallus sibi, tu etiam aliis furis. Ceterum Thallus oculos torquet, tu veritatem: Thallus manus contrahit, tu patronos: Thallus pavimentis illiditur, tu tribunalibus. Postremo ille, quidquid agit, in aegritudine facit, ignorans peccat: at tu miser, prudens et sciens delinquis. Tanta vis morbi te instigat! falsum pro vero insimulas, infectum pro facto criminaris: quem innocentem liquido scis, tamen accusas ut nocentem. Quin etiam, quod praeterii, sunt, quae fa-
490. tearis nescire: et eadem rursus, quasi scias, criminaris. Ais enim, me habuisse quaedam sudariolo involuta apud Lares Pontiani. Ea involuta quae et cuiusmodi fuerint, nescisse te confiteris: neque praeterea quemquam esse, qui viderit. tamen illa contendis instrumenta Magiae fuisse. Nemo tibi blandiatur, Aemiliane. Non est in accusando versutia, ac ne impudentia quidem, ne tu arbitreris. Quid igitur? furor infelix acerbi animi, et misera insania crudae senectutis. His enim pae-

Ad meam ratiocinationem recte factum] Vera emendatio Ful. *ac mea ratiocinatione recte f.* Wower. Non male Fulv. nec opus tamen. *Ad meam ratiocin.* i. e. iuxta, secundum, convenienter ad meam ratiocinationem, paullo ante adhibitam, philosophos suapte doctrina causas morborum et remedia nosse. Pro *recte* Pith. *rectam*, et infra *vana*, pro, *vanas*.

Si verum velis Aem.] Ita lego cum Memb. Flor. In vulgatis est: *imo enim si audire verum velis Aem.* Elmenh. Nec in Edd. Iunt. post. et Bas. pr nec in MSS. Pith. D'Orv. comparet *audire*. quare eieci. v. supra ad p. 421. In Pith. deest quoque *si*.

Neque enim] D'Orv. *nec en.*

Isto] Pith. *ipso*. *Iste*, δεικτικῶς adhibitum, Appuleianum est. v. Ind.

Si contenderis] Debeo hanc lectionem Edit. Iunt. post. In reliquis *si contendere vis*. *Si* non est in Pith. D'Orv.

Tu etiam] Ed. Bas. pr. *vi etiam*. Pro *aliis furis* MS. Pith. *alii satis*. *Alii* quoque Ed. Vic.

Ceterum] Lat. Latin. rescribendum monet *Etenim* vel *Iterum*. Causam non video.

Illiditur] Sic Rom. Ven. Alii *illuditur*. Colv.

Sunt quae fatearis] Malim *fateris*. Pric.

Eadem] Non habet D'Orv. in quo *rursum*.

Ais enim me] Id. Cod. *Is enim non*.

Sudariola involuta] Scribe, *sudariolo t.* Infra: *Habuit Appuleius quaepiam sudariolo involuta*. Pric. Adlevit e Fux. Cod, etiam Salm. imo editum iam in Ed. Iunt. post. et miror neminem obsecutum esse; nam nihil verius est. Sequentia id satis declarant.

Ea involuta quae et] D'Orv. *ea inv. qui.*

Non est in acc. tua ista vers.] Fulvius. Sciopp. *in Symb.* Reposui ex antiquo: *Non est tua ista in acc. vers.* Wower. Augent nonnulli Codd. hoc modo *Non est ista tua i. a. v.* Pric. *Tua ista* non sunt in Edd. ante Wower. qui ea addidit cum Elm. Scriv. seqq. Ego rursus eieci, quia in ceteris MSS. non comparent, et ambiguum est, sitne Codicis Fulviani lectio, an ipsius Fulvii coniectura.

Impudentia] Quid sibi velit haec *impudentia*, qui intelligunt, exponant. Scripserim *imprudentia*. ut et Miles. 2. ubi legitur vulgo: *Impudentiae suae labem*. Pric. Quam tibi exprobrari, ut assuetus es, ita non admodum graviter ferres, quinimo fortasse gloriareris; adeo fronte perfricta es: sed est furor ac mera rabies, cuius te accusari iniquiori animo toleras. Hic, ut puto, sensus huius loci est, nec τὸ *impudentiae* in τὸ *imprudentiae* mutatum velim, quidquid dicat Pricaeus. Florid.

Crudae senectutis] Etiam heic haereo: nam cur

paene verbis cum tam gravi et perspicaci iudice egisti: Habuit Appuleius quaepiam linteolo involuta apud Lares Pontiani. haec quoniam ignoro quae fuerint, idcirco Magica fuisse contendo. crede igitur mihi quod dico, quia id dico, quod nescio. O pulchra argumenta, et aperte crimen revincentia! Hoc fuit, quoniam quid fuerit ignoro. Solus repertus es, Aemiliane, qui scias etiam illa, quae nescis. Tantum super omnes stultitia evectus es: quippe qui sollertissimi et acerrimi philosophorum, ne iis quidem confidendum esse aiunt, quae videmus. At tu de illis quoque affirmas, quae neque conspexisti unquam, neque audisti. Pontianus si viveret, atque eum interrogares, quae fuerint in illo involucro, nescire 49
se responderet. Libertus etiam ille, qui claves eius loci in hodiernum habet, et a vobis stat, nunquam se ait inspexisse: quamquam ipse aperiret (utpote promus librorum, qui illic erant conditi) paene quotidie et clauderet; saepe nobi cum, multo saepius solus intraret, linteum in mensa positum cerneret, sine ullo sigillo, sine vinculo. Quidni enim? Magicae res in eo occultabantur, eo negligentius adservabam. Sed enim libere scrutandum et inspiciendum, si liberet,

cur *crudum senem* hoc loci appellet, quem infra *Capularem* vocat? *hominem aevi emortui*, et alibi, *praecipitis aevi*, *et occiduae senectutis*? Pric. Hunc non satis me expedio. Insaniae enim seu delirium, decrepitae potius, quam crudae senectutis est: nisi, quod unum occurrit, dicere velimus, *crudam senectutem* hic intelligendam, non *viridem*, qualem Charonti tribuit Virg. sed quae in corpore caduco animum habeat crudum adhuc, et immaturum. FLORID. Ut Gr. ὠμὸς, sic Lat. *crudus*, non semel de homine crudeli et inhumano usurpatur. Hic tamen *crudam senectutem* intelligo, senectutem, quae ante tempus Aemiliano obvenerat: quemadmodum immaturitas, i. e. crudiTas, omnibus rebus tribuitur, quae ante tempus fiunt.

LINTEOLO] Ita h. l. Edd. recentiores cum Iunt. post. addicentibus membranis Florent.

QUONIAM] D'Orv. *quod*.

ETIAM ILLA] Desunt in cod. MS. qui mox *tamen* pro *tantum*.

SUPER OMNEIS STULTITIAE VECTUS ES QUIPPE QUI] Clara, ut mihi quidem fert animo, emendatio: *super omneis stultitia evectus es: quippini sol.* etc. STEWECH. Distraximus literas quae in diphthongum male coaluerant: legebatur enim *stultitiae vectus es.* sic in libello de Interpretatione male in quibusdam libris *maxima minimis efficere*, pro, *maxima e min.* CASAUB. MSS. Pith. D'Orv. *stultitie vectus.* Edd. ante Casaub. *stultitiae vectus.*

QUIPPE QUI SOL. ET AC. PH. FUERUNT] τὸ *fuerunt* hoc loco abest in vet. edit. Unde scribi possit, *quippini*, *sollertissimi et ac.* etc. COLV. *Fuerunt* ignorant MS. D'Orv. Edd. Iunt. post. Bas. aliae, et vacat. *Quippini* saepius corruptum esse in Appuleio, supra aliquoties monitum: h. tamen l. non puto. Facile intelligitur *fuerunt*. Pro *ne iis* Pith. *ne his*.

NEQUE CONSP. UNQUAM] D'Orv. *nec c. u.* Ultima voce caret Pith. Statim D'Orv. *lib. et ille q. cl. eius l.*

ET A VOBIS STAT] *Pro illo stare* Terent. Phor. BRANT. D'Orv. *a nobis stat.* et cum Pith. statim *utpote promus*.

QUAMQUAM IPSE APERIRET] Perturbatae prius et perversae sententiae attulimus interpunctionis rectae remedium. CASAUB.

LINTEUM] Observa *linteum* in Bibliotheca, et vide de libris linteis Casaub. ad Vopisci Aurelian. c. 1. et Salm. ibid. c. 8.

SIGILLO] Pith. *signo.* Pro *quidni* id. *quidem.* D'Orv. *quidne.*

EO NEGLIGENTIUS ADSERVABAM. SED ENIM] Ironia usus ridet orator stultitiam suspicandi, magicum quid reconditum fuisse in linteolo, quod negligenter adservabatur. Est autem vis in *occultabantur*: absurdum enim foret *negligentius adservare*, quod *occultare* quis vellet. Quare non facio cum Gudio ad Phaedr. I, 25. emendante *eone diligentius adservabam?* licet probet id Drakenb. in marg. Sed vidisse videntur VV. DD. disiunctivam particulam *sed enim*, quae idem valet ac simplex *sed* (vid. Ind.) minime h. l. convenire, si legatur *eo negligentius*. Propterea autem locum coniectura sanandum putavi hoc modo: *eo negligentius adservabam scilicet. Enim* etc. Sexcenties confusa esse in MSS. *scilicet* et *sed* seu *set*, saepius monitum. V. Oudend. ad Met. L. III. p. 227, a. et Ind. item Gruner. ad Aurel. Vict. O. G. R. 4, 6. cit. ab Arntzeo. ad Eumen. Grat. Act. c. 6. Quo facilius autem h. l. id fieri potuerit, fecit τὸ *enim* initio periodi, quod saepius in nostro offendit li-

ret, etiam auferendum, temere exponebam, alienae custodiae commendabam, alieno arbitrio permittebam. Quid igitur inpraesentiarum vis tibi credi? quodne Pontianus nescierit, qui individuo contubernio mecum vixit, id te scire, quem nunquam viderim, nisi pro tribunali? an quod libertus assiduus, cui omnis facultas inspiciendi fuit, quod is libertus non viderit, te, qui nunquam eo accesseris, vidisse? denique ut, quod non vidisti, id tale fuerit, quale dicis? Atqui stulte, si hodie illud sudariolum tu intercepisses, quidquid ex eo promeres, ego Magicum negarem. Tibi adeo permitto, finge quidvis, reminiscere, excogita, quod possit Magicum videri: tamen de eo tecum decertarem. aut ego subiectum dicerem, aut remedio acceptum, aut sacro traditum, aut somnio imperatum.
492. Mille alia sunt, quibus possem more communi et vulgatissima observationum consuetudine vere refutare. Nunc id postulas, ut, quod deprehensum et detentum, tamen nihil me apud bonum iudicem laederet, id inani suspicione incertum et incognitum condemnet. Haud sciam, an rursus, ut soles, dicas: Quid ergo illud fuit, quod linteo tectum apud Lares potissimum deposuisti? Itane est, Aemi-

librarios. V. Ind. Elegantem vim τοῦ *scilicet* in ironia, ubivis notatam videas. Ferri tamen potest *seu enim*.

PERMITTEBAM] Edd. Flor. Altenb. Bip. negligenter *committebam*.

QUOD NE PONT. QUIDEM SCIERIT] Flor. *quod Pont. nescierit*. ELMENH. imo, *quodne Pont. nescierit* legitur in Florent. teste Lindenbrog. in Exc. quomodo exstat etiam in MSS. Pith. D'Orv. et emendavit in marg. Salm. atque editum in Edd. Iunt. post. Bas, pr. Rectissime. non, ut vulgo: *quod ne Pont. quidem sciret. Ne* interrogandi particula est, quam perperam eiecit Scriv. edens tamen *nescierit*, et retinens *quidem*, contra MSS. Flor. N. 15. quodne *iam ipsi hereditatem avebant*, an *quod* etc. supra p. 452. quodne *piscatores mihi piscem quaesierunt* — an — *quod* etc.

INDIVIDUO CONTUB.] Scriv. et Flor. sine necessitate addunt *in*, eiectum rursus ab Edd. Altenb. et Bip.

LIBERTUS ASSIDUUS] Forte *lib. Assiduus*. ut proprium nomen hoc sit liberti: vel, *An quod libertus, assiduo cui* etc. COLV. *Assiduus* dicitur, qui perpetuo in aliquo loco versatur. V. Ern. in Clav. Ciceron.

QUOD IS LIBERTUS] Delenda haec esse monuit Lat. Latin. contra nostri stilum; nisi omnia illa, *cui omnis* etc. — *quod is libertus*, delenda sint, utpote orta ex interpretatione τοῦ *assiduus*: quod minime affirmo tamen. Pro *viderit* Pith. *fuerit*.

PERMITTO] Ed. Vic. *permitte*.

REMINISCERE] *Comminiscere* legendum fuerit. COLV. Iuvo Plauti loco Asin. A. I. Sc. 1. *Fabricare quidvis, quidvis comminiscere, perficito* etc. Ipse Lucius noster L. IV. *Tale consilium comminiscimur*. BRANT. Colvius, *comminiscere*: iuvat ex Plauto Brantius, *Fabricare quidvis, quidvis comminiscere*. at ista nimis violenta emendatio est; dulcius et lenius, si quid moves, *eminiscere* scribas. Gloss. Isid. *Ementum, excogitatio*. Cave quid mutes tamen. eandem infra loquutionem habes: *Fingite aliquid, reminiscimini quid responderetis*. [p. 563. Ed. Flor.] PRIC. Lat. Latin. quoque malebat *comminisci*. Sed et Nep. in Alcib. c. 2. *Ut si ipse se* (sic leg.) *fingere vellet, neque plura bona* reminisci, *neque maiora posset consequi*.

SOMNIO] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *somno*. VIC. *imparatum*.

POSSEM MORE COMMUNI] D'Orv. *more poss. communiri*.

QUOD DEPREHENSUM ET DETECTUM] Fulvius. Idem proxime: *quid in sudario habuisti? num tu me accusatum, ac interrogatum venisti?* SCIOPP. *in Symb*. Manifeste verum *et detectum*. WOWER. Fulvius legit *detectum*. ELMENH. Sunt qui *detectum* legunt, nec inepte: nam easdem has voces coniunxit D. Cyprianus. *Deprehenderis* (inquit) *virgo, detegeris*. Docti vulgatum retinent, sed non explicant. Ego Africanam quampiam subinnui notionem puto. Idem Cyprianus in de hab. Virg. *Peior adultera detineris*. Tertullian. Apolog. *Nomen detinetur*. Marcian. Capella de nuptiis etc. Lib. 4. *Nihil deesse cerneres nihil superfluum detineres*. PRIC. *Detectum* arripuit Scriv. cum Florido, bene, si MSS. addicerent: opponitur enim e seqq. *incognitum*. In vulgato acquiescendum putavi, quod significatione parum differt a τῷ *deprehensum*, pro quo MSS. D'Orv. et Pith. *repreh.* D'Orv. insuper *qui* non *quod*.

NIHIL ME] Edd. Vic. Ven. *nihil ad me*.

CONDEMNET. HAUD] Pith. *condemnaret*. D'Orv. *aut*. Mox pro *dicas* Pith. *dices*.

AP. LARES POTISSIMUM] Oscitantiam Interpre-

tum!

miliane? sic accusas, ut omnia a reo percontere, nihil ipse afferas cognitum. Quam ob rem pisces quaeris? cur aegram mulierem inspexisti? quid in sudario habuisti? Utrum tu accusatum, an interrogatum venisti? Si accusatum, tute argue, quae dicis: si interrogatum, noli praeiudicare, quid fuerit, quod ideo te necesse est interrogare, quia nescis. Ceterum hoc quidem pacto omnes homines rei constituentur, si ei, qui nomen cuiuspiam detulerit, nulla necessitas sit probandi, omnis contra facultas percontandi. Quippe omnibus, sicut forte negotium Magiae facessitur, quidquid omnino egerint, obiicietur. Votum in alicuius statuae femore adsignasti; igitur Magus es: aut cur signasti? Tacitas preces in templo

tum! Et quid facilius quam vel ex iis quae supra proxime, *Habuit Aemilianus quaedam linteolo involuta apud Lares Pontiani*, etiam hic loco reposuisse germanam lectionem? At ita fieri amat: plane qui (ut Criticissantium nonnulli) in scirpo nodum quaerunt, ii ubi usus acuminis venit, minus aequo vident. PRIC. Bene ex superioribus restituas *apud Lares Pontiani*. FLORID. Mihi id non placet: licet pag. seq. rursus, *in Bibliotheca Pontiani*; et paulo post: *Laribus Pontiani*. Sed in τῷ *potissimum* vis suspicionis est: quod non alibi, sed in sacratissima aedium parte deposuit; quod eum locum prae ceteris (i. e. *potissimum*) elegit, in quo deponeret.

ITANE] D'Orv. *ita*.

PERCONTERE] Pith. D'Orv. *percontare*.

CUR AEGRAM] D'Orv. *cuius gratia*.

HABUISTI INSUTUM? ACC.] Supra tantum dixerat App. *linteo involutum*, *linteo tectum* fuisse. Ed. Bas. sec. *insitum*. MS. Pith. *h. ut sũpta*. D'Orv. *h. ut sum tu*: unde una littera mutata emendandum cum Salm. in marg. qui id in MS. Fux. videtur legisse, *habuisti? Utrum tu acc.* In MS. Fulv. quoque corruptum fuit *insutum*, unde fluxit Fulvii coniectura *num tu*.

TUTE ARGUE QUAE D.] L. *qui accusare C. de edendo*. sacrorum plerique initia in Graecia participant. BRANT. D'Orv. *tune*. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *tu*.

FUERIT] Edd. Vulc. sec. tert. Wow. *fuerunt*.

DETULERIT] D'Orv. *detulit*.

SICUT FORTE NEG. MAG. FACESSITUR] Non satis hanc lectionem concoquo. Puto melius, *ut cuique f. n. magiae facessetur*, vel, *simul cui f.* CASAUB. Non satis se concoquere hanc lectionem, ait doctissimus Casaubonus, itaque rescribit, *ut cui* [imo *cuique*] *forte negocium* etc. vel *simul cui*. Melissus noster eruditissimus nulla fere mutatione, *si cui forte*, verissime legebat, ut admonitus sum a Gothofredo Iungermanno. Sed maior quaedam in hoc loco videtur haerere menda, et vox Magiae non satis congruere, aut suo loco habitare. Omnino legendum sic puto: *Quippe omnibus, si cui forte negocium facessitur, quicquid omnino egerint, Magia obiicitur*: quod diserte probant verba sequentia: *Votum in alicuius statuae femore, adsignasti: igitur Magus es: aut cur signasti? Tacitas preces in templo Diis allegasti; igitur Magus es*, etc. SCIP. GENT. in App. *Si cui forte neg.* Fulvius. SCIOPP. in Symb. Facile apparet scribendum, *si cui forte n. g.* WOWER. Argute nimis Gentilis: vivida enim et perspicua est sententia, ut vulgo editur. PRIC. Casauboni emendatio *ut cuique* expressa est in Edd. Vulc. sec. tert. Propius ad MSS. accedit coniectura Vulc. et Groslot. in marg. et Lat. Latinii, quam amplexi sunt Gent. Wow. et seqq. Accedit sane lectioni illi aliquid adiumenti ex eo, quod in MS. D'Orv. reperitur *egerit*, pro, *egerint*. Wyttenbachius V. Cel. margini sui exemplaris adscripserat *si quid f. neg.* etc. Antiquam lectionem ego revocavi; hoc sensu: sicut solet sane Magiae accusatio forte, i. e. temere, intendi. *Magiae calumniam facile infamari* supra p. 401. dixit App. *Forte* pro temere, aliquoties ponitur, unde *forte* et *temere* saepius iunguntur. v. Gronov. ad Liv. X. 43.

FACESSITUR] Gent. Wow. et seqq. *facessetur* contra MSS. In D'Orv. *fatescitur*.

IN ALICUIUS STATUAE FEMORE] *Votum in alicuius statuae femore adsignasti.* Vota sua veteres et preces tabella conceptas conscriptasque et cera obsignatas Deorum genibus adfigebant: quod vocabant, Votum, seu preces, seu orationem signare, adsignare. Plinius ad Traianum: *Solemnia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur et suscepimus, domine, pariter, et solvimus: precati Deos, ut velint ea semper solvi, semperque signari.* Tertullianus de Oratione: *Quod, adsignata oratione, adfigendi mos est quibusdam.* Ex hoc ritu intelligendus Iuvenalis: *Propter quae fas est genua incerare Deorum.* Et Prudentius Lib. I. contra Symmach. — *Saxa illita ceris Viderat, unguentoque Lares humescere nigros.* COLV. Totam votorum historiam tu explicasti docte, Rutgersi virorum optime, in politissimis tuis variis lectionibus L. V. c. 5. quibus verbum non amplius addo. ELMENH. cf. Arntzen. ad Mamert. Genethl. c. 6. MS. D'Orv. *statu f. signasti*.

493. plo Deis allegasti; igitur Magus es: aut quid optasti? Contra, nihil in templo precatus es; igitur Magus es: aut cur Deos non rogasti? Similiter si posueris donum aliquod, si sacrificaveris, si verbenam sumseris. Dies me deficiet, si omnia velim persequi, quorum rationem similiter calumniator flagitabit. praesertim quod conditum cunque, quod obsignatum, quod inclusum domi adservatur, id omne eodem argumento Magicum dicetur, aut e cella promtuaria in forum atque in iudicium proferetur. Haec quanta sint, et cuiuscemodi, Maxime, quantusque campus calumniis hoc Aemiliani tramite aperiatur, quantique sudores innocentibus hoc uno sudariolo afferantur, possum equidem pluribus disputare: sed faciam, quod institui; etiam quod non necesse est, confitebor; et interrogatus ab Aemiliano respondebo. Interrogas, Aemiliane, quid in sudario habuerim. At ego, quamquam omnino positum ullum sudarium meum in bibliotheca Pontiani
494. possim negare; ac maxime fuisse, concedam: quum habeam dicere, nihil in eo involutum fuisse. Quae si dicam, neque testimonio aliquo, neque argumento revincar. Nemo est enim, qui attigerit: unus libertus, ut ais, qui viderit. tamen, inquam, per me licet fuerit refertissimum. sic enim, si vis, arbitrare, ut olim Ulixi socii thesaurum reperisse arbitrati sunt, cum utrem ventosissimum manticularentur. Vin' dicam, cuiusmodi illas res in sudario obvolutas, Laribus Pontiani

CUR SIGNASTI] Sic MSS. Florent. D'Orv. cum Edd. ante Elmenh. qui, per incuriam fortasse, et hic dedit *adsignasti:* quod tamen deinceps in Edd. remansit.

TACITAS PRECES] Vide, quos citant Pric. ad h. l. et Berneggerus ad Plin. Paneg. c. 67. §. 6.

VERBENAM SUMSERIS] Ad ornandam aram et perspergendam. Rursus idem apud Plautum, Mercatore: *Aliquid cedo, Qui hanc vicini nostri aram augeam Syra.* Sy. *Do sane hanc virgam lauri.* COLV. Vide Serv. et la Cerd. ad Virg. Ecl. VIII. vs. 65. Donat. ad Terent. Andr. IV. 5. 11.

CUNQUE] Iungermannus malebat *cuique.*

ADSERVATUR] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *observatur.* MS. Pith. quoque *observatum.* Pro *promtuaria* id. MS. *tromptuaria.*

CUIUSCEMODI] Rom. *cuiuscemodi*, quod reposuerim. COLV. Accedunt Editioni Romanae, Iunt. post. et MSS. Pith. D'Orv. Bert. v. Ind.

AEMILIANI] MS. Pith. *Aemiliane.*

POSSUM] Sic MSS. Florent. D'Orv. cum Edd. plerisque, etiam Altenb. et Pip. At MS. Pith. cum Cas. Gent. Wow. Pric. Flor. *possem.*

ETIAM QUOD] Rom. *et quod.* Ven. Ald. Bas. I. *extra quod.* COLV. *et quod* v. c. SCIOPP. in *Symb.* MSto Fulv. accedit Pith. In Ed. Iunt. pr. quoque *extra.* Mox *non* abest D'Orv.

AT EGO] D'Orv. *ac ego.*

TAMEN MAXIME FUISSE C.] Non male scripseris *maxime f.* et sane non aliter edi debuit. Idem est ac quod statim subiicit, *per me licet fuerit refertissimum.* CASAUB. Ante Casaubon. ut proprium nomen legebatur *Maxime.* Sed insuper *tamen* mutandum in *ac*, intendendi particulam quae nota eius vis. Fecit id iam Elm. e MSS Florent. succinentibus MSS. Pith. et D'Orv. cum Scriver. E Cod. Fux. Salm. adscripsit *at*; et in Iunt. post. editum *attamen*; in aliis Edd. *tamen* non h. l. ponitur sed post *concedam.* Imo eiiciatur, intrusum post *quamquam* a mala manu, quod saepius factum in nostro auctore aliquoties monuit Oudend. v. Ind. Insititium illud *tamen* in MSS. D'Orv. Pith. locum occupavit sequentis *cum:* quod certo est indicio, aliunde esse invectum.

DICERE] Non est in D'Orv. a m. pr.

REVINCAR] Vitiose Ed. Flor. *revincat.*

NEMO EST ENIM QUI ATTIG.] Hoc ordine D'Orv. Vulgo: *Nemo en. q. attig. est.* Ed. Vic. *attingeris.* Statim D'Orv. *ut is.*

REFERTISSIMUM] Supra iam dixerat auctor, se concedere velle, sudariolum in bibliotheca positum, ibique adeo repertum fuisse. Nunc dicere debebat, se concedere etiam velle, quaedam in eo involuta fuisse. Evincunt id seqq. *ut olim Ulixi socii* etc. Hinc praeclare Wyttenbach. V. Cel. suo exemplari adscripsit, *refertissimum.* Quam summi viri emendationem adoptavi, propter evidentiam.

ULIXI] Sic Edd. vett. cum MSS. Recte. v. ad Met. L. I. p. 46. MS. D'Orv. *Ulili.*

VENTOSISSIMUM] Pith. *ventosissimam.* et statim: *illa res — obvolutis — in Graeciam.*

MANTICULARENTUR] Festus: *Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro saeculo fuit. Unde Manticulari dicebantur, qui*

tiani commendarim? Mos tibi geretur. Sacrorum pleraque initia in Graecia participavi. Eorum quaedam signa et monumenta tradita mihi a sacerdotibus sedulo conservo. Nihil insolitum, nihil incognitum dico: vel unius Liberi patris symmystae, qui adestis, scitis, quid domi conditum celetis, et absque omnibus profanis tacite veneremini. At ego, ut dixi, multiiuga sacra, et plurimos ritus, et varias caerimonias, studio veri et officio erga Deos didici. Nec hoc ad tempus compono: sed abhinc ferme triennium est, quum primis diebus, quibus Oeam veneram, publice disserens de Aesculapii maiestate, eadem ista prae me tuli, et, quot sacra nossem, percensui. Ea disputatio celebratissima est; vulgo legi- 495.
tur; in omnium manibus versatur; non tam facundia mea, quam mentione Aesculapii religiosis Oeensibus commendata. Dicite aliqui, si qui forte meminit, huius loci principium. Audisne, Maxime, multos suggerentes? immo ecce etiam liber offertur. recitari ipsa haec iubebo: quoniam ostendis humanissimo vultu, au-

qui furandi gratia manticulas attrectabant. Subiecit deinde exempla ex Pacuvio, quibus docet, Manticulari pro dolose, captiose agere, furari positum fuisse. Adsentior iis, quidquid contra sentiat Lambinus, qui legunt Plauti Captivis: *Nam Hercle nisi manticulatus probe ero, fusti plectito.* Hinc Manticularius, proculdubio etiam is, qui aliena libentius contrectat, quam sua, apud Tertullianum Apologetico: *Quis illic Sicarius, quis manticularius, quis sacrilegus, aut corruptor, aut lavantium praedo.* COLV.

SACRORUM PLERAQUE] Docte Casaubonus ad Athenaeum L. VI. c. 15. ELMENH.

SIGNA ET MONUMENTA] *σύνθημα* vocat Clemens Alexandrinus. *Signum.* Arnob. 5. ad gen. quo sacrati et symmistae inter se noscebant. Facit huc insignis locus Minucii Felicis, cui cum a gentibus esset obiectum, *occultis se notis et insignibus noscunt*, respondet, *Sic nos denique non notaculo corporis, ut putatis, sed innocentiae ac modestiae signo facile dignoscimus.* BRANT. Add. Bimard. ante Murator. p. 68. ubi inter alia: *Muta symbola fuere quaedam signa sive crepundia, quae a sacerdotibus accepta mystae sedulo asservabant, cavebantque ne quis ea profanus videret, quale fuisse laminam Pinellianam* (de qua ibi agit) *existimo. De his Appuleius magiae insimulatus, quod reconditum quid inter res suas occultaret.*

SYMMYSTAE] Gloss. Συμμύστης, *Consacraneus.* PRIC. MSS. D'Orv. Pith *mistae.* Infra p. 497. *Si qui forte adest eorundem sacrorum mihi particeps.*

CELETIS ET] Ed. Vic. *Coelestis et.* MS. D'Orv. *cel. ut.*

ET VARIAS] Sic MSS. Pith. D'Orv. cum Ed. Iunt. post. In reliquis deest male *et.*

STUDIO VERI] MS. D'Orv. *studuerim.*

OEAM] *Oeam* et *Oeae* perpetuo scripsimus: non ut in vulgatis *Oeeam*, *Oeeae*, corrupte. CASAUB. Ita ubique Fulv. Cod. WOWER. Pro *veneram* MSS. Pith. D'Orv. Edd. Vulc. sec. tert. *venerem.* Forte, *venirem.*

QUOT SACRA NOSSEM] Reiecimus, quod in omnibus libris invenimus, *quod:* nam alterum sensus postulat, et similes alii loci, *tot mysteriis deum conscium*, et, *tot mysteriorum enumerationes.* CASAUB. Leg. *quot*, ut respondeat illi, quod a paucis paginis est, *tot initiorum enumerationes.* ACIDAL. Amplexi sunt seqq. recte: quia in reliquis MSS. et Edd. vett. est *quod:* alias praestaret *quae*, quod est in MS. D'Orv. et in marg. coniecit Groslot. Ed. Bip. revocavit antiquam lectionem.

OMNIUM MANIBUS] Hanc formularem pene locutionem, suspectam h. l. reddit MSS. Pith. D'Orv. et Ed. Iunt. post. scriptura *omnibus manibus.*

FACUNDIA MEA QUAM] Incuriose Ed. Flor. *fac. illa q.* τὸ *quam* delet MS. D'Orv.

RELIGIOSIS OEENSIBUS COMM.] Fuit Oeae Aesculapii nobile templum: isque deus quasi patronus eius oppidi et tutela habitus: propterea oratio quae magna ex parte esset de religione et cultu illius numinis, non potuit non esse Oeensibus gratissima. Lego autem, *mentione Aesculapii religionis Oeensibus commendata.* CASAUB. Casaub. *Religionis.* quod non probo. PRIC. Nec ego: licet adleverit etiam Salm.

ALIQUI, SI QUIS] Rom. Bas. 1. *aliquis.* Vide ad Lib. I. Miles. COLV. MSS. Pith. D'Orv. Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *aliquis, si qui.* Forsan recte. Sed *aliqui* pro *aliquis* non semel apud nostrum legitur. v. Ind. De τῷ *si qui* vid. ibid.

ECCE ETIAM] Inverso ordine MS. Pith. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr.

IPSA HAEC IUBEBO] MS. D'Orv. *ipsa hic iubebo.* DEEST

auditione te iſta non gravari. (*Deeſt locus ex oratione Appuleii Oeae habita.*) Etiamne cuiquam mirum videri poteſt, cui ſit ulla memoria religionis, hominem tot myſteriis Deûm conſcium, quaedam ſacrorum crepundia domi adſervare: atque ea lineo texto involvere, quod puriſſimum eſt rebus divinis velamentum?
496. Quippe lana, ſegniſſimi corporis excrementum, pecori detracta, iam inde Orphei et Pythagorae ſcitis, profanus veſtitus eſt. Sed enim mundiſſima lini ſeges, inter optimas fruges terra exorta, non modo inductui et amictui ſanctiſſimis Aegyptiorum ſacerdotibus, ſed opertui quoque rebus ſacris uſurpatur. Atque ego ſcio, nonnullos, et cum primis Aemilianum iſtum, facetiae ſibi habere, res divinas deridere. Nam, ut audio partim Oeënſium, qui iſtum novere, nulli Deo ad hoc aevi ſupplicavit, nullum templum frequentavit: ſi fanum aliquod praeter-

DEEST LOCUS EX ORAT. etc.] Primus addidit haec Caſaub. In MSS. non comparent.

ULLA MEM.] D'Orv. *illa mem.*

TOT MYSTERIIS CONSCIUM] Nove dictum pro, *tot myſteriorum*, niſi ſcribendum, *tot myſterium.* CASAUB. Avienus tamen Perieg. *Qua ſurgenti terrae pars conſcia Phoebo eſt.* et Tibullus: *Le vis occultis conſcia ciſta ſacris.* Author carminis de Phaenice: *Et ſola arcanis conſcia Phoebe tuis.* PRIC. A Caſauboni coniectura locum vindicat etiam Heinſ. ad Ovid. Met. VI. vs. 586. quem ibi vide, et Burman.

CREPUNDIA] MS. D'Orv. *trepudia.*

LINEO TEXTO] *Lintea texta* apud Symmach. lego IV. 34. PRIC. Sequitur *lini ſeges.* De variatione τῶν *lineus* et *linteus* v. ad Met. II. p. 104, b. Supra tamen p. 491 et 492. *linteum*, ſubſtantive. MS. Pith. *eo lineo t.* D'Orv. *ea ligneo t.*

PYTHAGORAE SCITIS] Aut valde noſter errat, aut Diog. Laërtius, qui de hoc Philoſopho principe L. VIII. Στολὴ δὲ αὐτῷ λευκὴ καθαρὰ, καὶ στρώματα λευκὰ ἐξ ἐρίων. τὰ γὰρ λινᾶ οὔπω εἰς ἐκείνους ἀφίκετο τοὺς τόπους. COLV. Diogenem Laërtium erroris arguit Olear. ad Philoſtrati Apollon. init. ubi v.

VESTITUS EST. SED ENIM] MS. D'Orv. *veſtitus. Sed eſt.*

INDUTUI] Flor. *inductui.* ELMENH. *Inductui* dedi pro vulgato *indutui*, auctoritate MStorum Florent. *Indutus* et *amictus* non differunt: at vero differunt *inductus* et *amictus.* Licet enim Stat. Silv. V, 2, 67. *inducere humeros amictu* dixerit: proprie tamen *inductus* magis de calceamentis dicitur. Noſter Flor. N. 9. *Indumenta, quibus indutus, et calceamenta, quibus erat* inductus. Intelligit igitur auctor *ſoleas palmae victricis foliis intextas*, quas Iſidis ſacerdoti tribuit noſter Met. L. XI. p. 760. Conferri quoque meretur locus Amm. Marc. XXIX. 1. in cerimoniae magicae deſcriptione: *Linteis quidam indumentis amictus*, calceatus*que itidem* linteis ſoccis.

QUOQUE INDE REBUS S. USURP.] Vocem *inde* deleverim. Nam non putem, antiquam praepoſitionem *indu* vel *endo* hic ab auctore uſurpatam. ALID. E coniectura Vulcanii marginali primus Scal. in Ed. Vulc. ſec. dedit *in*, quod ſervarunt ſeqq. quum antea legeretur *inde.* In Ed. Iunt. poſt. vox illa prorſus deeſt, quare et ego eam eieci, auctoritate MSS. Pith. D'Orv. FUX. Reſpondent ſibi *amictui — ſacerdotibus*, et, *opertui — rebus ſacris — uſurpatur.* E Florentinis nihil notatum video: unde colligas in iis eſſe *in*, quoniam illorum collatio facta eſt ad Vulc. ſec.

ATQUE] Non opus eſt cum Florido mutare in *atqui*: utriuſque vocis eadem interdum vis. V. Oudend. ad Caeſ. de B. G. IV. 25. Et ſic *atque* explicandum quoque in Terent. And. I, 3, 20.

AEMILIANUM ISTUD FAC.] Fulvius. SCIOPP. *in Symb.* Pro *divinas* Ed. Vic. *divina.*

PERCENSENTIBUS] Baſ. II. Al. *partim Oeenſium.* COLV. Al. *partim Oeenſium*, ut apud Agel. Lib. X. cap. 13. BRANT. *partim Oeenſium.* inepte. ELMENH. Cod. Florent. *Partim Oeenſium*, quod ut maximus nunc aevi Criticorum probet, ego nullus amplectar. PRIC. Intelligit Pricaeus Salmaſium, qui ad Solin. p. 227. legendum monuit *partim Oeenſium*; quae lectio, edita iam in Iunt. poſt. ab Elmenhorſtio derideri non merebatur. Equidem certe eam veriſſimam puto, quum auctoritate Ed. Iunt. poſt. et MSS. Florent. tum propter reliquorum MSS. veſtigia. Nam Pith. *partim cenſuum*, D'Orv. *partim eu ſūt*, et q̄ pro *qui.* Salmaſii emendationem probat etiam Gronov. Obs. III, 2. ubi plura de ἀρχαϊσμῷ, quo *partim* conſtruitur ut, *quidam*, *nonnulli.* Sed inſuper V. D. adſcripſit margini *e partim Oeens.*, quia opinor, *audire aliquem*, pro, *ex aliquo*, eſt contra veram Latinitatem. In Adverbio tamen ſibi hoc indulgere potuit auctor: ſeu potius, cum Gronovio, intelligendum *dicentes*, vel ſim. quid.

GRA-

tereat, nefas habet, adorandi gratia manum labris admovere. Iste vero nec Diis rurationis, qui eum pascunt ac vestiunt, segetis ullas, aut vitis, aut gregis primitias impartit; nullum in villa eius delubrum situm; nullus locus aut lucus consecratus. Et quid ego de luco et delubro loquor? Negant vidisse se, qui fue- 497.
re, unum saltem in finibus eius aut lapidem unctum, aut ramum coronatum. Igitur agnomenta ei duo indita: Charon, ut iam dixi, ob oris et animi diritatem: sed alterum, quod libentius audit, ob Deorum contemtum, Mezentius. Quapropter facile intelligo, hasce ei tot initiorum enumerationes nugas videri. et forsan ne ob hanc divini contumaciam non inducat animum, verum esse quod di-

Gratia] D'Orv. *gram̄.*

Iste] MS. Pith. *Isti.* D'Orv. *Dis rur.*

Nec Diis rurationis] Tibullus: *Et Quodcumque mihi pomum novus educat annus, Libatum Agricolae ponitur ante Deo.* Nam veterum ea superstitio, ut quorumlibet fructuum annis singulis diis suis rusticis primitias sacrarent. Censorinus de Die Natali: *Itaque cum perciperent fruges, antequam vescerentur, Diis libare instituerunt.* A. Gannius, vetus poëta: *Hic adoris dat primitias tibi: sanguine libat.* Leonidas: Ἀγρονόμῳ τάδε Πανὶ γὰρ εὐαστῆρι Λυαίῳ Πρέσβυς καὶ Νύμφαις ὄρκας ἔθηκε Βίτων. Πανὶ μὲν, ἀρτίτοκον χίμαρον συμπαίστορα μητρὸς. Κισσοῦ δὲ Βρομίῳ κλῶνα πολυπλανέος. Νύμφαις δὲ, σκιερῆς εὐποίκιλον ἄνθος ἐπώρης, Φύλλατε πεπταμένων αἱματόεντα ῥόδων. Ἀ δ' ἂν ἔνυδρον Νύμφαι τόδε δῶμα γέροντος Αὔξετε, Πὰν, γλαγερὸν, Βάκχε, πολυστάφυλον. Colv.

Segetis] Alii *segetes*, male. Elmenh. Sic recte MSS. cum Edd. Ald. Cas. Pric. Elm. Scriv. aliis, et Lindenbrog. ad Censorin. de Die Nat. c. 1. ubi, et apud Pric. ad h. l. vide plura de primitiis Diis oblatis. Male aliae Edd. *segeteis.*

Aut gregis primitias] Vide notas ad Gennadium p. 197. Elmenh. MS. D'Orv. *ut gr. prim. impertit.* et pro *situm* mox *scitum.*

Nullum in villa eius delubrum] Ex eadem superstitione erat, ut fere unusquisque in agris, praediis suis sacellum quoddam Deo cuidam aut Deae sacrum haberet. Censorinus ibidem: *Et quum agros atque urbes Deorum munere possiderent; partem quamdam templis sacellisque, ubi eos colerent, dicavere.* Bacchylides: Εὔδημος τὸν νηὸν ἐπ' ἀγροῦ τόνδ' ἀνέθηκε Τῷ πάντων ἀνέμων πιοτάτῳ Ζεφύρῳ. Εὐξαμένῳ γάρ οἱ ἦλθε βοηθὸς, ὄφρα τάχιστα Λικμήσῃ· πεπόνων καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων. Propertius Lib. II. *Atque ibi rara feres inculto thura sacello Hoedus ibi agrestes corruet ante focos.* Plinius Lib. IX. Epistolar. ad Mustium: *Aruspicum monitu reficienda est mihi aedes Cereris in praediis in melius et in maius.* Colv.

Et quid] Groslot. *sed quid.* Mutandi nullam causam video.

Negant vidisse se, qui fuere] Lectio vel nucis putamine non licenda, quam tamen hactenus nemo improbavit. Tentabam levi transpositione: *Fuere qui negant vidisse se* etc. Minus id nunc placet, enim non dubito Appuleium scripsisse, *Negant vidisse se qui adfuere.* h. e. in *finibus eius*, ut ex subsequentibus patet. Haec est correctio mea, quam nec suspectam, nec poenitendam duco. infra: *Vidistis profecto qui affuistis*, etc. Pric. MS. D'Orv. *n. v. qui si f.* Mihi vulgata lectio suspecta non est. *Qui fuere*, nempe, in finibus eius.

Ramum coronatum] *Quercum cornibus ornatam*, et *fagum pellibus coronatam* memorat noster Flor. N. 1. Vide Pric. h. l. Inanis itaque coniectura, nescio cuius, in marg. Ed. Iunt. post. *aram coronatam.*

Agnomenta ei] MS. Pith. *agnomen velae.* D'Orv. *ignomina.* In neutro comparet *ei.*

Sed] Groslot. in marg. *sed et.* sine necessitate. *Sed* valet *sed et.* Adi ad Met. L. V. p. 344, b.

Ob Deorum] MS. D'Orv. *aut D.*

Et forsan ne ob hanc div. cont.] Scribo, *et fors fuat ut ob hanc divini contumaciam non inducat in animum verum esse quod dixi.* Similiter aliquanto post, *Fors fuerit ut ne sic quidem credat Aemilianus.* In epistolis Symmachi *fors fuat an*, non raro memini legere, pro fortasse, vel fortasse an. Ut libro primo Epistolae V. et XXXIII. et alibi. *Divini contumacia* vox Appuleii ut, quae praecessit, *divini sciens*, ubi Magiam *artem piam et divini scientem* vocavit: nisi tamen et hoc loco *divum contumaciam*, et illo *divum scientem* verius est scribi. Falluntur qui putant vocem *contumaciam* hic non convenire. Glossarium, *contumacia*, καταφρόνησις, ἀπείθεια. Casaub. L. *Et fortasse an ob hanc divum contumaciam. Fortasse an*, dictionem primus in locum revocavit, primus ICtorum Cuiacius, quem secuti dein alii, multis auctorum locis, eandem restituerunt, nec tamen nullis etiamnum in mendo reliquerunt. *Contumaciam* autem *di-*

Vvv *vum*

dixi, me sanctissime tot sacrorum signa et memoracula custodire. Sed ego, quid de me Mezentius sentiat, manum non verterim. Ceteris autem clarissima voce profiteor, si qui forte adest eorundem solemnium mihi particeps, signum dato,
498. et audiat licet, quae ego adservem. Nam equidem nullo unquam periculo compellar, quae reticenda accepi, haec ad profanos enunciare. Ut puto, Maxime, satis videor cuivis vel iniquissimo animum explesse, et, quod ad sudarium pertineat,

vum sic accipio ut dicimus *metus deum* pro erga vel adversum deos. τὸ *fortassean* in Seneca etiam Colvius tentat Pag. Not. 249. Sed frustra, nam Senecae mentem non vidit. Acidal. Legerim, *fortassean*. Brant. In Rom. Ald. et Florent. est, *forsan*. Elmenh. Sic legit Casaub. cuius vestigiis inhaereo. *divini contumaciam* uno verbo lege ut superius legisti *artem piam et diviniscientem*. *Divinicontumacia* est divinarum rerum contemptus et incredulitas. Glossarium: *Contumacia*, καταφρόνησις, ἀπείθεια. Florid. Praetuli MStorum et vulgatam ante Vulcan. lectionem *forsan ne o. h. d. c. non inducat animum*, qua nihil verius puto, hoc sensu: forsan metus est ne sibi non persuadeat etc. Mendum tamen h. l. subesse adeo sibi persuaserunt Editores, Casauboni exemplum secuti, ut inde a Vulcanio nemo veterem et scriptam lectionem revocare ausus sit, praeter Scip. Gent. Et Scal. quidem in Vulc. Ed. sec. Wow. Elm. et Scriv. ediderunt *fors fuat ne*, quod sane, si locutionis vim spectes, eodem redit. Pric. vero et Flor. coniecturam dedere Casauboni *fors fuat ut:* quae locutio habetur et apud Auson. Epist. 6. sed h. l. nimis abit a MSS.

Divini contumaciam] Emendo *ob hanc Divum contumeliam:* vel *contemnentiam*. Certe locus hic non caret maculis, quas necdum satis ex animi sententia eluere potui. Colv. τοῦ θείου non bene mutat Colv. in *divum*. Brant. *Divinum*, τὸ θεῖον, ut et aliquoties *humanum*, τὸ ἀνθρώπινον, substantive ponitur. Flor. N. 15. *Omnis* divini *arcani antistitem*. Vide ad Met. VIII. p. 582, b. ubi miror Oudendorpium, aientem, se verba *divini contumaciam*, a Pricaeo eo loco citata, in Apologia invenire nequivisse. Vulgata certe lectio in nulla Ed. quod sciam, mutationem passa est: et quidem recte. *Contumacia* enim, i. e. contemtus. Sic *omnium contumax*, de omnium rerum contemtore noster de Dogm. Plat. L. II. p. 250. ubi vide. Videtur tamen *Deum* esse in Cod. Fux. *Divum* coniecit etiam Lat. Latin. *Animi* Groslot. Expungendam vocem censet alius V. D. in marg.

Inducat animum] Rursus debeo hanc lectionem Ed. Iunt. post. quacum faciunt MSS. Pith. D'Orv. Vulgo addunt *in*, quod frequentius omittit noster. V. Ind.

Tot] D'Orv. *et*.

Vorterim. Ceteris] D'Orv. *verterficetis*. Ed. Scriv. *verterim*. De proverbiali locutione *manum non vorterim*, quae et alibi legitur, vid. Erasm. in Adag.

Signum dato] Ritus observandus, ex quo etiam intelligendus elegans Plauti locus, Milite: *Mi. Tum pol ego id quod celo, haud celo. Pa. Immo ita, etiam si non Celas. Mi. Quo argumento? Pa. Infidos celas: ego sum tibi firma fide. Mi. Cedo signum; si tu harum Baccharum es.* Symbolum, et, ut alibi vocat Appuleius, memoraculum quo se invicem agnoverunt Matris Deum symmystae fuit hoc, ἐκ τυμπάνου-ἔφαγον, ἐκ κυμβάλου ἔπιον, ἐκιρνοφόρησα, ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδυνον. Quo synorgiastae Liberi patris, ἀστράγαλος, σφαῖρα, στρόβιλος, μῆλα, ῥόμβος, ἔσοπτρον, πόκος. Quo participes sacrorum Eleusiniorum, Ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης· ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην. Adi, si lubet, par scriptorum doctissimum, Clementem Alexandrinum, et Arnobium. Casaub. Add. Pric.

Signum dato et audiat] MS. Pith. *signo dato et audias. Audias* quoque Salm. adscripsit marg. Pro *compellar* Pith. *compellor*.

Enunciare] Vulgo *annunciare*. Elmenh. Legend. *enunciare*. Miles. X. [p. 692.] *Neque apud vos quae ignoravi, possum enunciare.* Gellius L. I. cap. 23. *Placuitque ut eam rem super qua tractavissent, ne quis enunciaret priusquam decreta esset.* Pric. *Enunciare* iam est in Ed. Iunt. post. et consentiunt MSS. Florent. et D'Orv. recte. Locis a Pricaeo citt. add. Met. L. II. p. 118. *Divino praesagio et ipsum scire, et nobis* enunciare. L. XI. p. 804. *Quod solum potest sine piaculo ad profanorum intelligentias* enunciari. De Dogm. Plat. I. p. 572. de Divina natura: *in multos eam* enunciari *non posse*.

Ut puto] *Ut* non est in MS. D'Orv.

Animo explesse] Rom. Venet. *animum*. Colv. *animum expl.*] Et hoc ex Edit. Rom. Alii *animo*. Casaub. *animum expl.* v. c. Et mox: *quamquam in eo tempore vel Alexandriae fuerit.* ut supra: *quam forte tum in eo tempore conscribebat*. Sciopp. *in Symb.* Edd. Iunt. utr. Ald. Bas. Colv. Vulc. pr. *animo explesse*, contra MSS. et Latinitatem. Terent. Hec. V, 1, 29. Exple animum

neat, omnem criminis maculam detersisse: ac bono iam periculo ad testimonium illud Crassi, quod post ista quasi gravissimum legerunt, a suspicionibus Aemiliani transcensurus. Testimonium ex libello legi audisti gumiae cuiusdam, et desperati lurconis, Iunii Crassi, me in eius domo nocturna sacra cum Appio Quintiano amico meo factitasse, qui ibi mercede deversabatur. Idque se ait Crassus, quamquam in eo tempore vel Alexandriae fuerit, tamen taedaceo fumo et avium plumis comperisse. Scilicet eum, cum Alexandriae symposia obiret, (est enim Crassus iste, qui non invitus de die in ganeas correpat) in illo cauponio nidore 499.
pin-

mum iis, *teque hoc crimine expedi.* cf. Burm. ad Ovid. Rem. Am. vs. 129.

Post ista] Ut *postilla* dicimus, et *postea.* Infra, *neget post ista quae dixi.* Brant.

A suspicionibus Aemiliani transcursus] Haec ad oram libri ab interprete quondam adscripta fuisse arbitratus sum. Stewech. Bas. I. Ald. *transcursus.* Colv.

Gumiae] Festus: *Hinc et Ingluviosus, et Glutto, Gulo, Gumia.* Lucillius apud Cic. II. de Finib. *Compellans gumias ex ordine nostros.* Colv. *Gumiae*, gulosi. Ita enim apud Nonium legit Ioseph. Scaliger, Coniectan. in Varron. Et *degumiare* apud Fest. id est, devorare, degustare. Brant.

Lurconis] MS. D'Orv. *sui coriis;* in quo, ut et Pith. *Iunii* nomen corruptum est.

Nocturna sacra] Paullus L. V. Sentent. *Qui sacra impia nocturnave, ut quem obcantarent, interficerent, obligarent, fecerint, faciendave curaverint.* Eadem Mala sacrificia Modestinus L. XIII. ad L. Corn. de Sicar. Colv. Ed. Vic. *Quintiliano.* Pro *deversabatur* alii cum MS. D'Orv. *divers.* Male.

Quamquam eo tempore] Omnes Codd. *quamquam meo tempore.* inepte. In Rom. vero etiam post aliquot paginas *meo tempore*, iterum vitiose, pro *eo tempore.* Casaub. Flor. *in eo tempore.* Elmenh. F. *in eo temp.* Brant. Stewech. ad Met. L. II. p. 99, b. male geminatam litteram *m* putabat. Imo, legendum *in eo tempore* ex MSS. O. ut edidit iam Scriv. Sic aliquoties locutus est auctor in hac Apol. Supra p. 464. *Quam forte tum* in eo tempore *conscribebat.* p. 472. *a me petitam* eo in tempore, *quo me non negabunt in Gaetuliae montibus fuisse.* Infra p. 506. *quem abfuisse* in eo tempore *scitis*, ubi idem error commissus. p. 528 *me* in eo tempore *non amabat.* p. 553. in *extremo* tempore *vitae.* Ita et MS. Septim. de B. Troi. L. I. c. 6. *atque in eo die.* ubi vulgo *atque ita eo die.*

A caede et fumo] Marg. Bas. II. *tedae fumo.* Colv. Quid si legamus *a cinere et fumo.* Wower. Wow. et Marcilius *a cinere et f.* Pric. Floridus interpretatur: *ex occisione et fumo.* Si sanum foret τὸ *caede*, equidem intelligi mallem de variis rebus desectis, ad sacrum Magicum perficiendum. Sic *caedem ligni et frondium* dixit Gell. XIX. 12. cf. Pric. ad Met. L. III. p. 53. suae Ed. Verum non sine causa suspicati sunt VV. DD. aliquid latere: neque enim margo tantum Bas. sec. pro *a caede et fumo* praebet *taedae fumo*, sed et editum hoc in Ed. Iunt. post. *E taedae fumo* adlevit Salm. ut arbitror, e MS. Fux. nam in Pith. certe pro *a caede et* legitur *te edoe*, in D'Orv. *te doce.* Unde acute coniecit in marg. Oudend. *taedaceo*, quod tam manifeste verum puto, ut nova hac voce Latinam Linguam donare non dubitaverim. *A caede* utique MStorum aberrationibus nimis quam suspectum redditur: *taedae* autem sing. num. mentio minus h. l. convenit Infra p. 500. *multas avium pinnas offendisse. praeterea parietes fuligine deformatos.* et dein: *fumi tantam vim fuisse, ut parietes atros redderet. Taedaceus* vero aptissimum vocabulum, effictum ad similitudinem τῶν *chartaceus*, *herbaceus*, *praedaceus*, *violaceus*, *merdaceus*, *arundinaceus* etc. e quibus sunt, quae itidem non nisi semel hodie in veterum libris conspiciuntur.

Et avium pl.] MS. D'Orv. *ex av. pl.*

Scilicet eum] Apertior erit sententia si compositam vocem in sua principia dissolvas, *scire licet.* Caeterum tota periodus tenebricosa admodum nonnihil etiam corrupta ante edebatur. Quod priores Censores non vidêre, nos vidimus nec tulimus: sed omnes tenebras recta distinctione, et mutatione vocis *aucupatum*, in *aucupantem* sustulimus. Casaub. Ante Casaub. maior distinctio ponebatur demum post *obiret*, et alia iterum post *correpat.* *Scilicet*, quod irrisioni inservire solet, initio periodi positum, mutandum non videtur. Sic p. 500. *Videlicet.* Pro *eum cum* Acidal. malebat *tum cum.* Pro *obiret* MS. D'Orv. *audiret.*

De die in ganeas] Quod tempestivum convivium dicitur, de quo Lipsius excursu ad Corn. Tacit. L. XII. Annal. Brant. Add. Pric. not. MS. D'Orv. *ingeneas.*

Cauponis nid.] Melius *cauponae*, aut potius, *Cauponii.* Brant. Malim cum Brantio *cauponae*, vel *Cauponii.* Pric. Quin potius *cauponio*, cum Ed. Scriv. ut opponatur mox *domesticus*

pinnas de Penatibus suis advectas aucupatum, fumum domus suae agnovisse, patrio culmine longe exortum. Quem si oculis vidit, ultra Ulixi vota et desideria hic quidem est oculatus. Ulixes fumum terra sua emergentem, compluribus annis e litore prospectans, frustra captavit: Crassus in paucis, quibus abfuit, mensibus, eundem fumum, sine labore, in taberna vinaria sedens, conspexit. Sin vero naribus nidorem domesticum praesensit, vincit idem sagacitate odorandi canes et vulturios. Cui enim cani, cui vulturio Alexandrini coeli, quidquam abusque Oeensium finibus oboleat? Est quidem Crassus iste summus helluo, et omnis fumi non imperitus: sed profecto pro studio bibendi, quo solo censetur, facilius ad eum Alexandriam vini aura, quam fumi, perveniret. Intellexit hoc et

eius nidor. Sane *cauponis* verum non est: quare recepi Scriverii correctionem.

PENATIBUS] MS. D'Orv. *penuatis*.

AUCUPATUM] Sensus est: Quasi vero Crassus Alexandriae, in caupona, inter compotores suos, plumas domo sua apportatas aucupatus fuerit, i. e. studiose inquisiverit; et suae domus fumum agnoverit. In Edd. Elm. et Scriv. minor distinctio minus bene collocatur post *advectas*, ut, credo, *aucupatum* passive accipias, quemadmodum statim dixit auctor *fumum frustra captavit*. Ceterum recte iidem Elm. et Scriv. revocarunt veterem ante Casaubon. lectionem *aucupatum*, pro qua Casaub. cum seqq. *aucupantem*. Bene, quod ad sensum, sed contra MSS.

ULIXES FUMUM] Odyss. *α.* — ὅπως Ἰθάκης ἐπιλήσεται αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι Ἧς γαίης θανέειν ἱμείρεται. COLV.

TERRA SUA EMERGENTEM] Scribebatur *mergentem*: hoc est δύντα vel δυόμενον. Scripsimus *emergentem* auctore Homero qui ἀποθρώσκοντα dixit. Imo ratione ipsa ita flagitante, et rerum natura. CASAUB. MS. Pith. *terrae suae mergentem*. Legerat librarius *terrā suaemergentem*, qui hinc *terra* in *terrae* corrigendum putavit. Edd. Vulc. sec. tert. et Elm. veterem revocarunt lectionem *mergentem*, quam confirmant MSS. Florent. D'Orv. Similem corruptelam vide infra pag. 533.

ABFUIT] MS. D'Orv. *adfuit*.

CUI VULTURIO ALEXANDRINI COELI] Sperno distinctionem vulgarium librorum, *cui vulturio, Alexandri coeli quicquam*. CASAUB. Admisit eam tamen Pric. cum Ed. Bip. Male. Non enim sermo est de re aliqua sub Alexandrino coelo gesta, sed de eo quod Oeae factum Alexandriae sentiri potuerit. Pro *oboleat* MSS. Pith. D'Orv. *aboleat*.

OMNIS FUMI NON IMPERITUS] Non omnes animadvertent quare hoc dicat. Obiicit autem Crasso isti vitam parasiticam: Parasitorum enim haec solertia fuit, haec palma. Ait quidam de eo grege apud Diphilum Comicum: Ἀτενὲς δὲ τηρῶ τοῦ μαγείρου τὸν καπνὸν Κ'ἂν μὲν σφοδρὸς φερόμενος εἰς ὀρθὸν τρέχῃ, Γέγηθα, καὶ χαίρω τι καὶ πτερύσσομαι· Ἐὰν δὲ πλάγιος καὶ λεπτὸς, εὐθέως νοῶ Ὅτι τοῦτο μοὶ τὸ δεῖπνον ἀλλ' οὐδ' αἷμ' ἔχει. Praeterea fuit ea aetate frequens in ore hominum proverbium, quod in historia aliquot Augustorum apud Spartianum et Capitolinum sex septem locis notare memini, *fumum vendere*, vel *per fumum aliquid vendere*: de eo qui gratia, qua valebat apud principem, ad quaestum suum abutebatur. Eo etiam allusum esse ab Appuleio declarat quod infra non longe ait: ut ne impunitum Crasso foret, quod Aemiliano homini rustico fumum vendidit. CASAUB. Apposite *helluonem*, *omnis fumi non imperitum* vocat. Est enim fumus lautitiarum indicium. Seneca Ep. 64. *Intervenerant quidam amici propter quos maior fumus fieret: non hic qui erumpere ex lautiorum culinis, et terrere vigiles solet; sed hic modicus, qui hospites venisse significaret.* Tertull. Apolog. 39. *Ad fumum coenae Serapicae.* Fumus etiam popinae proprius. Cic. in Pison. c. 6. *stetimus in illo ganearum tuarum nidore et fumo.* cf. Pric.

PRO STUDIO] MS. Pith. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. carent *pro*.

QUO SOLO CENSETUR] Frequens locutionis formula optimis passim auctoribus: in his Agellio, Plinio, Iuvenali, Iustino. Sed et Minutius Felix: *Nos igitur*, inquit, *qui moribus et pudore censemur*. Tertullian. de Velan. virgin. *proprietatem eius vocabuli* [mulieris] *ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, quo communiter etiam virgines censeantur.* Sidon. Apollin. Lib. 8. Epist. 7. qui *superbissime opinantur solo se sensu esse censendos*. Occurrit et apud Iurisconsultos *iuris peritia censeri* Instit. de iure nat. gent. et civili. Et ult. de suis et legit. haered. *nulla iuris auctoritate censeri*. et alibi. BRANT.

ALEXANDRIAM VINI AURA] Loquitur de Crasso Alexandriae commorante: recte ergo nos *Alexandriam* scripsimus, cum hic quoque vulgatae editiones ineptirent: ubi est *Alexandria*. Sed et *per-*

ve-

et ipse incredibile futurum. Nam dicitur ante horam diei secundam, ieiunus
adhuc et abstemius, testimonium istud vendidisse. Igitur scripsit, haec se ad
hunc modum comperisse. Postquam Alexandria revenerit, domum suam recta 500
contendisse, qua iam Quintianus migrarat. Ibi in vestibulo multas avium pinnas
offendisse, praeterea parietes fuligine deformatos. Quaesisse causas ex servo suo,
quem Oeae reliquerit, eumque sibi de meis et Quintiani nocturnis sacris indi-
casse. Quam vero subtiliter compositum, et verisimiliter commentum, me, si
quid eius facere vellem, non domi meae potius facturum fuisse? Quintianum
istum, qui mihi adsistit, (quem ego pro amicitia, quae mihi cum eo artissima
est, proque eius egregia eruditione et perfectissima eloquentia, honoris et laudis
gratia nomino:) hunc igitur Quintianum, si quas aves in coena habuisset, aut,
quod aiunt, Magiae causa interemisset, puerum nullum habuisse, qui pinnas con-
verreret, et foras abiiceret? praeterea fumi tantam vim fuisse, ut parietes atros
redderet: eamque deformitatem, quoad habitavit, passum in cubiculo suo Quin-
tianum? Nihil dicis, Aemiliane. non est verisimile. nisi forte Crassus non in
cubiculum reversus perrexit, sed suo more recta ad focum. Unde autem servus
Cras-

venisset potius scripserim. Iam enim Crassus Alexandriae non erat. Casaub. MS. Pith. cum Edd. ante Casaub. *Alexandria*. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *venerit*. Dein Scal. Wow. Elm. et Flor. dedere *pervenisset*, ex coniectura Casauboni, sed contra MSS. et Edd. vett. Quare rescripsi *perveniret*, i. e. pervenire posset. Ne dicam, imperfecta pro plusquamperf. frequenter adhiberi. V. quos citat Oudend. ad Caes. de B. G. VII. 88. et dicta supra.

Incredibile] MS. D'Orv. *credibile*.

Ieiunus adh. et abstem.] ἄσιτος καὶ ἄοινος. Abstemius comica licentia non est ὁ μὴ μετέχων οἴνου ut vertitur in Glossariis: sed ὁ μήπω, qui pro hora Diei nihil dum vini bibit. Si bene memini ita accipit et Tertullianus de Christianorum stationibus et ieiuniis alicubi loquens. Casaub. cf. et Pric.

Alexandria — recta contendisse] MS. D'Orv. *Alexandriam*. et cum Pith. *rectam*. id. Pith. *condidisse*.

Ex qua] Flor. *qua*. Elmenh. Abest quoque praepositio MSS. Pith. D'Orv. imo Ed. Iunt. post. Uncis inclusit Scriv. Sed rectius eiiciatur auctoritate MStorum. Pro *qua* Pith. *quia*.

Offendisse] Pith. *ostendisse*. — D'Orv. *fuliginis*.

Oeae reliquerit] Malim *reliquerat*. Elmenh. quod amplexi sunt seqq. Sed revocavi antiquam et scriptam lectionem. Coniunctivus requiritur, non indicativus. Sic supra *postquam revenerit*. MS. D'Orv. *ea rel*.

Subtiliter compositum] Referenda huc quae alias dixi de verbo, *componere*. deinde scripturam compendiosam literariis causam praebuisse loci depravandi non negabis. Restituo *subtiliter compositum*. Facit pro me istud quod reperi apologia proxima, *o mirum commentum*, *subtilitas digna carcere*. Stewech. Rescribendum ex Vett. et Rom. *subtiliter*. Colv. Nimium fastidiosi fuerant, quibus haec Rom. Cod. lectio displicuit, et *sublimiter* maluerunt. En Criticorum vel oscitantiam vel ἀκρισίαν. Casaub. In Edd. Basil. Lugd. Vulc. male *sublimiter* contra MSS.

Pro *commentum* D'Orv. *comtum*.

Si quid eius] Videtur pro *Eiusmodi* positum, etsi, quod sciam sine exemplo. Pric. Ut quidem in eo tempore videbatur mihi: longe nunc secius. Plautus in Casina: *Verum altrovorsum, quam eam mecum ratione puto. Si quid eius esset, esset mecum postulati*. at non putem hoc solenter occurrere, ea re advertendum censeo. Id. *in Add.*

Facturum fuisse] τὸ *fuisse* adieci ex Florentino cod. Elmenh. Male, et contra MSS. et Edd. vett. eiectum fuerat a Colv. Vulc. Cas. Gent. Wow. Pric.

Eius egregia erud.] Invertit ordinem Florid. *egregia eius erud.* ut et mox cum Elmenh. et Scriv. *laudis et hon. gr.* sed in Elm. Ed. excidit *et*.

Aut quod aiunt — nullum habuisse] Non comparent haec in MS. D'Orv.

Qui pinnas converreret] In plerisque *converteret*. Colv. Ita Fulvius. Sciopp. *in Symb.* Recte MSS. et Edd. exceptis paucis antiquis, *converreret*.

Perrexit] D'Orv. *porrexit*, et mox *servus Crassus*.

Crassi suspicatus est, noctu potissimum parietes fumigatos? an ex fumi colore? videlicet fumus nocturnus nigrior est, eoque diurno fumo differt? Cur autem suspicax servus, ac tam diligens, passus est Quintianum migrare prius, quam mun-
501. dam domum redderet? Cur illac plumae, quasi plumbeae, tam diu, usque ad adventum Crassi manserunt? Non insimulet Crassus servum suum? sed ipse haec potius de fuligine et pinnis mentitus est, dum non potest nec in testimonio dando discedere longius a culina. Cur autem testimonium ex libello legistis? Crassus ipse ubi gentium est? An Alexandriam taedio domus remeavit? an parietes suos detergit? an, quod verius est, ex crapula heluco attentatur? Nam equidem hic Sabratae eum hesterna die animadverti satis notabiliter in medio foro tibi, Aemi-

Potissimum] Goesius adscripsit: *Forte: Pontiani.* non melius quam supra p. 492.

An ex fumi] Pith. *aut e f.* Statim D'Orv. *migrasse* pro *migrare.*

Plumbeae] Pith. post hanc vocem addit *ac.* D'Orv. *plumbeac.* τὸ *usque* non comparet in Florent. et pro *adventum* Pith. *eventum.* Ceterum hinc in D'Orv. multa desunt usque ad pag. 507. *Sub imo pilei umbraculo appareat.*

Non insimulet] Ita Bas. II. ad marg. rescribit. Alias: *nonne simul et Cr. servus suus.* Colv. Lectio marginis Bas. sec. expressa iam in Iunt. post. cum MSS. Non male tamen *nonne* legatur, et melius utique, quam cum Iungerm. Ep. 31. inter Gudian. *nunc ne.*

Sed] Non est in Ed. Iunt. post. nec agnoscit MS. Pith.

Alexandriam] Scriv. de suo addidit *confestim.*

Helluo attentatur] *Heluco* legendum, aliis ante nos animadversum. Eam vocem apud eundem Tertullianum invenias *de corona militis: Quod hederae natura sit caput ab heluco defensare*, id est, gravitatem capitis arcere, quae nimia vini ingurgitatione creatur. Vide Turneb. Lib. XXI. Advers. cap. 12. Brant. Legend. *Heluco*, vel *eluco*, quod eôdem cadit. Tertullian. de corona milit. *Quod hederae natura sit caput ab heluco defensare.* Festus: *Elucum significat languidum et semisomnem*, etc. *sine halonem. id est, hesterno vino languentem, quem ἔωλον Graeci vocant.* Gellius *helucum* tarditatem animi, et stuporem interpretatur: Ego gravedinem capitis cum succussione, nempe ut Etymon *crapulae* respiciat. κραιπάλη enim est quasi καραπάλη, ἀπὸ τοῦ κάρα, καὶ τοῦ πάλλειν τοῦ δηλοῦντος τὸ κινῶ· inde κραιπάλη, ὁ ἐκ μέθης παλμὸς, ὅ ἐστὶ δίνησις καὶ κίνησις τοῦ κάρα. Etymologus in κραιπαλῶ, et πηλὸς. Eustath. ad Iliad. α. et hoc verius quam quod Isidorus, *crapula, quasi cruda epula.* Pric. Fidenter edidi *eluco* sive *heluco*, cum Wower. quam correctionem verbum *attentatur* flagitare videbatur. Salm. ad Solin. p. 903. restituit eam vocem quoque Gellio IV. 19. *Pueros impubes compertum est, si plurimo cibo nimioque somno uterentur, hebetiores fieri, ad veterni usque aut* eluci *tarditatem.* ibi vero Salmasii coniecturam a MSS. comprobari postea cognovit Gronov. Sed nostro loco MSti auctoritas adhucdum desideratur. Fortasse ea non careremus si MS. D'Orv. integram hanc Apologiam servaret: solet enim iste MS. rariorum lectionum vestigia prae se ferre. cf. supra ad illud *taedaceo fumo.* Solet etiam Tertullianus, qui eandem vocem, quae vix alibi legitur, usurpavit, e nostro auctore rariora vocabula imitari. De τῷ *Elucus* s. *helucus* vid. Gronov. ad Gell. locis a nobis et a Pricaeo citt. et Voss. Etym. in V.

Attentatur] Barthius, *amentatur*, sed nil mutatione opus. *Crapula attentari* dixit ut supra, *attentari morbo:* et Miles. I. *fatigatione pertentari.* Pric. Bene, si dixisset auctor *crapula attentatur*, sed addita praepositio *ex*, facit, ut desideretur nomen, quod τῷ *attentatur* iunxerit auctor. Interpretatur quidem Florid. *num gulosus ille ex temulentia decumbit.* Verum hoc non significat *attentari*, quod verbum usurpatur de morbis: sed non nisi addito vocabulo, quo morbus designatur, aut intellecto e praecedentibus. ex. gr. Sept. de B. Troi. II, 30. *nullus, neque mortuus ex hoc malo, neque* attentatus *est.* id. ibid. 33. *paullatim vis mali leniri, neque amplius* attentari *corpora.*

Haec fabra tecum] Lipsius emendat, *haec fabricantem.* Colv. Placet admodum quod docti viri excogitarunt, *haec fabricantem.* sic tamen ut nostrae coniecturae nondum nos poeniteat, *haec fabram tecnam* id est *technam.* Imo vero sic potius scribet qui me audiet, *Nam equidem haec fabra tecum fabricantem hesterna die animadverti*, etc. nam quia inter *fabra tecum* et *fabricantem*, et literarum et soni, est similitudo aliqua, ea re corruptus hic locus, ut alii μυρίοι ἐπὶ μυρίοις. *haec fabra* valet, τὰ σοφὰ ταῦτα. supple μηχανήματα et commenta. Casaub. *Hic sabra tecum*]

miliane, obructantem. Quaere a nomenclatoribus tuis, Maxime, quamquam est ille

cum] Ita v. c. Fulv. *equidem hic hora tecum.* Et mox *iste maxime praesens per libellum.* SCIOPP. *in Symb.* Mira varietas lectionis et emendationum. In V. C. Fulvii legi aiunt, *hic fabra.* Unde viri docti sic legunt: *Haec sapra hesterna die.* Σαπρὰ, optime, inquiunt, ad sententiam, aptumque obructandi verbo, ita σαπρὸς λόγος. Iidem, *Hac hora tecum hesterna die.* Alii, *haec fabra tecum fabricantem.* Alii, *hanc fabram tech'nam.* Alii, *haec fabricantem.* Daedalum esse oportet, qui novam lectionem fabricetur. Conatus tamen sum veram lectionem indagare: atque ita conieci legendum. *Haec supra te cum hesterna die*, etc. *obructantem supra te*, id est supra aurem tibi capite applicato, ut solet, quum quid secreto alii committimus et cum illo consusurramus, ut loquitur Terentius, in Heautontimorumeno. SCIP. GENT. Hic locus est, qui insigniter exercuit ingenia virorum in his litteris maximorum: et pro *haec fabra tecum* restituit Lipsius, *haec fabricantem*, probat Casaubonus, ita tamen ut neque damnet suas coniecturas, *hanc fabram tech'nam* vel *haec fabra tecum fabricantem*, adiecta integrà dictione. Fulvius Ursinus vellet: *hac hora tecum.* Ego legendum existimo: *nam equidem hunc fanaticum hesterna d.* arbitrabitur aequus lector. MEURS. V. C. Fulvius: *hic fabra.* Viri docti emendarunt: *haec fabricantem hesterna die.* Casaubonus: *hanc fabram techmam.* Nec dum me expedio. Quid si legamus cum Fulvio: *Nam equidem hac hora tecum hesterna die.* Sed non temere in V. C. *Sabra.* Fortasse: *Nam eq. haec sapra hesterna die animadverti satis notabiliter in m. f. tibi Ae. obructantem.* Sapra σαπρὰ, optime ad sententiam; aptumque obructandi verbo. ita σαπρὸς λόγος. WOWER. Non est locus mendosior in toto Appuleio. Casaub. legit: *Nam equidem haec fabra tecum fabricantem h. d.* Meurs. *Nam equidem hunc fanaticum h. d.* Memb. Florent. *Nam equidem hic sabrate cum externa die.* Fulvii liber: *Nam equidem hic sabra tecum h. d.* Roman. Aldus et Basil. *Nam equidem haec fabra tecum h. d.* Wower. *n. e. haec sapra hesterna die animadverti satis notabiliter i. m. f. tibi Ae. obructantem.* Ego retinui Scaligeri coniecturam tantisper dum meliorem inveniam in libris aliis. ELMENH. Non extat locus aliquis in Authore nostro, cuius institutioni Interpretes plus et temporis et operae dederint. Legit post omnes e Florent. eruditiss. Salmasius. *Nam equidem heic Sabratae cum hesterna die* etc. Libens acquiescerem, si habitam ibi orationem putarem, constat non alibi autem quam Carthagine pronuntiatam. PRIC. *nam equidem hanc fabram techmam hesterna die animadverti* etc. — *Aemil. obructantem*] Haec est lectio a Scaligero primum recepta, quae sequentes Edd. occupavit omnes (praeterquam quod Scriv. locum correptum reliquit ut in MSS. legitur): quum antea vulgaretur *nam equidem haec fabra tecum* etc. Adiectivum *faber*, *bra*, *brum* aliquoties usurpat noster, et recte *fabra tech'na* dici potuit fraus illa, quam *de fuligine et pinnis mentitus est* Crassus, et quam, quum ipse temulentus in iudicium venire non posset, Aemiliano obructatus fuerit. Verum istiusmodi vocabula Graeco-Latina in MSS. corrumpi solent; ita tamen, ut alius aliud praebeat: hic vero MSS. O. consentiunt in *haec* vel *hic sabrate cum* vel *cum.* Vereor igitur, imo, palmaria est emendatio Salmasii ad Solin. p. 227. *nam equidem hic Sabratae cum hesterna die* etc. Quam quidem correctionem, extra omnem dubitationem positam, fidenter amplexus sum. Parum vel nihil ea abit a MSS. quin et in Pith. maiuscula litera scriptum videtur *Sabrate.* De Sabrata Africae urbe, vide Cellar. Ge. Ant. IV, 3, 12. Heins. et Drakenb. ad Sil. It. III. vs. 256. Non me fugit, admissa hac lectione, falsum fieri, quod vulgo creditum est, orationem hanc ab Appuleio habitam fuisse Carthagine: sed hoc ipsum emendationem confirmat. Carthagine enim causam suam non dixisse Appuleium, colligas ex iis, quae infra pag. 552. leguntur. Proximum est ut de Oea cogitemus: sed nec hoc verum, uti et ex aliis locis suspicari possis, et clarissime patet e proxime seqq. *an hic Iunium Crassum Oeensem viderint.* et loco, qui infra habetur p. 507. *Iussi curriculo iret aliquis, et ex hospitio meo Mercuriolum afferret, quem mihi Saturninus iste Oeae fabricatus est.* Pronunciavit itaque App. orationem hanc in urbe, ubi *hospitium*, non domum, habebat; quo profectus fuerat, ad causam suam dicendam. Vicina oppida sunt Oea et Sabrata: Sabratae autem conventus Iuridicus videtur fuisse. Ceterum Sabratae loquenti satis fuisset dicere *hic in medio foro*, quo facile viderent omnes, forum Sabratae intelligi: at, quum supra rogasset *An Alexandriam remeavit?* recte h. l. et cum emphasi additur *hic Sabratae. Hic* iam editum, ni fallor, in nonnulla Edit. exstat certe in MSS. Florent. *Obructare alicui* dictum ut apud Plaut. Pseud. V, 2, 6. *quid tu, malum, ergo in os* mihi *ebrius* irructas? et vs. 9. *pergin'* ructare *in os* mihi. Restat ut moneamus Heinsio in mentem venisse *hunc saburratum* vel *haec saburrate cum* vel *saburrato ore.* vide eius Advers. p. 480.

NOTABILITER] Ven. *nobiliter.* An *nauseabiliter.* COLV. Retineo ego *notabiliter.* Cyprian. de habitu Virgin. *Ceterum si tu te sumptuosius*

ce-

ille cauponibus, quam nomenclatoribus, notior: tamen, inquam, interroga, an hic Iunium Crassum Oeensem viderint? non negabunt. Exhibeat nobis Aemilianus iuvenem honestissimum, cuius testimonio utitur. Quid sit diei, vides. Dico Crassum iamdudum ebrium stertere, aut secundo lavacro, ad repotia coe-
502. nae obeunda, vinolentum sudorem in balneo desudare. Iste, cum maxime praesens, per libellum loquitur. Non quin adeo sit alienatus omni pudore, ut etiam sub oculis tuis si foret, sine rubore ullo mentiretur: sed fortasse nec tantulum potuit ebrius sibi temperare, ut hanc horam sobrie exspectaret; aut potius Aemilianus de consilio fecit, ne eum sub tam severis oculis tuis constitueret. ne tu belluam illam vulsis maxillis, foedo adspectu, de specie improbares: quum animadvertisses caput iuvenis barba et capillo populatum, madentes oculos, cilia turgentia, rictum salivosaque labia, vocem absonam, manuum tremorem. [* ructu spinam.] Patrimonium omne iampridem abligurrivit; nec quidquam ei de

comas, ut per publicum notabiliter incedas. Plinius L. I. Ep. 5. *expalluit notabiliter, quamvis palleat semper.* Brant. Noster Met. XI. p. 784. *totae civitati notus ac conspicuus, digitis hominum nutibusque* notabilis. adde Lexica.

Obeunda] Quaedam editt. *obeundae.* Colv. nescio quae. Pro *vinolentum* MS. Pith. *vinulentum.*

Iste cum maxime] Mirum, praeteritum hoc a Criticis *Is tecum m.* Statim sequitur *ne cum sub tam severis oc. t. const. ne tu bell.* Leg. *ne cum eum s. t. s. o. t. c. tu belluam* etc. Acidal. Ingeniose et vere Acidalius: *Is tecum, Maxime, praesens,* etc. Indignitatem Crassi auget, et quod quum praesens esset, tamen cum Procons. per libellum loqueretur, et id non modestiae vel timoris causa faceret, quasi vereretur etiam sub oculis Proconsulis sine ullo rubore mentiri: sed quia non tanti putavit ut vel eâ horâ saltem sobrius exspectaret, donec sibi testimonii dicendi copia daretur. Nedum in Crasso isto, sed etiam in summis viris superbum haberetur, non per se alloqui praesentes, sed per internuncium: superbius per libellum. Tacitus de Pallante Claudii Imperatoris liberto lib. XIII. Annal. *Nec tam grata Pallantis innocentia, quam gravis superbia fuit, quippe nominatis libertis eius, quos conscios haberet, respondit, nihil unquam se domi, nisi nutu aut manu significasse, vel si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret.* Superbissimum autem et intolerabile, non venire quem in iudicium et ad Proconsulem testimonii dicendi caussâ, quantàvis dignitate praeditus sit, nedum qualis Iunius iste Crassus erat; quod ab eodem Cornelio acriter reprehensum in Urgulania summae apud Tiberium, et matrem Liviam gratiae, Lib. II. Annal. *Caeterum,* inquit, *Urgulaniae potentia adeo nimia civitati erat, ut testis in caussa quadam, quae apud senatum tractabatur, venire dedignaretur, missus est Praetor, qui domi interrogaret, quum virgines vestales in foro et iudicio audiri, quoties testimonium dicerent, vetus mos fuerit.* Scip. Gent. *in App.* Iungerman. loco saepius cit. mallet quoque *Is tecum m.* eamque correctionem, a Putschio profectam, palmariam vocat. Equidem, lectis quae de formula *cum maxime* accurate disputat Ernest. in Cl. Cicer. nil muto: nec cum Fulvio eiicio *cum.*

Ebrius] Pith. *ebria.*

Sobrie] Si per MSS. liceret, legam *sobrius.*

Ne eum sub tam sev. oc. t. constitueret] Serviret hoc loco, ut conveniens tribunali vocabulum *consisteret.* Magis tamen arridet scribamus: *nec cum sub t. sev. oc. constitueretur, tu belluam illam.* Stewech. *ne eum s. t. o. t. constitueret*] V. C. Et proxime: *manuum tremorem, ructus spinam. Nam patrimonium* etc. Infra non longe Fulv. *tribus millibus nummum Aemiliano huic.* Sciopp. *in Symb.* Nemo est quin fateatur scribendum *ne eum s. t. s.* Wower. Duplicatio particulae *ne* reddit impeditum locum. Expedies aliquid aliqua si cum Stewech. rescripseris: *Ne cum s. t. s. o. t. c. tu belluam* etc. Pric. *Ne eum* est in MSS. quos sequor, cum Edd. plerisque, ut et mox *ne tu:* geminationem particulae *ne*, quamvis minus elegantem, sollicitandam non puto. Supra p. 414. in Epigr. *serta*, ut *tibi tempora vernent, Aetatis florem floribus* ut *decores.*

Vulsis] Ed. Scriv. *volsis.*

Madentes] Heins. Advers. p. 480. *marcentes.* Sed MStorum et vulgata lectio *madentes* non improbanda, de oculis vino languidis. cf. Pric. not *Oculos udos ac tremulos et marcidos* coniunxit Noster Met. II. p. 52. Ed. Pric. sed ibi de libidinosis, ὑγροῖς, quos *ebrios ocellos* vocat Catull. 45, 11. cf. Pric. ad loc. Met. cit.

Rictum etc. ructus] Non aequo animo fero, duo ista sine epithetis nuda hic posita, *rictum*

de bonis paternis superest, nisi una domus ad calumniam venditandam, quam tamen nunquam carius, quam in hoc testimonio, locavit. Nam temulentum istud mendacium tribus millibus nummis Aemiliano huic vendidit, idque Oeae nemini igno-

tum et *ructus*. Et sane crediderim, scripsisse Appuleium *rictum* etc. *restrictum*. *Restringere* non semper est *constringere*, sed et *distringere*, ut in Epigr. superiore ad Calpurnianum: *Restrictis forte si labellis riseris*. τῷ *ructus* autem quid apponam, nondum coniectura sum assecutus. Fuit omnino aliquid sono isti voci simile, ut ad *rictum*. Acidal. Quum omnibus partibus, quas nominat, sua Epitheta Lucius adiunxerit, mirum videtur doctis viris non et rictui et ructui. Suspicari aliquis posset, palantem alieno loco voculam, *Ructum*. et scripsisse Appuleium *Rictum reductum*, quomodo Silius lib. 4. locutus est: — *namque ora reducto, Paulatim nutat rictu*. Nunc perpensis iis, quae sequuntur ita legendum puto: *Cil. turg. apertum rictum; sal. lab. voc. abs. ructum de cupa. Nam patr.* *Ructum de cupa* interpretor viri de cupa empti: miseram enim paupertatem Crasso exprobrat et sordes, quomodo L. Pisoni Cicero: *Pistor domi nullus, nulla cella: panis et vinum a propola, atque de cupa*. Firmat hanc coniecturam, quod supra Appuleius dixit: *Cauponibus quam nomenclatoribus notior*. Et infra: *Cuius obeluisse faecem videbant*, aliaque similia. Cicero eodem loco: *quum isto ore faetido teterrimam nobis popinam inhalasses*. Scip. Gent. *in Append.* V. *Ructus spinam. nam patrimonium*. Non capio haec depravata. Et tota quidem periodus parum sana. Rectius haud dubie scribas: *cilia turgentia, rictum hiantem, salivosa labia, vocem absonam, manuum tremorem, ructus fetidos*. Istiusmodi enim voces, aut iis similes desiderari, ostendunt reliqua periodi membra. Wower. Deest forte aliquid. Brant. Florent. *ructu spinam*. Fulvii liber, *ructus spinam*. Wowerus, *rictum hiantem, salivosa labia, v. a. m. t. ructus faetidos*. Probarem, si libros haberet auctores. Elmenh. Sana in speciem omnia: ulcus in recessu latet. Codex Florentinus habet *ructu spinam patrimonium* etc. Fulvii Ursini liber, *Ructus spinam p.* haec quum non caperet Wowerius, *Ructus faetidos* reposuit, et Scipio pari licentia *ructum de cupa*. At o Dii Boni! quid ad veterem scripturam haec? cur non eadem operâ suggessere *ructus amarulentos*, *de caupona*, et similia? Imo quidquid sub calamum cecidit, etsi remotissimum? Rutgersius sane modestius *rictus spumam* legit. Ego post omnes scribo *ructus popinam*. Cicero in Divin. *Quum isto ore faetido teterrimam nobis popinam inhalasses*. Claudianus Mamercus de statu animae 2. 9. *Inhalare cloacam ventris et sentinam oris*. Iudicent eruditi. Pric. MS. *ructus spinam. Nam* etc. Lego: *ructus, suspiria. Nam* etc. Ita optime quadrabit, quod sequitur *Nam patrimonium omne iam pr. abl.* Is. Voss. *in Schedula*. Locum affectum esse quivis videt. Vulgo editum *rictum salivosaque labia, vocem absonam, manuum tremorem, ructus. Nam patr.* etc. Sed non video, quomodo coniunctione *nam* seqq. praecedentibus iungi possint, idoneo sensu. Quod vidit Is. Voss. in schedula, quam edidi. In Ed. Iunt. post. non apparent *ructus nam*: pro quibus in MSS. est *ructu spinam*, aut *ructus spinam*, quod, addito praeterea *nam* aiunt esse in MS. Fulv. Praeter coniecturas a VV. DD. supra propositas Salm. marg. adlevit *os ructu hians*, sed τοῦ *os* nullum est in MSS. vestigium. Rutgers. coniecit *ructus spumam*: proxime sane ad MSS. Suetonius Claud. c. 30. *spumantem rictum* Claudio irato tribuit. Lennepio V. Cl. suspecta est ipsa ructus mentio, non suo, ut videtur, loco posita, quum *manuum tremor* haud concinne inter *rictum* et *ructum* memoretur: alioqui divinaret V. Cl. *ructus poenam*, ut apud Plin. H. N. XXIII, 2. *Acetum scillinum prodest acescentibus cibis: gustatum enim discutit* poenam *eam*. Tutius itaque visum, ipsam Codicum lectionem exhibere, et verba *ructu spinam*, quia in Ed. Iunt. post. desunt, uncis includere.

Iam prid. abligurrivit] Vet. edit. *abligurritum*. Colv. In Cod. Rom. *iamiam prid. abligurr.* an quod ita auctor scripserit, an scribarum vitio, non facile dixerim. Casaub. Edd. vett. quaedam *iamiam pridem abligurritum*. sed contra MSS. et Ed. Iunt. post.

Ad calumniam venditandam] In qua me nocturna et magica sacra fecisse per calumniam affirmet. Florid. Non audiendus itaque Vulc. in marg. coniiciens *venditanda*. quod satis arguunt seqq. *Nam temulentum istud mendacium — vendidit*. De locutione *venditare calumniam*, aut sim. cf. Burm. ad Lucan. VIII. vs. 675. Ernest. in Cl. Cic.

Nam tem.] Pith. *num tem.*

Tribus millibus nummis] Si ad Latinitatis normam exigas, scribes, *nummûm*, vel, *ter mille nummis*. sed illo potius modo auctor scripserat: ut infra, *sexaginta millibus nummûm*. Casaub. *nummûm*] Flor. *nummis*. Elmenh. In Cicerone istiusmodi lectionem *tribus millibus nummis*, sine haesitatione, invitis etiam MSS. mutarem. Quum vero, observante Perizon. ad Sanct. Min. IV, 4. n. 78. Orosio, et illius ae-

ignoratur. Omnes hoc, antequam fieret, cognovimus: et potui denunciatione impedire, nisi scirem, mendacium tam stultum potius Aemiliano, qui frustra redimebat, quam mihi, qui merito contemnebam, obfuturum. Volui et Aemilia-
503. num damno affici, et Crassum testimonii sui dedecore prostitui. Ceterum nudiustertius haudquaquam occulta res acta est in Rufini cuiusdam domo, de quo mox dicam, intercessoribus et deprecatoribus ipso Rufino et Calpurniano. Quod eo libentius Rufinus perfecit, quod erat certus, ad uxorem suam, cuius stupra sciens dissimulat, non minimam partem praemii eius Crassum relaturum. Vidi te quoque, Maxime, coitionem adversum me et coniurationem eorum pro tua sapientia suspicatum, simul libellus ille prolatus est, totam rem vultu adspernantem. Denique quamquam sunt soluta audacia et importuna impudentia praedi-

natis auctoribus in primis familiare fuerit, pro genitivo partitionis adhibere illum ipsum casum, quo numerus rei numeratae *deinde* exprimitur, quin et Livius hanc constructionem non adspernatus sit, qui L. XXXVII. c. 59. *Tulit*, inquit, *in triumpho* nummos *aureos Philippeos centum quadraginta* millia: equidem contra MStorum et Edd. veterum auctoritatem affirmare non ausim, Appuleium sibi hanc constructionem non permisisse, etiamsi numerus praecedat. Revocavi itaque cum Scip. Gent. et Pric. codicum lectionem mutatam a Casaub. et reliquis seqq.

DENUNCIATIONE IMPEDIRE] Aliud est, denuntiatione testimonii terrere, apud Ciceronem in Orat. pro L. Flacco: *Adiunxit illa, ut eos qui domo exire nolebant, testimonii denuntiatione terreret.* (id est, impediret, ne contra se quidquam agerent, minando, si facerent, sese eos ad testimonium dicendum Romam evocaturos, ut infra etiam exponit) hoc loco Appuleii est, impedire, ne testimonium dicat. SCIP. GENT. Id est, inquit Gentilis, *impedire ne testimonium diceret:* esto: at non interim exponit *denuntiandi* verbum. Ego *denuntiationem* accipio heic pro delatione, indicio criminis istius Magistratui. Saltem legendum putem *denuntiationem impedire:* id est, *iniustam mei accusationem.* Budaeus in forensibus, *deferre nomen alicuius ut malefici, est fere quod denunciatorem esse dicunt non iustum accusatorem.* In quae verba tamen quia exemplis non firmat, non iurari velim. PRIC. Ad *impedire* intellige *mendacium.* Si denunciasset App. magistratui, de mercede pactum esse Crassum, ad ipsum falso accusandum, admissus non fuisset ad testimonium dicendum, et *denunciatione* illa mendacium impeditum fuisset. *Denunciatio*, quae *impediendae* venditionis caussa fit, e Digestis citatur a Brisson. de V. S.

DAMNO AFFICI] Flor. *damna id faciet*, lego, *damni id facere.* ELMENH. Suffuratus est Elm. hanc coniecturam Lindenbrogio. An potius *damno id facere?* MS. Pith. quoque *damna id faciet.*

HAUDQUAQUAM OCCULTA R. A. E.] Malim *occulto.* CASAUB. Lege cum Casaub. *occulto*; nam non novam rem narrat quampiam, sed eam de qua supra proxime, Crassi Testimonium. Qui alia ruspantur heic, et ad subsequens quidpiam referendum putant, nae illi quasi coecae bestiae incassum hiant. PRIC. Non necessariam putavi correctionem Casauboni. In domo Rufini facta est illa res, quae haudquaquam occulta est, quae nemini Oeae ignoratur.

DEPRECATORIBUS] Legerim *depreciatoribus.* Sidon. Apollinaris Lib. I. Epist. 7. *Et pretiosa quaeque trapezitarum involucra rimari, pensare, depreciare, devolvere*, etc. Et Lib. II. Epist. 10. *Neque apud te literariam curam turba, depreciet imperitorum*, ad quem locum, vide quae annotavit Ioan. Savaro, cuius equidem scrinia non compilo. Tantum addo B. Ennodii locum Lib. III. Epist. 2. *Apud amantes et honore pollentes, beneficiorum effectus in promtu est, nec ullas preces [cui praestandi] mos est tarditate depreciat.* BRANT. Sensus est, intercessione ac suasu istorum duumvirum, Aemilianum tribus millibus nummûm emisse Crassum testem. Id quod studiosus (inquit Appuleius) Ruffinus contendit, quia praescivit in uxorem suam (cuius stupra sciens dissimulabat) pecuniae illius maximam partem a Crasso erogatum iri. Haec vera loci sententia est, quam si perspectam habuisset non indoctus vir quidam, proculdubio vulgatam scripturam non movisset, ut obtruderet *depreciatoribus:* ridicule simul exempla congessisset quae suo ipsius sensui pugnant. *Depreciare* enim est conari ut quam minimo acquiras quid, vili aestimare. Gloss. Vindoc. MS. *Aspernatur contemnit, depegit.* (lege *depreciat*) quo quid oppositum magis Ruffini artificio. PRIC. *Deprecari*, nostro in primis, est valde precari. V. ad Met. IX. p. 668, a. et Ind.

CONIURATIONEM] Pith. *iurationem*, et mox, *libellus iste.*

SOLITA AUDACIA] Edd. vett. *soluta aud.* COLV.

Arri-

diti; tamen testimonium Crassi, cuius oboluisse faecem videbant, nec ipsi ausi sunt perlegere, nec quidquam eo niti. Verum ego ista propterea commemoravi, non quod pinnarum formidines et fuliginis maculam, te praesertim iudice, timerem: sed, ut ne impunitum Crasso foret, quod Aemiliano homini rustico fumum vendidit. Unum etiam crimen ab illis, cum Pudentillae literas legerent, de cu-

Arrisit mihi vetus lectio prae illa nova *solita aud.* CASAUB. Bas. et Ven. habent *soluta aud.* quod rectum, ut dicimus *proiectam audaciam:* quamquam ante conieceram *solida*, qui eandem dictionem et in Seneca restituebam c. 2. de Tranquill. L. II. ACIDAL. al. *solita*, forte, *solida.* BRANT. Haerent heic nonnulli. Brantius *solida*, alii *solita.* at purior lectio est vulgaria quam ut moveri debeat. Aurel. Victor. *Quum pontificum lege hostiae mactarentur, suis utero maris faeminarum genitalia apparuere. id aruspices solutionem posterorum portendere, vitiaque fere potiora interpretari.* Doctissimus Schottus *solutionem* exponit *mores dissolutos.* Sumpta est ut videtur, loqutio haec a corporibus languidis et solutis. Casaubonus ad ea Persii: *Laxumque caput compage soluta Oscitat hesternum*, ait quos Graeci ἐκλύτους vocant Latinis *dissolutos* esse: solereque scriptores virtuti τόνον ac robur tribuere, quia ut valentis hominis corpus est robustum, non valentis languidum et παραλελυμένον. Sic cuius animo inest virtus, eum omnia vitae officia implere facile, contra qui depravatis sunt moribus, nec corpore nec animo valent ad praestanda quae usui sunt officia, eos ἐκλύτους et *dissolutos* vocari. *Solutam audaciam* porro explicare poteris *effraenatam:* Cicero *praeruptam* vocat, sumpta ab equis metaphora, quorum impetus sine ope fraeni incohibilis est. atque haec est expositio Turnebi Advers. 30. 34. PRIC. Edd. Iunt. post. Colv. Vulc. pr. Gent. cum MS. Pith. *solita.* Placet mihi lectio reliquarum Edd. et MSS. Florent. *soluta*, i. e. libera, nullo metu aut pudore coërcita. Amm. Marc. XVII. 5. *Veritatis oratio soluta debet esse et libera.*

TESTIMONIO] Potius, *testimonium.* COLV. *testimonium* Fulvius. Infra v. c. *geometricas formas ex nexo vidissem.* SCIOPP. *in Symb.* MStorum et Edd. ante Colv. consensus in *testimonio* suspicionem movet, aliquid corruptum esse. v. seqq.

CUIUS FAECEM] Interpretatur Florid. *cuius videbant vinolentiam suboluisse:* quasi, credo, *faex alicuius subolere* dici possit, quando manifestum fit, cum *faece tenus* (de proverbiali hac locutione cf. Lamb. ad Horat. III, 15, 16.) cados vini ebibere solere. Quae sane contorta est explicatio, qua tamen meliorem non habeo; nisi illud *faex*, quae vox de quacunque re impura usurpatur, ad impuritatem, atque adeo falsitatem et fallaciam testimonii referas: et tum *cuius* i. e. testimonii. Et sic arbitror. Sin τὸ *faex* ad impuritatem, non testimonii, sed ipsius Crassi, referre quis malit, ei fortasse non displiceat eiusmodi emendatio: *tamen, testimonio* (e MSS.) *Crassi quia eius oboluisse faecem videbant, nec ipsi* etc.

NON QUOD] Rectius edit. Venet. *non quo.* Vide Livineii notas ad vett. Panegyr. PRIC. E sola Ed. Ven. non mutandum puto.

PINNARUM FORMIDINES] Venet. *non quo.* Alludit hic ad lineam illam variis plumis pennisque avium distinctam, quae ad retia ponebatur, et sic genus omne ferarum in ea captiose inducebat ac induebat. Haec dicta Formido. Seneca de Ira Lib. I. *nec mirum, cum maximos ferarum greges linea pennis distincta retineat, et in insidias agat, ab ipso effectu dicta Formido.* Hoc quomodo fieret, satis aperte Nemesianus: *Linea quin etiam magnos circumdare saltus Quae possit, volucresque metu concludere praedas. Digerat innexas non una ex alite plumas. Namque ursos, magnosque sues, cervosque fugaces Terrificant, linique vetant transcendere septum.* Seneca Lib. I. de Clementia: *sic feras lineis, et pinna conclusas contine, easdem a tergo eques telis incessat: tentabunt fugam per ipsa quae fugerant, proculcabuntque formidinem.* B. Augustinus Lib. I. de Nuptiis et Concupisc. *Et cum verentur infamiam falsam, verum crimen incurrunt; instar ferarum, quae circumdantur pinnis, ut cogantur in retia.* Hinc Formidines captiosa argumenta apud Gellium Noct. Atticar. Lib. VIII. cap. IX. *Remotarum autem quaestionum nebulas et formidines capiendis imperitorum animis ostentante.* COLV. Virgil. 12. Aeneid. *Inclusum veluti si quando flumine nactus Cervum, aut punicea septum formidine pennae Venator cursu canis et latrantibus obstat.* BRANT. Vide Colvium haec docte explicantem. ELMENH. ad de Pric.

UT NE] Inverso ordine Pith. *ne ut*, ut et statim *vendidit fumum.*

UNDE ETIAM CRIMEN] Non pendent haec a superioribus, quod innuere videtur dictio *unde*, quamobrem *inde* etiam legerim, quo commode ad aliud accusationis caput fiet transitus. ACIDAL. Neque ego capio illud *unde* quo pertineat. Sed unice verum, quod e MS. Fux. adscripsit Salm. *unum etiam crim.* i. e. Restat adhuc unum crimen diluendum, priusquam (p. 510.) ad litteras Pudentillae praevertar, et totius rei ordinem pau-

cuiusdam sigilli fabricatione prolatum est, quod me aiunt ad Magica maleficia,
504. occulta fabrica, ligno exquisitissimo comparasse: et cum sit sceleti forma turpe et

paulo altius petam. *Unum* et *unde* sic confusa quoque Met. L. VII. p. 466.

CELERI FORMA] Rom. Ven. marg. Bas. II. *celeti forma.* Forte, *hebeti forma.* COLV. Malo legere: *colore et forma*, ut *color turpis* referatur ad buxum, *forma* vero ad *evisceratam diri cadaveris formam* ut postea Appul. loquitur. VULC. Non est nostri moris emendationes nostras venditare, inque illis περπερεύεσθαι: tamen hunc locum et quatuor alios qui non longo intervallo sequuntur, Musis faventibus, emendavimus. Legebatur in editionibus aliorum, *cum sit celeri forma.* Scripsimus *sceleti f.* nam quid est *celeri forma?* illa vero quorundam emendatio, *hebeti forma* plane hebes et ἀπροσδιόνυσος. nostra vero correctio tam certa ut de ea ne dubitandum quidem sit. Nam *sceleti forma* esse legendum patet liquido ex ipsa re primum: istud enim, de quo agitur, sigillum ea facie fuisse dicebatur ab Appuleii accusatoribus. Arguunt illa mox, *Tertium mendacium vestrum fuit, macilentam vel omnino evisceratam formam diri cadaveris fabricatam prorsus horribilem et larvalem.* Omnino sceleti formam his verbis describit. Contra Appuleius in refutatione hujus falsi, tribuit sigillo suo *faciem decoram et succi plenam.* Quae sunt plane ἐξ ἀντιφάσεως opposita formae σκελετώδει. Patet etiam manifestissime ex vestigiis depravatae lectionis cum hoc loco: nam editio illa Romana, quam toties laudamus, *celeti* non *celeri*; cum reliquorum qui sequuntur, in quibus *scelestus* legebatur. Quis adeo Academicus ut pronuntiare dubitet, et *celeti* literulae adiectione in *sceleti*, et *scelestus* quoties in hac disputatione occurrit, unius item literae detractione in *sceletus* mutandum? sed omnem dubitationem vel Pyrrhoni alicui ademerit ipse Appuleius paullo post ita scribens: *Hoccine est sceletus? haeccine est larva?* lege eo loco cum vulgatis *scelestus.* Quaeram a te ubi ante dictum sit adversarios Appuleii larvam appellasse istud simulacrum. sed certo certius scripsisse illum *sceletus*, voce Graeca: pro qua Latinam subiicit *larva* ceu interpretamentum prioris. Glossarium vetus, Σκελετὸς, *larva, sceletus.* nihil opportunius ea auctoritate ad probandam nostram emendationem fingi potuit: ex qua duo discimus: alterum, vocem *larva* in superiore loco esse interpretationem dictionis *sceletus:* alterum, vocabulum *sceletus* etsi Graecum purum putum, pridem tamen civitate Latina fuisse donatum: ne quis forte miretur, oratorem in foro Romano vocem Graecam toties usurpasse. Det vero mihi aliquis Latinum vocabulum proprium (nam *larva* κυρίως aliud est) Graeco ἰσοδύναμον, et concedam eo potius usurum illum fuisse. Norunt tamen eruditi Graecis literis, quam familiaris ea lingua huic scriptori fuerit: cuius Veneres et Charitas plurimis locis felicissime aut vertendo exprimit, aut Latine imitatur. quod saepe interpretes quia non animadvertebant, ob Graeci sermonis imperitiam, foede et turpiter lapsi sunt. Sic mihi risum aliquando movisse memini Beroaldi subtilem horum verborum interpretationem Milesia septima, *accipite virum ipsa morte, quam formidant alii meliorem* ubi cum ille non videret Graecanicam elegantiam elegantissimam, Deus bone quam inepte se gerit? atqui *morte melior* non aliud quam mortis contemtor. Graece ad verbum dixeris, δέχεσθέ με τὸν καὶ θανάτου, ὃν φοβοῦνται πάντες, κρείττω. Tale illud quoque Lib. XI. *secretoque mandatis quibusdam, quae voce meliora sunt.* sic enim Graeci τὰ ἀπόῤῥητα vocant λόγου κρείττω. Legas ibidem et *invinius* quod Graeci ἄοινος imitatione dictum: ut *illiberis* apud Tertullianum 4. contra Marcionem pro eo quod Graeci dicunt ἄπαις. Noster vero libro De philosophia etiam *symbolaea* Latine protulit: ubi tamen *symbolae* vel *symbola* perperam scribi video. Mirum vero nondum esse emaculatum istum eiusdem libri locum, quo notissima Platonis sententia continetur: *Illum quidem qui natura imbutus est ad sequendum bonum non modo sibimet intimatum putat: sed omnibus etiam hominibus: nec pari aut simili modo: verum etiam unumquemque acceptum esse: de hinc proximis, et mox caeteris qui familiari usu vel notitia iunguntur.* Quaeso, quem sensum ista sic scripta habent? Legendum est absque omni dubio: *non modo sibimet ipsi natum putat.* Deinde, *verum patriae unumquemque acceptum esse*, vel, *astrictum.* Adeone quisquam in literis peregrinus, ut ista unde sint desumpta, non statim agnoscat? Ex eodem philosopho debuit et hic locus emendari, lib. De Deo Socratis, quem ita nobis edidit vir ille doctissimus, qui nuper, bono publico, cum suis manuscriptis eos libros contulit: *Ita enim est apud Platonem: ne quisquam arbitretur omnia cum vulgo loquentium captasse. quippe etiam semotis arbitris uno cum Plaedr. extra psmerium sub quodam arboris opaco umbraculo signum illud ac nuntium sensit, ne prius transcenderet illius amnis modicum fluentum, quam increpitum inclinatum amor retinendum placasset.* Cedo quemvis arbitrum, ne minem esse qui ista intelligat ita scripta. sed omnes mendas sustuleris, si primo *omina* legeris non *omnia:* deinde *sub quodam arboris opacae umb,*

et horribile, tamen impendio colere, et Graeco vocabulo nuncupare *βασιλέα*. Nisi fallor, ordine eorum vestigia persequor, et singillatim apprehendens, omnem calumniae textum retexo. Occulta fuisse fabricatio sigilli, quod dicitis, qui potest? cuius vos adeo artificem non ignorastis, ut ei, uti praesto esset, de-

umb. non *opaco.* postea *ne prius transcenderet Ilissi amnis m. fl.* nam ad Ilissum habitus ille sermo, ut initio eius dialogi narratur. postrema autem sic, *quam increpitu indignatum Amorem recinendo placarit.* Res sic habet: Socrates post habitam illam orationem quam ab eo expressit Phaedrus, traiicere Ilissum, ad cuius ripas ambo sedebant, cogitabat, ne iterum talem aliquam necessitatem idem ille imponeret: Inter haec, suum illi daemonium insusurrat, graviter offensum esse ei Cupidinem ob superiorem orationem, qua amorem increpuerat: faciendum ei omnino esse, ut eum prius quam amnem transcendat placet. Placandi Dei unicam viam et rationem esse statuit Socrates τὸ παλινῳδεῖν. Haec ita Plato: quae eo protulimus ut superiorem emendationem nostram confirmaremus. *Increpitu* dixit Appuleius pro increpatione. Sic apud eundem *agnitus* pro agnitione. Ita enim legi debet initio 3. Floridorum hic locus: *Reperias apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa, agnitus lucide explicatos.* Loquitur de Philemone comico, et eius comoediis. *Agnitus* sunt *αἱ ἀναγνωρίσεις* quae fuit vel operosissima pars plerarumque fabularum veteris comoediae: ut ex Aristotele, et Plauto ac Terentio scimus: nam Aristophanes non utitur. At vulgo scribitur in Appuleio *agnatos* perabsurde. *Recinendo placare* in superiore loco est, *ἱλάσασθαι τῷ παλινῳδεῖν.* quod Horatius dixit *recantare opprobria.* Venit et commodum alius loci mihi nunc in mentem, ex eodem Platone emendandi: quem et ipsum non possum quin apponam. Legitur sub finem libri De Dogmate Platonis, in descriptione pererudita partium corporis humani: *At enim illae optimae sunt partes, quas labor subigit: ut femina: ipsaque sessitandi regio.* Apage tam stultam sententiam, quae optimas corporis nostri partes vocat femina et clunes. Scribe. *opimas,* hoc est, ut loquitur Plato in Timaeo, unde totus ille locus est expressus, *σαρξὶ ξυμπεπληρωμένας.* Sententia aperta et certa: quam habes fusius tractatam tum apud alios, tum Lactantium De opificio Dei cap. XIII. Poteram plura adiicere vel ex singulis huius elegantissimi auctoris libris: sed haec satis fuerint, excitandae quorundam supinitati nescio dicam an securitati: qui nulla aut levissima Graecarum literarum cognitione imbuti, solos se aliquid scire putant. Atqui plurima eos peccare necesse est, quibus id praesidium deest. Equidem vix unquam in istorum *νῦν ἐπιπολαζόντων* criticorum scripta oculos coniicio, quin certissima indicia *τῆς οὐκ ἐμπειρίας τῶν Ἑλληνικῶν* animadvertam. At haec querela alius erat loci et temporis. CASAUB. Scriptum ad marginem *celeti f.* ex quo facio *sceleti.* Ita etiam perpetuo emendandum pag. 161. Ubi vulgo *scelestum* vl *scelestus* corrupte. Quid sit *σκέλετος* nullus nescit. ROALD. Mirum est tot Emendatores non potuisse offendi hisce inaequalibus verbis, eo magis cum in MS. esset, *celeti.* nihil verius, quam restituendum: *et cum sit sceleti forma horribili.* Quod verò confirmant illa, quae pagina proxima: *Tertium mendacium vestrum fuit, macilentam, vel omnino evisceratam formam dici cadaveris fabricantem; prorsus horribilem et larvalem.* nihil perspicuum magis. GRUTER. *Suspic.* Sic recte Memb. Floren. et Casaubonus. Vulgo, *celeri forma*, inepte. n.l. *Hiccine est sceletus, haeccine est larva, hoccine quod appellitabatis daemonium.* Vid. Roaldus Columbus de re Anatomica lib. 4. fol. 110. ELMENH. Acidalii notam h. l. omisi, ne nimia notarum mole hic locus obrueretur: sed et ille veram lectionem, totiusque loci contextum optime perspexit. Edd. Vic. Ven. Iunt. post. *celeti.* Reliquae cum MS. Pith. *celeri*, usque ad Vulc. sec. quam quae secutae sunt, exhibent omnes *sceleti:* quae correctio omni dubitatione maior est. Vulcanii enim coniectura sequentibus satis refellitur, quibus omnem, ut ait auctor, calumniae textum retexit: 1°. quod sigillum occulta fabrica factum esse dixerant: *Occulta fuisse* etc. — *qui ad me ventitabant, sciverunt.* 2°. quod ligno exquisitissimo: *Lignum a me* etc. — *qualicunque materia probatum.* 3°. quod sceleti forma turpe et horribile. *Tertium mendacium* etc. In quibus nulla coloris mentio, sed omnia ad sceleti formam pertinentia.

COLERE] Male Edd. tantum non omnes ante Colv. etiam in Iunt. post. *colore.* Bene est in MSS. certe Pith.

NUNCUPARE] Ante hoc verbum legitur in Ed. Vic. *Graecum verbum deest.* In vett. Edd. excepta Iunt. post. non est *τὸ βασιλέα*, uti nec in MSS. Florent.

UTI PRAESTO ESSET] Flor. *pr. adesset.* ELMENH. probante V. D. in Obs. Misc. Vol. II. p. 190. ubi vide plura huius locutionis exempla, quibus adde Cic. ad Div. IV, 8. ibique Manut. Edidit ita Scriv. Non sequor tamen. Statim sequitur *En, adest.* Hinc fortasse et h. l. irrep-

denunciaveritis? En, adest Cornelius Saturninus artifex, vir inter suos et arte laudatus, et moribus comprobatus, qui tibi, Maxime, paulo ante diligenter sciscitanti omnem ordinem gestae rei summa cum fide et veritate percensuit: me, cum apud eum multas geometricas formas e buxo vidissem subtiliter et affabre
505. factas, invitatum eius artificio, quaedam mechanica ut mihi elaborasset, petisse: simul et aliquod simulacrum cujuscunque vellet Dei, cui ex more meo supplicassem, quacunque materia, dummodo lignea, exsculperet. Igitur primo buxeam tentasse. Interim dum ego ruri ago, Sicinium Pontianum privignum meum, qui mihi factum volebat, impetratos hebeni loculos a muliere honestissima Capitolina ad se attulisse: ex illa potius materie rariore et durabiliore uti faceret, ad-

sit *adesset* in MSS. Florent. In Pith. deest *uti*. non male.

SATURNINUS] Scriv. *Saturnus*.

E BUXO] Sic reposui, ducente me eo margine Bas. II, in qua erat *evoxo*: in aliis, *Gnosso*. Virgil. L. I. Georg. *Nec tilia leves, aut torno rasile buxum Non formam accipiunt, ferroque cavantur acuto.* Et sequitur hic: *Igitur primo buxeam tentasse.* COLV. Haec vera γραφή. Rom. Cod. *Gnosso*, mendosissime: gradus fecit ad veram lectionem Bernardus Philomathes, qui e MSS. edidit *evoxo*. Colvius fecit *e buxo*. Vere et ingeniose. CASAUB. *E buxo*] Sic Flor. et Colv. Fulvius *ex nexo*. Rom. et Ald. *e gnosso*. male. ELMENH. Non erat cur Colvio hanc emendationem eruditi scriberent: vindico eam authori ego, Erasmo, quem in Adag. vide Chil. 2. Cent. 5. PRIC. MS. Pith. *e nexo*, quod in suo Cod. invenisse videtur etiam Fulv. Sed vera lectio firmatur a MSS. Florent.

ELABORASSET — SUPPLICASSEM] Non conveniunt ea verborum huic sermoni. Proinde nisi simpliciter *elaboraret — supplicarem* vis rescribere, illa antiqua poteris *elaborassim — supplicassim*, aut hac etiam paullo minus nota *elaboraseret — supplicasserem*. e qua flectendi forma passim infinitivi apud Comicos restant *impetrassere*, *reconciliassere*, *expugnassere*, et sexcenta ad eampse faciem alia. De quibus iudicium erit cuique suum. Ego, quid maxime probem, nondum apud me constitui (scilicet Petron. p. 106. *Recte ego me facturum, si excusationem aliquam praeparassem*). Quicquid autem videbitur, in eadem caussa erit, quod fere ad finem Apologiae posterioris est: *O praeclara*, etc. *an uti* etc. *condonasset*. Non enim et hic convenit *condonasset*. Etiam nunc labor, ut quam posui, posteriorem flexionem magis probare posse videar. ACIDAL. *Elaborassit — supplicassim*, foret, *elaboraverim — supplicaverim*, v. Voss. de Anal. III. 17. quod non melius h. l. quadrat. Rariores istas formas *elaborasseret — supplicasserem*, quarum exempla non novi, bis h. l. usurpasse auctorem, non magis mihi persuadeo. Interim MSS. et Edd. servant *elaborasset — supplicassem*: pro quo Casaub. Gent. Pric. Scriv. Flor. dedere *elaboraret — supplicarem*. Sine scripto codice non muto veterem lectionem. Imperfectum pro plusquamperf. saepe usurpari, in primis apud posterioris aevi scriptores, supra monuimus: iam, contra, plusquamperf. pro imperf. ab Appuleio usurpari non potuisse, equidem non affirmem.

BUXEAM] Pith. *buseam*.

QUI MIHI FACTUM VOLEBAT] Imitatur Terentium, — *Dii tibi Demea, Bene faxint, cum te video nostrae familiae Tam ex animo factum velle.* Simile apud Plautum et hunc nostrum, *illi proventum cupit.* quod usitatius *velle alicui et cupere alicui.* Illo modo iterum locutum memini Appuleium De Philosophia, *animas bonorum deamare et studere illis, factumque velle uti quam plurimum potiantur* (ita lege non *potirentur*) *bonis artibus.* Nihil igitur mutandum initio epistolae II. Symmachi libro primo, *Gelasius cui factum volo, imperialis domus curam recepit.* Quin potius emendandus alter ejusdem locus epistola LXXI. libri ejusdem, *quaeso, ut ei virtute qua celsus es, fautum velis.* Lego *factum v.* CASAUB. Non est *mihi* in MS. Pith. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr.

HEBENI BACULOS] Flor. *h. loculos.* male. ELMENH. *loculos* etiam Florent. Cod. Elmenh. *baculos* mavult. Utut sit, innuuntur heic quos Plinius L. II. c. 4. et Arrianus φάλαγγας vocant. Claudianus Carm de Nilo *Ramos ebeni.* Lucanus L. X. *ebeni comas.* PRIC. Salmas. ad Solin. p. 726. bene propugnat vulgarem omnium MSS. et Edd. lectionem *loculos*, quam in *baculos* mutarunt Scal. et Elm. *Loculi*, seu capsula illa confecta erat ex tabellis ebeni: iam, dissoluta capsula ex hisce tabellis minutatim invicem iunctis, compacta est crassitudo, quae sufficeret sigillo Mercurioli exsculpendo.

MATERIE] MSS. Florent. *materia.* ut supra.

GRA-

adhortatum : id munus cumprimis gratum mihi fore. Secundum ea se fecisse, proinde ut loculi suppetebant. Ita minutatim ex tabellis compacta crassitudine Merculium expediri potuisse. Haec, ut dico, omnia audisti. Praeterea a filio Capitolinae probissimo adolescente, qui praesens est, sciscitante te, eadem dicta sunt: Pontianum loculos petisse, Pontianum Saturnino artifici detulisse. Etiam illud non negatur, Pontianum a Saturnino perfectum sigillum recepisse, et postea 506.
dono mihi dedisse. His omnibus palam atque aperte probatis, quid omnino superest, in quo suspicio aliqua Magiae delitescat? immo quid omnino est, quod vos manifesti mendacii non revincat? Occulte fabricatum esse dixistis, quod Pontianus splendidissimus eques fieri curavit: quod Saturninus vir gravis, et probe inter suos cognitus, in tabernula sua sedens propalam exsculpsit: quod ornatissima matrona munere suo adiuvit: quod et futurum, et factum, multi cum servorum, tum amicorum, qui ad me ventitabant, scierunt. Lignum a me toto oppido, et quidem oppido quaesitum, non piguit vos commentiri: quem abfuisse in eo tempore scitis, quem iussisse fieri qualicunque materia probatum est? Tertium mendacium vestrum fuit, macilentam, vel omnino evisceratam formam diri cadaveris fabricatam, prorsus horribilem et larvalem. Quod si comper-

GRATUM MIHI FORE] Flor. *gr m. foret.* ELMENH.

EX EA SE FECISSE] Rom. et aliae, *sed ea se fec.* nullo sensu, quem restituit *ex* pro *sed* repositum : malo tamen quod postea reperi in Ed. Philomathis, *secundum ea s. f.* CASAUB. *et ea se fec.* Fulvius. Mox Aldi Ed. et v. c. habent : *Sciscitante te eadem dicta sunt.* Et infra id. v. c. *quem quidem abfuisse in eo tempore scitis.* SCIOPP. *in Symb. ex ea se fec.*] Ita restituerat Casaubonus noster, sed ei iure postea placuit lectio quae in Ed. Philom. reperta, *secundum ea*, id est, postea, ἐπὶ τούτοις, quod etiam Varroni a Scaligero restitutum admonuit me ingeniosus et doctus adolescens Iungermannus. SCIP. GENT. *in Append.* MS. Pith. cum Edd. ante Casaub. *sed ea se fec.* praeter Iunt. post. in qua cum Scriv.. *secundum ea se fec.* quomodo emendarunt etiam Salm. et Iungerm. Ep. 31. inter Gudian. Ex compendiosa scriptura facile *secundum* in *sed* mutari potuit. Sed tum non explicem *secundum ea* pro *post ea*, sed Saturninum, obsequentem adhortationi Pontiani, secundum eam fecisse signum. Reliqui post Casaubon. dedere *ex ea se fec.* nisi quod Elmenh. Fulvianam coniecturam *et ea se f.* praetulit. in MSS. Florent. videtur tamen esse *ex ea*, nisi et Lindenbrog. et Elmenh. contrarium monere neglexerint, quod non semel factum.

PROINDE UT] Sic lego e MS. Pith. Vulgo *perinde ut.* Adi ad Met. L. V. p. 342, a. Idem MS. cum Florent. *loculis.*

ITEM MINUTATIM] Rom. Ven. Ald. *ita.* COLV. Malim *indidem* vel *etenim* etc. ACIDAL. Flor. *Ita minuit.* ELMENH. Contra MSS. Colv. Vulc. et Flor. dedere *item.*

A SATURNINO] Pith. expungit *a* et Florent. statim *et.* Pro *suspicio* Pith. *supplicio.*

IMMO QUID OMNINO] Facit hic locus ad confirmandam coniecturam Viri Docti in Flor. N. 16. p. 74. *Quid ergo superest ad honoris mei tribunal et columen? immo vero quid non superest.*

FABRICATUM ESSE SIGILLUM] τὸ *sigillum* non est in Florentinis. ELMENH. Uncinis circumduxit Scriv. Sed mehas expunctum est in Ed. Iunt. post.

IN TABERNULA] Flor. *taberna.* ELMENH. Ed. Iunt. post. *taberna.* MS. Pith. *tabernacula*, ut habent MSS. bene multi et Edd. Met. L. IX. p. 672. *hortulanus deorsus in ipsa* tabernula. ubi cf.

EXSCULPSIT] Quia Stewech. in Ed. Bas. pr. corrupte editum viderat *exculsit*, hinc, damnans etiam *exsculpsit*, ad Arnob. p. 71. emendari voluit *exclusit.*

SCIERUNT] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *scirent.*

QUEM QUIDEM] Flor. *quamquam abf. in eo temp.* ELMENH. MS. Pith. etiam *quamauam*. *Quem* repetitum vim habet, ut supra *quod.* Sed eieci *quidem* cum Ed. Iunt. post. quod irrepsi e proximo vs.

EO TEMPORE] Ver. edit. *meo.* Scribebam, *in eo.* COLV. MSS. Flor. Pith. Fulv. Edd. Iunt. post. Scriv. *in eo t.* recte. Vide supra ad p. 498.

DIRI] MSS. Florent. Pith. *duri.* De larvali forma vide quos cito paulo infra.

ADEO

pertum habebatis tam evidens signum Magiae, cur mihi, ut exhiberem, non denunciastis? An ut possetis in rem absentem libere mentiri? Cuius tamen falsi facultas opportunitate quadam meae consuetudinis vobis ademta est. Nam morem mihi habeo, quoquo eam, simulacrum alicuius Dei inter libellos conditum gestare, eique diebus festis ture et mero, et aliquando victimis supplicare. Dudum ergo cum audirem, sceletum perquam impudenti mendacio dictitari, iussi
507. curriculo iret aliquis, et ex hospitio meo Mercuriolum afferret, quem mihi Saturninus iste Oeae fabricatus est. Cedo tu, cum videant, teneant, considerent. En vobis, quem scelestus ille sceletum nominabat. Auditisne reclamationem omnium, qui adsunt? auditisne mendacii vestri damnationem? Non vos tot calumniarum tandem dispudet? hiccine est sceletus? haeccine est larva? hoccine est, quod appellitabatis daemonium? magicumne istud, an solemne et commune simulacrum est? Accipe quaeso, Maxime, et contemplare: bene tam puris et tam piis manibus tuis traditur res consecrata. En vide, quam facies eius decora et succi palaestrici plena sit, quam hilaris Dei vultus, decenter utrinque lanugo ma-

Adeo evidens sign.] Omnes cod. *ante evid.* perspicue mendose pro *adeo* vel *tam.* Casaub. Flor. *annon cui videns s.* male. Elmenh. Lips. Salm. Groslot. in marg. *tam.* MS. Pith. sane *tam.* quare id rescripsi, pro eo quod post Casaub. editum *adeo.*

Quoquo] Pith. *quo.*

Inter libellos] Statuas inter *Libros* conditas vix putem. Dispice an *loculos* scripserit Appul. Iuvenalis: *Loculis quae custoditur eburnis.* Ovidius in Fastis: *Gramina continuo loculis depromit eburnis.* Pric. In scriniis una cum libris. Nihil muto, quamquam Pricaeus malit *inter loculos.* Florid. Non muto cum Pricaeo: nam tum, puto, auctor dixisset *in loculis.* Ceterum vide ad h. l. Salmas. ad Vopisci Aurel. cap. 18. et peculiarem libellum P. Fr. Arpii de Talismanibus et Amuletis.

Victimis] MS. Pith. *victimas.*

Cum audirem sceletum] Ita esse legendum satis superque ante probavimus. Tamen omnes Codd. et hic et tribus locis proximis *scelestus* scriptum habent: ut dubium non sit antiquum hoc esse mendum. Sed veritati, ut ille ait, nullum temporis spatium praescribere potest. Casaub. Gruter. *sceleton:* quemadmodum citat hunc locum Heins. ad Ovid. Ibin. vs. 146. *Insequar et vultus ossea forma tuos.* quem ibi confer de larvali habitu, et Burman. ad Anthol. Lat. L. V. Ep. XII. vs. 13.

Cedo tu] MS. Pith. *m.* Salm. adlevit *cedo mihi.*

Sceletum] Rursus Edd. ante Casaub. cum MSS. *scelestum.* ut et mox. et Gruter. *sceleton*, et statim *hoccine est sceleton.* Sed tum non tam constanter in MSS. corrupta fuisset illa vox, ut arbitror.

Haeccine] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *hiccine* cum MS. Pith. qui statim rursus *hiccine.*

Appellitabatis] MS. Lips. qui iterum hic incipit, *appellabatis.*

Daemonium] MS. *Daemonem.* Colv. In eod. Cod. Lips. desunt *et commune.*

Bene tam puris] Laborantem a prava distinctione locum emendavimus. Casaub. Distinguebatur enim post *bene.*

En vide] MS. *Hem vide.* Colv. non male.

Succi plena] Idem *succipala.* Colv. *succi palestrici*] Sic recte Mercerus. Florent. *succipala et vici plena sit.* Lactantius in Thebaid. Statii lib. 4. et *Mercurius Palaestritarum numen est.* Horatius: *decorae more palaestrae.* Servius ad 4. Aen. Elmenh. In MS. erat: *et succipala si.* Restitui, *et succidula sit.* Est ὑποκορισμὸς, *succidus*, *succidulus:* quâ facie, *Acidus*, *Acidulus*, et infinita talia. Meurs. Pricaei notam vide in Append. Appul. MSS. Florent. *succi pala ê trici plena.* Lipsiani alia coll. *succi pala est rici.* Pith. *succi pala ê rici plena:* unde manifestum, verissime emendasse Lindenbrog. in Excerptis, Mercer. ad Non. p. 131. Salmas. in marg. Gronov. Diatr. Stat. p. 150. *palaestrici*, uti editum iam ab Elm. Scriv. Flor. Antea ea vox prorsus deerat. Meursii coniecturam inprobat Burm. in Add. ad Anthol. Lat. p. 699.

Quam hilaris] Virg. 4. Aen. *Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque Et crines flavos, et membra decora iuventae.* Elmenh. De forma et habitu Mercurii conferri potest Ovid. Met. II. vs. 731 seqq. Eiusdem Dei imaginem habes etiam apud Athen. L. XII. p. 537. et Marc. Capell. II. cit. a Tollio ad Auson. Ep. 21. ubi plura de petaso Mercurii.

Ma-

malis deserpat, ut in capite crispatus capillus sub imo pilei umbraculo appareat, quam lepide super tempora pares pinnulae emineant, quam autem festive circa humeros vestis constricta sit. Hunc qui sceletum audet dicere, profecto ille simulacra Deorum nulla videt, aut omnia negligit. Hunc denique qui larvam putat, ipse est larvatus. At tibi, Aemiliane, pro isto mendacio duat Deus iste Superûm et Inferûm commeator, utrorumque Deorum malam gratiam, semperque obvias species mortuorum, quidquid Umbrarum est usquam, quidquid 508
Lemurum, quidquid Manium, quidquid Larvarum, oculis tuis oggerat; omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terriculamenta: a quibus tamen aevo et merito haud longe abes. Ceterum Platonica fa-

MALIS] Pith. *male*.

APPAREAT] MS. D'Orv. quem rursus hic incipere gaudemus, *appareant*.

QUAM LEPIDE] Alii *quam placide*. ELMENH. Nescio, qui. Sed Bas. pr. *lapide*.

SCELETUM] Etiam D'Orv. *scelestum*.

LARVATUS] D'Orv. *hinc*, et cum Pith. *larvans*. Post hoc verbum in D'Orv. rursus desunt seqq. usque ad *Ceterum Platonica familia*.

DUAT DEUS ISTE] Quid sunt meriti qui hanc γραφὴν Romanae edit. mutarunt? nam in aliis omnibus libris legas *aut Deus iste*, sententia nulla. *Duat* pro *duit*, nisi ita scribendum potius. Vel est, ut *fuat*. CASAUB. *ut deus iste*, lego. BRANT. Recte *duat* ex Edd. Rom. VIC. edidere Casaub. Gent. cum seqq. et MSS. Florent. In Pith. cum reliquis *aut D. iste*.

MALAM GRATIAM] Flor. *magnam grat*. ELMENH. ex Lindenbrogii Collat. *mala*.

OBVIAS] Memb. Flor. *obias*, ut et in Lib. de Mundo. ELMENH. Locus est p. 367. hui. Ed. sed vide ibi. Passim eam vocem sic scribi in MSS. monuit Oudend. ad Met. L. XI. p. 771, a.

BUSTORUM FORMIDAMINA] Haec ex antiquorum dicit opinione philosophorum, qui biothanatorum vel impuratorum hominum animas, credebant oberrare ad sepulchra, unde et illa tamquam ominosa et infausta studiose vitabant. Porphyrius de abstinent. ab animal. Lib. II. fol. 33. Plato Phaedone folio 81. Ἀλλὰ τὴν ψυχὴν λημμένην γε οἶμαι ὑπὸ τοῦ σωματοειδοῦς ὃ αὐτῇ ἡ ὁμιλία τε καὶ ξυνουσία τοῦ σώματος, διὰ τὸ ἀεὶ ξὺν εἶναι διὰ τὴν πολλὴν μελέτην ἐποίησε ξύμφυτον. Πάνυγε. Ἐμβριθὲς δὲ γε, ὦ φίλε, τοῦτο οἴεσθαι χρὴ εἶναι καὶ βαρὺ, καὶ γεῶδες, καὶ ὁρατὸν· ὃ δὲ καὶ ἔχουσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεταί τε καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον, φόβῳ τοῦ ἀειδοῦς τε καὶ ᾅδου, ὥσπερ λέγεται περὶ τὰ μνήματά τε καὶ τοὺς τάφους κυλινδουμένη· περὶ ἃ δὴ καὶ ὤφθη ἄττα ψυχῶν σκιοειδῆ φαντάσματα, οἷα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχαὶ εἴδωλα, αἱ μὴ καθαρῶς ἀπολυθεῖσαι, ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι διὸ καὶ ὁρῶνται. Aeneas Gazeus in Theophrasto: Ἔοικεν μὲν ἄτοπα ταῦτα εἶναι, καὶ οὐδὲν ἐξῆς ἀνέλεγκτον, ἀλλ' ἀκούεις οἷα τὰ περὶ τὰ μνήματα σκιοειδῆ φαντάσματα ταῦτα ἐστὶ τὰ ἀερώδη τῶν ψυχῶν σώματα, ἃ δὴ εἴδωλα καλοῦσιν. ΑΞΙΘ. οὔπω μεμάθηκας ὁ πάντα μαθὼν, ὅτι δαιμόνια κακοεργα, καὶ ἔνυλα τὰς ἀνθρωπείας ψυχὰς ὑποκρίνεται καὶ οἱ γοητεύοιεν σοφιζόμενοι. καὶ τὸν πάλαι τεθνηκότα καλεῖν ἐπαγγελλόμενοι οὐκ ἄνθρωπον ταῖς ἐπῳδίαις, ἕλκουσιν, ἀλλά τι δαιμόνιον, ὃ τοῦ ἀνθρώπου τὴν εἰκόνα τὸ εἴδωλον σχηματίζεται. Zeno sermone primo de Avaritia: *sepulchra defodiunt, timent omen, qui non timent mortem*. Livius lib. 30. et Orosius de calamitatibus et miseriis antiquorum contra Paganos lib. 4. *Hannibal in Africam redire iussus, ut fessis Carthaginensibus subveniret, flens reliquit Italiam, omnibus Italici generis militibus, qui sequi nollent, interfectis: cui cum ad Africanum litus propinquanti iussus esset quidam de nauticis ascendere in arborem navis atque inde speculari quam regionem teneret: sepulchrum dirutum se prospexisse respondit. Abominatus dictum Hannibal, deflexo cursu ad Leptim oppidum copias exposuit.* Unde et Marcellus de Medicamentis fol. 139. *Illum prohibet bustum frequentare, qui Pharmaco usus*. ELMENH.

OGGERAT] Alii *obingerat*. ELMENH. MS. Fulv. nempe.

AEVO EMERITO] Flor. *aevo et merito*. ELMENH. *aevo et merito*] Non me fugit vel tacentibus Expositoribus, ita posse haec intelligi, quasi a morte Aemilianus in Larvam migraturus esset: (ita enim Platonici cum sceleste is peragi putabant.) ausim tamen *emerito* praeferre longo intervallo. Noster ubi supra: *Emeritus stipendiis vitae*. Nemesian. Ecl. I. *Emeritae perpensus tempora vitae*. Item Cyneg. *Emerito vigor est iuvenilis in aevo*. Festus, *mortuus, ab emerita vita dictus*. PRIC. Huic lectioni si inhaereas, sic intellige, *aetate, quae iam valde provecta est et propinqua morti*. *et tale est meritum tuum, ut post mortem, si digna vitae prae-*

 mia

familia nihil novimus nisi festum et laetum, et solemne, et superum, et coeleste. Quin altitudinis studio secta ista etiam coelo ipso sublimiora quaepiam vestigavit, et in extimo mundi tergo degit. Scit, me vera dicere, Maximus, qui τὸν ὑπερουράνιον τόπον ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ νώτῳ legit in Phaedro diligenter. Idem Maximus optime intelligit, ut de nomine etiam vobis respondeam, quisnam sit ille, non a me primo, sed a Platone nuncupatus βασιλεὺς, totius rerum naturae causa, et ratio, et origo initialis, summus animi genitor, aeternus animantium sospitator, assiduus mundi sui opifex. Sed enim sine opera opifex,
509. sine cura sospitator, sine propagatione genitor, neque loco, neque tempore, nec vice ulla comprehensus, eoque paucis cogitabilis, nemini effabilis. En, ul-

nia reddantur, tibi in larvam procul dubio et nocturnum terriculamentum sit migrandum. (ita enim Platonici cum scelestis agi putabant.) At melius forte legas: *aevo emerito*, ut sensus sit: Aemilianum sepulchris et bustis esse proximum, quippe cuius aetas iam peracta est. Florid. *aevo et merito* constans est MSS. et Edd. vett. lectio, quam propterea mutare non debuerant Vulc. in marg. et inde Scal. in Vulc. Edd. sec. et tert. Wow. Elm. Scriv.

Coelo] Non est in D'Orv.

Quaepiam vestigavit] Flor. *vestivit*. Elmenh. MSS. D'Orv. *quaep. nescivit*. Pith. *quempiam vestium*.

Degit] Flor. *retit*. male. Elmenh. Addicit Pith. In D'Orv. *re͂e*.

Qui τὸν — νώτῳ] Desunt MSS. D'Orv. Pith. Male Ed. Colv. τὸ ὑπὲρ οὐρ. Pro *Phaedro* D'Orv. *fedio*. id. mox *intellegit*.

Nuncupatus βασιλεὺς] Florent. auget: *N. B.* ΠεΡΙτωΝ ΠαΝτον ΒΑCΙλεy ΠαΝτεστι καικειν9 sen.ka παντα, *quisnam sit ille Basileus.* Lege: περὶ τῶν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ καὶ ἐκεῖνος ἕνεκα πάντων. Elmenh. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. *respondeam quisn. sit ille non a me pr. sed a Plat. nunc.* βασιλεὺς (in Vic. et Iunt. pr. hic et mox desideratur vox Graeca) *Quisnam sit ille* βασιλεὺς *totius* etc. MS. D'Orv. *resp. q. s. i. non a me pr. nuncupatus, sed a Plat. quisnam sit ille totius* etc. Contra Pith. simpliciter *respondeam, quisnam sit aliseus, totius* etc. Quae in Florent. membranis leguntur, suspicor esse vestigia loci cuiusdam Platonici, qui interpretamenti causa adscriptus fuerit: nisi ipse auctor locum e Platone adhibuisse, et inde additamentum illud in Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. et MS. D'Orv. fluxisse videatur. Sed prius verius videtur: ad sententiam certe nihil desideratur.

Animantum] Sic vulgo. Sed edidi *animantium* e MS. D'Orv. et Ed. Iunt. post. quia sic solet App. cf. de Dogm. Plat. L. I. p. 199 et 203. hui. Ed. de Mundo p. 290. et sic alia similia: *hinnientium vel mugientium greges* de Deo Socr. p. 129. cf. supra p. 456. Ed. Flor. *sacrificantium obsequia* de Deo Socr. p. 149.

Opera] Quidam *opere*. Colv.

Neque temp.] MS. D'Orv. *nec temp.* cf. ad Met. L. IV. p. 258, b. Id. MS. *sospicator*.

Nec vice ulla compr.] Exprimere, ut puto, voluit vocem Platonicam ἀκατανόμαστος. quare lego *voce*, non *vice*. magis κατὰ πόδας libro de Dogmate Socratis ἄῤῥητον ἀκατωνόμαστον vertit *indictum innominabilem*. est ibidem et alia vox Platonis ἀπερίμετρος quod esset, *nullo loco comprehensus*, sed illud prius verum est. Casaub. Flor. *nec ulla vice*. Male. Elmenh. Casaubono e seqq. nemo oblocutus est, rescribentibus omnibus *voce*. *Comprehensus voce nulla* tunc notet, qui nulla appellatione comprehendi potest. Sed inepte satis dictum foret ab auctore, qui nulla appellatione comprehendi, et propterea a nemine enunciari potest. Equidem antiquam et MStorum lectionem sollicitandam non puto. Hoc sensu: quum reliqui mortales vices suas sustinent, explent, praestant, iisque stare debent, βασιλεὺς ille nulla *vice* comprehensus est. Frequenter usurpantur *vicem*, *vice*, *vices* de sorte, conditione, munere. Plin. Paneg. c. 80. *ipse mundi parens — te dedit qui erga omne hominum genus* vice *sua fungereris*. et saepe. Egregie autem hanc lectionem firmat similis nostri locus de eodem totius naturae parente, in L. de Deo Socr. p. 124. *qui omnium rerum dominator atque auctor est, solutum ab omnibus nexibus patiendi aliquid gerendive*, nulla vice *ad alicuius rei munia obstrictum, cur ego nunc dicere exordiar*. Si quis autem *vice* capere malit de mutatione, is quoque bonum sensum habebit. Ceterum neminem offendere debet τὸ *comprehensus*: nam, ex more, unum verbum pluribus nominibus iungitur, et generalis hoc verbo continetur notio divinae potentiae, quae nullis *comprehenditur* finibus, neque loci, neque temporis, neque conditionis, aut munerum obeundorum. Dein MSS. D'Orv. Pith. cum Casaub. Pric. *nec vice ulla*. Al. *nec ulla v.*

Su-

ultro augeo Magiae suspicionem. Non respondeo tibi, Aemiliane, quem colam *βασιλέα*. Quin si ipse proconsul interroget, quid sit Deus meus, tacebo. De nomine, ut inpraesentiarum, satis dixi. Quod superest, nec ipse sum nescius, quosdam circumstantium cupere audire, cur non argento vel auro, sed potissimum ex ligno, simulacrum fieri voluerim; idque eos arbitror, non tam ignoscendi, quam cognoscendi causa, desiderare: ut hoc etiam scrupulo liberentur, cum viderint omnem suspicionem criminis abunde confutatam. Audi igitur, cui cura cognoscere est: sed animo, quantum potes, erecto et attento, quasi verba ipsa Platonis iam senis de novissimo Legum libro auditurus: *θεοῖσι δὲ ἀναθήματα χρεὼν ἔμμετρα τὸν μέτριον ἄνδρα ἀνατιθέντα δωρεῖσθαι. γῆ μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως, ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν. μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς.* 510.
Hoc eo prohibet, ut delubra nemo audeat privatim constituere. Censet etenim, satis esse civibus ad immolandas victimas templa publica. Deinde subnectit: *χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ δὲ καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐπίφθονον κτῆμα. ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα. σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς, πολέμων ὄργανα. ξύλου δὲ μονόξυλον ὅ, τι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθου ὡσαύτως πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά.* Ut omnium adsensus declaravit, Maxime, quique in consilio estis, competentissime videor usus Platone, ut vitae magistro, ita causae patrono, cuius legibus obedientem me videtis.

Nunc tempus est ad epistolas Pudentillae praeverti, vel adeo totius rei ordinem

SUSPICIONEM] Pith. *suspicationem.* Graeca vox, statim, ut solet, abest MSS. D'Orv. Pith. et Edd. vett. praeter Iunt. post. Ald.

QUIN SI — TACEBO] *Si* non est in D'Orv. qui cum Ed. Iunt. post. *taceo.*

MEUS, TACEBO. DE NOMINE, UT INPRAESENTIARUM, S. D.] Ita haec legenda et distinguenda. *Ut inpraesentiarum* i. e. prout praesens tempus poscebat. Cic. Brut. 7. *Clisthenem multum*, ut *temporibus illis*, *valuisse dicendo* i. e. prout tempora tunc erant. Quare *ut* non mutandum in *at* cum Groslot. in marg. Edd. vett. pleraeque cum Colv. Vulc. Wow. Elm. Scriv. distinguunt *meus*; *tacebo de nomine*, *ut inpraesentiarum satis dixi.*

ARBITROR TAM IGNOSC.] Lege cum Florent. *arb. non tam ign.* ELMENH. Recte Florent. Cod. *non tam ign.* PRIC. Bene *non* aderat in Edd. vett. eiectum a Colv. Cas. Gent. Wow. uti nec comparet in MS. Pith. Eadem autem *παρονομασία* apud Terent. Heaut. II, 1. *Et* cognoscendi *et* ignoscendi *peccati dabitur locus.* et Auson. Lud. 7. Sapient. Ignoscenda *isthaec an* cognoscenda *rearis Attento*, *Drepani*, *perlege iudicio.* et apud nostrum Flor. N. 23. *repentina autem* noscitis *simul et* ignoscitis.

CONFUTATAM] Pith. *confisidam.* Graeca infra desunt rursus MSS. et Edd. iisdem.

ἑστία τε οἰκήσεως] Videtur Cicero cum haec verteret, legisse *ἑστίαγε οἰκήσεων*: videlicet *οὖσα.* et *ἱερὰ πάντων θεῶν* absque *πᾶσι*: quae tamen dictio retineri potest pro *apud omnes* vel *consensu omnium gentium.* Ciceronis interpretatio haec est: *Terra igitur*, *ut focus domiciliorum*, *sacra deorum omnium est. quocirca ne quis iterum idem consecrato.* CASAUB.

HOC EO] Ed. Ald. *in quo.*

ETENIM] Ed. Iunt. post. *enim.* *τὸ esse* delent Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr.

ἐν ἄλλαις πόλεσι] Cicero *in urbibus.* *ἐν ταῖς πόλεσι.* CASAUB. *πρὸς τὰ κοινὰ* non inveniuntur in Ed. Iunt. post.

MAXIMEQUE QUI IN CONSILIO ESTIS] Num igitur ipsi iudices, et vel *maxime* hi, dignitatis suae obliti, plausu vel clamore adsensum dedisse censendi sunt? non puto. Veram lectionem restitui e MS. D'Orv. *Maxime*, *quique in consilio estis.* Sic init. Apol. *Maxime Claudi*, *quique in consilio estis.* ubi vide. Infra p. 513. *Maxime*, *quique in consilio estis.*

NUNC TEMPUS EST] Hic perperam Edd. exoletae, et libri plerique scripti, Apologiae librum secundum auspicantur; cum una oratio sit; minime in partis duas secandae. SCRIVER. MSS. Pith. et D'Orv. *Ego* (Pith. addit *e.*) *Crispus Salustius emendavi romae felix Apuleii Platonici Madaurensis* (Pith. *Madaurensis*) *pro se apud Claudium Maximum proconsulem de Magia liber primus explicit.* Pith. addit *incipit liber secundus.* In D'Orv. alia aderant, sed deleta. Florent. *Incipit Liber secundus Magiae.* sed v. Casaub. init. hui.

nem paulo altius petere; ut omnibus manifestissime pateat, me, quem lucri cupiditate invasisse Pudentillae domum dictitant, si ullum lucrum cogitarem, fugere semper a domo ista debuisse: quin et in ceteris causis minime prosperum matrimonium; et, nisi ipsa mulier tot incommoda virtutibus suis repensaret, inimicum. Neque enim ulla alia causa, praeter cassam invidiam, reperiri potest, quae iudicium istud mihi et multa antea pericula vitae conflaverit. Ceterum, cur Aemilianus commoveretur, etsi vere me Magum comperisset; qui non modo
511. ullo facto, sed ne tantulo quidem dicto meo laesus est, ut videretur se merito ultum ire? Neque autem gloriae causa me accusat, ut M. Antonius Cn. Carbonem, C. Mutius A. Albutium, P. Sulpitius Cn. Norbanum, C. Furius M. Aquilium, C. Curio Q. Metellum. Quippe hi omnes eruditissimi iuvenes laudis

Apol. et Scip. Gent. Argument. Apol. in Append.

ORDINEM] MS. D'Orv. *ordine*. Supra p. 504. *Omnem ordinem rei gestae percensuit*. Infra p. 513. *dum ordinem rei breviter persequor*. p. 529. *Ordinem repetivit eundem*. Sept. de B. Tr. II, 50. *Ordinem rerum exponere*.

IN CETERIS CAUSSIS] Forte potius legendum fuerit *in ceteris casibus*. COLV. Cave assentiaris illi emendationi, *in caeteris casibus*. Recta enim est vulgata omnium librorum lectio *caussis*. Et ita in libris Iurisconsultorum accipi vocem *caussa* alibi monebamus. Sic *αἰτία* in illo Matthaei, *εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικὸς*.. Plane respondet Hebraeorum אורות CASAUB. cf. Brisson. de V. S. in v. *caussa* n. 12. *τῷ in* caret Ed. Iunt. post.

MINIME PROSPERUM MATR.] Ut apud Plin. L. X. Ep. 95. *parum felix matrimonium expertus est*. BRANT. add. Pric.

ET NISI] Carent copula MSS. Florent. D'Orv.

INIMICUM] Florent. *in unicum*, deleta particula *et*. ELMENH. D'Orv. etiam *in unicum*. sed in MSS. *inimicum* et *in unicum* discerni vix possunt. V. D. in marg. Ed. Iunt. post. malebat *iniquum*, ut passim, *iniqua conditio* et sim.

CASSAM] D'Orv. *tamen*.

CETERUM, CUR AEMIL.] Iacentem sententiam ereximus adiectis interrogationis notis. CASAUB.

COMPERISSET] MS. Pith. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *conspexisset*. in Pith. *quî* pro *qui*.

UT VIDERETUR SE M. ULTUM IRE] Corn. Tacit. 15. Annal. *Spretum Arsacidarum fastigium ire ultum volens*. BRANT. Scriv. omisit *se*.

UT M. ANTONIUS CN. CARB.] Accusationis huius fortasse meminit M. Tullius epistola ad Paetum: ubi de Cn. Carbone loquens. *Iam pater eius*, inquit, *accusatus a M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur:* tamen quia de accusatione suscepta in Iuvenili aetate sermo est, nescio an non auctori hic memoria imposuerit, ut M. Antonio tribuerit, quod debuerat L. Crasso: quem certum est, cum esset adolescentulus undeviginti annorum Cnaeum sive Caium (mira enim vel librorum vel auctorum in hoc praenomine varietas) Carbonem perculisse. Meminit Cicer. variis locis, nec non auctor libri De Caussis Corruptae eloquentiae. CASAUB. *ut* exstat MS. D'Orv. Pro *Cn.* Pith. et Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *cum*.

C. MUTIUS A. ALBUTIUM] Cicero *Titum* vocat. Bruto: *Mutius augur quod opus erat per se ipse dicebat: ut de pecuniis repetundis contra T. Albutium*. Notae inimicitiae inter Mutium Scaevolam et Albutium, etiam ex Lucilii versibus quos refert Cicero primo de finibus. CASAUB. De Tito Albutio, quem hic, sive memoriae, sive scribarum vitio, *Aulum* vocat Appul. v. Ernest. in Cl. Cic. Histor.

P. SULPICIUS CN. NORBANUM] Tullius Caium Norbanum vocat De Oratore lib. II. Celeberrima fuit ista accusatio, et propter reum et propter eius patronum M. Antonium. CASAUB. *Caius* quoque vocatur in Fastis, et a Vell. Pat. II, 25.

C. FURIUS M. AQUIL.] Existimo scribendum *M'. Aquilium*. nam hunc constat gravissimorum criminum fuisse postulatum, et M. Antonii patrocinio servatum. CASAUB. ut saepe omissa virgula post *M'*. illud nomen corrupit: modo in reliquis praenomina constarent. Quem enim *C. Furium* vocat noster, eundem *L. Fufium* appellat Cic. in Brut. c. 49 et 62. et de Off. II, 14. Sed fortasse in Cicerone legendum *Furium* ex h l. scriptum autem fuerat *Fusium*. Furii enim iidem erant, qui olim Fusii: sed diversi ab his Fufii. Vide Ernest. in Cl. Cic. Histor. v. *L. Fusius*. Fuisse aliquem *C. Furium* patet ex Orat. pro Balbo c. 8.

C. CURIO Q. METELLUM] Videntur hi esse C. Curio, tribunus plebis, et Q. Metellus Celer, quorum coniunctim meminit Cic. in Bruto c. 89. De accusatione vero, an aliunde quid constet, ignoro.

Ho-

dis gratia primum hoc rudimentum forensis operae subibant, ut aliquo insigni iudicio civibus suis noscerentur. Qui mos incipientibus adolescentulis ad illustrandum ingenii florem apud antiquos concessus, diu exolevit. quod si nunc quoque frequens esset, tamen ab hoc procul abfuisset. Nam neque facundiae ostentatio rudi et indocto, neque gloriae cupido rustico et barbaro, neque inceptio patrociniorum capulari seni congruisset. nisi forte Aemilianus, pro sua severitate, exemplum dedit, et ipsis maleficiis infensus accusationem istam, pro morum integritate, suscepit. At hoc ego Aemiliano, non huic Afro, sed illi 512.
Africano et Numantino, et praeterea Censorio vix credidissem, ne huic frutici credam non modo odium peccatorum, sed saltem intellectum inesse. Quid igitur est? Cuivis clare dilucet, aliam rem invidia nullam esse, quae hunc, et Herennium Rufinum impulsorem huius, de quo mox dicam, ceterosque inimicos meos, ad nectendas Magiae calumnias provocarit. Quinque igitur res sunt, quas

HOMINES ERUDITISSIMI IUVENES] MS. Pith. *oẽs er. i.* Ed. Iunt. post. *omnes er. i.* Lego: *hi omnes erud. i.* cum Abramo ad Cic. pro Coelio, 15.

LAUDIS GRATIA] Cicero pro M. Caelio: *Voluit vetere instituto eorum adolescentiam exemplo qui post in civitate summi viri et clarissimi cives extiterant industriam suam a populo Rom. ex aliqua illustri accusatione cognosci.* Auctor libri de Caussis corruptae eloquentiae, *Nonodecimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno et vigesimo, Caesar Dolabellam, altero et XX. Asinius Pollio C. Catonem, non multo aetate antecedens Calvus Vatinium, iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus.* Hieronymus Augustino, *puerilis est iactantiae, quod olim adolescentuli facere consueverant, accusando illustres viros suo nomini famam quaerere.* CASAUB.

UT ALIQUO INSIGNI IUDICIO] Sic in de Dogm. Plat. *Simili iudicio cognosci.* heic autem cum Meursio malim, *indicio.* PRIC. Meurs. Crit. Arnob. II, 6. *indicio.* Non probo. In eandem sententiam Cic. pro Coelio l. c. *ex aliqua illustri accusatione.*

AB HOC PR. ABFUISSET] Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *ab haec.* MS. D'Orv. *abfuisse*, in quo mox, *rudis.*

CAPULARI SENI] MS. D'Orv. *copulari s.* De τῷ *capularis* i. e. capulo proximus, morti contiguus, cf. Non. Marc. c. I. n. 13. Isid. XX, 11. et in primis Fulgent. de Prisco Serm. §. 23.

PRO SUA SEVERITATE] D'Orv. *sevate.*

AD HOC] Leg. *At h.* Patet ex antecedentibus, quae lege. ACIDAL. Male Edd. Vulg. et MSS. *ad hoc.*

FRUTICI] In hominem rusticum, ineptum. Plautus Mostell. *Nec verisimile loquere, nec verum frutex.* COLV. Notabis quod *fruticem* vocat Aemilianum, convicium fuisse in stupidos et insulsae mentis homines (id quod iam pridem Plautinis suis I. Gulielmius noster docuit) in rusticiores praesertim et inurbanes, quibus et *Caudicum* et *stipitum* et *truncorum* appellatione contumeliam dicimus. Igitur et rusticum hic et barbarum vocat Aemilianum, cuius vitam et operas rusticanas varie superiori Apologia exagitavit. v. pag. [Ed. Flor. 429, 430]. Clarissime ex Plauto videre est, cuius locum e Mostell. appingam. TR. *nec verisimile loquere, nec verum, frutex.* GR. *Tu urbanus scurra* etc. *rus mihi tu obiectas.* ACIDAL.

APRO] Pith. *Africo.* D'Orv. *Asio.* id. mox *odio* et *quod igitur.*

CUIVIS CLARE DILUCET] Edd. Vic. Iunt. post. *cuius.* MS. Pith. *daĩ*, loco τοῦ *clare.* D'Orv. *claret et lucet.* docte.

ALIAM REM INVIDIAM N. ESSE] Raram phrasim minus perceptam sententiae depravandae fuisse intelligas. Rescribo, *aliam rem invidia nullam esse.* ut Aemilianus et impulsor eius Rufinus Apuleium reum facerent, non aliud praeter invidiam in caussa fuisse ait. Ea phrasi Horatius: *Edicto vetuit, ne quis se praeter Apellem, Pingeret, aut alius Lysippo duceret aere.* Itidem Varronem locutum demonstravi in Particulis. Addo nunc, mendam tollendam ex epistola M. Bruti apud Ciceronem Lib. XI. Famil. Epist. II. *Nec quidquam aliud libertate commune quaesisse* vulgatis in libris adhibetur praepositio: *aliud a libertate*, sed eam Codices MS. respuunt. STEWECH. *Invidia* Rom. et Bas. II. In aliis *invidiam.* Noto supra ad L. III. Metam. COLV. Edd. paucae ut Bas. pr. Ald. *invidiam.* male. V. ad Met. L. III. p. 217, b. seq. MS. D'Orv. *nullum.*

HERENNIUM] Pith. sine adspiratione. D'Orv. *Herinnium.* Iidem MSS. *quin* pro *quinque.*

quas me oportet disputare. Nam si probe memini, quod ad Pudentillam atti-
net, haec obiecere. Una res est, quod nunquam eam voluisse nubere post
priorem maritum, sed meis carminibus coactam dixere: altera res est de episto-
lis eius, quam confessionem Magiae putant: deinde sexagesimo anno aetatis ad
libidinem nupsisse, et quod in villa, ac non in oppido, tabulae nuptiales sint
consignatae, tertio et quarto loco obiecere. Novissima, et eadem invidiosissi-
ma criminatio, de dote fuit. Ibi omne virus totis viribus adnixi effudere: ibi
maxime angebantur. Atque ita dixere: me grandem dotem mox in principio
coniunctionis nostrae mulieri amanti, remotis arbitris, in villa extorsisse. Quae
513. omnia tam falsa, tam nihili, tam inania ostendam, adeoque facile et sine ulla
controversia refutabo, ut medius fidius verear, Maxime, quique in consilio es-
tis, ne demissum et subornatum a me accusatorem putetis, ut invidiam meam
reperta occasione palam restinguerem. Mihi credite, quod reapse intelligetur,
oppido quam mihi laborandum est, ne tam frivolam accusationem me potius
callide excogitasse, quam illos stulte suscepisse, existimetis. Nunc dum ordi-
nem

DISPUTARE. NAM SI PROBE MEMINI, QUOD etc.] Sic vulgo editum: D'Orvilliani Cod. scriptura fortasse verior, qui expungit *nam*, ut tunc distinctio plena post *memini* ponatur. Ex quinque rebus quas disputare oportebat Appuleium, quatuor ad Pudentillam pertinebant, *Novissima criminatio de dote fuit.*

QUOD NUNQUAM — ALTERA RES EST] Non comparent in MS. D'Orv. In Pith. deest *coactam.*

DENIQUE SEXAGESIMO]. Ita V. C. Mox Fulv. *ubi omne virus.* Et proxime: *ne submissum et subornatum.* SCIOPP. *in Symb.* Recte reliqui libri: *deinde sexag.*

ET QUOD] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. non habent *et.* Statim *ac* eiecit Floridus, sed revocatum est in Ed. Bip. Pro eo in MS. Pith. est *at.* non male. in D'Orv. *ut.* Post *obiecere* D'Orv. addit *ait.*

TOTIS VIRIBUS ADNIXI EFFUDERE] MS. D'Orv. *advexi*, deletis *totis viribus.* MS. Pith. *adnexi.* id. Cod. *effundere*, quomodo exstat in Ed. Iunt. post. quod non displicet, si pro sequente *ibi* cum Iungermanno legas *ubi* (quod voluit fortasse etiam Fulv. v. Sciopp. supra), ut sit infinitivus per indignationem. Quia tamen sic minus apte sequitur, *Atque ita dixere*, nil muto. Pro *angebantur* D'Orv. *agebatur.*

MOX IN PRINCIPIO] Forte rectius *exin princ.* COLV. Pro *coniunctionis nostrae* MS. D'Orv. *convictionis me.*

MULIERI AMANTI] Non male D'Orv. addit *scilicet*, quam vocem saepe interserit noster, sed aut corruperunt aut omiserunt librarii. v. Ind. Not.

DEMISSUM ET SUBORNATUM] Fortean in antiquis fuerit *ne ei missum.* STEWECH. Malit Lipsius, *immissum et sub.* vel *subm. et sub.* COLV. Satis nove, nescio an satis Latine, *demittere accusatorem* pro submittere. Fortasse *emissum* scribendum, quo dicitur modo emissarius: aut Graecissat Appuleius: nam Graecis καθιέναι et dimittere significat et submittere. CASAUB. Sic Scaliger legit. Lips. *immissum.* Flor. *demissum.* Fulv. *submissum.* Vide Casauboni notas. ELMENH. Fulvii MS. *submissum.* Scalig. *emissum.* Lipsius *immissum* et certe immissum verius, saltem vero similius putem. Gellius Lib. IV. cap. 18. *Petilius quidam Tribunus Pl. a M. (ut aiunt) Catone, inimico Scipionis, comparatus in eum sitque immissus* etc. PRIC. Pro *demissum*, quod est in MSS. et Edd. reliquis, Scal. Elm. et Flor. dedere *emissum.* Wow. *submissum*, probante Markland. in Coniect. ad Lys. Orat. 7. ut *submittere accusatorem* dixit etiam Seneca in sap. non. cad. ini. Si quid mutandum, malim *immissum*, ut *immittere accusatorem* apud Capitol. in Maximin. cap. 13. Sed sanum puto *demissum*, quod idem notat ac *submissum*, et exprimit Gr. καθιέναι. Est autem *demittere accusatorem*, in occulto loco eum abscondere, ut ex eo impetum faciat: sic de insidiis proprium est Gr. καθιέναι ἐνέδρας, λόχον et sim. cf. Schweigh. ad Polyb. III, 48. Operarum vitium est *dimissum* in Ed. Casaub.

INVIDIAM MEAM] Lego *mei:* certo et perpetuo Graecismo Appuleiano. PRIC. Frequens quidem, non tamen perpetuum est Appuleio.

RESTINGUEREM] MS. D'Orv. *restring.* solita aberratione. cf. ad Met. L. II. p. 115, b.

MIHI CREDITE] Non leguntur haec in MS. D'Orv. Salmas. suspicabatur legendum *mihi certe:* ut tum seq. *mihi* παρέλκει. Efficacius mihi videtur vulgatum sequi. Pro *reapse intelligetur* D'Orv. *rease intelligetur;* dein idem MS. *extimetis.* et in seqq. *efficio* pro *eff.*

RE-

nem rei breviter persequor, et efficio, ut ipse Aemilianus recognoscat, falso
se ad invidiam meam inductum, et longe a vero aberrasse necesse habeat con-
fiteri; quaeso, uti adhuc fecistis, vel si quo magis etiam potestis, ipsum fon-
tem et fundamentum iudicii huiusce diligentissime cognoscatis. Aemilia Puden-
tilla, quae nunc mihi uxor est, ex quodam Sicinio Amico, quicum antea nupta
fuerat, Pontianum et Pudentem filios genuit: eosque pupillos relictos in potes-
tate paterni avi (nam superstite patre Amicus decesserat) per annos ferme qua-
tuordecim memorabili pietate sedulo aluit. Non tamen libenter in ipso aetatis
suae flore tam diu vidua: sed puerorum avus invitam eam conciliare studebat
alteri filio suo Sicinio Claro; eoque ceteros procos absterrebat: et praeterea mi- 514
nabatur, si extrario nupsisset, nihil se filiis eius ex paternis eorum bonis testa-
mento relicturum. Quam conditionem quum obstinate propositam videret mulier
sapiens et egregie pia; ne quid filiis suis eo nomine incommodaret, facit quidem
tabulas nuptiales, cum quo iubebatur, cum Sicinio Claro: verum enimvero va-
nis frustrationibus nuptias eludit, eo ad, dum puerorum avus fato concessit, re-
lictis filiis eius heredibus: ita ut Pontianus, qui maior natu erat, fratri suo tutor
es-

RECOGNOSCAT] MS. D'Orv. et Ed. Iunt. post. *recognita.* qvasi fuerit *recognito.* v. supra ad pag. 461. hic tamen male. Dein id. Ms. *inductam et lege vero.*

UTI ADHUC FECERITIS] Supra [in Append. hui. Ed. p. 446.] monuimus legendum *fecistis.* PRIC. Bene. et addicit MS. D'Orv. In Pith. *adhoc.*

FUNDAM. MENDACII HUIUS] Bas. II. ad marg. *iudicii.* COLV. Flor. *iudicii huius.* male. Phaedrus fab. 49. *Si mendacium subtiliter limasset a radicibus.* ELMENH. *Mendacii* suspectum etiam fuit Grutero Suspic. Ined. XXIII. 2. rescribenti *invidiae.* Membranarum Florent. scriptura, quam firmat MS. D'Orv. et praebet iam Ed. Iunt. post. mihi prae vulgata placet.

PUDENTILLA] MS. D'Orv. *Prud.* et mox *Succinio.* Pro *quodam* Ed. Iunt. post. *quondam.*

PUP. REL. IN POT. PAT. AVI] Hunc verborum ordinem dedi e Iunt. post. et MS. D'Orv. in quo tamen non exstat *relictos.* Al. *pup. in pot. av. pat. rel.* al. *pup. in pot. av. rel. pat.*

INVITAM EAM etc.] MS. D'Orv. *invita eam consil. st. ceterum f. s. Sicin.*

ALTERI FILIO SUO] Ergo hoc legitimum? OUDEND. *in marg.* Certe non Iustinianeo iure: talesque nuptias prorsus abolevit Imp. Zeno l. penult. Cod. de Incest. nupt. monente Scip. Gentile, qui citat fratrem suum Albericum Gentilem L. V. de Nuptiis cap. 10.

CUM QUO IUBEBATUR] Bas. I. Ven. *cum quo videbatur.* COLV. Editionibus Bas. pr. et sec. adstipulatur MS. D'Orv. *videbatur* i. e. placebat. Sed ἐμφατικώτερον est *iubebatur.*

CUM SICINIO CLARO] Haec mihi quidem pro glossemate. BRANT. A manu (ut notat Brantius) Glossatoris. PRIC. Uncis inclusit Scriv. Potuit tamen in brevi hac et dilucida narratione perspicuitatis causa ea addere auctor.

VANIS FRUSTRAT] Legendum adparet *variis.* neque enim vanae fuerunt, quae ita ex voto mulieris processerunt: et ita prius emendarat eruditissimus Lipsius. SCIP. GENT. Legerim cum Lipsio *variis frustr.* COLV. Ita legendum sane, non *variis*, ut nonnullis placet. Attius Alcmaena: *Tanta ut frustrando vanans, lactans protrahat.* PRIC. *Vanas frustrationes* intelligo, non, effectu carentes; nam tum omnino legendum foret *variis* cum Lips. et Salm.: sed leves, futiles et fictas.

EO AD, DUM] Ita verba interpungenda, nec ordo eorum mutandus, quod veteribus non displicuerit istiusmodi vocum anastrophe, *eo ad, ad quo, ea propter* etc. STEWECH. V. D. in marg. Ed. Iunt. post. putabat scriptum fuisse *eoad*, pro *quoad.* Non puto. *Eo ad* prorsus formatur ut *quoad*, et idem valet *eo ad dum*, per anastrophen, quod *adeo dum* apud Plaut. Merc. prol. vs. 77. *adeo dum peperisset.* pro quo frequentius *adeo usque dum* vel *usque adeo dum.* Terent. Eun. IV, 6, 3. Usque adeo *ego illius ferre possum ineptias et magnifica verba, verba dum sint.* Plaut. Amph. I, 2, 10. adeo usque dum *capiet.* cf. Asin. II, 2, 62. *Adeo usque donec perpulit.* Terent. And. IV, 1, 38. *adeo donicum.* Plaut. Pseud. IV, 7, 72. *adeo usque ut.* id. Bacch. III, 4, 10.

CONCESSIT] Edd. Cas. Gent. Pric. *concessisset.* contra reliquos libros: et Indicativus hic melior.

Eo

esset. Eo scrupulo liberata cum a principibus viris in matrimonium peteretur, decrevit, sibi diutius in viduitate non permanendum. quippe ut solitudinis taedium perpeti posset; tamen aegritudinem corporis ferre non poterat. Mulier sancte pudica, tot annis viduitatis sine culpa, sine fabula, adsuetudine coniugis torpens, et diutino situ viscerum saucia, vitiatis intimis uteri, saepe ad extremum vitae discrimen doloribus obortis exanimabatur. Medici cum obstetricibus
515. consentiebant, penuria matrimonii morbum quaesitum. malum indies augeri, aegritudinem ingravescere: dum aetatis aliquid supersit, nuptiis valetudinem medicandum. Consilium istud quum alii approbabant, tum maxime Aemilianus iste, qui paulo prius confidentissimo mendacio adseverabat, nunquam de nuptiis Pudentillam cogitasse, priusquam foret Magicis maleficiis a me coacta, me solum repertum, qui viduitatis florem eius velut quandam virginitatem carminibus et venenis violarem. Saepe audivi non de nihilo dici, Mendacem memorem esse oportere. At tibi, Aemiliane, non venit in mentem, priusquam ego Deam ve-

ve-

Eo scrupulo] Absunt haec MS. D'Orv. usque ad *Consilium istud* etc.

Aegritudinem] MS. Pith. *aegritudine.*

Sancte pudica] Vulgo *sane pudica.* Sic *sancte pius* apud Plautum in Rud. Sc. *Quam mox licet* etc. Elmenh. Non vulgo, sed Edd. Vulc. sec. tert. *sane:* male. Paulo supra, *egregie pia.*

Assuetudine coniugis] An *desuetudine*? an ita potius, *a solitudine coniugii torpens.* Casaub. *absuetudine* Fulvius. Mox v. c. *nuptiis valetudinem medicandam.* Sciopp. *in Symb.* Non *assuetudine* hercle, sed *insuetudine:* ideoque rescribendum vel *desuetudine*, vel, quod novitate ipsa magis placeat, *asuetudine*, detracta unica saltem literula. *Asuetudo* et *asuescere* cum praep. *A* composita, ut *afuisse* et alia alibi legimus. Hoc tamen pono tantum, non etiam affirmo. Acidal. Legendum cum doctissimo Casaubono *A solitudine* vel *Desuetudine.* Scip. Gent. *dissuetudine* lego. Brant. *absuetudine.* Sic lego cum Fulvio et Wowerio. In Flor. et Rom. est *assuetudine coni.* Scal. *desuetudine c.* Elmenh. Placet Fulviani Codicis Lectio *Absuetudine.* Pric. Reposui ex Fulviani Cod. lectione *absuetudine* i. e. *desuetudine.* Florid. Non est Fulv. codicis lectio; sed ipsius Fulvii coniectura, et Pontani Anal. III, 13, quam admisere Elm. Scriv. Flor. *Desuetudine* exhibuere Scal. et Wow. atque ita locutus est auctor in Flor. n. 17. *Vox in vagina silentii condita, diutino* torpore *hebetatur.* Desuetudo *omnibus pigritiam — parit.* MSS. et Edd. vett. servant *assuetudine* sive *ads.* quod mihi unice placet. Mulier quia adsueta erat coniugi, iam torpebat, coniuge carens.

Intimis] MS. Pith. *vicinii.*

Penuria matrimonii] id est, quod Venerea voluptate non frueretur. Nam ut Hippocrates ait, si mulieres rem cum viris habeant, melius valent: sin venere abstineant, minus bene. Vid. Lib. de genitura p. 6. in 4. ubi et causam addit. Lindenbrog. vindicavit sibi haec Lindenbrogii verba Elmenh. addens Platonis locum in Timaeo fol. 91. Alium eiusdem Platonis e Lib. XI. de Legg. adducit Scip. Gent.

Valetudinem,] Non est in MS. Pith. MS. Fulv. *medicandam:* sed alterum magis ex more Appuleii.

Quum — tum] MS. D'Orv. *tum — tum.* cf. ad Met. VIII. p. 535, b.

Approbarent] Venet. *approbant.* Colv. *Approbabant* dedimus e MSS. Pith. D'Orv. Fux. Post *quum*, sequente *tum*, aliquoties quidem subiunctivus ponitur, sed ita fere post *tum* aliud sequitur verbum. Cic. de Amic. 7. Quum *plurimas et maximas commoditates amicitia* contineat, tum *illa nimirum* praestat *omnibus.* Quare, nisi MSS. veram lectionem servassent, amplexus essem Iungermanni correctionem *approbarunt.*

Qui viduitatem eius v. q. virginitatem violarem] Sic Edd. O. (nisi quod Vulc. sec. tert. *violatum* corrupte habeant) excepta lunt. post. in qua e MSS. legitur *viduitatis*, quemadmodum etiam MS. Pith. habet: sine sensu. Veram lectionem eruisse mihi videor e Cod. D'Orv. qui sic habet: *qui viduitatis florem continentiam eius vel.* etc. τὸ *continentiam* glossatoris nota est, explicantis *florem viduitatis*, idque recte. Est enim *flos viduitatis*, illibata et sancte pudiceque servata viduitas, quam magicis carminibus violare voluisse Appuleium, Aemilianus adseverabat.

Memorem esse] Deest verbum Edd. plerisque ante Colv. Sed contra MSS.

At tibi] MS. D'Orv. *ac t.* quod fere perpetuum est in illo Cod. Mox Pith. *in mente* et

ve-

nirem, te literas etiam, uti nuberet, scripsisse ad filium eius Pontianum, qui
tum adultus Romae agebat? Cedo tu epistolam, vel potius da ipsi: legat, sua
sibi voce, suisque verbis sese revincat. (*Initium epistolae Aemiliani.*) Estne haec
tua epistola? quid palluisti? nam erubescere tu quidem non potes. Estne tua ista
subscriptio? Recita, quaeso, clarius, ut omnes intelligant, quantum lingua eius
manu discrepet, quantumque minor illi sit mecum, quam secum, dissensio. (*Reli-
quum epistolae.*) Scripsistine haec, Aemiliane, quae lecta sunt? „ Nubere illam vel-
„ le et debere, scio; sed, quem eligat, nescio." Recte tu quidem, nesciebas. Pu-
dentilla enim tibi, cuius infestam malignitatem probe norat, de ipsa re tantum, ce-
terum de petitore nihil fatebatur. At tu, dum eam putas etiam nunc Claro fratri 516.
tuo denupturam, falsa spe inductus, filio quoque eius Pontiano auctor adsentiendi
fuisti. Igitur si Claro nupsisset, homini rusticano et decrepito seni, sponte eam
diceres, sine ulla Magia, iam olim nupturisse: quoniam iuvenem talem, qualem
dicitis, elegit, coactam fecisse, ais: ceterum semper nuptias aspernatam. Ne-
scisti, improbe, epistolam tuam de ista re teneri: nescisti, te tuomet testimonio
convictum iri. Quam tamen epistolam Pudentilla, testem et indicem tuae volunta-
tis, (ut quae te levem et mutabilem, nec minus mendacem et impudentem sciret)
maluit retinere, quam mittere. Ceterum ipsa de ea re Pontiano suo Romam scrip-
sit, etiam causas consilii sui plene allegavit. Dixit illa omnia de valetudine: nihil
praeterea esse, cur amplius deberet obdurare: hereditatem avitam longa viduitate
cum despectu salutis suae quaesisse: eandem summa industria auxisse. Iam Deum
voluntate, ipsum uxori, fratrem eius virili togae idoneos esse. Tandem aliquan-
do se quoque paterentur solitudini suae et aegritudini subvenire. Ceterum de pie-
tate sua et supremo iudicio nihil metuerent: qualis vidua eis fuerit, talem nuptam
futuram. Recitari iubebo exemplum epistolae huius ad filium missae. (*Epistola
Pudentillae ad Pontianum F.*) Satis puto ex istis posse cuivis liquere, Pudentil- 517.
lam non meis carminibus ab obstinata viduitate compulsam, sed olim sua sponte a
nu-

venire. Dein id. MS. *tam adultus — da illi.* D'Orv. *aiebat* pro *agebat.*

REVINCAT] Edd. Vulc. sec. tert. *revinciat.* Sequentia verba *Initium Epistolae Aemil.* non admisit Scriv. Videtur tamen initium epistolae h. l. legisse Aemilianus, ut evincit sequens *clarius.*

QUANTUMQUE MINOR] Legerim *quantoque minor.* PRIC. Sine necessitate. Val. Max. IV, 1, 1. Quantum *domo inferior*, tantum *gloria superior evasit.*

ILLI SIT] MS. Florent. D'Orv. *illis sit.* male.

ETIAMNUNC] MS. D'Orv. *etiamnum.* sed V. Ind.

NUPTURISSE] MS. D'Orv. *nuptuirisse.* Ed. Ald. *nuptam esse.* De desiderativis in *urio*, ut *canturio* apud Petron. c. 64. et sim. consuli potest Voss. de Anal. III 45.

COACTAM] MSS. D'Orv. *coactu*, Pith. *coactum.* In seqq. pro *convictum* Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. *convinctum.*

PONTIANO FILIO SUO] Non est *filio* in MSS. Pith. D'Orv. et vacat: quare eiiciatur, ut factum in Ed. Iunt. post.

AVITAS] MS. Pith. *vita.* et pro *eamdem*, *eam de*, ut saepe *m* finalis littera omissa est in illo cod.

UXORI] D'Orv. *uxoris*, et dein *idoneum.* Tum ante *paterentur* id. cod. denuo inserit *se.*

SUPREMO] MSS. Pith. Fux. *summo.* sed vide Pricaei notam.

IUBEBO] In marg. Ed. Iunt. post. divinatur *iubeto.* male. Tum addidisset auctor *Maxime*, ut infra p. 552 *Litteras quaeso, Maxime, paulisper, recitari sinas*, sed ut hic, ita supra p. 495 *Recitari ipsa haec iubebo.* Pro *epistolae huius* D'Orv. inverse *huius epist.*

EX ISTIS POSSE CUIVIS LIQ.] Hunc ordinem dedi e MS. D'Orv. et Ed. Iunt. post. Vulgo *posse* collocatur post *liquere.*

COMPULSAM] Dubitat Gruter. Suspic. Ined. L. XXIII. c. 2. an *compelli ab aliqua re* Latine dicatur, quare, ingeniosa sane coniectura,

sus-

nubendo non alienam, me fortasse prae ceteris maluisse. Quae electio tam gravis
feminae cur mihi crimini potius, quam honori, danda sit, non reperio. Nisi ta-
men miror, quod Aemilianus et Rufinus id iudicium mulieris aegre ferant: quum
ii, qui Pudentillam in matrimonium petiverunt, aequo animo patiantur me sibi
praelatum. Quod quidem illa ut faceret, filio suo potius, quam animo, obsecuta
est. Ita factum nec Aemilianus poterit negare. Nam Pontianus, acceptis literis
matris, confestim Roma advolavit: metuens, ne si quem avarum virum nacta es-
set, omnia, ut saepe fit, in mariti domum conferret. Ea sollicitudo non medio-
criter animum angebat. Omnes illi fratrique divitiarum spes in facultatibus matris
sitae erant. Avus modicum reliquerat, mater HS. quadragies possidebat. Ex quo
sane aliquantam pecuniam nullis tabulis, sed, ut aequum erat, mera fide accep-
518 tam, filiis debebat. Hunc ille timorem mussitabat. adversari propalam non aude-
bat, ne videretur diffidere. Quum in hoc statu res esset inter procationem matris
et

suspicatur *convulsam*. Apposite autem *convelli*, quia *obstinata* erat. Sic sane Cic. ad Att. VIII. 15. *quae me* convellerunt *de pristino statu, iam tamen — labantem*. Interim non adeo usque mihi suspecta est vulgaris lectio, ut eam absque omni auctoritate mutem. *Compellere aliquem* est, eum vi depellere, cogere, βιάζεσθαι; *compellere mulierem a viduitate*, eam cogere ut a viduitate se conferat ad nuptias. Sic infra quoque p. 519. conversum *ab re uxoria*, varie tentarunt VV. DD. ubi vide.

NON ALIENAM ME] Flor. *alienam quam me*. ELMENH. Accedunt Pith. D'Orv. Edd. Iunt. utr. Ald. Bas. pr. V. D. in marg. Iunt. post. putabat pro *quam* scribendum *eam*. Plurium sane librorum consensus arguere videtur, aliquid excidisse: quod quale fuerit manifestum non est. Suspicor tamen fuisse particulam *Quidni?* quam passim orationi interserit App. V. Oud. ad Met. L. XI. p. 810, b. qui restituere id quoque conatus est de Mundo p. 361, a. Add. Met. II. p. 89. V. p. 376. VIII. p. 510. IX. p. 610. et 624. Supra Apol. p. Ed. Flor. 410 et 491. Legam itaque: *sed olim sua sponte a nubendo non alienam, quidni? me fortasse prae ceteris maluisse*.

NONNIHIL TAMEN MIROR] Sic vulgo editum. At MSS. Pith. *nec t. m.* Florent. *nisi nihil t. m.* D'Orv. cum Ed. Iunt. post. *nisi tamen m.* Vere. *Nisi* simpliciter valet *sed*. Vide quos laudant Drakenb. ad Liv. XXIV. 20, et Oud. ad nostri Met. IV. p 283.

ANIMO] MS. D'Orv. *aliquo*.

NEC AEMIL.] MS. D'Orv. *ne Aemil.* pro *ne — quidem*. V. Ind.

ACCEPTIS] Pith. *ad acceptis*.

ROMAM ADVOLAVIT] Hic somnus forte obrepsit operis in opere non longo, et quod magis mirere, propagatus error per omnes editiones, quem tollo, *confestim Roma advolavit*. mater enim filium ad Tripolitanae provinciae civitatem Oeam, Roma suis literis evocaverat, ex Italia in Africam. STEWECH. Erat in omnibus libris *Romam* prorsus contra rationem: praecessit enim paullo ante, *ipsa de ea re Pontiano filio suo Romam scripsit*. Ibi erat Pontianus: inde acceptis matris literis Oeam evestigio venit. ac suspicio est scripsisse Apuleium, *Roma Oeam advolavit* CASAUB. *Confestim Roma advolavit*] Fulvius idem mox: *ex fatigatione itineris adfectus*. SCIOPP. *in Symb.* Flor. et Rom. *Romam advolavit*, male. ELMENH. Bene *Roma* est in MS. D'Orv. In reliquis et Edd. ante Casaub. *Romam*. manifesto errore.

NON MED.] MS. D'Orv. *nonn med.*

SITAE ERANT] MS. Pith. *suae erant*. non male quoque.

MODICUM RELIQUERAT] Potest haec lectio ferri, nempe ut fortunarum avi mediocritatem opponat nurus opulentiae. Legebam nihilominus *modum* agri vel fundi nimirum. Plaut. Aulul. *Agri reliquit ei non magnum modum*. Horatius — *modus agri non ita magnus*. Cicero pro Flacco. *Voluistis magnam agri modum censeri*. Gellium corrigend. putem. lib. 7. cap. 3. *De numero pecoris et de Domino agri praefinito*. leg. *de modo agri p.* Idem lib. 20. cap. 1. *Quid salubrius usum est rogatione illa Stolonis de iugerum numero praefinito?* PRIC. Persuasit Pric. Scriverio edenti *modum*. non mihi, qui, cum Gronovio ad Gell. VII. 3. sciam, quid sit *modus agri*, sed rogatos velim viros doctos, quid sit *modum relinquere*? aut unde noscant?

MERA FIDE] MS. D'Orv. *m. fidem*.

INTER PRECATIONEM] Suspicor legendum *Procationem matris*. hoc est, dum illius nuptias proci multi ambiunt, postquam semel ejus animus ad nubendum est conversus. Pudentillae nuptias a pluribus procis fuisse expetitas, non uno loco dicit Apul. CASAUB. Casaubonus *pro-*
ca-

et metum filii, fortene an fato ego advenio, pergens Alexandriam. Dixissem, hercule, Quod utinam nunquam evenisset, ni me uxoris meae respectus prohiberet. Hiems anni erat. Ego ex fatigatione itineris affectus, apud Appios, scitos amicos meos, (quos honoris et amoris gratia nomino,) aliquam multis diebus decumbo. Eo venit ad me Pontianus: nam fuerat mihi non ita ante multos annos Athe-

cationem scribendum putat. Sed ferri vulgata scriptura potest: intelligit enim Lucius preces matris, quas filius adhibuit, ut sibi liceret eorum bona cum venia ad secundas nuptias ire. *Tandem se quoque paterentur solitudini suae et aegritudini subvenire*, in epistola supra allegata. Scip. Gent. Rectius edit. Gentilis *procationem*. ni forsan totum κείμενον irrepticium putes. *Procationem*) Gloss. Puteani MS. *procare*, *poscere*. V. Nonnium in *procacitas*. Glossae Isidor. *Procivimus*, *probavimus*. legit doctiss. castigator *provocavimus*, non videtur advertisse discrimen inter *procire* et *procitare*. *procire* est *procare*. legend. itaque *procavimus*. apud Festum Livius Andronicus: *matrem procitum plurimi venerunt*. *Procitare* est *provocare*, *prolicere*. V. Festum eund. aut legendum itaque (quod ego malim) *procivimus procavimus* aut certe *procitavimus*, *provocavimus*, nam *procivimus*, *provocavimus*, ut is legit, non potest ferri. Pric. Imo, damnat Gentilis coniecturam Casauboni, quam marg. adscripsit etiam Vulc. et taciti exhibuere Scal. Wow. Elm. Veterem lectionem revocarunt Scriv. et Flor. Quoniam tamen *procat.* videtur confirmari a Membranis Florent. id praefero, ut pote sensum reddens planiorem, et Appuleianum quid sonans. Neminem autem offendere debet, quod App. Pudentillae suae *procationem*, mulieri sanequam indecoram, tribuit: nam in tota hac orationis parte *nupturientem* facit uxorem suam, ut a se magiae suspicionem amoveat; et satis eam a libidinis calumnia defendit auctor, affirmans, eam valetudinis caussa maritum quaesivisse. Pro *inter procationem* MS. D'Orv. *intemplationem*

Fato] Pith. *facto*.

Ego advenio] Author sine dubio scripsit *Oeam advenio*. Pric. Bene, si scripsisset auctor *Venio*, ut supra *priusquam ego Oeam venirem*. Sed nunc non opus est, quamvis adscripsit etiam alius V. D. marg. Ed. Colv.

Quod utinam nunquam] Est quod Graeci dicunt ὃ μήποτ᾽ ὤφελον. Casaub. De *quod utinam* diximus supra hui. Ed. p. 336.

Respectus] Sola ita Rom. Edit. Aliae omnes, *adspectus*. Colv. Maneat vetus scriptura *respectus*, non *aspectus*. *Respectus* hac notione Latinum et probum verbum: si probi Iuvenalis, Suetonius, ipse Tullius. Casaub. *Respectus* MSS. cum Edd. Rom. Vic. Colv. et seqq. Verissime. Non aderat in iudicio Pudentilla, cuius *adspectus* eum prohibere posset, sed prae *reverentia* Pudentillae illud dicere nolebat. De hac significatione τοῦ *respectus* vid. Schott. Nod. Ciceron. I. 15. VV. DD. ad Phaedr. V, 4, 7. τὰ *Uxoris meae* delet MS. Pith.

Hiems anni] Huius locutionis plura exempla vide apud Cuper. Observ. II. 10.

Advectus,] Bono meo periculo emendabis: *adfectus*. Wower. Wower. *adfectus*, quod probo. Scip. Gent. Flor. *adfectus*. male. Elmenh. Pontanus in Analectis legit *abvectus*, quia deflexerat nempe ab itinere suo, pergens Alexandriam. Ego Wowerii coniecturam *affectus* probo. Seneca Epist. 12. et Sidonius L. 4. Ep. 6. *Itinere confectus*. Gloss. Καταπεπονημένος, *Defatigatus*, *defectus*. firmant sequentia etiam *a. d. decumbo*. Pric. Probabiliter emendarunt Vulc. in marg. Wow. et Gruter. Suspic. Ined. XXIII. 2. et ediderunt seqq. *Adfectum* apud optimos scriptores dicitur quidquid debilitatum aut male mulcatum est: hinc *aegra et adfecta* junguntur Livio XXII. 8. item Gell. XIII. 5. *Aristoteles corpore* aegro adfecto*que*. et *adfectus* opponitur *robusto* a Cicer. Catil. II, 11. add. Ern. in Cl. Metaphorice Seneca de ira I, 11. *Fabius* adfectas *imperii vires recreavit*. cf. Pric. ad nostri Met. L. I. p. suae Ed. 6. Hinc *adfectus* et *adflictus* crebro permutantur in MSS. vid. Oudend. ad Caes. de B. G. VIII. 21. et ad Sueton. Ner. 16. Hic tamen cuncti MSS. et Edd. ante Vulc. sec. servant *advectus*: bene quidem de homine qui curru advenit, sed h. l. minus convenit, quia *apud Appios* etc. videtur iungendum τῷ *decumbo*. Infra *infirmitatem* suam memorat App.

Appios veteres amicos] Flor. *Appio sitos*. male. Elmenh. Sic quidem Edd. O. sed aliter MSS. nam Florent. *Appio sitos amicos*, Pith. *Appiositos am.* D'Orv. *Appios scitas am.* Legendum quippe *Appios scitos amicos* i. e. doctos, monente Oudend. ad Sueton. Caes. c. 35. quem ibi vide. Voce *scitus* libenter utitur App.

Aliquam multis] MSS. Pith. *aliquemm.* D'Orv. *aliquamdiu m.*

Non ita ante multos] Priores omnes Edd. persacete *non ita pridem ante multos*. Casaub. Revocarunt *pridem* Elm. et Scriv. et habent id sa-

Athenis per quosdam communes amicos conciliatus, et arto postea contubernio intime iunctus. Facit omnia circa honorem meum observanter, circa salutem sollicite, circa amorem callide. Quippe etenim videbatur sibi peridoneum maritum matri reperisse, cui bono periculo totam domus fortunam concrederet. Ac primo
519. quidem voluntatem meam verbis inversis periclitabundus, quoniam me viae cupidum et conversum ab uxoria re videbat, orat saltem paulisper manerem: velle se mecum proficisci: hiemem alteram propter Syrtis aestus et bestias opperiendam, quod illam mihi infirmitas exemisset. Multis etiam precibus ab amicis meis Appiis aufert, ut ad sese in domum matris suae transferar, salubriorem mihi habitationem fu-

sane MSS. O. Non video tamen, quomodo *non ita pridem*, et, *ante multos annos*, quae prorsus contraria sunt, iungi queant. MS. D'Orv. mox *consiliatus*.

CIRCA AMOREM CALLIDE] Speciosa est emendatio V. D. in marg. et Schickeradi *calide*, ut *calere* in agendo, et *calide* agere dicuntur, qui studiose et cum mentis agitatae calore agunt. cf. Ern. in Cl. Cic. Quod quia saepe inconsiderate fit, hinc *calidum consilium* dicitur intempestivum v. ad Met. L. I. p. 79, a. ubi videbis quoque confusa *calidum* et *call.* H. l. tamen retinenda vulgaris lectio. Callide omnia faciebat Pontianus, quibus amorem Appuleii in Pudentillam accenderet: quippe etenim videbatur etc. Pro *amorem* MS. D'Orv. *minorem*.

VIDEBATUR] D'Orv. *videbantur*. male. *videbatur*, scil. Pontianus.

CONCREDERET] Id. MS. *concederet*. sed v. p. 520.

CONVERSUM AB UXORIA RE] Imo *aversum*, si satis ego sanus et meae spontis. CASAUB. *aversum* Fulvius, et infra *non formosa pupula*, aut *puella*. SCIOPP. *in Symb.* *Aversum* cum Casaubono lego. Terent. And. *abhorrentem ab re uxoria* dixit. Et Hecy. *cui abhorret animus a nuptiis*. quo significatu apud probos auctores saepenumero legi *aversum*, nemo tam a musis aversus qui negare possit. Lipsius tamen vulgatam lectionem sequitur, nam, inquit, qui se avertit, se convertit. BRANT. Flor. *conversum a. u. r.* minus bene. ELMENH. Elmenhorst. cum aliis Casaubonum secutus, *aversum* legunt, ego nil muto. Glossae [illegible] MS. *aversa, conversa*. PRIC. magis proprie *aversam* dixisset, quod restitui Casaubono placet: nihil tamen mutare velim *Conversum ab uxoria re*, supple *ad viam*, *ad alia consilia*, aut aliquid simile. FLOR. *Convertere se* ab aliqua re dicuntur, qui ei terga dant, eam fugient. Hoc sensu credo dixisse auctorem *conversum*, quod propterea, invitis libris, non muto cum Edd. Vulc. sec. tert. Wow. Elm.

MANEREM] Vet. edit. *manere*. COLV. *Manerem* est in MSS. Edd. Iunt. post. Bas. sec. Colv. et secq.

SYRTIS AESTUS ET BESTIAS] Scal. e coniectura Vulcanii marginali edidit *Syrtis aestus infestos*, eumque secuti sunt Wow. Elm. Scriv. qui mihi non persuadent. De Syrtibus, bestiarum proventu feracissimis, vide Mitscherlich. ad Horat. I. Od. 22. vs. 5 seqq. Quum autem hyeme minus saeviant bestiae, quam aestate, quando calor et sitis earum rabiem accendunt (cf. Virgil. III. Ge. vs. 432 seq. et de leonibus Amm. Marc. XVIII. c. 7), altera ipsi opperienda erat hyems, quod *illam* (male Edd. Scriv. Altenb. Bip. *illa*) ipsi infirmitas exemisset. Bene itaque MStorum lectionem revocavit Florid.

ME AB AMICIS] Florentin. *meis ab Appiis*. ELMENH. Ex Coll. Lindenbrog. abest etiam *ab*, quemadmodum *me ab amicis* desunt quoque MSS. Pith. D'Orv. et Ed. Iunt. post. Pessime certe intrusum illud *me*, quod cunctas Edd. hactenus occupavit, ab eo qui ignorabat verbum *auferre* sensu impetrandi. Cic. pro Quint. c. 5. *A Scapulis paucos dies aufert*. ad quem locum vide Ern. in Cl. id. Cic. Verr. II, 59. *quoties, et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? ut in foro statuerent*, abstulisti. et sic saepe ICti Roman. v. Brisson. de V. S. in V. Legendum itaque videtur *meis ab Appiis aufert*, quoniam tamen *ab amicis meis* additur in Edd. excepta Iunt. post. nec male, simpliciter delevi *me*.

UT SESE DOMUM MATRIS SUA TRANSFERAT] Quin scribamus, *ut [illegible] domum matris suae transferat*. [illegible] in hunc modum mutemus, [illegible] *fructuram*. usurpavit, [illegible] quod non [illegible] Nam ita solent prudentes loqui, quibus usui quoque *fructus*, *fructuras*, [illegible] testes mihi leges et [illegible] veterum, Festus, Lucretius alii. Manifesta menda in scriptore Panegyrico, ubi legitur, *futurus exinde luce perpetua*. debet enim restitui, *fructurus exinde*. l. p. STEWECH. *Ut ad sese in domum matris*

futuram; praeterea prospectum maris, qui mihi gratissimus est, liberius me ex
ea fruiturum. Haec omnia, adnixus impenso studio, persuadet: matrem suam
suumque fratrem puerum istum mihi commendat: nonnihil a me in communibus
studiis adiuvantur. Augetur oppido familiaritas: interibi revalesco: dissero aliquid
postulantibus amicis publice: omnes, qui aderant, ingenti celebritate basilicam,
(qui locus auditorii erat,) complentes, inter alia pleraque congruentissima voce
insigniter acclamant, petentes, ut remanerem, fieremque civis Oeensium. Mox 520.
auditorio misso, Pontianus eo principio me adortus, consensum publicae vocis
pro divino auspicio interpretatur: aperitque, consilium sibi esse, si ego non
nolim, matrem suam, cui plurimi inhient, mecum coniungere: quoniam mihi
soli, (ait), rerum omnium confidere sese, et credere. Ni id onus recipiam,
quo-

tris suae transferat] male Stewech. *Ut secum domum* etc. Utitur etiam supra eàdem locutionis forma: *mulierem liberam perductam ad me domum dicitis.* Probus in Timol. *neque domum ad se filium admisit.* Plaut. Mercat. Pric. τὸ *ad* abest male in Edd. vett. praeter Iunt. post. D'Orv. expungit *in.*

Transferar] Sic verissime Edd. Iunt. post. et Bas. sec. Male Edd. reliquae *transferat.* Nihil est evidentius: vel utique hic inserendum *me*, male intrusum superiori versui. τὰ *mihi habitationem* omissa sunt in Ed. Scriv.

Prospectu maris] Restituimus in suum locum veterum priscarum editionum lectionem, *maris:* nam *matris* quod in recentioribus extat, nullam reliquerat superlationem ἀτοπίας. Casaub. Flor. *prospectum.* Elmenh. Corrupte Bas. sec. Colv. Vulc. pr. *matris.* Sed praeterea legendum *prospectum* cum MSS. Florent. D'Orv. Ed. Scriv. vid. ad Met. VIII. p. 540, b.

Liberius me ex ea fr.] Fortean, *uberius me revalesciturum.* Sed lego tantum *uberius*, caetera non muto. Plinius Lib. V. Epist. 18. ad Macrum: *frueris mari, fontibus.* Brant. *Ex domo* Pudentillae nempe: quod adeo leviculum minime advertendum duxissem, absque ineptiâ non neminis ex interpretibus, obtrudentis *ex eo.* h. e. (si Diis placet) *exinde, ex eo tempore.* Pric. *Me* non est in Pith. Post haec verba in MS. D'Orv. desunt versus multa, usque ad: *persuaserat idem Pont.* etc.

Et matrem suam] *Et matrem* omissum in Ed. Iunt. post.

Communibus] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *communionibus.*

Adiuvantur] Iungerm. l. cit. *adiuvatur.* bene: si MSS. addicant. Sed *adiuvantur*, Pontianus et frater eius.

Interibi] Facta vox est e duobus adverbiis *Interim* et *ibi.* non memini alibi legere. Scip. Gent. male. vid. Fric. not. et Voss. de Anal. IV. 23.

Dissero] MS. Pith. *dixero.*

Basilicam, qui locus auditorii erat] Quidam libri posteriora haec verba ignorant, et recte abesse poterant. Wower. Haec a veteribus quibusdam abesse aiunt. Equidem in cusis fere omnibus invenio, itaque retinenda censeo. Otiere glossam proclive est dicere, at fors author ad discrimen posuit, disserebant enim in Theatro etiam. v. proxime citata. Pric. In MSS. et Edd. O. quod scio, comparent haec verba, quae uncis inclusit Scriv. et pro glossa habet etiam Gruter. Suspic. Ined. XXIII. 4. Non otiosa tamen sunt: nam et in theatro habebantur Orationes, cuiusmodi fragmentum est Flor. N. 18. et in Bibliothecis cf. ibid.

A principio] h. e. publica illa acclamatione: ne longius hoc principium petas. Pric.

Interpretatur] MS. Pith. *interpanter* et *matr. sui* pro *matr. suam.*

Quoniam mihi soli ait] Locus corruptissimus, et quem frustra fortasse speremus sine libris posse sanare. mihi certe οὐκ ἐφικτόν. tamen quod in nobis est, vulnus ita obligamus, ut aliqua sit sententia, *quoniam mihi soli, ait, rerum omnium curam crederet: confidere sese* fore, *ut id onus recipiam.* Vox *crederet* cum depravata, tum loco mota fuisse videtur. Multa in omnibus scriptoribus ita corrupta transpositione verborum: atque adeo venit in mentem loci e Plautina Truculento, quem ita perturbatum in omnibus libris vidimus: — *pro di immortales Calliclem video senem, Alteram tontricem, alteram ancillam suam meus Qui affinis fuit, ancillas duas constrictas ducere.* ita enim restitui debet: — *pro di immortales Calliclem video senem. Meus qui affinis fuit, ancillas duas constrictas ducere. Alteram tontricem huius, alteram ancillam suam.* Casaub. Flor. et Aldus: *rerum omnium confidere sese et credere ut onus recipiam.* Elmenh. Exhibuimus mutilatissimi huius loci eam lectionem, quam in omnibus fere cusis deprehendimus, ut nostrae cum aliorum coniecturis facta colla-

tio.

quoniam non formosa pupilla, sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur; sin haec reputans, formae aut divitiarum gratia me ad aliam conditionem reservarem: neque pro amico, neque pro philosopho facturum. Nimis multa oratio est, si velim memorare, quae ego contra responderim, quamdiu et quoties inter nos verbigeratum sit, quot et qualibus precibus me aggressus, haud prius

tione, facilius dispici possit, quis melius divinaverit. Casaub. *Quoniam mihi soli ait rerum omnium curam crederet, confidere sese fore ut id onus, recipiam* etc. Scipio: *Quoniam mihi soli rerum omnium accrederet, confidere sese ait ut id onus recipiam* etc. Nos ad hanc faciem, *Aperitque consilium sibi esse (quoniam mihi soli rerum omnium accrediderat) matrem suam cui plurimi inhient, mecum coniungere: confidere sese fore ut id onus recipiam, quoniam non formosa pupilla* etc. Ratio Parentheseos petenda paullo altius. Dixerat supra: *Haec omnia adnixus impenso studio persuadet, et matrem suam, suumque fratrem puerum istum mihi commendat.* quae ita hoc loco expressit, *mihi soli rerum omnium accrediderat. Rerum credere et accredere* ἀρχαϊκῶς dici notarunt alii, quod tamen si non arrideat, scribe, *rerum omnium Curam crediderat.* vel *r. o. summam c.* Pric. Locum corruptum esse omnes affirmant, nituntur que emendare. Ego nihil muto, sed paulo aliter interpungo, et lego, *aperitque consilium sibi esse, si ego non nolim, matrem suam, cui plurimi inhient, mecum coniungere: quoniam mihi soli (ait) rerum omnium confidere sese et credere, ut id onus recipiam, quoniam non formosa pupilla, sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur.* Archaïsmus est, *rerum omnium alicui confidere et credere*, pro *res omnes.* Post illa verba interpungo. Tum quod sequitur *ut id onus recipiam*, obsecrativum est, et subintelligendum *rogat*, aut aliquid simile. Flor. *quoniam mihi soli, ait, rerum omnium confidere sese et credere*] In hac lectione nihil variant MSS. nec Edd. ante Casaub. post quam mire haec interpolarunt VV. DD. Scal. enim in Edd. Vulc. sec. tert. cum Elm. et Scriv. dedere, *quoniam mihi soli, ait, rerum curam crederet, confidere sese fore* etc. Wower. *curam* et *fore*, utpote intrusa de coniectura, eiecit, cetera eodem modo exhibens. Sed optime veterem lectionem revocavit Floridus. *Rerum omnium* i. e. in omnibus rebus, quod ad omnes res attinet: de qua locutione, apud optimum quemque auctorem obvia, sed Appuleii Editoribus, ut videtur, non intellecta, vid. Gronov. Lect. Plaut. ad Bacch. III, 4, 5. et ad Cistell. I, 1, 33 cf. et Ern. in Cl. Ciceron. V. *Ceteri*, ibique cit. Hotoman. Obs. IV, 11.

Ut id onus recipiam] Floridus intelligit *rogat:* durius. Alii aliter (v. supra), nec multo melius. Verum Ed. Iunt. post. cum MS. Pith. et Salm. in marg. e Cod. Fux. ut videtur, non *ut* sed *ni* legunt. Hinc, ni fallor, genuinam huius loci lectionem restitui. *Sin* ex emendatione Casaub. primus edidit Scal. et dein Elm. Pric. Scriv. Flor. adstipulantibus MSS. Florent. In reliquis *si.* Sine causa Pricaeo suspecta fuerunt τὰ *Haec reputans*, i. e. si adeo non hoc onus recipiam, ut potius mecum reputem, qualis conditio mihi offeratur, non formosa pupilla, sed mediocri facie mater liberorum; haec igitur si mecum reputans id onus non recipiam, sed ad aliam conditionem me reservarem, neque pro amico neque pro philosopho me facturum.

Formosa pupilla] Nihil agit, qui potius legendum putat, *pupula.* nam dixerunt veteres Pupa, Pupula et pupilla. Ausonius: *Latias vincis alumna pupas.* Persius: *Nempe hoc quod Veneri donatae a virgine pupae.* Glossarium vetus: *Puppae*, Πλαγγόνες, αἱ τῶν παιδίων νύμφαι. Nos adhuc idem nomen retinemus et ἀθύρματα illa puerilia *Puppen* vocamus, seu *Pouppen.* Repperio in eodem Glossario: *Pupus*, Βρέφος, νάνιον. *Pupula* est apud nostrum etiam Milesiarum Lib. VI. *Pupilla* in Glossis. *pupilla*, κόρη. Colv. Subtili commento Appuleius honori suo velificatur, cum iis argumentis facit Pontianum se ad nuptias hortari quae alium avertissent: nam quis non potius ducat virginem pupillam, hoc est ἐπίκληρον, eamque formosam, quam viduam mediocri facie mulierem, et liberorum matrem? verum id quia censet Pontianus alienum a Philosophicis Appuleii moribus, ideo hoc argumento duci se ait, ut illum conditione usurum confidat. Ita interpretor hunc locum: neque iis assentior qui *pupulam* legendum censent: neque autem iis qui *pupillam* accipiunt de puppis virginum, quas Graeci πλαγγόνας et δαγῦδας vocant. Lego deinde, *sin haec reputans.* hoc est, incommoda quae modo diximus. Casaub.

Haec reputans] Bonae nil frugis ex hac voce elicere queo. An legend. *refutans?* Glossae *refutant*, ἀποτρέπονται. Pric. v. supra.

Formae aut divit.] Elm. e MSS. Florent. cum Scriv. Flor. *formae et divit.* minus bene. In nuptiis alterutrum spectari solet, aut forma, aut divitiae. MS. Pith. caret copula.

Quot et qualibus] MS. Pith. cum Salm. in marg.

prius omiserit, quam denique impetrarit. Non quin ego Pudentillam iam anno
perpetim adsiduo convictu probe spectassem, et virtutum eius dotes explorassem:
sed utpote peregrinationis cupiens, impedimentum matrimonii aliquantisper
recusaveram. Mox tamen talem feminam nihilo segnius volui, quam si ultro
appetissem. Persuaserat idem Pontianus matri suae, ut me aliis omnibus mallet:
et quamprimum hoc perficere incredibili studio avebat. Vix ab eo tantulam
moram impetramus, dum prius ipse uxorem duceret: frater eius virilis to- 521.
gae usum auspicaretur: tunc deinde ut nos coniungeremur. Utinam hercule
possem, quae deinde dicenda sunt, sine maximo causae dispendio transgredi!
ne Pontiani, cui errorem suum deprecanti simpliciter ignovi, videar nunc levitatem
exprobrare. Confiteor enim, quod mihi obiectum est, eum, postquam
uxorem duxerit, a conspecta fide descivisse, ac derepente animi mutatum, quod
antea nimio studio festinarat, pari pertinacia prohibitum isse: denique matrimonium

marg. *quot et quibus.* Ut hic ita Met. L. IX. p. 658. quot et qualibus *procuraretur hostus.*

DENIQUE] Pith. *deque.*

PERPETIM] Margini Ed. Iunt. post. adscriptum *perpeti in.* Eleganter: nec opus tamen. cf. ad Met. II. p. 99, a.

PROBE SPECTASSEM etc.] MS. Pith. *probes pecta semet virtutum eius exprobrassem*, deleto *dotes.*

MATRIMONII ALIQUANTISPER] Flor. *matrimoniale quantisper.* ELMENH. Pith. *matrimoni al.*

NIHILO SEGNIUS] Salm. e Fux. Cod. emendat *sequius*, ut saepius illud *segnius* in *sequius* vel *secius* mutatum voluit VV. DD. cf. Heins. ad Ovid. Met. II. vs. 809. De τῷ *sequius* vide etiam Oudend. ad nostri Met. IX. p. 649, b. Invitis MSS. *segnius* mutandum non est. v. Cort. ad Sallust. Iugurth. c. 75. quare et hic retineo cum MSS. tantum non omnibus, et Edd. cunctis.

HOC PERFICERE] Ita primus edidit Elm. cum seqq. e MSS. Florent. quibus accedunt D'Orv. et Pith. Ante legebatur *haec perf.*

STUDIO AVEBAT] MS. D'Orv. *si studio aibat.*

TANTULAM MORAM] Venet. Ald. *tantam moram.* Rom. Bas. 1. *tantulam mor.* COLV. Edd. Vic. Ven. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *tantam.* MS. Pith. *tantam horam.*

VIRILIS TOGAE] MS. D'Orv. *virili.*

TUNC DEINDE] MS. Pith. *tunc dem*, quasi esset *tunc demum.* Non probo tamen. Appuleianum est, iungere sic duo adverbia cognatae significationis *tunc deinde.* v. ad Met. p. 553, a. et p. 643, a.

DEINDE DICENDA S.] D'Orv. *denique d. s.*

IGNOSCENTI] Non est in cod. Cod. qui sic habet seqq. *videor levitatem exprobrare* deleto *nunc.*

A CONSPECTA FIDE] Forsitan *a compecta fide*, id est, compacta, promissa. Sic Depectus et Depecisci infra. COLV. Colv. *Forsitan, a compecta.* bene. BRANT. Rom. *conspecta f.* Florent. *conspecti fide.* ELMENH. Libri nonnulli, *a concepta fide.* Colvius tentabat *a compecta fide:* at ea lectio quam posuimus vera est. *Fides conspecta* est *comperta, explorata.* Scriptores voce solemniore *spectatam* vocant. talis huc usque fides Pontiani fuerat. contra apud Gellium *inconspectum* pro *incerto*, non *probe cognito*, Lib. 17. cap. 21. *Ne in sermonibus forte inconspectum aliquid* etc. *temere diceremus.* Cusi plerique omnes, *in conspectum:* levi errore sane, at qui induxit nonnullos, quorum nomina in his literis haud incelebria sunt. Si nos obscuri titubamus, dabit veniam lector, nonnumquam ipsi nobiles vel in scrupulos impingunt. PRIC. *A compecta fide*] Sic omnino legendum ex coniecturâ Colvii. Quidquid in contrarium garriat Pricaeus, qui *conspectâ* tuetur. *Compectâ* est *compactâ.* Nonnulli habent *conceptâ.* FLORID. Ab omni contumelia abstinere debuerat Floridus, qui ubique ad hanc Apologiam Pricaei notas compilavit. *Conspecta* est in MSS. cunctis (nisi quod in Florent. et D'Orv. *conspecti*) et Edd. Wow. et vett omnibus ante Vulc. sec. in qua Scal. e Vulcanii coniectura dedit *concepta*, cum Elm. et Scriv. Possis etiam divinare *confessa*, de qua voce vid. Arntzen. ad Lat. Pac. Paneg. c. 39 et 41. *Conspecta* pro spectata, vel conspicua, manifesta, non prorsus damno: quia tamen in MSS. haec vox destingui vix potest a *compecta* i. e. de qua inter illos convenerat, quod h. l. multo melius quadrat, hanc correctionem admisi cum Florido.

DESCIVISSE] Pith. *discivisse.* D'Orv. *discimsse.* in quo mox *mutatum.*

PROHIBITUM ESSE] Bas. II. pro *prohibuisse.* Edit. aliae, *prohibitum isse.* COLV. Scribe prohi-

nium nostrum ne coalesceret, quidvis pati, quidvis facere paratum fuisse. Quamquam omnis illa tum animi foeda mutatio, et suscepta contra matrem simultas, non ipsi vitio vortenda sit, sed socero eius eccilli Herennio Rufino: qui unum neminem in terris viliorem se, aut improbiorem, aut inquinatiorem reliquit. Perpaucis hominem, quam modestissime potero, necessario demonstrabo: ne si omnino de eo reti-
522. cuero, operam perdiderit, quod negotium istud mihi ex summis viribus conflavit. Hic enim est pueruli huius instigator, hic accusationis auctor, hic advocatorum conductor, hic testium coemtor, hic totius calumniae fornacula, hic Aemiliani huius fax et flagellum. idque apud omnes intemperantissime gloriatur, me suo machinatu reum postulatum. Et sane habet in istis, quod sibi plaudat. Est enim omnium litium depector, omnium falsorum commentator, omnium simulationum architectus, omnium malorum seminarium: nec non idem libidinum ganearumque lu-

hibitum isse. Wower. Flor. *prohibitum isse.* Elmenh. Imo, si Lindenbrogio fides, *isse* non est in Florent. qua tamen lectione nihil verius est. Egregie eam confirmat MS. D'Orv. *prohibitum iisse.* Salm. haud dubie pro var. lect. Cod. Fux. adscripsit *pr. ipse.* Perperam Colv. e Bas. sec. cum Scalig. *prohibitum esse.* Vide ad Met. L. VIII. p. 557, a.

Denique matrim. n. ne coal.] D'Orv. *idemque ne matr. n. coal.* quem verborum ordinem servat etiam Iunt. post. De *denique*, periodum incipiente v. ad Met. III. p. 226, b.

Quamquam] Sic e Florent. dedit Elm. cum Scriv. Edd. Altenb. Bip. addicente MS. D'Orv. Vulgo *quamvis. Quamquam* subiunctivo saepius iungit noster. v. Ind.

Tum animi f. mut] Edd. Vulc. sec. tert. Wow. *cum animi.* Male. *Illa tum mutatio*, i. e. ἡ τότε μεταβολή. Cic. Cat. II, 12. *Mea lenitas adhuc*, i. e. ἡ μέχρι τοῦ νῦν πρᾳότης. MS. D'Orv. *tum foeda an. m.*

Vortenda] Sic Edd. et MSS. praeter Floridi, et MS. D'Orv. in quibus *vertenda.* cf. ad Met. I. p. 54, b.

Eccilli] Bas. II. Rom. Sed Ald. *Orcilli.* Sic Eccilla, eccillum, ecc illud apud Plautum Aulularia, Sticho, Persa, Rudente: Eccistam, Curculione. Colv. Ald. *Orcilli* inepte. Vide Lipsium Ep. Qu. II, 22. Elmenh. MS. Pith. *etilli.* D'Orv. *aeclli Horrennio Ruetino.*

Qui uno neminem] Florent. *qui unum neminem.* Elmenh. Nempe Scal. cum Elmenh. et Scriv. exhibent *uno*, ex coniectura Vulcanii, qui margini adlevit *qui uno se nem. in t. vil. aut* etc. Refragantur MSS. nec quidquam mutandum. *Nemo unus* et alibi legitur, pro, *ne unus quidem homo.*

Demonstrabo. Nisi] Muto leviter interpunctionem et scripturam, *demonstrabo: ne si.* Stewech. Lipsius, *demonstrabo: ne si.* Colv. Perperam ante *nisi.* Casaub. Flor. *nisi.* Lege *nam si.* Elmenh. *Nam si* esse in V. C. notaverat Lindenbrog. *Ne si* primum comparet in Casaub. et seqq. Edd. ex coni. Lips. Stew. Salm. Vulc. aliorum. MSS. *nisi.* In D'Orv. exsulant *ne si omnino.*

Pueruli huius instigator] D'Orv. *puerili h. investigator.*

Testium coemptor] Antiquae Edit. *test. exemptor.* Colv. non vero Iunt. post. Lipsius adscripsit *redemptor.*

Fax et flagellum] Rescribendum: *fax et flabellum.* ut ubique conformis sibi translatio. Quamquam haec sine caussa sollicitamus. Alludit enim ad morem theatralem, quo receptum, face et flagello pugnantes incitare. Tertull. adversus Gnosticos: *Caestus dilaniant, flagella dilacerant. Nemo tamen agonis praesidem sugillaverit, quod homines violentiae obiectet.* Suid. λύγοι. Wower. Legas concinnius multo *flabellum.* Cicero pro Flacco: *Cuius linguâ quasi flabello seditionis, illa est concio ventilata.* Pric. Quo accenditur et instigatur. male Pricaeus reponit *flabellum.* Alludit ad Furias, quarum fax et flagellum arma erant. supra Metam. Lib. IX. *quod oleum igni, quod flagellum Furiae.* Flor. *Flabellum* si esset in MSS. non sollicitarem, sed nec *flagellum*, quod revera exstat in illis, sed cui Wowerii coniecturam anteposuit Scriv. *Fax* et *flagellum* instrumenta sunt, quibus homines agitantur, instigantur, quare et Furiae iis armatae sunt (vid. Ovid. Ib. vs. 185. et quos citat Arntzen. ad Pacati Paneg. c. 42.) ut sontes percutiant, et in Tartarum raptent. add. Scip. Gent.

Intemperantissime] MS. Pith. *intemperat.* Mox D'Orv. *machinata.*

Reum] Excidit Ed. Flor. bene restitutum in Edd. Altenb. et Bip. vid. supra p. hui. Ed. 494.

Omnium litium depector] Ald. *omn. lit. repertor.* Sed infra: *cum creditoribus depeciscitur.* Gell. L. XX. *Reus, qui depecisci noluerat.* Depecisci, non depacisci scriptum olim notat L. X. Priscianus. Colv.

Commentator] Oudend. ad Florid. p. 97, b. le-

locus, lustrum, lupanar: iam inde ab ineunte aevo cunctis probris palam notus: olim in pueritia, priusquam isto calvitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus; mox in iuventute saltandis fabulis exossis plane et enervis, sed, ut audio, indocta et rudi mollitia. Negatur enim quidquam histrionis habuisse, praeter impudicitiam. In hac etiam aetate, qua nunc est, — qui istum Di perduint, — multus honos auribus praefandus est — domus eius tota lenonia,

legendum putat *commentor* i. e. inventor. Quoniam tamen *commentari* est meditari, (cf. Ern. in Cl. Cic.) *falsorum commentator* recte dici videtur is, qui cogitat semper ac meditatur, quo modo causas, pretio redemptas, falsis argumentis obtineat.

Ganearumque locus] Scripserim *lucus*. Ganeae et eiusmodi loca aedilem metuentia seorsim esse solent ab hominum conspectu: ideo *lucum* appellat, respiciens ad tenebras lucorum. Casaub. Malim *lacus*, ut, pro *inguinum loco*, *lacu* quoque coniectabamus ad lib. de dogmate Platonis, uti et ad navim et ad flumen saepe allusum in re obscena. Sic et natandi verbum in hoc usurpatum apud Sueton. Domitiano cap. 22. Brant. Sic Msti et editi omnes. Casaubonus *ganearumque lucus* legit. Elmenh. Ne sequere viros doctos reponentes *Lucus*, et *Lacus:* apta cum primis vox *Locus* et quae summâ iniuria exularet. Seneca lib. 5. contr. 2. *Meretrix vocata est*, *in communi loco stetisti*, Ibid. *Deducta es in lupanar*, *accepisti locum*. Pric. In abditis plerumque locis ganeas fuisse constat. v. Voss. Etym. v. *ganeum*. *Lucum* quoque non male forsan quis dixerit locum abditum et tenebricosum. Sed lustris et ganeis iunxisse auctorem, religionibus mire deditum, *luci* mentionem, equidem non credam. Expressere tamen Casauboni coniecturam Scal. et Elm. cum Edd. Altenb. et Bip. Minus etiam se commendat Brantii commentum. Melius Vulc. in marg. *loculus*. Sed bene se habet vulgaris lectio. *Loca* enim sunt idonea in hospitiis conclavia. Hinc solemnis formula *loca et lautia alicui praebere*. v. Oud. ad Met. III. p. 223.

Lustrum] Non est in Ed. Iunt. post. In Ed. Flor. *castrum*, nescio unde.

Emasculatoribus s. ad o. inf.] Edd. Vulc. sec. tert. *emascultat*. et in tert. *ac o. inf.* MS. D'Orv. *infandia*, in quo *mox* deest.

Exossis et enervis] Leg. *exossi pl. et enervi*. Sic enim et L. I. Miles. *enervam et exossam saltationem explicat*. quomodo alia etiam *Exanimis* et *mus*. *Inermis* et *mus*. Acid. *Exossis* supra p. 471. sed v. ad Met. L. I. p. 22, a. MS. D'Orv. *exomis* Pith. *exonis*. Acidalii correctio necessaria non est. Proprie histrio exossis et enervus est, i. e. cuius membra flexilia et agilia sunt: ὑγρὰ Gr. dicunt. Quod autem in Met. loco saltatio exossis et enerva dicitur, id figuratum est, nec tamen h. l. id sequi necesse.

Impudicitiam] Marg. Ed. Iunt. post. *impudentiam*. Sed orationis series vulgarem lectionem veram arguit.

Deperduint] Ald. *deperdunt:* Bas. I. *deperdunt*. Lego, *depereunt*. Non solum olim iuvenis, verum etiam nunc decrepitus senex Rufinus iste stupratoribus suis amatur. Colv. Equidem neque istam lectionem satis concoquo: neque eorum emendationem probo, qui legunt *depereant:* id enim plane contra auctoris mentem. Fortasse scribend. *qui istum di perduint multa sunt. qui*, non ut apud Comicos in hac locutione, pro utinam: sed pro quare. Casaub. Decem et amplius anni sunt, quum in margine mei libri annotavi veram lectionem, *Perdepsuint*. quo verbo usus Catullus in hac ipsa re: — *patrui perdepsuit ipsam Uxorem*. Nihil certius. Aliorum, et magni amici nostri emendationes non dignae referri sunt. Scip. Gent. Melior haec lectio, quam quae hactenus ab aliis vulgata. nisi tamen excidisse dicamus antiquam vocem *perdepsuint*. Atqui ita scribendum erat: *qui istum perdepsuint multi sunt*. Wower. *qui istum deperdunt* etc.] Colvius *depereunt*, non probat Casaub. mavultque, *qui istum di perduint*, *multa sunt*, *qui*, non pro utinam, quod alias Comicis familiare, sed pro, quare. Priore tamen sensu And.-Schottus noster illis eruditissimis suis Nodis Ciceronianis tentabat, *qui istum di perduint. multus honos auribus praefandus:* si ab hoc triumviratu dissentire fas sit, nescio an rectius ad auctoris sensum, et huiusce loci sententiam, quod non nemini in mentem venit, *qui istum depsuerint*, *multi sunt*. Praesertim quando in proferendo turpissimo genere libidinis honorem Lucius noster verecunde praefatur, uti faciendum quoque monet Marc. Tul. lib. 9. Epist. 22 ad famil. ubi hanc ipsam vocem adhibet. Quam et restitutam a I. Scaligero memini Catulliano carmini in Gellium, cum applausu Adr. Turneb. lib. 21. Adv. cap. XVII. Intelligi et hoc verbum puto, quod non expresse Tibullus lib. 4 fin ad Priapum: *Improbus ut si quis nostrum violaret agellum*, *Hunc tu*, *sed taceo*, *scis puto quod sequitur*. Brant. Deperduint)

nia, tota familia contaminata, ipse propudiosus, uxor lupa, filii similes prorsus: diebus ac noctibus ludibrio iuventutis, ianua calcibus propulsata, fenestrae canticis circumstrepitae, triclinium comissatoribus inquietum, cubiculum adulteris pervium. neque enim ulli ad introeundum metus est, nisi qui pretium marito non attulit. Ita ei lecti sui contumelia vectigalis est. Olim solens suo, nunc coniugis cor-

DUINT) Sic Flor. alii *deperdunt* et *deperdant.* Colv. *depereunt.* ELMENH. Eorum qui eruditissimam istam Apologiam notis illustrarunt, vix unum et alterum reperias qui non heic pro modulo suo se exercuerit. Colv. *depereunt* legit, uti et Brissonius. Casaub. *Qui istum di perduint multa sunt.* Schot. *qui istum Dii perduint. Multus honos* etc. Brant. *depsuerint.* Pontanus, Wower. Gentilis, *perdepsuint.* Singuli quid senserint apposui strictim, non ut addam quid, aut arguam, sed ut ex hac veluti satura lance quisque optet quod ad palatum faciat. PRIC. *in hac etiam aetate, qua nunc est, qui istum deperduint, multi sunt*] Haec est vulgaris lectio, minime sana. Unus Wower. textum ita mutavit, ut, pro *qui* — *multi*, dederit *quae* — *multa.* non melius. Sed τὰ *multi sunt* ab Editoribus profecta sunt, non ab Appuleio: nam pro iis in MSS. et Ed. Iunt. post. legitur *multus*, quae vox iungenda iam sequenti *honos.* Et sic quidem cadat necesse est et vulgaris lectio *qui istum deperduint*, et doctorum commentum *depsuint*, *depsuerint* vel *perdepsuerint:* quod praeterea falsitatis arguitur τῷ *prae* in *praefandus*, nam in iis quae sequuntur nihil tam obscoenum, quam ipsum illud *depsere.* Non video quoque, qui in tali oratione locum habeat vetus illa terminatio *uint*, quae usurpari solet in votis, inprecationibus aut formulis solennibus. MSS. tamen servant *deperduint:* quare levissima mutatione locus ita constituendus: *in hac etiam aetate, qua nunc est — qui istum Di perduint! — multus honos auribus praefandus est — domus eius tota* etc. Partim vidit id Schottus Nod. Ciceron. IV. 12. qui tamen paulo aliter distinguit. τοῖς *domus eius* etc. continuatur oratio, odii et contemtus plena, quae abrupta fuerat per indignationem. *Dii perduint* legi volebat etiam Scal. probante V. D. in marg. Formulae *istum Dii perduint* plura exempla vide apud Schott. l. c. et τοῦ *qui* ibid. cit. Ennii Teleph. *Qui illum Dii Deaeque magno mactassint malo.* pro quo perperam Cod. Almeloven. *ut.* Inprimis comicis frequentatum *qui* in inprecationibus. v. Gronov. ad Plauti Menaechm. III, 1, 6. In marg. ed. Iunt. post. legitur *quaestum ne perduint.*

HONOS AUR. PRAEFANDUS EST] Vid. annotamenta ad Minutium Felicem. cap. 9. ELMENH. Add. Cic. ad Div. IX. 22. *Si dicimus, ille patrem strangulavit*, honorem *non* praefamur: *sin de Aurelia, aliquid, aut Lollia*, honos praefandus est. *Et quidem iam etiam non obscena verba, pro obscenis sunt. Batuit, inquit, impudenter; depsit, multo impudentius.* qui locus explicandus e Plinio, Hist. Nat. XXVIII. 7. *Vulvae morbo strangulatas respirare*, et XXII, 13. *semen urticae vulvas strangulantes aperit.* et tum *aliquid* quod vitiosum aut delendum putabat Ern. fortasse bene se habet, hoc sensu: si dicimus, *aliquid* strangulavit Aureliam aut Lolliam, honos praefandus est, quia, *aliquid* dicentes, rem obscenam intelligimus.

LENONIA] Edd. Iunt. pr. Bas. pr. *lenonina.* Pro statim seq. *prorsus*, V. D. in marg. Ed. Iunt. post. malebat *prostantes.*

IANUA CALC. PROP.] De more amantium amicarum ianuam pulsantium, vel frangentium, vide Plautum Persa scena Satin Athenae etc. Passeratium ad Propertii librum I. Elegia 16. lib. 2. Elegia 5. ELMENH. D'Orv. *a ian. calc. pr.*

CANTICIS CIRCUMSTR.] Persius satyra 5. —— *dum Chrysidis udas Ebrius ante fores exstincta cum face canto.* Aristaenetus libr. 2. Epist. 19. ἔφη γὰρ ἣ φαντασίαν εἶδον, ὦ παιδίσκη, καθ' ὕπνον οἷα φιλεῖ, ἢ πρὸ θυρῶν ἀκήκοα νέων, καὶ μαστῶν, ὑπὲρ ἐμοῦ μένων ἀωρὶ νύκτωρ οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ. ἐλεύθεροι γὰρ οἱ στενωποὶ παίζειν καὶ γελᾷν, καὶ ᾄδειν τῷ θέλοντι ἔξεστιν· νὴ τὰς μούσας εὐστόμως ᾖδον, ἶσα καὶ σειρῆνος γλυκεῖαν ἀφιέντες φωνήν. ἀληθῆ φησὶν ἡ παῖς ἀκήκοας ὦ κεντημένη· σὲ γάρ τις νέος καταβόστρυχος ἔτι ἐν ἁπαλῇ τῇ ὑπήνῃ πάλαι ποθεῖ. ELMENH. *canticis* abest MS. D'Orv. In Burm. Ed. Propert. Add. p. 931. negligenter citatur *cantibus.*

COMISSATORIBUS] Florent. *comesatoribus.* ELMENH. Lindenbrogii Coll. per *ss*, cum MS. D'Orv.

ULLI AD INTROEUNDUM] Pith. *ad intr. ulli.* statim *non* deest D'Orv.

VECTIGALIS] Pric. ad Met. L. VIII. p. suae Ed. 168. legebat *vectigal.* sine causa. *Vectigale* non tantum id dicitur quod tributum solvere debet, sed et illud, ex quo reditus capiuntur: quo sensu *equus vectigalis* est apud Cic. Phil. II, 25. fortasse et *vectigalis libertas* apud Tertull. Apol. 18. extr.

OLIM SOLERS SUO] Usus, ut opinor, Plau-

corpore vulgo meret. Cum ipso plerique, nec mentior, cum ipso, inquam, de uxoris noctibus paciscuntur. Hinc iam illa inter virum et uxorem nota collusio. Qui amplam stipem mulieri detulerunt, nemo eos observat, suo arbitratu discedunt. Qui inaniores venere, signo dato pro adulteris deprehenduntur: et quasi ad discendum venerint, non prius abeunt, quam aliquid scripserint. Quid enim faciat homo miser, ampliuscula fortuna devolutus, quam tamen fraude patris ex in-

tino verbo, *solere*, quod obscoenum, et in re Venerea usitatum diversi iam monuerunt. Scribo igitur, *olim solens suo*. STEWECH. Lipsius, *solens*. COLV. Flor. *olim solers suo*. ELMENH. MSS. et Edd. *solers*, quasi solertiam Herenani Rufini significare voluerit auctor, in excogitanda quaestus faciendi ratione (cf. Ind.): non tamen placet hoc, tum propter ipsam *solertiae* mentionem, tum propter seq. *meret* praesenti tempore. Lipsii coniecturam amplexi sunt Cas. et seqq. ut sit *solere*, stupri consuetudinem habere; quod quidem ut video aliquoties hoc sensu usurpari, ita, quomodo h. l. quadret, non video. Dicitur enim *solere cum*: sed *solere* absolute hoc sensu dici posse, vehementer dubito. Sane h. l. durius dictum pro, quum olim sua turpitudinis patientia quaestum fecerit, nunc etiam coniugis corpore meret. Quare sequor quidem Lipsii correctionem: ceterum accipio *solens* vulgari notione, hoc sensu: quum dudum iam soleat suo corpore merere, *nunc etiam coniugis corpore meret.*

INQUAM] Pith. *unquam*. Maritorum morem paciscendi de noctibus uxorum observat Pontan. ad Macrob. Sat. II, 6.

HINC IAM INQUAM ILLA] Sic rescribo ex Florentino. Vulgo *iam illa*. ELMENH. Florentini cod. lectionem cum Elmenh. expressere Scriv. et Flor. In reliquis MSS. et Edd. non comparent *hinc* et *inquam*: unde tamen Gronov. ad Auson. Epigr. 90. obiter monuit legendum esse *Hinc iam mimica illa:* quam correctionem multos defensores inventuram esse non puto. τὸ *inquam* tamen melius omitti putavi. Pro *virum* D'Orv. *vitrum*, pro *nota* Pith. *non tam*.

DETULERUNT, NEMO] D'Orv. *detuleret ut venio*.

NEMO EOS OBSERVAT] Ianitores enim ad dantes vigilabant, admodum duri illis, qui nihil adferebant. Antipater docte Anthol. lib. 7. epig. 161. πάντα καλῶς. τὸ γεμὴν χρυσῆν ἔτι τὴν Ἀφροδίτην. Ἔξοχα καὶ πάντων εἶπεν ὁ Μαιονίδης. Ἢν μὲν γὰρ τὸ χάραγμα φέρῃς φίλος, οὔτε θυρωρὸς Ἐν ποσὶν, οὔτε κύων ἐν προθύροις δέδεται. Ἢν δ' ἑτέρως ἔλθῃς, καὶ ὁ Κέρβερος ὦ πλεονέκται οἱ πλούτου, πενίην ὡς ἀδικεῖτε μόνοι. ELMENH.

SUO ARBITRATU ADSCENDUNT] Rom. *suo arbitratu abscedunt*. Ascendunt, in coenaculum superius: nam in coenaculis plerumque dormiebant et habitabant antiqui. Lysias Apologia: οἰκίδιον ἐστί μοι διπλοῦν ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρωνῖτιν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ παιδίον ἐγένετο ἡμῖν, ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλαζεν. ἵνα δὲ μὴ ὁπότε λοῦεσθαι δέοι, κινδυνεύει κατὰ τῆς κλίμακος καταβαίνουσα, ἐγὼ μὲν ἄνω διῃτώμην αἱ δὲ γυναῖκες κάτω. Iuppiter Plautinus: *In superiore qui habito coenaculo.* Martialis: *Nam tribus habito scalis, sed altis.* Seneca Epist. LXXX. *Diurnum accipit, in coenaculo dormit.* COLV. Scripserim *abscedunt*, ut Roman. aut *adscendunt* ut Florent. PRIC. Edd. Vic. Iunt. utr. Ald. Bas. Colv. Vulc. Wow. Elm. *ascendunt*, cui proxime accedit, sed contrario sensu, quod est in MSS. Fux. Pith. et Ed. Rom. *abscedunt*, probante Salm. in marg. quia nempe adscendunt omnes, sed qui non dedere, non sinuntur abire immunes. Expressi itaque lectionem MSS. Florent. et D'Orv. *discedunt*. cf. supra p. 505, b. Τοῖς *Suo arbitratu discedunt* opponuntur seqq. *non prius abeunt, quam aliquid scripserint.*

ET QUASI AD DISC. VENERINT] Pro *et*, D'Orv. *etiam*. Opportune hunc locum contulit I. Fr. Gronov. Syll. Epist. Burm. T. III. p. 388. cum illo Ovid. Art. Am. I. vs. 428. de meretrice amatorem invitante ad emendum: *Si non esse domi, quos des, caussabere nummos: Littera poscetur; nec didicisse iuvat.* sic enim ibi legendum puto; eamque lectionem ita explicat Gronov. Et inutile vel noxium est, quod didicisti scribere, si enim nescires, non poterat cautio vel obligatio a te posci. Verum ex nostri imitatione locus ita explicandus: Nec prodest tibi, quod iam didicisti literas, neque adeo opus est eas amplius discere, tamen scribere debes, *quasi ad discendum veneris:* et explicat sic fere Burm. retinens tamen *ne didicisse juvet.*

SCRIPSERINT] Vide legem ultimam Digest. *de dolo excepto*. ELMENH. Ed. Vic. *scripserit*.

FACIAT] MS. Pith. *faciet*. Desunt quaedam in D'Orv. usque ad *Ceterum uxor* etc.

TAMEN FRAUDE] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. *cum fraude*. sed in τῷ *tamen* allusio esse vi-

inopinato invenerat? Pater eius plurimis creditoribus defoeneratus, maluit pecuniam, quam pudorem. Nam cum undique versum tabulis flagitaretur, et quasi
523. insanus ab omnibus obviis teneretur, Pax, inquit: negat posse dissolvere: annulos aureos et omnia insignia dignitatis abiicit: cum creditoribus depaciscitur. Plera-

videtur ad illud, quod infra dicitur, *dedit operam, quod male partum erat, ut male periret.*

DEFOENERATUS] Id est, pecuniis immani foenore acceptis obligatus. SCIP. GENT. Defoeneratus (Gentilem audis) est *obligatus pecuniis immani faenore acceptis.* Ego *defoeneratis* scribo: hoc est, *foenore suo defraudatis.* Supra proxime, *ampliuscula fortuna devolutus, quam tamen fraude Patris inopinato invenerat.* PRIC. Sanam puto vulgarem lectionem. *De* in compositis vim verbi auget. V. Ind.

MALUIT RETINERE] Dele τὸ *retinere* ex Florent. membranis. ELMENH. uti deleverat iam Philom. Pisanus in Ed. Iunt. post. Accedit MS. Pith. quare expungatur. Uncis inclusere Elm. et Scriv.

TABULIS FLAGITARETUR.] Quibus pecunia debita ostendebatur. Supra: *Ex quo sane aliquantam pecuniam nullis tabulis, sed, ut aequum erat, mera fide acceptam filiis debebat.* Huc pertinet Iuliani L. CIV. §. 1. de Legat. lib. I. COLV.

OMNIBUS OBVIIS] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. cum MS. Pith. *hominibus obv.* perpetua variatione.

LEX INQUIT] Rom. et Bas. I. *Flax, inquit.* Unde bene Lipsius *Pax, inquit.* Pax, Plauti vox, silentii nota, Milite: PA. *Dicam iam.* PL. *Nempe eandem, quae dudum constituta est.* PA. *Pax, abi. Graecum est, quando significat tantummodo*, inquit Priscianus lib. XV. Diphiles: Δειπνεῖτε κατάδυς, πῶς δοκεῖς; λακωνικῶς. Ὄξουστε δὲ κοτύλην. πάξ τί πάξ; Etiam nos, cum aliquem tacere volumus, dicimus: *Paus* COLV. Scribebam, *res inquit. n. p. d.* Sed quia vett. omnes Codd. habent *Flax, inquit n.* puto scribendum, *flagitantibus, negat posse diss.* CASAUB. *Flax. inquit*] Ita v. c. Fulv. *Pax*, ex Plauto. Hesychius: πάξ ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν. SCIOPP. *in Symb.* Corruptus habetur hic locus a doctissimis viris, varieque corrigitur. Sed puto scripturam hanc receptam defendi posse, ut sit hic sensus: Lex Iulia, de cessione bonorum scilicet, negat et vetat in carcerem trudi, qui non potest solvere. Simillima figura est, qua Paulus Iuriscons. usus est, *Lex. XII. Tabularum vindicari tignum aedibus iunctum posse scit. L. qui res in fine* ff. de solution. vel ita; *Lex!* ut imploratio legis Iuliae; et haec vox sit ipsius Rufini, dum traheretur per vim. Isque rationem addit, *Negat* (Rufinus scilicet) *posse dissolvere,* ut hodieque cogitur decoctor dicere, *Cedo bonis*, vel, *solvendo non sum*, aut simile quippiam. Sed quoniam in omnibus veteribus codicibus legi aiunt, *Flax* existimavi, *Pax*, restituendum esse, quae vox mire quadrat: ut quum a creditoribus flagitaretur, et quasi insanus ab omnibus obviis teneretur, ita solitus sit despondere, et deprecari vim, ne obtorto collo in ius raperetur. Ita postea vidi et alios doctos viros coniecisse, in primis Fulvium Ursinum, ex Plauto. Hesychius: Πάξ ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν. significat Latinis silentium. *Graecum est autem*, inquit Priscianus, *quum significat tantummodo*, et ita usus Terentius in Heautontimorum. *Dum argentum capio; pax nihil amplius.* SCIP. GENTILIS. Omnes libri antiqui: *Flax, inquit.* Hoc me induxit, ut alios sequerer, qui legunt: *Pax inquit.* Quam vocem interpretatur Hesychius. WOWER. *Pax inquit.* Ita vere Lipsius epist. Quaest. libr. 2. Epist. 22. In Aldo et Rom. est *lex inquit.* In Fl. *Fax.* i. Hesych. Πάξ, ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν. ELMENH. *Lex, inquit*] Variant heic libri: partim *Lex*, alii *Flax* habent: si τὸ *lex* placuerit, puta ἐκφώνησιν quiritantis esse, implorantisque opem *Iuliae legis*, quae cedentes bonis liberos permittebat. *Flax* manifestum mendi est. Lips. *Pax* legebat, de qua voce Scalig. vide in Lection. Ausonianis. PRIC. In Ed. Iunt. post. primum comparet *lex*, vel ex coniectura Philomathis Pisani vel e MSS., quod dein editum in Ald. Bas. sec. Colv. Vulc. Pric. ex qua lectione quomodo elici possit sensus, quem voluit Gentilis, non satis mihi liquet. Quod si per interiectionem velis explicare, eiusmodi implorationis exemplum aliquod desidero. Neque etiam eam vocem in MSS. tam constanter corrupturos fuisse librarios credo, nam in MSS. Fulv. Pith. Fux. et Edd. ante Iunt. post. vox nihili *flax* legitur, pro qua quia in MSS. Florent. legitur *Fax*, equidem verissimam puto Lipsii correctionem Epist. Quaest. II. 22. quam et Grosiot. in marg. proposuit et expressere Gent. Wow. Elm. Scriv. Flor. *Pax* interiectio est silentium imponentis, de qua vide Voss. de Anal. IV. c. 28. Sic Petron. c. 66. *Pax! Palamedes.*

POSSE DISSOLVERE] Scriv. intrusit *se*, quod facile excidere potuit; neque tamen contra MSS. inserendum. cf. quae dixi ad Flor. p. 64. b.

DEPACISCITUR] Sic MSS. et Edd. vett. Al. *depeciscitur.* MS. Pith. *depascitur.*

In

raque tamen rei familiaris in nomen uxoris callidissima fraude confert: ipse egens, nudus, sed ignominia sua tectus reliquit Rufino huic, non mentior, HS. tricies devorandum. Tantum enim ad eum de bonis matris liberum venit, praeter quod ei uxor sua quotidianis dotibus quaesivit. Quae tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiose in ventrem condidit, et omnimodis collurcinationibus dilapidavit, ut crederes metuere, ne quid habere ex fraude paterna diceretur. Homo iustus et morum dedit operam, quod male partum erat, ut male periret. nec quid- 524.
quam

IN NOMEN UXORIS] Fraudem istam Rufini norunt quoque nostri temporis mercatores, quos videmus uxores domum ducere dote lautiore interdum, quam vel maritus accipere dignus sit, vel socer potens persolvere. Caeterum dos illa, ne quid erres, non in alio, quam in una tabella fere consistit. Venit uxor cum mille: at tabulis decem millia continentur, ut nimirum, si foro cedendum sit: creditores frustrentur, uxor pecuniam dotis nomine conservet, ipsa cum marito pudorem amittat. facit huc, l. quamvis 75 ff. de iure dotium. STEWECH.

NUDUS ET IGNOMINIA SUA TECTUS] Apud Ciceronem puto me legisse talem sententiam: quod nos in Psalmo quadam ita expressimus: *Sola ignominia contectos, caetera nudos.* Simillimum est illud Aeschinis in Timarchum, quà ex oratione alia quoque videtur Apuleius noster hausisse, ut supra monuimus: *ὥστε μηδὲν ἀλλ' ἢ τὰς αἰσχύνας αὐτῷ περιεῖναι.* Sc. GENT. Add. Pric. Verum *nudus* et *tectus* sibi opponuntur: quare requiritur disiunctiva particula, non copulativa. Hinc, e coni. Vulcanii, Scal. et seqq. dedere *m. at i. s. t.* Ego praetuli *sed* quia praecedens vocabulum desinit in *s*, et tum *et* et *sed*, seu *set*, in MSS. haud raro confunduntur. Ceterum pro *tectus* in MSS. Florent. Fux. et Ed. Iunt. post. est *tutus*, probante Salm. In MS. Pith. *totus*: vel sic tamen disiunctiva particula melius conveniret. Interim praeplacet mihi *tectus*, quoniam lusus ille in *nudus sed tectus* prorsus est ex ingenio auctoris nostri, qui alibi contra haud semel *nudus et intectus* iunxit. vid. Pric. ad Met. IV. in Append. hui. Ed. p. 232, a.

HS. TRIGINTA.] Parum hoc. Rescribendum forte HS. *tricies*. COLV. Romanus codex XXX. alii eandem summam perscriptam. Ex ipsis Apuleii verbis liquet, intelligere eum de aliqua summa insanum magna: itaque vel *tricies* verum fuerit: vel etiam maior aliqua fortasse summa. CASAUB. Manifeste vitiosum est HS. *triginta*, nam tum dicendum fuerat *devoranda*, non, *devorandum*. Restitui itaque HS. *tricies*. Librarii quod in libro suo inveniebant HS. XXX. per imperitiam explicuere *triginta*. Triginta sestertia ad nostram monetam non excedunt summam 2250 Florenorum, contra *sestertium tricies*, summam constituunt 225000 Fl.

DE BONIS] Ed. Iunt. post. *ex b.* contra MSS. et Edd. reliquas.

DEGULATOR] Isidorus Orig. X. *Degulator, quod gulae sit deditus.* Usus et degulandi verbo Afranius Brundisinis: *Degulasse oportuit.* apud Sosipat. lib. I. COLV.

COLLURCINATIONIBUS] Rom. Ven. Ald. Bas. I. *cohircinationib.* scripsi aliquando, *tuburcinationibus.* Num etiam rectum sit *collurcationibus* vel *collustrationib.*? Notum quid in Plauto Lustrari, Casina et Pseudulo: Lurcandi verbum, et Lurconis etiam, iam satis tritum: item Tuburcinandi. Qui ignorat, consulat Festum et Nonium. apud hunc legerem in Turpilio Boethuntibus: *Melexia intus cessat. credo hercle helluo Tuburcinatur.* · Sed *cohircitationibus* etiam non contemnendum: ut pote à libidine hircorum, sive haedorum compositione vocabuli novi facta. Sic certe Hircos sive Haedos impudicos homines scortatoresque vocabant veteres. in quo emendavi eumdem iamdudum Turpilium apud Marcellum, Lindia — *Quibus Te in rebus despoliasti, haedus in lustris latens.* Sic Plautus: *illic hircus alius.* COLV. Claudianus Mamercus studiosus Apulei imitator lib. 2. cap. 9. de statu animae: *qui stipem suam variis conlucernationibus delapidavit*, ubi tamen pro *conlucernationibus*, et apud Apul. *collurcinationibus.* Ioannes Savaro doctissimo commentario suo in Sidon. Apollinar. lib. 4. Epist. 3. *Collurchinationibus* reponit, et quae apud eundem Claud. Mamercum sequuntur *parasito more laudari* emendo, *Parasitico ore.* BRANT. Aldus et Romana. *Cohercinationibus*, male. ELMENH. Edd. vett. *cohircinationibus*. MSS. Pith. Fux. Ed. Bas. sec. *colurchinat.* Sed bene Edd. Iunt. post. Colv. seqq. cum MSS. Florent. *collurcinationibus*, quod non tantum accipe de comessationibus et compotationibus, sed et de omni libidinis genere. cf. ad Met. VIII. p. 574, a. De etymo vocis cf. Voss. in Etym. v. *lurcare.*

DILAPIDAVIT] Male Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *delapid.*

HOMO IUSTUS ET MORUM] Quod locum istum Beroaldus stigmatiam fecerit, factum non immerito.

 va-

quam ei relictum est ex largiore fortuna, praeter ambitionem miseram, et profundam

vide si bene reposuerim, *homo iustus ex more dedit operam.* Infra hac eadem apologia simili formula dicitur, *literas matris Pontianus ex more adservavit.* Frequentatae bonis auctoribus formulae multae non absimiles qualis: *more maiorum, sine more, malo more, nullo more.* de quibus ego alibi, *more Romano.* Cicer. lib. 7. famil. epist. 5. et epist. 18. Itidem supra apud scriptorem hunc, *more perpetuo. Contra bonos mores.* apud alios alia. STEWECH. Deest quid, forte ita supplendum: et *morum integer*, vel simili alio. COLV. Nihil deerit si legas *iustus et verus.* sic accipi *verus* pro δίκαιος notum omnibus. CASAUB. Stigmatias locus factus, non magno tamen merito suo: neque enim voces integrae aliquot, sed binae tantum syllabae perierunt, quas revoco ad hunc modum scribens *homo iustus scilicet morum dedit* etc. *scilicet* quam apte hic legatur nihil attinet dicere. *Iustus* autem *morum* eleganter, ut *integer vitae, animi*, vulgatissima Graecismi specie. ACIDAL. Lacunulam illam ita expleo: *morum haud spernendus.* Quae phrasis Taciti est, vel *morum integer*, quae Horatii; sic supra noster *morum integritatem* dixit. SCIP. GENT. Non poenitet me divinationis meae, qui in Latina asterisco notata adposui, *haud spernendus*, ex Tacito. Acidalium video aliter sensisse, et nullam vocem deesse, sed duas tantum syllabas, atque ita legendum: *homo iustus scilicet morum.* ID. *in App.* Florent. *homo iustus et morum.* Colvius, *homo i. et mox integer.* Stewech. *homo i. ex more.* Acidalius *homo iustus scilicet morum integer*, recte. ELMENH. Visitur in libris fere omnibus Asteriscus ille: utinam abesset sane, prompta emendatio foret; legerem nempe; non (ut Casaub.) *Homo iustus et verus*, sed (minore mutatione) *homo iustus ex more dedit operam.* Infra, *epistolas ex more adservavit*, Miles. 4. *Ex more calida lavacro praeparata.* turbat autem lacuna ea, quae indubie quid deesse arguit, supplet hic *modum integer:* ille *morum haud spernendus.* Ego eos, si nil dixissent, putassem ingeniosiores: cui bono commenta talia ubi sexcenta adferas ex aequo probabilia? PRIC. Pro *morum* Edd. Sca.. et Elm. *verus.* Scriv. dedit *morum veterum.* V. D. in marg. Iunt. post. divinavit *morum antiquorum*, vel, *m. maiorum*, quod posterius in mentem quoque venit Grutero Suspic. Ined. XXIII. c. 6. Alii aliud excogitarunt: quo magis apparet, quam lubricae sint eiusmodi coniecturae. Nihil omnino deesse arguunt MSS. et affirmare non dubito, cum Gronovio Obs. I, 24. Quare videamus de sensu. Et Gronov. quidem ita hunc locum vindicat, ut *mores* κατ' ἐξοχὴν dici velit pro bonis moribus, quam sententiam pluribus exemplis adstruit. cf. id ibid. c. 16. et add. Burm. ad Ovid. Trist. V, 5, 45. Arntzen. ad Pacat. Paneg. c. 33. Atqui *mores* per se non magis sunt boni quam mali: sed alterutram significationem habet ea vox, prout e contextu apparet. Nam si de Cicerone ex. gr. dicas, *exitum habuit indignum vita et moribus suis*, ponuntur quidem *mores* pro bonis moribus, sed ita, ut satis e contextu appareat: nam contra si de Catilina, aut Lentulo dicas, *exitum habuit dignum vita et moribus suis*, *mores* intelliguntur pessimi mores. Quando apud Valer. Max. IX. I. extr. legimus: *urbs opulenta erat* moribus *et legibus ornata*, nemo est qui non mores de bonis moribus intelligat, propter adiectum *ornata.* Equidem sane nondum incidi in locum, ubi *mores* absolute de bonis moribus usurpantur; nisi forte hic Trebellii Pollionis in Valerian. c. I. *emendatus vita, doctrina clarus*, moribus *singularis:* neque tamen hic locus tam apertus est, ut *hominem morum* de homine bene morato dicere potuisse auctorem, affirmare ausim. Verum *mores*, alicuius ἦθος, ingenium, et, Graeco nomine, usu nunc vulgato, *characterem* vocamus, (cf. Cel. Wyttenb. Bibl. Crit. Vol. III. p. 16.): mihi itaque *homo morum* est, qui plane suo more vivit, opinatur, sine ullo rerum externarum aut alieni iudicii respectu (quo sensu nostrates dicunt *een man van karakter*); quod quia haud raro ad nimiam sui opinionem, et pertinaciam circa aliorum iudicium ducit, hinc *mores* dici coeperunt de superbia, fastu, *morositate* (cf. Burm. ad Prop. I, 17, 15.): quoties vero in bonam partem vox accipitur, *mores* tribuuntur hominis non levi, sed summae constantiae. Non inepte itaque Appuleius Rufinum κατ' ἀντίφρασιν vocaverit *hominem iustum et morum*, ut qui bona sua dilapidaverit et perdere maluerit, quam moribus suis, iustitiae idea penitus informatis, vim inferre, possidendo, quod ex fraude acquisiverit. Tandem *homo morum* dicitur ut *homo temporum* Curt. V, 3. ubi cf. Pitisc. *homo legis* Tertull. adv. Marcion. IV. *homo gloriae*, de philosopho gloriae captatore id. in Fragm. Apologet. et sim. alia cit. a Gronov. l. cit. cf. supra p. 452, a.

RELICTUM EST] In Fulviano Cod. *Nec quidquam ei relicuum est.* Lucretius: *et iam relicuo reparari tempore posset.* Lib. IV. *relicuus tamen essentias in mente patentes.* Fulgentius Mytholog. *Quasque soror licuit, frater pede temperat undas.* WOWER. Unius Fulv. Codicis auc-

dam gulam. Ceterum uxor iam propemodum vetula et effoeta, nunc demum contumeliis abnuit. Filia autem per adolescentulos ditiores, invitamento matris suae nequidquam circumlata, quibusdam etiam procis ad experiendum permissa, nisi in facilitatem Pontiani incidisset, fortasse an adhuc vidua, antequam nupta, domi sedisset. Pontianus ei, multum quidem dehortantibus nobis, nuptiarum ti-

auctoritatem tanti habendam non puto, ut cum Scriverio sequar.

EFFOETA] Pith. *effecta.*

TOTAM DOMUM CONTUMELIIS ABNUIT] Fortasse an potius sit, *contumeliis obvolvit.* Arnobius lib. V. ***Sed quid terrenis obvolvisse vos sordibus** Deum loquimur matrem.* COLV. Si putarem eam esse sententiam quam ii probant qui legi volunt *obruerit*, dicerem scribendum minore mutatione *obnubit.* et esset autem dictum ut apud Ciceronem et Sallustium *cooperire facinoribus.* id enim est *obnubere:* unde apud Solinum *oculos nictatione obnubere.* Nunc puto sententiam esse longe aliam. Scribo autem, *vetula et effoeta, nunc demum contumeliis abnuit.* Vult hominis non paupertatem sed egestatem indicare: qui et patrimonium suum totum abligurrierit: et cui uxor iam effoeta desierit esse vectigalis. Sic enim ante dictum lecti sui contumeliam fuisse isti vectigalem. *Abnuere contumeliis* elegantissime dictum pro eo quod Plautus dicit *exaruisse ex amoenis rebus. Contumelia*, ut apud Graecos ὕβρις, accipitur Latine non raro isto modo. et est ἀρχαϊκῶς dictum, ut ante, *curare rebus alienis.* Talem sententiam desiderari arguit vox *caeterum:* imo arguunt supra et infra scripta, si quis attente legat. Fuit cum placeret *alit* aut *abluit:* quod esset πλύνειν Graecorum pro λοιδορεῖν aut ποιεῖν λοιδορεῖσθαι, significatione Hiphil Hebraeorum. non placet id nunc mihi. Vocis *totam* prior pars originem habuit a fine vocis praecedentis, male geminata syllaba, ut saepe. CASAUB. Leg. *obruit*, id est, *obtegit.* Petron. *Coepi somnum obruto tunicula capite mentiri.* Ubi Douza *obnupto.* sic dicitur *obrui malis, fluctibus.* Eandem vocem in Arnobio sic alicubi correxi. Sic et *irruere se* active ponitur. Infra pro *asserens* legend. *afferens.* ACIDAL. Colvius legit divinando, *obvolvit*, f. *absolvit.* BRANT. Flor. *totam domum*, male. ELMENH. NUNC DEMUM] Ita restituit Casaub. Flor. cod. et editiones pleraeque habent *totam domum contumeliis abnuit*, male, et absque sensu. Suspicatur Casaub. illius vocis *totam* primam syllabam irrepsisse, ultimâ vocis *effoeta*, quae praecedit repetitâ: at quomodo pro *nunc* scripta fuerit syllaba *tam* secunda vocis *totam*, non aperit. Quid si legas *iam demum*? facilior corruptio *iam* in *tam*, et praeterea idem sensus erit. Alii aliter interpolant hunc locum, quos brevitatis causa missos facio. FLORID. *totam domum contumeliis abnuit* constans est MStorum lectio et Editionum ante Scalig. quam revocavit Scriv. quum reliqui dederint *nunc demum.* Sane quod alii, etiam Iac. de Rhoer Fer. Daventr. L. II. cap. 23. *totam domum contumeliis obruit*, vel simile quid legi voluere, id neutiquam placet, licet *contumelia aliquem obruere* dixerit etiam Petron. c. 11. *Contumeliis* enim, i. e. stupris (vid. Gronov. Obs. I, 24.) dudum domum impleverat illa, neque id magis faciebat, quum iam propemodum vetula esset. *Contumeliis abnuit* i. e. recusat contumelias sive stupra pati, et hoc sensus haec requirit. Totus enim locus versatur in summa Rufini miseria declaranda, cui iam, neque in uxoris adulteriis, neque in filiae stupris, ullum rei familiaris adiumentum esset. Sed quid iam fiet de istis *totam domum.* Pro *domum* legendum esse *demum* facile credam; sed vix est ut e *nunc* librarius fecerit *totam*, nisi dicas ei *domum* legenti in mentem venisse superiora *Domus eius tota lenonia.* Prope ad scripturam τοῦ *totam* accedit Floridi coniectura *iam demum:* propius fortasse haec: *effoeta tota, iam demum c. ab.*

FACILITATEM] MS. Pith. *facultatem.* male. pag. seq. *quo facilius Pontiani* facilitatem *circumveniret.*

DOMI SEDISSET] Terent. *An sedere oportuit Domi virginem tam grandem?* Sic καθῆσθαι apud Graecos ἐπὶ πάσῃ ἀπραξίᾳ. CASAUB. *Sedere* aliquoties de muliere conditionem exspectante, aut meretrice, adhibetur. Petron. c. 126. *etiamsi ancilla sum, nunquam tamen nisi in Equestribus sedeo.* Ἵζεσθαι quoque usurpat Herod. I, 199. de mulieribus Assyriis, in Veneris fano sedentibus, nec prius abeuntibus, quam peregrinorum quispiam cum iis concubuerit. Festus: *Prosedas meretrices Plautus* (Poen. I, 2, 54.) *appellat, quod ante stabula sedeant, eaedem et prostibula.* Hinc *sella* meretricia memoratur Iuven. III. 136. et *Sellariorum* nomen apud Tacit. Ann. VI. 1.

PONTIANUS EI MULTUM QUIDEM] D'Orv. *Pontiani ei quidem multum.*

Du-

titulum falsum et imaginarium donavit: non nescius, eam, paulo ante quam duceret, a quodam honestissimo iuvene, cui prius pacta fuerat, post satietatem derelictam. Venit igitur ad eum nova nupta, secura et intrepida, pudore dispoliato, flore exoleto, flammeo obsoleto, virgo rursum post recens repudium, nomen potius afferens puellae, quam integritatem. Vectabatur octophoro. Vidistis
525 profecto, qui affuistis, quam improba iuvenum circumspectatrix, quam immodica sui ostentatrix. Quis non disciplinam matris agnovit, quum in puella videret immedicatum os, et purpurissatas genas, et illices oculos? Dos erat a creditore om-

DUCERET] D'Orv. *duceretur — derelictum*, deleto τῷ *pacta*.

ASSERENS] *Afferens* malim. BRANT. Recte MSS. *afferens*, nisi quod Pith. *off.*, non *asserens*, quod est in Edd. Iunt. utr. Bas. Colv. Vulc. Wow. Gent. Pric. Scriv. Flor. Infra p. 547. *Virgo formosa* — affert *ad maritum floris rudimentum*; et paulo post: *vidua autem — nihil* affert *irreposcibile*, quod opponitur virgini, *afferenti* virginitatem, quae reposci nequit.

OCTOPHORO] Edd. vett. pleraeque, etiam Iunt. post. cum MSS. Pith. D'Orv. et Fux. *octaphoro:* ut fluctuant etiam MSS. Sueton. in Calig. c. 43. ubi cf. Oudend.

QUAM] MS. D'Orv. *quam iam*, et *inhostium* pro *iuvenum*

Q. N. DISCIPLINAM MATRIS AGNOVIT] Iuvenal. Sat. 14. *Expectas ut non sit adultera Largiae filia?* et quae sequuntur. BRANT. MS. D'Orv. *ignovit.*

IMMEDICATUM OS] Est qui legat *medicatum os.* Medicari os, facies dicitur, cum unguine, pane macerato, et id genus offuciis in medicamenti cuiusdam modum compositis oblinitur, interpolatur: cum, ut cum Propertio dicam, formae artificem admittit. Ea mens Senecae Epistola CXXIII. *Turpe est neminem esse in comitatu puerorum, cuius sana facies medicamentum desideret.* Iuvenalis: *Sed quae mutatis inducitur atque fovetur Tot medicaminibus, coctaeque siliginis offas Accipit, et madidae, facies dicetur, an ulcus?* Tertullianus de virginibus velandis: *Et faciem morosiorem lavacro macerant, forsitan et aliquo eam medicamine interpolant.* Aelianus libr. 12. Var. Histor. Διαπεπλεγμέναι τε ἦσαν τὰς κόμας καὶ διαπεποικιλμέναι τὰ πρόσωπα ἐν τρίψεσι καὶ φαρμάκοις. COLV. Male praeeunt qui haec mutant: non sequor. *immedicatum* est καταφαρμαχθὲν, non, ut putant ἀφαρμάκευτον. CASAUB. Flor. *meditatum*, alii *immedicatum*. Vide Casauboni notas. ELMENH. Coniectura Lipsii firmatur MSS. Florent. Malim tamen credere, quod Lipsium et alios offendit, idem descriptori istarum membranarum scrupulum iniecisse: nam Edd. Vett. cum ceteris MSS. constanter servant *immed.* et solet omnino noster per epenthesin verbis addere *in.* Adi Ind. Non muto igitur vulgarem lectionem, quod factum in Edd. Altenb. et Bip. item in Elmenh. sed invito ipso Editore, qui correxit in Erratis. Ceterum Ed. Iunt. post. et MSS. Pith. D'Orv. *immeditatum*. *Infectam medicamine faciem* dixit Petron. c. 102.

PURPURISSATAS] Meretricium, purpurisso genas inficere. Plautus Truculento: *Quiaque adeo istas buccas tam belle purpurissatas habes.* Mostellaria: PHI. *Tum tu igitur cedo purpurissum.* SCA. *Non do. Scita es tu quidem. Nova pictura interpolare vis opus lepidissimum.* Tertullianus de cultu feminarum: *quae cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant.* Item: *an cum cerussa, purpurisso et croco, et in illo ambitu capitis resurgatis?* COLV. MS. D'Orv. *purpurisfatios.*

ILLICES] Gellius lib. 3. cap. 5. *oculos ludibundos, et illecebrae plenos.* lego in Nostro autem *illitos* h. e. *unctos*, ὑπογραφομένους. Miles. 8. *Prodeunt oculis graphice obunctis.* Arnob. *oculos fuligine inumbrare* vocat. Hieronym. *orbes stibio fuliginare.* Ovid. *Tenui signare favilla.* opponit Varro *palpebras calliblepharo naturali tinctas.* Favet lectioni nostrae quod praecessit, *genas purpurissatas.* passim enim coniuncta videas haec formae adulteria. Tertullian. *de hab. mulieb. medicamenta ex fuco quibus malae colorantur, et ipsum nigrum pulverem quo oculorum exordia producuntur.* Idem in de *cult. faemin. Genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt.* D. Cyprian. *de discipl. virg. Oculos circumducto nigrore fucare: genas mendacio ruboris inficere.* Paulinus Carm. 14. *Non fucis male ficta cutem, neque lumina nigro Pulvere.* — Lucian. Δὶς κατηγορ. φυκίον ἐντριβομένην, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ὑπογραφομένη. Inventores lenocinii huiusce a Xenophonte Medos colligo, obtinet etiam nunc apud mulieres Turcicas, Graecasque. PRIC. Non male *illiti* oculi iungantur immedicato ori et purpurissatis genis: sed et *illices* oculi recte tribuuntur puellae, iuvenes circumspectanti et oculorum nutu illicienti. Ti-

omnis ad teruncium pridie sumta, et quidem grandior, quam domus exhausta et plena liberis postulabat. Sed enim iste, ut est rei modicus, spei immodicus, pari avaritia et egestate, totum Pudentillae quadragies praesumtione cassa devorarat. eoque me amoliendum ratus, quo facilius Pontiani facilitatem, Pudentillae solitudinem circumveniret; init generum suum obiurgare, quod matrem suam mihi desponderat. suadet, quamprimum ex tanto periculo, dum licet, pedem referat. res matris ipse potius habeat, quam homini extrario sciens transmittat. ni ita faciat, iniicit scrupulum amanti adolescentulo, veterator: minatur, se filiam abducturum. Quid multis? iuvenem simplicem, praeterea novae nuptae illecebris offrenatum, suo arbitratu de via deflectit. It ille ad matrem, verborum Rufini gerulus. Sed nequidquam tentata eius gravitate, ultro ipse levitatis et inconstantiae increpitus, reportat ad socerum haud mollia: Matri suae, 526.
praeter ingenium placidissimum et immobile, iram quoque sua expostulatione accessisse, non mediocre pertinaciae adiumentum. Respondisse eam denique, non clam se esse, Rufini exhortatione secum expostulari. eo vel magis sibi auxilium mariti adversum eius desperatam avaritiam comparandum. Hisce auditis exacerbatus aquariolus iste uxoris suae, ita ira extumuit, ita exarsit furore, ut in feminam sanctissimam et pudicissimam, praesente filio eius, digna cubicu-

TERUNCIUM] Sic fuit scribendum, non *ternuncium*. COLV. ut erat in Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. cum MS. Pith.

PRAESUMTIONE] Male Pith. *post sumptionem*. vid. Pric. id. Cod. *devorat*.

OBIURGARE] D'Orv. *obiugare*. Pith. *obiurgaret — desponderat*. Pro *mihi* Bas. pr. *nihil*.

RES MATRIS] D'Orv. *bona m*. e glossa. Ed. Iunt. post. *habebat*.

EXTRARIO] Pith. *extraneo*. v. Ind.

NI ITA FACIAT] MSS. D'Orv. *cum ita faciat*. Pith. *ni faciat*. alius Vet. Cod. ni fallor Fux. *ni faciat*. Forte earumdem literarum repetitio intrusit *ita*, ab auctore non profectum.

INIICIT] Bas. 1. et Ald. *iniici scr*. COLV. Imo, Bas. pr. *inici*. Ald. *inicit*.

VETERATOR] Negligenter vitium Ed. Altenb. *veteratur* remansit in Bip.

DEFLECTIT] Pith. *deflet*, et cum D'Orv. *ut* pro *it*. Id. Pith. paulo post *ipsa*.

ULTRO] lege *ultra*, h. e. amplius. V. Livineii Not. ad vett. Panegyricos. PRIC. ad Plin. Paneg. 6. extr. sed v. ibi Arntzen.

PLACIDISSIMUM ET] MSS. Florent. *placidissimum vegens*. In reliquis MSS. nullum huius vocis vestigium comparet. Sed in Pith. deest quoque *et*.

ACCESSISSE] Male MS. Pith. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *accensisse*. MS. D'Orv. pro *non* habet *in*.

PERTINACIAE ALIMENTUM] V. C. Fulv. *argumentum*. Et mox: *quas tamen cum saltas*. Et proxime: *conscribente Aemiliano*. SCIOPP. *in Symb*. Haud male Cod. Fulv. *alimentum*. WOWER. Alii *alimentum*. Fulvius, *argumentum*. ELMENH. MSS. Pith. et Fux. quoque *alimentum*. non male. Quia tamen optimi Codd. Florent. et D'Orv. cum Edd. O. servant *adiumentum*, id non muto.

EX ORATIONE] Praeferenda scriptura antiqua: *exhortatione*. WOWER. MSS. quidam Codd. habent *exhortatione*. bene. FLORID. *Ex oratione* quod huc usque in Edd. legitur, suspectum iam fuit editori Iunt. post. qui sine sensu sed e MSS. dedit *aes, oratione:* unde in eius marg. coniecit V. D. *ea orat*. Sed verissimum est *exhortatione*, quod reposui auctoritate MS. D'Orv.

SIBI] Deest D'Orv. in quo mox *et* pro *eius*. Tum non comparent in eod. cod seqq. usque ad *Sed ne longius*.

AQUARIOLUS] Leno ipse, et conciliator, famulus. Festus: *Aquarioli dicebantur mullerum impudicarum sordidi adseclae*. Tertullianus Apologet. cap. XLIII. *Primi erunt lenones, perductores, aquarioli*. Huius nominis quae origo, intelligi optime potest ex eruditissimi Lipsii Antiqu. Lect. Lib. I. cap. 12. COLV. vid. inttpp. ad Tertull. l. c. Elmenh. in Ind. et Casaub. ad Lampridii Commod. c. 2. *aquam gessit ut lenonum minister*.

IRA EXTUMUIT] Pith. *iram extimuit*. et ante *ut* repetit *ita*.

ET PUDICISSIMAM] Haec delet Flor. unus. ELMENH.

 Mor-

culo suo diceret: amatricem eam, me Magum et veneficum clamitaret, multis audientibus: quos, si voles, nominabo. se mihi sua manu mortem allaturum. Vix hercule possum irae moderari. Ingens indignatio animo oboritur. Tune, effeminatissime, tua manu cuiquam viro mortem minitaris? At qua tandem manu? Philomelae? an Medeae? an Clytemnestrae? quas tamen cum saltas, tanta mollitia animi, tanta formido ferri est, sine cludine saltas. Sed ne longius ab
52. ordine digrediar, Pudentilla, postquam filium videt praeter opinionem, contra suam esse sententiam depravatum, rus profecta, scripsit ad eum obiurgandi gratia illas famosissimas literas, quibus, ut isti aiebant, confessa est, sese mea Ma-
gia

Mortem allaturum] Parum Latine. Scrib. *illaturum*. Casaub. *Mortem afferre* male Latinum esse crediderunt cum Casaubono seqq. praeter Gent. et propterea edidere *illaturum*. contra MSS. et sine causa. *Afferre mortem* vel Cic. dixit Verr. V. 45. et similia alibi, *afferre vim*, *manus* etc. pro, *inferre*. cf. Bosii Ind. Nepot. et Oud. ad Met. IV. p. 295, b.

Oboritur] Pith. *aboritur*, et pro *minitaris* id. *ininucari*. id. *Philomenae*. et cum Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *clytaemestrae*.

Consultas] Scribo *cum saltas*. et sic etiam Lipsius. Indicat Rufinum, pro mollitia sua, fabulas etiam histrionis in morem saltare solitum. Colv. Ingeniose Lipsius ita emendavit priorem lectionem *consultas*. Tu, inquit Appuleius, tam ignavus es, ut cum Philomelam, aut Medeam, aut Clytemnaestram saltas, gladium non habeas, quem histriones cum argumentum postulat solent gestare. Hunc gladium non recte idem ille vir eruditissimus cum baculo tragaedorum confundit. Baculum illi semper habuerunt prae manibus, quamcumque fabulam saltarent: gladium non nisi cum caedes erat in argumento. Ac videntur fuisse hi gladii histrionici parvi ad latus vel clunes dependentes, ne gestus agentibus essent impedimento. Propterea legi mox fortasse debet, *tanta formido ferri est*, *sine clunaclo saltas*, non *cludine*. *Clunaclum* A. Gellius inter species gladiorum refert: et Festus docet gladium ad clunes appendi esse solitum: quales fere laniorum sunt et coquorum. Propius accedere ad vulgatam lectionem in ea emendanda non quivi. Qui *sine ludione* corrigunt, et Halicarnassensis Dionysii locum afferunt, ii mihi videntur, ut ingenue loquar, levissime in cognitione antiquitatis fuisse versati. Casaub. Vulgati inepte, *consultas*. Elmenh. MS. Pith. cum Edd. ante Casaub. *consultas*.

Sine cludine] Hanc vocem, incorrupta modo sit, Lipsius significare vult baculum e ferro, qui histrionibus, et praesertim saltatoribus, olim in manu gestatus: de quo ex aliis etiam scriptoribus notati illi loci Elect. Lib. I. Divinavi legendum, *sine ludione*. Tu, inquit, adeo ferrum formidas, ut quamvis Philomelam, Medeam, Clytaemnestram saltes; tamen ludionem nullum adhibeas, quia ei gladiolus e ferro in manu. Nam tales ludiones. Quos Dionysius Halicarnasseus ita describit: *Μάλιστα δὲ ἐκ τῶν περὶ τὰς πόμπας, τάςτε ἐν ἱπποδρόμῳ, καὶ τὰς ἐν τοῖς θεάτροις γενομένων. ἐν ἁπάσαις γὰρ αὐταῖς προσῆβοι κοῦροι χιτωνίσκους ἐνδεδυκότες ἐκπρεπεῖς, κράνητε καὶ ῥίφη καὶ πάρμας ἔχοντες, στοιχηδὸν πορεύοντες, καὶ εἰσὶν οὗτοι τῆς πομπῆς ἡγεμόνες. καλούμενοι πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τῆς παιδιᾶς τῆς ὑπὸ Λυδῶν ἐξευρῆσθαι δοκούσης, λυδιῶνες εἰκόνες, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ σαλίων.* Hanc sententiam nostram de hoc loco suspensa admodum manu proferimus. Colv. Ita vulgati. Nec desunt viri docti qui hanc lectionem speciose defendunt. Alii vero scribendum censent: *clunaclo*. In antiquis exemplaribus: *sine cladio*, hoc est, gladio. Non discedo a vulgatis. Gladio autem accinctos saltasse fabulas, in quibus caedes, praeter alios docet Tatianus adversus Graecos. Wower. Ita Flor. Rom. Aldus et Baptista Pius in Annot. poster. c. 197. alii, *sine clunaculo saltas* legunt. Vide Lipsii Electa, et Notas Casauboni. Elmenh. Multa, sed vana et aliena Bapt. Pius Annot. poster. cap. 197. Casaub. *clunaculo* legebat, Colvius *ludione*: fere nemo ex interpretibus non heic aliquid commentus est. *τὸ cludine* (quae ut vulgaria, sic vera lectio) retinendum Lipsius monuit, Libro Elect. I. cap. 28. explanavit autem Marcil. ad Pers. Sat. V. p. 122. Pric. *Clunaclo* editum in Edd. Vulc. sec. tert. Sed MSS. *cludine*, in quo acquiescendum.

Depravatum] D'Orv. *depravatam*. Pro *aiebant* Pith. *agebant*.

Famosiss. litt.] MSS. Florent. *formos*. *Famosae litterae* h. l. sunt, de quibus tam multa locuti sunt accusatores, quas tantopere urgent. Alio sensu *famosissimas litteras* dixit Spart. in Hadr. c. 15. i. e. contumeliae et odii plenas; et *famosum libellum* eodem sensu Amm. Marc. XX, 4. cum aliis.

De-

gia in amorem inductam dementire. Quas tamen literas, tabulario publico praesente, et contrascribente Aemiliano, nudiustertius tuo iussu, Maxime, testato descripsimus. in quibus omnia contra praedicationem istorum pro me reperiuntur. Quamquam etsi destrictius Magum me dixisset, posset videri excusabunda se filio, vim meam, quam voluntatem suam, causari maluisse. An sola Phaedra falsum epistolium de amore commenta est? An non omnibus mulieribus haec ars usitata est, ut, quum aliquid eiusmodi velle coeperunt, malint coactae videri? Quod si animo etiam ita putavit, me Magum esse, idcircone Magus habear, quia hoc scripsit Pudentilla? Vos tot argumentis, tot testibus, tanta oratione, Magum me non probatis: illa uno verbo probaret? Et quanto tandem gravius habendum est, quod in iudicio subscribitur, quam quod in epi- 528
stola scribitur? Quin tu me meismet factis, non alienis verbis, revincis? Ceterum eadem via multi rei cuiusvis maleficii postulabuntur, si ratum futurum est, quod quisque in epistola sua vel amore, vel odio cuiuspiam, scripserit. Magum te scripsit Pudentilla, igitur Magus es. Quid si consulem me scripsisset,

DEMENTIRE] Ven. Rom. *dementare.* supra ad Apol. I. COLV. Rom. *dementare.* male. *Dementare* est *dementem reddere*, qui sensus non est huius loci. FLORID. sed v. Colv. supra ad p. 480. *Dementare* cum Edd. Rom. Vic. dederunt Casaub. et Scriv. et est in MS. Pith. In reliquis *dementire.* cf. Havercamp. ad Tertull. Apol. c. 23.

E TABULARIO PUBLICO] Absurde vulgo, *tabulario Pontiani praesente, et contra scribente Aem.* lectio, quam edimus apertissima est. *Contrascribere* dixit ut Graeci ἀντιγράφειν. notum quid sit ἀντιγραφεὺς apud oratores Atticos. CASAUB. Flor. et Aldus *T. Pontiani*, male. ELMENH. Antiquam lectionem, quae MStorum auctoritate firmatur, solus Scipio Gentilis retinuit. Non nemo in marg. coniecit *tabellario Pontiani*, minori sane mutatione, nec omnino male. Domestici servi erant *tabellarii.* Cic. ad Div. II, 7. *paucis diebus eram missurus domesticos tabellarios:* et Trimalcionis tabellarius memoratur Petron. c. 19. Talis igitur *tabellarius Pontiani* testis fortasse adfuerat, qui manum Pudentillae, cuius complures epistolas viderat et vel ipse pertulerat, testimonio suo agnosceret, et simul cum Aemiliano et aliis testibus (*testato descripsimus* ait App.) invigilaret, ne quid falsi in describendis litteris admitteretur. Sed multo melius congruit emendatio Casauboni, in qua adquiescendum videtur.

CONTRA SCRIBENTE] Non habeat locum *conscribente*, quod Ursino placuit. *Contrascribere* est quod Graecis ἀντιγράφειν h. e. γράφειν τὸ ἴσον. Sic *contralegere* dicebantur qui Manuscriptos Codices corrigentibus adstabant, eademque ex aliis Exemplaribus praelegebant. Nota vetus in Cod. Parmensi Marciani Capellae: *Faelix Rhetor emendabam, contralegente Deuterio scolastico meo* etc. integram in Februis adfert Grotius praestantissimus. PRIC. Infra: *At tu, Aemiliane, recognosce, an et haec mecum testato descripseris.*

DIXISSET] D'Orv. *dixisse*, et statim *vim eam.*

EXCUSABUNDA SE] Pith. *excusabundus se.* Ceterum *se*, fortasse et τὸ *filio*, iungendum τῷ *excusabunda*, non seqq. *causari maluisse.* vid. Oud. ad Met. II. p. 95, b. et ad L. IV. p. 275, b.

COMMENTA] Ed. Vic. *commentata.*

QUOD SI ANIMO] Leg. *omnino. Animo* locum non habet. Neque semel in hac voce peccatum simili modo: quod et monstrarunt iam ante nos alii pluribus exemplis. ACIDAL. Acidalius legit, *qaod si omnino etiam.* Non probo. est enim *animo*, id est, non simulate, aut ficte verbis, sed animi iudicio. SCIP. GENT. *in Append.* Locutio iis inconspecta, qui *omnino* legebant. Ennius: *Quid ego haec animo lamentor.* PRIC. Diserte Acidalii coniecturam ostendit MS. D'Orv. sed inverso ordine *etiam omnino.* Exquisitior ceterorum MSS. et Edd. O. lectio: quam adhuc servo. *Animo* et *omnino* confusa quoque sunt L. de Deo Socr. p. 679. Ed. Flor. et alibi saepe, propter scribentium compendia. cf. Iaeger. ad Mamert. grat. act. cap. 26. *Animo* i. e. sincere, pro quo usitatius, *ex animo.*

QUIA] D'Orv. *quod*, qui post *magum me* delet *non.*

QUOD IN IUDICIO SUBSCRIB.] Sensus est: Si revera magus sum, cur alienis verbis, non meismet factis me hic in iudicio revincis? Accusatio enim, publice in iudicio facta, per *subscriptionem*, maioris est ponderis, quam quae ſit per litteras, privatim datas.

TU ME — REVINCIS] D'Orv. *cum — remtis.*

IGITUR] Pith. *q.* Mox pro *essem* D'Orv. *etiam.* Seq. *enim* non est in Pith.

 AEMI-

set, consul essem? Quid enim si pictorem, si medicum? quid denique si innocentem? num aliquid horum putares, idcirco quod illa dixisset? Nihil scilicet. Atqui periniurium est, ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus non haberes: posse literas eius ad perniciem, non posse ad salutem. Sed inquieti animi fuit: efflictim te amabat. Concedo interim. Num tamen omnes, qui amantur, Magi sunt, si hoc forte qui amat scripserit? Cedo nunc, quod Pudentilla me in eo tempore non amabat; siquidem id foras scripsit, quod palam erat mihi obfuturum. Postremo quid vis, sanam an insanam fuisse, dum scriberet? Sanam dices? nihil ergo erat Magicis artibus passa. Insanam respondebis? nesciit ergo, quid scripserit, eoque ei fides non habenda est. Immo etiam si fuisset insana, insanam se esse nescisset. Nam ut absurde facit, qui tacere se di-
529. cit, quod ibidem dicendo tacere sese, non tacet, et ipsa professione, quod profitetur, infirmat: ita vel magis hoc repugnat, „ Ego insanio." quod verum non est, nisi sciens dicit. Porro sanus est, qui scit, quid sit insania. Quippe insania scire se non potest, non magis, quam caecitas se videre. Igitur Pudentilla compos mentis fuit, si compotem mentis se non putabat. Possum, si velim, pluribus; sed mitto Dialectica. Ipsas literas longe aliud clamantis, et quasi dedita opera ad iudicium istud praeparatas et accommodatas, recitabo. Accipe tu

ALIQUID] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *aliquod.* Dein τὸ *scilicet* exsulat a D'Orv. In Pith. pro *atqui* est *atque.*

IN PEIORIBUS HABERE] MSS. Florent. *in p. non hab.* In D'Orv. Pith. desunt τὰ *habere cui in melioribus.*

INQUIETI] MSS. Pith. D'Orv. *inquid.*

CEDO NUNC] Salm. in marg. *credo n.* Sed et alterum ferri potest.

ID FORIS SCRIPSIT] Scribendum forte, *id fors scripsit.* Fors, id est, forsitan. COLV. Nisi aliud latet, censeam scribendum *foras.* CASAUB. *foras scr.*] V. C. SCIOPP. *in Symb.* Non habet cui opponatur seq. *palam:* ne tum quidem, si pro *foris*, *fors* legatur; quomodo alii loco se egregie consulere arbitrati sunt. Legendum arbitror *s. id forte suis scr. quod palam mihi erat obf.* Si *forte* id scripsit, inquit. Nam id volebant adversarii, quod tamen ex ipsis litteris non efficiebatur. Partem enim earum quamdam excerptam, qua caussae suae serviebant, recitaverant. Partem supra et infra scriptam occultaverant; ut multis verbis ea de re paulo post agitur. ACIDAL. *Foris* i. e. aliis, ut in Antithesi Terentiana: *Flagitium est te aliis consilium dare, Foris sapere, tibi non posse auxiliarier.* At ego *fors* fero, quod in quibusd. est. PRIC. Praefero *foras* cum Edd. Iunt. post. Wow. Flor. et MSS. *Scribere foras* dictum ut *efferri foras* apud Terent. Phorm. V, 7, 65. *Vides peccatum tuum esse elatum* foras. ibique cit. Cic. Phil. X. 3. Non prorsus damnandum tamen *foris*, exhibitum in Edd. vett. Colv. Cas. Gent. Pric. nam *foris* et *foras* aliquoties promiscue usurpantur. Sic, quod Met. L. I. p. 67. dicitur *foris prospicere*, id de Dogm. Plat. II. p. 602. Ed. Flor. est *foras spectare.* Sed sequendi MSS. Ceterum in *foras* et *palam* i. e. quum in publicum elatum fuerit, nulla quaerenda antithesis. Edd. Vulc. sec. tert. cum Elm. Scriv. *fors* e coniect. Lipsii in marg. exhibent: non male quod ad sensum, ut paulo ante *si hoc forte qui amat scripserit.* Acidalii emendatio nimis abit a MSS.

OBFUTURUM] MS. D'Orv. *futurum.* In Pith. deest statim *ergo.*

NESCIIT ERGO] Plerique vulg. *nescit ergo.* COLV. velut Bas. pr. sed pleraeque reliquae Edd. *nesciit.* Etiam pro seq. *nescisset* MS. D'Orv. *nesciisset.*

QUOD IBIDEM] Explicat Florid. *quia eodem tempore.* Recte: licet exemplum frustra quaesiverim. Sed *ibi* interdum notat *tum*, et adverbia loci aliquoties pro adverbiis temporis usurpantur. Itaque non bene, opinor, ex coni. Vulcanii, Scal. dedit *quod idem*, et inde Wow. Elm. Scriv.

TACERE SESE] MS. Pith. *taces*, deleto *sese.*

QUOD PROFITETUR] MS. D'Orv. *ne profiteretur.* et paulo infra ignorat *quippe.*

SI VELIM] MS. D'Orv. *si velis.*

DIALECTICA] Bas. I. Rom. Ven. Ald. *Dialecticam.* COLV. item Vic. Iunt. pr. cum MS. D'Orv. minus bene.

CLAMANTIS] Sic MSS. Pro *dedita* D'Orv. *debita.*

ACCIPE TU ET LEGE] Mirum mihi, infirmitatem huius loci needum ulli perceptam fuisse. ais

tu, et lege usque dum ego interloquar. (*Literae Pudentillae.*) Sustine paulisper, quae sequuntur: nam ad deverticulum rei ventum est. Adhuc enim, Maxime, quantum equidem animadverti, nusquam mulier Magiam nominavit: sed ordinem repetivit eundem, quem ego paulo prius, de longa viduitate, de remedio valetudinis, de voluntate nubendi, de meis laudibus, quas ex Pontiano cognoverat, de suasu ipsius, ut mihi potissimum nuberet. Haec usque adhuc lecta sunt. Superest ea pars epistolae, quae similiter pro me scripta, in memetipsum vertit cornua; ad expellendum a me crimen Magiae sedulo dimissa, memorabili laude Rufini, vicem mutavit, et ultro contrariam mihi opinionem quorumdam Oeen- 530.
sium,

aio ego luxationem subesse quae sententiam ineptissimam reddit. Emendo: *Accipe tu et lege. Literae Pudentillae. Sustine paulisper quae sequuntur, usque dum ego interloquar: nam a. d. r. v. e.* Nemo paulo sanior (opinor) contradicere volet. Pric. Sic etenim curavi hunc locum, monente Pricaeo. Florid. Quae tamen causa mutandi fuerit, prorsus non video. Dicit App. se interlocuturum, simul ac satis lectum fuerit. Iam revera interloquitur *Sustine paulisper* etc. Proprie currentes *sustinent* gradum, aut remigantes remos.

Diverticulum rei] Vel est ille locus epistolae, ubi se in duas partes dividit, metaphora sumta a via. Prima pars epistolae lecta fuerat: supererat altera, *quae similiter* etc. Obscurum est, an hoc voluerit Flor. d. interpretans *[illegible]*. Vel est locus, ubi latet fraus, *[illegible] rei*. Vel est locus, ubi latet fraus, metaphora ducta a semita, quae divertit nos seorsum a via, unde et *deverticulum* pro latebris ponitur. v. Drakenb. ad Liv. I, 51. Si verior prior explicatio, legendum cum Edd. *diverticulum*; sin, ut ego credo, altera verior, cum MSS. Pith. et D'Orv. rescribendum *deverticulum*: siquidem vera est differentia verborum *divertere* et *devertere*, quam constituit Drakenb. ad Liv. XLIV, 42. vid. et Burman. Anthol. Lat. L. V. Ep. 14. Barthius ad Rutil. II, 61. et cf. ad h. l. Scip. Gent.

Eundem] D'Orv. *eiusdem* et pro *eundem* mox *[illegible]*.

Paulo longa viduitate] Necessario scribendum *de longa vid.* Stewech. Vulgo, *longa vid.* omisso τῷ *de*. Colv. Additum *de* iam in Ed. [illegible] e MSS.

In memet ipsum vertit corn.] Plautus Pseudolo: *[illegible] ego [illegible] metuo [illegible] [illegible], Ne [illegible] item [illegible] sit, [illegible] Ne in re secunda nunc mihi [illegible] [illegible] qui siet [illegible].* Colv. Haec [illegible] indexit Vulcanius. Plautus Pseudolo actu IV. scena 3. — — *metuo Ne in re secunda nunc mihi obvortat cornua.* Elmenh. Non Vulc. sed Scal. in eius Ed. sec. seu potius Typotheta omisit haec. MS. Pith. *me ipsum.* Wow. Elm. Scriv. cum Edd. Altenb. Bip. haec verba collocant post τὰ *crimen magiae.* minus bene. Opponuntur sibi *pro me scripta*, et *in memet ipsum vertit cornua*, tum deinde *ad expellendum crimen mag. dimissa*, et, *vicem mutavit et ult. contrar.* etc.

Ad expellendum etc.] Apponam priorem lectionem et fidei meae caussa, et ut videant studiosi, quantum hic loces nostis debeat: *ad expellendum a me crimen Magiae, [illegible] missa, memorabili laude R[illegible] [illegible].* Non dubito applausuram nostrae emendationi coronam doctorum. Caeteri quid sentient, [illegible]. Casaub. *Memorabili fraude Rufini vicem mutavit*] Fulvius. Scioppius *in Symb.* [illegible] in medium turbata haec et corrupta. Vulgo: *sedulo omissa, memorabili l. R. voce mutavit.* Emendo: *pro me scripta ad expellendum a me crimen Magiae, in memet ipsum vertit cornua; sedulo omissa memorabili fraude Rufini vicem mutavit.* Wower. Sic haec legenda et distinxerim: *ad expellendum a me crimen magiae, sedulo omissa memorabili laude Rufini voce mutavit.* Mutavit, παθητικῶς. vide Agel. lib. 15. cap. 12. Brant.

Sedulo omissa] Ita Edd. ante Casaub. cum Vulc. Wow. Elm. Scriv. Pro quo Lips. in marg. *emissa*, forsasse vere, ut respondeat *[illegible] scripsit*, quod supra habuimus. Interim in MS. Pith. est *ad missa*, in D'Orv. *dimissa*. cuius auctoritatem sequor: ut *[illegible]* apud Cic. ad Att. XIV. 21. Minus bene Edd. reliquae *missa*.

Memorabili laude R. vicem m.] Lego *M. fraude R. vicem m.* Verum [illegible] probant *multa fa[illegible]* etc. [illegible] *co[illegible]*. Acidal. [illegible] *cer.* Sed *laude* [illegible] cet et κατ' ἀντίφρασιν [illegible]. Tametsi laudis vocabulum etiam ἐκ τῶν μέσων esse, Gellius antique docuerunt, Sc. Gent. *Fraudi* [illegible] etiam Schott. et Scal. et editum in Vulc. Ed. tert. [illegible] MSS.

Vicem mutavit] Sic primus edidit Scal. in Vulc. Ed. sec. ex emendat. Lipsi in marg. quum

sium, quasi Mago quaesivit. Multa fando, Maxime, audisti, etiam plura legendo didicisti, non pauca experiendo comperisti: sed enim versutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere conflatam, negabis te unquam cognovisse. Quis Palamedes, quis Sisyphus, quis denique Eurybates aut Phrynondas talem excogitasset? Omnes isti, quos nominavi, et si qui praeterea fuerunt dolo memorandi, si cum hac una Rufini fallacia contendantur, macci prorsus et buccones vi-

sequor auctoritate MSS. Florent. si qua fides excerptis. MS. Pith. cum Edd. ante Vulc. sec. *vice mut.* D'Orv. *vite* et pro *mutavit* simpliciter *mu.* In τῷ *vicem* litera finalis absorpta fuit initiali seq. verbi. *Vicem mutavit* bene explicat Florid. *sortita est diversum munus*; nempe diversum ab eo quod voluerat Pudentilla, quae *sine dolo* (hoc enim, credo, valet *sedulo* ut Plaut. Capt. IV, 2, 106. *mihi nil credis quod ego dico* sedulo) eam dimiserat. Casaub. et Pric. dedere *vocem mutavit:* quasi epistolam loquentem faciat auctor.

Etiam plura] Sic tacite edidit Elm. e Florent. cum Florido. Antea et in reliquis MSS. est *et plura.* sed tum, pro stilo Appuleii, ante *non pauca* inserendum quoque *et*, quod fecit Scriv. qui edidit etiam *experiundo*, ut solet noster: sed hic contra MSS. et male, aut scribendum quoque *legundo.*

Non pauca] τὸ *non* delet D'Orv. posterius *tam* Pith. Pro *cognovisse* Florent. *agnovisse.*

Sisyphus] Sic rescripsimus ex lectione Venet. *Sisyphas.* in reliquis erat, *Syphas.* Sisyphum Aeoli filium vaferrimum virum fuisse prodit ex Homero Polyaenus Stratagemat. Lib. I. Hinc Adagio, Sisyphi artes: de qua consulendae maximi Erasmi Chiliades. Colv. Aldus et Rom. *Syphax.* Vide Erasmum in *Sisyphi artes.* Elmenh. *Sisyphus* iam ante Colv. editum in Ed. Iunt. post. et est in MSS. Florent. In D'Orv. *Sisyphas.* Pith. *ysiphas.*

Eurybates aut Phrynondas] Ita scribendum fuit, non ut vulgo, *Phirinondas.* Sed etiam lege *Eurybatus.* Plato Protagora: ἢ σφόδρα ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις γενόμενος, ὥσπερ οἱ ἐν ἐκείνῳ τῷ χόρῳ μισάνθρωποι ἀγαπήσαις ἂν εἰ ἐντύχοις Εὐρυβάτῳ καὶ Φρυνώνδᾳ, καὶ ἀνολοφύραι' ἂν ποθῶν τὴν τῶν ἔνθαδε ἀνθρώπων πονηρίαν. Hi duo, humani generis pestes, proverbio veteribus fuerunt, cum improbissimum mortalium quemque, scelestissimum, dolosissimumque designare vellent. Et sic accipiendus Platonis locus. Eudemus: 'Αλλ' οἶμαι οὔτε Φρύνωνδας οὔτε ἄλλος πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν. τοιοῦτος μάγος καὶ γόης. Aristophanes Amphiareo: Ὦ μιαρὲ καὶ Φρύνωνδα καὶ πονηρὲ σύ. Adi Suidae Collectanea. Colv. *Eurybates* non mutandum in *Eurybatus:* nam utroque modo hoc nomen efferri, monet Eustath. ad Hom. Il. A. vs. 320. ubi est Εὐρυβάτης. *Eurybates* scribitur apud Ovid. Her. Ep. 3. vs. 9. et Hygin. fab. 97. Contra idem hic, famosissimus fraudibus suis, Εὐρύβατος dicitur Luciano, Aeschini et Aristaenet. L. I. Ep. 20. vid. Pius in Thes. Crit. T. I. p. 573.

Phrynondas] Edd. ante Colv. *Phirinondas* cum MS. Pith. In D'Orv. *Phiromondas.* Gr. Φρύνωνδας.

Praeterea] D'Orv. *propterea.*

Macci prorsus et buccones] Scribo, *macci et buccones.* Convicia sat nota, vel ex solis fabulis, quas plures utroque illo nomine inscripsit vetus poëta Pomponius, Afranius, Nonius; etiam Plautum memini uti: sed quia is ad manum non est, versus nequeo adscribere. Iteratum ab Appuleio convicium repono infra hac eadem oratione: *quid illi existiment nacti non putabo*, possit legi, *nauci non putabo.* mihi tamen plus arrisit, *quid illi existiment macci, non putabo.* Stewech. Sic ante nos bene Lipsius Epistolic. Quaest. Lib. II. cap. 22. Diomedes Grammat. Lib. III. *Latina Atellana a Graeca Satyrica differt; quod in Satyrica fere Satyrorum personae inducuntur, aut si quae sunt ridiculae similes Satyris, Autolycus, Burris. In Atellana obscaenae personae: ut Maccus.* Quae studiosorum caussa adscripsi, conferenda cum iis quae ad hunc locum notat maximus ille litteratorum. Μακκοᾷν Graeci dicunt, τὰ ἀνόητα ποιεῖν. de quo Suidas. eoque usus Lucianus Lexiphane. Colv. Sic Lips. Epist. Quaest. Lib. 2. ep. 22. Rom. Flor. et Ald. *Machi*, male. Elmenh. Legebat Caelius Rhodiginus *Masthlae.* Lection. antiqu. L. XI. cap. 7. Doctissimus Cressolius *Mattici* scribendum censuit. *Matticos* (qui et *orici* dicti) vocat *rictu grandi et patenti ore homines.* Esto, quid interim hoc ad mentem Appuleii? memorat is dolo nobiles, veteratores famosos: poscit sententia itaque ut his *fatuos* opponat; quod etiam fecit sane, voce non inconcinnâ usus, et quam qui probe intellexerit intactam mittet. Helladius apud Photium Cod. 279. Τὸ μακκοᾷν ἀρχαϊκῶς ἐστὶ τὸ μὴ κόειν, ὅ ἐστὶ νόειν. V. Hesych. verbo Μακκοᾷν. Schol. Aristoph. *Equit.* Iul. Pollucem 22. Pric. *Macci* leg. et *Buccones* Maccus et Bucco personae sordidae, fatuae, stultae, poëtis Athel-

videbuntur. O mirum commentum! o subtilitas digna carcere et robore! Quis credat effici potuisse, ut quae defensio fuerat, eadem, manentibus eisdem lite- 531.
ris, in accusationem transverteretur? Est hercule incredibile. Sed hoc incredibile qui sit ſactum, probabo. Obiurgatio erat matris ad ſilium, quod me talem virum, qualem sibi praedicasset, nunc de Ruſini sententia Magum dictitaret. Verba ipsa ad hunc modum se habebant: Ἀτυλήιος μάγος, καὶ ἐγὼ ὑπ' αὐτοῦ μεμάγευμαι. ναὶ ἐρῶ. ἔλθετε νῦν πρὸς ἐμὲ, ἕως ἔτι σωφρονῶ. Haec ipsa verba Ru-

Athellaneis. Sic Pomponius Bucconem adoptatum et auctoratum, Novius Maccum exsulem, Pomponius Maccum et Maccos geminos inscripsit. Vir Doct. *in Marg. Ed. Basil.* MSS. et Edd. ante Colv. *machi* vel *macchi:* nisi quod D'Orv. *marchi*, addito *mihi*; unde possit in mentem venire *margi* a Gr. μαργος. Sed unice verum *macci:* de qua voce vid. etiam Voss. Etym. in V. et cf. Scip. Gent. in comm. Eandem vocem in nummo contorniato invenisse sibi visus est V. D. in Obs. Misc. Vol. VII. p. 135. *Maccus* in ludis videtur convenire ei personae, quam alias *Sannionem*, Itali *Pullicinellam* vocant. Vid. Obs. Misc. l. c. et Gorii Inscr. Etrusc. T. II. p. 177.

Buccones] Glossarium: *Buccones*, Παρράσιτοι, Βουκκίωνες. Isidorus Orig. X. *Bucco, garrulus; quod ceteros oris loquacitate, non sensu exuperet.* Plautus: *stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.* Colv. Male MSS. et Edd. ante Colv. *buchones* vel *bochones* cf. Pric. ad h. l. Lips. Epist. Qu. II, 22. Voss. Etym. in v. *Bucca.* Lambin. ad Plauti Bacch. V, 1, 2.

Subtilitas] MS. D'Orv. *subutilis.*

Robore] Emendandus Festus: *Robur quoque in carcere dicitur is locus, quo praecipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robustis includebatur.* Val. Max. Lib. VI. *Quin etiam familiares eorum, ne quis Rom. populi inimicis amicus esse vellet, de robore praecipitati sunt.* Is *Robustus Codex* Plauto, Paenulo: *Lachanam vos, quos ego iam detrudam ad molas, Inde porro ad puteum, atque ad robustum Codicem.* Et *Robustus carcer*, Curculione: *Delicatum te, hodie faciam, cum catello ut accubes. Ferreo ego dico.* CA. *At ego vos ambo in robusto carcere Ut pereatis.* Colv. MS. Pith. *corrobore.*

Eisdem] Sic Edd. ante Colv. cum MS. D'Orv. non *iisdem.* cf. Flor. N. 16. p. 73. Sic *eis* ib. N. 12. p. 44. supra hac Apol. p. 466 et 516. Ed. Flor.

Transverteretur] MSS. Pith. Fux. *converteretur.*

Sed hoc] MS. D'Orv. *si hoc.* Pro *qui sit f.* Edd. Vic. Iunt. pr. Bas. pr. *quod sit f.*

Habebant] MSS. D'Orv. Florent. cum Edd. Vulc. sec. tert. Wow. *habeant.*

Ἀπυλήϊος] Graeca desunt MSS. Pith. D'Orv. Fux. Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. Alii scribunt Ἀπούλειος, alii, Ἀπολέϊος, alii, Ἀπουλήϊος. Sed scribendum Ἀπυλήϊος: ut patet ex Epigr. Christodori in Anthol. L. V. 58. Καὶ νοερῆς ἄφθεγκτα Λατινίδος ὄργια μούσης Ἄζετο παπταίνων Ἀπυλήϊος, ὅντινα μύστην Αὐσονὶς ἀῤῥήτου σοφίης ἀνεθρέψατο Σειρήν.

Καὶ ἐρῶ; καὶ ἐλθέτω νῦν πρὸς ἐμὲ ἕως ἔτι σωφρονῶ.] Vulgati codices, καὶ ἔρως ἐλθέτω νῦν πρὸς ἐμὲ, ἔτι σωφρονῶ. scripsimus, καὶ ἐρῶ. Ubi enim amoris erit aperta confeſſio in his verbis, ni ita legas? ἕως ante ἔτι ex sequentibus locis restituimus. Sensus est, Vos Magum dicitis Apuleium, et me ab eo Magicis cantaminibus in amorem illectam: ita est: amo illum: et coniungi cum eo volo, dum adhuc sum meae spontis. Elegantius scripseris Ναὶ ἐρῶ. fortasse et iam ἔλθετε non ἐλθέτω legendum. Suadere videntur ista aliquanto post: *Pudentillam quae scripserat dissimulamenti et deridiculi causa*, ἐλθέτω ἕως ἔτι σωφρονῶ, *post hasce literas evocasse ad se filios et nurum.* Nam si ego illum locum recte capio, legendum ibi ἔλθετε· quod si eo loco, etiam in aliis omnibus ubicunque ista periodus extat. Scribemus ergo: Ναὶ ἐρῶ. καὶ ἔλθετε πρὸς ἐμὲ, ἕως ἔτι σωφρονῶ. multo commodiore sensu. Casaub. Schickeradus καὶ ἔρως ἦλθε τοίνυν πρὸς ἐμέ. Vide Casaubonum. Elmenh. ναὶ ἐρῶ. Ἔλθετε νῦν πρὸς ἐμὲ, ἕως ἔτι σωφρονῶ.] Sic Graeca haec edenda putavi ex correctione Casauboni, cum Florido. In MSS. quorum varias lectiones consulere potui, exstare non videntur, uti nec in Edd. multis vett. In ceteris ante Casaub. legebatur καὶ ἔρως ἐλθέτω νῦν etc. Alteram Casaubi correctionem καὶ ἐρῶ, καὶ ἐλθέτω etc. et ipse admisit, et Gent. Wow. Elm. Pric. Scriv. καὶ certe locum hic habere non videtur. Nam Ἀπυλήϊος μάγος, καὶ ἐγὼ ὑπ' αὐτοῦ μεμάγευμαι, dicuntur ex persona Pontiani et Ruſini: sed ἐρῶ ex persona ipsius Pudentillae, nam ea respexit in ſine Epist. p. 533. ὅτι δὲ ἐρῶ, αἰτία ἡ εἱμαρμένη ἔφυ. Minus bene itaque copulativa particula καὶ, quam affirmativa ναί. Non

le-

Rufinus, [quae Graece interposuit,] sola excerpta, et ab ordine suo seiugata, quasi confessionem mulieris circumferens, et Pontianum flentem per forum ductans, vulgo ostendebat. Ipsas mulieris literas illatenus, qua dixi, legendas praebebat: cetera supra et infra scripta occultabat. turpiora esse, quam ut ostenderentur, dictitabat. satis esse, confessionem mulieris de Magia cognosci. Quid quaeris? verisimile omnibus visum. Quae purgandi mei gratia scripta erant, eadem mihi immanem invidiam apud imperitos concivere. Turbabat impurus hic, in medio foro bacchabundus: epistolam saepe aperiens proquiritabat: Appuleius Magus: dicit ipsa, quae sentit et patitur. quid vultis amplius? Nemo erat, qui pro me ferret, ac sic responderet: Totam sodes epistolam cedo.

legendum quoque esse ἐλθέτω, scil. Appul. bene ostendit Florid. ad. p. 538. *Pudentillam, quae scripserat dissimulamenti causa et deridiculi ἔλθετε ἕως ἔτι σωφρονῶ, post hasce literas evocasse ad se filios et nurum.* Recte itaque ἔλθετε, filii ambo, et nurus: alioqui mallem ἐλθὲ τοίνυν. Ceterum ἕως hic, non infra, male delet Bas. sec. et inde Colv. et Elm. Typothetae error νῆν pro νῦν e Vulc. Ed. sec. in tert. et Worerii propagatus est.

QUAE GRAECE INTERPOSUIT] Rufini ergo aliquae partes fuerant, in caussa dicenda? Non puto. itaque lego: *quae Graece interposui.* CASAUB. Haec verba temere e Glossa interposita iudico. Superioribus seculis cum Graece parum aut nihil vel intelligere vel etiam legere possent, fuit forte, qui ad oram sui libri notavit, de illis verbis Apuleium loqui, quae Graece interposuisset. Fuit deinde mox alius, qui notatiunculam illam in ipsum auctoris textum transtulit, unde nunc demum me indice vicissim eiiciatur. Alias eam solam Epistolae partem Graecam fuisse efficeretur; quod secus. Nam et alia multa indidem legimus postea, imo Graece totam scriptam certum est, et paret infra aliquot paginis. ACIDAL. Haec verba omnia e glossa irrepsisse Acidalius putat, me adprobante: quid enim de illis verbis admonere fuit, quum tota epistola Pudentillae Graece perscripta esset? SC. GENT. *in Append.* Lectio corrupta. Tu hoc modo inverte *H. i. v. quae Graece interposui, Ruffinus sola excerpta.* sed nec sic locum penitus restitutum puto. Credo Apuleium scripsisse *Haec ipsa verba Ruffinus sola excerpta* etc. et quae in medio vides Glossematium esse. PRIC. Edd. post Casaub. *q. Gr. interposui:* quam lectionem suspectam mihi facit et veterum librorum auctoritas, et ipsa istorum verborum collocatio post τὸ *Rufinus:* quare accedo ad Acidalii sententiam.

EXCERPTA] Quidam e vulg. *excepta.* COLV. Bas. pr. cum MS. Pith.

PONTIANUM FLENTEM] Male τὸ *flentem* omittunt vulgati codd. ELMENH. Primus Elm. e MSS. Florent. dedit *flentem*, cum Scriv. et consentiunt MSS. Fux. Pith. D'Orv. Quare male denuo eiecit Florid.

MAGIA] Pith. *magica.* Mox pro *quaeris* in Cod. D'Orv. est *quasi*, sed per compendium scriptum.

CONCIVERE] Edd. ante Colv. *conscivere*, ut *consciscere mortem, fugam* et sim. sed alterum praeferendum, propter κυριολογίαν, et MStorum auctoritatem.

BACCHABUNDUS] MS. D'Orv. *batabundus.*

PROQUIRITABAT] Facile crediderim scripsisse Apuleium *porro quirit.* *Quiritare* iuxta Varronem L. V. de L. L. dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat. Exclamabant autem plerumque hac voce. Laber. mim. *Porro Quirites, libertatem perdimus.* ut citatum a Macrobio. Priapei auctor incertus: *Porro (nam quis erit modus) Quirites, Aut praecidite* etc. Etiam noster supra aliquoties: cuius loca parcemus adducere, quoniam ea aliis notata quaedam, quae non lubet vel leviter delibare. Omnibus autem ferme locis in *pro* depravatum fuit. Nec apud hunc modo, sed Plautum quoque et alios. Quod pene autem oblitus eram, paulo aliter quoque eundem locum distingues: *Turbabat impurus hic; in medio foro bacchabundus Ep. saepe aperiens, Porro quiritabat: Apuleius magus.* Statim *qui pro me ferret* leg. *q. p. m. foret*, aut si quid melius potest inveniri. Alii legunt *faceret*, alii *staret.* ACIDAL. Ipsam illam formulam *porro quirites* (de qua in primis vid. Brisson. de Form. VIII 21.) suspectam esse viris doctis, videre est e Gentilis nota ad h. l. et Voss. Lex. Etym. in V. *Quiritare.* sed vide Burman. ad Anthol. Lat. L. V. Ep. 26. Utut est, *proquiritare* loco non movendum. Factum est verbum ad similitudinem τοῦ *provocare*, et legitur non solum h. l. sed et apud Sidon. Apollin. VIII. 6. ubi vide et Savaronis notas ad p. 502. MS. D'Orv. *perquiritare.*

QUI PRO ME FERRET] Scripserat uxor Apuleii ad Pontianum filium, imo acriter obiurgarat, quod eundem, quem paulo ante omni modo commendasset, nunc Rufini impulsu, ut ma-

do. Sine, omnia inspiciam, principio ad finem perlegam. Multa sunt, quae
sola prolata calumniae possint videri obnoxia. Cuiavis oratio insimulari potest, 532.
si ea, quae ex prioribus nexa sunt, principio sui defraudentur: si quaedam ex ordine scriptorum ad libidinem supprimantur: si, quae simulationis causa dicta sunt, adseverantis pronunciatione, quam exprobrantis legantur. Haec, et id genus ea, quam merito tunc dici potuerint, ipse ordo epistolae ostendat. At tu, Aemiliane, recognosce, an et haec mecum testato descripseris: *Βουλομένην γαρ με δὶ ἃς εἶπον αἰτίας γαμηθῆναι, αὐτὸς τοῦτον ἔπεισας ἀντὶ πάντων αἱρεῖσθαι, θαυμάζων τὸν ἄνδρα, καὶ σπουδάζων αὐτὸν οἰκειον ἡμῖν δι' ἐμοῦ ποιῆσαι. νῦν δὲ ὡς μοχθηροὶ ὑμᾶς κακοήθεις τε ἀναπείθουσιν, αἰφνίδιον ἐγένετο Ἀ-*

magnum diffamaret, has literas nactus Rufinus, eam partem, quae de maleficio agebat, cuilibet ostendit. quae supra infra adscripta erant, occultavit. quare magnam sibi apud imperitos invidiam concitatem Apul. quaeritur. neque vicissim fuisse, qui eius partes tuerentur. hinc ego ex mente illius putabam scribi posse, *nemo erat qui pro me staret.* Verbo altercationibus percommodo. Stewech. scripserim *pro me faceret:* vel, *pro me esset.* Colv. *Ferret* eleganter pro referret. Simplex pro composito: quod apud optimos scriptores creberrimum. Non ergo audiendi qui *faceret* aut *esset* volunt scribi, aut *staret.* Sic in libro De deo Socratis, *cerni* pro *discerni. Natura neque uno neque gemino modo, sed pluribus cernitur.* Casaub. *Nemo erat, qui pro me foret.*] Sic forsan legendum. Mox Fulv. *Haec et id genus alia.* Sciopp. *in Symb.* Magnâ de voce ultimâ controversia est. Legit hic *foret*, ille *faceret*, alii *esset* et *staret.* Doctior his omnibus et in Apuleio tritior, Casaubonus: *ferret* pro *referret.* In de dogm. Plat. *Nec omnia ad Fati sortem arbitratur esse ferenda.* Pric. Posset etiam intelligi *qui pro me ferret*, qui sustineret meas partes. Florid. Contra Edd. et MSS. sollicitandam non puto locutionem *ferre pro aliquo*, i. e. dicere pro aliquo, alicuius causam suscipere. Ceterum loco auctoris de Dogm. Plat. cit. a Pric. qui est p. 584. Ed. Flor. edidi *referenda* ex MSS., iubente Oudend.

Sic responderet] MS. Pith. *si resp.* Mox D'Orv. *cedes* pro *sodes*, et *probata*, non *prolata.*

Cuiavis] MS. Pith. *cuiquaelibetavis*, ex glossa interlineari. D'Orv. *cuiusvis*, item e glossa. Plaut. Bacch. IV, 9, 55. *cuianam.* cf. Gent.

Defraudentur] Flor. *defrudentur.* Mox pro *si quaedam* D'Orv. *siquidem.*

Ad libidinem] Schickeradus *ad livedinem.* male. Elmenh.

Quam exprobrantis] Suppl. *magis* Helleriismus Latinis quibusdam, quam ipsis Graecis familiarior. Casaub. Lege *quasi exprob. Quasi* et *quam* quoties permutata invicem sint, vix numerum inire quisquam possit. Sed hic non minus apte etiam *tamquam*, si forte hoc malis, restituetur. Acidal. Acidalio placet, *quasi expr.* vel *tamquam.* Ego Graecâ ellipsi sibi et aliis familiari, usum nostrum oratorem puto, *quam*, pro magis vel potius, quod postea alio in loco notatum Colvio vidi. Nam in omni ironia inest quaedam exprobratio tacita, praesertim quum quis ea de se innuit et dicit, quorum ab aliis falso insimulatur. Exprobrat enim eis hoc modo calumniam aut stultitiam, praesertim si aperta sit ironia, ut iratorum solet. Sc. Gent. *in Append.* De ellipsi τοῦ *magis* saepius dictum supra. MS. D'Orv. *probantis.*

Tunc dici potuerint] *Tunc* non legitur in Pith. qui cum D'Orv. habet *potuerunt.*

Recognosce an] Legebam, *recognosce mecum an* etc. Supra: *Quae tu mecum Maxime recognoscis.* et in Floridis 3. *Vos ea mecum recognoscite.* aliud iam velle Apuleium video. *Mecum descripseris* dixit, quia etiam Aemilianus adfuit. Supra: *quas literas e tabulario publico, praesente et contra scribente Aemiliano, testato descripsimus.* Pric.

Descripseris] Primum comparet ita in Ed. Iunt. post. In aliis vett. et MSS. Pith. D'Orv. *descripserit.* Pro *an et haec* D'Orv. *et hanc et hoc.*

Οἰκεῖον ἡμῖν] Lege: ὑμῖν. et deinde: καὶ ἔλθετον νῦν πρὸς ἐμέ. Wower. Salm. adlevit quoque ὑμῖν. Sed Edd. omnes ἡμῖν. Nec male. Ceterum iidem libri Graeca hic ignorant, qui supra.

Ὡς μοχθηροὶ ὑμᾶς] Vulgo ἡμῶν. Casaub. ὑμᾶς dedi cum Casaub. et seqq. quia ἡμῶν sensum habere non videtur. An leg. ὡς μοχθηροὶ ἡμῖν, quod an notare possit homines qui nobis, i. e. nostrae familiae, molestiam creare cupiunt, non affirmo tamen. Sane, quod tum abest casus post ἀναπείθουσιν, id non adeo aegre ferendum puto in epistola: aut possis pro τε legere σε, ut μοχθηροὶ substantive ponatur. Melius sane ad unum Pontianum tum oratio ver-

'Ατυλήιος μάγος, καὶ ἐγὼ μεμάγευμαι ὑπ' αὐτοῦ. ναὶ ἐρῶ, καὶ ἔλθετε νῦν πρὸς ἐμὲ, ἕως ἔτι σωφρονῶ. Oro te, Maxime, si literae, ita ut partim vocales dicuntur, etiam propriam vocem usurparent; si verba, ita ut poetae aiunt, pinnis apta vulgo volarent: nonne quum primum epistolam istam Rufinus mala fide excerperet, pauca legeret, multa et meliora sciens reticeret; nonne tunc ceterae literae scelestе se detineri proclamassent? verba suppressa de Rufini manibus foras evolassent? totum forum tumultu complessent? se quoque a Pudentilla missas, sibi etiam quae dicerent mandata? improbo ac nefario homini per alienas literas falsum facere tentanti ne auscultarent, sibi potius audirent: Appuleium Magiae non accusatum a Pudentilla, sed accusante Rufino absolutum? Quae omnia etsi tum dicta non sunt, tamen nunc, cum magis

533. prosunt, luce illustrius apparent. Patent artes tuae, Rufine, fraudes hiant, detectum mendacium est. Veritas olim interversa, nunc se effert, et velut alto barathro calumniae se emergit. Ad literas Pudentillae provocastis: literis vinco. quarum si vultis extremam quoque clausulam audire, non invidebo. Dic tu, quibus verbis epistolam finierit mulier obcantata, vecors, amens, amans. ἐγὼ αὔτι μεμάγευμαι. ὅτι δ' ἐρῶ, αἰτια ἡ εἱμαρμένη ἔφυ. Etiamne amplius? Recla-

vertetur, quam in lectione ὑμᾶς, ad plures. Erat enim *obiurgatio matris ad filium*, *quod de Rufini sententia* Appuleium *magum dictitaret*. Praecedit quoque *αὐτὸς ἔπεισας*.

Si literae ita ut — dicuntur] Pith. *et l. i. ut — dicantur*. D'Orv. *s. l. ut ita ut — d.*

Pinnis apta] Exquisite pro *cui pinnae aptae sunt*. Eadem locutio apud Cic. III. de off. 29. V. Ern. in Cl. Cic. V. *aptus*. cf. Noster de Deo Socr. p. 678. Ed. Flor. Ennius cit. a Gent. *O fides alma, apta pinnis, iusiurandum Iovis.*

Vulgo volarent] Non capio, nisi τὸ *vulgò* valeat *passim, quoquoversus*. ad sensum optime, ni remote aliquantulum, posses *vere* legere. An forsan proba vox altera, at loco mota? legendumque, *si verba, ita ut vulgo Poëtae a. p. a. v.* Pric. *Vulgo volarent*, i. e. volare solerent.

Tunc] MS. D'Orv. *tam.*

Se quoque] Male Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *si q.*

Ne auscultarent] MS. D'Orv. *nec*. Pith. *ascult.*

Sibi potius aud.] *Sibi audirent* ἀρχαϊσμὸς, imitatione, ut videtur, Pacuvii: Illius sunt hi versus. *Nam istis qui linguas avium intelligunt, Plusque ex alieno iecore sapiunt quam ex suo, Magis audiendum, quam auscultandum censeo.* Casaub.

Omnia.] D'Orv. *etiam.*

Magis prosunt] D'Orv. *possunt*. in eod. et Florent. statim *appareerent.*

Artes tuae] Pith. *aures t.*

Veritas interversa] Xixtus PP. in episto- ad Cyrilli Alexan. Tom. I. Concil. Rom. fol. 694. *Novimus frequenter calumniis patere veritatem, nec tamen unquam posse falsitate superari.* Docte Polybius lib. 13. fol. 673. Elmenh.

Se effert] D'Orv. Pith. *se fert*. Pro *alto*.

Calumnias emergit] Emendat Lipsius: *calumniae se emergit*. Colv. *calumnia se mergit* rescribo ex Flor. Vulgati *calumniae emergit*. Elmenh. Verissime emendavit Lipsius, ut citat locum Heins. ad Ovid. Fast. III. vs. 367. ubi vide plura de locutione *emergere se*. Add. Graev. ad Cic. de Harusp. Resp. c. 25. VV. DD. ad Nepot. Att. c. 11. Drakenb. ad Sil. VII. 413. ubi contra Drakenborchii mentem citatur locus noster ita: *calumnia se mergit*; uti perperam editum ab Elmenh. e MSS. Florent. et Scriv. ac marg. adscriptum a Goesio. Nam prorsus haec ἀντίλογα sunt *sese effert* et *se mergit*. cf. in primis Cic. pro Cluent. a Pric. cit. Multo melius Edd. Altenb. Bip. *calumnia emergit*. In MSS. D'Orv. Pith. legitur *calumnias emergit*, ut et in Edd. ante Casaub. qui primus dedit *calumniae emergit*, quem sequuntur Gent. Pric. Flor. Quia tamen *s* littera in MSS. O. adest: praetuli *calumniae se emergit*. *Se mergit* pro *se emergit* non h. tantum l. corrupte scriptum in MSS. sed saepe alibi cf. ex. gr. Severi Aetn. vs. 118.

Invidebo] MS. D'Orv. *videbo.*

Amans] MS. Pith. et hic *amens.*

'Εγὼ οὔτι] Haec nostra emendatio est, quam elicuimus ex is a priorum omnium librorum: *ἐγὼ οὔτε μεμάγευμαι οὔτε τερῶ τὴν εἱμαρμένην ἔφυ*. Corrupta omnia, et hiantia: deest enim verbum *αἰτία*. Sensus est, *Ego*, ait *non*

clamat vobis Pudentilla, et sanitatem suam a vestris calumniis quodam praeconio vindicat. Nubendi autem seu rationem, seu necessitatem, ſato adscribit, a quo multum Magia remota est, vel potius omnino sublata. Quae enim relinquitur vis cantaminibus et veneficiis, si ſatum rei cuiusque, veluti violentissimus torrens, neque retineri potest, neque impelli? Igitur hac sententia sua Pudentilla non modo me Magum, sed omnino esse Magiam negavit. Bene, quod integras epistolas matris Pontianus ex more adservavit: bene, quod vos ſeſtinatio iudicii antevortit, ne quid in istis literis ex otio novaretis. Tuum hoc, Maxime, tuaeque providentiae beneficium est, quod a principio 534
intellectas calumnias, ne corroborarentur tempore, praecipitasti, et nulla impertita mora subnervasti. Finge nunc, aliquid matrem ſilio secretis literis de amore, uti adsolet, confeſſam. Hoccine verum fuit, Rufine, hoc non dico pium, sed saltem humanum, promulgari eas literas, et potissimum ſilii praeconio publicari? Sed sum ego inscitus, qui postulo, ut alienum pudorem conser-

non sum incantata: sed amoris mei causa est Fatum. Emendationem nostram non possumus librorum auctoritate confirmare: sed possumus Apuleii ipsius. Nam bene a nobis restitui illa, ὅτι δ' ἐρῶ, αἰτία ἡ εἱμαρμένη ἔφυ, evincunt haec statim, *Nubendi autem seu rationem seu necessitatem Fato adscribit.* CASAUB.

VOBIS] Excidit Ed. Florid.

VESTRIS] Ed. Iunt. post. *nostris.* Pro *vindicat* MS. D'Orv. *vindicatur.*

MAGIA] MS. Pith. *Magica.* In D'Orv. rursus desunt seqq. usque ad — *negavit.*

PUDENTILLA NON] Pith. *pudeo non eodem.* et mox *negaverū* pro *negavit.*

INTEGRAS EPISTOLAS MATRIS] Pith. *magicas ep. m.* D'Orv. *int. manus.* Dein Pith. *adservabit*, D'Orv. *observavit.* Pro *nequid* Pith. *nec quid.*

EX OTIO] Id est, ne ſalsi aliquid in iis machinari possetis, maiori spatio temporis concesso. SCIP. GENT.

INTELLECTAS] D'Orv. *intellectus.* Statim Pith. *corroborentur.*

NULLA IMPERTITA MORA SUBNERVASTI] Sic Ald. et Rom. Flor. *nullam impertitam horam subnerviasti.* Vide Casauboni notas. ELMENH. MS. D'Orv. *nullam impertitam horam.* In Fulv. quoque *hora.*

SUBNERVASTI] Putabam scribendum *suppernasti.* Sed nihil mutandum. *Subnervare* vetus et proba vox est, idem ſignificans ac *suppernare*, similique analogia ſacta. Ea dictione memini veterem Bibliorum interpretem exprimere aliquot locis Hebraeum עקר quod est succidere ſuffragines. ut 2. Samuelis Cap. VIII ubi LXX. verbo παραλύειν utuntur. et Iosuae Capite XI. bis: ubi LXX. νευροκοπεῖν pro eo dixerunt. Glossarium, νευροκοπῶ *subnervo.* CASAUB. Philox. νευροκοπῶ. Vet. Bibl. Interp. 2 Sam. 8. Ios. XI. V. D. *in marg.* Addit Scip. Gent. Chrysostomi interpretem, quem opinatur esse Theodorum Gazam *Subnervavit Diaboli potestatem*, et, *ne succidamus nervos nostros totis cohabitationibus.* Citat id. Gent. Ennium: *Succidere pernas.* cf. Fest. in *suppernatus*, unde *Suppernasti* adscitum a Scal. in Ed. Vulc. sec. Sed MSS. Florent. Pith. *subnerviasti*; quod non pro nihilo habendum. Nonius: Nervi *masculini sunt, sicuti plerumque:* Nervia *fœmininum apud doctos lectum et saepe.* Docta autem et exquisita sectatur App.

VERUM] I. e. aequum V. Pric. ad h. l. VV. DD. ad Caesar. de B. G. IV. c. 8. cf. Heyne ad Virg. Aen. XII. vs. 694. *Me* verius *unum Pro vobis foedus luere.*

PROMULGARI] Ald. et Flor. *provulgari.* ELMENH. In mea Ald. Ed. est *promulgari.* Sed *provulgari* cum Ed. Iunt. post. dedit Scriv. cum Elmenh. e MSS. Florent. adstipulante D'Orv. Videtur id probare Oudend. ad Sueton. Ner. c. 36. Mihi h. l. magis arridet *promulgari*, quod minus ταυτόλογον sequenti *publicari.* Supra pag. 419. *Namque haec et id genus omnia dissimulare et* occultare, *peccantis; profiteri et* promulgare, *ludentis est.* Sic aliquoties extra legum mentionem occurrit *promulgare.* cf. L. de Dogm. Plat. II. p. 245. Infra p. 536. dixit auctor *maritale secretum divulgarent*, non, *provulgarent.*

SED SUM EGO INSCIUS] Graecissat: ita enim usurpat vocem *inscius*, ut Graeci ἀμαθής, de homine inepto et parum prudente. CASAUB. Leg. *sumne e. ins.* Forte et *inscitus.* Plaut. Pers. Sc. Veterem: *Sed sumne ego stultus.* ACIDAL. *Inscius* idem est h. l. quod ineptus vel stultus, aut impudens. Quomodo et *indoctus* dicitur Plau-

serves, qui tuum perdideris. Cur autem praeterita conqueror, quum non sint minus acerba praesentia? Hucusque a vobis miserum istum puerum depravatum, ut matris suae epistolas, quas putat amatorias, pro tribunali Proconsuli recitet, apud virum sanctissimum Claudium Maximum, ante has Imperatoris Pii statuas, filius matri suae pudenda exprobret stupra, et amores obiectet? Quis tam est mitis, quin exacerbescat? Tune, ultime, parentis tuae animum in istis scrutaris? oculos observas? suspiritus numeras? affectiones exploras? tabulas intercipis? amorem revincis? Tune, quid in cubiculo agat, perquiris, ne mater tua

Plauto in Pseud. *Sed nimis sum stultus, nimium fui indoctus, ne illi audeant id facere.* Scip. Gent. lego, *sumne.* Plautus Persa: Act. I. Sc. 2. *Sed sumne* etc. Correctio comica. Brant. Differunt *inscius* et *inscitus*, quemadmodum *inscientia* et *inscitia*.cf. Ind. Requiritur autem h. l. *inscitus*, i. e. stolidus, quod, a Scalig. e Vulcanii coni. et dein a seqq. exhibitum, videtur confirmari MSS. Florent. quare et ego edidi. Ceterum cum Ed. Iunt. post. sustuli interrogationis notam, quae in reliquis Edd. conspicitur post *perdideris.* Sunt haec simpliciter affirmantis et corrigentis cum irrisu ea, quae prius dicta erant. Declarat id coniunctio *sed*, quam ignorat MS. D'Orv.

Tuum] Florid. iterum addidit *pudorem.*

Hucusque] MS. D'Orv. *hicusque.*

Proconsuli] Id. cum Pith. *proconsul.* Pro *has Imperatoris Pii* D'Orvill. *hostim ⁊ppii.*

Matri suae] Vulgo, *matris suae.* Illud *ante has Imperatoris Pii statuas* quam vim habeat intelligunt, qui meminerunt, sub Imperatoribus capital fuisse ante principis imaginem vel nudasse se, vel obscaeni aut dixisse aut fecisse quidquam. Id crimen impietatis historici nominant. Casaub. *Matris suae* cum MSS. et Edd. vett. servarunt Elm. et Scriv. et *exprobrare aliquid*, sine dativo personae, recte dictum. cf. Plaut. Most. I, 3, 142. seq. Most. II, 2, 37. Sed tum dicere debuerat auctor *in matre sua*, nam *exprobare stupra matris*, est, stupra, quae revera commisit mater, ei obiicere: quare, et ob seq. *obiectet*, amplector Casauboni correctionem.

Amores obiectet] D'Orv. *amore oblectet*, in quo statim exsulat *est.*

Exardescat] Fulvius. Sciopp. *in Symb.* Fulvius, *quin excandescat.* Scip. Gent. Aldus *exardescat.* Elmenh. Aldi editio, *Exardescat.* Fulvii liber, *Excandescat.* Ego nil mutem. Onomast. vet. *Exacerbesco*, πικραίνομαι Pric. *Exardescat* esse Fulviani Cod. lectionem ait Wow. in Var. Lect. quam, non *excandescat*, esse Fulvii coniecturam testatur Sciopp. In Ed. Bas. pr. est *exarbescat.*

Tune ultro] F. *ultima*, ut in Asino Lib. 3. Brant. Lectio ad imas ceras eradenda. Scribe, *ultime*, quod qui Genium et voces auctoris novit, lubens amplectetur. Pric. *Ultime* legendum esse monuit idem Pric. ad Met. L. III. p. 54. suae Ed. et adlevit etiam Salm. Unde suspicor eum id, aut eius vestigia invenisse in MS. Fux. Sane mirifice firmatur ea lectio a MS. Pith. in quo *ultimo.* Quid sibi velit Brantius, non capio, nisi et ille voluerit *ultime*, i. e. pessime, scelestissime. *Ultro* potest explicari, sine necessitate, nulla legitima causa coactus.

Parentis tuae] Operarum vitio in Ed. Flor. est *p. tui.*

In istis] i. e. in his rebus secretis. Delent *in* Elm. Scriv. Edd. Altenb. Bip. quasi sit Dativus commodi: ut servias nefariis istis hominibus, Rufino, Aemiliano etc. Sed aliter MSS. Pro *istis* D'Orv. *iustis.* Edd. vett. quaedam *scrutans.*

Suspiritus] Milesia VI. *suspiratus* dixit. et ita forte hoc loco legendum. Ovidius XIV. Metamorph. *Respicit hic vates: et suspiratibus altis Nec Dea sum, dixit.* Appuleius: *Votisque crebros intermiscet suspiratus.* Scip. Gent. Fallit Gentilis heic et alibi *suspiratus* legens. V. quae Colvius notat ad Miles. I. Pric. Ed. Iunt. post. *suspiria.* ut semper variatur in hac voce apud nostrum. v. Comm. ad Met. L. I. p. 32, b. cf. Ind. MSS. et Edd. *suspiritus.*

Tune quod in cubiculo agat p.] Magnam tenebricosae sententiae lucem attulerit qui eam ita concipiet: *Tune quod in cubiculo agat perquiris, ne mater tua amatrix, sed omnino faemina? estne ut in ea cogites nisi unam parentis religionem?* Ne mater tua, ἀρχαϊκῶς, pro nedum, vel, non dicam mater tua. Sic ante bis locutus hoc lib. quare merito illa nobis suspecta vulgi scriptura, *ne mater tua non dicam amatrix.* Scalpellum (nisi habes ipse aliquid melius) adhibe, et illa mihi reseca, *non dico*: quae verba isto quidem loco non emam vitiosa nuce οὐδ' ἰσχάδος μιᾶς. Casaub. Obscura et involuta recte emendabis hoc modo: *Tune q. i. c. agat perquiris, non dico mater tua amatrix, sed* om-

tua amatrix, sed omnino femina? estne ut in ea cogites, nisi unam parentis religionem? O infelix uterum tuum, Pudentilla! o sterilitas liberis potior! o infausti decem menses! o ingrati quatuordecim anni viduitatis! Vipera, ut audio, exeso matris utero in lucem proserpit, atque ita parricidio gignitur. At enim tibi a filio iam adulto acerbiores morsus viventi et videnti offeruntur. Silentium tuum laniatur, pudor tuus carpitur, pectus tuum foditur, viscera intima protrahuntur. Hascine gratias bonus filius matri rependis, ob datam vitam? ob acquisitam hereditatem? ob quatuordecim annorum longas alimonias? Hiscine te patruus disciplinis erudivit, ut si compertum habeas, filios tibi similes futuros, non audeas ducere uxorem? Est ille poëtae versus non ignotus:

Odi puerulos praecoci sapientia.

Sed

omnino femina? Estne ut in ea cogites nisi unam parentis religionem. Wower. *Tune quid in cubiculo agat perquiris, ne mater tua non dico amatrix, sed omnino faemina*] Ita hunc locum constitui ex MSto Florentino, quem male pervertit Vulcanius in postrema sua editione. Elmenh. Ita haec cudi voluimus, praeeunte Casaubono. Libri anteriorum editionum: *Ne mater tua non dico amatrix* etc. Pric. *Tune quod in cubiculo agat, perquiris? ne mater tua non dico amatrix, sed ne omnino femina est? ne tu in ea cogitas, nisi unam parentis religionem?*] Haec est lectio Edd. ante Vulc. sec. neque MSS. in his quidquam mutant, nisi quod in Florent pro *quod* sit *quid*, receptum ab Elm. Scriv. Flor. et in MS. Pith. *perquiras*, cum Salm. in marg. In Ed. Vulc. sec. operarum, credo, culpa, omissa sunt *perquiris, ne mater tua non dico amatrix*, item *ne* post *sed*, quod non exsulat a Florent. ut credas forte ex Elmenh. nota. Eiicienda esse *non dico*, interpretamentum τοῦ *ne*, pro *nedum* i. e. *non dico*, manifestum est: quare eieci illa cum Pric. et Flor. Sequentia praeter Gentil. Editiones post Casaub. ad huius mentem ita exhibent *estne ut in ea cogites nisi unam parentis religionem?* Insuper Scriv. prius *ne* mutavit in *nae*, hoc modo: *nae mater tua non dico am. sed o. f.; estne ut in ea cog. n. u. p. rel.* quod comparet etiam in Edd. Altenb. et Bip. Tum *mater tua* etc. nominativus absolutus fuerit, quales in auctore nostro haud raro inveniuntur. Hoc tamen loco id mihi non placet: et adhucdum sequor Casaub. Pric. Flor. *Tune quid in cubiculo agat perquiris, ne* (i. e. non dico) *mater tua amatrix, sed omnino femina:* nam si in universum putidae hoc curiositatis, quaerere quid in cubiculo agat femina amatrix, quanto magis hoc inverecundum in matre. Quoniam tamen in MSS. O. et Edd. vett. post *sed* conspicitur *ne*, inde legendum putem *sed enim*, quae particulae saepe apud nostrum coniunguntur. v. Ind. *Enim* in MSS. scribitur *ēn:* unde prius omissa lineola factum *ne*.

Uterum tuum] Plaut. Aul. A. 4. Sc. 7. *Uterum dolet.* Brant. Add. Nonius cap. 3. n. 258. MS. D'Orv. *uterus tuus.*

Infausti] Pith. *infantis.* Pro *exeso* D'Orv. *exese.*

Viventi et videnti] *Vivus vidensque pereo* apud Terent. Eun. Lucret. L. III. *Mortua cui vita est prope iam vivo atque videnti.* Marc. Tul. pro Quintio: *Vivo videntique funus ducitur.* ζῶντι καὶ ὁρῶντι. Brant. vid. Casaub. ad Theophr. Charact. 14. Lambin. ad Lucret. III. vs. 1059.

Carpitur] MS. D'Orv. *capitur*, male.

Foditur] MS. Pith. *fodiatur.* An *fodicatur?* ex imitatione Plauti Bacch. I, 1, 30. *Animum fodicant, bona destimulant, facta et famam sauciant.*

Rependis] Vett. edd. *respondes.* unde faciebam, *rependes.* Colv. Iunt. post. cum MSS. recte tuetur *rependis.*

Ut si compertum] Vitam sententiae afferes legendo, *ut quasi c. h.* Pric. Non probo. Tota periodus est ὑποθετική.

Odi] Pith. *cui.*

Praecoci sapientia] Flor. *praecoqui s.* sed vitium scribae est confundentis litteras *q.* et *c.* Est enim casus eius rectus non *praecoquis* sed *praecox.* Agell. L. X. cap. 11. Elmenh. Pith. etiam *praecoqui*, D'Orv. *praecoquos sapientiam*, sed mox cum Pith. *praecoqui*, qui MStorum consensus nonnihil pugnat contra Gell. l. c. ubi vid. quoque Gronov. Quint. I. O. I, 3. *Illud ingeniorum* praecox *genus, non temere unquam pervenit ad frugem.* ubi vid. Pareus. Tertull. de Anima cap. 20. *pueri mense citius eloquuntur* praecoce *lingua.* Sequentia *sed enim malitia praecoci puerum*, ut versus leguntur in Edd. Iunt. pr. Ald. Bas. pr.

Aver-

536. Sed enim malitia praecoci puerum quis non aversetur, atque oderit? quum videat velut monstrum quoddam, prius robustum scelere, quam tempore, ante nocentem, quam potentem, viridi pueritia, cana malitia? vel potius hoc magis noxium, quod cum venia perniciosus est: et nondum poenae, iam iniuriae sufficit. Iniuriae dico? immo enim sceleri adversum parentem nefando, immani, impetibili. Athenienses quidem propter commune ius humanitatis, ex captivis epistolis Philippi Macedonis hostis sui unam epistolam, quum singulae publice legerentur, recitari prohibuerunt, quae erat ad uxorem Olympiadem conscripta. Hosti potius pepercerunt, ne maritale secretum divulgarent: praeferendum rati fas commune propriae ultioni. Tales hostes, adversus hostem: tu qualis filius adversus matrem? Vides, quam similia contendam? Tu tamen filius matris epistolas, de
537. amore, ut ais, scriptas, in isto coetu legis, in quo si aliquem poëtam lasciviorem iubereris legere, profecto non auderes, pudore quum aliquo impedirere: im-

AVERSETUR] D'Orv. *adversetur.*

ROBUSTUM] Margar. poët. *robusto.* Vulg. *robustos.* Non dubitavi corrigere *robustum.* COLV. Bene, licet Edd. vett. O. et MSS. Florent. D'Orv. habeant *robustos:* sed veram lectionem servat MS. Pith. Quod nisi esset, mallem *robusto scelere*, ex Cic. Phil. II, 25. *Sed haec, quae* robustioris improbitatis *sunt.* et tum, *robusto tempore*, ut, *robustior annus* apud Ovid. Met. XV. 206.

ANTE NOCENTEM] Negligenter Ed. Flor. *aut noc.*

IMPETIBILI] Correxi aliquando, *impiabili.* sed recepta lectio retinenda. Glossae veteres: *Impetibile*, ἀνεπιχείρητον, ἀνεπιτήδευτον. COLV. Mira vox hac notione, et ut puto, quam legunt plures quam intelligunt. Proprie *impetibile* idem est ac petitioni obnoxium, quod facile possit impeti. Solinus de Chamaeleonte: *Impetibilis est coraci: a quo cum interfectus est, victorem suum perimit interemptus.* Nisi me fallit memoria, non est alius Solino antiquior qui eam vocem usurpavit. Postea cepit hoc vocabulum accipi de re turpi et reprehensioni obnoxia, ut in hoc loco Appuleii. Symmachus epistola CIII. libri noni: *Nam mihi turpe atque impetibile est, attonito animo et fronte maesta laetos adire conventus.* In alia omnia it vetus magister qui Glossarium scripsit: *Impetibile*, ἀνεπιχείρητον, ἀνεπιτήδευτον. Sic interpretatur quasi praepositio negandi vim haberet; non absurde: tamen ita usurpatum nondum legi, si bene memini. Ab eadem origine est ibidem, *Inpeteius*, Βίαιος, pro impetius. CASAUB. A *petendo* deducit etiam Voss. in Etym. v. *peto:* rectius deducas a *patiendo*, ut sit id quod ferri nequit; quo sensu *impetibiles cruciatus* Plin. dixit XXV. 5. et intelligendi Solin. et Symm.

ATHENIENSES QUIDEM] Non displiceat mihi *quondam.* CASAUB. quod arripuere Vulc. Ed. tert. Wow. Elm. Flor. sed contra MSS.

UNAM] Ed. Vic. *vanam.*

OLYMPIADEM] MSS. Pith. D'Orv. *Olympiadis.*

QUALIS F. ADVERSUS] D'Orv. *quasi f. adversum.*

TU TAMEN] *Tu* non est in Ed. Iunt. post. MS. D'Orv. *ut ait* et *aliquam poëtam.* Pro *iubereris* Edd. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *iuberetis*, quod, si bene video, rursus invectum Ed. Bip.

PROFECTO NON ABNUERES PUDORE TAMEN AL.] Fulvius. et mox: *Cur ego blandirer.* SCIOPP. *in Symb.* Quae sententia ex his elici possit non disputo. Veram lectionem antiqui Cod. asserere non verebor. Ea est: *profecto non abnueres, pudore tamen al. imp.* Si omnino non auderet, nullo iam opus pudore, quo impediretur. Ut autem notet impudentiam Pudentis: Tu, inquit, si iubereris in hoc coetu poëtam lasciviorem legere, non abnueres quidem: ita te nullus eius respectus, quae tua est impudentia; inhiberet, aliquis tamen pudor impediret. WOWER. Ex vet. Cod. Wower. *non abnueres.* quod etsi γνήσιον non duxerim, melius vulgato putem. Sed et periodus haec corruptior quam quae facile emendari queat. PRIC. Fulvii lectionem, quam in eius Cod. MS. inveniri ait Wow. in Var. Lect. de quo tamen dubito, expressit Scriv. Ut voluerit auctor summam Pudentis impudentiam notare, et simul insignem concionis coram qua loquebatur, praedicare gravitatem; ut quae impudentissimum etiam non posset non movere. Non displicet mihi haec lectio, neque tamen omnino placet. Desidero sane scripti codicis expressam auctoritatem. Interim pro seq. *tamen*, ut hucusque editum legitur, e MS. D'Orv. dedi *cum*, quod sensum reddit perspicuum.

Si

immo enim nunquam matris tuae literas attigisses, si ullas literas attigisses. At quam ausus es tuam ipsius epistolam legendam dare, quam nimis irreverenter, nimis contumeliose et turpiter de matre tua scriptam, quum adhuc in eius sinu alerere, miseras clanculo ad Pontianum: scilicet ne semel peccasses, ac tam bonum tuum factum obtutu capesseretur. Miser non intelligis, idcirco patruum tuum hoc fieri passum, quo se hominibus purgaret; si ex literis tuis nosceretur, te etiam prius, quam ad eum commigrasses, etiam quum matri blandirere, tamen iam tum vulpionem et impium fuisse. Ceterum nequeo in animum inducere, tam stultum Aemilianum esse, ut arbitretur mihi literas pueri, et eiusdem accusatoris mei, obfuturas. Fuit et illa commentitia epistola, neque mea manu scripta, neque verisimiliter conficta, qua videri volebant blanditiis a me mulierem sollicitatam. Cur ergo blandirer, si Magiae confidebam? Qua autem via ad istos pervenit epistola, ad Pudentillam scilicet per aliquem fide-

Si ullas attigisses] Non me fugit sententia, quae ex verbis istis elici possit: perplacet nihilominus coniectura, etsi diobolaris, *attigisses. at quam ausus es.* Quasi audaciam et impudentiam istius facti reprehendat: D pro T immigrasse suspicor et loco sequenti, verbo extremo: *hic qui epistolam Pudentillae Graecatiorem legere non poterat, hanc ut suam facilius legit et aptius commendavit.* nam ut ego scriptoris mentem perspicio, harum literarum (quod ipsemet illas concinnasset) non lectorem modo, verum et interpretem, et quasi commentatorem probum fuisse. Stewech. Vulgo *si ullas alias att.* sed *alias*, quo melius caremus, delevi ex MSS. Pith. D'Orv.

Ad quam ausus es] Legendumne *Atquin?* Colv. nihil muto. Brant. Locum totum ita qua scribo, qua interpunge: *Immo enim nunquam matris tuae litteras attigisses, si ullas alias attigisses. At etiam ausus es tuam ipsius epistolam legendam dare, quam nimis* etc. Sic Plaut. Pseud. *Lege vel tabellas redde.* Ps. *Immo enim pellegam.* Cic. II. Philipp. *At etiam ausus es (quid autem est, quod tu non audeas) Divum Capitolinum dicere, me Cos. plenum servorum armatorum fuisse.* Acidal. Nihil fluctuant MSS. aut Edd. vett. sed constanter servant *ad quam*: quibus ut proxime insistam, lego: *At quam ausus es* etc. pro, quaiem. Quod enim ex coni. Vulc. primus Scal. et dein Wow. Elm. Scriv. dedere *at quam nequiter*, ei emendationi, MSS. nihil iuvantibus, tanquam nimiae, non adsurgo. Malim tunc *atquin*, vel, *at etiam.*

Alerere] Pith *alere*, in quo mox pro *scilicet* est *semel*, ut et infra h. pag. extr.

Obtuto capesseretur] Recte fortassis *actutum capesseret.* Colv. In vulgatis, *obtuto.* scripsimus *oblivio*, ex coniectura, qua nullae γραμμικαὶ δείξεις certiores. Casaub. Leg. *obtuto facesseret. Obtuto* pro *obtutu* ἀρχαϊκῶς sec. declinationis, quam vocant, flexu, loco quartae. Gell. L. XIV. cap. 2. *Invicto ille solutus sum*, pro, *invictu.* Verba haec *capess.* et *facess.* infinitis locis vices mutarunt. *Obtutu* autem *facessere* est ex oculis, e conspectu abire, non conspici, sive etiam latere. Sic apud Plaut. Epid. *oculis concedere.* At *capess.* etiam L. I. p. 13. *Et cum dicto rursus foribus oppessulatis intro capessit.* Et Plaut. Asin. scen. *unumquodque: Quam magis te in altum capessis, tam aestus te in portum refert.* Acidal. Florent. *obtuto capesseret*, male, Elmenh. Scribebatur *obtuto*: inde Colvius *actutum.* Lectio, quam posuimus sagacis Casauboni est. Pric. In MSS. est *obtuto capesseret*, quod tenent etiam Edd. ante Casaub. qui, cum Lips. in marg. pro eo reposuit cum seqq. *oblivio*, bono sensu. Probabilius mihi visum, terminationem *ur*, quod saepe factum, excidisse post *capesseret*, legendumque esse *obtutu capesseretur.* E praecedenti *ne*, facile intelligitur hic *ut*: quemadmodum in Nepot. Att. c. 10. *ne timeret, statimque ad se veniret.* De *obtutu* vid. ad Met. p. 37, 2. *Capessere obtutu* dicitur, ut *spectaculum capessere oculis* Livio XXXVII. 24. Vulc. adscripsit *obtutu careret*, eodem sensu.

Quo] MS. D'Orv. *quod.*

Hominibus] Hoc praemisi cum Iunt. post. et MSS. D'Orv. Pith. Vulgo: *omnibus.* In seqq. MS. D'Orv. male *literis tuis*, et dein, *mater blandiretur.*

Commentitia] Bas. 1. Rom. *commendatitia.* Colv. MS. D'Orv. *manu mea — quam videri.*

Cur ego blandirer] Florent. *cur ego blandirem.* Elmenh. Alii: *cur ego.* Pro *magiae conf.* D'Orv. *magia c.* Pith. *magiam c.*

Qua autem via ad istos p. e.] Locum impediunt voces eae *ad istos.* Sensus apertior erit

S 4

538. fidelem missa, ut in re tali actitari solet? Cur praeterea tam vitiosis verbis, tam barbaro sermone ego scriberem, quem iidem dicunt nequaquam Graecae linguae imperitum? Cur autem tam absurdis tamque tabernariis blanditiis subagitarem, quem iidem aiunt versibus amatoriis satis scite lascivire? Sic est profecto. cuivis palam est. hic, qui epistolam Pudentillae Graecatiorem legere non poterat, hanc ut suam facilius legit, et aptius commendavit. Sed iam de epistolis satis dictum habebo, si hoc unum addidero: Pudentillam, quae scripserat dissimulamenti causa et deridiculi, ἔλθετε ἕως ἔτι σωφρονῶ, post hasce literas evocasse ad se filios et nurum: cum his ferme duobus mensibus conversatam. Dicat hic pius filius, quid in eo tempore sequius agentem vel loquentem matrem

si sic scripseris, *Qua autem via pervenit E. a. P.* etc. Pric. Locus apertissimus est. Probat auctor, epistolam illam non a se scriptam, sed ab adversariis confictam esse. *Ad istos* i. e. ad adversarios.

Actitari] Flor. *accusari.* inepte. Elmenh. Accedit tamen D'Orv. In Pith. *accari.*

Scriberem] Vulgo, *conscriberem.* Elmenh. *Scriberem* ex Florent. dedit Elmenh. et inde Scriv. et Flor. Sed diu ante habebat id iam Ed. Iunt. post.

Cur autem etc.] Pith. *cur artam tam abs. tam tab. b. s. quam iid.*

Subagitarem] Forte *sublaterarem*, aut simile aliud reponendum. Colv. Mihi non displicet haec lectio. Plautus Cistell. *Subagito blandis et benedicis dictis.* Brant. MSS. Pith. D'Orv. *subigitarem.* *Subagitare* nequitiae verbum est, quod non sollicitandum.

Graecatiorem] Μᾶλλον ἑλληνίζουσαν. Duriuscule dictum. Casaub. Forte *Graecaniorem.* sed retineo *Graecatiorem.* Utitur eo Tertullian. Brant. Abest vox MS. Pith. in quo paullo ante *hoc* pro *hic.*

Poterat] MS. D'Orv. *potest*, *at.* non male.

Aptius commendavit] Ad mentem Appuleii recte Lipsius, *apertius commentavit.* Colv. Lipsius *apertius commentavit*, quod non improbo. Pric. quo sensu Floridus interpretatus est, *exposuit clarius.* Mihi non adeo displicet *aptius commendavit:* i. e. facilius persuadere aliis potuit, eam fide dignam esse.

ἐλθέτω ἕως ἔτι σωφρονῶ] De his verbis ante diximus. Omnino placet ἔλθετε. Illa, inquit, prius deridiculi caussa scripserat ἔλθετε ἕως ἔτι σωφ. cum tamen non vocaret illos ad se tum serio: postea vero eadem Pudentilla iterum scripsit ἔλθετε, et serio ad se liberos suos evocavit. Non video, qui commodus elici sensus possit ex ἐλθέτω. litera ε in ω degeneravit, ut apud Agathiam litera τ. Ita enim scribi debuit hic eius locus libro primo, καὶ ὁποῖα ἄττα πάλαιγα ἐν αὐτῷ ξυνηνέχθη. non ὁποῖα ἄωτα. Quod ferri non potest. Eo ipso loco ι in locum υ successisse doctissimum virum, qui elegantissimi eius scriptoris editione immortali beneficio nos sibi devinxit, nescio quomodo fugerit. scribendum enim ἐκείνω τὼ Φύλω ἐς τόδε δυσμενείας ἠλθέτην. non τὼ Φίλω. Ibidem scribe, εἰσήῤῥησε, non εἰσήρησε. vox est Aristophanis: cuius item haec est libro tertio, in qua ισ in κ perperam coaluerunt, ibi, οἱ μὲν γὰρ ταῖς σκύραις τὼ πόδε περιελιττόμενοι, εἴργοντο τῆς πυρείας. Legendum ταῖς σισύραις τὼ πόδε περιελ. ut apud eundem comicum ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος. Loquitur Agathias de Soericho et eius sociis, quos hostis in lecto iacentes oppressit: iis fugere tentantibus, pedes veste stragula involuti, fuerunt inutiles. σκύραις esse dictionem Graecam non facile aliquis mihi persuaserit. dubito etiam de voce κλινοστρόφιον. Quae initio libri IIII inter κολαστήρια ὄργανα recensetur. τοῦτο δὲ ποῦ κεῖται; ut ille ait apud Athenaeum. Fortasse legendum, χειλοστρόφια. Synesius epistola LVIII. καὶ πιεστήριον, καὶ ῥινολαβίδα, καὶ ὠτάγραν, καὶ χειλοστρόφιον. Haec et huius generis non pauca nuper in eo scriptore observabamus, cum eum, simul in manus venit, avidissime percurreremus. Casaub.

Hic pius fil] D'Orv. *his p. f.* Pith. addit *Pudentis* nomen.

Sequius agentem] Vulgati *secius* et *secus ag.* Elmenh. *secus agentem*] haec est recepta librorum lectio, quae nullatenus constabit tamen, ni subaudias, *quam par erat* sint quid simile. at cur ambages sectandae compendio prompto? dico scripsisse Apuleium *sequius:* Miles. 8. *Nec aliquid sequius suspicatus.* 10. *Nihil tunc etiam sequius suspicatus.* Et 11. *de fide eorum opinari captabam sequius.* Varro Fanaq. *Non modo* etc. *quidquam de te sequius cogitabit*, *sed etiam ruminabitur humanitatem.* Livius 2. *Invitus quod sequius sit*, *de meis civibus loquor.* Sueton. Tiber. *Multa etiam sequius admissa in Rempublicam extant.* Gloss. Phi-

trem suam propter insaniam viderit. Neget, eam rationibus villicorum, et opi-
lionum, et equisonum sollertissime subscripsisse: neget, fratrem suum Pontia- 539.
num graviter ab ea monitum, ut sibi ab insidiis Rufini caveret: neget vere ob-
iurgatum, quod literas, quas ad eum miserat, vulgo circumtulisset, nec tamen
bona fide legisset: neget post ista, quae dixi, matrem suam mihi apud villam
iampridem condicto loco nupsisse. Quippe ita placuerat, in suburbana villa
potius ut coniungeremur, ne cives denuo ad sportulas convolarent: quum haud
pridem Pudentilla de suo quinquaginta millia nummûm in populum expunxis-
set ea die, qua Pontianus uxorem duxit, et hic puerulus toga est involutus.
Praeterea ut conviviis multis ac molestis supersederemus, quae ferme ex more
novis maritis obeunda sunt. Habes, Aemiliane, causam totam, cur tabulae
nuptiales inter me ac Pudentillam non in oppido sint, sed in villa suburbana,
consignatae: ne quinquaginta millia nummûm denuo profundenda essent, nec te-
cum aut apud te coenandum. Estne causa idonea? Miror tamen, quod tu a
villa tantopere abhorreas, qui plerumque rure versere. Lex quidem Iulia de
maritandis ordinibus, nunquam scilicet ad hunc modum interdicit: *uxorem in* 540.
villa ne ducito. Immo si verum velis, uxor ad prolem multo auspicatius in
villa, quam in oppido, ducitur: in solo uberi, quam in loco sterili: in agri
cae-

Philox. *sequius*, χεῖρον. Pric. MSS. Florent. et Pith. *sequius:* quod praetuli. vid. Ind. Τὰ *vel loquentem* ignorat MS. D'Orv.

Villicorum et opilionum] Nam ita moris olim, ut dominus, cui reddebantur rationes a servo, iisdem expunctis et putatis subscriberet: unde redditas eas esse constabat. Huinsce rei in iure nostro exempla aliquot. L. XLI. §. libertatem D. de fideicommiss. lib. L. XL. §. Servus D. de statulib. et aliis locis, qui iam non succurrunt. Colv. Flor. *villiconum et upilionum.* recte. Elmenh. Causam non video: licet in Edd. vett. sit quoque *villiconum.* Sed *villici*, ni fallor, ubique dicuntur non *villicones.*

Equisonum] Al. *Equisionum.* V. Ind. Pro *subscripsisse* Pith. *scribtis.* Id. post *neget* addit *se*, et, pro *monitum*, *munitum* legit: et infra *condito* pro *condicto.*

Ad sportulas] Ritum hunc ex uno Symmacho intelligere est: qui eum tangit Lib. IV. Epist. XXIV. lib. IV. Epistol. IV et LV. Lib. IX. Epistol. XCVI. Locum unum hîc legas: *non eadem tamen facilitate purgabis, quod filii nostri Minervii nuptias aliorum potius relatu, quam litteris tuis comperi? an veritus es, ne a te nomisma cusum desiderarem? potui iacturam sportulae facere.* Colv. Ita fuit tum moris in omni solemnitate: sive aliquis tyrocinii diem celebraret, sive nuptias faceret, sive honore insigni aliquo auctus, eum auspicaretur. Casaub.

Toga est involutus] Recte. Furius Bibaculus· *Duplici toga involutus,* citante Charis. L. I. Colv. Floridus temere *indutus*, quod inde in Edd. Altenb. et Bipontinam propagatum est.

Conviviis multis ac molestiis] Iungerm. Ep. 31. inter Gudian. p. 364. *conv. m. ac molestis*, vel, *conv. ac multis molestiis.* Prius mihi verius visum, quod adlevit etiam Salm. MS. D'Orv. *convitiis.*

Nummum] MS. Pith. *numi nummorum.* D'Orv. mox *perfundenda.*

Nec tecum aut] Salm. malebat *ne tecum aut*, quam ultimam voculam ignorat Pith. Post *coenandum* Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. addunt *esset.*

Miror t. quod tu] Malim *miror t. quid tu* etc. Nam inelegans *miror quod tu abhorr.* Acidal. Sic tamen locutus est noster supra p. 450. Ed. Flor. *quasi non magis* mirandum *sit*, quod *tot annis non nupserit.* et de Deo Socr. p. 699. cum optimo quoque. MS. Pith. caret τῷ *quod.*

Tu a villa] MSS. D'Orv. Pith. *tuam villam.* D'Orv. *tanto tempore abh. quae.*

Rure] Sic MSS. et Edd. vett. Colv. cum seqq. *ruri* quod meis auribus gratius est: Appuleianis forsan illud. Pro *versere* Pith. *ut fere.*

Scilicet] MSS. Florent. Pith. *sui.* D'Orv. *sius.*

In solo uberi] Quidam *ubere*, ὑπαρκτικῶς, ut apud Virgil. *Uber glebae.* Auson. *uber agri.* Homer. οὖθαρ ἀρούρης. Ego nil muto, manifesta heic antithesis est. Pric. Libri omnes *uberi:* ut debet.

Loco sterili] Vulgo *urbe sterili.* Elmenh. Non vulgo, sed Vulc. sec. Ed.

caespite, quam in fori silice. Mater futura in ipso materno sinu nubat, in segete adulta, super foecundam glebam: vel enim sub ulmo marita cubet, in ipso gremio terrae matris, inter soboles herbarum et propagines vitium et arborum germina. Ibi et ille celeberrimus in Comoediis versus de proximo congruit:

παιδῶν ἐπ' ἀγρῶν γνησίων εἰσὶ σπόροι.

Ro-

MATER FUTURA IN IPSO MAT. SINU] Non erat alius in isto libro locus magis corruptus: quem tamen nullo negotio (quod impune dixisse liceat) in integrum restituimus. Ita autem scribebatur, *mater futura in ipso materno, si nubat in segete, adulta super faecundam glebam. vel enim sub ulmo marita cubet in ipso gremio terrae, matres inter s.* CASAUB. Turpiter corruptus locus, quem in parte sic sano: *M. f. in i. mat. sinu nubat, in segete adulta, super faecundam glebam, vel enim sub ulmo marita cubet, in ipso gr. t. matris, inter soboles herb.* etc. *Vel enim* elegans. Abundat *enim*, ut *quod enim, sed enim, immo enim.* ACIDAL. Error natus a veteri more scribendi litteras, quae geminarentur, ut passim in Pandectis Florentinis videre licet: ita enim scriptum fuit, *in ipso materno* SINU*bat.* SCIP. GENT. *in Append.* Forte legendum: *mater futura in ipso materno sinu, si aut in segete adulta super faec. gl. vel enim* etc. BRANT. *m. f. in ipso mat. sinu, si nubat in seg. ad.*] Sic ex Florent. et Rom. hunc locum lego. ELMENH. *in ipso materno si nubat in seg.* etc.] Haec est Edd. vett. lectio, a qua MSS. non recedunt; nam ne in Florent. quidem est *sinu*, ut putasse videtur Elmenh. Primus Casaub. cum Vulc. Edd. sec. tert. et Pric. haec mutavit ita, *in materno sinu ac in seg.* quae emendatio graviter offendat necesse est eos, qui constanter negant, *ac* seq. vocali a Latinis scriptoribus adhibitum fuisse: me tamen non adsentiente. V. Ind. Interim illud *nubat* non de nihilo est: nam, si eiiciatur, bis idem dicit auctor, *mater futura in ipso materno sinu — cubet, in ipso gremio terrae.* Melius itaque Schickerad. et Salm. in marg. emendarunt *m. f. in ipso mat. sinu, si nubat* etc. quemadmodum edidere Scriv. et Flor. Sed verissima est emendatio Acidalii, quam adoptavi. Sensus planus est: Quae vult mater fieri, nubat in materno sinu, vel cubet in ipso gremio terrae. Pro *matris* ante Casaub. male editum *matres.*

CUBET] Iungerm. in Ep. Gud. malebat *accubet.*

IN COMOEDIIS VERSUS] Graecum versum deesse ex eo licet coniicere, quia deest. Non est autem dubium, pertinuisse eum versum ad laudationem ruris, aut vitae rusticae. Tale illud ex Menandro, *Ἔστιν ἀρετῆς καὶ βίου διδάσκαλος Ἐλευθέρου, τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγρός.* nec non istud Plauti *Urbani fiunt rustici.* DO. *pudicius, Faciunt illi, quam qui non fiunt rustici.* CASAUB. In Florent. ita haec leguntur: ΠωκὼΝCπα ΡΟ ΓΟΗΙ ΗΙCΙΟΝe ΗΙCΝΟΡeΙ. Insulse. ELMENH. Quem ex loci sententiâ liquet ad laudationem ruris pertinuisse: talem hunc suggerit e Menandro Casaubonus: *Ἐστὶν ἀρετῆς καὶ βίου διδάσκαλος Ἐλευθέρου, τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγρός.* Scipio versiculum ipsum ab Apuleio positum repperisse putat, hunc nempe ex (Menandri aemulo.) Philemone. *Δικαιότατον κτῆμ' ἐστὶν ἀνθρώποις ἀγρός.* Fidenter; nam et me quid prohibet similes adferre? duntaxat cum in hanc mentem tot ubique *γνῶμαι* occurrant. Est tamen quod ignoscatur iis, quibus heic omnia interciderant prorsus; nobis non eadem excogitandi venia, nam et vestigia veteris scripturae superesse scimus, eaque etsi lacera et deformata, qualiacumque tandem ob oculos habemus. Ea Elmenhorstius exhibuit e MS. Codice Florentino; Ego, quia nihil emendatum succurrit, in medium relinquo. PRIC. In eo exemplari Elmenhorstii, quod, dum haec scribo, habeo prae oculis, manu nescio cuius scriptum in linearum duarum intervallo reperio: *Παίδων παρ' ἀγρῷ γνησίων εἰσὶ σπόροι*, qui versus Iambicus, quales comaediarum esse solent, tam bene et corruptis Florent. codicis vestigiis, et loco huic quadrat, ut eum ipsum fuisse, quem Apuleius retulerit, affirmare non dubitem; nec aliud in eo desiderem, nisi ut nota sit manus, cuius beneficio restitutum habemus; quo suus ipsi habeatur honos. Excudendum in textu versum ipsum curavi. FLORID. In Excerptis Lindenbrogii tali modo leguntur: πωλωΝεπωΡΟΓΟΝΙΝΙSΙΟΝ eΝΙSΝΟΡΘΙ. Quum autem in vett. Edd. locus vacuus relictus esset, Scal. in Ed. Vulc. sec. tert. et Elm. adoptarunt Menandri versus a Casaubono allatos, qui tamen non omni ex parte huic loco quadrant; uti nec ille Philemonis, quem reponi malebat Gent. Non enim probare studet auctor, adducto hoc comici testimonio, agrum iustissimam et innocentissimam esse possessionem; verum, ad placidum amorem invitare, et ad *παιδοποιΐαν* efficacissima esse amoena rura. Sensit hoc Trillerus, qui Observ. L. IV. cap. 5. ita versum restituendum putabat, *παίδων ἐπ' ἀγρῷ*

Romanorum etiam maioribus, Quintiis et Serranis, et multis aliis similibus, 541.
non modo uxores, verum etiam consulatus et dictaturae, in agris offerebantur. Cohibebo me in tam prolixo loco, ne tibi gratum faciam, si villam laudavero. De aetate vero Pudentillae, de qua post ista satis confidenter mentitus es, ut etiam sexaginta annos natam diceres nupsisse, de ea paucis tibi respondebo. nam in re tam perspicua non est necesse pluribus disputare. Pater eius natam sibi filiam more ceterorum professus est. Tabulae eius partim tabulario publico, partim domo adservantur: quae tibi ob os obiiciuntur. Porrige Aemiliano tabulas istas. Linum consideret, signa, quae impressa sunt, recognoscat, consules le-

ἀγρῷ ἡ ἡδονὴ σκηνοποιεῖ vel *σκῆνος ποιεῖ* i. e. *In agro herbosum*, seu *herbosa*, *voluptas tabernaculum facit.* Adfert autem Trillerus Cic. III. de Orat. cap. 20. *qui in una philosophia quasi* tabernaculum *vitae suae collocarunt.* et Gregor. Nazianz. Orat. XXXVIII. pag 614. Tom. II. *σκηνοποιοῦντες τῇ γαστρὶ τὰ τῆς βρώσεως.* Sed non multo melius iste versus huic loco convenit. Non enim de voluptate, sed de liberorum procreandorum opportunitate, sermo est. Neque etiam, si Trilleri emendationem compares cum Lindenbrogii Excerptis, ductus litterarum admodum convenit. Accedit, quod in mutilato versu est, quod offendat. Melius autem ad sensum, et propius ad vestigia membranarum Florent. Vir ille Doctus (Mercerum fuisse suspicor, in marg. Ed. Elmenh. a Florido inspectae, versum restituit, quem amplius ita emendo: *παιδῶν* (MS. πωλωN) *ἐπ' ἀγρῶν* (MS. επωPOΓON. Videntur litterae esse transpositae pro επαΓPOON) *γνησίων* (MS. INISION. Apud recentiores Graecos H pronunciatur ut I) *εἰσὶ σπόροι.* (MS. eNISNOPΘI. An leg. *ἐνίσποροι?*) Allusio in voce *σπόροι* ad agri et liberorum *φυτείαν* elegantiam habet, qualem in celeberrimi comici versu exspectes. Hunc itaque versum excudendum curavi, donec alius MS. certius quid afferet.

ROMANORUM] Cod. D'Orvill. magno Appuleiani contextus malo, rursus nos deserit, et incipit rursus, demum sub finem *Quin igitur addis* etc. Pro *Quintiis* MS. Pith. *Quinti.*

COHIBEBO] MS. Pith. Edd. ante Colv. *cohibebam.*

ISTA SATIS] Id. MS. *istas aut*, et mox *in* pro *etiam.*

NAM IN RE TAM PERSP. NON EST NECESSE PL. DISP.] Ita leguntur haec in Edd. Bas. sec. Colv. Vulc. Casaub. seqq. Alio ordine in Iunt. post. sic: *nam necesse non est in re tam perspicua plur. disp.* Alio rursus Edd. vett. reliquae, hoc modo: *nam in re tam perspicua non opus est plur. disp.* Quae lectionis inconstantia corruptelae suspicionem movet: ita quidem, ut *τὰ non est necesse* e glossa videantur nata. Quin imo in MSS. Pith. et Fux. haec verba non comparent, sed locus legitur ita: *nam nec in re tam persp. plur. disputare*; quem levissima mutatione *τοῦ disputare* in *disputaro* corrigi volebat Salm. in marg.

TABULARIO PUBLICO] Male eruditissimus Pytheus *Aerari op. Publica tabularia* vocat et vetus Inscriptio. Cicero pro Balb. et Cornel. Annal. 13. *Tabulas publicas.* Virgil. Georg. *Populi tabellaria.* Sueton. Calig. *Publicum instrumentum.* Et Vespas. *instrumentum Imperii.* Noster in Floridis, *Provinciae instrumentum* l. constitutionibus. D. *de iniur. Publica monumenta.* PRIC.

PORRIGE AEMILIANO] Vide Ulpian. L. 2, Dig. *de bonorum possessione contra tab.* ELMENH.

LIGNUM CONSIDERET] In tabulis ligneis olim cera oblitis veteres scribebant. Gellius lib. XVII. *Pugillaria nova nondum etiam cera illita accipiese, litteras in lignum incidisse.* Hinc possessio contra lignum in L. XIX. in pr. D. de Bonor. poss. con. tab. Cerati Codicilli. L. LII. D. de Legat. III. Lignea salus, apud Plautum Pseudolo, de quo latius dicet Raevardus noster Comectaneis suis, propediem edendis. Haec quamvis ita sint; tamen malim hoc loco cum Lipsio scribere, *linum consideret.* nam sequitur, *signa quae impressa sunt recognoscat.* Imprimebantur autem signa cerae lino impositae, quo tabulae perforatae constringebantur. Paulus lib. V. tit. XXV. sententiar. Suetonius Nerone. Plautus Bacchidibus: *cedo tu ceram ac linum actutum age obligo, absigna cito.* Ad tabulas ligneas pertinere, oblitus etiam monere alium eiusdem comici locum, Persa: SO. *Toxilo has fero tabellas tuo hero.* P. *Abi, eccillum domi. At ego hanc ad Lemniselenem tuam heram obsignatam abietem.* SO. *Quid istuc scriptum?* P. *Iuxta tecum, si tu nescis, nescio:* Nam per Abietem obsignatam, tabulas ex abiete confictas intelligere debemus. COLV. Ut *ligna Chirographi* apud Iuvenalem; bonorum *possessio contra lignum*, apud Papinianum, quae vulgo contra tabulas. ex veteri more in tabulis scribendi, non quia in ligno haec, vel tales pro-

542. legat, annos computet. Quos sexaginta mulieri adsignabat, probet quinque et quinquaginta. Lustro mentitus est. Parum hoc est: liberalius agam. Nam et ipse Pudentillae multos annos largitus est: redonabo igitur vicissim. Decem annos Mezentius cum Ulixe erravit: quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat. Quid multis? ut cum quadruplatore agam: bis duplum quinquennium faciam, viginti annos semel detraham. Iube, Maxime, consules computari. nisi fallor, invenies nunc Pudentillae haud multo amplius quadragesimum annum aetatis ire. O falsum, audax et nimium mendacium, viginti annorum exsilio puniendum! dimidio tanto,

professiones scriptae, et verae tabulae essent, codicesque. Colv. ex Lipsio mavult hoc loco *Linum*, propter verba proxime sequentia, et iam dixerat, *Tabulas istas*. Signa lino, quo tabulae vinctae erant, imprimi solebant: et quidem in testamentis senatus consulto id cautum fuit. Plautus Bacchidibus: *Cedo tu ceram, ac linum actutum, age obliga, obsigna cito*. Scip. Gent. Scribo cum Lipsio *linum*. Cicero Catil. 3. *Tabellas proferri iussimus, ostendimus Cethego: signum cognovimus, linum incidimus*. Paulus I. 23. D. *Qui testam. fac. poss. signatas Tabulas accipi oportet, et si linteo quo involutae sunt, signa impressa fuerint*, etc. Nec involvebant tantum, sed et perforabant. Idem *Recept*. Sentent. L. V. Tit. 25. ad leg. Cornel. Testam. *Amplissimus ordo decrevit eas tabulas quae publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summâ marginis ad mediam partem perforatae, triplici lino constringantur, atque impositum supra imprimantur, ut exteriores scripturae fidem interiori servent; aliter tabulae prolatae nil momenti habent*. Originem moris huius in Neronis tempora retulerim. Sueton. *Adversus falsarios tum primum repertum, ne tabulae nisi pertusae, ac ter lino per foramina traiecto, obsignarentur*. Pric. Lipsii correctionem amplexi sunt Wow. Elm. et seqq. At *lignum* cum Edd. vett. tuetur Gruter. Suspic. Ined. L. XXIII. cap. 12. non intelligens, cur obsignarentur tabulae, cum nihil in iis secreti. At obsignatas tamen fuisse declarant *signa impressa*, quae mox memorantur. Linum inspiciendum erat, ut appareret, integrum esse, neque incisum aut quovis alio modo violatum. *Signa quae impressa sunt* suadent etiam, ut de lino cogitemus potius quam de ligno. cf. Colv.

Signa quae impressa sunt] Tertullianus lib. V. adversus Marcionem: *Plane profiteri potest semetipsum quivis; verum professio eius alterius auctoritate conficitur, alius scribit, alius subscribit, alius obsignat, alius actis refert*. Colv.

Mulieri adsignabat] MS. Pith. *multi assignant*.

Et ipse] Id. MS. *et ille*, et statim, *redon. tibi vic.*

Mezentius] Aemilianus qui ita dictus: Brant. Vid. supra p. 497. et Gentil. comm.

Ut cum quadruplatore] Bis duplum est quadruplum. Alludit ad originem nominis *quadruplator*, et simul infamiam quadruplatorum Aemiliano impingit. *Quadruplatores*, ut ait Ascon. in 4. verrin. *sunt accusatores criminum publicorum, sub poenâ quadrupli, sive quod ipsi ex damnatorum bonis, quos accusaverant, quartam partem consequebantur*. Paulus Festo coniunctus: *Quadruplatores dicebantur, qui eo quaestu se tuebantur, ut eas res persequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio*. Florid. Pro seq. *semel* suspicor leg. esse *simul*.

Haud multo ampl. quadr.] Elm. Scriv. Flor. *h. m. quadr. ampl.*

O falsum audax et nimium] f. *aestimium*. Festus *aestimias, aestimationes*. Brant. Quis credat? Edd. vett. habent *falsum, aud. et nimium, o mend.* quae Scal. e coniect. Vulc. ita emendavit *o fals. et aud. nimium, o mendac.* Verum, quia in MSS. Florent. deerat posterius *o*, eiecit Elm. cum Scriv. Flor. servata Vulcanii emendatione, qua tunc non indigemus. *Nimius* pro *quam maximus* centies nostro usurpari, saepius monitum ab Oudend. V. Ind. quare sine causa Gruter. Suspic. Ined. l. c. illud nimium putabat, proque eo malebat *mimicum*. Si quid emendandum, ante *audax* quoque insererem, *et*, ut amat App. πολυσύνδετον. Ceterum *falsum mendacium* suspectum ne sit; nam sic sequitur *falsa mentiri*.

Dimidio tanta] Salm. et Lips. malebant *dim. tanto*, quod praetuli. Sic *bis* tanto *valeo, quam valui prius* Plaut. Merc. II, 2, 26. cf. Amph. III, 2, 62. *Ter tanto* id. Pers. I, 3, 73. *quater tanto* Hirt. de B. Afr. 19, ubi cf. Oud. Belg. *twee-drie-vier-maal zoo veel*. *Dimidio tanto, de helft zoo veel*, i. e. dimidium quadraginta annorum, quos habebat Pudentilla, sunt

to, Aemiliane, mentiri falsa audes, et sesquialtera? Si triginta annos pro de-
cem dixisses, posses videri pro computationis gestu errasse: quos circulare 543.
debueris, digitos aperuisse. Quum vero quadraginta, quae facilius ceteris porrecta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potes digitorum gestu errasse; nisi forte triginta annorum Pudentillam ratus, binos cuiusque anni consules numerasti. Missa haec facio. venio nunc ad ipsum stirpem ac-

sunt viginti, quos ipsos mentitus erat Aemilianus. Possit tamen etiam defendi *dimidio tanta*, ut *sexcenta tanta* Plaut. Pseud. II, 2, 37.

Mentiri falsa audeas sesquialtera] Sic Edd. vett. praeterquam quod Iunt. post. Colv. Vulc. *audes* habent, et *mentiris* editum iam in Iunt. post. quod dein Elm. et ex eo Scriv. revocavit e MSS. Florent. quibus consentit MS. Pith. Casauboni emendationem *audes et* pro *audeas* adoptarunt reliqui, et sane videtur τὸ *et* esse in Florent. si qua fides Elmenh. tacenti et Excerptis Lindenbrogii. Ceterum varie interpungitur locus. Nam Iunt. post. ponit (?) post *mentiris*, alii (;). Alii denique *dimidio tanta A. mentiri falsa audes, et sesquialtera?* Hos sequor.

Pro computationis gestu] Olim Arithmetici digitis computasse, e multis locis veterum observare est, non, quemadmodum nos, cifris, ut vocamus. Seneca Epist. LXXXVII. *Numerare docet me Arithmetica et avaritiae commodare digitos.* Tertul. Apolog. *Sed interim longum multis instrumentis cum digitorum supputatoriis gesticulis assidendum.* Quintilianus lib. I. Institut. *Si actor, non dico si circa summas trepidat, sed si digitorum incerto solum aut indecoro gestu a computatione dissentit, indicatur indoctus.* Numerorum alii constrictis, complicatis: alii apertis et porrectis digitis aliis atque aliis denotabantur. Apuleius hic id ostendit. Sidonius Apol. Epist. IX. lib. IX. *Chrysippus digitis, propter numerorum indicia, constrictis.* Martianus capella lib. 7. de Arithmetica: *digiti vero virginis recursantes, et quadam incomprehensae mobilitatis scaturigine verniculati. quae mox ingressa septingentos decem et septem numeros, complicatis in eos digitis, Iovem salutabunda subrexit.* B. Augustinus de civitate Dei lib. XVIII. cap. LIII. *Omnium vero de hac re calculantium digitos resolvit, et quiescere iubet.* De hac omni supputandi olim ratione accurate Beda et ex professo scribsit. Ait noster, *si triginta annos pro decem etc.* nam scribit idem Beda, decem indice digito Pollicis articulum leviter attingente effingi: triginta summo indicis Pollicis summum tamquam exosculante. Quo pertinet locus D. Hieron. ad Iovinianum: *Triginta referuntur ad nuptias. nam et ipsa digitorum coniunctio, quasi molli osculo se complexans et foederans, maritum pingit et coniugem: Sexaginta vero ad viduas; eo quod in angustia et tribulatione sunt positae: unde et superiori digito deprimuntur. Quantoque maior est difficultas expertae quondam voluptatis illecebris abstinere, tanto maius est praemium. Porro centesimus numerus de sinistra transfertur ad dextram, et iisdem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in laeva nuptae, et viduae circulum faciens virginitatis exprimit coronam.* Quem uberius adscripsi, ut simul illustrarem Epigramma Graecum e lib. II. cuius auctor Nicarchus: Ἡ πολιὴ κροτάφοισι κροτυτταρὶς, ἡ πολύμυθος Γραῖα, δι᾽ ἣν Νέστωρ οὐκ ἔτι πρεσβύτατος, Ἡ φάος ἀθρήσασ᾽ ἐλάφου πλέον, ἡ χερὶ λαιῇ Γῆρας ἀριθμεῖσθαι δεύτερον ἀρξαμένη. Iocatur in anum iam centesimum annum excedentem. Nam laeva manu ab uno usque centum computabant, centenarium deinde numerum in dextram transferebant, et eodem modo quo unum denotatur, conformabant: postea, ad alterum centum numerandum, ad sinistram redibant. Ea mens etiam Iuvenalis Sat. X. *Felix nimirum qui per tot saecula mortem. Distulit, atque suos iam dextera computat annos.* Ad quem respexit Sidonius Epistol. IX. lib. IX. sub finem. Haec de numerandi hac ratione dicta volebam, ad melius intelligendos non solum eos, quos iam laudavi, verum etiam alios, e quibus quosdam iam volens omisi, veterum auctorum locos. Colv. Florent. τὸ *pro* inducit. De ritu autem computationis docte Colvius *in notis*, et Iosephus Castalio *in Criticos* decade 5. cap. 7. Elmenh. Vide plura de computandi per digitos ratione apud Gronov. Lect. Plaut. ad Mil. Glor. II, 2, 49. Bergier. ad Alciphr. I. Ep. 26. Toll. ad Auson. Epist. 7. vs. 5. Ceterum non hic videtur deesse *pro* in MS. Florent. sed paullo ante, ubi uncis inclusere Elm. et Scriv.

Cum vero quadraginta] Credo huc pertinere Iuvenalis illud [X. 245.]: *Atque suos dextra iam computat annos.* Goes. *in marg.*

Ipsum stirpem] Ex Ed. Bas. sec. fluxit, quod inde editum vulgo *ipsam st.* Virgilium nulla necessitate coactum maluisse masc. genere usurpare τὸ *stirps* (cf. ex. gr. Aen. XII. vs. 208.):

 ob-

accusationis, ad ipsam causam maleficii. Respondeat Aemilianus et Rufinus, ob quod emolumentum, etsi maxime Magus forem, Pudentillam carminibus et venenis ad matrimonium pellexissem. Atque ego scio, plerosque reos alicuius facinoris postulatos, si fuisse quaepiam causae probarentur, hoc uno se tamen abunde defendisse, vitam suam procul ab huiusmodi sceleribus abhorrere: nec id sibi obesse debere, quod videantur quaedam fuisse ad malefaciundum invitamenta. Non enim omnia, quae fieri potuerint, pro factis habenda. Rerum vices varias evenire: certum indicem cuiusque animum esse: qui semper
544. eodem ingenio ad virtutem vel ad malitiam moratus, firmum argumentum est accipiendi criminis, aut respuendi. Haec ego quamquam possim merito dicere, tamen vobis condono: nec satis mihi duco, si me omnium, quae insimulastis, abunde purgavi, sin nusquam passus sum vel exiguam suspicionem Magiae consistere. Reputate vobiscum, quanta fiducia innocentiae meae, quantoque despectu vestri agam: si una causa vel minima fuerit inventa, cur ego debuerim Pudentillae nuptias ob aliquod meum commodum appetere. Si quamlibet modicum emolumentum probaveritis, ego ille sim Carinondas, vel Damigeron, vel is Moses, vel Iannes, vel Apollonius, vel ipse Dardanus, vel qui-

observat Quinctil. I, 6, 1. Noster autem poëtas, Virgilium in primis, imitatur. Ceterum quae Servius, Charisius, alii, de discrimine vocis, masc. an fem. genere usurpatae, docent, ea ad Grammaticorum argutias referenda. V. Non. Marc. c. 3. n. 337. Voss. de Anal. II. c. 33. extr. Heyne in Var. Lect. ad Virg. l. c. Oudend. ad nostri Met. VIII. p. 566, a.

ETSI] E vet. cod. notatum video *et ut.* Pith. simpliciter *et.*

ATQUE] Sic rursus dedi cum MSS. Edd. Gent. Pric. et omnibus ante Scalig. qui e coniect. Vulcanii cum seqq. rescripsit *atqui:* quemadmodum saepius in nostro auctore hoc pro illo reponere tentarunt VV. DD. sine causa. V. Ind.

AD MALEFACIUNDUM] Recepi lectionem Iunt. post. quam dein e MSS. Florent. dedit Elm. cum Scriv. consentientibus MSS. Pith. Fux. In reliquis Edd. est *ad maleficium perpetrandum.* Ed. Florid. *ad malefaciendum.*

SEMPER] MS. Pith. *super.*

ACCIPIENDI] Flor. *accipiendis.* male. ELMENH. Exc. Lindenbr. *accipiendi discriminis.* Pro seq. *respuendi* Edd. vett. aliquot male *respondendi.*

HAEC EGO] MS. Pith. *hic ego.*

QUAMQUAM POSSIM] Sic MS. Pith. Edd. Vic. Casaub. (hinc suspicor etiam esse in Rom. Ed.) Gent. Pric. In reliquis *possum. Quamquam* subiunctivo iungit alibi saepe noster. V. Ind.

SI NUSQUAM] Leg. *nisi n.* ACIDAL. Sensus sane id requirit, non *si.* Sed leviori mutatione corrigo: *sin nusq.* Sensus est: satis habebo, non si omnia, quae in me blatterata sunt, refellam, sed si (*sin*) curavero, ne levissimam quidem suspicionem usquam superesse. cf. supra p. 404. Sic *si* et *sin* iungi solent. Pro *consistere* MS. Pith. *desistere.*

CARINONDAS] Emendat B. Pius *Charondas,* quem non audio; etsi nihildum mihi de Carinonda compertum. COLV. alii *Charondas,* male. ELMENH. Mendose, quod suboluit nemini tamen, excepto Pio. Male vero *Charondam* reposuit, Pythagoricum legislatorem. Scribe *Phrynondas.* Meminit etiam supra eius. PRIC. Sed supra p. 530. inter facinorosos homines Phrynondas memoratur. Interim, quis fuerit Carinondas ille, adhucdum ignoro.

VEL DAMIGERON] Idem nescio quem, *Demogorgonem* nobis substituit. Tertullianus de anima cap. LVII. *Hosthanes et Typhon et Dardanus et Damigeron, et Nectabis et Berenice.* meminit etiam huius Magi Arnobius lib. I. et auctor Collectaneorum rei rusticae, quae nomine Constantini Caesaris circumferuntur. COLV. Baptista Pius in annot. posterior. cap. 191. *Damigorgon* ineptissime. Vide notata ad Arnobium lib. I. f. 31. ELMENH. et Parrhas. Ep. XI. Thes. Crit. T. I. p. 740.

HIS MOSES] Hic adsentior eidem Pio legenti, *Moses:* nam is prophetarum princeps Magiae insimulatus olim. Auctores Tacitus, Plinius, Diodorus. COLV. *Moses*, quin et si barbare pronuntiavit Apuleius, prorsus exaudiendum de Mose, quem Magorum maximum propter scriptorum suorum excellentiam et obscuritatem putabant Ethnici. ROALD. Florentin. *Hismesas* Aldus: *his moses.* male. Mosen etiam pro Ma-

go

quicunque alius post Zoroastren et Hostanen inter Magos celebratus est. Vide quaeso, Maxime, quem tumultum suscitarint, quoniam ego paucos Magorum nominatim percensui. Quid faciam tam rudibus, tam barbaris? Doceam rursum, haec et multo plura alia nomina in bibliothecis publicis apud clarissimos scriptores me legisse? 545. an disputem, longe aliud esse notitiam nominum, aliud artis eiusdem habere communionem: nec debere doctrinae instrumentum et eruditionis me-

go traducunt Plinius libro trigesimo, capite primo, Pharao Aegyptiorum rex apud Iosephum antiquit. Iudaic. lib. 2. cap. 13 et 14. ELMENH. *Vel is Moses, vel Iannes.*] Primus hanc lectionem asseruit Ianus Parrhasius. Legebatur inepte, *Hismoses vel Ioannes*.. Mosen Ethnicis pro Mago habitum docent Strabo, Plinius, Tacitus. *Iannes* hic non alius est quam quem D. Saulus memorat ad Timoth. Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωϋσεῖ. Aegyptios Ἱερογραμματεῖς vocat Numenius Pythagoricus. Palladius Ἀδελφοὺς δι' ὑπερβολῆς τῆς Μαγικῆς τέχνης τὰ πρῶτα ἔχοντας neque dubitem inter alios consimiles hos in veteri instrumento subindicatos, Exod. 7. vers. XI. PRIC. Veterum Editionum lectionem *vel Hismoses* tenet etiam MS. Pith. quum Exc. Lindenbr. dent *vel His mesos.* Inde autem rescribendum esse *vel is Moses*, censuerunt etiam Goes. in marg. et d'Orleans ad Tacit. Ann. II. p. 220. quemadmodum edidere Cas. Gent. Pric. Scriv. Flor. *Vel hic Moses* coniectura est Olearii in praef. ad Philostr. p. 33. Τὸ *his* prorsus eiecerunt Scal. Wow. Elm. cum Lips. in marg. Equidem nondum inveni, quod mihi satisfaciat. De nihilo certe illud *his* non est, et fortasse corruptum ex alio nomine quod excidit. Hinc Meurs. Crit. Arnob. III. 16. pro *vel is* conicit *Velus*, sive, *Belus*, cuius meminit etiam Arnob. L. I. p. 31. sed tum saltem repetendum *vel*, sic: *vel Belus, vel Moses*. Ego aliquando suspicatus sum Christi nomen excidisse, legendumque esse *vel Hisus, vel Moses*. Nam ita extulisse servatoris nomen nonnunquam veteres, pro *Hiesus*, ex Prudentii locis aliquot observat Heins. ad Cathem. vs. 82. Christum autem, eiusque sectatores, ab impiis magos fuisse habitos, res est nota. cf. Tertull. Apol. cap. 21 et 23. Prudent. περὶ στεφ. vs. 808. Infra tamen etiam p. 550. Ed. Flor. *Is* corruptum in *his*: quare acquiesco in emendatione *Is Moses*; ut *ille Carinondas*.

IOANNES] Ioannem Apostolum magum habitum, id quod vult etiam Pius, nusquam legas. Vere hic reponas, *Iannes*. Cuius meminit Numenius Pythagoricus, apud Eusebium de praepar. Euangel. Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς, ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου. Μουσαίῳ γοῦν τῷ Ἰουδαίων ἐξηγησαμένῳ, ἀνδρὶ γενομένῳ εὔξασθαι δυνατωτάτῳ οἱ παραστῆναι ἀξιωθέντι ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ τῶν Αἰγυπτίων, οὗτοι ἦσαν. COLV. *vel is Moses aut Iannes*] Ita scribi debet, non, ut vulgo *Ioannes*. Plinius libro XXX. capite primo: *Est et alia Magices factio a Moyse, et Ianne, et Lotape Iudaeis pendens.* De Moyse quam falsum sit, et unde ea opinio manarit, scimus nos Christiani. Iannes hic est de quo Paulus, Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωϋσεῖ. Iudaeum fuisse Iannem, nescio an Plinio debeam accredere: mihi enim verior Numenii Pythagorici sententia videtur, qui Aegyptios ἱερογραμματεῖς fuisse scribit: eosque tanta Magiae fama apud suos, ut omnium iudicio soli digni habiti sint, qui Moysi veris miraculis Aegyptum eo tempore percellenti, se opponerent. CASAUB. Flor. *Ioannes*. Baptista Pius *Iohannes*, putatque Iohannem Euangelistam notari, in quo insulsum errat, notante Parrhasio I. epistola ad Petraeum Aculeum pag. 23. Qui recte hunc Ioannem cum Numenio Pythagorico inter Magos primi nominis refert. ELMENH. *Iannes* MSS. sed monachis *Ioannes* debetur. Bene correxere Colv. et seqq.

APOLLONIUS] Flor. *Apollo*, male. Apollonii enim praestigiae satis notae sunt, quem et Hierocles non dubitavit Salvatori nostro IESU CHRISTO praepostere comparare, cuius temeritatem incivilem Eusebius eleganti libello compescuit. ELMENH. Perperam quoque Ed. Iunt. post. *Apollo*. MS. Pith. *Apollo hic*.

IPSE DARDANUS] Unde *Dardaniae artes* pro magicis. Turneb. advers. L. IX. c. 17. ELMENH. Hinc *ipse* Dardanus.

ZOROASTREN ET HOSTANEN] Al. per *m*. Pro seq. *suscitarint* Pith. *suscitarunt*.

DOCEAM RUFINUM] Florent. *d. rursum*. ELMENH. Optime, et ab editore recipiendum. Praeivit sola Ed. Iunt. post. In MS. Pith. est *rufum*. Cur Rufinum solum nominaret, nulla erat causa. Sed *rursum* dixit, quia supra p. 463. docuerat quoque, in veterum philosophorum monumentis legere potuisse adversarios, non Apuleium primum, sed iam alios in piscium naturam inquisivisse. cf. et p. 472. Pro *multo plura* MS. Pith. *multa pl.*

HABERE COMMUNIONEM] Pith. *communione* de-

leto

memoriam pro confessione criminis haberi? An quod multo praestabilius est, tua doctrina, Claudi Maxime, tuaque perfecta eruditione fretus, contemnam stultis et impolitis ad haec respondere? Ita potius faciam. Quid illi existiment, nauci non putabo. Quod institui, pergam disputare: nullam mihi causam fuisse, Pudentillam veneficiis ad nuptias prolectandi. Formam mulieris et aetatem ipsi ultro improbaverunt, idque mihi vitio dederunt, talem uxorem causa avaritiae concupisse: atque adeo primo dotem in congressu grandem et uberem rapuisse. Ad haec, Maxime, longa oratione fatigare te non est consilium. Nihil verbis opus est, quum multo disertius ipsae tabulae loquantur: in quibus omnia, contra quam isti ex sua rapacitate de me quoque coniectaverunt, facta inpraesentiarum et provisa in posterum deprehendes. Iam primum mulieris locupletissimae modicam dotem, neque eam datam, sed tantummodo promissam. Praeter haec, ea conditione factam coniunctionem, si nullis ex me susceptis liberis vita de-
546. migrasset, ut dos omnis apud filios eius Pontianum et Pudentem maneret: sin vero uno unave superstite diem suum obisset, uti tum dividua pars dotis posteriori

leto *habere*, pro quo Vulc. Ed. tert. corrupte *habent*.

TUAQUE PERFECTA] MS. Pith. *tua perfectaque*.

NAUCI NON PUTABO] Vett. Edd. *nacti non p.* Bas. II. *nacci non p.* vel *nauci non p.* Turnebus vero, *Quid isti existiment naccae, non putabo.* COLV. Florent. *nacci non put.* ELMENH. Theod. Marcil. Not. ad Pers. *Navae, navi n. p.* quasi in voce Appuleius luderet. *Navae* enim apud Festum *homines non nauci.* PRIC. V. D. forte Tollius, adscripsit *nactae, non curabo*, vel, *nactae, nauci putabo. Nacci* est in MSS. Florent. Pith. Edd. Vic. Iunt. post. *nacti* in Iunt. pr. Ald. Bas. In his nihil latere praeter *nauci*, mihi certissimum est. Alias de *nacca*, vel *nacta*, vel *natta.* v. Oud. ad Met. L. IX. p. 636. Voss. Etym. in V.

PROLECTANDI] MS. Pith. *proiectandi.*

AD HAEC] Id. MS. *ad hoc.*

DEPREHENDES] Melius hoc, quam quod in Ed. Iunt. post. et MS. Pith. *deprehendis.* Infra: *Haec, ut dico, tabulis ipsis docebo.*

PROMISSAM] Omissa vox in MS. Pith.

FACTAM CONIUNCTIONEM] Ineptam lectionem suas res sibi habere iussimus *coniectionem.* supra, *me grandem dotem in principio coniunctionis nostrae mulieri amanti extorsisse*, et aliquoties *coniungi* hoc sensu positum prius. CASAUB. *factam conventionem*] Fulvius. Infra: v. c. *mediocri forma, ac non aetate mediocri.* SCIOPP. *in Symb.* Quid vocis h. l. *coniectionem?* Poteram *coniunctionem* emendare et bene: *coniunctio* enim, proprie in coniugio. Et sic supra, *in principio coniunctionis nostrae* etc. sed quia *conditionis* vocabulum hic itidem appositum est, malim *conventionem*; quae vox aptissima, non tam quia in pactis quasi domi est, quam quod etiam in matrimoniis celebratum, cum in manum viri uxor convenit. Arnob. L. 2. p. 107. *Cum in matrimonia convenitis.* Festus Pompeius. *Conventio conditio dicebatur cum primus sermo* de nuptiis et earum conditione habebatur. ACIDAL. *Coniunctionem* ut supra et probat definitio nuptiarum apud Iustinianum. ROALD. Raevard. Coniectan. I. 15. legit *coniectionem:* exponitque *instrumenti dotalis in villa descriptionem*, factam sine testibus, aut alio solemni ritu. Certius meo sensu Casaub. *coniunctionem.* Supra: *Me grandem dotem mox in principio coniunctionis nostrae*, etc. Porro pro *factam* fors scribendum *pactam.* Plaut. *Sine dote posco tuam sororem filio, Quae res bene vortat. habeôn, pactam?* Iuvenal. *Legitimis pactam iunctamque Tabellis.* Virgil. *Gremiisque abducere pactas.* PRIC. alii *coniectionem.* vide Turn. advers. lib. 28. c. 15. ELMENH. MS. Pith. cum Edd. ante Casaub. *coniectionem*; credo, quod compendiose scriptum fuerat *coniunctionem*, ut lego cum Casaub. Gent. Pric. Noster de Dogm. Plat. p. 625. Ed. Flor. *connubiorum quaeritur tempestiva* coniunctio. Add. Brisson. de V. S. *Conventionem* exhibent Wow. Elm. Flor. quod videtur habere auctoritatem Codd. Florent. Coniecit Lips. *connexionem.* Est etiam, qui legat *compectionem.*

SI] Abest MS. Pith. ut et in seqq. *vero.* In eod. Cod. *obedisse* pro *obisset.*

DIVIDUA PARS] Quidam, *dimidia pars.* Sed Dividua, id est, dimidia. Plautus Rudente: DAE. *Dividuum talentum faciam.* LA. *Bene facis.* DAE. *pro illa altera, Libera ut sit, dimidium tibi sume, dimidium huic cedo.* Terentius Adelphis: *Potius quam venias in periculum Sannio, Servesne, an perdas totum, dividuum*

riori filio, reliqua prioribus cederet. Haec, ut dico, tabulis ipsis docebo. Fors fuat an ne sic quidem credat Aemilianus, sola trecenta millia nummûm scripta, eorumque repetitionem filiis Pudentillae pacto datam. Capiens ipse tu manibus tuis tabulas istas, da impulsori tuo Rufino, legat. Pudeat illum tumidi animi sui, et ambitiosae mendicitatis. quippe ipse egens, nudus, quadringentis millibus nummûm a creditore acceptis filiam dotavit. Pudentilla locuples femina trecentis millibus dotis fuit contenta: et maritum habet, et multis saepe et ingentibus dotibus spretis, inani nomine tantulae dotis contentum: ceterum praeter uxorem suam nihil computantem, omnem supellectilem cunctasque divitias in concordia coniugis et multo amore ponentem. Quamquam quis omnium vel exigue rerum peritus culpare auderet, si mulier vidua et mediocri forma, at non aetate mediocri, nubere volens, longa dote et molli conditione invitasset iuvenem, neque 547.
cor-

duum face. Ubi etiam videatur Donatus. Colv. Lat. Latin. cum aliis *dimidia.* Noster de Deo Socr. p. 117. *Luna dividua.*

Fors fuerit ut] Bas. II. ad marg. *sors ferat.* Verum erit, *sors fuat.* Diomedes Grammatic. lib. I. *Sane aliud verbum est apud antiquos quod dicebant, Fuo, fuas, fuat. Unde Terentius ait, Fors fuat.* Hoc etiam usus Ausonius, Sidonius Apollinaris non semel. Dicitur et, *Fors fuit.* Gellius Lib. XII. cap. 8. quomodo etiam fortassis hic scribendum. Colv. *Fors fuerit ut* editum vulgo, quod loco non moverem, nisi in MS. Pith. scriberetur *fors fuerat an*, et Ed. Iunt. post. cum marg. Ed. Bas. sec. haberet *fors ferat ut.* Iam vero rescripsi *fors fuat an*, ut e Cod. Fux. margini adlevit Salm. *Fors fuat an* nihil est aliud quam *forsitan*, seu, *fors sit an*, vel, quod aliquoties a nostro adhibitum, *fortasse an.*

Tumidi animi] Schickerad. *timidi an.* ineptissime. Elmenh. *Tumidus animus* et *ambitiosa mendicitas* bene iunguntur. Contraria prorsus sunt τὰ *tumidus* et *timidus*, ut apparet e nostri loco de Deo Socr. L. I. p. 122. hui. Ed. *Pars in superstitione, pars in contemtu, timida vel tumida.* ubi cf. Merc.

Ambitiosa mend.] Iuven. Sat. III. vs. 182. *Hic vivimus ambitiosa paupertate omnes.* Elmenh.

CCCC Millibus n.] Sic Codex Rom. Alii CCC. Casaub. Rom. Editioni et Casaub. accedunt Vic. Ven. Gent. Pric. et MSS. quos novi. In reliquis Edd. *trecentis*, quia supra et infra de Pudentillae dote numerus iste CCC adhibetur. Sed hic non sermo est de dote Pudentillae, sed de dote quam Rufinus, homo egenus, filiae suae dederat, quam superasse etiam dotem Pudentillae, locupletis feminae, ait App. Revocavi itaque lectionem Edit. Rom. et MSS.

Habet et] Non male legamus *habet ea.* Colv. Non opus tamen. *Et multis et ingentibus.* Minus etiam placet Lipsii emendatio *habet ex m. s. et ing.* Pro seq. *ceterum* MS. Pith. *centum.*

Nihil computantem] Leg. *nihil omnium putantem. Putare* est *aestimare.* Scriptum erat compendiose *om̄*, cui postea *c* praeposito agglutinarunt seq. dictionem. Acidal. Mihi vulgata scriptura magis placet. *Computare* proprie et significatissime dicitur de iis, qui dotes magnas atque unctas inhiant. Scip. Gent. *in Append.* Noster Flor. N. 16. extr. *Splendidissimus ordo etiam de rebus maioribus iudicare potius solet, quam* computare.

Concordia coniugis] Magis probem *coniugii.* Casaub. In contextum recepere seqq. praeter Scal. et Wow. qui dederunt *c. coniugali.* Antiquam lectionem mutandam non putavi contra MStorum auctoritatem. Vell. Pat. II, 65. *si Caesar* eius *adspernaretur* concordiam.

Et multo amore] Agnoscit hanc lectionem diserte MS Pith. De reliquis mihi non liquet. Neque aliter Edd. vett. Sed primus Colv. e marg. Ed. Bas. sec. et coniect. Lipsii marginali dedit *mutuo*, quod fidenter servarunt seqq. Hic quoque revocavi antiquam lectionem. Ait auctor, se computare solere, non quam multas divitias, sed quam multum amorem coniux marito afferat; et sermo est de eo tantum, quo uxor commendabilem se reddit, non vicissim.

Longa dote] Dubito veriusne sit, *larga* vel *lauta dote.* Illud mihi pro certo est, recte me emaculasse quod subsequitur, *sive illa morte amisit maritum ut saevi hominis mulier et infausti coniugii minime appetenda.* recte inquam emaculasse, *scaevi ominis mulier.* de quo ego supra, et Festus in *scaeva.* vel hoc modo, *laevi ominis mulier.* omen laevum, numina laeva dixisse veteres, inter alios, testis locuples Arnobius. Stewech. Scripserim, *uncta dote.* Vetus modus scribendi, *cucta:* hinc illud quod passim male legitur. Infra etiam paulo post aliter

cor-

corpore, neque animo, neque fortuna poenitendum? Virgo formosa, etsi sit oppido pauper, tamen abunde dotata est. Affert quippe ad maritum novum animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Ipsa virginitatis commendatio iure meritoque omnibus maritis acceptissima est. Nam quodcunque aliud in dotem acceperis, potes, quum libuit, ne sis beneficio obstrictus, omne, ut acceperas, retribuere; pecuniam renumerare, mancipia restituere, domo demigrare, praediis cedere. Sola virginitas, quum semel accepta est, reddi nequitur: sola apud maritum ex rebus dotalibus remanet. Vidua autem qualis nuptiis venit, talis divortio digreditur: nihil affert irreposcibile: sed venit iam ab alio prae-

corruptus eadem in dictione locus: *ob haec et alia viduae dote aucta procos sollicitant.* Ubi etiam reposuerim, *dote uncta.* Uncta dos, i. e. magna, larga, ampla. Sic uncta patrimonia, apud Catullum: *Et uncta devorare patrimonia.* Colv. *uncta* Colv. non muto ego. Brant. Interpretes turbant heic immane quantum. Colv. legit *unctâ dote*, ut et infra, ubi vulgo *aucta.* Stewech. *lauta* scribit, alius *larga*, alius *magna.* dico sexcentas istiusmodi interpolationes me non unius pendere teruncioli. Refingunt, nulli corrigunt, qui tam remota aggerunt. Quid quod et sana heic omnia, nulla moles inter tot magnos nisus tot molimina. Author *longam* dixit, sequutus Graecos, qui *μακρὸν, ἀντὶ τοῦ μέγα,* vel *πολὺ* ponunt. Suidas *μακρὰν οὐσίαν: οὕτω λέγουσι τὴν πολλὴν* etc. Hermocrates ipso quod prae manibus argumento est, *οὐκ ἂν ποτὲ δουλεύσω προϊκὶ μακρᾷ.* apud Philostrat. de vit. Sophist. 2. Ita *breve* pro *parvo* frequenter haud obscuri authores, etiam *parvum* pro *brevi* Phaedrus L. I. fab. 15. saeculo et scriptione censendus. Pric. *Larga dote* malebat quoque de Rhoer Fer. Daventr. p. 228. Vulgatam lectionem cum Pricaeo defendendam puto, cf. et Scip. Gent. Ceterum conferri possit similis locutio nostri auctoris Flor. N. 15. ubi *latas pecunias* explicat Oudend. amplas: sed ibi ego *latas pecunias* dictas puto a *ferendo*, ut *ferre argentum ad aliquem*, Plaut. Asin. III, 3, 142. Pessimo sane exemplo Wow. edidit *magna dote.*

Molli cond.] MS. Pith. *nulli c.*

Virgo formosa] Videtur respexisse ad illud Afranii: *Formosa virgo est: dotis dimidium vocant Isti, qui dotes negligunt uxorias.* Cuius loci nobis index vir eruditissimus I. Douza à Noordwyck. Colv.

Ad maritum novam animi indolem] Ita ex Schickeradi emendatione dederunt Wow. Pric. Flor. probante Salm. in marg. Revocavi reliquarum Edd. et MStorum lectionem *ad maritum novum, animi indolem* etc. Paribus membris rursus incedit oratio: *animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Indolem animi* intellige, nativam illam animi simplicitatem, nullisdum artibus corrupti, sed qualem finxit natura, et ad quae velit maritus, docilem. Opponitur in seqq. vidua *certe tibi, ad quae velis, minime docilis.* cf. Ind.

Maritis acceptissima] Inverso ordine MS. Pith. in quo mox *acceperit.*

Quum libuit] Scribe *quum libuerit.* Pric. Necessarium non est. Sic Flor. N. 2. *quo libuit.*

Retribuere; pecuniam] Omissa haec sunt in Ed. Flor.

Renumerare] Ro. edit. In aliis, *remunerare.* Apte ad hunc locum Terentius Hecyra: *Si est, ut velit reducere uxorem, licet. Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat.* Donatus: *renumeret. Proprie, quia dos pecunia est.* Renumerandi verbum bis etiam in Plauti Bacchidibus. Colv. Edd. Bas. Ald. Iunt. utr. *remunerare.* Male. *Exsolvere* dotem, de dote renumerata dixit Aur. Vict. de Vir. Ill. cap. 65.

Quum semel] Desunt MS. Pith.

Nequitur] MS. Pith. *nequit.* Passiva forma nota est ex Plauto et Grammaticis. Quare non audiendus d'Orleans ad Tacit. Ann. I. pag. 61. reponens *nequit vi.*

Dotalibus] Ignorat vocem Ed. Vulc. tert.

Irreposcibile] Ex Margine Bas. II. hoc in ipsum contextum meum transtuli. Male passim, *inpossibile.* Mens Appuleii illud alterum postulat. Sidonius Lib. VIII. Epist. XV. *Ut quod mihi insolubile videtur tibi quoque videatur irreposcibile.* Colv. Quodnam flagitii in hac voce ut deturbetur, equidem non video. Sane video Sidonium non agnovisse tantum sed et usurpasse eam. Videsis Epistolam eius 15. lib. 8. Meursius *imposcibile* legisse videtur, quod et perinde est: certum interim alterutrum scriptum ab authore nostro; nam quod Barthius Advers. VII. 9. *irreposcibile* oggerit, nempe, *quod non potest reponi*, aut ego caecutio prorsus, aut heic ille sagaciter parum. Pric. *Inrepossibile* editum iam in Iunt. post. unde recte margo Bas. sec. *irreposcibile*, quod tuentur MSS. Florent. et adsciverunt reliqui post Colv.

praeflorata: certe tibi, ad quae velis, minime docilis: non minus suspectans novam domum, quam ipsa iam ob unum divortium suspectanda: sive illa morte amisit maritum, ut scaevi ominis mulier, et infausti coniugii, minime appetenda; seu repudio digressa est, utramvis habens culpam mulier, quae aut tam intolerabilis fuit, ut repudiaretur, aut tam insolens, ut repudiaret. Ob haec et
alia, viduae dote aucta procos sollicitant. Quod Pudentilla quoque in alio ma- 548.
rito fecisset, si philosophum spernentem dotis non reperisset. Age vero, si avaritiae causa mulierem concupissem, quid mihi utilius ad possidendam domum eius fuit, quam simultatem inter matrem et filios serere? alienare ab eius animo liberorum caritatem, quo liberius et artius desolatam mulierem solus possiderem? Fuitne hoc praedonis, quod esse vos fingitis? Ego vero quietis, et concordiae, et pietatis, auctor, conciliator, favitor, non modo nova odia non serui, sed vetera

Colv. Quod si quis cum Scriverio et Goesio in marg. maluerit *inposcibile*, eum MSti Pith. lectio *inpossibile* iuvabit. Gulielm. divinavit *inpassibile*, quod sit, credo, nihil affert intactum, nihil quod non passa est. Ego malim *irreposcibile.* Virgo nupta potest reposcere pecuniam, mancipia, domum; praedia; virginitatem reposcere non potest. At vidua nihil affert quod non reposcere possit. *Irrevocabilem donationem* ex Digestis citat Brisson. de V. S.

AB ALIO] Praepositionem non agnoscit Pith. Pro *certe tibi* Ed. Iunt. post. *certe ibi.*

UT SCAEVI OMINIS] Vulgo *saevi hominis.* COLV. *Saevus* et *scaevus* ubique confunduntur. V. Ind. *Ut scaevi* desunt MS. Pith.

INFAUSTI] Elm. tacite edidit *infandi.* Secutus eum est Scriv.

DIGRESSA] MS. Pith. *regressa.*

UTRAMVIS HABEAT CULPAM] Mira lectionis varietas in media voce, nam *habens*, et *habet*, et *habebit* vulgati praeferunt. Ego haud anxie scripserim *habebit.* PRIC. Imo verissima est lectio Ed. Iunt. post. quae inde etiam in marg. Bas. sec. conspicitur *utramvis habens culpam. Habens* respondet reliquis participiis, quae praecesserunt, *suspectans*, *suspectanda*, *appetenda.* MS. Pith. *habes*, omissa lineola, qua litera *n* indicaretur: hinc omnis corruptela. MSS. Florent. *utrumvis habet c.* Edd. vett. Cas. Gent. Pric. Flor. *habeat*; Colv. Vulc. Elm. Scriv. *habebat*; Wow. *habebit.* Pro *culpam* Ed. Vic. *culpa.*

VIDUAE DOTE AUCTA] *Uncta* Colv. Ego nec hic muto. BRANT. v. Colv. supra. Heins. autem ad Ovid. Fast. I. vs. 677. legi oportere putat, *viduae dote auctae*, ut passim *augeri opibus* apud optimos auctores: imo paulo infra noster: *grandi pecunia auxi.* Emendationem Viri Celeb. probare non possum. Viduae ipsae augent dotem, ut procos sollicitent. Hinc supra, abstinentiam in Pudentilla laudavit auctor, quod locuples femina dotem non auxerat, sed *trecentis millibus dotis fuit contenta.* Manifesto id apparet e seqq. *Quod Pudentilla quoque in alio marito fecisset*, i. e. dotem auxisset, *si philosophum spernentem dotis non reperisset.*

ANIMO] Non est in Pith.

FUITNE HOC PRAED. QUOD ESSE VOS FING.] Aliquid corruptum est: nam non bene haec cohaerent cum praecedentibus. Sensus flagitat: *Nonne hoc fuisset praedonis, quem me esse fingitis?* seu *fuisset*, seu *fuerit hoc pr.* etc. Hinc Salm. quoque adlevit *Fuit hoc praedonis quod me esse vos f.* Infra p. 558. *me quem isti praedonem dicunt.* Interim e MSS. nulla discrepantia enotata est: quare, quid revera scripserit auctor, non affirmo.

FAVISSOR] Lipsius, *favitor*, ut apud Plautum. Tamen Charisius lib. I. *Fautor antiqui dixerunt; at Favitor nec auctoritate neque ratione dicitur.* Sed Grammaticorum leges migrare, nec nostro nec veterum alii ulli umquam religio fuit. COLV. Quid si, *conciliator fautor suasor.* nam videntur duae voces in unam male confusae. CASAUB. *Favitor* emendat, teste Colvio, Lipsius. Quae vox Plautina: Charisius autem lib. I. *Fautor*, inquit, *antiqui dixerunt; at Favitor nec auctoritate, neque ratione dicitur.* Beroaldus in epistola quadam ad Angelum Politianum, *Favissores* dixit, imitatione, ut opinor, Appuleii nostri. Non probó amici nostri coniecturam, qui hoc in loco legendum putat, *conciliator, fautor, suasor.* SCIP. GENT. *Favitor* Lips. Quid ni, *fautor?* Valer. Max. Lib. II. c. 1. *Ut si quae inter necessarios querela esset orta, apud sacra mensae et inter hilaritatem animorum fautoribus concordiae adhibitis, tolleretur.* Apud Petron. Arb. *praesentis concordiae auctor.* BRANT. *Favitor*] Ita Florent. et Lips. Aldus *Favissor.* Vulgati *fautor.* Plautus in prologo Amphitruo: *Sat habet favitorum recte qui facit.* Charisius Lib. I. institut. Grammatic. pag. 66. Grammaticum agit, id est, nugatorem, dum *favitor*, nec auc-

tera quoque funditus exstirpavi. Suasi uxori meae, cuius, ut isti aiunt, iam universas opes transvoraram: suasi, inquam, ac denique persuasi, ut filiis pecuniam suam reposcentibus, de qua supra iam dixi, ut eam pecuniam sine mora redderet in praediis vili aestimatis, et quanto ipsi volebant. Praeterea ex re familiari sua fructuosissimos agros, et grandem domum opulente ornatam, magnamque vim tritici, et hordei, et vini, et olivi, ceterorumque fructuum: servos quoque haud minus quadringentos, pecora amplius, neque pauca, neque
549. abiecti pretii, donaret; ut eos et ex ea, quam tribuisset, parte securos haberet, et ad cetera hereditatis bona spe invitaret. Haec ego, ab invita Pudentilla (patietur enim, me, uti res fuit, ita dicere) aegre extudi, ingentibus preci-

auctoritate, nec ratione dici affirmat. ELMENH. Non parum sudant in hac voce Expositores nostri. Ego, etsi non constet mihi de Analogiâ, τὸ *favissor* retineo. Gl. Puteani MS. *Fautor*, *fa* . . . . . . (supple *favitor*) *favisor*. Gloss. Vindoc. MS. *favisor*, *fautor*, *aut favens*. PRIC. Casauboni emendationem merito inprobat quoque Iungerm. Ep. Gud. p. 363. Terna enim opponuntur ternis: *quietis auctor*, *concordiae conciliator*, *pietatis favitor*. Perperam itaque Wow. Elm. Flor. addidere τὸ *suasor*. *Favissor* tueri videtur Voss. in Etym. V. *Favissa*: quemadmodum a *caveo*, *cavissa*, unde *caussa*. Sed *issa* terminatio feminina est, neque *issor* ullum habet exemplum. *Favitor* autem firmatur loco Plauti cit. Lucilii apud Non. Marc. c. 2. n. 326. et Gloss. Isidori, nec non Exc. Pithoean. *Favitor* a *faveo*, ut *cavitio* a *caveo*, apud Plautum. Accedit auctoritas MSS. Florent. in quibus diserte *favitor*, quum in Pith. sit *favisor*. Illud itaque praetuli cum Wow. Elmenh.

SERUI] Elm. et Flor. tacite dederunt *sevi*: ut maneat auctor in metaphora, quo alludit τὸ *exstirpare*. Sine libris auctoribus non muto *serui*. *Serere lites*, *odia*, ut *serere verba* etc. v. ad Met. L. I. p. 6, 2. Sic *conserere* Plaut. Bacch. IV. 9, 43. *pugnam conserui seni*. Arnob. L. V. p. 156. *altercabilem conseruisse sermonem*.

DE QUO SUPRA DIXERAM] Fortasse, *de qua supra dixi iam*. Respicit illa superiora: *Mulier HS. quadragies possidebat ex quo sane aliquantam pecuniam nullis tabulis, sed, ut aequum erat, mera fide acceptam, filiis debebat*. CASAUB. Κείμεναν hoc irreptitium puto. Glossator *dixerat* scripsit: Librario visum concinnius *dixeram*. PRIC. A glossatore haec non sunt, ut evidenter apparet ex repetitione illa *ut eam pecuniam*. *De quo supra dixeram* est in Edd. vett. et MSS. praeterquam quod in Florent. (nisi contrarium notare neglexerit Lindenbrog.) sit, *de quo supra iam dixi*, quemadmodum edidere Scal. in Vulc. sec. et seqq. praeter Gent. qui antiquam lectionem servavit et Pric. qui dedit *de qua supra dixeram*. Si scirem Florentinos MSS. cum reliquis consentire, nihil mutare auderem. Nunc lego *de qua supra iam dixi*. nempe pag. 517. extr. Ed. Flor.

VILI AESTIMATIS] Malim, *aestimatu*. WOWER. Alii v. *aestimatum*. ELMENH. Ineptum foret *aestimatum*, sed Wowerii coniecturam *aestimatu* videtur spectasse Elm. quam tamen nec ipsam probo. *Vili aestimare* dicitur, ut *vili pendere*: scil. pretio. Plaut. Epid. I, 1, 49. *quanti eam emit*? Vili.

ET OLIVI] Sic dedi ex MSS. Florent. et Ed. Iunt. post. pro vulgato *et olei*. Noster Met. L. IX. p. 656. *promittit ei de praediis sese daturum et frumenti et* olivi *aliquid*, *et amplius duos vini cados*. 2. MSS. quoque *olei*. Plaut. Pseud. I, 276. Olivi *dynamin domi habent maximam*. et saepe alibi. *Oleum* s. *olivum* inter praecipuas possessiones olim fuit. cf. praeter alia veterum loca Severi Ep. ad senatum apud Spartian. in Clod. Alb. c. 12. Olei Tripolitani, quale hoc Pudentillae, in primis meminerunt vett. scriptores. cf. Casaub. ad Spart. Sev. c. 18.

CETERORUMQUE] MS. Pith. *ceterorum et*.

QUADRINGENTOS] Rom. Ven. Bas. II. *quadringentis*. COLV. male. Intelligitur *quam*, ut solet.

ET EX EA] *Et* ignorant MSS. Florent. Ed. Bip.

CETERA HEREDITATIS] Graecismus est, ne forte eo *bona* referas. Itaque distinguendum censeo ad hunc modum, *Ad c. haereditatis*, *bona spe inv*. *Spes bona* ut apud Sallust. Iugurth. *Laeti*, *ac spei bonae pleni*. et Caesarem B. Civ. II. *Pleni bonae spei atque animi*. PRIC.

AB INVITA PUDENTILLA, et statim, INVITAE ET IRATAE EXTORSI] Promptum est agnoscere heic verborum redundantiam, nolo tamen ferri Critici resectionem. Infra. *An ut testamento quod irata filio scribebat*, *filium potius cui offensa erat*, *quam me cui devincta*, *haeredem relinqueret*? PRIC.

UTI RES FUIT] *Res* abest Pith.

AEGRE EXAUDITUS INVITAE ET IRATAE EXTOR-

cibus invitae et iratae extorsi: matrem filiis reconciliavi: privignos meos, primo hoc vitrici beneficio, grandi pecunia auxi. Cognitum hoc est tota civitate. Rufinum omnes exsecrati, me laudibus tulere. Venerat ad nos, priusquam istam donationem mater perficeret, cum dissimili isto fratre suo Pontianus; pedes nostros advolutus, veniam et oblivionem praeteritorum omnium postularat, flens et manus nostras osculabundus, ac dicens, poenitere, quod Rufino et similibus auscultarit. Petit postea suppliciter, uti se Lolliano quoque Avito C. V. purgem, cui haud pridem tirocinio professionis suae fuerat a me commendatus. quippe compererat, ante paucos dies omnia me, ut acta erant, ad eum perscripsisse. Id quoque a me impetrat. Itaque acceptis literis Cartha-

TORSI] Fallorne an dixit Apuleius *invitd, et ingrate extorsi*, idque ea significatione, qua Plautus, Terentius, et ipsemet Apuleius secundo de asino posuit, *ingratIs*. Simili locutione et *ingratus* pro *invito*, Apuleius usurpavit 6. de asino: *Tunc ingratus ad promptum recurri exitium.* Donatus *ultronea* inquit, *grata sunt*, *ingrata*, *quae ab ingratis fiunt recusantibus.* Apuleius lib. 3. de asino: *Evictus tandem necessitate subcumbo et, ingratus licet, arrepto pallio retexi corpora.* STEWECH. Legit non nemo, *invite et ingrate extorsi.* Vide (per Deos) primum quam non sine exemplo tantum, sed et sine sensu dicitur, *invite extorquere*; tum quam sententiam loci adobruat ea lectio. Nititur omnimodis Apuleius, ut ostendat hoc se longis precibus impetrasse: imperitus commentator quoad potest, mentem eius in contrarium corrumpit. At ego posthac nil mirer, cum huiusmodi coniecturas cadere videam in homines nomina sua in Musarum albo scribentes. PRIC. *Extorsi*] Flor. *extudi*. ELMENH. Errat Elm. aiens in Florent. pro *extorsi* esse *extudi*, nam in iis pro *exauditus* est *extudi*, quod exstat etiam in Ed. Iunt. post. adstipulante quodammodo MS. Pith. qui praebet *exaudi.* Verissimum est illud *extudi.* Ab *invita* Pudentilla exaudiri non potuit, sed ab ea id extundere et extorquere debuit. Plaut. Most. I, 3, 64. *Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum, ut impetravi, Atque olim priusquam id* extudi, *quum illi subblandiebar.* Sueton. Vesp. 2. *Latum clavum diu aversatus est: nec ut tandem appeteret compelli, nisi a matre potuit. Ea demum extudit.* Haec loca debeo V. D. in Misc. Obs. Vol. II. p. 191. qui eundem errorem errans ac Elm. *extorsi* tamen in *extudi* non mutandum putat. Ad locum Suetonii citat Burm. Wass. ad Sall. Fragm. p. 219. cf. Bentl. ad Horat. Serm. II. 2. vs. 14. Addantur Seneca de Benef. I. *qui instat et onerat priora sequentibus, etiam ex duro et immemori pectore gratiam extundit.* Symmach. Ep. 33. Extundam *quandoque ut hac obstinatione decedas.* quod ibi non mutandum cum Iureto in *excludam*: imo potius ibid. Ep. 117. legendum quoque: *Magnopere laboravit, ut aliquid, si fieri posset*, extunderet. non *excuderet*, nec *excluderet.* Ut hic *extundere* et *extorquere*, sic *coelum tundere* et *misericordiam extorquere* iungit Tertull. Apol. c. 40. extr. Rescripsi itaque *extudi* pro eo quod antea legebatur *exauditus.*

VITRICI BENEFICIO] Lego, *vitricus.* CASAUB. Flor. *vitrici.* ELMENH. Recte Casaub. *vitricus.* PRIC. Casaubono, exceptis Gent. et Scriv. adsensum praebuerunt seqq. Non ego, qui sequor MSS. et Edd. vett.

RUF. OMNES EXECRARI, ME LAUDIBUS TOLLERE] Sic malim. Mox Fulvius legit: *Tyrocinio professionis suae.* SCIOPP. *in Symb.* Supra [p. 465. Ed. Flor.] *miris laudibus cum tulisse.* PRIC. A vulgata lectione stant MSS.

MATER] Caret hac voce Ed. Iunt. post.

CUM DISSIM.] MS. Pith. *dum.* Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *ut cum*, quia statim vitiose scriptum fuerat *postularet.*

ANTE PEDES NOSTROS ADVOLUTUS] Τὸ *ante* recte delet Florentinus. Sic alicubi Tacitus dixit *advolvi genua.* ELMENH. Uncis inclusere *ante* Elm. et Scriv. Eieci ego cum Ed. Iunt. post. Solet App. verba cum praepp. *ad*, *in* etc. composita iungere accusativo. Met. L. VI. p. 384. *Psyche* pedes *eius* advoluta. ubi cf. Oud.

POSTULAT] Flor. *postularet.* ELMENH. imo *postularat* secundum Exc. Lindenbr. In MS. Pith. et Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *postularet*, quod ut stare posset, intruserunt supra *ut.* In reliquis *postulat*, quod si MSS. addicerent, non inprobandum, sed tum sic interpungendum *Venerat — Pontianus: pedes nostros adv. — postulat; flens — auscultarit; petit postea* etc. Sequor nunc MSS. Florent. quemadmodum margini adlevit Salm.

PROFESSIONIS] Lipsius, *professionis.* COLV. Causidicinae nimirum; fuit enim Pontianus eloquentiae studiis deditus et disertus, ut ex aliquot locis huius Apologetici apparet. *Professionis* legi debere, non *professionis*, etiam alii vi-

 de-

thaginem pergit: ubi iam prope exacto Consulatus sui munere, Lollianus Avi-
550. tus te, Maxime, opperiebatur. Is, epistolis meis lectis, pro sua eximia humanitate gratulatus Pontiano, quod cito errorem suum correxisset, rescripsit mihi per eum, quas literas, Dii boni! qua doctrina! quo lepore! qua verborum amoenitate simul et iucunditate! prorsus, ut vir bonus dicendi peritus. Scio, te, Maxime, libenter eius literas auditurum. Et quidem si perlegam, mea voce pronunciabo. Cedo tu Aviti epistolas: ut quae semper ornamento mihi fuerunt, sint nunc etiam saluti. At tu, licebit aquam sinas fluere. Namque optimi viri literas ter et quater adeo quantovis temporis dispendio lectitarem. (*Desunt Lolliani Aviti literae.*) Non sum nescius, debuisse me post istas Aviti literas perorare. Quem enim laudatorem locupletiorem, quem testem

derant. CASAUB. Florent. *orationis.* Rom. et Ald. *professionis.* ELMENH. In mea Ald. Edit. uti et in Vic. Iunt. utr. et Bas. est *profectionis.* Ceterum illud *orationis* sicco pede non transeundum, nam et in Pith. est *onis*, et in seqq. Lollianus Avitus, cui commendatus fuerat Pontianus, non a iuris peritia, sed a singulari eloquentia laudatur.

PROPE EXACTO CONSULATU] Scio apud optimos scriptores proconsul et propraetor saepe invicem confundi: at consulem appellari qui proconsulari imperio provinciam aliquam regat, non memini alibi legere: sed quia provinciae dividi olim solitae in praetorias et consulares, posterior aetas eum qui obtineret provinciam consularem appellavit consulem et id munus consulatum, ut hoc loco. Sic ὕπατος Ἀσίης praeses Asiae provinciae dicitur a poëta veteri qui epigramma fecit in Laodicen, Σῆμαδ' ἀμαλδύναντος ἀνωΐστοιο χρόνοιο, Μάξιμος ἔκδηλον θῆκ' Ἀσίης ὕπατος. Enim vero eviluit tandem superbum Consulis nomen: adeo ut etiam magistratus municipalis consules appellari non erubuerint. Sic ait Ausonius se Burdigalae fuisse consulem: et ita apud Philostratum accipio aliquot locis in Sophistarum vitis, ut in Polemone, ἡ μὲν δὴ πολέμωνος οἰκία, πολλοὶ ὕπατοι. Mox ibidem, Ἤρα μὲν γὰρ τοῦ αὐτοσχεδιάζειν μᾶλλον ὁ Ἡρώδης ἢ τοῦ ὕπατός τε καὶ ἐξ ὑπάτων δοκεῖν. Idem libri secundi initio, Ἡρώδης ἐτέλει μὲν ἐκ πατέρων ἐς τοὺς δισυπάτους. utitur eadem voce et in Niceta, in Aristocle, in Antiocho et in Antipatro Hierapolitano. quibus omnibus locis cave accipias de Romano consule: sed pro magistratibus, ut dixi, municipalibus, vel alio quo genere dignitatis. Ita accipit Agathias libro secundo, ubi de Trallibus terrae motu eversis loquens ait Augustum ὑπάτους ἑπτὰ τῶν ἐν τοῖς μάλιστα εὐπατρίδων τε καὶ εὐδαιμόνων ἀνδρῶν ἐκ τῆς Ῥώμης ἀπολεξάμενον, ἅμα τῷ σφετέρῳ πλήθει στεῖλαι ἐς τὴν ἀποικίαν. Appellat ὑπάτους, non eos qui tempore Augusti sic nominabantur: sed illos qui coloniae Tralleis deducendae sunt praefecti. Sed puto scripsisse Agathiam ὑπατικοὺς ἑπτά. CASAUB.

IS EPISTOLIS M.] Sic ex coni. Vulc. edidere Scal. et seqq. et adscripsit Salm. ac videtur exstare in MSS. Florent. Sed Edd. vett. et MS. Pith. *his.*

GRATULATUS] Perperam Edd. Vulc. sec. tert. Wow. *gratulatur.*

VIR BONUS DIC. PER.] Ita oratorem Cato definivit. Atqui *Herennius Senecio mirifice Catonis illud de oratore in Regulum e contrario vertit, Orator est vir malus dicendi imperitus. Non me Hercule Cato ipse tam bene verum oratorem, quam hic Regulum expressit*, ut est apud Plinium lib. 4. Epistola 7. BRANT.

ET QUIDEM SI PERLEGAM, MEA VOCE PRONUNC.] Non prorsus haec capio. Pricaeus ita interpunxit *Scio te, Maxime, libenter eius literas auditurum: et quidem si perlegam: mea voce pronunciabo.* quasi hoc velit, tum in primis literas placituras Maximo, si ipse eas legat. Nimis arroganter hoc dictum: et tum addidisset auctor *ipse* vel *ego.* Sensus est, vel, *si tu Maxime permittas, ut literae legantur, mea voce eas pronunciabo*, vel, *Adeo mihi persuasum est, te, Maxime, libenter auditurum eius literas, ut ipse mea auctoritate decernere audeam, an eas perlegam, nec ne.* Sic *si* notet *an*, de quo vide quos citant VV. DD. ad Plin. Paneg. cap. 2. *Pronunciare* dicitur iudex, atque adeo is qui sententiam fert. v. Ind. Non absimile illud nostri de Deo Socr. p. 673. Ed. Flor. *Respondebit Plato pro sententia sua, mea voce.* Sic h. l. respondet Maximus, pro sua sententia, voce Appuleii.

CEDO TU] Pith. non habet *tu*, uti nec paullo post *etiam*, sed *fuerint* pro *fuerunt*, et *ut* pro *at.*

TER ET QUATER AB EO] Lipsius, *adeo.* COLV. *ter et quater adeo* coniecimus ego et Ful-

tem vitae meae sanctiorem producam, quem denique advocatum facundiorem? Multos in vita mea Romani nominis disertos viros sedulo cognovi, sed sum aeque neminem admiratus. Nemo est hodie, quantum mea opinio fert, alicuius in eloquentia laudis ac spei, quin Avitus esse longe malit, si cum eo se, remota invidia, velit conferre. Quippe omnes fandi virtutes paene diversae in illo viro congruunt. Quamcunque orationem struxerit Avitus, ita illa erit undique sui perfecte absoluta, ut in illa neque Cato gravitatem requirat, neque 551.
Laelius lenitatem, neque Gracchus impetum, nec Caesar calorem, nec Hortensius distributionem, nec Calvus argutias, nec parsimoniam Sallustius, nec opulentiam Cicero: prorsus inquam, ne omnia persequar, si Avitum audias, neque additum quidquam velis, neque detractum, neque autem aliquid commutatum. Video, Maxime, quam benigne audias, quae in amico tuo Avito recognoscis. Tua me comitas, ut vel pauca dicerem de eo, invitavit. At non usque adeo tuae benivolentiae indulgebo, ut mihi permittam, iam propemodum fesso, in causa prorsus ad finem inclinata, de egregiis virtutibus eius nunc demum incipere: quin potius eas integris viribus et tempori libero servem. Nunc enim mihi, quod aegre fero, a commemoratione tanti viri ad pestes istas oratio revolvenda est. Audesne te ergo, Aemiliane, cum Avito conferre? Quemne ille bonum virum ait, cuius Avitus disciplinae rationem tam plene suis lite-

Fulvius. Infra malim: *cuius animi dispositionem.* Sciopp. *in Symb.* *Adeo* receptum a Casaub. Scalig. et seqq. bono sensu. In vett. Edd. constanter *ab eo*, consentientibus MSS. Florent. Verum in Pith. est *abeo* (i. e. ut adscripsit Oudend. *aveo*) *q. t. d. lectitare.* Videtur *aveo* esse quoque in MS. Fux. nam Salm. id adlevit, relicto tamen τῷ *lectitarem.* MS. Bemb. *habeo.* *Aveo* et *habeo* in MSS. solere confundi supra aliquoties monitum. *Aveo lectitare* in mentem venit iam Grutero Suspic. Ined. Nihilominus praefero adhuc vulgatam lectionem, quia sensum reddit aliquanto commodiorem, et *lectitarem* est tamen in Edd. cunctis et MSS. excepto Pith.

Sum aeque] MS. Pith. *summe q̂nem. ammiratus.*

Laudis ac spei] Lege *laudis aut spei.* Pric. Recte, si Libri addicerent. Mox pro *malit* Pith. *malis.*

Struxerit] V. Burm. ad Petron. c. 5.

Perfecte absoluta] In membranis, *perfecta, absoluta.* quod haudquaquam spernendum. Colv. Nimirum Cod. Lips. qui hic rursus incipit.

Prorsus in qua] Ita Edd. O. eaque lectio ferri posset, nisi MSS. Florent. et Lips. cum Salm. in marg. darent *inquam*, quod verum est et probat Oudend. in marg. Hinc forsan sequens *omnia*, quod primus tacite dedit Elmenh. locum occupare non debuerat τοῦ *omnis* sive *omneis*, scil. fandi virtutes, quod servant MSS. et Edd. ante Elmenh. Malim tamen, perspicuitatis causa, *omnia*, quemadmodum locus citatur ab Oudend. ad de Deo Socr. p. 169. ubi V.

Detractum] MS. Pith. *retractum.* Statim *autem* non est in MS. Lips.

Commutatum] Ad oram Ed. Casaub. haec lego: *In V. C. f. nec authoritatem Valsus, nec efficaciam Antonius, nec simplicitatem Menenius, nec acrimoniam Appius, nec leporem ac facesam Augustus.* Quae, nisi supra exciderint, a studioso lectore sunt adscripta.

Recognoscis] MS. Pith. *recognoscas.*

Nunc enim] Bas. pr. *hunc e.* unde Lips. corrigebat in marg. *hinc e.* sed *nunc* est in reliquis.

Oratio] MS. Pith. *ratio*, et statim, *audesne ne.*

Ille bonum virum ait] MS. Pith. *illum bon. vir. te.*

Cuius animi disputationem] Lego, *cuius Avitus disputationem.* Casaub. MSS. Florent. *Ai̅ disput.* Reliqui nihil fluctuant. Casauboni emendationem amplexi sunt seqq. Quaenam tamen est illa *disputatio*, quam laudaverit Avitus? An ea, cuius p. 495 mentio? Supra App. Avitum vocat *laudatorem locupletem, testem vitae suae sanctissimum, advocatum facundissimum*, at de disputatione nihil; nec quidquam illa huc facit. Quasi enim non elegantem et facundissimam disputationem scribere potuisset, et tamen iure accusari. Divinavit Iungerm. Ep. Gud.

teris collaudat, cum tu Magiae et maleficii criminibus insectabere? An inva-
552. sisse me domum Pudentillae, et compilare bona eius, tu magis dolere debes, quam doluisset Pontianus, qui mihi ob paucorum dierum, vestro scilicet instinctu, ortas simultates, etiam absenti, apud Avitum satisfecit? qui mihi apud tantum virum gratias egit? Puta, me acta apud Avitum, non literas ipsius legisse. Quid posses, vel quisquis, in isto negotio accusare? Pontianus ipse, quod a matre donatum acceperat, meo muneri acceptum ferebat: Pontianus me vitricum sibi contigisse intimis affectionibus laetabatur. Quod utinam incolumis Carthagine revertisset! vel, quoniam sic ei fuerat fato decretum, utinam tu, Rufine, supremum eius iudicium non impedisses! quas mihi aut coram, aut denique in testamento, gratias egisset? Literas tamen, quas ad me Carthagine, vel iam adveniens ex itinere praemisit, quas adhuc validus, quas iam aeger, plenas honoris, plenas amoris, quaeso, Maxime, paulisper recitari sinas, ut sciat frater eius, accusator meus, quam in omnibus Minervae curriculum cum fratre op-

Gud. p. 365. cum Fulvio *animi dispositionem:* quod tamen nec ipsi satis placebat, et nec Appuleianum, nec Latinum est. Mihi, quid scripserit auctor, plane non liquet. Hoc video *disputationem* verum esse non posse, sed sensui egregie auxiliari coniecturam Clar. Lennepii, *cuius Avitus disciplinae rationem:* quam, propterea admisi donec MSS. certiorem praebeant cf. not. seq.

MAGIAE, MALEFICII, CRIMINIS INSECT.] Alterutrum vacat. BRANT. Scriv. uncis inclusit *maleficii*, quam vocem ego quam minime abesse velim: opponitur enim τοῖς *bonum virum*, qualem se ab Avito nominatum praedicat. Latinitatis quoque damnandum *Magiae criminis insectari*, quod scio defendi posse per ellipsin τοῦ ἕνεκα, sed h. l. non placet. Languet enim *criminis* post *Magiae*, *maleficii* mentionem. Neque etiam in hac orationis suae parte de Magiae accusatione agit auctor, sed de eo, quod invasisse Pudentillae domum et compilasse bona eius argueretur. Quare probabile mihi est, τὸ *Magiae* explicationis causa adscriptum fuisse ab eo, qui observasset τὰ *Maleficus* et *Maleficium* saepe, et in hac Apologia, usurpari de Mago et Magia; scripsisse autem Appuleium, *eum tu maleficii criminibus insectabere. Insectari criminibus* ut supra p. 481. de eodem Aemiliano, *calumnia insectari. Insectari criminibus innocentes* ex l. 6. §. 2. ff. *de Offic. praesid.* citat Brisson de V. S. Quia tamen primaria accusatio erat de Magia, eam vocem delere non ausus sum, sed edidi *Magiae et maleficii criminibus.* Litera finalis in *Magiae* absorpsit *et.* Sic etiam, si vera est emendatio *Avitus disciplinae rationem*, optime Magiae mentio ad *disciplinae rationem*, maleficii autem ad τὰ *optimum virum* referatur.

DEBES] MS. Pith. *debuisset*, deleto mox τῷ *doluisset.*

ABSENTI] Ed. Iunt. post. *absente.*

ACTA] A Pontiano errorem suum fatente, et veniam rogante. FLORID. Delet hanc vocem MS. Pith.

QUID POSSES VEL QUAS QUIS] Non me hic extrico. Expedire has tricas videbar posse hac ratione: *quid posses, vel quos quires in isto negotio accusare?* STEWECH. Leg. forte *quisquis.* COLV. quod amplector cum Casaub. et seqq. quia nihil melius suppetit. Si qua fides Excerptis, exstat revera in Florent.

SUPREMUM EIUS IUDICIUM] Vet. edit. *summum ei iud.* COLV. *Supremum* tenent MSS. Florent. et Ed. Iunt. post. cum Colv. et seqq. Sic *supremum iudicium* quoque testamentum vocatur in l. 20. §. 3. ff. *de fam. erc.*

CARTHAGINE] Venet. *Carthaginem.* COLV. Addicente MS. Pith. male.

QUAM IN OMNIBUS MINERVAE CURRICULUM] Discrepant haec, ut ego sentio, ab iis quae de utroque privigno Appuleius et narravit et narraturus est. Pontianus vitricum dominum, magistrum appellabat. Pudens ut magum et maleficum accusabat, ille et Graece et Latine bene doctus: hic tertiatis verbis animi sensa exprimere vix poterat, ille ad magistros frequenter ibat, hic saepius in ganeum, et ludum gladiatorium. Quae de Pudente Appuleius paulo ante recitavit, ea Philippus Beroaldus sic emendare conatus est, *cum fratre optimae memoriae vir occurrat.* Caeterum, meo animo, non potius destinato, si veteres libri iuvarent, legerem, *quam infaustis ominibus Minervae curriculum cum fratre optimae memoriae viro currat.* STEWECH. Scribendum censeo, *quam in omnibus diversum curriculum cum fratre opt. m. v. currat.* CASAUB. Aldus, Florent. et Rom. *in omnibus Minervae curriculum.* Stewech. *quam infaus.*

optimae memoriae viro currat. (*Pontiani literae.*) Audistine vocabula, quae
mihi Pontianus frater tuus tribuerat, me parentem suum, me dominum, me ma-
gistrum, cum saepe alias, tum in extremo tempore vitae vocans? Possem tuas 553.
quoque pares epistolas promere, si vel exiguam moram tanti putarem. Potius
testamentum illud recens tui fratris, quamquam imperfectum, tamen proferri
cuperem, in quo mei officiosissime et honestissime meminit. Quod tamen tes-
tamentum Rufinus neque comparere, neque perfici passus est, pudore perditae
he-

faustis ominibus Minervae curriculum. Elmenh. Melius Casaub. *Q. in. o. diversum c.* Florus de Pompeii filio: *Quam diversus a Patre.* Hegesias apud Rutil. Lupum, de figur. sentent. L. 2. *Diversa studia adolescentium animum adverteramus; uno atque eodem sanguine orti, alter in studio laudis versabatur* etc. *alter in augendâ pecuniâ occupatus, summas divitias summam virtutem existimabat.* Pric. *Quam in omnibus diversum curriculum* etc.] Sic recte Casaubonus. Erat sensu aut nullo, aut certe inepto, atque huic loco minime apposito, *quam in omnibus Minervae curriculum*, etc. Florid. Aliquanto propius MStorum lectionem coniecit Gruter. in Suspic. Ined. *diverse*, quo adverbio utitur noster Met. L. VIII. p. 557. IX. p. 796. Casaubono nemo oblocutus est e seqq. Editoribus, qui eius emendationem fidenter arripuerunt. *Diversum curriculum cum aliquo currere* tamen Latine dici posse non credo. Quod si in omnibus diversum a fratre Pontiano curriculum curreret Pudens, at certe hac in re non, quod *pares* et ille literas scripserat, in quibus nimirum pariter Appuleium parentem suum et dominum et magistrum appellarat. Admissa autem vulgata lectione hoc velle censendus est Appuleius, ex lecta hac epistola posse apparere, quod ad literarum studia, maxime differre Pudentem et fratrem eius Pontianum, quorum hic ab Appuleio propter probabilem dicendi facultatem Lolliano Avito fuerat commendatus, quum ille, *frater Pontiani, diserti iuvenis, vix singulas syllabas fringultire posset:* ut paulo ante ipse audiverat Maximus. vid. infra p. 556. extr. Per ironiam itaque accipienda haec, *quam in omnibus* (i. e. quam prorsus) *Minervae curriculum cum fratre currat*, quam pari studio et diligentia literas tractet. Non diffiteor, contortam quodammodo esse hanc explicationem, et lectionem illam mihi non placere. Contra expressam tamen MStorum et Edd. vett. auctoritatem eam non ausim mutare, licet magis arrideat acuta Cl. Lennepii coniectura: *quam in omnibus minor, vitae curriculum cum fratre* etc. *currat.* Frater illum superabat non tantum aetate, sed etiam disciplina ac moribus. Supra p. 457. *Pontianus et natu maior et moribus melior.* Sicinius Pudens in vitae curriculo quasi certans cum fratre, in omnibus minor reperiebatur. *Minor in certamine* dicitur etiam Horatio I. Ep. 10. vs. 35. quem vide et II. Sat. 3. vs. 302. *Vitae curriculum* habet Cic. pro Rabir. c. ult. et pro Arch. c. 11. Lips. adlevit *impar curric.* vel *innorme c.* Alius V. D. adscripsit marg. *quam iniquum Minervae curr.* i. e. inaequale. MSS. nihil variant, praeter Pith. in quo pro *minervae* est *minuere.*

Viro currat] Bas. 2. marg. *vir occurrat.* Colv. In lapide Locus ad statuam ponendam optimae memoriae viro etc. Fuit qui legendum suspicaretur, *Cum frater optimae memoriae vir occurrat.* O mirum acumen! O solertiam, quae ostreas posset vel in tegulis proseminare. Pric. Ed. Iunt. post. cum marg. Bas. sec. *vir occurrat.* MS. Pith. *vir oc currat.*

Possem t. q. pares] MS. Pith. *postquam t. q. patris.* Dein id. MS. *q. imperfectum cum proferri cupere.*

Comperari] Scripserim cum Lipsio, *comparere.* Colv. Lego, *compleri.* Casaub. Quid est *comperari?* an ut litterarum comparationes dicimus in iure nostro, quum scriptura incerta cum alia comparatur, ut manus agnosci possit, et convinci? minime. Sed *comparari* est, formari et concipi, praepararique. Sic *comparationem* dixit Tertullianus, annotante B. Rhenano, libr. adv. Valentinianos. Scip. Gent. Legebam primo vel intuitu *comparere.* Post ita et Colvium scripsisse vidi, Lipsio praeeunte. Casaub. *compleri*, quod non placet: sequitur enim *perfici.* Scipio, *comparari*, h. e. *concipi*, *formari.* Pric. *Comparari* non est emendatio Scipionis Gent. sed lectio Edd. vett. Vic. utique, Iunt. utr. Bas. Ald. *Comperari*, quod exstat in una alteraque Ed. vetustissima, itemque Colv. Vulc. pr. Gent. Pric. et MS. Pith. nihili est. Lipsii emendationem adoptavit primus Scal. et dein reliqui. Sensus sane requirit *comparere*, quod amplector, quia e MSS. Florent. nihil enotatum est, unde colligere debeo, in iis revera esse *comparere.*

Neque perfici passus etiam pud.] Qui me audiet, voce distracta, interpunget: *neque perf. passus est, tam pud.* etc. Stewech. *Passus est* recte editum in Edd. Iunt. pr. Bas. sec. seqq.

Ffff Uti-

hereditatis: quam paucorum mensium, quibus socer Pontiani fuit, magno quidem pretio noctium computarat. Praeterea nescio quos Chaldaeos consuluerat, quo lucro filiam collocaret. Qui, ut audio, utinam illud non vere respondissent, primum eius maritum in paucis mensibus moriturum. Cetera enim de hereditate, ut adsolent, ad consulentis votum confinxerunt. Verum, ut Dii voluere, quasi caeca bestia, incassum hiavit. Pontianus enim filiam Rufini, male compertam, non modo heredem non reliquit, sed ne honesto quidem legato
554. impertivit: quippe qui ei ad ignominiam lintea adscribi ducentorum fere denariorum iusserit, ut intelligeretur iratus potius extraneasse eam, quam oblitus

prae-

Utinam illud non vere respondissent] Legend. *responderunt*, et priora *παρενθέτως* concipienda. Pric. Bene, si e MSS. esset petitum. Nunc acquiescendum in vulgato. *Ut audio*, scil. eos respondisse. Possit etiam e seqq. eiici *enim*, ut continuetur periodus inde a *Qui*, *ut audio*, usque ad *confinxerunt*.

Ut Dii voluere] Hinc probemus, Plauti Mil. *Ubi sumus provecti in altum, id quod Dii volunt, cupiunt praedones navem illam, ubi vectus fui.* recte emendatum eidem Lipsio nostro. Colv.

Male compertam] Scribendum censeo, *mali compertam.* ut loquuntur optimi auctores. Casaub. Forte *maleficii compertam.* Wower. *Male* Florent. Alii, *mali.* Elmenh. Ne dubites verius scribi *mali comp.* et Miles. I. [p. 23.] *Veri comperta*, ubi vulgo *vera.* Livius L. VII. *Probri compertus.* Tacit. Annal. I et 4. *Flagitii compertum.* Iustinus XI, XI. *Stupri compertam.* Miles. X. [p. 694.] Noster: *Noxae compertum.* Pric, L. I. Met. p. 23. nunc legitur *vera compertu.* Florid. *male compertam* interpretatur, *quum cognovisset filiam Rufini male se gerere:* quod lectio illa significare non potest. Casauboni emendationem amplexi sunt Scal. et Wow. invitis MSS. *Male compertam* dici puto filiam Rufini, quae suo se damno reddiderat compertam, i. e. penitus cognitam marito: quia hic eam cognitam exheredavit. Sic *male emtum* dicitur, quod in damnum emtoris emtum est.

Reliquit] MS. Pith. *relinquit.*

Quippe qui ei ad ignom.] Quasi mendico, qui lectulo careret, et vili supellectile. Ita Homerus Odyss. γ. Ὥς τε τευ ἢ παρὰ πάμπαν ἀνειμονος ἠὲ πενιχροῦ. Ὧ οὔτε χλαῖναι δὲ ῥήγεα πόλλ' ἐνὶ οἴκῳ, Οὔτ' αὐτῷ μαλακῶς, οὔτε ξείνοισιν ἐνεύδειν. Alias linteis amiciri, ornare digitos annulis pro luxuriae nota Hieronymus ponit epistolâ XLVII. Et mox: *inter sericum et linteamina videris fulgidus et formosus.* Ibidem: *Inter lascivas puellas, linteatosque iuvenes.* Scip. Gent. Edecumatior locus hic est quam ut praecurri debeat: nil tamen toti interpretes, Gentile misso: cuius etiam expositio eiusmodi est, ut et facile eam abesse patiamur. Putat Pontiani uxorem ita egenam fuisse, ut vel lecto destitueretur, adeoque in hunc usum *lintea* legata ei. At hoc fuisset pietatis, non contumeliae; adde, si is sensus sit, fore otiosa ea, *mali compertam*, ex quibus loci sententia proculdubio pendet. Latet heic aliquid reconditius, cuius umbram fortasse deprehendemus, si *lintea* non ad lectum, sed ad amictum retulerimus; hoc est, ad *pallium lineum*, quo impudicae matronae tegebantur. Isidor. Origin. Lib. 19. c. 25. *Amiculum est meretricum pallium lineum: his apud Veteres Matronae in adulterio deprehensae induebantur.* Alluximus, quantum potuit, facem ex scriptore, cuius etsi non magnopere existimamus testimonio innitendum, penuria illorum tamen quorum pondus et authoritatem agnoscimus, putamus reiici eum non posse citra imperitum fastidium. Pric. Pricaeus latere hic putat aliquid reconditius, Pontianum nempe lintea legasse suae uxori, quam mali comperisset, ad pallium lineum sibi faciendum, quo genere amiculi impudicae matronae tegebantur. Ideoque ad ignominiam ait legata illa lintea. At quidquid de illa veterum consuetudine sit, nihil ad hunc locum pertinere puto. Frustra tamen remote quaeritur ratio, cur legatum hoc ignominiosum sit, subiungit eam Apuleius. Non quod lintea legasset, ignominiae futurum erat, sed quod tam vilis pretii legato, uxoris meminisset, quo fiebat ut eam potius ex odio exhaeredasse videretur, (quod ignominiosum) quam ex oblivione praeterisse. Florid. Unice vera explicatio Floridi.

Externasse] Reponendum putamus, *exterminasse*, id est, exheredasse, e testamento eiecisse. Colv. Proba et sincera lectio, non *exterminanda*, ut reponunt quidam. *Externare* valet, pro externo habere. Sic dictum ut apud Paulum Apostolum ξένοι τῶν διαθηκῶν, et ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας. Ita loquitur et Appianus quarto De bellis Civilibus, Ἡμεῖς δὲ

ξέ-

praeterisse. Scripsit autem heredes tam hoc testamento, quam priore, quod lectum est, matrem cum fratre. cui, ut vides, admodum puero eandem illam filiae suae machinam Rufinus admovet, ac mulierem aliquam multo natu maiorem, nuperrime uxorem fratris, misero puero obiicit et obsternit. At ille puellae meretricis blandimentis, et lenonis patris illectamentis captus et possessus, exinde ut frater eius animam edidit, relicta matre, ad patruum commigravit, quo facilius remotis nobis coepta perficerentur. Favet enim Rufino Aemilianus, et proventum cupit. Ehem! recte vos admonetis, etiam suam spem bonus patruus temperat in isto, ac fovet, qui sciat, intestati pueri legitimum 555.
magis, quam iustum heredem futurum. Nollem hercule hoc a me profectum.
Non

ξένοι καὶ ἀλλότριοι τῶν συνθήκων ὄντες, πολεμήσομεν. Casaub. *Extraneasse*] Ita Florent. et Basil. 1. alii, *externasse*. Elmenh. *Externasse* tenent Edd. usque ad Elmenh. cum MS. Pith. De quo verbo, et de confusione cum *exterminare* vide ad Met. L. III. p. 214, b. Add. Pacat. Paneg. c. 19. *animos nostros proinde laetitia ac dolor* externat. Sed in MSS. Florent. legitur *extraneasse*, quod doctius est, quam ut librario tribui posse videatur. Est enim *extraneus heres* propria in Iure locutio, de qua vide Heins. ad Brisson. de V. S. in v. *extraneus*. Quapropter, auctoritate Florent. MSS. cum Elm. Scriv. Flor. rescribo *extraneasse*.

Cui ut] MS. Pith. *cuius*.

Eandem — Rufinus] Corruptissime in prioribus Edd. *tandem illam filiae suae mach. Rufino admovet*. Casaub. *tandem ill. f. s. machinam Rufinus admovet* V. C. Mox Fulv. *tacitas hominum suspiciones*. Et proxime: *plane quidem, si verum velis*. Sciopp. *in Symb*. Leg. *eandem ill. f. s. m. Rufinus admovet*. Pontiano, Pudentillae filio, filiam suam Rufinus uxorem dederat, spe magna maximae hereditatis. Eo mortuo eandem filiam Sicinio Pudenti, huius ipsius fratri, eadem spe et voto cogitabat iungere, idque omnibus viribus et machinamentis operam dabat. Filiam autem ipsam hic *machinam* Apuleius vocat, quia eius meretriciis blandimentis animum pueri ut antea et Pontiani Rufinus expugnaret. Ad finem, utrum *obsternit*, an *substernit* legas, cicum non interduim. Ne nimium sibi placeant, qui integris locis vitiosis eorum particulam aliquantulam sanant. Acidal. Firmant emendatam lectionem MSS. Florent. et *Rufinus* etiam Pith.

Alioqui] Flor. *aliquam*. Elmenh. Membranis Florent. addicit MS. Pith. et, ut videtur, Fux. nam margini adlevit Salm. Itaque dedi *aliquam* pro vulgato *alioqui*, iubente Oudend. ad Met. L. I. p. 74, b. ubi v.

Obiicit et obsternit] Lego, *obiicit et substernit*. Modius. Placeret magis, id quod etiam doctissimum Modium nostrum velle video, *substernit*. Tertull. de Spectac. *Quibus viles animas feminae aut illi etiam corpora sua substernunt*. Colv. *Obsternere* est ob oculos sternere. Cur malint quidam *substernit*, nulla ratio legitima afferri potest. Scribo deinde, *At ille puellae meretriciis blandimentis, et lenoniis patris illect*. Casaub. Elegantius mihi dici videtur *obsternit*, et *ἐμφατικώτερον* praecedente verbo, *Obiicit*. Sonum enim illum captavit. Scip. Gent. *Obiicit*] An *oggerit?* Supra, *Quicquid Manium* etc. *oculis tuis oggerat*, et in Floridis L. 3. *oggerere se praesidibus*. Pro *obsternit* Modius et Colvius inepte, *substernit*. Pric. Defendit vulgatam lectionem Heins. ad Ovid. Met. L. III. vs. 575. etsi ad *τὸ* *substernere* invitare ait Sueton. Aug. c. 68. *pudicitiam suam alteri substernere*. Verbum *obsternere* agnoscunt quidam apud Amm. Marc. XIX. c. 2. sed alio quodam sensu: *humum corporibus obsternebant*, ubi tamen in novissima Ed. Wagneri *obstruebant*, licet *obsternebant* non improbet Burm. ad Ovid. l. c. An alibi legatur verbum *obsternere* me latet. Sed analogice id fingere potuit App. ad normam *τοῦ* *obiicit:* quare sequor MSS. et Edd.

Puellae meretriciis — lenoniis patris] Flor, *lenonis*. Elmenh. Ita, non *lenonis*. Pentadius vet. poëta: *Se narcissus amat captum lenonibus undis*. Pric. Casaubono, legenti *meretriciis — lenoniis*, item Salmas. et alii V. D. in marg. Iunt. post. obsecuti sunt Pric. Scriv. Flor. Cur autem Scal. in Vulc. sec. tert. Wow. et Elm. dederint *meretricis — lenoniis*, causae nihil video. Equidem praefero Editionum vett. et MSS. lectionem *meretricis — lenonis*. Id. V. D. in marg. Iunt. post. insuper emendandam putabat *puellus*, me non adsentiente.

Remotis nobis] MS. Pith. *rem omnibus nobis*.

Et proventum cupit] Elegans is sermo, nec mirum, quia Plautinus: apud quem eundem reperias bis terve in una Truculento: atqui bene profecisse, recte provenisse dicuntur, qui re, vel liberis aucti: in malam quoque partem sumi Nonius ostendit. Apuleius lib. 10.

de

Non fuit meae moderationis, tacitas omnium suspiciones palam abrumpere. male vos, qui suggessistis. Plane quidem, si verum velis, multi mirantur, Aemiliane, tam repentinam circa puerum istum pietatem tuam, postquam frater eius Pontianus est mortuus: quum antea tam ignotus illi fueris, ut saepe ne in occursu quidem filium fratris tui de facie agnosceres. At nunc adeo patientem te ei praebes, itaque eum indulgentia corrumpis, adeo ei nulla re adversaris, ut per haec suspicionibus fidem facias. Investem a nobis accepisti, vesticipem illico reddidisti. Quum a nobis regeretur, ad magistros itabat: ab iis nunc
556. magna fugela in ganeum fugit: amicos serios adspernatur; cum adolescentulis postremissimis inter scorta et pocula puer hoc aevi convivium agitat. Ipse domi tuae rector, ipse familiae dominus, ipse magister convivio. In ludo quoque

de Asino: *at ille nequam ut posset de me suave provenire, lucro suo tantum contentus annuit.* STEWECH. De voce *Proventus.* Vid. ad Met. L. IV. p. 275, b. et ad L. X. p. 728, b. Pro *ehem.* MS. Pith. *Hem.* Pro *in isto* Edd. Vulc. sec. tert. et Wow. *in illo.*

TACITAS OMNIUM] Fulvius, *hominum suspic.* recte. *Abrumpere* autem h. l. positum videtur, pro aperire, et in apertum propellere occultas suspiciones de Aemiliano. SCIP. GENT. Efficacius est *omnium*, quod non mutandum.

SI PUERUM VELIS] Potius, *si puero.* COLV. *si verum velis*] Legebatur, *si puerum velis.* Sustulimus exuberantem literam; certiore, opinor, coniectura, quam alii quibus visum, *si puero velis.* A nobis stat sententia quae illam emendationem respuit: et similes loci, qui nostram confirmant: supra, *Imo enim si audire verum velis Aemiliane, tu potuis caducus.* item, *Imo si verum velis, uxor ad proiem multo auspicatius in villa, quam in oppido ducitur.* CASAUB. Verissime emendavit Casaub. succinentibus MSS. Florent. *Puero* coniectura est Lipsii in marg. Bas. pr.

CIRCA P. I. PIET. TUAM] MS. Pith. *circum p. i. tuam piet.*

SAEPE NE OCC. Q. FIL. FR.] Flor. *saepe ne in occ. q. f. f. tui.* bene. ELMENH. Abest nimirum *in* Ed. Iunt. post. *tui* Bas. pr. Cas. Gent. Pric. utraque vocula Bas. sec. Vulc. tert. Colv. Wow. Sed recte utramque agnoscunt reliquae Edd. et MSS. Pro *occursu* Pith. *occursum.*

PATIENTEM] Est qui legat, *parentem.* COLV. Quis ille sit, nescio. Certe nemo eum audiet. Pro *nunc* Bas. pr. *tunc.* Pro *eum indulg.* Edd. Vic. Iunt pr. Ald. Bas. pr. *cum indulg.*

SUSPICIONIBUS] Ed. Iunt. post. *suspicacioribus*, praeclare, si vel unus MS. addiceret. Supra tamen *tacitas omnium suspiciones* memoravit.

INVESTEM A NOBIS ACC.] *Investis*, proprie, cui nondum vestitur pudor, ut loquitur Tertullianus, tamen aliter Glossarum auctor: Investis, ἄφθορος. recte: nam quod in femina virgo, id in mare investis. Tertull. de virginibus velandis, *Materfamiliae vocatur licet virgo, et paterfamiliae licet investis:* Ibidem, *si virgo mulier non est, nec vir investis est.* Est igitur investis qui Graece ἤϊθεος: quo sensu veteres Latini etiam pueros virgines vocarunt, ut notat Nonius: et in patrum scriptis frequenter. Sic et παρθένος accipitur interdum pro ἤϊθεος: ut Apocalypseos cap. XIIII. Contrarium est *vesticeps*, ὁ ἐφθαρμένος καὶ τῶν ἀφροδισίων πεῖραν ἔχων. CASAUB. Videatur Scip. Gentilis Commentarius.

AD MAGISTROS IBAT: AT AB IIS] Sic vulgo editum. Sed Salm. adlevit *ad mag. itabat: ab iis* etc. credo, e MS. Fux. nam certe *itabat* est in Pith. Cod. in quo tamen *at* repetitum. *Itare*, verbum Plautinum, quod nec Cicero est adspernatus, restituendum putavi, deleto *at.*

FUGELA] Non est in MS. Pith.

IN CONVIVIO AGITAT] Dele *in convivio.* Superflua enim esse sequentia ostendunt. WOWER. Flor. Rom. et Aldus *convivium agitat.* ELMENH. Eiecerunt *in convivio* Scal. et Wow. quae adsunt tamen in Edd. vett. Sed in MSS. Florent. et Pith. cum Ed. Rom. est *convivium*, uti edidere Elm. Scriv. Flor. quod unice verum. *Agitare convivium* dixerunt Plaut. Mil. Gl. II, 2, 10. Sil. It. XV. vs. 273. Ovid. Met. VII. vs. 431. ubi vid. Burm. et *agitare dies festos* Virg. Georg. II. vs. 527. Vulc. pro *in convivio* coniecit *inconcinne*, putans tamen esse glossema τῶν *inter pocula.*

MAGISTER IN CONVIVIO] Ita vulgatae Edd. Sed MS. Pith. et Ed. Iunt. post. carent praepositione. Bene. Paribus membris constat oratio, et sic statim seq. *in* non ingratum est auribus. Intrusum est *in* ab iis qui elegantiam non capiebant locutionis *magister convivio*, cuius tamen similes apud optimum quemque auctorem invenias. Cic. Catil. II, 5, extr. *huic bello ducem.* Familiaris hic modus loquendi Septim. de B. Troi. ex. gr. II, 32. *dux Troianis.* cf. et 42. ibid. c. 46. *custos castris.* III, 10. *Imperator*

que gladiatorio frequens visitur, nomina gladiatorum et pugnas et vulnera, pla-
ne quidem ut puer, honeste, ab ipso lanista docetur. Loquitur nunquam, nisi
Punice, et si quid adhuc a matre Graecissat. Latine enim neque vult, neque
potest. Audisti, Maxime, paulo ante, proh nefas! privignum meum, fratrem
Pontiani, diserti iuvenis, vix singulas syllabas fringultientem, quum ab eo quae- 557.
reres, donassetne illis mater, quae ego dicebam me adnitente donata. Testor
igitur te, Claudi Maxime, vosque, qui in consilio estis, vosque etiam, qui
tribunal mecum adsistitis, haec damna et dedecora morum eius patruo huic,
et candidato illi socero adsignanda: meque posthac boni consulturum, quod talis
privignus curae meae iugum cervice excusserit; neque postea pro eo matri eius
supplicaturum. Nam, quod paenissime oblitus sum, nuperrime quum testamen-
tum Pudentilla post mortem Pontiani filii sui, in mala valetudine scripserit, diu
sum adversus illam renisus, ne hunc ob tot insignes contumelias, ob tot iniu-
rias exheredaret. Elogium gravissimum iam totum medius fidius perscriptum,
ut

tor Echinadibus. Spart. Hadr. c. 4. *quem Parthis regem fecerat.*

In ludo quoque glad.] In hac periodo non pauca fuerant depravata, in hunc modum, *in ludo q. g. frequens visitor, nomina g. et p. et v. plane quidem, ut puer honeste ab ipso l. d.* Porro ex hoc loco apparet, in ludo gladiatorio lanistam nonnisi honestiores docuisse per se: reliquos autem per alios, quorum opera ipse vice ὑποδιδασκάλων utebatur: sic fieri amat in aliis quoque ludis. Casaub.

Visitur] Edd. vett. MSS. Florent. Pith. *visitor.*

Ut puer, honeste] Num rectius, *moleste?* Certe maiori cum molestia pueri, quam illi qui maiores aetate, docentur. Colv. Neque Colvium, audiendum puto, neque Casaubonum, quo praeeunte, seqq. O. dederunt *honestus.* Nam repugnant MSS. et Edd. vett. neque est necessarium. Pueri literis et disciplinis *honeste* imbuuntur. Noster Flor. n. 16. prope fin. *Iura amicitiae a commilitio studiorum eisdem magistris inchoata* honeste. Iam vero Pudens, nomina gladiatorum, ut rem honestam, *honeste* docetur. *Plane quidem ut puer*, i. e. quum inter pocula minime se puerum praestet, in hoc *quidem plane ut puer* tractatur, quod docetur. At vero quid docetur? nomina gladiatorum et pugnas et vulnera. Mordax est ironia in τῷ *honeste.* Est qui legat *honeste ut ab ipso l.*

Adhuc a matre] MS. Pith. *adhuc matre adhuc.*

Latine enim neque vult] Titinnius apud Festum: *Osce et Volsce fabulantur, nam Latine nesciunt.* Pric. Nulla igitur causa est, cur rescribamus cum Vulc. Ed. pr. Casaub. et Gent. *Latina*, aut addamus *loqui*, quod e glossa irrepsit in Ed. Iunt. post. ubi editum *Enim Latine*, si MSS. addicerent, bene.

Fringultientem] Claud. Mamercus loco superius adhibito: *interque ructandum quasdam sugillatim voculas fringultientem*, male vulgo *unculas*, fuitque cum *quasdam sugillatiunculas*, inde facerem. Sidon. Apollin. lib. 8. ep. 9. *Presbyterorum sane paucis angulatim fringultientibus, porro autem palam ne mussantibus quidem.* Brant. add. Pricaeus.

Me adiuvante donata] Non aeque bene posterior Bas. Ed. *me adnitente donata.* Infra: *Qui ibi contumelias dixit, et, adiuvante patruo, fecit.* Colv. *Adnitente* e MSS. Florent. dedit Elm. cum seqq. sed iam ante eum expressum hoc erat in optima Iunt. post. et hinc in marg. Bas. sec. *Adiuvante* videtur potius glossa τοῦ *adnitente*, quam contra. Pro *donata* MS. Pith. *donate.*

Illi] MS. Pith. *illo*, ἀρχαϊκῶς.

Boni consulturum] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *nil boni cons.* addicente MS. Pith. Videtur illud *nil* originem habere, a nota glossatoris, qui *boni consulere* explicuerat, *nil curare, pro nihilo habere.*

Privignus] Flor. *privigni.* Elmenh.

Pudentilla — scripserit] MS. Pith. *Pudentille*, et cum Ed. Vic. *scripsit.*

Elogium] Quo rationem reddebat exhaeredationis. *Elogium* enim testimonium est, sive bonum, sive malum. Utriusque exempla libet afferre: boni: apud Senecam: *decessit negotiator. testamento omnium bonorum suorum reliquit formosam uxorem haeredem et adiecit elogium: quia pudicam comperi.* mali: Quinctilianus: *exhaeredati filii elogium: quod meretricem amarit.* Florid. add. Pricaeus.

ut aboleret, impensis precibus oravi. Postremo ni impetrarem, diversurum me
ab ea comminatus sum. mihi hanc veniam tribueret: malum filium beneficio vin-
ceret: me invidia omni liberaret. Nec prius destiti, quam ita fecit. Doleo,
558. me huncce scrupulum Aemiliano demsisse: tam inopinatam semitam indicasse.
Specta quaeso, Maxime, ut hisce auditis, subito obstupuerit. ut oculos ad ter-
ras demiserit. enim longe sequius ratus fuerat, nec immerito. Mulierem filii
contumeliis infestam, meis officiis devinctam sciebat. De me quoque fuit, quod
timeret. Quivis vel aeque, ut ego, spernens hereditatis, tamen vindicari de
tam inofficioso privigno non recusasset. Haec praecipue sollicitudo eos ad ac-
cusationem mei stimulavit. Hereditatem omnem mihi relictam falso ex sua ava-
ritia coniectavere. Solvo vos in praeteritum isto metu. Namque animum meum
neque hereditatis, neque ultionis occasio potuit loco dimovere. Pugnavi cum
irata matre, pro privigno malo vitricus, veluti pater pro optimo filio adversus
novercam. nec satis fuit, ni bonae uxoris prolixam liberalitatem circa me nimio
plus

Iam tum med. fid.] Flor. *iam totum.* Elmenh. Bene. nam perperam Scal. et inde Elm. ac Scriv. dederunt *iam tum.*

Diversurum] Flor. *divisurum.* Elmenh. Vulc. adscripsit *divorsurum.*

Veniam tribueret] Venia, non est γνώμη, sed χάρις. Sic apud Ciceronem saepissime. Casaub.

Beneficio vinceret] Liber vetus, *vinciret.* Nihil muto. Sallustius: *Iugurtham beneficiis vincere aggressus.* Wower.

Me huncce scrupulum] MS. Pith. *meo huncse scr.* Ed. Iunt. post. *me hunc sce scr.* Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *me hunc sic scr.*

Inopinatam semitam] Agnoscunt hanc lectionem Edd. vett. tantum non omnes, et MSS. Florent. quare eam nondum muto: ceterum de eius veritate iam dubitarunt Lips. et V. D. in marg. Iunt. post. quorum ille, nescio quomodo, hic, *inop. sententiam* vel *rem* legi volebat. Ed. Iunt. post. cum MS. Pith. consentit in *inopinatam semet*, unde equidem legendum puto: *inopinatam rem ei.*

Ad terras] Mutare contra MSS. non debuerant Scriv. et Flor. in *ad terram.* Saepius *terrae* plur. num. apud nostrum, de toto elemento. cf. ad L. de Mundo p. 298, a. et add. ib. p. 322. de Deo Socr. p. 127, 143 et alibi.

Enim longe] Ita Rom. Edit. *Enim* initio sententiae, ut apud Terentium, et alios veteres non raro. Casaub. Sic MSS. et Edd. vett. Ordinem perperam mutarunt Colv. et seqq. ut saepe. v. Ind.

Sequius] Sic MS. Pith. Ed. Iunt. post. cum Scriv. Vide ad Met. L. IX. p. 649, b.

Contumeliis infectam] Scrib. *infestam*, ut ex antithesi colligitur *devinctam.* Casaub. Ego eleganter dici puto *infectam*, pro, adfectam. Sic inspersam et adspersam, similiaque multa dicimus. Potest et *infectam* Lucius dixisse, quasi infectam odio atque imbutam. Scip. Gent. *in Append.* Scipio *infectam* exponit, *odio imbutam*, aut potius positum putat pro *affectam*; ut *inspersum* pro *aspersum*, et alia eiusmodi. Multo concinnius Casaub. *infestam.* Ego *offensam* scribebam, quia opponit *devinctam.* Infra intervallo brevi hac eadem Antithesi: *Filium potius cui offensa erat, quam me cui devincta.* Si hoc placuerit minus, lege *infestam* sensu passivo. V. Gellium 12. 9. Pric. *Infici contumeliis* mihi non omnino displicet, ut *omni contumelia inquinare* Phaedr. I, 2, 24. licet ibi dictum magis sit, pro, *contumeliose inquinare.* Interim sequor Scaligerum et seqq. qui emendationem Lipsii, Casaub. et Salmasii adoptarunt. MS. Pith. *devictam*, precibus nempe. Sed bene sibi opponuntur *infestam* et *devinctam.*

Quis enim — privigno recusasset] Marg. Bas. II. *Quivis enim — priv. non recusasset.* Colv. Flor. *pr. non recusasset.* Elmenh. *Quis enim* etc. — *vindicari de tam inoff. priv. recusasset*] Sic vulgatum ante me, praeterquam in Ed. Iunt. post. cuius lectionem revocavi. *Quivis* (in Iunt. post. est *quis vis*) est quoque in MS. Pith. qui praebet etiam τὸ *non*, in quo adsentientes habet MSS. Florent. *Non* absorptum fuerat ultima syllaba τοῦ *privigno*; iam autem *quivis* stare non poterat, quod mutatum propterea in *quis enim.*

Solvo vos] Scripserim *solvi vos.* Pric. Non ego. *Solvo*, ipso hoc tempore, profitendo, Pudentillam meis precibus exoratam, filium suum heredem scripsisse. *In praeteritum* i. e. quod ad tempus praeteritum attinet, nam infra testatur App. se *deinceps incuriosius habiturum*, *quid Pudentilla testamento suo scribat.*

Namque] MS. Pith. *nam.* Pro *dimov.* Ed. Vic. *dem.*

Ni-

plus aequo coercerem. Cedo tu testamentum, iam inimico filio a matre factum: me, quem isti praedonem dicunt, verba singula cum precibus praeeunte. Rumpi tabulas istas iube, Maxime, invenies filium heredem: mihi vero tenue nescio quid honoris gratia legatum; ne, si quid ei humanitus attigisset, nomen maritus in uxoris tabulis non haberem. Cape istud matris tuae testamentum, vere hoc quidem inofficiosum. Quidni? in quo obsequentissimum mari- 559.
tum exheredavit, inimicissimum filium scripsit heredem: immo enimvero non filium, sed Aemiliani spes, et Rufini nuptias: sed temulentum illud collegium, parasitos tuos. Accipe, inquam, filiorum optime, et positis paulisper epistolis amatoriis matris, lege potius testamentum si quid quasi insana scripsit, hic reperies, et quidem mox a principio: *Sicinius Pudens filius meus mihi heres esto.* Fateor, qui hoc legerit, insanam putabit. Hiccine filius heres, qui te in

NIMIO PLUS AEQUO] Suspicatus sum aliquando τὰ *plus aequo* esse notam glossatoris, qui explicare voluisset *nimio:* sed qui tum male explicuisset. Nam si *plus aequo* non sunt ab auctore profecta, *nimio* ille adhibuit pro *quam maxime*, ut saepe *nimis*, *nimius*, *nimio* et *nimium* apud Appul. et eius aetatis auctores. Putabat id quoque Scriv. qui uncis inclusit *plus aequo.* Nunc vero omnino placet mihi vulgata lectio. Non aequum sane fuit, marito non nisi tenue legatum tribui, atque adeo *nimio plus aequo* Appuleius uxoris suae liberalitatem circa se coërcuit.

DICUNT] Perperam Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *dicerent.*

PRAEEUNTE] MS. Pith. *praeeuntem.*

SI QUID EI HUM. ATTIGISSET] Alterutrum puto scripsisse Appuleium, *accidisset* vel *contigisset.* CASAUB. Formulam hanc vide in notis ad Velleium Schechii p. 201. Nec forte mutandum hic *obtig.* Mutare enim inter se praeposit. *ad* et *ob* ex multis auctorum locis clarum. Sic de Deo Socr. *Obtestari* pro *attestari*, ut et Tacit. III. Hist. *aut suis moriturum obtestans*, et IV. Hist. *obtestante vocula.* Vellei. *obniti* pro *adniti.* p. 9. *Acclamare* pro *occlam.* p. 22. Item Seneca Ep. 47. *Adiiciet* pro *obiiciet.* Auson. p. 256. in Grat. Act. Petronius *adumbratae* pro *obumb.* p. 56. *Alligare* pro *oblig.* Val. Max. L. VI. c. 2. *Fascia crus alligatum* (vet. *colligatum*) *habenti*, ubi leges *obligatum.* Sic *ad libidinem* pro *ob lib.* noster, *ad honorem* pro *ob h.* Flor. II. item p. 126. Colv. *ob iter* p. 103. Sic Terentius Adelph. Sc. *Obsecro populares: Ob malefacta haec*, i. e. ad haec s. praeter illa, quae ante enumeravit. ACIDAL. *s. q. ei hum. accidisset*] Fulvius. Idemque mox: *Cape istud, ut matris tuae testamentum.* Statim malim: *Sed Rufini nuptias, sed temulentum illud collegium parasitorum.* SCIOPP. *in Symb.* Flor. et Rom. *attigisset.* ELMENH. Quidam pro *obtigisset* positum putavit, ut *obtestari* pro *attestari.* Casaubonus alterutrum scribi vult, *attigisset* vel *contigisset.* Ego nil muto. Glossae: *Attingit* (fors *attigit*) συνεχώρησεν. neque turbet Syntaxis *attingere alicui*; Archaismus est, ut *attingere ab aliquo*, quod memini Plautum bis ponere in Bacchid. PRIC. *Accidissit* edidit Scal. Si quid mutandum, malim, vel, *obtigisset*, quod adlevit quoque Burm. vel, *eam attigisset* cum Edd. Elm. Scriv. Flor. Est sane rarissima loquendi forma *si quid ei attigisset:* quam tamen sine ulla auctoritate nondum mutandam puto. Rarissima est quoque loquendi forma *Sors Tyrrhenum contigit* apud Vellei. I, 1. ubi cf. Ruhnken. quae non minus facile in usitatiorem formam *sors Tyrrheno contigit* posset mutari. MS. Pith. *ne quis ei h. att.*

CAPE ISTUD M. T. TEST.] Vulg. lib. *cape ista ut m. t.* CASAUB. Casauboni emendationem expresserunt seqq. MSS. Pith. Fulv. et Edd. vett. *cape ista ut m. t. t.* Pro *vere* MS. Pith. *verum.*

OBSEQUENTISSIMUM] Sic in veteri lapide: D. M. AEMILIO. VALERIO CHORINTO. HOMINI. BONO QUI VIXIT ANN. XL. DEFUNCTO HONORIBUS AEDILICIIS ANTONIA TORTONIA MARITO OBSEQUENTISSIMO B. M. F. CASAUB. Sic saepe in antiquis inscriptionibus Gruteri fol. 359, 778, 790, 821. Aldus de Orthographia pag. 86. IULIUS APOLLONIUS SIBI ET ATTIAE VALERIAE OBSEQUENTISSIMAE C. ELMENH. Add. Pric.

LEGE POTIUS] MS. Pith. *potius legis.* Pro *insana* Ed. Vulc. sec. *insania.*

INSANAM PUTABIT] Male in vulgatis *insanum.* Simili errore paullo post in iisdem, *relictum* pro *relictam.* Ipsam Pudentillam compellat. CASAUB. Lege *insanam*, et deinceps *coheredem relictam.* De Pudentilla enim matre capies. ACIDAL. Cum Edd. ante Casaubon. et Vulcan. facit MS. Pith. Sed *insanam* praebere videntur Florentini.

De-

in ipso fratris sui funere, advocata perditissimorum iuvenum manu, voluit excludere e domo, quam ipsa donaveras? qui te sibi a fratre coheredem relictam, graviter et acerbe tulit? qui confestim te cum tuo luctu et moerore deseruit, et ad Rufinum et Aemilianum de sinu tuo aufugit? qui tibi plurimas postea contumelias dixit coram, et adiuvante patruo fecit? qui nomen tuum pro tribunalibus ventilavit? qui pudorem tuum tuismet literis conatus est publice dedecorare? qui maritum tuum, quem elegeras, quem, ut ipse obiiciebat, efflictim amabas, capitis accusavit? Aperi, quaeso, bone puer, aperi testamentum: facilius insaniam matris sic probabis. Quid abnuis? quid recusas? postquam sollicitudinem de hereditate materna repulisti? At ego hasce tabulas, Maxime, hic ibidem pro pedibus tuis adiicio: testorque, me deinceps incuriosius habiturum, quid Pudentilla testamento suo scribat. Ipse iam, ut libet, matrem suam de cetero exoret. mihi, ut ultra pro eo deprecer, locum non reliquit. Ipse iam, ut sui potens ac vir, acerbissimas literas matri dictet, iram eius deliniat. qui

DONAVERAS] MS. Pith. *donaverat.* Non intellexerunt librarii, ad ipsam Pudentillam quasi, se vertere oratorem, licet ipsa in iudicio non adesset. Hinc quaedam hic corrupta sunt.

RELICTAM] MSS. Florent. Pith. Edd. vett. *relictum.*

QUI IBI PLURIMAS] Germana scriptura, *qui tibi* ac non multo inferius: *hasce tabulas Maxime, hic ibidem pro pedib. tuis abiicio.* in aliis est, *adiicio.* proinde antehac non animadversum, quaestorem publicum diversimode eadem hac pagina nuncupari Corvinum Celerem, et Corvinum Clementem. Quod monere debuerant, qui paulo post in maleficio, pro *carminibus*, substitui volebant *cantaminibus.* immemores forte istius Virgiliani quarto Aeneid. *Haec se carminibus promittunt solvere mentes.* Item aliorum eiusd. poëtae Ecloga 8. et alibi. STEWECH. Certum scribi debere, *Qui tibi.* COLV. *Qui ibi* dant Edd. vett. Colv. Vulc. Elm. Scriv. et favent ei lectioni MSS. Florent. Pith. In reliquis *qui tibi*: quod magis placet. *Qui* te *voluit excludere; qui* te *acerbe tulit; qui* te *deseruit; qui* tibi *contumelias dixit; qui nomen* tuum *pro trib. vent. qui pudorem* tuum *conatus est dedecorare; qui maritum* tuum *capitis accusavit.*

PRO TRIBUNALIBUS VENTIL.] V. D. in marg. Iunt. post. *pro tribunali subvent.* vel *pro tribunali bis ventil.* Acquiescendum in vulgato.

QUEM ELEGERAS] Omissa haec in Vulc. tert. MS. Pith. *accusabat.*

PRO PEDIBUS TUIS ADIICIO] Sententia, ni fallor, postulat, *abiicio.* CASAUB. Id est, ante pedes duos *abiicio*, quod rectius Casaubonus putat; sed *adiicio*, lenius verbum est, et mollius. Neque enim ad pedes proconsulis testamentum abiecit Appuleius, quod contumeliosum testatrici uxori fuisset. Sed ad mensam infra positam vel subsellium tribunalis, in quo proconsul sedebat. SCIP. GENT. Malim, *abiicio* h. e. *proiicio.* In Milesiis: *pronum se abiicere*, et *abiicere se in lectulo.* Macrobius ad Virgilii ea: *Proiectaque saxa Pachyni. Proiecta, si secundum consuetudinem dicatur, intelligitur abiecta.* PRIC. *Abiicio* cum Casaub. et Salm. dant Scal. cum seqq. exceptis Gent. et Pric. quum antea et in MSS. legatur *adiicio:* quod auctoribus Libris revocavi. Plura sunt loca, in quibus *adiicere* legitur, ubi pari iure id in *abiicere* possis mutare. Hoc autem loco *abiicio* habet, nescio quid contumeliosi, ut recte observasse mihi videtur Gent.

QUID] MS. Pith. *qui*, non male, pro, *quomodo.*

PRO EO DEPR.] Abest *pro* Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr.

IPSE IAM UT SUI POTENS, AC QUI ACERB.] Vulg. *ipse iam ut sui potens ac vir, acerbiss.* CASAUB. Casaub. legit, *ut sui potens, ac qui acerbissimas litteras*, etc. quam lectionem retinui et expressi in interpretatione. At ne sic quidem satis placet. quas enim litteras Pudentem matri dictasse legimus? nisi forte dicamus eum, cum pessimis suis in Appuleium Magiae criminationibus compulerit matrem ad scribendam illam epistolam, cuius supra nonnulla relata vidimus, dictasse illam dici. Sed parum placet haec explicatio, neque illa Pudentillae epistola acerbi quidquam in filios habuisse legitur, neque Pudens ipse causa eius extitit, sed praesertim Pontianus. Aliquid corruptum suspicor in voce *dictet.* Quid, si legatur *deleat*; restituaturque prior lectio, ut sit: *ipse iam ut sui potens, ac vir, acerbissimas literas matris deleat.* hoc est, *gravissima elogia, si qua forte mater ob inhonestam eius vitam, testamento inserere ad-*

qui potuit perorare, poterit exorare. Mihi iamdudum satis est, si non modo crimina obiecta plenissime dilui, verum etiam radicem huius iudicii, id est, 561.
hereditatis quaesitae invidiam, funditus sustuli. Illud etiam, ne quid omnium praeteream, priusquam peroro, falso obiectum revincam. Dixistis, me magna pecunia mulieris pulcherrimum praedium meo nomine emisse. Dico, exiguum herediolum sexaginta millibus nummûm, id quoque non me, sed Pudentillam suo nomine emisse: Pudentillae nomen in tabulis esse: Pudentillae nomine pro eo agello tributum dependi. Praesens est Quaestor publicus, cui depensum est, Corvinus Celer, vir ornatus. Adest etiam tutor, auctor mulieris, vir gravis-

adversus eum deinceps voluerit, ipse ut iam sui *potens, ac vir, nec quidquam meae opis indigus, impetret ab ipsi ut illa debeat, et animum illius sibi ipse placet, ac reconciliet.* Non tamen hoc, ut verum fatear, omni ex parte satisfecit. Vix enim adducor, ut credam per literas testamentum designari posse. Si quis melius quid habeat, pergratum faciet, si contulerit in medium. FLORID. Quoniam MSS. et Edd. vett. habent *sui potens ac vir*, quod vim habet huic loco convenientem, id retinendum est. Quasnam autem acerbissimas literas intelligat auctor, non satis clarum. Credo tamen, acerbissimas literas intelligendas esse contra Appuleium et ad eum accusandum scribendas: quoniam sequitur, qui poterit perorare, nempe causam adversus me, poterit exorare i. e. iram eius delinire. Sed locus obscurior est. Fortasse legendum, *acceptissimas.*

POTUIT EXORARE] Leg. *poterit.* COLV. *poterit*, Fulvius. SCIOPP. *in Symb.* Editum iam fuerat in Iunt. post. MS. Pith. cum reliquis Edd. antiquis *potuit.*

PLENISSIME] Miror Colvium ne verbo quidem hic meminisse emendationis suae ad Met. L. VIII. p. hui. Ed. 523, a. ubi h. l. monuit legendum esse *paenissime.* Est sane minime probando.

RADICEM HUIUS IUDICII] Scribe *R. h. mendacii.* Supra *stirpem mendacii.* Iterum: *Fontem et fundamentum mendacii.* En, quam aperte corrupta Criticorum acumen effugere. PRIC. Imo, supra p. 543. non legitur *stirpem mendacii*, sed, *stirpem accusationis*, quo vulgata lectio h. l. satis defenditur.

DIXISTIS ME MAGNA PECUNIA] V. C. SCIOPP. *in Symb.* ***Dixistis me Magia*** etc. *non me sed Pud. suo nom.*] Eiicio vocem *Magia*, quae nihil huc facit, neque unde irrepserit coniicere queo. Deinde forte fuerit verum: *Non me meo sed Pud. suo nomine emisse.* Minuimus simul et auximus una voce locum. ACIDAL. Cassa et inanis lectio: vera ea est quam e veteri dudum Schoppius deprompsit, ***D. m. magna pecunia mulieris*** etc. ita legendum sane est et distinguendum. PRIC. Recte emendavit e vet. Cod. Schoppius. Prius erat *Magia de pec.* nullo plane sensu. FLORID. Requiritur vox *magna* propter sequentia: *Dico exiguum herediolum 60.000 nummum* etc. et infra *Num ipsum heredioli pretium invidiosum est.* Praebent eam diserte MSS. Fulv. et Fux. In Pith. est *maḡq* sine τῷ *de*, quod nec in Fulv. exstat. Bene itaque fecit Floridus, qui ***magna pecunia*** in contextum admisit. Reliquae Edd. tenent ***Magia de pec.*** Sed in emtione de aliena pecunia nulla poterat argui *Magia.*

EMISSE] Vulc. tert. *emisisse*, ut et paulo infra.

EXIGUUM HEREDIOLUM] Ut apud Iulianum μικρὸν συγκτησίδιον. fuit quum *praediolum* legerem. Gellius 19. 7. *Possidebat tenue praediolum.* nunc nil mutatum eo: in Floridis, *sterile herediolum.* infra heic: *Num ipsum heredioli pretium invidiosum est?* Festus: *Heredium: praedium parvulum.* Vet. Onomast. *Herediolum*, κτημάτιον. PRIC.

NUMMUM] Flor. *nummis.* ELMENH. MS. Pith. plene, *nummorum.*

NON ME SED PUDENT. SUO] Acidalius pro *non me* adiecta literula legendum putat, *non meo*, sed nihil refert, utro modo legas. Nec solum hic negat Appuleius suo nomine emtum praedium, sed et se emisse, quorum utrumque supra posuerunt, me et meo nomine, etc. ut adversarii obiiciebant. SCIP. GENT. *in App.*

TRIBUTUM DEPENDI] Tributa pro praediis et fundis pendebantur. L. XLII. D. de pactis. L. XXX. D. de Usufr. leg. Sidonius Apollinaris Lib. VI. Epistolar. *Ut debitum glebae Canonem non petatis; tantum lucelli praestitum sibi computat, peregrini hominis ut census sic animus angustus, ac si in patrio solo rusticaretur.* COLV.

CORVINUS CELER] Paulo post: *et Corvini Clementis.* Utrum rectius. COLV. Vide infra.

TUTOR] Flor. *tuiutor.* ELMENH. Iungerm. in Epist. Gud. p. 365. legendum suspicatur *auctor, tutor mulieris:* sed eodem redit. Nam mulieris auctor recte dicitur tutor, qui eius rem causamque

vissimus et sanctissimus, omni cum honore mihi nominandus, Cassius Longinus. Quaere, Maxime, cuius emtionis auctor fuerit, quantulo pretio mulier locuples agellum suum praestinarit. (*Testimonium Cassii Longini tutoris et*
562. *Corvini Clementis, Quaestoris.*) Estne ita, ut dixi? Uspiam in hac emtione nomen meum adscriptum est? Num ipsum heredioli pretium invidiosum est? num vel hoc saltem in me collatum? Quid etiam est, Aemiliane, quod non te iudice refutaverim? Quod pretium Magiae meae reperisti? Cur ego Pudentillae animum veneficiis flecterem? quod ut ex ea commodum caperem? Uti dotem mihi modicam potius, quam amplam diceret? O praeclara carmina! An ut eam dotem filiis suis magis restipularetur, quam penes me sineret? Quid addi ad hanc Magiam potest? An uti rem familiarem suam meo adhortatu pleramque filiis condonasset, quae nihil illis ante me maritum fuerat largita; mihi nihil quidquam impartiret? O grave veneficium dicam, an ingratum beneficium? An ut testamento,

que gerit: nisi totam illud *tutor* a mala manu est, et explicatio τοῦ *auctor*. Sic sane Cic. pro Caecin. c. 25. *Dos quam mulier, nullo* auctore, *dixisset*. i. e. ut explicat Ern. in Cl. non adhibito tutore, qui in rebus mulierum auctor est. cf. Brisson. de V. S. in v. *auctor*. et Scip. Gent. comm. in Append. Appul.

Testimon. Cass. Long. Tutoris, et Corvini Clementis, quod recit. est] Adulterina tota sunt, nihil ad loci sententiam facientia. Scias a studioso quodam esse, qui e loco testimonia Longini et Corvini recitata esse ad oram libri sui adnotaverat. Quo ergo iure in contextum recepta, eodem ad auctorem suum ablegentur; et in vacuum porro asterisci veniant, quorum proprius ei rei significandae usus. Acidal. Supra, Celerem non Clementem nominavit. Sed tria nomina eum more Romano habuisse existimandum est, Corvinus Celer Clemens. *Quod recitatum est:* Puto haec verba ex ora libri et nota irrepsisse in contextum, quum sufficiat et mos sit, indicem solum poni testimonii vel alterius scripti. Scip. Gent. A. Schottus observat. libr. 5. cap. 15. legit, *Corvini Celeris quaestoris*. Recte. Elmenh. Hic est quaestor publicus Corvinus Celer, de quo supra Repone ergo hic *Corvini Celeris*, pro *Corvini Clementis*, aut puta. *Clemens* tertium eius fuisse nomen, ut appellaretur *Corvinus Celer Clemens*. Florid. Ita haec vulgo eduntur. Sed Scriv. addidit *deest*, et, pro *quod recitatum est*, rescripsit *Quaestoris* cum Salm. in marg. et Schotto Observ. V. 15. rectissime: nam in Ed. Iunt. post. legitur *Q. R.*, quasi sit compendiosa scriptura τοῦ *Quaestoris*, quod totidem literis enotatum e Vet. Cod. quem puto Fux. esse. In Pith. compendiose quoque scriptum est, fere ut in Iunt. post. Schottus leviter suspicatur, an legendum sit *quid responsum*, V. D. in marg. Iunt. post. *Quaestoris Publici*. Maior est difficultas in nomine *Corvini*, qui supra *Celer*, hic *Clemens* vocatur, quem vero Schottus, Gentil. et Florid. *Corvinum Celerem*, Lips. in marg. *Corvinum Clementem*, Gentil. et Florid. etiam *Corvinum Celerem Clementem* dictum fuisse putant. Tria haec nomina eum habuisse non credo. Videntur enim iis temporibus duobus tantum nominibus fere appellati fuisse Romani. In serie nobilium utique, a Severo occisorum, apud Spartianum in eius vita c. 13. ne unus quidem tribus insignitur nominibus: et cur potius supra *Celeris*, hic *Clementis* nomine nominaretur? Utrum vero *Corvinus Celer* an vero *Corvinus Clemens* dictus sit, non affirmo. *Caninius Celer* orator memoratur Capitol. in M. Anton. c. 2. idemque *Celer Caninius* dicitur eidem in Vero c. 2. *Clemens* poëta, amicus Appuleii, memoratur Florid. L. I. Hunc eundem esse qui hic Corvinus dicitur, censore videtur Cuspinianus Comm. in Cassiodori Coss. ad ann. U. CIƆCCCCXLV. *Fuit et olim Corvinus Clemens eruditissimus et poëta suavissimus, Alexandri Macedonis gesta complexus, et Appuleio familiaris.* sed auctorem suum non nominat. cf. Voss. de Hist. Lat. III. 1. Pro *tutoris* Salm. et alius V. D. adlevit *auctoris*. V. Gentil. comm.

Num] MS. Pith. *non*, ut et seq.

Quod ex ea] MS. Pith. *quod ut ex ea*, elegantius. Favet Ed. Iunt. post. cum Salm. in marg. quare id amplector. Pro *ex ea* Heins. ad Ovid. Fast. VI. vs. 594. malebat *ex eo*. Non muto. Pag. seq. *Respondete, qui App. dicitis animum Pudentillae Magicis illectamentis adortum, quid ex ea petierit.*

An uti rem f. — condonasset — mihi quidquam inpartiret] Lego *condonaret*, et statim, *mihi nihil quidquam impartiret*. Pric. Malim, *mihi nihil quicquam*. Brant. Videtur legendum *nec mihi quidquam*. Florid. *Nec* aut *nihil* in con-

to, quod irata filio scribebat, filium potius, cui offensa erat, quam me, cui devincta, heredem relinqueret? Hoc quidem multis cantaminibus difficile impetravi. Putate, vos causam non apud Claudium Maximum agere, virum aequum et iustitiae pertinacem, sed alium aliquem pravum et saevum iudicem substitui- 563
te, accusationum fautorem, cupidum condemnandi. date ei, quod sequatur. ministrate vel tantulam verisimilem occasionem secundum vos pronunciandi. Saltem fingite aliquid, reminiscimini, quod respondeatis, qui vos ita rogarit. Et quoniam omnem conatum necesse est quaepiam causa praecedat, respondete, qui Appuleium dicitis animum Pudentillae Magicis illectamentis adortum, quid ex ea petierit? cur fecerit? Formam eius voluerat? negatis. Divitias saltem concupierat? negant tabulae dotis, negant tabulae donationis, negant tabulae testamenti: in quibus non modo non cupide appetisse, verum etiam dure repulisse liberalitatem suae uxoris ostenditur. Quae igitur alia causa est? Quid obmu-

contextu addere debuerat Florid. aut non interpretari: *mihi vero nihil prorsus largiretur*. Edd. nihil variant. Sana tamen haec non sunt. Iungerm. Epp. Gud. p. 365. pro *an uti* legit *et ubi*. Sed praecedens *uti* — *an ut*, et sequens rursus *an ut*, suadent retinere *an uti*. Lips. cum Pricaeo malit *condonaret*. Sed ne sic quidem locus sanatus est, nisi cum Pricaeo addas *nihil*, quod e vet. Cod. enotatum video, et margini adlevit Salm. unde suspicor, Codicem eum esse Fux. Quemadmodum *mihi* et *nihil* in MSS. solent confundi, ita h. l. alterum excludi ab altero facile potuit. Rescribo itaque e vet. illo Cod. *mihi nihil quidquam impartiret*. Ceterum *condonasset*, invitis libris omnibus, non muto in *condonaret*. Nam plusq. perf. pro imperfecto poni saepe, supra iam monitum, et h. l. habet quo se commendet, sequente Imperfecto, de ipso Appuleio. Si tamen minus placet, possit minori mutatione legi *cum donasset*. Sed *condonare* non nullam vim habet, prae simplici *donare*.

IRATO FILIO] Scribo, *irata*. BRANT. Scribe *ingrato f.* aut (quod malim) *irata filio*. PRIC. Interpretatur Floridus: *testamentum, quod faciebat succensens adversus suum filium*. Sed tum legendum *irata filio*, quo nihil verius est. Quare id restitui, auctoritate MS. Pith. et Salm. in marg. Supra p. 558. *Pugnavi cum irata matre*.

CANTAMINIBUS] V. c. et paulo infra: *Comminiscimini quod respondeatis*. Infra legit Fulv. *dentes splendidas*. ut splendidare, sit velut nitidare. Et proxime: *prior natu ea est*. Sed forte Plauti imitatione, Is, pro ea dixit. SCIOPP. *in Symb.* Alii, *Cantaminibus*. Theophilus de publicis iudiciis μαγικοῖς ψιθυρισμοῖς. Vide Annotamenta ad Arnobii lib. I. f. 25. ELMENH. *Cantaminibus* MSS. Pith. Fulv. Ed. Iunt. post. et margo Bas. sec. ut supra p. 477. et 533. et Met. L. II. p. 145. hui. Ed. In reliquis *carminibus*. Utraque vox in eadem periodo legitur p. 470. Hoc autem loco *cantamina* sunt preces, ab Appuleio adhibitae, allusione facta ad cantamina magica, quae ad eam rem adhibuisse illum dixerant adversarii.

PRAVUM ET SAEVUM] Forte *scaevum*. Pro, *pravum*, etiam vulgo *parvum* legas. COLV. non tamen in Iunt. post. Ceterum *scaevum* edi placuit Scriverio: non mihi. De Iustitiae imagine, a Chrysippo picta, agens Gellius N. A. L. XIV. c. 4. nonnullos ait dixisse, *Saevitiae* imaginem istam esse, non *Iustitiae*.

TANTULAM] Edd. Vic. Iunt. pr. Ald. Bas. pr. *tantulum*.

REMINISCIMINI, QUOD RESPONDERATIS] Aperte corruptus locus. Legendum fortasse: *Saltem fingite aliquid, comminiscimini quid responderetis ei qui vos ita rogaret. Quoniam omnem* etc. CASAUB. Flor. *eminiscimini*. Alii *reminiscimini*. ELMENH. Supra [p. 491. Ed. Flor.] *Quidvis finge, reminiscere, excogita*. Cicero pro Rosc. *Vere nihil potes dicere, finge aliquid saltem commode*. PRIC. *Reminiscimini* non esse mutandum, monuit etiam Iungerm. loco saepius cit. qui pro *responderatis*, quod est in Edd. ante Vulc. sec. malebat *responderetis*, idque ex emendat. Casauboni et Vulcanii in marg. editum a Scalig. et seqq. Lego e MS. Pith. *respondeatis*, quemadmodum adleverunt Lips. et V. D. in marg. Ed. Iunt. post. Supra: *Date ei quod sequatur*. Lips. etiam emendavit *quid* pro *quod*.

QUI VOS ITA ROGARIT] An, *Q. v. ista rog.*? PRIC. Sine necessitate.

QUAEPIAM CAUSA] Vid. l. 3. ff. *de accusat.* Vultei. de Iudic. L. II. 6, 4. §. 42. ANON. *in marg.* MS. Pith. *causam*, et statim, *quid fecerit*, dein, *elli*, pro, *libelli*.

mutuistis? quid tacetis? Ubi illud libelli vestri atrox principium, nomine privigni mei formatum? *Hunc ego, domine Maxime, reum apud te facere institui.* Quin igitur addis, reum magistrum, reum vitricum, reum deprecatorem? sed quid deinde? *plurimorum maleficiorum et manifestissimorum.* Cedo unum de plurimis: cedo dubium, vel saltem obscurum de manifestissimis. Ceterum ad haec, quae obiecistis, numera an binis verbis respondeam. *Dentes splendidas:* ignosce mundiciis. *Specula inspicis:* debet philosophus. *Versus facis:* licet fieri. *Pisces exploras:* Aristoteles docet. *Lignum consecras:* Plato suadet. *Uxorem ducis:* leges iubent. *Prior natu est ea:* solet fieri. *Lucrum sectatus*
564. *es:* dotales accipe, donationem recordare, testamentum lege. Quae si omnia affatim retudi, si calumnias omnes refutavi, si me in omnibus non modo criminibus, verum etiam maledictis, procul a culpa tuitus sum; si philosophiae ho-

QUIN IGITUR] MS. D'Orv. qui hic rursus incipit, *quid igitur.*

DEINDE] Id. MS. *de me.* Pith. *demum.*

OBIECISTIS INNUMERA, BINIS VERBIS] Flor. *a. numera, an binis v.* ELMENH. Accedunt MSS. Bemb. D'Orv. Pith. forte et Fux. nam adscripsit etiam Salm. neque videtur id esse de coniectura. MStorum auctoritatem sequor cum Elm. Scriv. et Eryc. Puteano in Epist. 28.

DENTES SPLENDIDOS] Scribo cum Lipsio, *dentes splendidas.* COLV. *Splendidas* ex Edit. Rom. Vulgo *splendidos.* CASAUB. *Splendidas* legendum esse certatim ad oras exemplarium suorum notarunt VV. DD. MSS. et Edd. vett. excepta Rom. tenent *splendidos*, quod sine sensu revocavit Ed. Bip. Ut a *candeo* est *candico*, neutrum, et *candido*, activum, unde *candidatus:* sic a *splendeo*, *splendico* (vid. ad Met. V. p. 337, b.) et *splendido.* Eadem ratione a *madeo* est *madido*, et alia similia.

PRIOR NATU IS EST] Imo, *ea est.* COLV. Pudendo errore in omnibus Edd. *is est.* Quam multis supra de aetate Pudentillae disputatum? CASAUB. Roman. *natus est ea.* Florent. *natu est.* ELMENH. Mirum, quod in MSS. non tantum, sed et Edd. vett. etiam Iunt. post. corruptum legitur. In MSS. Pith. Florent. cum Edd. vett. *natu is est.* D'Orv. *prior natu is enim.* Scriptum fuisse videtur *natu est ea.* Potuit hinc *is* irrepere: nisi prorsus delendum sit *ea.*

LUCRUM SECTATUS ES DOTIS] *Dotis* delet Florentinus. ELMENH. item D'Orv. Pith. et Ed. Iunt. post. quare eiiciatur. Supra *Divitias saltem concupierat? negant tabulae dotis, negant tabulae donationis, negant tabulae testamenti.* Sic et h. l.

DOTALEM ACCIPE] Emendandum censui, *lucrum sectatus es? Dotis tabulam accipe.* In quo recte et ordine fecisse me convincunt ipsa haec Appuleii, non ita multis abhinc versibus praemissa: *Divitias saltem concupierat? negant tabulae dotis* etc. STEWECH. *Dotales* forte scribendum, et ad tabulas referendum. COLV. *Dotale*, videlicet instrumentum. Sic Graeci ICti τὸ προικῷον. Non recte vulgo *Dotalem acc.* CASAUB. *Dotales* recte Flor. et Colv. Vulgo *dotale.* Vide Indicem. ELMENH. V. C. *dotales* i. e. dotalia instrumenta. LINDENBR. Si per MStos liceret, et ego praeferrem *dotale.* Quia tamen in D'Orv. est *dotalem*, cum Edd. vett. plerisque, in Florentinis vero *dotalis*, plane ut in Ed Iunt. post. antique pro *dōtales*, id sequor cum Elmenh. et Scriv. τὸ *tabulas*, quod in iudicio, ubi ipsae tabulae ante oculos erant, facile subintelligi poterat, in primis cum *tabulae dotis* iam supra memoratae essent, addere non poterat auctor, quia promiserat se binis verbis ad singula, quae obiecerant adversarii, responsurum. Quare pessime utique locum emendare tentabat Stewech. In MS. Pith. legitur *dotalt.* Suspicor compendiose scriptum fuisse *dotal. t.* pro *dotales tabulas*, quae ultima vox a glossatore addita.

RETUDI] Edd. Vic. Iunt. utr. Ald. Bas. pr. *recudi.* Pro *si calumn.* MS. D'Orv. *sed et cal.*

PROCUL A CULPA PHILOSOPHIAM TUITUS SUM] Male hic quoque locus a scribis imperitis fuerat acceptus: ita nempe, *procul a culpa philosophiae tutus sum:* inepta sententia. Principio dixit esse sibi purgandam apud imperitos philosophiam: nunc in epilogo ait se id fecisse, et quod initio susceperat praestitisse. Ita ergo legendum ut est a nobis emendatum. CASAUB. *procul a culpa philosophi tutus sum*] Fulvius. SCIOPP. *in Symb.* Lego *pr. a. c. magiae.* Perperam vox *philosophiae* geminata. *Magiae* autem rescribendum, ex eo liquet. quod non Philosophum sed Magum insimularunt. Nec verosimile est, in hac criminum quasi ἀνακεφαλαιώσει non tetigisse accusationis praecipuum caput. ACIDAL. Fulvius, *si procul a culpa philosophi tutus sum.* Schegkius *si a culpa magicae tutus sum.* in praemissis epist.

honorem, qui mihi salute mea antiquior est, nusquam minui; immo contra, ubique si conseptum penitus eum tenui: si haec, ut dico, ita sunt, possum se-

epist. 7. Elmenh. leg. *a culpa magiae tutus sum.* Quid magis crimini datum, quam magiae crimen. Anon. f. Toll. Casauboni correctionem amplexi sunt sequentes. In Edd. vett. et MSS. O. est *philosophiae*, et in plerisque *tutus sum.* Sed in MS. D'Orv. *si me in omnibus pr. a. c. ph. tutus sum:* unde apparet eius Codicis librarium scribere voluisse *tuitus sum.* Ex eo autem libro arripui illud *me*, dein molestum illud *philosophiae* foras eieci, et locum sanum praestitisse mihi videor. Totam hanc orationem suam eo valere initio dixerat Appuleius, ut se et philosophiam ab omni culpa et reprehensione defenderet: *Sustineo enim non modo meam, verum etiam philosophiae defensionem.* Hoc iam in fine orationis se fecisse sperat: *Si me procul a culpa tuitus sum, et philosophiae honorem conseptum penitus tenui.* Magiae mentio, quam desiderant hic nonnulli, non requiritur. Quam enim Philosophiam vocat App. eam falso Magiam vocarant adversarii; et quae ad eam insimulandam obiecerant illi, supra binis verbis refutavit auctor: *Versus facis: licet fieri; Pisces exploras: Aristoteles docet; lignum consecras: Plato docet.*

Si cum septem poenis] Desperatus locus. Legendum videbatur, *si conseptus*, vel, *circumseptus pinnis.* Sed aliud quid aptius quaerat alius. Feci nec reperire potui. Colv. Nullus locus aeque me exercuit atque hic: quid profecerim, docti iudicabunt. Scribo, *immo contra ubique, si circumseptum pennis eum tenui.* sermo est allegoricus: quem accipio de Aemiliano praecipuo accusatore: illius accusationi et calumniis ita respondisse gloriatur, ut non solum insontem se probarit: sed hoc amplius, illum ubique sontem: idque rationibus adeo claris, ut refelli nequeant. Hoc illa verba significant, *circumseptum pennis tenui.* Allusio est ad venationem ferarum, quae fit per lineam pennis rubentibus distinctam. Lucanus, — *dum pavidos formidine cervos Claudat odoratos metuentes aëra pennae.* Ovid. *Nec formidatis cervos includite pennis.* meminerunt et alii poëtae, ac Seneca non semel. Ea linea *formido* Latine dicitur, Oppiano δειμαλέη μήρινθος, cui simile apud Lycophrontem, in alio genere venationis ἰξευτοῦ πτερὸν. Haec lectio proxime abest a veteri Romana. In recentioribus *poenis* non *pennis* scriptum est. Casaub. Monstrosissima lectio, e qua exsculpserunt etiam monstrosiorem alii. Proxime literarum ductum a nobis restituetur ipsissima spero Apuleii scriptio, *secundum sectam Platonis eum tenui.* Iam nemo est, qui nesciat, Platonicum esse philosophum. Tum non attinet recensere, quoties hac ipsa Apologia Platonem se sectari ipse profiteatur, Platonis moribus et institutis se defendat. Vel unum hic vide in fine Apol. prioris: *ut omnium adsensus declaravit, maximeque qui in consilio estis; competentissime videor usus Platone, ut vitae magistro ita causae patrono, cuius legibus obedientem me videtis.* Acidal. Hunc locum, qui difficillimus et prope depositus est a doctissimis viris habitus, iam ante multos annos non infeliciter videmur constituisse, hoc modo, *si conceptum eum pene tenui:* id est, honorem philosophiae; de eo enim manifestissimo loquitur, non de adversario, quem irretitum a se quasi pinnis et indagine ferarum aut avium more, dicat. Minori autem mutatione et verissima, ni fallor, coniectura sic legerimus, *si eum septum penissime tenui.* Quo verbo et alibi, et supra in hac oratione, Appuleius utitur: *Nam quod penissime oblitus sum.* Eum vero honorem septum tenuisse elegantissime dixit et imitatione M. Tullii in gemina prope re. Sic enim Cicero in Bruto loquitur de se ipso, et de eloquentia post Hortensii mortem: *Orbae eloquentiae quasi tutores relicti sumus; domi teneamus eam septam liberali custodia;* et quae sequuntur. Quo modo Tacitus Germanorum uxores *septa custodia agere*, dixit, et Appuleius noster, *Contubernalis mei fullonis uxor, alioquin, servati pudoris, ut videbatur, femina.* Potest et *plenissime* hoc loco legi. Sic supra: *si non modo crimina obiecta plenissime dilui.* Scip. Gent. Non est in toto hoc auctore vexatior temeritate Criticorum locus, quorum coniecturas hic non apponam, quas in eorum libris facile cuivis haurire est. Sed omnes, quod venia eorum dictum sit, frustra sunt. Nimirum Appuleius scripsit, *si cum septem pinnis eum tenui.* Cuius emendationis nostrae paucis rationem reddam. Mirmillones, quoties in arenam prodibant, galeas pinnis pavonum, ut auctor est vetustus Iuvenalis Scholiastes, ornatas habebant. Retiarius, mirmillone victo atque caeso, eas pinnas ei eripiebat, easque ut ab hoste spolium elevatas populo ostendebat, ut id spolium caesi ac prostrati hostis signum esset, quo populo se vicisse testaretur. Unde Iuvenalis retiarium vocat *Pinniraptum*, quia caeso, ut diximus, mirmillone velut spolium pinnas ei rapiebat. auctor idem Scholiastes. Hoc ergo dicit Appuleius, se Philosophiae honorem non tantum non imminutum ivisse, verum ita defendisse, ut adversarium eius, accusatorem suum, velut retiarius mirmil-

 lo-

securius tuam existimationem revereri, quam potestatem vereri; quod minus gra-

lonem cum omnibus pinnis captum teneat, quas septem dicit, Lucillium secutus, cuius hic versus apud Donatum ac vetustum Iuvenalis Scholiasten exstat: *Cum septem incolumis pinnis redit, ac recipit se.* Aemilianus, qui contra Philosophiam, ut Mirmillo, pugnabat, ab Appuleio, ut retiario, ita pressus fuit, ut non incolumis cum septem pinnis, ut Lucillianus ille, se recipere potuerit; sed contra cum septem pinnis in hostis potestatem venerit, philosophia, quam oppugnarat, omnino salva. RUTGERS. Locus vere desperatus: unde et aliorum ingenia mirum in modum exercuit. Alii enim emendarunt: *si conseptum pennis*, vel *conseptum pinnis.* alii: *si conseptum pene.* Parum quidem apte ad sententiam Appuleii, si tantum ex parte nec integre honorem Philosophiae defendisset. Clariss. vir Isac. Casaubonus Castigationibus ad hunc librum, legendum existimat: *si circumseptum pennis eum tenui*, et capit de Aemiliano, praecipuo Appuleii accusatore, tamquam si eius calumniis ita respondisset, ut non solum innocentem se, sed illum amplius ubique sontem probasset. Ductus autem sermo a venatione ferarum, quae fit formidine. Commentario in Athenaeum lib. XII. cap. XII. scribendum affirmat: *si captum suismet pennis cum tenui.* Proverbium Graecorum: *τοῖς αὑτοῦ πτεροῖς ἁλίσκεσθαι*, de iis, qui propriis artificiis delusi tenentur. Caeterum, si recte capio mentem Appuleii, non de Aemiliano aliisque accusatoribus loquitur; sed honorem Philosophiae se usquequaque munitum adversus illorum calumnias praestitisse ait. Quare apertior longe sententia, atque ex mente Appuleii, si legamus: *imo contra ubique si conseptum penitus eum tenui.* WOWER. Hic locus vim negotii exhibuit viris eruditis. Casaubonus legit, *si circumseptum pennis eum tenui*, vel, *si captum suismet pennis eum tenui.* Wower. *imo contra ubique si conseptum penitus eum tenui.* Schegkius: *si in incoepto te vanissimum tenui.* Acidalius: *si philosophiae honorem qui mihi salute mea antiquior est, nusquam minui, imo contra ubique secundum sectam Platonis eum tenui.* Scipio Gent. *si cum septum ubique tenui.* Vulcanius: *Si ubique sartum tectum eum paenus t.* Aldus et Basiliensis: *Si cum septem pennis e. t.* Verissima tua divinatio Rutgersi, decus nostrum: *Imo contra ubique si cum septem pinnis cum tenui.* Genus dicendi tractum e ludo Gladiatorio, in quo lanista confecto retiario pinnam rapiebat, cuius ostensione populo se declarabat victorem. Iuvenal. Satyr. 3. vs. 158. *Pinnirapi cultos iuvenes, iuvenesque lanistae.* Scholiastes vetus: *Pinnis pavonum ornari solent gladiatores si quando ad pompam descendunt. Pinnirapes autem dicit lanistas ex habitu gladiatorum, quia post mortem retiarii pinnam, id est manicam, rapit ut ostendat populo se vicisse.* Ut Lucilius *Cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se.* Quem locum in mente habebat Appuleius, cum haec scribebat. Dicit igitur: *se vicisse et honorem Philosophiae, quem adversarii vanis calumniis contaminare ope omni adnisi fuerant, illibatum praestitisse.* ELMENH. Pene studio Librarios hunc locum corrupisse dixerim, ut in exitu Orationis Lectorem non sine scrupulo dimitterent. Non heic in medium feram expositorum sententias, (plures, magisque varias eas quam ubivis,) cum vel petere est fasciculum earum ab Elmenhorstii notis. Imo nec aliquam meam coniecturam addam, quamvis exemplo fretus tot praeeuntium. Legit Wowerius, *si conseptum penitus e. t.* h. e. *honorem Philosophiae*, de quo supra proxime. Probo impense. Cicero de Eloquentia loquens, *domi teneamus eam, septam liberali custodiâ.* Sunt qui *τὸ eum* referunt ad Adversarium; non est hoc absonum, fateor. Latro in Catil. *Te quocumque veneris, quocumque abieris, diligentia nostra circumsaeptum teneri.* Cicero etiam ubi supra, *Includere adversarium.* Certe concinnum minus est, ut ne violentum dicam; probant praecedentium series, et totius loci Syntaxis. PRIC. Id est, honorem philosophiae; ut recte, spretis omnibus aliis Commentatorum Commentis, Pricaeus legit et exponit. *Conseptum* sonat hîc *protectum et custoditum ab omni parte inviolabile.* Corruptus erat hic locus et legebatur nullo sensu, *si cum septem poenis tenui.* Subtiliora sunt quae hic excogitant Casaubonus et Elmenh. quam huic loco aptiora. FLORID. Cum Casaubono de accusatore intelligo, et lego: *si conseptum suis sibi pennis eum tenui:* ut allusum sit ad illud Aeschyli *αὑτοῦ πτεροῖς ἁλισκόμεσθα.* SOPING. Habes, Lector, varias virorum doctorum de hoc loco sententias, quibus addo Salmas. ad Solin. p. 813. legentis *conseptum pinnis.* V. D. ad marg. Ed. Casaub. *si suispte pennis*, et Eryc. Putean. Prom. Ep. 29. Videamus iam Editionum lectionem. *Si cum septem poenis* habent Edd. vett. pleraeque, certe Iunt. pr. Ald. Bas. cum Colv. Vulc. pr. *Si cum septem paenis* Wower. *Si cum septem pennis* Iunt. post. (credo etiam Rom.) Cas. Gent. Pric. Scriv. *Si conseptum penitus* Elm. et Flor. e coniect. Wowerii. *Sartum tectum Poenus* Edd. Vulc. sec. tert. e coniect. Vulcan. MSti nihil fluctuant, sed consentiunt omnes in *si cum septem pennis:* a quibus si paululum liceat recedere, mu-

grave et verendum mihi arbitror, a Proconsule damnari, quam si a tam bono tamque emendato viro improber.

DIXI.

mihi in mentem venit *conseptum pennis*, eleganti metaphora sumta ab avibus, quae (verba sunt Ciceron. de Nat. De. II, 52.) *pullos* pennis *fovent*. Quoniam tamen *conseptum penitus* Editiones iam occupavit, id sequor: nam *sepire custodia* propria quodammodo locutio est, et septa atque consepta tenentur quaevis sacra. Adi Ind.

SECURIUS] MSS. D'Orv. Pith. *securus.* MS. D'Orv. inverso ordine *exist. tuam.*

QUAM POTEST. VER.] Acute, ut alia multa Florid. I. *Neminem proconsulum, quod sciam, provincia Africa magis reverita est, minus verita.* CASAUB. Desunt haec MS. Pith.

A PROCONSULIBUS] Ven. Rom. Ald. *Proconsule.* COLV. Rectissime, ut diserte exstat in vet. Cod. forte Fux. et D'Orv. sed in hoc compendiose *a procos.* Pith. *ac proceros.* Intelligit App. Claudium Maximum, cuius potestatem, ut *Proconsulis*, non timebat; existimationem, ut *tam boni, tamque emendati viri*, verebatur.

TAM EMENDATO VIRO] V. Gronov. ad Senec. de Ira I. c. 5.

IMPROBER] Salm. adlevit *improbarer*, addicente, ut videtur, MS. Pith. sine necessitate.

DIXI] Debemus hanc quoque vocem editioni Rom. nam illam recentiores Edd. omisere. CASAUB. MS. Pith. *Apuleii Platonici Madaurensis pro se de Magia liber secundus explicit. Ego Salustius emendavi Rome folia (felix).*

FRAG-

FRAGMENTA

APPULEII.

Ex Libris Ludicrorum et Convivalibus Quaestionibus.

NON. MARC. v. *Abstemius.* Abstemius, qui vino abstinet. Appuleius: *In te fuisti quondam Athenis parcus atque abstemius:* in lib. Ludicrorum. Abstemius est, imo scit quo rete leporem tenebat, lupum non tenere. Lucil. Satyr. L. VI.

Ex Libris de Proverbiis.

FL. SOSIPATER CHARISIUS *L.* II. *extr.* Mut. *Mut facere non audet*, ut apud Appuleium Platonicum de Proverbiis scriptum est Libro secundo.

Ex Hermagora.

PRISCIANUS *L.* III. *circa init.* Supra, superior; infra inferior; post, posterior; prope, propior; ante, anterior; penitus, penitior. Appuleius in I. Hermagorae: *Visus est ei adolescens honesta forma, quasi ad nuptias exornatus, trahere se in penitiorem partem domus.*

Idem

ABSTEMIUS EST, IMMO SCIT QUO RETE etc.] Posui hoc tamquam fragmentum Appuleii nostri ex eius LIBRIS LUDICRORUM. Sed iam id num verum sit, ambigo. Nam in Nonio dumtaxat sic legimus: *Abstemius, qui vino abstinet. Apul. in te fuisti quondam Athenis parcus atque abstemius. In lib. ludicrorum: Abstemius est* etc. Ceterum malim locum hunc, cuiuscuius est, ita legere: *Abstemius est homo, scit, quo rete lep.* etc. COLV. *Abstemius est, * immo scit, quo rete leporem tenebat, lupum non teneri. Apuleius: In se fuisti quondam Athenis paucius atque abstemius: in Libro Ludicrorum. Lucil. Satyr. lib.* VI.] Ita ex libris scriptis Editio Merceriana posterior, Paris. an. 1614. Prior an. 1583. et Plantinianae Iunii: *Abstemius* etc. Locus hic Nonii parum probae fidei videtur: neque enim satis aperte Apuleio libros Ludicrorum vindicat. Consulantur, si qui erunt, meliores Codd. Critico ferro heic opus est, et ingenio. SCRIVER. Ut editum in Merceriana Ed. priori an. 1583. et Plantin. ita in hac Edit. quoque Nonii locum excudendum curavi.

IN TE FUISTI] Locus hic nobis de mendo semper suspectus fuit. Olim scribendum putavi, *Ante fuisti* etc. Nunc etiam suspicatus sum, fortassis nomen libri qui etiam laudabatur, eruendum, scribendumque: *in Phe.* id est, *in Phaedone: Fuisti quondam* etc. Quod ad eum dialogum optime referri posse videatur. COLV.

Idem Lib. eod. sub finem. Neutra in NUM desinentia geminant in diminutione L ante M; et si G habeant ante N, in penultima syllaba diminutivi I, non E accipiunt; ut, *tignum*, *tigillum*; *signum*, *sigillum*. Alia vero E habent in penultima, nisi sit primitivi penultima naturaliter longa; ut *bonum*, *bellum*; *geminum*, *gemellum*; *scamnum*, *scammellum*. Appuleius tamen in I. Hermagorae: *Verum infirma scammellorum obice fultae fores.*

Idem Lib. IV. In IUS desinentia, sive a nominibus, sive a verbis derivata, servant ante IUS primitivorum suorum consonantes, ex quibus incipiunt ultimae et penultimae syllabae derivatorum; sed tum penultimae, cum et ipsa penultima in vocalem desinit, et ultima a vocali incipit: ut, *servus*, *servi*, *servius*; *servilis*, *servilius*; *agellus*, *agelli*, *Agellius*; *sylva*, *Sylvius*; *virgula*, *Virgilius*; *Mars*, *Martis*, *Martius*; *saucio*, *saucius*; *scio*, *scius*: Sic Appuleius in I. Hermagorae, et Pacuvius in Teucro: *Postquam defessus perrogitando advenas de natis, neque quemquam invenit scium.* Unde *nescio* quoque *nescius.*

Idem Lib. VI. *extremo.* Excipiuntur ea quoque quae nec C nec G habent ante IS in genitivo; *nix*, *nivis*: antiqui tamen etiam *ninguis* dicebant. Unde Appuleius in I. Hermagorae: *Aspera hyems erat*, *omnia ningue canebant.*

Idem Lib. X. Antiqui tamen et *posivi* protulisse inveniuntur. Plautus in Vidularia: *Nunc ut apud sequestrum vidulum posivimus.* Appuleius in primo Hermagorae: *Et cibatum*, *quem iucundum esse nobis animadverterant*, *eum apposiverunt.*

FABIUS PLANCIADES FULGENTIUS *De sermone antiquo.* Pollinctores dicti sunt, qui funera morientium accurant. Plautus in Poenulo: *Quin mihi pollinctor dixit*, *qui eum pollinxerat.* Dicti autem Pollinctores, quasi pollutorum unctores, id est cadaverum curatores. Unde Appuleius in Hermagora ait: *Pollinctores funere domuitionem paramus.*

Alia exemplaria habent: Pollinctor eius ſunere dum unctionem parat. *Item:* Pollincto eius ſunere domuitionem p. (*)

PHAE-

(*) Ex Fragmentis istis et reliquis, cuius argumenti fuerit *Hermagoras*, non satis constat. Dialogi speciem prae se ferre videtur. Inscriptio a persona, cui partes loquentis dederat Tributus autem in plures Hermagoras, imitatione Platonis, ut ex locis citatis coniicere licet. SCRIVER.

Ex Phaedone.

PRISCIANUS *Lib.* X. *Compesco*, *compescui*, et *dispesco*, *dispescui*, et *posco*, *poposci*, et *disco*, *didici*, a praesenti tempore faciunt supinum mutatione O in I correptum, et additione TUM, *compesco compescitum*, *dispesco dispescitum*, *posco poscitum*, *disco discitum.* Unde Appuleius participium futuri protulit in Phaedone: *De anima sic auditurum*, *sic disciturum*, *qui melius scit haec omnia et singula sic agere aut pati*, *ut patiuntur atque agunt.*

Idem Lib. eod. *Tendo* et *tentum* et *tensum* facit. Virgilius in VII. Lucanus in I. et II. *Ostendo* quoque ab eo compositum similiter facit *ostentum* et *ostensum.* Lucanus in II. Appuleius in Phaedone: *Et causam gignendi ostenturum et immortalitatem animae reperturum.* Varro Rerum Rusticarum I. *Ostentus sol.* Idem Divinarum III. *Salute ostenta.* Cato pro I. Caesare ad Populum: *Quod ego me spero ostenturum.*

Ex Epitome (*).

PRISCIANUS *Lib.* VI. *Haec pollis pollinis:* sic Charisius. Probus autem et Caesar, *hoc pollen pollinis* declinaverunt. *Haec cuspis cuspidis*, *semis semissis.* Appuleius in Epitoma: *Sed tum sestertius dupondium semissem*, *quinarius quinquessis*, *denarius decussis valebat* (†).

Ex Libro de Republica.

FULGENTIUS *de prisco sermone.* Celocem dicunt genus navicellae modicissimum, quod lembum (al. *blannam* et *bambolum*) dicimus. Appuleius libro de Republ. *Qui celocem regere nequit*, *onerariam petit* (§).

Ex Medicinalibus.

PRISCIANUS *Lib.* VI. In E correptum Latina sunt neutra, quae E in IS conversa faciunt genitivum, ut *hoc mare*, *huius maris*; *hoc monile*, *huius monilis*; *hoc mantile*, *huius mantilis.* Ovid. in VI. Fastorum etc Excipitur unum indeclinabile in singulari numero, *hoc cepe*, *huius cepe.* Appuleius in Medicinalibus: *Cepe succum melle mixtum.* quod in plurali numero femininum est primae declinationis, *hae cepe*, *ceparum*, quamvis antiquissimi in A quoque singulare feminino genere hoc recte protulisse inveniuntur. Naevius, Lucilius, etc.

De

(*) EPITOMA] Quam Epitomen hic laudet Priscianus, prorsus ignoro. Sunt qui ad Historiarum Epitomen referunt. Quod ego in medium relinquo. SCRIVER.

(†) QUINQUESSIS — DECUSSIS] Hotomannus restitui volebat *quinquessem* — *decussem*, repugnante Gronovio de Pec. Vet. L. I. c. 8. qui intelligit *aes* vel *pondus*.

(§) QUI CELOCEM REGERE NEQ.] Huius proverbii sententiam pluribus exemplis illustrat Toll. ad Auson. Sapient. in Chil. vs. 15.

De Re Rustica.

PALLADIUS *De re rustica Lib.* I. *tit.* XXXV. Appuleius adserit semina bubulo felle maceranda, antequam spargas.

De Arboribus.

SERVIUS *in Lib.* II. *Georg. Virgilii.* Apud Medos nascitur quaedam arbor, ferens mala quae Medica vocantur. Hanc plerique citrum vocant: quod negat Appuleius, in libris quos *De arboribus* scripsit, et docet longe aliud genus arboris esse.

Ex Incertis Libris.

FREDERICUS II. IMP. *De arte venandi cum avibus, sive De re accipitraria.* Cinni, et illae quae dicuntur ab Aristotele in libris Animalium Pelicani, qui ab Appuleio dicuntur Coſani.

FL. SOSIPATER CHARISIUS *Lib.* III. *Dirimo, dirimis, diremi,* et *dirempsi*; sed magis *diremi. Delèo, deles, delui,* et *delevi. Tero, teres, terii,* et *trivi* iuxta Appuleium.

ISIDORUS *Originum Lib.* VIII. Appuleius autem ait eos κατ' ἀντίφρασιν dici Manes, hoc est mites ac modestos (*); Cum sint terribiles ac immanes; ut Parcas, ut Eumenidas.

COD. MS. BARTHII *Advers.* XV. 7. Quemadmodum natura os unicum, aures vero duas cuilibet ministravit, ita nos et loqui pauca et audire plurima debemus.

Ibid. Appuleio tribuuntur hi versiculi:

Principium vitae obitus meditatio est. —
Non vult emendari peccare nesciens (†). —
Immoderata ira fructus est insaniae. —
Pecuniam amico credens, est damnum duplex,
Argentum et sodalem perdidit simul. —

AP-

(*) Ubi hoc? certe in libello De Deo Socratis, aut nusquam, nam ibi de Daemonibus, inter quos Lemures, Larvae, Lares, Manius deus. Sed de manibus hoc, quod Isidorus vult, non invenias. Nec mirum. Scriptum enim hoc integrum ad nos non pervenit. Sed et D. Augustinus probet, Apuleium etiam scripsisse quid Manes essent, De Civitate Dei lib. IV. cap. 11. COLV.

(†) CREDENS] Barthius, minorem distinctionem ponens post *nesciens*, in seqq. pro *fructus* legi volebat *strictus*: dein tollens maiorem distinctionem post *insaniae*, *credere* pro *credens*.

APPULEII

[*ut vulgo putatur*]

ΑΝΕΧΟΜΕΝΟΣ

EX MENANDRO.

Amare liceat, si potiri non licet.
Fruantur alii: non moror, non sum invidus:
Nam sese excruciat, qui beatis invidet.
Quos Venus amavit, facit amoris compotes.

No-

APULEII Ἀνεχόμενος EX MENANDRO] Latine vertas *tolerans* vel *abstinens*. Lepidissimum hoc poëmatium primus in publicum dedit una cum aliis veterum aliquot eiusdem fere argumenti Epigrammatis, Vir eruditus Cl. Binetus. COLV. De vita et scriptis Apuleii dixi, hoc poëmatium, non esse Madaurensis nostri, sed hominis recentioris Itali, in qua sententia adhuc persisto. ELMENH. Poëmatium hoc primus in publicum dedit una cum aliis eiusdem fere argumenti Epigrammatis Claudius Binetus: aut forte prior V. C. Petrus Pithoeus inter Errores Venereos. Postea nobilissimus Dousa noster Praecidaneis suis inseruit, et Notis suis elegantissimis emendavit, illustravit. Quae ille, et Colvius (qui etiam Apuleio suo adiecit, ut et Wowerius) non animadverterunt, ego suis locis monebo. SCRIVER. Valde corruptum edidit Binetus inter Epigr. vet. pag. 9. adpositis in margine nonnullis emendationibus, quarum plerasque recepit editio Patissoniana Catalectorum Petron. pag. 158 et 159. et Frelloniana pag. 221. Legitur etiam post Priapeia Scioppii, et inter Amores Baudii edidit Scriverius pag. 174. additis notulis, quas hic inserendas duxi. Non habetur in Epigrammatibus vetustis a Pithoeo editis. sed quam Pithoei editionem inter Errores Venereos memorat Scriverius, est Patissoniana. eam enim Pithoeo deberi dicit Dousa Lib. II. Praecid. cap. 6. Apuleii esse hoc carmen iudicabat idem Dousa Lib. III. Praecidan. cap. 7, ubi totum recenset ac corrigit: cuius notas hic etiam non praetereundas existimavi. Apuleio tamen abiudicat, licet vetus esse censeat, Barthius Lib. XXVIII. Advers. cap. 5. et ad Stat. I. Silv. II. 153. sibi aliquando haec suspecta esse pronuntiat. Ego, ut verum fatear, veteris aevi non puto, sed cum Elmenhorstio aliisque ab Italo quodam sub initium renascentium literarum confictum arbitror. et sic censebat Broukh. ad Sannaz. Lib. I. Epigr. 48. supposititium vel infimae saltem vetustatis esse adfirmat Scriverius infra ad v. 7. Parodiam huic carmini contrariam dedit Durantius Casellius Lib. II. Variar. cap. 20. BURM. *in Anth. Lat.*. Editum est in Edd. Appuleii Basil. a. 1620. Colv. Vulc. Wow. Elm. Scriv. Flor. Elegantissimis versibus in Belgicum sermonem bis est versum a primario nostro poëta Bilderdykio, in Carminum fasciculo, cui titulus *Mijn verlustiging* p. 48 et 49.

1. AMARE LICEAT, SI POTIRI NON LICET] Simile illud Sapphus apud Ovid. Epist. XV. 96.

Huc ades: inque sinus, formose, relabere nostros,
Non ut ames oro, verum ut amare sinas. BURM.

2. NON MOROR, NON SUM INVIDUS] Vitiose in ed. Scioppii, *non moror, sum invidus.* cuius notatis de locutione *non moror* adde Grang. ad Iuven. Sat. III. 38. Livius Lib. VIII. 35. *nihil morari magistrum equitum.* vid. et Serv. ad Virg. V. Aen. 400. BURM.

4. FECIT] Nescio cur potius sit *facit*. COLV. Pro *fecit* Scaliger et Colv. *facit*. ELMENH. *facit amores compotes*] Ita Pithoeana editio, et nescio, inquit Colvius, cur potius sit. alii *fecit*. SCRIVER. *fecit* ed. Binet. sed in marg. *facit*, cum Edd. Wow. Elm. et MSS. Florent. recte. sequitur *dat, abnegat.*

7. CLE-

Nobis Cupido velle dat, posse abnegat.
Olli, purpurea delibantes oscula,
Clemente morsu rosea labella vellicent,
Malas adorent ore et ingenuas genas,
Et pupularum nitidas geminas gemmulas.
Quin et quum tenera membra molli lectulo
Quum pectora * adhaerent Veneris glutino;
Libido quum lascivo instinctu suscitat

Si-

7. CLEMENTE MORSU ROSEA LABELLA VELLICENT] Agnoscit, teste Savarone ad Sidonium, Cl. Bineti MS. schedium hunc versiculum:

Candentes dentes effugient suavio.

Ego ut, quod res est, semel dicam, non solum hunc versiculum, sed totum poëmatium suppositititium aut saltem infimae vetustatis censeo. Atque ita quidem, ut, qui aliter sentiat, nihil sentiat. SCRIVER. *rosa* in marg. Binet. de morsu osculorum vide supra ad Ep. CCXXVIII. 5. et hic notas Scioppii. *delibantes oscula*, ut apud Virg. Lib. I. Aen. 260. *Oscula libavit natae.* BURM. Vs. suppositititius non comparet in Edd. Bas. Colv. Vulc. Wow. Elm.

8. MALAS ADORENT ORE] Ita emendandum. vulgg. [Binet. Colv. Bas.] *odorent.* SCRIVER. firmari posset ex Petron. cap. 127. *tu tamen dignare et meum osculum, quum libuerit, cognoscere. Imo, inquam ego, per formam tuam te rogo, ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere: invenies religiosum, si te adorari permiseris.* BURM. Retinuit tamen Burm. *odorent.*

Ibid. INGENUAS GENAS] Non fucatas, nulla arte paratas, recte exponit Scioppius. ita *ingenui crines* Statio Lib. II. Sylv. I. 44. quos *ingenio suo flexos* dicit Petron. cap. 126. et ita passim *ingenua facies*, *vultus* etc. Maximian. Eleg. I. 94.

Vultibus ingenuis visa decere magis.

ubi *ingeniis* corrupte in cod. Voss. sed *decere* pro varia lectione, quod praeferendum vulgatae *sedere*, ut edidit Pithoeus, et in fragmento P. Danielis legitur. BURM.

11. CUM PECTORA * ADHAERENT VENERIS GLUTINO] Lacunam in medio vides, sed vero modicam eam, et cui explendae sesquipedali verbo neutiquam sit opus. Itaque statim auxilium a Bineto invenit, *una* interponere auso, huc ipsa illum manu quasi ducente sententia. Mihi vero idem iuris istuc ab Hypercriticis nostris si tribuatur, quid vetat, quo minus *arte*, sive *arcte*, ἀντὶ τοῦ *una* in vacuum porro Veneris glutino agglutinatum iubeam. DOUSA. Binetus *cum pectora una adhaerent.* Malim Dousianam coniecturam *cum pectora arte adhaerent.* COLV. Binetus, *Cum pectora una adhaerent.* Douza, *Cum pectora arte adhaerent.* Schickeradus, *Compectorata adhaerent Veneris glutino.* Ego haec ita legerim,

Cum pectora arte adhaerent Veneris glutino,
Libido cum lasciva instricta suscitat
Sinuare ad Veneris artem femina; foeminae etc.

Cum pectora glutino Veneris arcte adhaerent, et cum lasciva libido instricta femina, id est colligata, compedita, ad Veneris artem suscitat sinuare. Apertius dicerem, ni vetaret pudor. COLV. Schickeradus: *Compectorata adhaerent Veneris glutino: Libido cum lascivo instinctu suscitet Sinuare ad Veneris arvum foemina, foeminae Inter gannitus.* ELMENH. *Compectorata* libuit rescribere, cum Colvius aliique ediderint, *Cum pectora * adhaerent.* Pithoeus, *Cum pectora ipsa adhaerent.* Binetus, *Cum pectora una adhaerent.* Colvius amplectitur Dousicam coniecturam, *Cum pectora arte adhaerent.* Quis non meam? SCRIVER. *Compectorata* probat etiam Barth. ad Stat. Lib. I. Sylv. II. 153. quod verbum sesquipedale merito reiecit Dousa, licet adeo sibi ob hanc coniecturam adplaudat Scriverius. Cum hiatu, *Cum pectora * adherent* edidit Binetus, qui in margine monuit interponendum *una.* ego edidi, ut in Patiss. et Frellon. ac Scioppii editione legitur. BURM. Gruter. in marg. *molli* vel *dulci Veneris glutino.* Reliqui versum claudicantem, quia, quomodo scribendum, non liquet.

12. LIBIDO QUUM *lascivo instinctu suscitet Sinuare ad Veneris cursum femina*, FEMINAE] Ita restitui ac distinxi, nisi me animi mens fallit, εὐστόχως. Neque vero est, quod quemquam novitas eius locutionis offendat *Suscitet sinuare femina ad Veneris cursum*, qui modo in tractatione poëtarum ingenii aciem ac nervos subactos habeat probe. pro *incitet*, seu *solicitet sinuare*, hoc est, ad lunanda implexu sinuoso, et quasi pectinatim conserenda, atque *flexipedum hederarum in morem* contortiplicanda inter se femora, sive adeo *femina*, amantes ut solent, quod *congenuare*, vel etiam *congenulare* casca dictitabat Latinitas. Quod si quis Bineto subscribere sese induxerit potius, emendanti praemisso commate, *Sinuent ad Veneris cursum* etc.

Sce-

Sinuare ad Veneris usum femina, feminae
Inter gannitus et subantis voculas,
Carpant papillas, atque amplexus intiment,
Arentque sulcos molles arvo Venereo,
Thyrsumque pangant hortulo in Cupidinis;

Dent

ecce hic etiam secundas agere paratum Dousam: hoc enim satius consultiusque esse deputo, quam in ambiguam litem descendere, aut in dividiam porro venire cum homine ignoto. Dousa. Pithoeanam editionem expressimus. et sic legit Binetus, quem Dousa sequitur. Colvio placet,

Libido cum lasciva instricta suscitat
Sinuare ad Veneris artem femina.

Cum pectora glutino Veneris arte adhaerent, et cum lasciva libido instricta femina, id est colligata, compedita, ad Veneris artem suscitat sinuare. de verbo *instringendi* consule notas eius ad libros Milesiarum. Scriver. vitiose edidit Binetus, ac distinxit,

*Libido cum * lascivia instincto suscitet.*
Sinuare at Veneri cursum femina, foeminae
Inter gannitus etc.

sed in margine *lascivo instinctu* et *Sinuent ad Veneris* emendavit. Durantius Casellius coniiciebat,

Libido cum lascivo ignem intus excitat.

quibus vestigiis insistens Scioppius legit,

Libido cum lasciviam ignem intus suscitat.

sed neutrum videtur admittendum. Burm. *Lib. cum lascivia instincto suscitat Sinuare at Veneri cursum f.* Edd. Bas. Colv. Vulc. *L. cum lascivo instinctu suscitat Sinuare ad Veneris cursum f.* Wow. Elm. Scriv. Flor. *L. cum lasciva classicum excitat Sinuantque Veneri cursum f.* coniectura est Gruteri in marg. Pro *cursum* Lipsio in mentem venit *cossim.*

13. Ad Veneris usum] Sic Scriverius edidit. in Patiss. et Frellon. *cursum.* Colv. *artem.* Burm.

14. Subantis voculas] Vide hic Scioppium, et quae supra notavi ad Ep. 187. 14. quibus adde Tertull. Apol. cap. 46. *novi et Phrynen meretricem Diogenis supra recubantis ardorem subantem.* vide Turneb. Lib. XXIV. Advers. cap. 7. in fin Burm.

15. Atque amplexus intiment] Noviter dictum, at rationabiliter tamen, estque *oscula* (uti apud Ovidium meum est)

— — — *linguis luctantia*
Vulgiter obtortis alte insinuare labellis.

et (quod Plautus perhibet) *proserpentem bestiam facere, duplicem ut habeas linguam.* Dousa.

16. Arentque sulcos] Assentior Bineto; legendum *Arentque.* Colv. Ita legendum adsentior Bineto, et ed. Pith. pro *Haerentque sulcos.* Scriver. Binetus in codice, unde edidit, invenerat, *Herentque sulcos molles* etc. sed in margine coniecit *Iterentque*, vel potius *Arentque.* Dousae pro more iniurius est Scioppius, qui eum ita substituisse pro *Iterentque* criminatur non sine verborum contumelia. nam Bineti coniecturam probavit tantum ac recepit Dousa, ut Scriverius, et sic Meursius Exerc. Crit. P. II. Lib. III. cap. 21 in fine. *molli in arvo Veneris* edidit Scriver. Burm. *Arentque* edidere Wow. Elm. Scriv. Flor. Burm. Gruterus adlevit *secentque.* Meursius pro *arvo* legit *urvo.*

17. Thyrsumque pangant hortulo in Cupidinis] Latine, ac signate oppido, si modo eorum hominum acumini credendum, qui a *Thyrso* isto non Bacchico, sed Ithyphallico vernaculum illum nostrum, quod hodie feminis praecipue ad quemvis subitum casum, puta si pedem offenderint, aut testum forte manibus prolapsum confregerint, temere ac muliebriter proclamantibus, vulgo in ore esse consuevit; haud quidem iis Togatis dico, aut vili de plebe modo; sed vero his Stolatis etiam, *Queisque tegit medios instita longa pedes.* hoc est, de summo Matronis loco, ac ordinis primarii, multo in speciem honestissimis. Neque id adeo mirandum, quum *thyrsus* nihil aliud, quam *scapum* sive *caulem* in morem columnae supinatum ac subrectum Latinis hominibus designat. Sed neque minor proprietas in verbo *pangant*, pro *figant* posito, qua ratione et plantae, et taleolae *pangi*, vel *depangi* dicuntur, quum inhumantur, hoc est deseruntur, aut defiguntur in terram. unde et strategus ille Poëtarum Mantuanus noster, *pange ordine vites.* vide Festum. de *hortulo* vero *Cupidinis*, metaphorice ad rem voluptatum translato, quod eodem loco addit Apuleius, posteaquam Venerei arvi arationi *vim illam Lucillianam*, id est satum genitalem rite atque ordine subiecisset, consulendus flos ille Belgarum unicus Lipsius noster, Antiq. Lectionum Libro III. Dousa. Recte emendant *hortulo.* Colv. male *horto* al. Scriver. *horto in Cupidinis* ed. Binet. sed *hortulo* in marg. De *thyrso* vide notas Interpretum ad illud Petronii cap. 132. *Ter languidor coliculi tepente thyrso.* Dousae explicatio,

Dent crebros ictus connivente lumine;
Trepidante cursu, Venere et anima fessula.

Eia-

tio, licet velo quodam obducto involuta, videtur tamen, ut nimis Latina ac libera, verecundas et castas Scioppii aures offendisse, circuitionem nullam in his sacris admittere soliti. Quis tulerit intempestivum eiusmodi Catonis supercilium! praesertim ubi Iano Dousae, quia Batavus fuit, aliisque viris magnis, passim insultat nequissimus mortalium in spurcidulis ad Carmina Ithyphallica notis, ubi virum illustrem et insignibus in rem publicam ac literariam meritis inclytum, nunc *Batavum nequitiae magistrum*, et *Hellespontiaco parem Priapo*, nunc *Grammaticum mediocrem ac poëtam fatuum*, similibusque de plebis Suburanae sentina petitis conviciis incessat Comes iste Claravallensis. vide ad Prooem. v. 5. Carm. 39. et in fine Praef. et alibi. Sed licet rabidi instar canis toties Batavis inpudenter oblatraverit hic pyrgopolinices Francus, verissime sane de eo judicat Broukh. ad Propert. Lib. IV. El. I. 124. nondum tamen inventum esse Batavum ullum, qui sibi persuaderi sit passus, Scioppium fuisse virum bonum et honestum. BURM. *Hortulo* suadet metri ratio. *Horto* editum in Edd. Bas. Colv. Vulc. Wow. Elm.

18. DUM CREBROS ICTUS COMBIBENTE LUMINE etc.] Ita emendare potius visum nobis, quam retinere id, quod in contextu est modo *conhibente lumine*, aut quod ad oram a Bineto adtextum legitur, *connivente*. *combibere* porro ictus lumine, tralatio omnium elegantissima: a quo etiam Lucretianum illud alienum videri non debet:

Sic igitur Veneris qui telis accipit ictum,
Sive puer membris muliebribus hunc jaculatur,
Seu mulier toto jaciens e corpore amorem,
Unde feritur, eo tendit etc.

sic amorem bibere, Virgilius *ignem totis ossibus*. imo *medullis bibere*, aut *vorare*, Ovidius, Papinius, et caeteri omnes, quicquid est poëtarum. Apuleius hic igitur, *putres in Venerem, fractosque* ac vere *patrantes oculos* denotare volens, eorum exprimit habitum, *qui validis Veneris compagibus haerentes* (uti apud eumpse Carum nostrum legimus) *sollicitant spatium decurrere amoris*, hoc est, quum res ad effectum jam spectat, poëtae Sulmonensi haud ignarum. sic enim ille Lib. II. de Arte:

Aspicies oculos tremulo fulgore micantes,
Ut Sol in liquida saepe refulget aqua.

sed et Iuvenalis,

— *oculosque in fine trementes*. DOUSA. Cum esset *Dum*, scripsit Binetus *Dent crebros ictus*. Pithoeus retinuit *Dum*, aliique. *connivente lumine* a Bineto et Pithoeo est, pro *cohibente*. Dousa mavult *combibente lumine*. SCRIV. Dousa *combibente lumine*. Scaliger, *dent crebros nictus connivente lumine*. recte. ELMENH. Cl. Oudendorpius malebat *Dein crebro frictu* etc. Cl. Canneg. ad Avien. Fab. XIII. 5. *creber ictus* etc. *Eiaculet*. *Dent crebros ictus* edidit Scriverius. BURM. *Dum crebros ictus cohibente lumine* editum in Edd. Bas. Colv. Vulc. adversante metro. Pro *dum* Lips. adlevit *dein*. Quod editum a Sciopp. Wow. Elm. Flor. Burm. *Dum crebros ictus connivente lumine*, id non intelligo, nisi *connivere ictus* capias pro, *connivere ad ictus*. *Dent* edidi ex emendat. Scaligeri. Pro *ictus* membr. Florent. *victus*.

19. TREPIDA IN *decursu Venere, et anima fessula. Eiaculent tepidum rorem niveis* LATICIBUS] ad superiorem Lucretii *decursum* haec etiam opportune possis accommodare,

Trepida in decursu Venere, et anima fessula.

quae quidem restitutio feliciter, ut spero, nata nobis sub manu; quum in Bineti editione,

Trepidante cursu, Venere et anima fessula etc.

Illepida hercule, ac coacta nimium constructione legatur. etiam *laticibus* scripsimus, contextum potius, quam succidaneam, quae margini adhaeret, lectionem sequuti; ea vero *lactibus* refert, quod, uti barbarum ac invenustum, hoc utique significatu, nec ipsa quidem Amorum mater, aut nobis, aut Apulejo umquam, opinor, persuaserit. DOUSA. Binetus, *trepidante cursu*. Sed Dousa *trepida in decursu Venere, et anima fessula*. Forte non male, *Trepidante fluctu Venere*. Notum unde Venus nata: quid per Fluctum item intelligi hic possit, non etiam explicatione eget ulla. Sed nos manum de hac tabula. COLV. *Repedante cursu* de coniectura scripsimus. cum vulgo esset *Crepidante cursu*. Binetus emendabat *Trepidante cursu*. et sic Pithoeus edidit. Dousae placuit, *Trepido in decursu*. Colvius divinabat *Trepidante fluctu Venere*. Quid per *fluctum* intelligi hic possit, castis auribus explicandum non est; et unde Venus nata, notior fabula est, quam ut hic referri pluribus verbis debeat. SCRIVER. Dousa *Trepida in decursu*. quod placet. ELMENH. Edd. Bas. Colv. Vulc. *crepidante*. Reliquae *trepidante*, quas sequor. *Trepidare* dicuntur, qui ferventissime in aliqua re sunt occupati. Iam h. l. Venus, i. e. ardor amantium trepidat, ef-

fer-

Eiaculent tepidum rorem niveis laticibus.
Haec illi faciant, quîs Venus non invidet:
At nobis casso saltem delectamine
Amare liceat, si potiri non licet.

ferveſcit crebris et continuis ictibus. *Curſus* dicitur de quavis re continua ut *curſus orationis* et sim. Posui itaque minimam diſtinctionem post *Venere*, non post *curſu*.

20. NIVEIS] Lips. adlevit *imis*, qui seq. vs. pro *caſſo*, adſcripſit *caſto*. τὸ *imis* respuit versus.

22747
LL
A6557Ny
Author Apuleius, Lucius
Title Opera omnia, ed. by F.Oudendorp. Vol. 2.

UNIVERSITY OF TORONTO
LIBRARY

Do not
remove
the card
from this
Pocket.

Acme Library Card Pocket
Under Pat. "Ref. Index File."
Made by LIBRARY BUREAU

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 15 19 16 10 001 5